* Vassalli angarii, & perangarii qui dicantur, & qñ ii uassalli pñt aduocati a barone ꝓpria auctoritate, & an hæc qũ in terra Regis, & an rex concedens ius aduocandi an contra seipsum uideatur concedere, decis. 264. numer. 84. 85. 86.
* Vassalli an possit inuiti alienari pati, uel æque idoneo articulus disputatur decis. 265. numero 37.
* Vassalli tenentur bene tractare dominum circa præstationem alimentorum quando est pauper, item ipsum redimere ab hostibus, & qñ uult emere terram pro sua substentatione, nisi sua culpa fuisset carceratus, & deuenisset ad paupertatem. dec. 253. nume. 121. 122. & 123.
* Vassalli bona pñt capi pro represaliis dñi cum emendatione tamen damni postea ab eo facienda. der. 252. nu 124.
Vassalli ad dominum, qualiter se habeat. dec 265. nume. 8.
Vassalli appellantur pares curtis. dec. 304 numer. 7.
Vassalli quib obligenĩ erga dominũ prẽliantẽ dec. 265. n. 52.
Vassalli quando non sunt idonei testes. decis. 304 numer 11.
Vassali baronum etiam contra barones tenentur regem adiuuare. Dec. 265. numero 107.
* Vassal. Burgenses si malè tractantur a dominis, efficiuntur liberi si dominus deliquit circa eos in delicto in faciendo secus si in omittendo. dec 265. numero 15. & 16.
Vbi etiam quod dominus tenetur tractare vass. ut filios, & ꝙ domins directus possit cognoscere de prædictis etiam vass. non conquerentibus, & quod dominus dicitur atro-

citer

citer tractare vassallos quando ipsos carcerat.

Vassalli quando inter seipsos ponunt rationē de administratis dominus non tenetur interuenire. dec. 265. nume. 17.

Vassallus Regis an dicantur homines Regis. decis. 307. numer. 1.

Vectigalia publica quæ sint. decis. 32. num. 14.

Velle nemo præsumitur, q de iure non potest. dec. 361. nu. 17.

Venari an possit in loco dominus phibere; & quando tempore tus istud præscribatur. Dec 388. numero 5. & 6.

Vendere uiam an quis alteri teneatur, & actem, dec. 265. nume. 127. & 128. cum sequen.

Vendere rem alienam pōt etiam non dominus. dec. 40. nu. 5.

Vendere ad mensuram quando dicatur. dec. 399. nu. 5.

Vendere obligatus si emptor reg. situm non uult emere elapso tempore amplius uendere non tenetur, deci. 174. nume. 5.

Vendere obligatus non tenetur uēdere si requisitio fiat post tempus dec. 73. numero 10.

Vendens iussu iudicis non tenetur de euictione, sed tm̄ ad p̄tium pro quo est liberatus, ipse debitor item etiam ad usuras. decis. 191. numero 4.

Vendens rem ecclesiæ ēt nō habens potestatem uendendi nō transfert dominium neque possessionem. dec. 286. nu 7.

Vendendo quis hereditatem au censeatur seipsum hoc est nomen suum uendere no dec. 319. num. 6. ubi etiam an uendita gabella per uniuersitatem an si uniuersitas postea emat sal teneatur gabellam soluere numero 7.

Venditū intelligitur qdquid est intra fines positū, dec 68. n. 2

Vendito castro cū ptinentiis quæ ueniāt itē an uendito fundo ueniat ius gabellæ, qd ibi erat dec. 122 nume. 1. & 8. ibi etiam an uenditore certo cum iurisdictione uideatur uenditum territoriū nu. 9. & an uendito fundo uideatur uenditum ius patronatus, & capella, ibidem numero 9. &c.

Vendita hæreditate quis tenetur restituere exacta per eum, tamen ipse siquid expendit recuperabit. dec. 81. numero 5.

Vendita re, & partim donata psumitur simul. dec. 72. nu. 12.

vendita re duobus ab uno, ille q habuit primo possessionem pfertur etiam p constitutum, & pcarium. dec. 383. n. 3. & 4.

vendita re uidentur uendi ēt fructus pendentes. dec. 32. n. 6.

Vendita re ad mensuram, in ipsa facienda habetur ratio boni & mali. dec. 58 numer. 5.

Vendita non uidentur ea, quæ prius aliis sunt concessa, nec ueniunt in genere. dec. 361. nume. 20.

Vendita domo pro franca, & libera exceptis quibusdam seruitutibus an aliis repertis nulli debeat, & concluditur q sic. Dec. 198 etiā quod uenditor post uenditionem aliis sufficeret seruitutibus numero 1. & 2. ubi ēt quæ ueniant domo uendita an ortus, & camera, & studium numero 5. & 6.

Vendita hæreditate castro uel terra non ueniunt particularia nisi exprimantur neq; agitur de euictione. dec. 81. n. 5. ibidem hæc dicunt procedere etiam si dicatur cum angariis furnis, & aquis, & quæ intelligit si qua sunt. dec nisi ex quantitate pretii possit forte persuaderi aliter, ibid. nu. 6.

Venditio facta pro pretio declarando, uel pro pretio quanto ualeat. Dec. 83. numer 6.

Venditio facta hoc modo uel uendo rem pro centū, & pro illo plure qd extimabitur p duos amicos ualet. dec. 38 n. 7.

Venditio non probatur per testes deponentes de ipsa sine prætio dec. 72. numer 8.

Venditio est quando est facta locatio ad longum tempus, & quod solutio prætii fiat unica tantū secus singulis annis. Decis. 72. nu. 9. & 10. & habet locum ius congrui.

venditio rerū ad pondus numerū & mensuram dicitur perfecta quoad penitentiā et anteq̄ mēsuretur dec. 289. n. 1. cu seq.

Venditio tabularum qn transeat periculum ad emptorē, ita q uenditor non teneatur de furto facto ante mensurationem aliàs numerationem. dec. 289 nu. 2. ubi ēt q uenditio dicit perfecta de iis rebus ēt quo ad periculum qn fuit tradita possessio etiam p constitutum, nume. 3.

Venditio dicitur perfecta quando est facta ad totum aliquod corpus mensurandum ut uendo totum illud uinum quod est in cellario ad rationem carlenorum uiginti pro qualibet salma secus si dico uendo 100. salmas uini ex tali, uegete. dec. 289. numer 4.

Venditio qn dicatur perfecta, & an non statuto certo precio conditionis perfecta intelligatur. dec. 289. numer. 5 & 6.

Venditio dicitur facta ad mensuram, quando est statutum certum prætium pro quolibet modio dec. 68 numer. 1.

Vēditio aliud ē, & aliud pmissio d' uēdendo dec. 240 n. 21. & 22

Venditio etiam confiscatuum in pondere numero, & mensura qn dicatur perfecta etiam quò ad periculum, quia sunt uendita 100 uegetes uini existentes in tali cellario, uel 100 barilia existentia in tali dolio. dec. 309. nume. 1.

Vēditio annui redditus impositi sup fructib. ualet, dec. 80. n. 3.

Venditio annui redditus ad iustam ualet. dec. 80. nu. 4

Venditio rei certo pretio ualet qn traditur res, & tunc pretium non soluitur decisio. 20. numero 8.

Venditio facta cum pacto de retrouen. censetur quodammodo pignus pter facultatem redimendi in dec. 328. nu. 3.

Venditio an rescindatur stante læsione ex pposito re & ipsa nō obstante iuramento renuntiatione, cum clausulis & hoc tam in maioribus quam minoribus rusticis & mulieribus late articulus disputatur in dec. 322. quasi per totum ubi etiam quando contractus est geminatus

Vēditio ad mēsurā ante mensuratonē ē im pfecta. dec. 280. n. 2.

Venditio conditionalis, dicitur perfecta ibid. num. 3.

Venditio quod modis perfecta dicatur. ibidem nume. 4.

vēditio rei alienę ē ualida, sed uero dño nō nocet. dec. 369. n. 2

Venditio ad mensuram, dicitur conditionalis. dec. 399. n. 4.

vēditio rei simpliciter facta retēto dñio nulla ē dec. 338. n. 3.

Venditio cōtra naturalem eius effectum, an ualeat. ibi. nu. 3.

Venditio facta de bonis pupillaribus sine solennitate non tenet. decisio. 16 nume. 1.

venditione facta ab eodem duobus ille præfertur cui primo fuit tradita possessio etiam per constitutum. dec. 116. n. 2.

venditione facta de re pro franca & libera si postea reperiatur obligata, an agere possum distinctè, q aut obligatio ē pura, & hypotheca, & agere possum, secus si conditionalis, quia tunc sufficit me obligari de euictione, & obligatione pura siue hypothecatione possum agere ad pretium. dec. 241. num. 7. & 8. ibi etiam quando uenditur res pro franca quid importet.

Venditione facta pendentibus legitimi subhastationib. an habeat locum remedium l. 2. C. de rescin. uend. & an minor ualeat rē ipsam petere quando est læsus in uenditione in dec. 340 nu. 1. ubi etiam q nō attenditur precium quod fit in ipsa uenditione mediantibus subhastationib. sed illud quod fit per subhastationes ad euitandam fraudem nu. 2. 3.

In uenditione non consideratur precium singulare ad causandam læsionem quia unus forte tantum offerat item in uenditione ad causandam læsionem attenditur tempus uenditionis in d. dec. 340. numer. 6 7.

Venditione rescissa stante læsione an emptor teneatur ad fructus, decis. 322. numer. 15.

Venditione facta ad mensuram si aliquid plus reperitur uenditor tenetur eodem pretio uendere. dec. 68. nu. 3.

Venditione facta ad rationem uerbi gratia, decem pro palmo dicitur etiam facta uenditio ad mensuram, dec. 68. num. 4. ibi an hæc procedant in ligato. nume. 5.

Venditor rei tenetur ostendere instrumēta emptori. dec. 265. nu. 98. & q quis præsumatur possidere ex titulo præcedenti alias præsumeretur delinquere. nume. 99.

Venditor an teneatur de uiolentia facta ad euictionem. dec 265. numer. 126.

Venditor in mora tradendi constitutus, an teneatur ad interesse emptori contingens post moram. dec. 280 num. 3.

vēditor in foro emptoris dēt emptorē defendere. dec. 227. n. 2

venditor nō transfert dñium, si nō est dominus. dec. 40 n. 2.

Venditor cessante lite imminente nō tenetur uenditori cauere cū fideiussore, uel lite nisi fuisset conuentum. dec. 171. nu. 3. ibi etiā q qn uenditor tenetur cauere, non solum tenetur pro illa lite, sed pro omni alia cauere, & si instrumentum contra ipsum emptorem possit præsentari secundum formam ritus non obstante, q allegetur imminere euictio in limine contractus, & ponitur casus facti.

Venditor in re uendita an præferatur aliis creditoribus pro pretio stante hypotheca emptoris pro solutione pretii in decisio. 306. nu. 1. & 2.

Venditor qui pmisit retrouendere, & habet facultatem rei tradendæ an possit cogi possit, dec. 161. n. 3. & 4. ibi etiā an si iste uendidit istud pactū afficiat singularem successorem, & uerbum arguatur quid significat deci. 164. nume. 4.

Venditor qn imminet euictio in legitimi cōtractus ante ptiū solutū tenet cauere priusquam habeat pretiū, dec 1 1 n. 1. ubi limitatur qn potuisset iudici demōstrari hoc in fraudem peti per emptorem procurantem litem, ibi. numer. 2.

venditor non tenetur cauere lite sopita uel quando lis non esset alicuius momenti, ibidem nume. 3.

u venditor

venditor quando cauit de pretio cōuertendo in emptionem bonorum pro securitate emptoris si non potest fieri in loco an debeat remitti ī alio loco q̃ sit cōuentū, dec. 157. n. 8.
Venditor qui non habet facultatem rei tradendæ, sit condemnatio ad rei extimationem, deci. 83. numer. 4
Venditor coniunctus auctor laudatus petit compromissum, decisio. 20 numer. 10.
venditoris culpa, an trāseat in singularē successorē. dec. 253. n. 2
Veneti dicunt eum non cautet instrumentum, nec ego cantabo. dec. 403. numer. 5.
venire cōtra suam productionem, an quis possit. dec. 25. nu. 5.
verbum errasse, qualiter exponatur. decis. 230. nume. 2.
verbum hæredibus, positum in substitutione exponitur de filiis. dec. 14. numer. 10.
verbum concedere generale an sit. dec. 305. nume. 2.
verbū disponere trahit ad ultimas uoluntates. dec. 370. n. 12.
verbū impropriatur ratione impossibilitatis. decis. 307. n. 26.
verbum, dimissio, parui pendentiam importat, dec 307. n. 24
verbum, super, importat obligationem, dec. 168. nu. 6.
verbū cōsuetudinis quod dos, & quāta sine instrumento dotali peti nō possit quomō intelligatur, & quid si uerbum peti est relatiuū ad illum qui futurū est obligādi, ut quia dicit statutum, q̄ si quis decē petierit tali pœna puniatur an cū petat incidat in pœnam uel requirat litis contestationem uel possit penitere in causa appella. in dec. 332 nu 3.
verbū concedendi dandi, & omnia quæ dominus facere pōt quid importet notatur in dec. 305. ubi distinctè secundum subiectam materiam nume. 1. 2. ubi etiam an uerba toller istam pecuniam similiter importent donationem & de uerbo pro libito uoluntatis quid numer 6.
verbum statim ponitur in arbitrio iudicis dec. 308. nu. 3.
verbum paragium declaratur, deci. 160 nume. 1.
verbum promisisse a testibus probatum, an importet stipulationem. dec. 120. nume 1.
verbū promisit a testibus prolatum, siue importat pactū nudum, siue stipulationem, potest agi quando quia indebitè damnū patitur quod salit inter Catalanos. deci. 120 nu. 3.
verbum ad unguem, importat quod formaliter, & ad literā aliquid obseruetur. dec. 203. numero 4.
verbum alienare cōprehendit omnem contractum per quem dominium transfertur secus de uerbo cōtrahere, quia nō comprehendit liberationem. dec. 260. numer. 8.
verba indicio tuo, & uestram conscientiam oneramus, uel quando quis se ponit mise. alicuius quid importat, uel qū quis se ponit gratiis curiæ. dec. 91. numer. 6 & 7.
verba enuntiatiua, quæ dicantur. dec. 83. num 1.
verba enuntiatiua propter aliud emissa dispositionem inducunt fauore piæ causæ, ut ꝓdere, & monasterii. ibid. nu. 5.
verba enuntiatiua, an ꝓbent, & inter diuersas ꝑsonas, & an transferant onus ꝓbandi in aduersarios. dec. 241. n. 5. & 6.
verba impropriant rōne uitādæ impossibilitatis, dec. 275. n 4
verba generalia reuocatoria, non capiunt illud quod in specie non posset reuocari, decis. 111. numer. 8.
verba in instrumento partib probata præsentibus fidē semper contra eas faciunt. decis. 83 numer. 4.
verba qū probent contractum meticulosum, dec. 246. nu. 3.
verba anteactum, an sit uctus declaratiua, dec. 375. numer. 1.
verba naturā suam propter adiunctū mutant, dec. 309. n. 25.
verba in compensationem seruitiorum, in testamentis posita, qualiter intelligenda, decis 44. num. 19.
verba gn̄alia restringunt, & sunt intelligēda ciuiliter, dec. 182 vbi etiam ponitur de aliis uerbibus generalib. quid importet.
verba sunt capienda in bonam partem in dec. 309. nu. 15. 16.
verba sunt capienda in bonam partem unde si quis dixerit dominum suum esse dominum hominum, & bestiarum non potest puniri, dec. 265. numer. 72.
verba interdū mutat suam naturā rōne adiuncti, dec. 3. nu. 4.
verba accepisse & habuisse fauore liberationis inducunt dispositionem post triginta dies, dec. 94. numer. 1.
verba generalia generaliter debent intelligi, decis. 319. nu. 3.
verba generalia non extenduntur ad priuilegia ecclesiæ tollenda, decis. 361. nume. 28.
verba gn̄alia qn̄ nō restringant ad specificata, dec. 354. n. 12.
verba sequentia post testamentum declarant animum testatoris, decis. 44. nume. 27. & 29.
verba principis gn̄alia, an & qualiter distīguant. dec. 403. n. 12
verba quando nō probent in præiudiciū tertii, dec. 305. n. 14.
verba enuntiatiua in antiquis probat, decis. 245. numero 4.
verba generalia posita in contractu post uerba specialia, qn̄ non restringitur ad specificata, Deci. 285. nume. 4. & 7.
verba generalia ad omnia extenduntur, decis 44. nu. 11.
verba gn̄alia nō sufficiūt, ubi specialia requiruntur, dec. 182. n. 3.
verba ueritatē eorū, q̃ gerunt mutare nō pn̄t, dec. 307. nu. 20.
verba enuntiatiua ꝓbāt cōtra enuntiantem, dec. 285. nu. 11.
verba enuntiatiua etiam ad alium finem fauorem piæ causæ inducunt dispositionem, deci. 337. numer. 7.
verba quando impropriāda, decis. 44. numer 26.
verba in scripturis redacta, q̃ capiāt interpretationē, n. 23 ibi.
verba testamentum operari debent etiam minima, n. 19. ibi.
verba in sententia enuntiatiua, non probāt parte incitata & absente, decis. 345. numer. 8.
verba probant contra confitentem, dec. 324 num. 12. 224.
verbis aliquid facere idem est quod q̄ factis facit dec 14. nu. 16.
verbis enuntiatiuis instrumenti qn̄ stetur, dec. 83 nu. 1. & 3.
verbis enuntiatiuis quando est standum. dec. 83. nu. 2. ibi etiā quod statur quando concurrunt coniecture. numer. 3.
verbis enuntiatiuis principis in instrumento assensu præstito statur. ibi. numer. 4.
verecūdię pudor necessitatem quoque inducit, decis. 315. n. 9.
verisimile habetur pro expresso, decis. 44. nume. 26.
verisimile id est, quod ex pretio colligi potest, dec. 68. nu. 2.
verisimile in interpretanda defuncti uoluntate attendendum, decis. 44. numero 26.
veritas q̃ est Christus Iesus Dn̄s noster semꝑ consuluit pacē, nos aut propter malitias nostras, & iniquitates, & ambitiones, & auaritias sꝑ sumus in discordia ꝓpterea omne malum quod nobis obuenit iniustè uenit deci. 149 n. 13. & 14
veritas in ore uasali a domino interrogati esse debet, nume. 88 deci. 265. numer 88.
veritas quis sit, & de eius ueritate. dec. 258. in fine.
veritatē inuenire difficile ē ubi sapiētes discordāt. dec. 304. n. 8
veritatem apparere non sufficit, uel fateri, si sit absq; solennitate, decis. 25. numer. 6.
vestes & res preciosæ traditæ, a uiro uxori per uerba de præsenti an uideantur donare in dec 315. ubi dixit quod preciosæ nobilibus uident donare secus in aliis personis in nu. 1. 2 ubi ēt de rosariis plenis datis a patre filiæ qualiter repetant uestes lugubres qualiter debēt esse facto legato uxori quod uestiatur de uestibus lugubribus & nigris & quod debeant restitui hæredibus uiri si uxor nubat, ibi. num. 3.
vestes quotidianæ in principio ad usum mulieris inductæ, dec. 315. numer. 6.
vestimenta, quæ hodiernus abusus induxit donata an censeatur, dec. 315. numero 4.
via electa sequenda, dec. 372. numer. 2.
via uicinalis de qua non extat memoria hominis in contrarium obtinet ius uiæ publicæ. dec. 62. nume. 3.
viā domino per ꝑdiū tenet præstare uassallus, dec. 265. n. 108
viæ uicinales sunt priuatarum personarum, dec. 62. num. 2.
vidua dr̄ mulier quæ habet uirum inutilem, dec. 28. num. 4.
vidua ratione dotium non solutarum an petat usuras decis. 274. quod sic qū fuisset passa damnum ubi etiam an debeat aliī infra annum ab hæredibus mariti. num. 6. 7. & 8. ubi etiam an si recipit sortem absque interesse sibi præiudicat, & an relicta habitatione cum filiis ueniāt alimenta.
vim realis possessionis, quę uerba in priuilegio posita operentur, decis. 299. nu. 8.
vinculum id soluere debet, quod ligauit, dec. 281. n. 4.
vini degustatio transfert periculum in emptorē, dec. 399. n. 2.
violentia probata statur iuramento damnum possi contra uniuersitatem de rebus subtractis dec. 13 nu. 12.
visitatio ocularis loci dubii cum testibus fienda, si dubitatur de confinibus antiquis, dec. 21. nume. 6.
vita & militia est portio feudi, & onus, dec. 138. numer. 1.
vita & militia æquiparantur alimentis, dec. 152. nu. 3.
vita & militia, an debita secundogenito super feudia paternis primogenitus si pater secūdogenito reliquit castrū unū, an uideatur animo compensandi reliquisse, dec. 138. nu. 4.
vita & militia an fiat contra promissum deci. 138. nu. 1.
vita & militia an debeatur pro præterito, dec. prædicta nu. 4.
vitium personale est, si constituens precario denegat restituere, decis. 40. nume. 15.
vniuersitas appellans & intra quinquaginta dies non petens in integrum restitutionem aduersus tempus, quod omisit processum præsentare, an possit intra quadriennium illum petere, decis. 175. num. 1.

Vniuersitas turbam in alterius possessione qualiter facere debere, & an teneatur ad interesse damnum passum, & quando, decis 376. nume. 1. 4 & 7.

Vniuersitas tenetur conuincere malefactorem alias ipsa tenetur de damno, decis. 164. nume. 4. & 5.

Vniuersitas est priuilegiata sicut minor, & ecclesia, & habet restitutionē in integrū aduersus sententiā transactam in rem iudicatam infra quadriennium dec. 175. nu. 1. ibi etiā, quod istud tempus non currit nisi a die scientiæ.

Vniuersitas restituitur in causa appellationis, sed non in cā principali perempta instantia, & restitutio nunquam intelligitur sublata per rescriptum, ibidem numero 2.

Vniuersitas si nō prosequitur appellationem possunt singuli de uniuersitate hoc facere, ibidem numer 5.

Vniuersitas est ita priuilegiata sicut minor, & ecclesia, ibidem numer. 6.

Vniuersitas quando est in mala fide non præscribit nisi mortuis illis hominibus. deci. 67. numer. 5.

Vniuersitas sine licentia superioris potest se congregare pro capiendis malefactoribus dec. 265. numer. 7.

Vniuersitas an teneatur resistere, & acclamare latronibus, & an possint cogi homines ad se ipsos armandū contra latrones, & si dominus potest hoc facere contra eius subditos, dec. 265. numer. 5. & 6.

Vniuersitas quando dicatur delinquere, & qua pœna possit puniri. decisio 376. nume. 1. ubi etiam, an si omnes de uniuersitate delinquant non tamen communicato consilio dicatur uniuersitas delinquere. nū. 2.

Vniuersitas ad hoc ut dicatur acquirere aliquid, an sit quod singulari acquirant nomine uniuersitatis, ibid. nu. 3. ubi etiam, an liberatio facta in uniuersum singulos liberet.

Voci uiuæ an magis stetur quàm morte, & sic an stetur magis testibus quàm instrumentis dec. 398. num. 3.

Voluntas quando dicatur captatoria, & an possit piæ causæ relinqui per uoluntatem captatoriam, dec. 280. nume. 4.

Voluntas datur intelligi ea actibus. dec. 58. nume. 8.

Voluntas coniecturata testatoris potest declarari per duos testes tanq̄ expressa. dec. 44. n. 22. ibi. quod uoluntas testatoris addenditur etiam ex coniecturis, & uoluntas testatoris declaratur priuata scriptura. dec. eadem. num. 24. & 25.

Voluntas testatoris ut seruetur receditur a proprietate uerborum. dec. 44. nume. 16.

Voluntas Principis ponitur pro causa iussa iusta, dec. 4. nu. 2.

Voluntas dñi mutata non præsumitur nisi probet. dec. 308. n. 11.

Voluntas coacta est uoluntas, sed non absoluta, sed cum qualitate deci. 151. numer. 16.

Voluntas testatoris, quomodo probatur. deci. 309. nume 3.

Votare debet primo iunior & mox reseruare uotum siue diffinitionem antiquioribus, decisio. 1. numero 17.

Votum aliud est, & aliud sententia, item aliud condemnare, itē aliud quē condemnandum pronuntiare. dec. 303. n. 3.

Votum mercatorum ad palliandum usuras non est attendendum, dec. 33 numer. 5.

Votū captandæ mortis etiā in feudis euitandū, dec. 192. n. 2.

Votum captādæ mortis, tristissimos parit euentus, ibi. nu. 4.

Vota inter alias psonas an inducant notoriū, dec 303. nu. 3.

Vota consiliariorum, an sententiā operent dec. 303. nume. 2.

Vsucapio requirit titulum uerū, & non causatū errore iuris quando ius resistit secum si nō resistit. dec. 240. n. 7. & 8.

Vsusfructus pecuniæ, an sit usura. decis. 284. u. 1.

Vsusfructus relictus ciuitati durat spatio centum annorum, ne proprietas efficiatur inutilis. dec. 240. numer. 24.

Vsufructu librorum legato, an eis inuentarium debeat fieri, dec. 341. numer. 2.

Vsufructu legato res æstimāda ad tps receptionis est, u. 3. ibi.

Vsufructuarius ad collectas & tributa tei, in qua hēt usumfructum tenetur, deci. 252. nume. 4.

Vsufructuarius manibus propriis, & non alienis usumfructum recipi, ibid. num. 3.

Vsufructuarius quas expensas teneatur subire, nu. 2. ibid.

Vsufructuarius quemadmodum teneatur cauere quando sunt relicta bona mobilia quæ seruando seruari non possunt, & quid in libris & uegetibus uini grossis utrum teneatur cauere de utendo fruendo arbitrio boni uiri uel de soluendo extimationem. dec. 342. num. 1. 2. & 3. ubi tñ quando est legatus fundus instructus. numer. 4.

Vsufructuarius male utens usufructu ipso priuatus etiam si alienant rem tanquam suam. dec. 265. nu. 18. 19. & 20.

Vsura probatur per testes singulares, & per illos qui receperunt sub usuris decisio. 20. numero 9.

Vsuras, an Papa p̄p bonū publicum possit pmittere principibus Christianis, q̄ Iudæi in eorū terris exerceāt, dec. 82. n. 4

Vsurarius si pstitit cautionē ut ualeat testari an si fideiussores fuerūt effecti nō soluēdo iterū teneat cauere dec. 172. n. 1. 2.

Vsurarius si dat dotem in pecunia, an creditores, possint aduocare dotem a marito, decis. 190. nu. 4.

Vsurarius, an possit formam rei mutare inuito proprietario faciendo rem meliorem. dec. 238. nume. 8.

Vsurpans hodie rerum, & mixtum imperium qua pœna puniatur, & est pœna publicationes bonorum quando sciens erit istud sit serus si ignoranter, uel quia quis utitur iurisdictione qua utebantur alii domini prædecessores. decisio. 235. nume. 117. & 118.

Vtile dominium prius translatum quid faciat, deci. 305. n. 19

Vtilitas cōis non dēt in priuata bursam cōuertiri, dec. 17. n. 3

Vtilitas publica & Regia in quacunque dispositione, an intelligatur excepta. decis. 219 numer. 29.

Vulgo quæsitus an dicatur natus ex monaco. dec. 96. nu. 16.

Vxor quæ committit adulterium amittit dotes & talia dec. 19 nu. 11. ibi etiam quod non accusat maritum de adulterio.

Vxor in dubio de bonis mariti creditur habere nisi probet aliunde decisio. 13. numero 28.

Vxor sciens mortem mariti conspiratam, & non reuelans qua pœna puniatur dec. 21. nume. 11.

Vxor q̄ reperitur in possessione bonorū impedit fiscū uolentē facere incorporationē ipsorū ex delicto mariti. dec 283. u. 8

Vxor an teneatur uiro operari, item quādo sunt si relicta alimenta a uiro dec. 44. nume. 29.

Vxor agens ad assecurationem an creditor ualeat offerre in pecuniam. dec. 190. nume 1. ibi etiam quod periculo mariti dictæ res consignatæ pereunt.

Vxor cum instrumento dotali uirtute constituti, & præcarii uendo super assicuratione dotium impedit creditorem super assicuratione bonorum mariti ibid. nume. 2.

Vxor uerberata si facit cōtractū, an sit necesse probare metū ad idem ut contractus inualidetur. dec. 146. nume. 1.

Vxor faciens contractum alias cum marito in præsentia matris præsumitur facere affectione maritali ibid. numer. 2. ubi etiam quid in concubina.

Vxor filii si nō appareat instrumentū dotale assecurari dēt de dote, & antiphato super bonis soceri. dec. 332. nume. 3.

Vxor uiri hypotheca renuntiare an possit, & quando ab eo excludatur, decis. 311. numer. 2.

Vxor super re illa an agere possit, (nō extantib. aliis bonis uiri) cuius hypothecæ sine iuramēto renuntiauit. dec. 312. n. 1

Vxor contenta de testamento, an uidetur renuntiasse iuribus suis extra testamentum. dec. 44. nu 29.

Vxor de extraneis est, soluto matrimonio. dec 44. nu. 25.

Vxor an possit habere regressum ad illa bona alienata, super quibus in hypothecæ renuntiauit. dec. 313. nume. 1.

Vxor mortuo uiro, & superstite filio usumfructū antiphatū tm̄ lucrai, q. mortua uxore consolidat ppter tā ad utilitatē liberorū, ut liberorū, nō autem ut hæredum. dec. 37. n. 6.

Vxor dēt de iure operari uiro, ēt in telis faciēdis. dec. 44. n. 30

Vxor uenditori habenti specialem hypothecā, an semper præferatur. dec. 306. nume. 5

Vxor p transitu ad secūda uota, ubi nō sunt filii primi thori non perdit ea quæ habuit a marito, Decisio. 61. num 6.

Vxor an possit stati mortuo uiro dotē pdere, & qū dec. 359. n. 2

Vxor exigendo fructus naturales magni momenti ab hæredibus mariti, impensas reficere tenetur. 44. nu. 5.

Vxor an possit habere regressum super bonis, quibus renuntiauit. decis. 311. numer. 5.

Vxor assecurata super bonis uiri pro dote, an habeat dominium in illorum. dec. 9 numer. 2.

Vxor non obstante renuntiatione, quando possit agere hypothecaria pro dote. ibid. nume 2. & 6.

Vxor an possit assecurari in pecunia uiro debita marito ad inopiam uergente. dec. 221. nume. 1.

Vxoris bona inuecta, & illata in domum mariti, an sint tacite obligata, item ēt quando mulier post mortem mariti remanet in domum, decisione. 144. numero. 5. 6. 7.

Vxori quando succurrendum in æstimatione dotis bonorū traditorum. decis. 270. numer. 5.

FINIS

D. MATTH.

D. MATTHAEI DE AFFLICTIS, PARTENOPAEI SVMMI I. C.

ac consiliarij Regij in opus Decisionum sacri Consilij Neapolitani ad patriam suam, & vrbem Neapolim.

Præfatio.

SVMMARIVM.

1 *Humilitas Jesu Christi in exemplū nobis præscripta est, quæ omnem aliam exuperat.*
Ciuitati obligamur, in qua nascimur, alimur, et docemur.
Ciuitas præstat ciuibus præsidium.
2 *Sacerdotibus omnis honor & reuerentia debetur propter spirituale pabulum, quod fidelibus administrant.*
3 *Orare pro defunctis tenemur, amicis benefacere, & inimicos diligere.*
Oratio a pœnis purgatorij liberat.
Animus non deprehendit se, nisi cùm est quietus.
4 *Prudens non propalat quæ non potest probare.*
5 *Dona exigua offerentis voluntate pensantur.*
Ciuitatis in tres partes diuisio.
6 *Monarchia uera tria requirit, cultum diuinum, potentiam, & sapientiam.*
7 *Testimonium de veritate reddere, est præcipuū inter omnia terrena.*
Oratio debet esse crebra & breuis.
Consilium Regium est locus terribilis propter sapiētes in illo astantes.
Seniores sunt prudentes, & cur.
Prudētia est prouidere de frumēto propter futurā famē.
8 *Prudentes illuminant Regnum, & sunt in consilio.*
9 *Laudare seipsum est indecens, sicut se uituperare.*
Silentium interdum conduxit.



NIHIL enim est in hac vita mortali, quo possimus Deo familiarius iungi, quàm ipsum amare, & proximum diligere: quia eius opera in omni magnificentia fecit; ut in Psal. 103. Et ideo eius suffragium humiliter imploramus, ut per eius misericordiam nostra bona opera cœpta ad finem perducat. Et tunc speramus eius misericordiam impetrare, cum ipsum creatorem omnium amamus, & ab eius mandatis optamus non deuiare, & ex toto mentis affectu, & omni conatu cupimus obtēperare; nam ipse Deus per os Prophetæ mandauit eius mādata custodiri nimis; ut in Psal. 118. Cumque non solum tanquam creati ab omnipotente Deo patre & filio & spiritusancto; qui pro salute humani generis uoluit incarnari filium suum de spiritusancto, ex gloriosa uirgine diuina Maria,
1 quo incarnato & nato†in nostrum exemplum in tantum est humiliatus, ꝙ exinaniuit, quādo se ad infirma inclinauit secundum B. Bernardum, ut refert Io. And. in nouel. cap. 1. de pœnit. lib. 6. Cui debetur oīs honor, charitas & obedientia; non tantū in expedientib. & honestis, & indifferentib. (ut in præceptis Decalogi moralib. & iudicialibus) me permaxime obnoxiū sentio, sed ēt me obligatum cognosco huic nobilissimæ Neapolitanę ciuitati; quę me genuit, aluit, docuit, & cōseruauit; ut sim ei fidelis, & famulatum exhibeā. Hæc est illa ciuitas, quæ præstat pręsidium, ut inquit Cic. de
2 off. lib. 2. c. 23. †Quinimò obligatū sentio sacerdotib. qui nobis præstant pabula spūalia; quib. propterea debetur omnis honor & reuerentia; ut in epistola Pauli 1. ad Corin. 4. c, ibi, In Christo Iesu per euangelium ego uos genui. Qui patres nostri spirituales dñr. ideo gl. super illo 5. c. Deut. Hono
3 ra patrē & c. dicit carnalem & spiritualē. & alia gl. dicit ibi, Deū & ecclesiam. †Deinde uirtuosis senibus dictę ciuitatis, nā dicit Apost. 1. ad Tim. 5. c. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra, ut patrē; ac defunctis meis in orando, qm̄ oratio potest à pœnis purgatorij eos euellere. Atq; proximis nostris, ut eis non faciamus quæ nobis ipsis facere abhorremus. Nec non amicis & benefactorib. nostris, in retribuendo eis vicissitudinē beneuolentiæ & gratitudinis. Post hos inimicis & ęmulis nostris, qui linguis acutis mentientib. nos mordent, ad orandum & orari faciendum, ut altissimus eis uirtutem charitatis infundat. Et quis ego sum, qui tantis obligationib. possim satisfacere? profecto uires meæ non suppetunt ad tm̄ debitum persoluendū. Quid ergo faciā? decreui iuxta illud Senecæ de ira, ubi dicit, ꝙ animus quotidie ad rationē reddendā euocandus est. Et ideo dicebat Greg. super Ezec. lib. j. homil. 2. ꝙ sicut concussa aqua imaginē inspicientis nō reddit, sed solum cum est quieta; sic anima non deprædhendit se, nisi cū est quieta. Cogitaui & meditatus sum post sinistros casus meos in mea hac uacatione, opera mea, quæ probari pñt, edere, eorum quæ probari nō pñt, ni-
4 hil attingam, †quia uir prudēs non dēt propalare ea quæ probare non pōt 2. q. 5. c. plerunq;. Opera quę gessi sunt, Cōmentū meum magnū, qđ legendo usus feudorū, stipendijs Regis Ferdinandi

primi cõposui. Repetitiones plurimas legum quas cõmentaui. Cõsilia multa & allegationes, nota
in causis uertentib. dictaui in scriptis cum Decisionib. Consiliorum domus regum de Aragonia.
Postq̃ actiones meas cogitaui; decreui meos labores in signum solutionis tantarum obligationũ
ꝑsoluere. Primò ut satisfaciã euãgelio Matt. 5.c. qui dixit, Qui autẽ fecerit & docuerit, hic magnus
uocabitur in regno cœlorum. Deinde ut satisfaciã magnificis electis nobilissimæ ciuitatis Neapo-
lis, & in consequentiã eius uniuersitati & doctorib. collegij eiusdem, quib. ego Matt. de Affl. V.I.D.
de sedili Nidi, & colligatus, oẽm reuerentiam debeo, & ad quos hoc opus dirigitur, sed si (ut opto)
nequeã satisfacere, ipsos rogatos esse cupio, ut nõ respiciãt ad hoc exiguum munus respectu eius,
cui hoc opus dirigitur, sed ad prõptitudinem animi mei, qui semꝑ optat subsidia possibilia p̃stare.
5 †Deus enim plus aĩum, q̃ datum respicit. 24.q.1.c.odi. Inde Hier. ibi, quæ offeruntur nõ sui põde-
re, sed offerentiã uoluntate pensant. Inde narrat Euãgelista Marc.c.12. ꝙ Deus respexit ad exiguũ
donum uiduæ, quæ duo minuta obtulit, potius q̃ ad magnum donum diuitis; tum ꝑꝑ bonum ani-
mum in largiẽdo, tum q.a plus q̃ diues obtulit cõsiderata sua facultate. Dicit.n. ibi gl. ꝙ plus est unĩ
puero ferre quinq;, q̃ uni uiro forti uiginti. Quia etsi totã meã substantiã, licèt exiguã, pro tã nobi
lissima ciuitate elargiter, non condignã mercedem tribuissem, sed mercaturã; ut inquit Cic. de Na
tura deor. in fi. Et hoc opus laborib. & uigilijs meis atq; studio conditum, ad lites occurrentes in
Decisionib. causarum incidentib. emergentib. & diffinitionib. actis per sacrum Regium consilium
Regum de Aragonia usq; ad p̃sentem catholicum Regem me existente regio cõsiliario benignè su
scipiãt oblatum, q.a de meo thesauro hoc donum ꝓcessit. Vnde dicit Euãgelista Matt.c.12. Bonus
homo de bono thesauro profert bona; Malus homo de malo thesauro, ꝓfert mala. Etsi hoc opus
non seruiat idiotis, saltem seruiet Doctorib. Scholarib. Procuratoribus, & uiris literatis agentib. in
6 reb. publicis, & priuatis; †q.a ut dicit Auicenna 4. li. Philosophiȩ. Ciuitas in tres partes diuidiĩ, uide
licet, in Dispositores, ministros, & Iurisperitos, imò in uera monarchia requirunĩ tria, uidelicet, Di
uinus cultus, Potentia, & Sapientes, ut latè per Old. in cons. *69*. Qui & oẽs legentes p̃sentes & fu-
turi ex lectura p̃sentium Decisionum sine dubio peritiores erunt in similib. dubiis, quȩ in futurum
eueniẽt in cõsulendis & decidẽdis eãrum dubiis, postpositis opinionib. reprobatis. Et si hoc opus
proderit oĩb. cupientib. iustè consulere uel iudicare in similib. dubiis occurrendis, non mihi gra-
tias agãt, sed diuinæ Trinitati; & nostris diuis patronis Neap. uidelicet S. Ianuario martyri, S. Aspre
no, S. Athanasio, S. Agrippino, S. Effremo, S. Seuerio, S. Anello cõfessorib. & dictis magnificis ele
7 ctis & Doctorib. p̃sentib. & futuris dictæ ciuitatis; & testimonium de ueritate reddant, †quia hoc
inter oĩa terrena uideĩ esse p̃cipuum, ut dicit B. Tho. de Aquino in 1. li. de Regimine principũ c.7.
Si ãt aliq̃d imꝑite scriptũ sit; illud corrigãt, & emendent, & cãcellent cũ charitate, & respiciãt ad
prõptitudinẽ aĩ mei, qui desiderat oĩb. ꝓdesse & ciuitatẽ ipsã laudib. & prȩconiis extollere, ac ip-
sam sũmo oĩum opifici, & dictis septẽ patronis crebris, breuib. & cõtinuis orationib. cõmẽdare; ut
ipsam sꝑ prospere regant, gubernẽt, & augmentent uiris sapiẽtib. & prudentib. ꝑ quos mũdus regi
tur, ac ipsam ꝑpetuã ꝑpetuitate fœliciter ꝓtegant, & defendant ꝑ infinita secula seculorum. Am̃.

MAGNIFICE Domine Viceprotonotarie dignissime; ac insignes Patres conscripti omni laude dignissimi; cum metum
ipse cogitarem hunc Senatum, statim uenit in mentem illud diuinȩ scripturȩ; quod in dedicatione ecclesiæ cantatur,
Terribilis est locus iste, translatiuè Gene.c.28. propter excellentes Seniores prudentissimos hic existentes. Inde dicitur in
Eccle.c.6. In multitudine presbyterorum, idest seniorum, prudentium sta. Ex quo prudentes habẽt memoriam p̃teritorũ;
intelligentiam præsentium, & præuidentiã futurorũ; ut fuit ille Ioseph; qui præuidit futurã famem, & ideo conseruari fe-
cit frumenta; ut legitur Gen.41. Et patet in Cicerone, in 2. lib. Rhetoricorum, & in Seneca in libro de Quatuor uirtutibus;
8 *in 4. parte summȩ Antonini Archiepiscopi Florentini, tit.2.§.2. †Vos enim estis; qui totũ Regnũ illuminatis; ut dicit Bald.*
per illum tex. in authen. habita. §. namque. C. ne fil. pro patre. Sum etenim iussu sacrȩ regiæ maiestatis, ut auth. scriptura te-
statur, ego Matth. de Afflic. de Neap. V.I.D. hodierna die ordinatus Regiȩ Maiestatis consiliarius: & aggregatus cœtui ui-
9 *rorum prudentiam. †Si enim asseram me non esse preditum hoc magno dono prudentiȩ, uel si affirmem illud in me esse, mihi*
eueniet; quod Senecæ maximò Iureconsulto contigit; ut refert diuus Aug. in 6. lib. de Ciui. Dei, c.11. qui dũ dicebat Iudæos
septimã partẽ eorũ uitȩ amittere propter custodiã Sabbathi; dicit ipse; Quid dicã de Christianis inimicissimis Iudȩorũ; qui
tot festa custodiunt? Christianos tamẽ iam tunc Iudæis inimicissimos in neutrã partem cõmemorare ausus est; ne uel laudaret
contra suȩ patriæueterẽ consuetudinẽ, uel reprehenderet contra propriã forsitã uoluntatẽ. Melius ergo est per silentiũ per-
trãsire; & confidere in misericordia oĩpotentis Dei; qui unicuique tribuit prout ipse uult, & breuĩ & crebra oratione eũ ro-
gare ex toto corde, ut infundat sp̃m intelligentiæ & prudentiæ, ut possim ueritati satisfacere, & res gratas atq; acceptas
agere Deo omnipotenti, & sacræ Regis maiestati, quȩ dignata est me tantis oneribus & honoribus ditare; & uestris ueridi-
cis opinionib. & iudicijs adhȩrere faciat ad laudem omnipotentis Dei Patris & Filij & Spiritussancti, & sanctissimȩ uirgi
nis Mariȩ & diuorum martyrum Eustachij, & Ianuarij, ac confessoris S. Benedicti abbatis, qui fructus laborũ meorũ be-
nedicat, & ad charitatem Dei adscribat, ut animabus nostris proficiat in secula seculorum. Amen.

RESPONSA SENATORVM, SEV DECISIONES SACRI CONSILII NEAPOLITANI.

In communem omnium uſum editæ, auctore MATTHAEO de Afflict. Parthenopœo, ſummo cùm V.I.D. tum eiuſdem Conſilij Senatore longe ſpectatiſsimo.

Cum additionibus magnifici, & eximij Iuriſconſulti, domini THOMAE Grammatici, V.I.D. de Neapoli.

His nouiter adiunximus aureas annotationes D. Cæſaris Vrſilli.



D laudem & gloriam omnipotẽtis Dei Patris, & Filij, & Spiritusſancti, & glorioſiſsimæ Virginis ſanctæ Mariæ matris Dei omnipotentis, & diuorum ſanctorum Euſtachij, Ianuarij, Martini, & Benedicti confeſſorum, Præſens collectio Deciſionum cauſarum occurrentium in Sacro Regio conſilio Sereniſsimorum Regum de Aragonia, in regno Siciliæ facta eſt per nobilem & inſignem virum Matthæum de Afflicto Neapolitanum, V.I.D. vnum ex Regijs Conſiliaris. Ex qua collectione Deciſionum eidem memoria conſeruabitur, & poſteris vtilitatem non modicam hoc opus impartietur. Fatendum tamẽ eſt, ꝙ hic non omnes deciſiones quę in dicto ſacro Cõſilio actæ ſunt, ſequentur: ſed hæ tantùm, quæ ſibi annotatione dignæ uiſæ ſunt.

DECISIO PRIMA.

De ſententijs, opinionibus & ſapientium conſilio in cauſarum deciſionibus.

SVMMARIVM.

1 *Opinionem in conſilio ſapientium, & deciſionibus cauſarum quis debeat incipere, an qui vltimo uenit, an uerò antiquior, & nu. 6. & 7.*

Sententia an poſſit ferri ex voto duorum doctorum de cõſilio, ubi maior pars eſt in contrarium 4.

2 *Officialis habens plures iudices, cui opinio debeat adhærere, an maioris partis, an ſanioris.*

Præſidens in conſilio, poſſ. cum uno iudicare ſub nomine regiæ maieſtatis relicta maiori parte, quando conſiliarii de neceſſitate non eliguntur.

3 *Medicis conſultis ſuper uulnere an ſit mortale, qualiter ſtandum, & quæ eorum opinio præualere debeat.*

Periti pauci vincunt imperitorum multitudinem.

4 *Statutũ, ut in actib. gerẽdis nõ ſtet maiori parti, nõ ualet.*

Sententia plurimis debet præualere.

Canonicum reputatur, quod maior pars facit.

5 *Præſumptio fit pro pluribus.*

7 *Finis plus habet honoris.*

Facta in moralibus magis mouent, quàm uerba.

Digniores debent incipere.

Maior dicitur qui prius ingreditur in conſilio.

8 *Antiquiores clerici, & doctores debent habere primum locum.*



Rima die qua feci ingreſſum in conſilio, 1 fuit excitatũ. † Quis debet incipere ad uotandum. Secũdò utrum præſidens in cõſilio poſsit ferre ſentẽtiam ſub nomine Regię Maieſtatis cũ uno, aut duobus votis doctorũ de conſilio, ubi maior pars dominorũ eiuſdẽ ſunt in uoto cõtrario: uel de neceſſitate habeat ſententiare cum votis maioris partis. Et quid fuit obſeruatum temporibus præteritis. Dicebat Dom. Alex. de Alex. vir ſummi ingenij, & tunc Vice protonotarius, quòd ipſe vidit protonotarium Regni, & locotenentem pluries ſententiare cum duobus uotis Doctorum valentiſsimorum de conſilio, omiſsis uotis aliorum in ma-

2 iori parte: qui tamen non erant ita doctiſsimi uiri. † Et pro hoc bene facit dictum Iaco. de But. in l. maiorem. ff. de pac. vbi dicit, ꝙ ſi officialis habet plures iudices, non debet ſtare opinioni maioris partis, ſed eius qui melius ſcit iura. & pro hoc bene facit id quod dicit Io. de Imo in l. ad principem. ff. de appell. ꝙ quando conſiliarij de neceſsitate non eliguntur, poteſt ſuperior cum vno iudicare relicta maiori parte uotorũ, & ſubdebat, ꝙ rarò hoc ſolitum erat fieri: tamen quãdo uellet, poſſet concludere cum paucioris. quia ex præeminentia ſui officij, ſi ſibi uidebitur, abſq; læſione cõſciẽtiæ poſſet ſententiare cum paucioribus uotis.

3 † Pro hac præeminentia bene facit glo. in c. ego ſolis 8. diſtin. circa fin. & Spec. in titu. de homi. §. 1. ubi ſi producuntur plures medici ad uotandum, utrum vulnus ſit mortale, ſtatur dicto paucorum peritorum, licèt contrarium dicatur a pluribus imperitis, & tenet Lud. Ro. in l. 1. §. fi. 3. col. ff. de uerb. obli. & D. Ant. de Bu. in c. propoſuiſti. pen. col. de prob. Tandem cõcludebat, ꝙ ipſe nunquam vteretur hac præeminentia; ſed ſemper ſententiando cum maiori parte votorum, crederet non errare, etiam ſi ſibi contrarium uideretur. Et pro hoc bene facit id qđ not. in c. 1. de his quæ

sunt à maio.par.c.& ibi per Ioã.de Imo. †ubi dicit, ꝙ non ualet consuetudo, ut in actibus gerendis non stetur maiori parti, in notabilibus, & in pen.col. bene facit text. 79.dist.c.si transitus. ubi plurium sententia debet præualere, Et quod maior pars facit, canonicum reputatur. dixit glos.fi.in c.cum olim.de re iud. Et sic per omnes dominos de consi. conclusum fuit: & relatum: quòd sic semper fuit obseruatum, ꝙ sentẽtia fertur secundum uotum maioris partis dominorum de consilio: quia habet concomitantiam cum dispositione iuris cõis: vt patet in gl.in c.1.in ver.rationabiliter. de his quæ fi.à maio.part.c.& c.auditis.de elec.& c.cũ omnes.de const.no.Bal.in l.1 in 4.q.ff.quod cuiusque uni.no.& in l.quod maior ff.ad mun. Accedat ad hoc singulare dictum Inno in c.ne episcopi.de temp.ordi. ꝙ si eligantur plures ad consulendum in causa, & sunt discordes, index debet sequi maiorem partem. Et de hoc fuit memor Alex in l.1.§.2. ff de exer. bene facit, quod dicit Alex.de Imo. in 2.uol. consil 40. ꝙ si vnus de collegio discrepat, actus potest expediri per alios:
5 †quia præsumitur pro pluribus: vt dicit glo. in d.verbo, rationabiliter. Nam ubi multa consilia, ibi salus: vt dicitur Prouer.c.25. Et Abb.in c.constitutis. de elect. & habetur in c. prudentiam.de offi.deleg. sed quæ vota sunt in maiori æstimatione tangit d.Abb.in c.eccle
6 sia vestra.de elect. Hoc præmisso, †ad primam qõnem respondetur, ꝙ Bal.in c.1.de controuer. feu.apud pares ter. dicit, ꝙ seniores & prudentiores debent prius uotare: sed Nic.de Lyra super Exo.c.23.in glos.in uer. nec iudicio, dicit, ꝙ debet incipi ab illis, qui sunt minoris authoritatis, & ultimò à maioribus: ne minores formident declinare à sententia maiorum, ꝙ posset esse. si maiores primò dicerent. Et dicit, ꝙ hunc modũ tenẽt Theologi in deliberationib in Vniuer.Parisiensi. s. incipiẽdo ab illis, qui sunt iuniores in magisterio. Et sic secundum Nic. de Lyra, illi, qui sunt iuniores in Doctoratu. debent incipere in consilio ad uotandum, & senior vltimo loco debet uotare: quia honor in hoc in fi.consistit: †quia dicit Isidorus, Finis plus habet hono
7 ris. Fuit dictum per præfatum Viceprotonotarium, ꝙ est in electione præsidentis in consilio, quando vult, quòd prius incipiant seniores, & quando iuniores respectu introitus consilij: quia Xp̃s sic docuit in euãgelio Matth.20.c.ibi, scitis, quia principes gentium &c. Et postea subditur, Quicunque uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister.i.per obsequia humilitatis: quia in moralib. magis mouent facta quam verba, vt dicit ibi gl.Nic. Tamen aliqui ex dominis de consi.dicebant, quòd digniores a debent incipere, per text.in c.quia tua 1.dist.& per ea quæ not.in l.si quis ex argẽtarijs.§.1.ff.de eden. & ita plures fuit dictum fuisse obseruatum. Alij contra per rõnem Nic.de Lyra. Ego dicebam, & sic tandem omnes concluserunt, quòd qui vltimò ingressus est in consilium, ille debet incipere, & sic debent prosequi alij ordine successiuo, & sic dicitur fuisse diutius obseruatum. Et pro hoc allegatur id, quod dicit Reuer.D.Iac.de Voragine, Archiepisc. Iannen.in suo festiuo, in legenda sanctorũ Phil.& Iac. ubi dicit, quòd mos est in plerisq; regionib ut ille qui prior ingreditur, maior uocetur; & ille qui posterior ingreditur, minor: licèt sit prior, aut ætate maior, aut sanctitate dignior: sicut dicitur de S.Iaco.minore: qui fuit maior ætate, sed intrauit in Apostolatũ post Iac. qui fuit minor, ætate, & dicitur maior. Et pro hoc fa-
8 cit, quod dicit Bald.in c.cum olim, de consuet. †ubi antiquiores clerici, & doctores debent habere primum locum, & deinde cæteri per ordinem, pro hoc est glo. in c.placuit.dist.16. Verùm secundùm morem diutius obseruatũ consiliarius, qui est delegatus in causa, primò dat uotum: & demum qui vltimò intrauit in cons. vt supra dictum est.

ADDITIO.

De materia huius decisionis vide Ang.de Aret.in l.ad princi-pem.ff.de app.& in l.1.§.quæsitum.eo.titu.& Franc.Cur.cõsil. 56. Et cui opinioni in consiliis, & iudicijs standum sit, uide Fel. in c.1.de consti.in fi.& Steph Bert.in 1.uol.consil.227. in 2.uol. cons.135.& Petr.de Anch.consi.82.num.1. & consil.134.num.3. & consil 362.num.4.

a *Quod digniores,*) Adde ꝙ qui est dignior cæteris, primò debet uotare, ita Card. Alc. aliàs Præp in c.Episcopus 17.dist. Cui suffragatur dictum Eccl.32 ibi dum dicitur, Loquere maior natu. decet.n. te &c. & dicitur dignior, qui primò adeptus est locum seu dignitatem; ut per Bar.in l.j.ff.de in albos scrib.& per Inno.in c. tua.extrà de maio.& obed. Tho.Gram.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

1 *Maiori parti votorum standum est; quia firmius reputatur consilium plurimorum, quàm unius.nu.2.*
3 *Magis præsumitur pro snĩa vnius collegij, quam unius doctoris, quia quod à plurib. quæritur faciliter inuenitur.*
4 *Stari debet sententiæ duorum, quando duo ex tribus iudicibus ferunt sententiam, secus si uno absente. Et hoc nisi in rescripto esset clausula, ꝙ omnes uel duo ex eis.nu.5.*
6 *Sententia lata non per omnes sindicatores, et sine interuentu noui officialis est nulla.*
7 *Sententia illorum in votando debet præualere, qui suam opinionem melioribus rationibus fundant.*
8 *Communis opinio debet teneri, nisi contra ipsam fuisset casus legis.*
9 *Consuetudo potest derogare communi opinioni.*
Item opinionem suam quis debes liberè dicere.
10 *Et non concurrere, alias illaquearetur.*
11 *Vnus doctor, qui hodie consuluit pro una opinione, potest.*
12 *Cras pro alia consulere, ex noua opinione, vel fantasia.*
13 *Qui primò fuit dignitatem consequutus; dicitur magis dignus, licèt sit iunior ætate.*
14 *Antiquior religio alijs antefertur eiusdem conditionis.*
15 *Quis ordo sit seruandus in processionibus, tàm in procedẽdo, quàm in sedendo?*
16 *Iunior debet primò votare, & post reseruare diffinitionẽ antiquioribus.*
17 *Qui primò accepit gradũ doctoratus, præfertur alij. Itẽ*
18 *Præfertur primo licentiato, licèt postea doctorato.*
19 *Quando concurrit æqualis dignitas, attenditur, ubi sunt plura concurrentia, inde Marchio, & Comes præfertur Marchioni tantùm.*
20 *Dignitas superueniens dignitatis ipsam auget.*

DECISIO PRIMA.



1 Irca primam conclusionem, ꝙ stari debeat maiori †parti votorum in iudicando, dicas satis pro ea facere tex c.nouimus, de verb signifi. ibi dùm dicit, & quorundam sit opinio a pluribus approbata l.1.ff de offic quæst. ibi dum dr, fanè crebrior apud
a veteres opi.est & Inst de hær insti.in princ ibi dùm dr †plurimorum snĩas cum quibus concordat tex in c.prudentia, in prin. de off deleg. dicens firmius reputari consilium plurimorum, quàm vnius: per quem tex. Dec.in consi.613. Visa inquisitione, uum.4.

facìens

faciens mentionem de isto nostro senatu, & Boer.in decis. 225.
3 nu.24 dicunt magis † præsumi pro consilio & snia alicuius col-
legij, quàm Doctoris particularis Nam faciliter inuenitur, qđ a
pluribus senioribus quæritur. 20 dist c. si.cum quibus concor-
dat Gram.in consi. 157.in ciuilibus, & conueniunt etiā text.l.si
duo ex tribus ff de re iud.c.fin.extra eo.c.1.& si de arbi.in 6.l.si
4 tres.ff.eo.in quib.apertè cauetur, debere † stari sniæ, siue opinio
ni duorum ex tribus, & hoc qñ iudicatur ipso tertio præsente,
secus quando eo absente, quia tunc snia nulla, & ratio, prout in
prædictis habetur; quia si alius fuisset præsens, fortè potuisset
aliorum opiniones in suam adducere, & secundum pdicta latius
consuluit Soc.in consi.54.abundè & subtiliter.1.vol vbi etiam,
quòd quando duo arbitri sunt discordes, quòd statur in totum dicto
tertij, hoc idem Cur.Iun.in consi.79.a par idem Gram in cōsil.
5 44.in ciuilibus quæ sanè intelliguntur nisi † in rescripto, vel po
testate data adesset clausula, quòd omnes, duo, vel vnus ex eis, pro-
ut habetur per Bart.& Scrib.in l.hæredes mei. §.pero. ff.ad Tre-
bel.cum alijs adductis per Rom.in sing.ubi limitat, quòd tertius so
lus non poterit iudicare nisi primò sciat alios nolle. & in bene-
ficialibus, vt ibi per eum, per Ias.in l.si vni, de re iud. & per Seba.
Vant.in tract.suo null.num.176.fol.110.Soc.consil.40. ex actis
gestis 1.uol.per totum, maximè num.1.per quæ, & per tex l.ma
gistratus, C.qñ prouo.non est necess. & doctrinam Lucæ de Pen
na in l.nisi de palat.lib.12.num.10. aliàs in facto obtinui in ma
6 gna curia Vicariæ snias † latas contra quendam capitaneum fo-
re nullas tanquam promulgatas non per oēs sindicatores, & ma
ximè sine consilio sapientis requisito à regia prag. per not per
Alex.in consi.145.viso processu, propè fi.5.vol.per Soc.Iun.in cō
si.80.2.uol.idem Sebast.Vant.in eo.tract.null.num.252.fol.102.
Paris de sindic.in uerbo consilium, fol.32.& hoc etiam, quia si-
ne interuētu noui officialis, qui de iure debet interuenire in sin
dicatu veteris officialis per const regni.volumus, in prin.cui nō
est derogatum per d.prag. quæ incipit Regiæ dignitati, quæ licèt
velit posse procedi contra ueterem officialem per inquisitionē
generalem & specialem per sindicatores eligendos ab uniuersi-
tate, non propterea aufertur iurisdictio ab ordinarijs: quia iu-
risdictio datur in casu d.prag cumulatiuè, dum ibi diceretur, cō
tra quos & procedi possit per inquisitionem gñalem & specialē
per sindicos in locis &c.& non priuatiuè, per ea quæ not. Fel.in
c.pastoralis.de off.ord.cum alijs latius adductis ī.in deci.41.& quòd
debeat interuenire nouus officialis ad sindicandum veterem cū
sindicatoribus fuit iudicatum in sacro regio consilio, cum vni-
uersitate Palenæ in anno 1551.cuius causę ē actuarius egregius
Innocens Portius. Et licèt prædicta, quòd debeat stari maiori nume
ro uotorum, vera sint: tñ contra ea vēt facere, quæ voluit Deci.
in consi.481.in casu.nu.12. qui dicit non esse standum multitu
dini, sed Doctores esse velut oues, nam eo cursum tendunt oēs
quo prima vadit, hoc idē Cur Iun. in consi.63. qui ēt ait Doctó-
res nostros aues imitari, quæ omnes primam volantes sequuā-
tur. sed alibi idem Deci in consi 21.col 4. allegando Io.And in c.
7 1.in fi.de const.dicit præualere, qui † melioribus rationibus suā
opi fundant, quam suam opinionem Iudex debet dicere iustā,
claram, & apertam & non suncurrere, aliàs illaqueatetur secun
dum Inn.in c.1.& ibi Abb.de his quæ fiunt à præl.sine cons.capi.
etiam quòd sua † opinio fuisset contra cōem, per c.capellanus & ibi
8 Abb.de terijs nonnullis adductis per Sil.nupt.fol.200.numi.64.
67.cum seq.& per Cottam in memor.in uerb.opinio, & in uerb.
nuptiarum, ad quę potest responderi, Afflicti opinionem funda
tam de iure per tex.d l.si duo.& alia iura superius allegata, & ēt
consuetudine: quia sic semper fuit obseruatum in sacro cōsilio,
9 quæ consuetudo † potest derogare etiam cōi opinioni, prout te
10 net Abb & cæteri Scrib. in c.cum ad sedem, de resti.spol consul
uit Alex.consi.19.7.vol.relest & sequitur Silua nupt. ubi supra,
nu.64 fol.205. cum quibus conuenit ēt Grām. in d.consil.157.
11 in ciuilibus, vbi limitat † nisi opinio cōis contineret maximam
iniquitatem, ex his deducitur, vt s.& de contrarietate uotorum
non curandum, existente maiori numero pro vna parte: quia ta
cites sunt hones ad dissentiendum l.si unus §. si in duos, uersic.
principaliter. ff.de arbit.glo in prooem.dec in uer.litigia. & quia
potest assumi tertius in casu discordię, propterea permittitur fie
ri compromissum in duos, & de prædictis non mirandum: quia
ēt Iurisconsulti legum ueteres vnus alium irridet quandoq; ff.
de nego gest.l sed an vlt.§ 1.And.in prologo feu.nu.14. & filius
quãq; etiam obiurgat patrem l.cedi § si quis quasi. de condi ob
cau & ad inuicem quandoq; contrariantur, prout est text l si g.s
seruum. C.de cond indeb.l.Dominus l.abeo.ff de testa.cū simul
notatis per Soc.in consi.150 vt in q̄ōne proposita, num.4 versi.
similiter. vbi adducit nonnulla, etiam sanctos viros in opinioni-
bus ad inuicem aduersari, & Doctores nostri quandoq; cōtraria
& diuersa consuluerunt, prout dicit Ias.in l.si ex toto §. si ita le-
12 gatum ff de leg.1. † quòd vnus Doctor, qui hodie consuluit pro vna
opinione, potest cras pro alia consulere ex noua fantasia; & no-
tant Canonistæ, maximè Dec.in c.1.de consti.contra quos insur
git Ayma.in tract.de antiq.temp.arguendo doctores de vōtarie-
tate, quando auiditate pecuniæ hoc faciunt, prout notaui ī. in
13 decis.37 † Circa secundam conclusionem, quòd ille, qui primò fuit
dignitatem assequutus, uel officium dicatur magis dignus licèt
sit iunior ætate, est tex c.si.17.dist c.statuimus, cum concordan
tibus signatis per gl.ibi de maiori & obed alibi tex.l.2.C.de off.
14 mag.dicit † is gradu cæteros antecedat, quem stipēdia meliora,
labor prolixior faciunt anteire, de quib.plenè per Fel.in rubr de
maio & obed per Ias in consil.192.exorta est 2.vol & Cassa tracta
tum edidit, quā inscribitur glūria mundi, quasi per totum, & ibi
15 quòd † antiquior religio pferatur alijs eiusdem conditionis, tex.&
glos in c quorundam in uer.prædicatorum, de elect in 6 & per
Boer. in tract.quem edidit de authoritate magni consilij, per to
16 tum, maximè num.49. ibi ēt † quis ordo sit seruandus in perso-
nis ecclesiasticis, tam in præcedendo, q̄ in sedendo, & per Girar.
sing.33.nobiles, vbi quòd inferior nobilitate vel dignitate pōt offō
iudicis cogi, vt cedat maiori in sedendo & alijs, per quæ aliàs fue-
runt determinatæ nonnullæ altercationes inter istos monacos
satagentes honoris mundaniorum in festiuitate Sacratissimi cor
poris Dñi nři Iesu Christi.gl.in l 1.in princ.in ver. dignitas ff de
17 postul & magis propriè † quòd iunior debet primo uotare & reser-
uare postea diffinitionem antiquiori ib.Roma.singu.82 quis dēt
primo loqui.& Silua nup fol.181. quæ nonnullos pro ista opin.
allegat. voluit etiam Tira.in tract. primogenituræ in pfatione,
nu.114. qui concludit aduocatum iuuenem coram iudice prius
debere loqui, & quòd literati pferant nobilibus. Barb.in consil.57.
18 col.7.2.lib. † Insuper, quòd qui primò habuit insignia doctoratus,
decidit Hier.Gratus in consi.116.2.vol & per do.Martinum Frec
ciam in suo tract.de subfeudis, in tit quis sit dux, nu.41.fol.86.
19 cum seq vbi ēt declarat † quòd Doctor prius doctoratus dignitatem
adeptus pferatur primo licentiato, quod non placet Alc.reg.1.
psump.45 quando esset doctoratus, dum licentiatus ptendit in-
signia. sequitur Lupus tādem post multa in repet. c.per vestras.
§ 38.de donat.int vi.& vxo.& pulchrè per Dec.in cōsil.161. pro
dūo proposito, quòd qñ concurrit æqualis dignitas; quòd attendatur,
20 vbi sunt plura & maiora concurrētia, † vnde Marchio & Comes
præfertur Marchioni tantum: quia priuilegium cōfundit priui
21 legio † & dignitas adnibita dignitati auget dignitatem. Bald.in
l.sed si miles. ff de excu.tut.in prin.Soc in consi.129.1.vol. idem
in l.falsa.§.1 ff.de cond.& dem Boer in loco ī.alleg.num.113. In
quibus etiam, quòd notarius effectus doctor quòd possit instrum confi
cere, per q̄ etiam fuit rñsum, quòd tabularius similiter effectus do
ctor potest officium exercere l si quis decurio. C.de sal.ibi gl. de
quibus etiam per hunc Afflictum in præludijs constitutionum
regni.q.26.vbi etiam dicit, quòd propter qualitatem pferatur anti
quiori, & fuit in facto inter illustr Marchionem Bellantis, & Co
mitis Casertæ, & Marchionem Laurietanum fuit dictū quòd Mar-
chio Bellantis & Comes Casertæ pferatur dicto Marchioni Lau-
ri, tantum, per prædicta. Et quia quandoque solet contingere
quòd quis occupat locum maioris pro pœna dicit Rom. ex alio
rum dictis in sing.194.non debet minor, quòd debet poni in vilio
ri loco. Cæsa. Vrsill.

DECISIO II.

De possessorio vti possidetis, & turbatione facta per clericū laico, & de iudice laico cognoscente in clericum.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus propter cessionem aut euictionem trahit causam ad suum iudicem priuilegiatum.*
Donatarius regis in re donata dicitur procurator fisci in rem suum.
Procuratore fisci agēte causa tractanda est per præsidem prouinciæ.
2 *Successor regis debet habere ratum factum prędecessoris.*
Beneficia principum debent esse mansura, & non recipere diminutionem.
3 *Fiscus habet multa priuilegia, remissiue.*
Fiscus habet hoc priuilegium, ut possit defendere donatarium

rium suum a turbatione, quæ & infertur etiam per personam ecclesiasticam.
Reges & principes ecclesiam tenentur defendere, & vasallos in rebus eorum, etiam si a personis ecclesiasticis turbentur.
4 *Ecclesia res a principe procedens est de foro eius in possessorio.*
Causa possessorii beneficij ecclesiastici dicitur causa spiritualis, & dicitur beneficialis.
Possessorium uti possidetis, est mere temporale.
Princeps debet prouidere, ne partes veniant ad arma.
5 *Iudex laicus an habeat iurisdictionem contra clericum, et sit competens tam in actione reali, quàm personali.*
Clericus cum turbat laicum possessorem rei stabilis, fit ex cõmissione regia citatio generalis per edictum, quicunq; sua putauerit interesse.
6 *Citatio redditur nulla omissa forma, & processum eneruat maxime in cognitione extraordinaria, ubi est expressa forma.* 8.
7 *Scientia haberi potest etiam per actum nullum.*
Citatio, si est nulla, tamen ualet comparatio maxime si citatio fiat ad effectum inducendæ scientiæ.
Citatus intelligitur citatus, vt compareat per se, uel per alium.
8 *Expressio in tacite inclusis non est necessaria.*
Citatio per edictum, quicunque putauerit sua interesse, dat extraordinariam cognitionem iudici laico, qua omissa ex defectu iurisdictionis corruit citatio, & totus processus.
Citatio ex defectu iurisd. est nullius momenti.
Citatus an teneatur comparere, si non fit de citantis iurisdictione notorie.
9 *Citatus si sua putauerit I̅teresse, dicitur actor & nõ reus.*
Clericus, quem constat esse clericum, citatus à iudice laico, an teneatur comparere, si per edictum citatio procedat in extraordinaria cognitione.
10 *Curia suprema cognoscit inter ecclesiasticas personas.*
Decreta maiorum tribunalium, in quibus consiliũ alicuius iusti consiliarii non accedit, Deus reddit irrita.

SErenissimus Rex Alphonsus secundus donauit Monasterio sanctæ Mariæ montis Oliueti de Neapo. quoddam molendinum situm in ciuitate Capuæ, & illud tradidit; & post traditam possessionem, tenuit & possedit vsque ad aduentum Regis Caroli octaui ad hoc regnum, & eo tenente & possidente monasteriũ S.Petri ad Mayellam, prætendens, ꝙ dictum molendinum sit deuolutum dicto monasterio ob non solutionem canonis per triennium, ex quo fuerat concessum per dictum monasterium S.Petri Anthonetto secretario & suis hæredibus: & ex prætenso delicto per eum commisso peruenit ad manus dicti Regis Alphonsi.

Conatum fuit dictum monasterium S. Petri recipere possessionem dicti molendini. Fuit facta querela ꝑ parte dicti monasterii sanctæ Mariæ in sacro Cõsilio de turbatione ei facta per dictum monasterium S.Petri. Et dominus An. de Alex. Viceprotonotarius fecit mandatum iustificatũ dictis de Mayella, ꝙ desistant à dicta turbatione. Qui comparentes allegauerunt iudicis incompetẽtiam. Ex parte altera replicabatur, quòd ex quo agebatur de interesse do. Regis Ferdinandi II. cuius Mai. fecit dictam donationem, & sua interest, ꝙ eius donatio sit mansura, ratione interesse regis, & sic protonotarius potuit facere dictum mandatũ. Et quia præfatus dom. Ant. dictum mandatum uoluit defensare, †dicebat ipse, quòd dictũ monasterium erat procurator fisci in rem suam propter cessionem ex cã donationis. Et quando procurator fisci agit, cã tractanda est per præsidem prouinciæ: ut in l.2. C. si aduer. fis. & in l. ad fiscum. C. ubi cã fis. Et si conueniuntur hoĩes diuinæ domus, examinatur causa apud prępositum sacri cubiculi: vt in l. cum aliquid. & in l. vlt. C. ubi causę fis. hoc not. Bart. in rubr. eo. tit. Et dicebat sẽ cũe esse præpositũ sacri cubiculi. Et ꝑ cõsequẽs iudicẽ cõpetẽtẽ. 1

2 †Secundo inducebat, quòd successor Regis debet habere ratũ factũ sui prædecessoris: ut in c.1. qui suc. tene. & not. Cy. & Bal. in l. digna uox. C. de legi. & notatur in c. Abbate sanẽ. de re ind. in 6. cum cõcor. Sed si Rex Alphonsus uiueret, non permitteret dictũ monasterium sanctæ Mariæ pertubari ab illis de Mayella. ergo idem uidetur posse facere eius successor: quia beneficia principum debent esse mansura, & non recipiunt diminutionẽ: ut in auth. constit. quæ de digni. §. illud, colum. 6. & in l. hac saluberrima C. de præposi. agen. in rebus. lib. 12. 2

3 †Tertiò adducebat, ꝙ fiscus hẽt multa priuilegia: vt patet ex his quæ no. Lud. Ro. in l. imperium ff. de iurisd. om. iud. Item habet etiam alia priuilegia, de quib. per Bal. in l.1. C. de hære. uel ac. uend. Et ego alia numeraui in c. 2. de fra. de no. bene. inuesti. non inconuenit, ut si turbetur ecclesia eius donataria, ut habeat hoc priuilegium, ut possit ipsam defendere à turbatione, quæ ei infertur per personã ecclesiasticam, sicut soliti sunt facere retro Reges huius regni: vt patet in c. regni. qđ incipit, omnis depdatio. Et per hoc bene facit. l.1. C. de his qui ad eccl. confu. & tex. 7. q.1. c. omnis. & 23. q. c. fortitudo. & c. non inferenda.

4 †Quartò dicebat, ꝙ ista erat causa super possessorio uti possidetis, & sic causa merè temporalis de re, quæ processit à rege. Et licẽt sit inter monasteria, princeps dẽt prouidere, ne partes ueniat ad arma, per ea quę habentur per Bar. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offi. procõsu. per l. æquissimum ff. de usufr. & plenè in c. in præsentia. in fi. de prob. Sed contra eũ oẽs de cõsilio dicebant contrarium, ꝙ dictum mandatũ fieri 5 non potuit: †quia iudex laicus non habet iurisdõnem cõtra clericum: ne potest ipsum citare in actione reali, nec personali: ut dicit tex. in c. si diligenti. de fo. cõpe. b Et quando clericus turbat clericũ in aliqua possessione rei stabilis, traditũ fuit remedium per capitulum regni, quod incipit, Finis præcepti charitas ubi dicitur, quòd debet fieri citatio per edictum, secundùm illam formam: quæ forma non fuit obseruata per dictum Viceprotonotarium, & sic dicta citatio & pro6 cessus inde formatus est ipso iure nulla & nullus. † Nã si forma tradita ad citandum omittitur, redditur ipsa citatio nulla, & processus ruit: ut est text. in l. 3. §. Officius. & ibi Bal. ff. ne quis eum qui in ius uoc. & idẽ Bal. in l. non sunt liberi. ff. de stat. hom. & in c.1. de mili. ua sal. qui cont. est. & in l. cessante. & in authen. quę semel, C. quomodo & quan. iu. & no. do. Card. in Clem. 1. ut lit. pend. Ad hoc respondebat præfatus D. Ant. ꝙ licẽt dom. Rex non sit iudex competẽs inter dicta duo monasteria: tamen super uiolẽtia notoria potest impartire suum officium: ut dicitur in c. ad regale fastigium, quod habet locum etiam in turbatione & molestatione; ut dicit Lucas de Pen. in l. si coloni. in fi. C. de agri. & censi. lib. 11. Nec obstat, quod non fuit seruata forma dicti c. regni: quia dicebat ipse audacter, ꝙ illud c. regni non

non imponit necessitatem ad sic faciendum sed sufficit quòd monachi de Mayella per citationem nullā & inualidam habuerunt scientiam de informatione capta super turbatione, †quia per actum nullum potest
7 etiam haberi sciētia; vt probat gl. & Bal. in l. 1. in prin. ff. de fer. vbi dicit, quòd si citatio est nulla, tamen ualet comparitio, maximè ē citatio fiat ad effectum inducēdi scientiam, vt no. Fely. in c. illud. in 4. col. de præscrip. & Alc. in 2. uol. consi. 123. facit q̃ dicit Bal. in l. fi. C. de procu. ubi dicit, quòd si statutū disponit, quòd si aliqs debeat poni in banno, debeat citari, vt ipse ueniat, uel alius pro eo. Si tamen iudex simpliciter citaret, & non cōparentem banniret, licèt quidam dicerent, quòd bānum non teneret tanquā omissa forma, tamē ipse Bal. concludit cōtrarium: quia per prædictam citationem talis intelligitur citatus, ut compareat per se, uel per
8 alium, †unde ex quo tacitè includitur, non fuit necessaria alia expressio, argu. l. non rectè. C. de fideiuss. Et hoc sequitur Petr. de Anch. in repet. c. 1. de constit. in 14. quest. prin. uer. sed pone. Per alios dominos fuit responsum, quòd illa forma citādi per edictū dat extraordinariam cognitionē iudici laico, qua omissa ex defectu iurisdictionis fuit citatio, & totus processus, ut not. Bart. & alij in l. 2. ff. si quis in ius uocan. non ierit. & no. in l. fi. ff. de iuris. om. iud. ubi quando citatus hō est de iurisd. citantis notoriè, non tenetur comparere, & per consequens habetur ac si non esset facta, per ea quæ notat Andr. in c. 1. §. præterea. 4. col. quæ fuit pri. cau. bene. amit. & Alexand. in 3. uol. consi. 77.

Nec est uerum, quòd citatio nulla inducat effectū, quem inducit citatio prædicta per edictum: quia citatio per edictū, de qua in dicto c. finis præcepti, est citatio uoluntaria ex parte ipsius clerici: ex quo citātur generaliter omnes, qui sua interesse putauerint, & nō ar-
9 ctat eum ad comparendum, †& uoluntariè cōparēdo dicitur actor & non reus: vt dicit Pau. de Ca. in l. testamenta omnia. C. de testam. & in l. libertus. ff. de in ius uocan. & not. Doc. in c. cum inter. de excep. & in c. dilecti. eo. tit. per Innoc. de quo in l. de pupillo. §. j. ff. de oper. no. nunciat. & in l. si fideiussor. §. si necessaria. ff q. satis. cog. sed quando citatur clericus à laico iudice, in tantum illa citatio est nulla, quòd non tenetur cōparere, vt supra dictum est, & no. in c. si duobus. & ibi per Fely. de appella. Et per consequens dicta citatio facta per dictum Viceprot. & processus inde sequutus fuit ipso iure nullus; quia non fuit seruata forma dicti capituli regni in citando.

10 †Tamen his non obstantibus præfatus Viceproto. nonnullorum aliorum dominorū de consilio accedēte consensu decreuit, quòd monasteriū montis Oliueti conseruetur in possessione dicti molendini. Sed postea tale decretum non habuit effectum, imò postea p diffinitiuam sententiam dictum molendinum peruenit ad hæredes d. Anthonetti emphiteutæ dicti monasterij Sancti Petri ad Mayellam, qui fuerant expoliati per curiales Regis Alphonsi secundi; quæ omnia reputaui digna esse notatione.

ADDITIO.

Super tota decisione uide Franciscum Lucanum de Parma in suo tractatu Priuilegiorum fisci: & decisione 24 & 85. infra, & quæ ibi adduntur. Item Petr de Anch. consi. 196. num. 6. & Hyppol. de Marsil. sing. 70. incipiente, iudex laicus. & Chassaneū cōsi. 45. nu. 15. Bertrand. parte 1. consil. 206. nu. 4. & parte 2. consi. 62. num 4. & 219. num. 23. & parte 3. consi. 273. nu. 3. Et de interdicto uti possi. Anch. consi. 374. per totum. Bertr. parte j. cōs. 234. num. 4. & parte 3. consil 224. num. 20.

a *Quod successor.*) Rex successor debet habere ratum factum prędecessoris. Adde tex. in l. ex qua persona. ff. de reg. iur. & in l. cum à matre C. de rei uend. l. post mortem ff. de adoptio n. l. 2. C. si in frau patro. ita consuluit Alex. in consi. 3. in 3. uol. & in consi 32. eodem uolu. & consi. 25. eo. 3. uol. imò etiam nec alius successor in dignitate posset cōtrauenire gestis sui prædecessoris in dignitate. c. fi. ne præ. uic. suas. c. 1. de sol. Nam hoc etiam seruāt succedentes in imperio: ut contra gesta prædecessoris uenire nequeāt per tex. in c. 1. & ibi doct. de probat. & not. Cyn. & Bal. in d. l. digna uox Bal. in l. qui se. patris. 10. col. C. unde lib. & Alex consil. 124. 1. uolu. 1. col. Thomas Gram.

b *De for. compet.*) Adde, q̃ quando agitur super possessorio, etiā in spiritualibus uel beneficialibus causis, potest iudex laicus cognoscere, secundum opinionē Vincentij, quam refert Io. Andr. in c. si de iudi. idem tenet Archid. & Innoc. vt refert Ant. de Bur. io d. c. fi. per rationem: quia possessorium nō est quid spūale, sed temporale: ut dicit Archid. in c. 1. de restitu. spoliat. in 6. & Zabar. in Clem. dispendiosam. de iudic. Guliel. de mōte Laud. in Clemē. 1. de causa posses. & propriet. & uidetur uelle glo. in c. literas. de iur. calum. nec est inconueniens, quòd respēctu eiusdē rei petitorium sit spirituale & possessorium tēporale, cùm nec conuenientiam inter se habeant, iuxta l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. Et ideo dum in parlamento Grationopolitano fuisset moralis inter priorem Lanci ex una parte, & priorem S. Roberti ex altera ob causam suorum prioratuum super possessorio, & fuisset declinatum forum per priorem S. Roberti, fuit declaratū ex prædictis per curiam parlamenti prædicti dictam causam non esse remittendam. ita dicit Guido Papæ in decis. parlamenti, in 1. q. Hoc etiam subdit, quòd Pet. Papæ eius patruus in quodā suo consi. incip. stylus curiæ parlamenti regij, Parisius in materia possessorij causarum beneficialium fundat intentionem super hoc dicto Vincentij in casu nouitatis, & subdit per hoc etiam facere c. causam il 2 extra, qui filii sint legi. ubi Papa mandat iudicibus possessorium relinqui regi Angliæ, pro cognitione ipsius possessorij habenda, & quod idem in simili fuerat iudicatum in eadē caria in anno 1455. intèr priorem Magdalenes & præcentorem S. Ant. Gratonapolitani in possessorio reintegrādæ possessionis, & pariter in pluribus aliis causis: vt apparet per eundē Guidonē Papæ in quæst. seu decis. 207. & in decis. 85. ubi plenè. & decis. 71. circa primum quæ nota ad corroborationem opinionis Ant. de Alex. hic. Thomas Gramm.

ANNOTATIO.

IN DECISIONE II.

1 *In iudicio possessorio causæ spiritualis Iudex Laicus non est competens.*

2 *Clericus etiā volens non pōt priuilegio fori renuntiare.*

3 *Clericus, qui patitur cognosci à Iudice laico, potest quādocunque dicere de nullitate actorum. Sed an debeat ad expensas condemnari ibidem.*

4 *Quando quis differt præsentare instrumentum faciēs pro victoria causa, an debeat ad expensas condemnari.* 5.

6 *Quando quis est ordinarius & delegatus, procedendo simpliciter, quomodo intelligatur procedere.*

7 *Clerici primi ordinis dicuntur in sacris ordinib. cōstituti.*

8 *Quotiens clarè apparet, qua via Iudex exercet suam iurisdictionem, non potest conuolare de iurisdictione, quā non habet ad illam, quam habet.*

9 *Quod potui nolui, quod uolui adimplere nequiui.*

10 *Causa possessorij an sit magni præiudicij? Item an Iudex laicus cognoscat de causis spiritualibus, quatenus sunt facti.*

DECISIO II.

HAbetur in ista decisione secundùm opinionem aliquorū dominorum de consilio, ampliatio ad capitula reg. hic notata, posse per uiam mandati factum consilium cognoscere de uiolētia notoria illata per clericum alij clerico. Adde quòd contra istam opinionem apertè uidetur facere ea quæ notaui j. in dec. 24. & 85. ubi dicitur, factum consilium nō posse cogno-

scere

fcere per modum Iurisdictionis contra clericum, sed solùm per
modum charitatiuú extraordinariæ defensionis, sub certa for-
ma subueniendo oppressis, & hoc idem hī ǰ. in decis. 380 in 2.
dubio, ubi ex consilio. Dec. 699. & aliorum. Et maximè ex decis.
Gram. 61. non posse de iure fieri citationem de clerico, vt cōpa-
reat coràm Iudice laico, etiam si sua putauerit interesse, nā cle-
rico comparente & suum interesse ostēdente seu allegante om
nia nulla, si procedatur: quod qualiter procedat ibidem fuit no
tatum. †Item pro his etiam facit: quia in iudicio possessorio cau
2 sæ spiritualis Iudex laicus non cognoscit, prout ex dictis oium
hic author dicit cōem esse in consti. reg. De burge. & peti. ou. &.
& hī per Curt. in suo tract. feu. in vlt. q. in car. fi. in materia feu
dali hoc idem concludit ǰ in dec. 24. & hī per Tiraq. in retra. cō
sangui. car. 215. nu. 8. qui citat Afflī hic. Item pro prædictis etia
facit †quia clericus etiam volens non pōt priuilegio huic taci-
tè vel expressè præiudicare & renunciare, prout oēs notant in
d. c. si diligenti, de foro comp. And latius in c. 1. in fin. qual. uas.
iur. fideli. Immo si clericus tacuit, & passus esset sniam ferri con
tra se per iudicem laicum †quandocunq; potest dicere ipsā nul
3 lam, prout consuluit Dec. qui alios allegat in consi. 24. ibi etiā
habetur, quòd debeat clericos cōdemnari ad expensas †quoniā
4 malitiose distulit præsentare bullam clericatus, per c. exceptio-
nem, de excep. in 6. & ibi Bal Gram. in uot. 18. Hip. in prac. crim.
in § diligenter, nu. 202. & per Cot. in suis memorialibus, in ver.
Expensæ. ibidem etiam q. quò quis in causa distulit præsentare
instrūm, quod decidit causam, malitiosè † quòd dēt similiter ad
5 expensas condemnari, & aliqua ǰ in dec. 18. Sed in contrarium,
& sic pro opinione dictorum dñorum de consilio faciunt not.
6 per Felin. in c. cùm ex officij. nu. 31. & 52. de præscrip. † vbi dicit,
quòd qñ quis est ordinarius & delegatus, procedendo simplici
ter, vt procedere etiam vt priuatus, si actus eo modo valet, &
allegat pro hoc consi. Rom. 320 in fi. qui allegat dictum tex di-
cti §. Offilius. voluit etiam Sebast. Vant. in tract. nulli. num. 173.
ver. quod iudex in dubio. fol. 109. Item pro ista parte etiam fa-
cit consi. Aym. 258. qui post nonnullos doct. allegatos per eū, p
quinque rationes affirmat causam spiritualem meri possessorij
non esse spiritualem, & posse agitari per consequens coram Iu
dice laico, Gram. decis. 75. Quia dicendu, dico mī videri primam
opinionem veriorem rationibus, & legibus pro ista parte ad-
ductus, maximè per Afflī in d. const. regni de Burg. & per & per
And. de Iser. in consti. regni, Si quis clericum, & p c. regni qd̄ in-
cipit, Statuimus, Barb in consi. 45. vol. 2. vbi dicit prædicta etiam
procedere in clericis primi ordinis, qui dicuntur esse in sacris, la
to sumpto vocabulo. †Concludentes nā a nulla contra clericū fa
7 cta per Iudicē laicum, aliàs si secus diceretur, sequeretur, quòd
oēs quasi causæ spirituales traherentur ad iudicem laicum per
viam possessorij principaliter intentari, vbi potest venire discus-
sio titulorum, saltem ad colorandam possessionem, prout ǰ. in
decis. 7. & mox etiā posset agitari petitorium, ne continentiæ
causarum diuidantur, iux. text. l. nulli prorsus. & ibi Ias. vlt. col.
C. de iud. in illa materia, quod iudex cāæ possessorij dēt esse cau-
sæ petitorij quod tolerari non debet: & sequendo opinionem
istam, non obstat illud quod dī, quòd in dubio iudex vī eligere
viam per quam actus valeat, & sic uiam capit reg. extraordina
riæ cognitionis, non obstante quòd fecisset mandatum, q. a re-
spondet istud hic stare non posse, ex quo mandatum ipsum ap-
parebat expeditum in forma sac. consilij via ordinaria, & quo-
ties clarè acta demōstrāt, qua via iudex exerceat suā iurisdōnē,
8 †nō pōt euolare de iurisdōne q̄ nō hēt, ad illam, q̄ hēt, sed oia
nulla, prout testaē Fel post Abb. in d. c. cū ex officij, post numerū
32. in ver. 5. limito Cū quibus, quasi in terminis cōcordat Alex.
in consi. 55. qm̄ causa. 3. col. & quasi per totum, quinto volu. ubi
etiam Recent nonnullos pro ista opinione congerunt, pro qui
bus facit regula iuris. l. multum interest. C. si quis alte. vel sibi
†quod potuit noluit, quod voluit adimplere nequiuit, & tradidit
Anch. in consi. 1. 4. col. uers. pro fisco autem. Ad rōnem Aymo in
d. consil. 258. porbī responderi quia ideò de causa matrimonij
9 & alijs spiritualibus, quatenus sunt facti, potest p iudicem lai-
cum cognosci: quia incidenter veniūt, & facti sunt, secus si prin
cipaliter tractarentur, & multa incidenter pmittuntur, quæ nō
principaliter. l. quotiens. C. de iudic. cum simil. notatis p Alex in
l. Titia. ff. solut. mat. & infra in deci. 138. 219. & per Capi decis. 7.
Non obstat quatenus dicat, cām possessorij modici pīudicij: q a
demonstrauimus infra in decis. 164. prædicta adducta per ipsum Ay
mo. in d. consil. 258. de iure non procedere † ex quo causæ pos-
10 sessorij magni pīudicij, prout ibidem dixit. Præterea non valet
arg. est causa modici pīudicij, igitur non appellatur: quia etiam
in modicis pmittitur appellatio c. de appellationib. de appellat.
cum simil. Ad quartum similiter videtur: quia etiam volens cle

ricus in laicum non consentit, vt s. & propterea tenendū, Iudi-
cem laicum non esse de iure competentem in causa spūali meri
possessorij, nisi agatur per uiam capitulorum regni, quæ capi-
tula ad hoc fuerunt specialiter reperta per sapientes, prout sunt
annotationes de pdictis etiam in decis. 85. prima col. & ita uidi
vt plurimum in sacro consilio seruari. Circa aliud tactu p Afflī.
hic, q per citationem nullam induccatur sententia, sunt annota-
tiones ǰ. in decis. 366. circa fi. vbi allegant Tiraq. in retractu con
sang. § noua. glo. 1. num. 18. fol 148. in parua vltima impressio
ne, ubi etiam q per comparitionem spontaneam ualidatur ci-
tatio nulla. Car. Vrsill.

DECISIO III.

De non procedendo ad exactionem pœnæ contenta in obli-
gatione propter conuentionem, nisi pœna prius accusata.

SVMMARIVM.

1 *Pœnę contenta in obligatione propter contrauentionem*
exactio non fit ad fisci vtilitatem, nisi fuerint accusatæ
vel contra reum principalem, vel fideiussores de re-
prę sentando.
Iudex stultus est, qui condemnat ultra petita.
2 *Factum sine conclusione in consistorio principis sufficit*
proponere.
Pœna satis uidetur accusata, si in iudicis mandato dica-
tur, quòd veniat ad dicendum quare contra eum non de-
beat fieri executio.
3 *Antecedens præsupponit, qui vult consequens.*
4 *Tempus futurum interdum exponitur pro prę senti.*
Verba interdum mutāt suam naturam ratione adiuncti.
5 *Expressum habetur, quod tacitè inest etiam in libellis.*
Pœna quando non est accusata, & factum est mandatum,
quòd ueniat ad dicendum, quare contra eum nō debet fie
ri executio pœnę, sententia fertur, qua declaret, quòd pœ
na possit accusari & executio fieri.

1 EXtat obseruantia in magna curia Vicariæ †q non
procedatur ad exactionem pœnę contētę in obli
gatione facta penes acta, nisi pars accusauerit pœnā
cōtra debitorem, uel eius fideiussores. Modò fideiusso
res qui fideiusserāt de psentando reū principalem to-
ties quoties sub pœna, fuerunt requisiti à procuratore
fiscali, quòd præsentent reum principalem, & illi fide-
iussorem non præsentauerunt. Demum per magnam
curiam emanauit mandatum dictis fideiuss. vt venirēt
ad dicendum causam, quare pœna contenta in obliga
tione facta per ipsos fideiussores non debeat accusari
per procuratorem fiscalem: & quare contra eos nō de
bet fieri executio dictæ pœnę; & non reperitur in pro-
cessu, q pœna sit accusata per procuratorem fiscalem
contra dictos fideiuss. & conclusus est processus.
Quæritur, verū dicti fideiuss. possunt ad pœnam cō-
demnari. Videbatur dicendū, q non, ex quo pœna cō-
tenta in obligatione non fuit accusata: & per cōseqnēs
non potest fieri condemnatio, per ea quæ not. Bal. in l.
edita. C. de eden. Imò stultus est iudex qui condemnat
ultra petita; vt in l. cum quidam. C. de fideicom. lib. In
contrarium dicebatur, q sufficiebat factū simpliciter
proponere sine conclusione de iure canonico vt dicit
Io. Andr. in c. dudum. de deci. & patet in c. dilecti. de iu
di. & Card. Flor. in c. cū dilecti. u t. eccl. quod met. cau.
2 †Et idem est in consistorio principis, ubi sufficit factū
proponere sine conclusione, secundum Innocē. in c. j.
l. b. l. obla. & est tex. sing. in l. Aemilius. ff. de minor. Et
ita dicatur, hæc causa fuit agitata in magna curia Vica-
riæ, non

riæ, non in sacro Consilio, in quo causa deuoluta est p
querelam ipsorum fideiussorum. Fuit rñsum, ꝙ nõ at-
tenditur solennitas libelli; sed sufficit factum esse præ
positum, ex quo resultat conclusio. Preterea satis uide
tur esse pœna accusata, cum dictum sit in mandato, ꝙ
veniant ad dicendum, quare contra eos non debet fie
3 ri executio dictę pœnę: †quia qui vult consequens, præ
supponit antecedens, vt in l. ad rem mobilem. & l. ad
legatum. ff. de procur. l. illud. ff. de acq. hęr. l. oratio. ff.
de sponsal. sed ad executionem pœnę procedi non po-
test, nisi prius pœna accusata. Ergo procuratore fisci
petendo executionem pœnę inest ipsa accusatio. Prę-
terea cum in dicto mandato dicatur, quòd dicti fide-
iuss. ueniant ad allegandum causam, quare pœna non
debeat accusari, propter uerbum qđ sequitur, & qua-
re non debeat fieri executio, illud uerbum pcedens, s.
quare pœna non debeat accusari, quod est futuri tem-
4 poris, exponitur pro psenti; †quia illud adiũctum, qua
re non debeat fieri executio, quod est psentis tẽporis,
trahit ad se illud uerbum futurum, quare non debeat
pœna accusari, ut probat glo. in c. unico. de iniur. lib. 6.
in glo. fin. dicit, quòd si iudex dicat, subiaceat excõmu
nicationi, non requiritur alia sententia, licèt uerba so-
nẽt in futurum. Accedat quod uoluit do. Abb. Sicu. in
c. si diligenti. in glo. in uerbo, perdant. de for. competẽ.
pro hoc etiam facit illud, quod sępe solet dicere Andr.
de Ise. in c. 1. §. donare. quali. olim. feu. alie. pot. & in c. t.
vas. de decre. ætatis. quòd ratione adiuncti interdũ uer
ba mutant suam naturam, interdum limitantur, vt no.
Doc. in l. t. ff. de his qui à latro. & Alex. in 3. uol. in con
sil. t. 7. colum. & sic dicta uerba simul coniuncta posi-
ta in mandato sunt pgnantia. & includunt tacitam pœ
5 nę accusationem, & †quod tacitè inest, habetur p ex-
presso, ut in l. cum quid. ff. si certum pet. ubi dicit Bar.
quòd hoc habet locum etiam in libellis, & not. Innò-
in c. super literis. de rescrip. Tamen domini de Consi.
lio, ut euitetur omne dubium, & resultet idẽ effectus,
notauerunt, quòd formetur sententia contra fideiuss.
iuxta formam mandati, scilicet quòd declaretur, quòd
pœna possit accusari, & contra eos fieri executio: & ex
prædictis apparet intellectus uerborum contentorum
in dicto mandato.

ANNOTATIO.

IN DECISIONE III.

1 *Sententia debet esse cõformis libello, & satis dicitur quis pœnam accusare, qui petit ipsius pœnæ excusationem.*
2 *Sententia, in quibus potest ferri non conformis libello.*
3 *Pœna stipulata in contractu à notario in casu contrauentionis, potest exigi à fisco, nemine petente.*
4 *Ex stipulatione notarij ad pœnam potest quis agere cuius interest, & si duo promiserunt adinuicem se non offendere, in casu contrauentionis agit fiscus, etiam nemine petente.*
6 *Priuatus etiam arbiter non apponit pœnam, & si data sit potestas ipsam imponendi.*
7 *Quando obligatio penes acta fuit capta in alia cur. non potest accusari, nisi præcedat citatio ad dicendum causam quare.*
8 *Obligatio penes acta an debeat capi per notarium magistrum actorum, & de mandato Iudicis, & quid in minimis causis.*
9 *Magister actorum vnius curiæ habens iurisdictionem limitatam circa certas personas tantum non potest capere obligationem penes acta.*
10 *circa personas, in quibus non habet iurisdictionem, & si in obligatione penes acta testes sint necessarij.*

DECISIO III.

Ex ista decisione consilij videtur approbari trita regula †quòd
1 sententia debet esse conformis libello, vulga. l. ut fundus. ff. com
mu. diuid. capitu licet Heli de simo. ex quo enim hic in casu hu-
ius decisionis expeditum mandatum ad dicendum causam, qua
re non deberet pœna accusari, non poterat sententia ferri su-
per pœnæ accusatione. Sed tantùm pœnam posse accusari, pro-
nuntiari & exequi iuxta formam mandati, licèt rectè intuenti
possit dici, ꝙ satis dicatur quem pœnam accusare, qui petit ip-
sius exequutionem, tanquam saltem tacitè petitum, vel veniẽs
in consequentiam, prout vltra allegata per Affl. hic, de vtroque
loquitur Feli. in d. c. licet Hely. in 2. & 3. fallen. ad regulam pdi
ctam, ꝙ sententia debet esse conformis libello, & ibidem ponit
2 30. limitationes † in quibus sententia fertur non conformis li-
bello, & hr̃ ẽt ĩ. in decis. 32. & diffuse per Ias. in l. uinum. col. 8. ff.
si cert. pet. & maximè in 2. limit. vbi ponit hæc non procedere in
concistorio principis, cum quo concordat Hipp. in sing. 272. in-
cip. in hac inclyta ciuitate, & latius infrà in dec. 372. & cũ nota-
tis in ista decisione conuenit idem author in const. reg. ad offm
3 baiuli 3. nota. † & amplius ꝙ dicta pęna stipulata per notarium
fisci vtilitatem valeat & exigi possit à iudice etiam nemine pete
te, facit doctri. Bar. in l. 1. & in l. ex quibusdam. § senatus. ff. de iu
re fisci. vbi ponit qõnem de duobus qui promiserunt se non of-
4 fendere notario stipulante pęnã noĩe fisci, † ꝙ fiscus ipse ex tali
contractu poterit agere ad ipsam pœnam in casu contrauentio
nis ẽt nemine petente, prout etiam ibidem hæc notat Ale. in ad-
ditione, ita limitando tex. l. properandum §. 1. C. de iud. ibi dum
hr̃, & eius contumaciam accusante, imo ꝙ per cõparitionem si-
ne alia accusatione intelligatur contumacia accusata, declarat
late And. in c. 1. 4. col. nu. 11. in ver. uerius est de contr. inter vasa.
& alium, &c de quo ẽt per eundem Alex. in consi. 100. discussis
his oĩbus. 1. col. vers. nihilominus & ibi per Recentiores, qui nõ
nullos alios more solito citat. & Bal. in l. non aliter. ff. de adopt.
5 in fi. vbi etiam dicit † ꝙ ex stipulatione notarij ad pœnã is agit,
cuius interest, cum quo concordat Gozad. in consi. 31. nu. 16. ꝙ
6 nõ esset in alio priuato, dato ꝙ fuisset arbiter † & data foret ei-
dem potestas imponendi pœnam, nam eã non imponit, vt va-
leat, prout est tex. l. arbiter infra certum ff. de arbit. quod decla-
ra prout in pulcro casu consuluit Anch. in consi. 1. quæ intelligẽ
da sunt, quando obligatio penes acta fuisset confecta in eadem
7 met curia, vbi fit pęnæ accusatio: † quia si in alia, non potest pœ-
na accusari & exequi nisi præcedente primò citatione ad dicen-
dum causam, quare non debet accusari, & dato termino, prout
notat And. & post ipsum hic idem Affl. io cõst. regni Baiulus in
forem, fol. 143. cætera autem ad materiam obligationis penes
acta sunt annotata ĩ in decis. 194. & 287. & per eundem autho-
8 rem in const. reg. magistri camerarij. † ibi ꝙ obligatio ipsa dẽat
capi per notarium magistrum actorum & de mandato iudicis,
quod mandatum actuarij magnæ curiæ dr̃ semper à Iudicib. ha-
bere, & pdicta limitantur etiam non procedere in minimis Bar.
in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breuiculo recitandis. Gui. Pa
pa in decis. 563. verum Iudex ibid. etiam si potest acta scribere vt
Iudex & notarius, in istis minimis, & tenet ꝙ sic, & Felyn. in c. in
psentia. 1. col. de proba. & de prædictis etiam per Gramm. in cõ
9 si. 66 quia intentio, in ciuilibus, ubi nu. 5. etiam voluit, † ꝙ ma-
gister actorum vnius curiæ habentis iurisdictionem limitatam
circa certas personas non potest capere obligationem penes a-
10 cta alterius personæ, in qua non habet † iurisdictionem, & ibi ẽt
si testes sint necessarij in d. obligatione penes acta. Caes. Vrsill

DECISIO IV.

De saluo conductu, de inquestibus & bannitis per inferiores iudices, nisi in certis casibus non præbendo.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus fisci an possit concedere saluum conductum et hosti uel rebelli. 3.*
Iudex etiam inferior an possit concedere saluum cõductũ

delin-

delinquenti, & bannito.2.4.

2 *Princeps redeundi facultatem relegato solus concedit.*

Voluntas principis ponitur pro causa iusta.

3 *Capitaneus in bello hosti vel rebelli commeatum dare non potest.*

Mandatum generale ad litigandum habens nō paciscitur, uel transigit ad tempus, vel in perpetuum.

4 *Seueritas contra rebelles exercetur, & eis securitatem solus princeps largitur.*

5 *Rebellionis crimen est lęsæ maiestatis, cui inferior commeatum dare non potest.*

ADuocatus fisci sine speciale mandato domini regis concessit saluumconductum cuidam rebelli domini regis pro certis negotijs tangentibus fiscū regium Fuit dubitatum, utrum per eum potuit concedi
1 talis saluus conductus.†Videbatur dicendū, quòd sic; quia aduocati fiscales solent habere amplas cōmissiones.& nedum princeps, sed etiam inferior iudex pōt concedere saluum conductum delinquenti; ut no. Iac. de Bel.in Auth de mandat. principum, in §.sed neque & Bald in l.1.ff de dolo. & Bar.in l.illicitas.§ ne potentiores.circa finem.ff.de offic.præsidis, & Bart.in l. is qui reus.ff.de public.iudic.

In contrarium facit:quia clarum est, quòd Iudex q superiorem habet, non potest bannito concedere saluumconductum:ut dicit Iacob. in 5.q.de bannito. Et idem firmat Bald.in l.reos.9.col.C.de accus. Nec obstat id quod dicit Bart.in l.is qui reus.vlt.col.ff de publi.iud.quòd iudex inferior ex causa potest delinquenti concedere saluumconductum, quia illud intelligit,
2 prout dicit Bar. in l.relegati ff.de pœ.†vbi dicit, quòd solus princeps dat licentiam relegato veniēdi: & illud quod dicitur ex aliqua causa iudex dat licentiam, dicit ipse intelligatis, quòd causa iusta est voluntas principis:tamen postea subdit, quòd qlibet iudex ex iusta causa potest dare licentiam reuertendi, ut puta, si est accusatus de maleficio, propter quod præsentia accusati requiritur, ut in d.l.is qui reus. Sed hoc est verum, quādo daret securitatem temporaliter ex iusta causa, idem Bald.in l.reos.9.col.de accus.Secus si daret securitatem perpetuò:quia illam dare non posset sine principe; ut in d.l.relegati. & ff.de re milita l. qui cū uno,
3 iuncto d §.neque.† Vnus ex consiliarius expresse dicebat, aduocatum fisci non posse hosti uel rebelli dare saluum conductum:quia hoc non potest facere capitaneus ad guerram, ergo nec aduocatus fisci:ut tenet Ang.in l.conuentionum.ff.de pac quia habens generale mandatum ad litigandum non paciscitur vel trāsigit ad tempus vel in perpetuum;ut in l.mandato generali ff.de procur.iuncta l.qui Romę.§. Callimachus ff.de uerb.obl. Et pro confirmatione allegabat Bald.
4 in c.1.2.col.de pace Constan ubi dicit.†quòd contra rebelles seueritas exercetur, & eis solus princeps securitatem dare potest Et licèt Bal. & aliqui scribētes in d l.conuentionum, hoc non firment, tamen hoc ultimum omnes domini tenuerūt, & dixerunt, quòd illud quod dicitur, quòd inferior a principe potest ex causa concedere securitatem, procedit quando delinquens esset bannitus ab illo iudice qui securitatem dat:ut tenet Bar.in d l is qui reus in fi.& ibi Io.de Imo. & Angel.in d.disputatione. & Bal. in l.sed si hac. § & si pro pœna ff.de in ius uocan. unde cum crimen rebellionis
5 sit læsæ maiestatis, †non potest inferior delinquenti in hoc crimine dare saluumconductum, per d.l.relegati & d.§ sed neque.& Bart.in l.non omnes. §. fin. ff.de re milit. & Bal.in c.j.§. item sacramenta. in fi.de pace iura.fir & firmat Iason in d l conuentionum, & per cōsequens si ueniret talis rebellis cum illa securitate data per fisci aduocatum, non esse ei seruanda, de quo p Bal.in d.§ item sacramen.in fin.& per doc.ibi, & Alex. in apostil.in d.l.1.ff.de dolo.

ANNOTATIO.

IN DECISIONE IIII.

1 *Aduocatus fisci an potest dare saluumconductum, & quando est causa inter priuatum & fiscum, an fisci procurator cognoscat adiuncto presidet?*

2 *Aduocatus fisci dicitur spectabilis.*

3 *Loco procuratoris fisci hodie successerunt præsides prouinciæ, vel Iudices cameræ summariæ.*

4 *Aduocatus fisci non habet iurisdictionem, sed tantum iura proponit, & Procurator Cæsaris non debet cām dicere, absente aduocato fisci, aliás sententia rescinditur.*

5 *Saluumconductum in perpetuo solus princeps dat, vel domini temporales, & ad tempus à iudicib. tantū datur.*

6 *Saluumconductum habens non potest molestari directè vel indirectè.*

7 *Rumpens saluumconductum tenetur crimine læsæ maiestatis,*

8 *Saluusconductus ad res, & ad personas se extendit.*

9 *Habens saluumconductum si capiatur debet poni in sua libertate.*

10 *Saluus conductus morte expirat concedentis, nisi verba sint ampla.*

11 *Saluusconductus potest testibus concedi, ut liberè veniāt ad deponendum.*

12 *Saluusconductus concessus amittitur pp nouū delictum.*

DECISIO IIII.

Adde, q contra dicta in ista dec.quatenus Afflictus conclu-
1 dit † Aduocatum fisci non posse dare saluumconductum rebelli, uidetur facere tex.l.2.& tertia.C. si aduersus fiscum restit. In quibus habetur, q qn causa est inter priuatum & fiscum, fisci procur.cognosci etiam non adiuncto pside, de quib. fit mentio j.in decis. 166.Si igitur fisci procurator de causis cognoscit, potest ergo saltem ad tempus securitatem ex cā dare, sicut alij Iudices habentes cognitionem faciendi istud, tam Barto in d.l.
2 reos. quàm alij hic allegati per Aff.concludunt † Item ēt facit quia aduocatus fiscalis dr spectabilis, Rubeus Alex. in consi.86. fit prorogatio iurisdictionis coram ipso l.1. C.de sur.om iudic. & no j.in decis. 27.in fin.sed dicas conclusionem hic positā ueram:& iura superius allegata non mereri ad hoc adduci, ex quo non loquitur in aduocato fisci, de quo habetur titulus.C.de aduo.fisci, sed de procuratore Imperatoris siue Cæsaris, de quo ēt in l.1.& ibi Ias.de officio procu Cæs.qui hodie non est †sed eius
3 loco successit præses prouinciæ, ut dicit Pau. de Cast.in d.l.ad fiscum, vbi causæ fiscales, uel Iudices cameræ, prout ait idem Pau. de Cast.in d.l.2 C. si aduersus fiscum.& est tex const.reg. causas per magistros Iustitiarios lib 1.& ibi per Affl nu.1. & in consti. intes multas.num.4.& hodie duo fiunt aduocati fisci, vnus de patrimonialibus, alter uerò de causis criminalibus, ut ibi ait Afflic licèt olim non fuerint in usu: quia vnus aduocatus fisci in
4 omnibus fiebat, & vī verum, q †aduocatus fisci non hēt iurisdictionem, sed tm iura proponit iuxta text.in l.proximè, de his q in testa.dele.& notaui in d.deci.166. de hoc etiam vī tex.l fin.C. eo de aduo fisci.ubi dicit hunc procuratorem Cæsaris, cuius loco hodie esset locumtenens & præsidentes Regiæ cameræ, non debere causam dicere & cognoscere absente aduocato fisci, aliás sententia rescinditur, prout dicit gl. allegando ibi tex.l si fiscus, ff.de iure fisci cum ergo fisci aduocatus non habeat causæ notionem, hac rōne saluumconductum concedere non ualet, & in
5 materia salui conductus† q in perpetuum non concedatur, nisi à solo principe, vel dnis temporalibus, & ad tempus à iudicib

ex causa tenet Bal. in c. 1 de summa Tri. & fi. cath. col. 2 ibi etiā, an fides hostibus seruanda. Ias. pulchrè post alios in l. conuētionum ff de pac. Ioannes de Plat. in l. quum sæpe contingit. C. de ero. milit anu lib. 12. Cass. in consuetudine Burg. in titu de Indices, nu. 46 fol 16. plenè per Philippum Franch in c. ex parte. lo. 2. de appell. Nellus in tract. bannitorum q. 25. vbi ēt istæ securitates semper sont seruandæ. Goza. in consi. 22 nu 22 ibi etiam, ꝙ
6 habens saluumconductum † non valet molestari directè vel indirectè: & latius de prædictis omnib. per Boerium in decisio. 179. Hieron. Gratus in consi 61. nu. 1. & 92. In præsenti causa. 2. vol.
7 in quibus ꝙ rumpens saluumconductū † teneatur crimine maiestatis, & ꝙ dato in eundo, idem in redeundo intelligatur. Ale.
8 in consi. 29. num. 2. & in consi. 90. vol. 6. † Et insuper ꝙ ad res & personam se extendat, affirmat Deci. in consi. 51. & Paris in trac.
9 sind in uer saluusconductus, fol. 95. ibidem † ꝙ si capiatur ha-
10 bens saluumconductum † ꝙ debeat poni in pristinam libertatem, insuper ꝙ iste saluusconductus, seu saluaguardia morte expirat, nisi uerba sint ampla, tenet Io. Fab. institu. de manda. § itē
11 si adhuc † & de concedendo testibus vt liberè veniant ad deponendum ueritatem, glo. not. in c. hortamur, 3. q. 9 in verbo amputa
12 ri † ꝙ admittatur propter nouum delictum. Roma in cons 459. in proposita q duo sunt, & ꝙ quando quis timet in propria personā uenire in loco, an debeat se committere periculo fragilis cautionis, quòd non sunt, annotationes infra in decision. 189. Cæs. Vrsill.

DECISIO V.

De saluoconductu siue exceptione concesso debitum iuratū non includente.

SVMMARIVM.

1 *Saluusconductus generaliter per regem concessus qualiter intelligendus, & an includat debitum iuratum.*
Rex dans commeatum absque aliqua exceptione, an uideatur in genere de omnibus cogitasse.
2 *Dispositio principis generaliter loquens non trahitur ad casum, in quo interuenit iuramentum.*
3 *Papa tollens consuetudines, uel statuta, an intelligatur cassare quæ iuramento firmata sunt.*

DOminus rex sæpe ac sępius cōcedit diuersis hominibus saluumconductum, vt illi non possint conueniri ex quacunque causa ciuili uel criminali; qui saluuscōductus intelligitur sēm pragmaticam Regis Ferdinandi primi, quę incipit, Nonnunquam super intelligentia guidati chorū &c. sub data MCCCCLXXXVI. scilicet ut non intelligatur contra vasallos Regis, uel
1 colligatorum, an talis guidatus a Rege a possit conueniri ab alijs pro debitis iuratis, ubi in guidato nihil di-
1 citur de iuratis debitis. † Curiales laici dicūt, quòd saluusconductus cōcessus a rege absq; exceptione aliqua generaliter est intelligendus: quia uidetur Rex saltem in genere cogitasse de omnibus, arg. l. qui iure militari. ff. de test. mil. & eorum quæ not. Bar. in l. sub prętextu speciérum. C de trans. Sed omnes Iuristę dicunt cōtra
2 rium, † quòd dispositio principis generaliter loquens non trahitur ad casum, in quo interuenit iuramentū, gl est fi. in auth. sacramenta. C. si aduer. uen. & uoluit Ioan. And. in add. Spec. in tit. de prolat. sen. §. hoc autē notandum est. & idem uoluit Fede. de Sen. in cōs. 272. inci. factum est tale, statutum ciuitatis Perusinæ. Inde uoluit glo. notabilis fi. in c. cum nō deceat, de elec. li. 6. quā alleg Ang. in l. j § quæ onerandæ. ff quā re. ac. nō
3 da. † quòd licet Papa, vel imperator casset consuetudines, vel statuta, per hoc non intelligitur cassare statuta iuramento firmata, hoc idem firmat Ioan. And. ibi, ubi allegat multa iura: & idem tenet in c j. de fi. p̄sby. lib. 6. in nouella, & firmat D. Abb. in c. 1. de his q̄ fiunt a maio. par. capit. ubi dicit, quòd d. gl. est sing. ad hoc. Idem uoluit Io. de Imo. in c. dilecti. de p̄ben. & in Clemen. dudum. de sepul. Et est tex. & ibi glo. in c. constitutus. de rescrip. & confirmat Alex. de Imo. in 1. uolu. consi. 27. ult. col. Et idem in consi. 125. 9. col. & in 2. uol. consi. 125. 3. col. & in eod. uolum. consi 37. 7. cōl. & in 4. uol. consi. 102. 2. col. Et in propriis terminis in saluoconductu firmat idem Alex. in 2. uol. consi. 204. Et idem firmat Cyn. & Saly. in l. fin. C. si contra ius uel utilit. publ. Et idem firmat Alex. in 3. uol. in consi. 38. in 2. colum. Et ita his diebus fuit iudicatum per sacrū Consilium ex uoto omnium Consiliariorum nemine discrepante, & relatum Regię maiestati; & sic fuit executum.

ADDITIO.

Guidatus à Rege.) Guidatus à Rege potest cōueniri super debito iurato, unde plenè Ias. in l. rescripta. C. de precib. Imper. offeren. & in l. fina. C. si contra ius uel util. publ. Felyn. in c. constitutus. de rescrip. Item adde, ꝙ talis saluusconductus per principē concessus debitori: vt molestari non possit, non uendicat sibi locum in debito ratione delicti, seu dependente ex delicto ita singulariter Gul. de Cun. in l. sed & si ex parte. §. quanquam. ff. qd̄ cum eo. & in l. si rerum. ff. de re iudicat. quem refert & sequitur Ludou. Rom. in singulari, in uersi quod si Titius habuit. & Martin. de Laud. in tractatu de priuileg & rescriptis, uersic. 14. qui plus subdit, ꝙ talis saluusconductus non se extendit ad debitū fisci, per allegata per ipsum. Thomas Gramm.

ANNOTATIO.[1]

IN DECISIONE V.

1 *Saluusconductus concessus a Principe non se extendit ad debita iurata, etiam quòd sit concessus aliquibus, qui uadunt ad habitandum ad aliquam ciuitatem.*
2 *Saluusconductus non se extendit ad pensiones domorum, ad debita cameræ fiscalis, & delicti.*
3 *Saluusconductus non se extendit ad fideiussores; item an Princeps dispenset super iuramento.*
4 *Saluoconductu siue moratoria concessis, an interim currāt vsuræ sua interesse?*
5 *Termini prorogatione facta, an interim currant vsuræ?*

DECISIO V.

si ad est iusta & necessaria cā alienationis ut uiuat: vt sana ui-
uat ipsa mulierq; de quibus per Neapod. in cōsue. & si mulier
de contra. Inter vir. & vxo. in uer. iusta, per totum, videt hoc fa-
cere posse. Si aliunde non posset habere etiam ex fructib. bono-
rum, arg. tex. l. mulier. §. cum proponeretur, ibi Alc. post Pau. de
Cast. ff. ad Treb. Socin. consi 23. 3. uol. Lupus in reper. c per ve-
stras, fol. 13. & sunt anno. infra in decis. 347. & 370. in 3. dubio,
& ita pluries vidi iudicari in Sacr. consi. Cæs. Vrsilli.

DECISIO XI.

De sorore petente legitimam alimentanda.

SVMMARIVM.

1 *Soror petens legitimam est alimentanda etiam in prima instantia.*

2 *Alimenta an debeantur, si sententiatum est super quere la testamenti, & pendet appellatio.*

Intellectus ad l. si instituta. §. de inofficioso. ff de inoffic. testam.

SOror comitis castri petebat ab ipso Comite legiti-
mam bonorum paternorū, & interea petebat sibi
1 prouideri de alimentis. † Dubitabatur, an ista prima
instantia qñ agitur petitione hæreditatis contra fra-
trem, debeant p̄stari alimenta lite pendente. Dubium
faciebat: qm tex. in l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de
inoff. testa. loquitur, quando erat sententiatum & pen
debat appellatio, & erat qō super querela testamēti,
& lite pendente nihil est innouandum. In contrariū
fuit allegata decisio Rotæ, posita sub tit. de iudi. deci.
2. in nouissimis, ad char. 13. quæ incipit, utrum filius
2 agens petitione hæreditatis. † quia æquitas d l. si insti-
tuta, uendicat sibi locum etiam in prima instantia Et
per istam decisionē fuit condemnatus dictus Comes
castri ad præstandum sorori suæ ducatos. 50. pro nūc
lite pendente, & procedatur in causa iustitia mediāte.

DECISIO XII.

De exceptione dominii non impediente restitutionem rei locatæ, et de duplici probatione semiplena simul iūcta.

SVMMARIVM.

1 *Agens remediū l. si quis conductionis. C. locati. an debeat probare plenè fecisse locationem, uel sufficiat probare semi-*

semiplene per confessionem factam per inquilinum extra iudicium parte absente.

1 *Remedium l. si quis conductionis. C. loc. quod remedium sit, & quid requirat.*

2 *Confessio extra iudicium facta parte absente probat semiplene.*

Dictum unius, dictum nullius, ut in uno teste de locatione deponente.

3 *Testis vnus integer probat semiplene.*

Probationes duæ semiplene coniunguntur simul ad faciendam vnam plenam probationem.

Exceptio dominii non impedit, quo minus fiat restitutio rei locatę.

6 *Dicta lex, si quis conductionis, limitatur multis modis, & maxime quòd omnia quæ possunt opponi agenti interdicto recuperandę, possunt etiam opponi agenti remedio dictæ legis.*

7 *Lex prędicta si quis conductionis, procedit quando ageretur possessorio, secus si petitorio.*

8 *Quando quis ignoranter conduxit rem suam, non conuenitur remedio dictæ legis si quis conductionis.*

9 *Causa conductionis est summaria, an propterea possit probari per vnum testem.*

FVit agitata quæstio inter filiam primi matrimonij actricem, & sorores secundi matrimonij conuétas
1 super restitutione domus † uigore l. si quis conductionis, C. loc. Dictæ sorores conuentæ se defendebant, quòd domus ista fuit materna. Pro parte agentis dicebat, quòd exceptio nõ obstat agenti dicto remedio. l. si qs conductionis. Replicabant conuentę, quòd nõ probatur, quòd ipsæ tenebant titulo locationis. Ex quo testes deponentes, quòd ipsæ conuentæ confessæ sunt extra iudicium parte absente, quòd dictam domum tenẽt lo-
2 catam a dicto actore, non probãt nisi semiplene: † quia confessio extra iudicium parte absente probat semiplene tantum, ut concludunt scribentes in l. admonendi. ff. de iure iur. Et probatur in l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. Bal. & Salyc. in l. in bonæ fidei. C. de re. cre. Nec obstat dictum unius testis deponentis de locatione domus: quia dictum unius, dictum nullius. Sed in contrarium fuit pariter cõclusum, quòd ex quo constat de confessione extra iudicium parte absente, quæ inducit semiplenam probationem, ut supradictũ est: & patet in c. fi. de successio. ab intestat. & in l. capite quinto. ff. de adult. & in l. quæro. ff. de ædil. edict. &
3 constat per unum testem de locatione † & unus testis semiplene probat: ut concluditur per Doct. in d. l. admonendi, & duæ semiplenę probationes (sicut est confessio extra iudicium parte absente, & unus testis de veritate) coniunguntur & faciunt unam plenam probationem vt firmat bald. in l. unica, in princ. C. de confess. & in authen. rogati. C. de testi. & in rub. de cõtrouer. inuesti. & Sal. in d. l. in bonæ fidei. & Alex. in 2. vol. in consi. 143. Et sic fuit per omnes conclusum & uotatum, quòd dicti conuenti condemnentur ad restitutionem dictę domus locatę saluo iure super proprietate.

ANNOTATIO

IN DECISIONE XII.

1 *Confessio absente parte, probata per duos testes, probat semiplene, & potest coniungi cum uno teste de ueritate negotij, ad faciendam plenam probationem.*

2 *Vnus testis de visu, & alius de confessione, parte præsente coniunguntur ad faciendam plenam probationem.*

3 *Instrumentum est liquidum etiã quando adiuuatur alio instrumento similiter liquido.*

4 *In criminalibus quæ probationes semiplenæ non coniunguntur ad condemnationem.*

5 *Legis si quis conductionis. C. loc. remediũ procedit in omni possidente rem alieno nomine, & tunc non admittit exceptionem dominij, quando agitur remedio dictæ legis, secus si ageretur ex locato, in quo est aduertendum.*

DECISIONE XII.

1 De Prima cõclusione huius decisionis, † quòd confessio absente probata per duos testes probet semiplenè, & quòd possit coniungi cum uno teste de ueritate negotij ad faciendam plenam probationem, sunt annotationes ĭ in deci. 364. 375. & de ista coniunctione facienda circa probationes in ciuilibus, solet semper allegari tex. l. 2. uer. legiti. ff. de excusa. tot. de quib. plenè per Ias. in l. admonendi. fol. 112. & per Aymo. in consi. 73. dicendum uideretur no. 20. per Alex in consi. 13. 2. uol. & ibi Recent. qui allegant Afflictum hic, & per eundem Alex. in consi. 76. co
2 lum. 6. ubi plus singulariter uoluit † quòd unus testis de uisu, & alius de confessione parte præsente coniunguntur ad faciendam plenam probationem, licet Recen. ibidem nonnullos contra affirmare tentant: & non bene, immo Hippo. in singulari. 585. plus dicit, quòd unus testis de uisu & fama, & alius de fama tantum
3 coniungantur ad plenam probationem † quæ omnia procedũt etiam ad faciendum instrumentum liquidum iuxta ritum magnæ curiæ Vicariæ in duobus instrumentis liquidis, quòd coniungantur ad faciendum instrumentum liquidum, prout est ritus eiusdem magnæ curiæ de præfatis qui incipit. item intelligitur sumptus meo iudicio ex tex. l. Gallus §. ille casus. uersi. quasi duobus capitibus, & quod ibi per Ias. ff. de lib. & posth. Quod nõ
4 procedit in criminalib. † quò ad condemnationem per Ias. in d. l. admonendi supra alleg. Et per Ang. in tract. Malef. in uerbo publica uoce & fama. nu. 41. & in uerbo comparuerunt dicti inquisiti & totum negauerunt, num. 15. Et per Decium in consi. 163. in causa matrimoniali. num. 12. & per Aymo. in consi. 9 nu. 12.
5 & circa remedium l. si quis conduc. C. loca. † quòd procedat in omni possidente rem alieno noĩe, quòd possit conueniri remedio dictæ legis affirmat Deci. 1. col. 56. in causa appellationis, num. 4. uers. nam sicut, & quòd tantum procedat, quando ageretur remedio dictæ legis, secus si ex locato, in quo semper puto aduertendũ, testatur Soc. in consi. 287. circa præsentem consultationem, in 2. lib. hoc quam Alex. in l. si aliquam rem. ff. de acq. poss. qui limitat non habere locum in multis casibus, & breuiter quòd omnia q̃ possunt opponi agenti interdicto recuperandæ, agẽti remedio
6 dictæ legis obijci possunt. † Quod nota: quia multotiens habui de facto, de quo etiam per Aymo. in consi. 157. nobilis Bertrandus, per totum maxime num. 4. dicentem etiam, seu limitantẽ
7 dictam legem procedere † quãdo ageretur possessorio ut supra, secus si petitorio, & oĩno per Curt. senio. in consi. 70 qui limitat dictam legem non procedere, quando quis probasset tempore
8 conductionis se possidere, & sic † ignoranter conduxisse, de quibus etiam per Hieronymum Gratum in consi. 90. col. fi. 1. uolu. per totum, & per Curt. Iunio. in consi. 12 2. sanctissimæ Trinitatis viso diligenter. per Ias. in consi. 15 4. col. fi. uol. 2. per totom. & per Felin. in c. inter dilectos, de fide instru. circa fi. & nouissime per Ioannem Plotum in rep. l. si quando nu 193 in 1. impressione vbi referendo aliquos de prælatis dicit, quòd tutatur in lite contra non restituentem rem conductam. insuper quòd dicta lex nõ procedat, quando quis de nouo post locationem ab alio habuit
9 dominium rei locatæ, & insuper nota † quòd causa conductionis est summaria, & potest per unum testem probari, secundum Grãmatic. cõsi. 54. in ciuilibus, in principio, quod an procedat, sunt scripta infra in decis. 365. CAES. VRS.

DECISIO XIII.

De tutoribus & restitutione bonorum contentorum in inuentario, & de præsumptionibus in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium tutoris plenam probationem facit contra tutorem.*

Esse

Esse semper præsumitur, quod in meo posse semel fuit.
2 *Præsumptiones multę ostendentes bona inuentarizata fuisse restituta pupillis factis maioribus.*
3 *Actio personalis tollitur per pręscriptionem xxx. anno.*
Pręscriptio quadragenaria inducit ueritatem, & effectũ renuntiationis & tacitum consensum, & similis est ei, qui satisfecit. 4.
4 *Tempore liberatus similis est ei, qui satisfecit: quia habet, quod obiiciat petitori.*
Alienare uidetur, qui patitur contra se præscribere.
5 *Consensus partis tacitus est in præscriptione.*
Tempus multa refutat.
6 *Præscriptio non habet locum stante pręscribentis mala fide.*
Bartolus reprobatur super præscriptione.
7 *Intellectus, & limitatio ad authen. malæ fidei. C. de præscriptione long. temp.*
Bona mobilia in inuentario tutoris contenta an possint vsucapi per eius hæredem.
8 *Compensatio tacita an uideatur facta, si finita tutela pupillus non egit contra tutorem per tempus longissimum ad restitutionem bonorum inuentarizatorum, eo quòd debitor tutoris erat.*
Exceptio contra præscriptionem non obstat, quod ille contra quem præscribitur, præscribentis erat debitor.
9 *Exceptio cõtra regulam quæ iure non cauetur, nulla est.*
Amissio rerum uel scripturarũ an uideatur probata probato vrbis excidio, in quo erant, & an probetur ex coniecturis. 10.
10 *Iuramento partis de scripturis, & tenore an standum, si furtum per testes probetur.*
Coniecturæ in quibus multum operentur.
11 *Scripturam penes se habens scire præsumitur, quod in ea continetur.*
Agnatus si est creditor pupilli, nõ põt esse eius tutor 15.
12 *Intellectus ad procula. ff. de probat. Soror permittens hęreditatem paternam diu per fratres possideri an tacite videatur repudiasse potentia succedendi.*
13 *Repudiatio quando non inducitur per silentiũ diuturnũ.*
15 *Tutor si est creditor pupilli potest sibi ipsi soluere absque iudicis decreto de bonis pupilli, quæ seruando seruari nõ possunt.*
Lactare suum nemo creditur.
15 *Liberalitas in necessitate non uenit.*
16 *Creditor administrans bona sui debitoris pręsumitur qđ sibi soluit in dubio, & idem de tutore. 18.*
17 *Inuentarium non conficiens, præsumptionem uiolentam præbet mali animi ad fraudandum.*
Administrator in dubio præsumitur fecisse, quod alij administratores fecissent, alias diceretur in culpa.
Culpa arguit eum, qui nõ fecit, quod sibi miles fecissent.
18 *Culpa non præsumitur, nisi probetur.*
Culpa per allegantem probanda.
Experientia optima rerum magistra.
19 *Qualitates hominum ex actibus deprehenduntur, quæ sunt attendendę.*
Liberalitas ex qualitate personæ præsumitur.
Qualitas animi probanda ex præterito in præsenti pręsumere facit.
Agere prout in nostris præsumitur in alienis.
20 *Acquirere multa in breui tpe regulariter non possumus.*
Soluisse totum qui sibi potuit, et partem solum sibi soluit an integre solutus pręsumatur.
21 *Partis agnitio arguit agnitionem totius.*
Damnificare sibi uelle nemo in dubio præsumitur.
Soluens partem non uidetur soluere totum, & qui partẽ recipit, potest ad residuum agere.
Satisfactio in recenti facto melius probatur quàm in veterato.
22 *Iudicium fugiens de sua iustitia diffidere videtur.*
Argumentum de minori ad maius tenet.
Diffidens de modico, de plurimo non confidet.
23 *Probatio plena in factis antiquis potest fieri per indicia, & coniecturas.*
Factum excedens annos 40. dicitur factum antiquum.
Probationes factæ per indicia, & coniecturas dicuntur manifestissimè.
24 *Pręsumptiue quod constat, satis dicitur apparere.*
Probationes minus sufficientes in facto antiquo sufficiũt.
Sententia diffinitiua in causa potest ferri ex pręsumptionibus tam legis, quam hominis, & quando.
Singula non prosunt, multiplicata iuuant.
25 *Probatio contra inuentarium an possit fieri ultra dispositionem. l. fi. C. arbi. tute.*
Debitum si contrahatur in scriptis, solutio in scriptis probanda est, vel per quinque testes.
26 *Probatio per testes an admittatur contra inuentarium in causa restitutionis bonorum, & quid si per præsumptiones, num. seq.*
Solutio canonis in contractu emphyteutico scripturã requirente, an possit per testes probari.
Probatio obliqua contra pręsumptionem iuris & de iure admittitur, non directa.
27 *Rationem reddere tenentes bonorum quæ vsu consumuntur, an sufficiat q̃ probent tanto tempore posse corrũpi.*
28 *Articuli producti in prima instantia, an possint deduci in causa iudicati, & debeant admitti.*
Sententiam quę in rem iudicatam transiuit, præsumitur iusta, & facit præsumptionem iuris, & de iure, nec potest impugnari.
29 *Deo nihil occultum.*
Iudicium in rebus ambiguis non debet esse absolutum.
Curia debet satagere in dubijs, vt partes concordent.
Iudex studere debet ad reducendum partes ad concordiam.

VErtitur dubium, ex quo per sententiã sacri Consilij condemnatus fuit Iacobus de Canforã, tanquã filius & hæres Petrilli de Cãfora, tutoris & patrui Antonelli de Canfora, ad ponendum calculum & rationem de bonis inuẽtarij per ipsum Petrillum, quę fuerunt dicti Pagani & ad restituendum ea bona inuentarizata quæ non sunt restituta. Petuntur ad præsens per dictum Antonellum, hoc est, per eius filios, & hęredes ab hæredibus dicti Petrilli tutoris, ut restituat bona inuentarizata, quæ penes eum fuerunt, & nõ fuerunt restituta, & eius intentio est probata ex pductione inuentarij & dictę sententiæ.
1 †Nam inuentarium tutoris plenam probationem facit contra tutorem: ut est casus in l. fin. C. arbi. tute. & notatur in l. tutor qui repertorium, in prin. ff. de administr. tuto. & l. tutores. eo. titu. Cum ergo res inuentarizatæ semel fuerunt in administratione tutoris, & in eius posse, ut asseritur in inuentario, adhuc præsumitur esse: ut in l. si creditor. C. de pignorati. Actio. l. non ignorabit. C. ad exhiben. plene notatur in l. siue possidetis. C. de probat. & in c. cum ad sedem. de restitu. spolia. cum simili.

Sed

Sed pro parte hæredum dicti Petrilli tutoris addu
cuntur ad presumendum, q omnia bona contenta in
inuentario fuerunt restituta ipsi Antonello filio dicti
Pagani, & per consequens q non teneatur ad iteratá
solutionem infrascriptæ probationes & presumptio-
2 nes: † & primò adducitur antiquitas temporis.

Nam ab eo tempore quo fuit finita tutela, seu cu-
ra d. Petrilli tutoris Antonelli, transacti sunt anni plus
q sexaginta. Et ipse Antonellus nunquàm fecit sibi fie
ri restitutioné dictorum bonorum ab heredibus d. Pe
tri tutoris. Vnde stante isto silentio creditoris per té-
pus sexaginta annorum, psumitur ei satisfactum. Ná
& triginta annis pscribitur actio personalis: ut in l. si-
cut. & l. omnes. C. de prescrip. triginta, vel quadragin-
ta annor. Et pscriptio quadraginta annorum omnem
actionem tollit, ut in d. l. sicut. & in c. illud. & in cap. ad
aures. de pscri. ibi dum dicit, quadragenalis pscriptio
3 omnem prorsus actionem excludit. Ideo dicitur, † q
hoc longissimum tempus inducit ueritatem: ut nota-
tur in l. 2. C. de ser. & aqua. et Bal. in l. libert. C. de ope.
liber. quia ex silentio tanti temporis intelligitur fieri
tacita renuntiatio per eum qui tacuit. l. apud eum. ff.
de censib. l. si eo tempore. C. de remissio. pig. cum l. cú
in plures. §. locatio. ff. loca. facit quod not. Bald. in l. li-
cet. C. de iure deliber. & illud quod dicitur, q ille qui
tam longo tempore patitur, consentire uidetur, ut in
l. pen. C. cómu. diuidun. & C. de rei uendi. l. solénibus.
Accedat ad hoc quod dicit Andre. de Iser. in pludijs
feudorum in illa quæstion. An liber feudorum possit
pro lege allegari.

Item nunquam fuit hoc in quæstione deductum,
unde tacito consensu per tantum tempus uidetur ap
4 probari. ff. de leg. l. sed ea quæ. † item quia qui tempo-
re liberatur, similis est ei, qui satisfecit. ff. de administ.
tuto. l. si pupillus. §. ultimo. ubi dicit tex. is autem qui
tempore liberatus est, dicit glo. triginta annis actio-
ne tutelæ, non ei similis est, qui nihil habet, sed ei qui
satisfecit, habet enim quod obijciat petitori. Hinc est,
quod dicitur, q alienare uidetur, qui patitur cótra se
pscribi. ff. de verb. signi. l. alienationis uerbum. & ibi di
5 cit Dyn. † q in pscriptione est tacitus consensus partis,
ideo dicit tex. in authen. de temp. non so. do. circa prin
cipium, tempus multa quoque refutat, bene facit tex.
in l. iustas. C. de iure fisci. libr. 10. & l. si tempora. C. de
fide instrum. & iure hastæ fisca. libr. 10. benefaciat ad
hoc, quod uoluit Alexan. de Imo. in 3. uolum. cósi. 6.
in 3. colum. ubi dicit, unde patiendo contra se prescri
bi longissimo tpe, uidetur tacitè consentire. d. l. aliena
tionis. & l. longi. cum ibi no. ff. de diuer. & tempor. pre-
scrip. Allegat etiam Guil. de Cu. in l. 2. C. de usu. pro
emp. Et si diceretur mihi, q heredes ipsius Petrilli fue
runt in mala fide uolendo prescribere bona Pagani
inuentarizata, & per consequens Antonelli eius filij &
6 hæredis. † & stante ista mala fide nullo tempore currit
pscriptio de iure canonico, ut concluditur in c. fi. di li-
genti. de pscri. reprobatis dictis per Bar. in l. sequitur.
§. si uiá ff. de usuc. Licét postea remittat decisioni san-
ctæ matris ecclesiæ: & benefecit: quia in contrarium
est communis conclusio per multa iura & rationes: q
causa breuitatis omitto. Ad hoc respondetur, ex quo
sumus in pscriptione rerum mobilium, authen. malæ
7 fidei. C. de pscriptio. lon. tempo. † non uendicat sibi lo
cum in hoc casu, s. dicet in usucapione rerum mobiliú
ex quo tantum habet locum in pscriptione rerum sta
bilium: ut dicit ibi Angelus, & firmat Alex. de Imo. in
l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acq. poss. & in 2. uolu.
consi. 134. incip. in causa & lite uertente. uer. nec huic
habet obstare etc. item quia Iacobus filius d. Petri po
tuit usucapere bona mobilia in inuentario contenta:
ut dicit Ioan. de Imo. in d. l. sequitur. §. hæres. & Dyn.
in c. possessor. & de reg. iur. lib. 6. & Alex. in dicto con
sil. 134. Et si diceretur mihi, nimirum si ipse Antonel-
lus finita tutela non egerit contra tutorem uel eius he
redem per tantum tempus longissimum, ut restituat
bona inuétarizata: quia ipse Antonellus erat debitor
per instrumentum liquidum hæredi ipsius Petrilli sui
8 tutoris in uncijs ducentis: † & sic uidetur inter ipsos fa
cta quædam tacita compensatio: licèt núquam fuerit op
posita, prout requirebatur: ut dicit Bar. in l. j. ff. de có-
pensatio. Et per consequés adhuc ipse Antonellus est
debitor si illud non soluit, si apparet liquidum instru-
mentum. Ad hoc respondetur, q si Antonellus stetit
per sexaginta annos, & à tutore non petijt bona inué
tarizata: non propter ea sequitur, q ipse non sit debi-
tor instrumentarius: & hoc debitum non debilitat p-
scriptionem contra eum allegatam: ut supra dictú est:
nec contra pscriptionem obstat, q ille contra qué præ
scribitur, erat debitor pscribentis, ergo non procedit
pscriptio: quia non memini me legisse talem exceptio
9 nem non posse opponi. † Ideo si nó reperitur exceptio
in iure contra regulam, debemus stare regulæ, q uult,
q pscriptio longissimi temporis excludit omné actio
nem, ut supra ostensum est. Secúda præsumptio, quòd
bona inuentarizata fuerunt restituta, est, q res ista trá
siuit sub silentio, uerisimile est, q de satisfactione fue-
runt factæ scripturæ, & propter saccomanum ciuita-
tis Neapolitanæ tempore ducis Renati fuerunt perdi
tæ, & sic ad probandum amissionem rerum, uel scri-
10 pturarum sufficit probare saccomanum: nam de † scri-
pturatis statut iuramento patris, ut dicit Pau. de Cast.
in l. sicut iniquum. C. de fide instru. ubi dicit, probato
furto per testes, tunc statur iuramento paucis de scri-
pturis & de tenore, ut no. in l. si de possessione. C. de p
bationib. & in l. si quando. C. unde ui. & no. in l. testiú.
de testib. unde probato saccomanum amissio rerum
probatur ex coniecturis: ut dicit Ang. in l. si quis ex ar
gentarijs. §. prætor ff de eden. & in istis multum ope-
rantur coniecturæ & uerisimilitudines, & sic stante di
cto casu disprobationis, & silentio longissimi téporis,
arguit de satisfactione bonorú cótétorú in inuétario.

Tertio ad præsumendum satisfactionem bonorum
in inuentario contentorum, adducitur: nam ipse An-
tonius filius pfati Pagani habuit penes se inuentarium
suorum bonorum & sic habuit notitiam, q tutor eius
11 debebat illa bona sibi restituere: † quia q hét scriptu-
ram penes se, præsumitur scire contenta in ea, ut in l.
non est ferendus, & ibi Bald. ff. de transaction.

Item erat patruus d. Iacobi filij d. Petrilli, & sic erat
coniunctio sanguinis. item stetit per sexaginta annos,
& non petit restitutionem bonorum contentorum in
inuentario. Accedit, q d. Antonius erat debitor Petril
li instrumentarius in uncijs ducentis, & ipse Antonius
fuit administrator bonorum Iacobi filij d. Petrilli. Et
sic habebant communia negotia inter eos. Certè pri-
ma facie pôt dici, q in hoc casu dispositio l. Pro-
cula. ff. de probationib. ut uideatur tacitè facta remis-
12 sio inter reos. † Nam uolunt Doctores, quòd resultet
præsumptio prædicta per dictam legem Procula, ad
hoc requiruntur tria copulatiuè.

Primò taciturnitatis longi temporis.

Secun-

Secundò coniunctio sanguinis.
Tertiò calculatio rationis sæpius inter eos facta,
absque eo, quòd de illo debito in rationem fuerit fa-
cta mentio. Aliàs illa duo sine hoc tertio nõ sufficiũt.
ut declarat Bar. in l. libertis quos. §. j. ff. de alimen. & ei
ba. l. Bar. Bal. Saly. & Flo. in d. l. Procula. Bar. & alij in
l. dotem. ff. sol. matr. Bal. in l. cum proponas. la j. & in l.
si certis ann. in 5. col. C. de pac. Pro hoc allego optimã
decisionem Ang. & Ioan. de Imo. in l. recusari. ff. de ac
quir. hære. ubi dicunt, ꝙ si soror permisit hereditatem
paternam diu possideri per fratres, & cum egebat ali
quo, petebat ab eis, ut à fratribus suis exclusa, ꝙ uide-
tur repudiasse potentiæ succedendi, non ex solo cur-
su temporis: quia non p̄scribitur nisi longissimo tem-
pore: ut in l. licèt. C. eodem. sed intelligitur repudiasse
tacitè per d. l. Procula, quod intelligo, dicit Ioann. de
Imo. si non errauit in iure, per id qđ habetur in l. Clau
dius. eod. tit. Secus dicit, si diu soluit, & cum fratribus
nihil babuit cõe: quia nihil ab eis petijt, nec cum eis
13 rationem calculauit de aliquib. gestis. †Nam tũc diu-
turnum silentium non inducit repudiationem, per d.
l. licèt. Retulit commissarius, ꝙ ex processu apparet es
se probatum, ꝙ ille Iacobus, qui erat debitor Anto-
nelli, p inuẽtariũ, erat sub cura & gubernatione Anto
nelli, & omnia reponebat in eius manu. Et ipse Anto-
nellus gubernabat eius bona, & omnia erant sub po-
testate eius Antonelli. Et ipse Antonellus fecit expen-
sas inducenda uxore Iacobi. Et in articulis ipsius An
tonelli dicitur, ꝙ ipse petijt calculum, licet non p̄bet.
Satis põt dici largo modo, ꝙ in hoc casu militet deci-
sio dic. l. Procula. sed in ueritate & strictè deficit illud
tertium requisitum, scalculatio rationis sæpius facta
de illo debito non fuit facta mentio; sed tamen loco
calculationis sunt omnia supra dicta. Tamen quia nõ
habeo legem, ꝙ p̄dicta sunt loco calculationis. Ideo
concludo in puncto iuris, ꝙ l. Procula, non hẽt locum
in casu nostro. Adducitur quartò, ꝙ p̄sumendũ sit, ꝙ
fuit satisfactus Antonellus de bonis inuentarizatis, ex
eo, ꝙ omnia bona ipsius Iacobi fuerunt administrata
per ipsum Antonellum, & Iacobus ei p̄stabat obediẽ-
tiam Ita, ꝙ etiam bona, quæ habuit Iacobus in dotẽ
à sua uxore, peruenerunt in posse Antonelli. Ergo p̄su
mendum est, ꝙ omnia bona inuentarizata peruene-
runt in posse Antonelli: quia Antonellus habens bona
Iacobi in sua administratione, & posse, poterat sibiipsi
14 soluere & satisfacere. †Nec est p̄sumendum, ꝙ uoluis
set iactare suum. l. cum de indebito. ff. de probationib.
l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. actio. l. si cum au
rum. ff. de soln. poterat enim ipse Antonellus ut tutor
Iacobi, & eius creditor p̄textu inuentarij propria au-
thoritate sibiipsi satisfacere absque decreto iudicis;
ut est tex. in l. fistulas. §. fundum. & ibi glo. ff. de cõtra-
hen. empt. Idem uoluit Bald. in l. cùm ipse. in fin. C. de
contrahen. empt. Vbi dicit, ꝙ tutor potest soluere de
rebus pupilli, quæ non possunt seruando seruari, pro-
ut erant bona descripta in inuentario. Itèm de re ipsa
debita sicut sunt bona inuentarizata, poterat sibi sol-
uere: ex quo omnia peruenerunt in eius posse, per d. §.
15 fundum, secundũ Bald. in d. l. cum ipse. †Fateor tamẽ,
ꝙ si agnatus est creditor pupilli, ꝙ nõ possit eẽ eius tu
tor, per tex. in authen. minoris debitor. C. qui dare tut.
po. Nec obstat, si diceretur, ꝙ non uidebatur d. Anto
nel. iactare suum, si non sibi satisfaciet, licèt poterat sa-
tisfacere, ex quo habeat bona debitoris in manu sua,
& uoluit expectare, Quia respondetur, ꝙ probatur in
processu, ꝙ ipse Antonel. erat in necessitate & paup̄ta
te, & non p̄sumitur, ꝙ in necessitate quis sit liberalis:
ut in l. rem legatam. ff. de adimen. leg. no. in l. si usufru-
ctus ff. de iure dot. Imò p̄sumitur, ꝙ ipse Antonellus
16 qui administrabat omnia bona Iacobi, † ꝙ deduxerit
de illis bonis id quod sibi debebatur ex inuentario: ut
probatur ex l. sed si damnum. §. peculium. in uersic. nã
ut eleganter. ff. de pecu. unde dicit Ang. ibi, ꝙ si admi-
nistrator est traditor illius, cuius bona administrat, p̄-
sumitur suum exigi fecisse: quod est no. dignum secun
dum eum: & tãto fortius, quia dictus Antonellus ges-
sit se pro tutore: & fuit administrator bonorum Iaco-
17 bi: & nõ fecit inuentarium de bonis ipsius Iacobi: †&
sic resultat uiolenta p̄sumptio contra eum, qui non fe
cit inuentarium ꝙ habuit malum animũ scilicet frau-
dandi, ut no. in l. tutor qui repertorium. in princ. ff. de
administr. tutor. bene facit l. fin. & ibi Bal. in princ. C.
de iur. deliber. & l. fi. C. arbi. tute.
Quinta coniectura est, quia ex quo Antonellus ad-
ministrauit omnia bona Iacobi, p̄sumitur ꝙ ipse fece
rit, quod uerisimiliter alij administratores fecissent:
aliàs diceretur in culpa: ut dicit Bar. in l. si cum uende
ret. §. fin. ff. de pigno. & Bald. in l. solam. 5. col. C. de te-
sti. Bar. in l. quod Nerua. ff. de poss. & Ange. in l. conti-
nuus. §. cum ita. post Bar. per illum tex. in uers. plerique
eiusdem conditionis. ff. de uerb. oblig. sed culpa nõ p̄su
18 mitur, nisi probetur, †quia culpa dẽt probari p allegã
tem, ut dicit Bar. in l. in illa stipulatione si Calendis ff.
de uerb. oblig. per l. 3. §. si ad diem. ff. de re militari. l.
2. ff. si quis cautio. glo. & Cyn. in l. a. C. de iure emphy.
Doct. in c. super his. de accusationi. sed quilibet secun
dum experientiam: quæ est optima rerum magistra,
ut in c. quàm sit. de electione. in 6 habens bona sui de-
bitoris in manu, de quibus potest soluere sibi, creden
dum est, ꝙ uerisimiliter sibi satisfecit: & reliquum re-
stituet: ergo idem fecisse uerisimiliter p̄sumendum est
præfatum Antonellum. Sexta coniectura est ad osten
dendum, ꝙ bona inuentarizata sunt restituta, quia di-
ctus Antonellus attenta qualitate suæ personæ, q̃ erat
diligentissima in suis iuribus exigendis in curijs, ubi re
gitur iustitia: p̄batum asseruit commissarius. Ex hoc
similiter præsumitur, ꝙ sibi satisfecit de bonis in eius
posse existentibus, ut in simili dicit gloss. & Bal. in l. si
19 p̄sidi. C. de donationi. ante nup. †ꝙ attenta qualitate
personæ p̄sumitur liberalitas. Similiter ex qualitate p-
sonæ arbitrandum est, prout est eius qualitas. ut not.
Bald. in c. 1. ex qui. cau. feud. amit. Et ibi multa dixi de
qualitate hominis attendenda: & ad probandam qua
litatem animi ex præterito, p̄sumitur in p̄senti. c. semel
malus. de reg. iur. in 6. c. scribam. de p̄sumptionib. Bal.
in l. ex persona. C. de proba. & in l. 2. in fin. C. quando
prouo. non est necesse; & in l. non ignorabit. C. ad exi-
bendum. Bar. in l. si cui. ff. de accus. per illum tex. & no.
Alex. de Imo. in 2. uolum. consi. 102. in 5. col. incip. su-
per primo, de quo q̃ritur. Si ergo qualitas animi sui
erat; quia diligentissimus in exigendis debitis suis, di-
cendum est, ꝙ exigit sibi satisfaciendo de bonis Iaco-
bi, quæ ipse administrabat. Septimò coniecturatur ex
eo, ꝙ postquam ipse Antonellus factus fuit maior, cõ-
traxit societatem cum Iacobo de Lazaro, & in dicta so
cietate posuit de capituli uncias 180. ut constat instru
20 mentum publicum †Et in alia manu ipse Antonellus
soluit Baldaxaro de Rosa uncias quadraginta unam,
ut constat per instrumentum publicum. Ex quo con-
iecturandum est, ꝙ de bonis inuentarizatis habuit di-
ctas

ctas uncias ducētas niginti vnā, cū aliunde habere nō
potuiſſet ſtante temporis breuitate, niſi de bonis pa-
ternis inuentarizatis, cum ex proceſſu non appareat
probatum aliunde potuiſſe habere. Octaua coniectu-
ra eſt; quia probatur in proceſſu, ꝙ ipſe Antonellus ha
buit aliqua ex bonis inuentarizatis, ſicut eſt frōteria, q̄
ipſa uēdidit. Itē habuit certa bona debitorū cōtēta in
d. inuētario, quos exegit, ut retulit cōmiſſarius cauſæ.
Itē habuit bona ſupelleꝯtilia. Si ergo ſibiipſi ſoluit par
tē bonorū contentorum in inuentario, ubi poterat to
21 tum ſibi ſoluere, coniecturam dum eſt, ꝙ totum ſibi
ſoluit, ſicut dicimus, † ꝙ partis agnitio arguit agnitio
nem totius ſecundum Bart. in l ex duobus. & in l. ſi is
fuit res, de leg. 2. quia non eſt p̄ſumendum, ꝙ ille qui
poterat ſibi totum ſoluere, ſolum partem ſibi ſoluit;
ex quo hoc ſibi damnoſum eſt, argum. l. planè. ff. fami.
erciſcundæ. & l. tutor. §. Lucius. ff. de uſur. l. quidam exi
ſtimauerunt, per Doctores ff. ſi cer. pet. bene tamē fa-
tendum eſt, ꝙ qui ſoluit partem, non uidetur ſoluiſſe
totum. Et ideo poteſt agi ad reſiduum, ſecūdum Bart.
in l. incommodato. §. duobus ff. commodati. Nona cō
iectura eſt, ꝙ iſte Antonellus nunquam traxit in iudi-
cium ipſum Petrillum uel eius filios hæredes ſuper re
ſtitutione bonorum contentorum in inuentario, quæ
bona non erant modica. Vnde arguitur, ꝙ ideo nō e-
git, quia tunc temporis, ex quo factum eſt recens, po-
terat probari ſatisfactio, & ſic patefiebat eius iniuſti-
22 tia. † Præſumitur enim iudicium fugiens de ſua iuſti
tia diffidere, de p̄ſump. c. nullus 11. q. 1. in c. Chriſtia-
nus 7. q. 9. cap. decernimus. quæ iura ad p̄ſens propoſi
tum allegat Lud. Rom. in conſi. ſuo. 269. incip. magi-
ſter Paulus. in princ. & uoluit do. Abb. in c nullus.
Decimò adducitur ad coniecturandum reſtitutio-
nem dictorum bonorum contentorum in inuentario,
ꝙ Antonellus noluit habere fidem de uncijs quinque
per eum mutuatis d. Petrillo ſine pignoribus, ut con-
ſtat per inſtrumentum. Dicendum eſt, ꝙ minimè no-
luit habere fidem de bonis contentis in inuentario, q̄
ſunt ualoris ultra ducatorum tria millia, hoc argumē
to utitur tex. & ibi gl. in c. cum in cūctis, in uerbo mul
to fortius. de ele. bene facit tex. in c. cum illorum, ibi &
maiora intelligentur illis prohibita, quib. ueritas ſunt
minora. extra, de ſent. excom. facit l. qui indig. ff. de ſe-
23 nato. cum ſimilibus. Eſt enim conſiderandum † ꝙ ex
quo agitur de re antiqua excedente tempus ſexaginta
annorum per indicia & coniecturas, dr̄ fieri plena pro
batio: ut dicit Ang. in l. at qui natura. §. cum me abſen
te. ff. de neg. geſt. & in l. Titius. quib. mod. pigno. uel hy
po. ſol. & authen. quas actiones, C. de ſacro. ſan. eccle.
Pau. de Caſt. in conſi. 161. incip. in p̄ſenti cauſa, in 1. co
lum. & not. Inno. in c. ueniens, de uerb. ſignific. ubi etiā
dicit, ꝙ factum antiquum dicitur, quando excedit tē-
pus quadraginta annorum. & idem dicit dom. de But.
in c. peruenit. de emptio. & uend. & probationes quæ
fiunt per indicia & coniecturas, poſſunt dici manife-
ſtiſſimæ probationes; ut in l. ſi tutor. cum ibi no. C. de
peric. tut. l. licet. ff. de leg. 1. uoluit Pau. de Caſt. in con-
ſi. 161. incip. niſi his, quæ ſuperius allegātur. in 3. col.
24 † & illud quod conſtat p̄ſumptiuè, ſatis dicitur appa-
rere: ut dicit Do. Abb. in c. ſcribam. de p̄ſumpt. & Bal.
in l. fin. ff. de hæred. inſtit. unde cum ſumus in facto ita
antiquo, licèt dictę p̄ſumptiones, qn̄ nō eſſemus in fa-
cto ita antiquo, fortè nō probarēt ſatisfactionē bono
rū contentorū in inuentario, tamen in facto antiquo, p
bationes minus ſufficientes & leniores ſufficiuntur di
cit Cyn. & Bart. in l. ſi quidem. C. ſol. mat. & Bald. in l.
conuenticula. C. de epiſc. & cler. & in l. 4. C. de probat.
& Arch. 16. q. 1. c. inter memoratas. Alex. in 2. uol. cō-
ſi. 186. incip. in hac cauſa, & lite. in 2. col. in uer. hoc p̄-
poſito. Et ex iſtis p̄ſumptionibus tam legis quàm ho-
minis peruenitur ad diffinitiuam in cauſa ciuili c. affer
te. de præſump. not. in l. excuſationem, in princip. ff. de
excuſ. tuto. Doct. in c. quia ueriſimile. de p̄ſump. Cyn.
& Bald. in l. ſiue poſſidetis, & in l. fin. C. de proba. Et q̄
non proſunt ſingula, multa collecta proſunt. de quo
in c. cum cauſam. de probat. & in l. 2. in glo. ff. de excu-
25 ſat. tut. cum concor. † Sed magnum dubium eſt, utrū
contra inuentarium poſſit fieri probatio, ꝙ bona con
tenta in eo ſint reſtituta aliter quàm per ſcripturam,
attento ꝙ dicit l. fin. C. arbi. tut. ꝙ contra inuentarium
non poteſt contrarium probari. Item ſi debitū in ſcri
ptis eſt contractum, ſolutio probanda eſt in ſcriptis,
vel per quinque teſtes, ut in l. teſtium. C. de teſtib. not.
Bal. in l. generaliter. C. de nō nu. pec. & in l. cum de in-
debito. in fi. ff. de proba. & not. Ang. in auth. de inſtru.
cau. & fide. §. 1. dum quærit, an magis credendum ſit
inſtrumento, quàm teſtibus. Et certè Bal. in d. l. fin. di-
cit, quòd eſt magnum dubium, & arguit ad partes. fi-
naliter ipſe Bal. allegat gl. in l. pupillum. C. de uſur. pu
pi. quæ uult, ꝙ tutor qui fecit inuentarium poteſt pro-
ducere teſtes ad æternam rei memoriam. ꝙ nihil dēt.
Nec obſtat d. l. teſtium, quia ibi loquitur, quando ſcri
ptura erat neceſſaria ex conuentione partiū. & ita ſen
tit Bar. in d. l. generaliter. Secus quando eſt neceſſaria
26 ſcriptura ex legis diſpoſitione. † Nam tunc poteſt fieri
probatio indirecta per teſtes contra ſcripturam, ſicut
eſt probatio directa contra inuētarium. Sicut dicimus
in contractu emphyteutico, qui requirit ſcripturam,
& tamen ſolutio cenſus poteſt probari p teſtes; ut be-
ne declarat Bal. in d. l. teſtium. ſed probatio directa cō
tra inuentarium vel aliam ſcripturam fieri non poteſt,
quando ſcript. eſt de neceſſitate, licèt Bal. in d l. teſtiū,
referat Richard. de Salyc. in d. l. teſtium tenuiſſe cōtra-
rium, & Venetijs fuiſſe obtentum ſecundum eum. Et
nolui uidere Bar. de Salyc. in d. l. teſtium. qui ſimiliter
tenet opinionem dicti Richard. patrui ſui. ſ. ꝙ ſolutio
bonorum contentorum in inuentario non poſſit pro-
bari, niſi per ſcripturam, uel per quinq; teſtes. Sed ego
pro opinione Bal. allego notabilem gl. Ioan. Andr. in
Cle. unica. de probatio. quæ uult, ꝙ contra p̄ſumptio-
nem iuris, & de iure non admittitur probatio in con-
trarium directa. Sed indirectè ſic, allego etiam Bart. in
27 l. ad p̄ſens. C. de murilegulis. libr. 11. ubi dicit, † ꝙ illi
qui habent reddere rationem de bonis ſuppellectilib.
uel alijs rebus, quæ uſu conſumuntur, ſufficiat proba-
re, ꝙ tanto tempore uerisimiliter debuerunt poſſe cor
rumpi, allegat in argu. l. fin. C. de alimen. pu. præſt. fa-
ciunt notata per Imo. in l. diuortio. §. interdum. & ibi
per dom. Fran. de Areti. ff. ſolu. matrim. Et ſic infertur
ꝙ contra inuentarium poteſt probari reſtitutio bo-
norum non ſolum per ſcripturam & teſtes, ſed etiam
per præſumptiones.

Sed ſatis dubito, an dictæ p̄ſumptiones ſint perti-
nentes, ex quo relatum eſt, ꝙ aliàs ſunt circa decem an
ni, ꝙ hæredes Iacobi filij Petrilli conueniri fecerunt
Antonium ſuper reſtitutionem prædictarum unciarū
ducentarum. Et ipſe Antonius eos conuenit ſuper red
denda ratione, & reliquorum reſtitutione bonorū Pa
gani ſui patris, & tandem ipſe Antonius produxit di-
ctum inuentarium in iudicio. Et hæres dicti Petrilli ſe
defende-

defendebant, q bona contenta in dicto inuẽtario sunt restituta, & allegabaut multas ex dictia p̃sumptionib. ad arguendum restitutionem bonorum contentorum in inuentario, & tamen illis non obst. per sñiam sacri Consilij fuerunt hæredes Iacobi, & sic hæredes Petrilli condemnati: ut omnia bona inuentariaata, quæ nõ sunt restituta, restituant d. Antonello. & dictus Antonellus eis condemnatur ad dictas uncias ducentaa, & facta fuit executio contra ipsum Antonellum, & hæredes Antonelli; nunc petunt bona inuentarizata non restituta ab hæredibua Iacobi uirtute dictæ sententiæ,
28 & ipsi hæredes Petrilli se defendunt contra inuentarium, deducentes illud idem, quod dixerunt in prima instantia, quod non uidetur licitum de iure, per no. in l. per hãc. C. de temp. appe. item quia dictæ p̃sumptiones, & coniecturæ tacitæ fuerant repulsæ per sentẽtiã prædictam, quæ quidem sententia p̃sumitur iusta, quò ad iustitiam & rectitudinem, post quam transiuit in rẽ iudicatam: ut notabiliter dicit Alex. de Imol. in 3. uol. consi. 21. & in consi. 136. in 5. col. & talis sñia facit pręsumptionem iuris & de iure: nisi probetur, quòd p falsa instrumenta sit lata: ut dicit idem Alex. in eo. uolu. consi 155. in 2. col. Nam talis sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, habetur pro ueritate, & impugnari non potest: ut dicit idem Alex. in eod. uolu. in consi. 181. in 2. col. unde dicti hæredes Iacobi aliter de iure habeut probare restitutionem bonorum contentorũ in inuentario, quàm per pręsumptiones p̃dictas tacitè repulsaa per dictam sententiam, sed an dicta sententia
29 †fuit iusta, Deus scit, cui nihil occultum. Stantib. istis considerationib. pro & contra, omnibus Dominis de Consilio fuit uisa decisio huius causæ multum dubia, & in reb. ambiguis absolutum non debet esse iudiciũ, dicit tex. 33. dist. c. si. ne ueritas offendatur. Et propterea totum consilium rogauit partes ad compromittẽdum de iure & de facto dñis Doctoribus de sacro consilio, & ambæ partes fuerunt contentæ, & fecerunt cõpromissum in posse sacri Consilij, & sic postea latum fuit laudum: per quod hinc inde partes fuerunt absolutæ, uerum de illis unciis ducentis, ad quas fuit cõdemnatus Antonius filius Pagani, ad soluendum hæredib. Petrilli, quas ipse Antonellus spoliauit hęredes Iacobi, restituant hęredibus Antonelli unciaa centum infra decem & octo menses: de quibus soluantur tãtum Antonio de Alexandro creditori filiorum, & hęredum Antonelli de Canfora ducati centũ quinquaginta tantum. Et de residuo usque ad complementum sui debiti sibi satisfiat in nominibus debitorum dicti Antonelli pro tertia parte, & alia tertia pats sit hæredum Antonelli, & alia tertia pars hæredum Iacobi.

ADDITIO.

De probatione plena quæ fit per coniecturas, & indicia, uide Petr. de Anc. consi. 310 num. 6. & Chassaneum consi 54 nu 19. & consi. 64. num. 12. & Hypp. de Mars. in rub. C. de proba. n 315. & in l. fin. num. 3 C. ad leg. Cor. de Sic. & in pract §. principium, num. 13. & § expedita num. 81. & sing 584. incip. pluries. Et de probatione per famam. Anc. consi. 253. num. 2. & Steph. Bertr. parte 1. consi. 41. num. 7. & parte 2. consil. 56. num 3. & 207. nu. 6. & 260. num. 9 Et per Hypp. in l. de minore. § plurium, nu. 49. l. 1. & 60. & in rub. C. de proba. num. 194. Thom. Gramm.

ANNOTATIO.

IN DECISIONE XIII.

1 *Tempus non est modus tollendę, uel inducendę obligationis, & propterea in præscriptione debet allegari & probari causa idonea & sufficiens.*

2 *Omnis præscriptio est contra ius naturale naturalemque æquitatem.*

3 *In præscriptione non defertur iuramentũ in litem in vim probationis suppletorium.*

4 *Pręscriptio reijci debet ab arbitro, qui habet iudicare sicut bonus vir: vt est sacrum consi.*

5 *Præscriptio est merè odiosa triginta, vel quadraginta annorum inducta in odiũ negligentium petere res suas.*

6 *In vsucapione rerũ mobilium requiritur iustus titulus, bona fides, continuata possessio.*

7 *Tanto grauiora sunt peccata, quanto q infelicem animã detinent alligatam.*

8 *Præscriptio operatur concessionem principis, ex quo ipsius autoritate fuit inducta pro bono publico, ne dominia rerum sint incerta.*

9 *Præscriptio habetur pro veritate, & habet uim donationis.*

10 *Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti.*

11 *Tempus minoris ętatis est deducendum à præscriptione ipsa.*

12 *Probata violentia, sicut statur iuramento damnũ passi de rebus subtractis contra subtrahentem: ita etiam cõtra tertium. qui non fecit violentiam.*

13 *Probato saccomanno amissio rerũ probatur ex cõiecturis.*

14 *Duo sufficiunt inter scientes ad faciendam donationem in materia legis Procula. ff. de proba. videlicet coniunctio sanguinis, & cursus temporis sine calculatione rationum habitarum inter coniunctos.*

15 *In tacita societate inter fratres non requiritur q omnes operentur, sed satis est, quòd vnus ex fratribus communicet lucrum operę sua cum alijs fratribus cum cursu longi temporis.*

16 *Frater si scit fratrem dotare filiam, sic neptem suam de bonis communibus, & non contradicit, censetur consentire ratione sanguinis solum, sine alia conculcatione & cursu temporis, quæ bene procedunt quo ad præsumptionem & ad transferendum onus probandi in aduersarium. 17.*

18 *Lex Procula procedit in omni coniũcto, & q habens scripturam præsumitur illam vidisse.*

19 *Tutor pręsumitur sibi ipsi soluisse de bonis pupilli, & si non soluit sine iusta causa, quòd sibi debeat imputari, insuper quòd minoris debitor possit esse curator hęreditati iacenti, et de intellectu auctẽticę minoris debitor.*

20 *Tutori imputatur, qui potuit debitores pupilli exigere, & non exegit.*

21 *Tutor potest contrahere cum pupillo palàm & bona fide. Item contra hęreditatem iacentem pœna etiam deuolutionis committitur.*

22 *Ad euitandũ pręsumptionem culpæ creditur quam aliqua fecisse, sicut aliquis diligens faceret.*

23 *Est res naturalis & supra modum legitimum omnibus mortalibus pecuniam appetere.*

24 *Quilibet sessus hanelat ad lucrum, propterea pecunia & bona dicuntur sanguis noster, quia sine eis vita stare non posset.*

25 *Status clericalis sine diuitijs & pecunia hodie vilesceret, sicut omnis alia nobilitas, & ponuntur illa carmina Ouidij & Persii ibidem circa præfata. nu. 26.*

27 *Si aliquis arguatur furtum fecisse, est inditium contra ipsum, si fuerit repertus expendere pecuniam illius cunei, de qua dicitur factum furtum. Item cum antea fuisset pauper*

set pauper

set pauper & modo reperiatur habere pecuniam.

28 *Filiusfamilias & vxor qui non habent aliunde, præsumuntur habere de bonis patris vel mariti, nisi maritus confiteatur de pecunia vxoris, vel pater dicat de pecunia filij.*

30 *Subterfugiens iudicium præsumitur de iure suo diffidere.*

31 *Præsumitur quis innocens, quando sponte comparet in iudicio.*

32 *Qui non est fidelis in modica re, non præsumitur fidelis in magna re, & an cui licet quod est maius, liceat quod est minus.*

33 *Quoties tractatur de facto antiquo quadraginta annorum, leniores probationes sufficiunt.*

34 *Factum antiquũ dicitur illud, quod excedit spatium centum annorũ, vel relinquitur arbitrio iudicis, sicut multa alia relinquuntur.*

35 *Iudicis arbitrio committitur, si debet adhiberi fides testibus; quia potest ex causa eis non credere. nu. 36.*

37 *Probatio directa contra inuentarium factum per tutorem, videlicet quòd bona descripta in inuentario non sint pupilli, non admittitur, sed bene indirecta admittitur, scilicet quòd bona sint restituta pupillo. n. 38.*

39 *Contra inuentarium factum per tutorem, quòd bona non sint pupilli, admittitur confessio partis.*

40 *Item probationes quando fuerunt admissa parte non cõtradicente.*

41 *Item quando adest qualitas personæ honestæ.*

42 *Item quando oculari inspectione appareret contrarium, uel quando esset apposita clausula in inuẽtario, q si qua bona sunt descripta non scribenda, quod habeantur pro non scriptis. num 43.*

44 *Contractus emphi:euticus de iure requirit scripturã, sed tamen solutio census siue redditus potest testibus probari etiam duobus.*

45 *In causa matrimonij non admittitur probatio per cõfessionem partis.*

46 *Pro sententia trãsacta in rem iudicatã præsumitur, quia facit præsumptionem iuris & de iure.*

DECISIO XIII.

Circa primam præsumptionem huius decisionis, quatenus se fundat cõtra hunc pupillum in tempore & præscriptione, discurrendo aliqualiter subiectam materiam, adde q
1 contra ipsam uidetur facere illud tritum quod habetur † tẽpus
non esse modum tollendæ, vel inducendæ obligationis, sed q debeat allegari in materia ipsius præscriptionis causa idonea & sufficiens. Ita Alex in consi. 113. lib. 1. super 1. dubio uidetur 1. Guid. Papa in decisi 405. sed iuxta: & 409 in materia annuæ præscriptionis, cum alijs adductis per Aymo. in tract. de Antiq. tẽp. car. 108. nu. 27. & uoluit And. in c. sancimus, quo tempore miles. 1. col. qui dicit, q ille qui se fondat in tempore, uidet se fun-
2 dare in circumuentione. Item contra ipsam facit † quia omnis
præscriptio est contra ius naturale, naturalemq; æquitatẽ & gẽtium, vt in § habeat. in auct. ut ecclesia Roma. firmat Bald. in l. ancillæ. C de furtis Socin. in consi. 86. nu 4. hæc conclusiõ 1. uolum. Cassa amplè in consue. Burg. car. 376. nu. 7. de forestes, ru-
3 brica 13. & idem in consi. 66. nu 61 ad quod facit: † quia in præ-
scriptione non defertur iuramentum in litem in uim probationis suppletoriom, prout uoluit Cotta qui alios allegat in memo. in uer præscriptione longiss & pro his etiam facit aliud, q
4 præscriptio reijci debet ab arbitro † qui habet iudicare vt bonus
vir, sicut foret sacrum consilium. l. Emilius Largianus, cum simil. adductis per eundem Cottam in uerbo præscriptionis & excep Socin iunior in consi. 141 in 2. parte. Item etiam quia p-
5 scriptio 30. vel 40 annorum † est merè odiosa inductà tantum
odio negligentium petere res suas. Bar. & Doct. in l. fi. C. de edi. diui Adr toll. nec est uerum, quod dicitur hic per Affl q in vsu-
6 capione rerum mobilium non requiratur † bona fides, iustus ti-
tulus, & continuata possessio, & alia requisita: quia contrarium
voluit glo. magistra. 16. q. 3. c. 1. Bar. in l. ex diuerso. col. pen. ff. de rei vend. in materia, quando bonæ fidei possessor faciat fructus suos tanquam res mobiles. Ias. in l. si me & Titium. ff. si cer pet. tenet Baldus in l Celsus in princ. ff de vsucap. & in tractatu de præscription. cart. 110 Soc. iunior in consi. 150 prima parte. item ex alio de tempore non est curandum: quia habetur in regula
7 † tanto grauiora sunt peccata, quanto infœlicem animam detinent alligatam, prout de prædictis ita arguit Aymo. in cõs. 146. respondi de iure. nu. 4. circa finem Sed contra hæc, & sic pro prima decisionis huius præsumptione facit te. c. duo simol. de officio dele. cum alijs adductis per eundem Aymonem in consi.
8 10. num. 11. vbi dicit † præscriptionem operari concessione principis, ex quo ipsius authoritate fuit introducta pro bono publico. l. . de vsuca inst. co. in princ. ne dominia rerum forent in in-
9 certo † item q habeatur pro veritate & habet vim donationis,
prout inquit Dec. in consi 75. nu. 7. nam qui patitur præscribere, alienare uidetur, prout nonnulla cumulat Tiraquel. in retractu iã gl 9 in uers aut consanguineus, car. 69. nu 246. qui citat Afflictum hic, approbaturq; ipsa præscriptio per prag. quæ incipit, iuris censura. in titulo de præscrip. Quid dicendum! Dico, prout notaui infra in decis. 229 & ita etiam hic tangitur rarò hodie causam determinari, prout mihi in facto fuit, per præscriptionem, ex quo quasi nunquam requisità interueniunt, & in casu huius decisionis licèt elapsi fuissent anni 60. tñ ex præscriptione sola non poterat causa decidi, ex quo hic tutor toto tẽpore vitæ suæ fuit in mala fide existente inuentario bonorum pupilli contra ipsum, per quod causatur mala fides, sicut p scripturã, de qua quis notitiam habet, q bona sunt alterius, prout uoluit idem Aym d tract c. 167. nu. 67 & notaui etiam j. in deci. 329. & in persona coniuncta consuluit Hiero. Grat. in consi. 125. 1. vol. nu 3. & 4. Item hæres huius tutoris non uuleret ex
10 sua persona præscriptionem inchoare, ex quo † sm magis communem hæres tenetur exonerare conscientia defuncti, qui fuit malæfidei, prout concludit Alex. in l. Pompoius §. cum q. 1 adminiculo. col. 4 ff. de acq poss Dec in cons. 172 & 304. prout ita concluditur etiam j in decis. 240. & limitatio Bart. posita ad authenticam malæfidei, non loquitur in hærede, & sic in vniuersali successore, sed de singulari successore habente causam de re mobili, ad malæfidei possessorem, & sic non benedicit Affl. hic ipsum ad hoc propositum allegando, q etiam non tenetur nisi in casu notato ibi per Alex qñ non cõmitteretur furtum alienando quis rem mobilem alienam, vt in exemplo posito ibidẽ per eum, & sm ista sẽ decidere Capitius in decis. 86. amplians
11 ista procedere in mala fide etiam præsumpta. † Item in casu huius decisionis deberet deduci tempus minoris ætatis, quod deducitur à præscriptione l. fi & ibi Scrib. C. quib. ex ca. in integ. rest non est noce per Fel. in c. placuit. de præscr plenius Decis. in consi. 303. ibi Recentiores, qui alios allegant. Corn. in cons. 207. vi prima facie 2. col. 2. uol. Et propterea ex his breuiter dicendum, præscriptionem rarò, aut nunquam in causis locum habere, & per ipsam solam hic, licet fuisset tempus 60. annorũ, non potuisse causam determinari.

dus creditor habeat ius offerendi, non obstantibus p̃dictis em-
ptione, uel in solutum datione, sicut si debitor alteri extraneo
alienasset. tenet amplissime Nicosauti.in tract.de pig.in 3.mẽb.
secundæ par.in princ.car.1 20.ibi etiam affirmat istud procede-
re, si iste primus creditor postquam emit, uel insolutum cepit
debitam rem alteri extraneo uendidisset iuxta terminos istius
decisionis: quia talis emptor non erit securus ab ista oblatione
per hunc secundum creditorem faciendam: nam transtulit do-
minium reuocabile & affectum. quod secus esset, si iste primus
creditor non emisset, uel in solutum accepisset: sed rem debi-
toris iure creditoris, hoc est ex pacto adiecto in instrumento, ꝙ
debito non soluto, possit rem hypothecatam uendere: ita text.
in l.si conuenerit:la prima.ff.de pignor.actio. & tex. in l.si fun-
dus §.fi.ff.de pigno. cum alijs adductis per Parisium in cons.31.
consultus.num 28.2.uol.& per Cassaneum in consuet.Burg.de
droitex.rubr.4. num.91.fol.201. & sunt annotationes ĩ.in deci.
2 368. rem ipsam uendidisset † quia tunc ius offerendi p̃dictũ ces-
saret: & tunc propriè procedit tex l.primæ C.si antiq. credit.ibi
ponitur ratio diuersitatis cum septem fallentiis, in quibus præ
fata cessant, ad quæ etiam sunt uidenda quæ notaui infra in de-
cis. 159.ibi ẽt hr̃, si quilibet possessor habeat hoc ius offerendi:
uoluit hæc latius Soc.in cons. 1 21.uisa conclusione 3.uolu.circa
finem. affirmans ꝙ etiam si ipse creditor uirtute pacti prædicti
de alienando tm̃ de bonis debitoris, quod ascenderet ad creditũ
accepisset, ꝙ erit securus: eadem rõne de qua supra, & insuper,
ꝙ q̃n dominium non fuit irreuocabiliter acquisitum, hypothe
cæ non extinguantur: ultra casum istius decisionis, & quæ fue-
runt notata supra in deci.8.& fuit dictum ĩ.in deci.337.& 313.
3 in 3.dubio: quia hoc etiam uoluit Capic.in dec.43.† in creditore
emente rem debitoris, ꝙ sequuta euictione hypothecæ non ex-
tinguantur: de quibus et hr̃ per Deci. & alios moderniores scri-
bentes in dicta regula, neque pignus.ff.de reg.iur.ubi limitat &
amplat regulam.plurib.modis, ad quæ etiam faciunt, quæ uo-
luit idem Decius in cons.45.quod supra, 1.col. uers.sed ad hoc,
4 in illa materia, ꝙ licèt legatum rei propriæ non ualeat † ꝙ ualet
quando dominium est reuocabile: & pro prædictis sine dubio
uidi in cons.multoties iudicari, & latius hæc etiam cumulat Ti
raq.in tract.de utroque retract.§.2. glos.1. & unica per totum,
maximè nu.10.& 11.fol.274.in parua impressione, in illa quæ-
stione, an uendita re cum pacto de retrouendendo, an pendente
tpe retrouenditionis faciendæ currat tempus congrui uicino:
& tandem concludit ꝙ sic, licèt emptor sit dñs reuocabiliter, &
idem in eodem tract.§ 1 gl 7.num.70.fol.31.ubi citat Afflictum
hic. Et insuper in materia oblationis faciẽdæ, ꝙ possit fieri post
sniam latam super hypothecam iuxta terminos istius decisio-
nis, affirmat idem Nicosau.in dicto trac.fol.123.nu.51.qui pro
his nonnulla iura allegat, & Doctores hæc affirmantes, & non
mouetur simplici regula l.per hanc C de appell. sicut facit Affli
ctus hic sequitur idem Tiraq.in eodem tractatu consanguineo.
gl.7.§ 8 num.28.fol.143.in dicta parua impressione: ubi etiam
citat Afflic hic: & cõcludit posse fieri oblat. in cã appellationis.
5 Et ꝙ iudex † ex officio suo quando constat ex scripturis, actis,
uel confessione partis, reiicit agentem sine actione, est gl. sing.
cõiter approbata in l.ubi pactum.C.de transa. in gl. magna cir-
ca medium, ubi plene per Ias.& per Alex.in l.4 §.hoc autem edi
ctũ.ff de dam. infec. idem Ias.& scribentes in l.si Titius, & Seius
ff.de uerb.oblig. Aug.in tract.maleficio, uers.qui dñs iudex, fol.
201.num.25.Cæpo.in consi.48.in Christi noie amen, quanquã
per suprascripta.col.fi. Hypol.in repetitione l.si quis de q̃stio. ff.
6 de quæstio. qui inducunt prędicta † ad q̃onem occidentis banni-
tum, qui poterat de iure offendi, ꝙ etiam si nemo pro eo cõpa-
reat ꝙ iudex ex suo officio debet absoluere: cum quibus etiam
conueniunt adducta per Cassa.in consuetu.Burgu.de iustifices,
fol.67.num 66.& capitulum regni de iniuriis, quod incipit sub
titu.de defensis & uiolentiis illatis religiosis personis: uolens ꝙ
7 † iudex agit ex officio pro iniuriis, uiolentiis pupillis, uiduis,
pauperibus, ecclesiæ illatis, quæ intelligit. Hypo in consil.103.
Spiritus sanctus.num.20 in iniuriis grauioribus, secus in mo-
dicis, & quòd pro prædictis personis miserabilibus iudex sup-
pleat: attestatur Aymo in consil.190. quod in præsenti. nume.
20. & an iudex suppleat in scriptura præsentata si & in quan-
tum, supra in decisione.14. Cæs.Vrsill.

DECISIO XVII.

De permutatione rerum spiritualium cum temporalibus.

SVMMARIVM.

1 *Spirituale cum temporali etiam fauore principis an possit permutari, & an pro alio princeps facere possit sub sui priuilegij uelamine.*

Bona ad usum pauperum deputata, non possunt commutari cum bonis in beneficium concessis.

2 *Princeps quando possit cum ecclesia permutare etiã ipsa reclamante.*

Permutatio inter ecclesiam & priuatũ fieri nequit, nisi in casu necessitatis & euidentis ecclesiæ vtilitatis.

Permutatio cum hospitali non potest fieri inuitis eius magistris.

3 *Permutare spiritualem rem cum temporali non licet.*

Vtilitas cõis non debet in priuatam bursam conuerti.

4 *Ecclesia cathedralis licèt sit sine populo, non desinit esse cathedralis per unionem cum hospitali.*

Episcopatum extinguere sine magna causa non licet summo Pontifici.

5 *Regi non licet uenire contra factum defuncti.*

Res stabilis ecclesiæ donata cum prohibitione alienationis non potest alienari ex necessitate vel utilitate, si ecclesia habet alia bona.

6 *Tempus de iure est in consideratione.*

Fructus in diuersis locis positi maiori colligunt impẽsa.

Regia curia affectabat, ꝙ magistri hospitalis sanctæ Mariæ Annunciatæ permutarent ciuitatem

Lesenæ

Lesenæ cum episcopatu Canæ. & pro certis censuali-
bus & introitibus existentibus in dicta ciuitate Lese-
næ pro danda ipsa ciuitate nepoti domini Marini Brā
cacij ex sorore sua, usore quondā Antonij de Accia.
Quæsiuit à domino Antonio de Alexandro, & à me
modum & ordinem, ut fieret dicta permutatio. Nos
dedimus uotum nostrum Regi, ꝙ talis pmutatio non
debet fieri, nec propterea est facienda per nouem me-
1 dia. Et primum † quia bona dicti hospitalis S. Mariæ
sunt deputata ad usum pauperum, & non possunt p-
mutari cum illis bonis, quæ in beneficium sunt cōces-
sa, prout est dictus episcopatus gl. est no. in cle. 1. de re
rum perm. Secundò: quia licèt princeps possit pmuta
re cum ecclesia ex iusta uel rationabili causa, puta qa
habet pdium suum uicinum pdio ecclesiæ, & tunc in
permutatione sufficit, ꝙ ecclesia non sit in damno: ut
in c. 1. de rerum perm. Et hoc procedit etiam, si eccle-
sia non uult consentire: quia poterit per superiorem
compelli, ut in c. quæsitum, eod. tit. & uoluit Abb. Si-
2 cu. in d. c. 1. † Et ista procedunt, quando princeps uult
permutare, ut res permutata remaneat sibi. Secus si
pro aliis uult permutare, prout erat in casu isto: tunc
non ualet permutatio, ut in authentico, ut de cętero
non fiant commutationes. Et tunc si fiat permutatio
inter ecclesiam, & priuatum, non potest aliter fieri: ni
si in euidentem utilitatem ecclesiæ, uel ob necessita-
tem, ut in d. c. qsitum, & ibi Abb. & in c. nisi cum pri-
dem. de renuntia. 7. q. j. c. scias. & c. episcopus, not. Ar-
chid. in c. 1. de rerum permutatione, libr. 6. Sed in ista
desiderata permutatione non concurrit, nec euidens
utilitas d. hospitalis, nec necessitatis, ut est notorium;
ergo minimè Papa consentiret. Tertiò: quia magistri
dicti hospitalis expressè dixerunt, ꝙ nolunt consenti-
re, & eis inuitis fieri non potest, ut patet in d. c. quæsi-
tum, per Abb. & per Fed. de Senis in tracta. de rerum
permut. 25. q. & sentit gl. in d. Clem. 1. de rerum pmu.
3 † Quartò, quia fieret permutatio de re spirituali cum
temporali: quia daretur feudum pro episcopatu, quòd
non licèt c. fin. de rerum permut. Quintò, quia in tali
permutatione concurrit simonia: quia datur ciuitas
pro episcopatu: ut in d. c. fin. & de pac. cum pridem. 1.
q. 1. c. quàm pia, & not. in c. super hoc, de renun. unde
utilitas communis, quæ debet inspici in permutatiō-
ne, redacta fuit ad priuatam bursam contra iura, ut in
c. irrefragabili. §. inter. de offi. ordi. secundùm Old. in
consi. 261. incip. in quæstione &c. Sextò: quia oporte-
ret episcopatum Canæ, authoritate Apostolica uniri
4 cum dicto hospitali; & non propterea desinit illa † ec-
clesia esse Cathedralis, licèt sit sine populo: ut in c. 1. ap
Innoc. ne sede uacante, & no. And. de Isern. in c. 1. in ad
dit. magna, de Capi. Corra. & sic oporteret, ꝙ in ista
permutatione summus Pontifex extingueret illū epi-
scopatum, & licèt Papa posset facere, tamen non con-
uenit sine magna causa: ut dicit ibi Andr. & patet in c.
sicut unire. de excess. præla. & no. gl. 9. q. 3. c. per princi-
palem, & hic nulla est sufficiens causa ad hoc. ergo, ut
ualeat unio, requiritur, ꝙ fiat ob euidentem utilitatē,
uel necessitatem, secundùm And. ibi, & Old. in d. cons.
261. & patet in c. exposuisti. de pben. & in c. dudum.
de rebus eccl. non alien. in 6. & hic nulla istarum con-
5 currit. † Septimò non licet domino Regi uenire cōtra
factum defuncti, per leum à matre. C. de rei uend. cū
concor. Nam Regina Ioanna secunda reliquit dictam
ciuitatem Lesenæ dicto hospitali cum clausula, quòd
nunquam possit alienari; cui Reginæ successit Rex Al-
phonsus eius filius adoptatus authoritate sedis Apo-
stolicæ, & post eius mortem in regno patrio successit
Rex Ferdinandus eius filius cum authoritate & fauo-
re Apostolicæ sedis: ita quòd in eius persona feudum
huius Regni est hęreditarium, meritò in hoc non con
uenit uenire contra factum defuncti.

Octauò, quia quando res stabilis donatur ecclesiæ
cum prohibitione, ꝙ non possit alienari, si hēt alia bo
na, illa non possunt alienari etiam ob euidentem uti-
litatem, uel necessitatem, ut est gl. in c. uerum, de con-
di. appo. Sed ista ciuitas sic peruenit ad dictum ho-
spitale, & notorium est, quòd dictum hospitale ha-
bet alia bona: igitur &c.

6 † Nonò & ultimò si ista pmutatio fieret, esset mul-
tum damnosa dicto hospitali, quia inspecto ualore p-
sentis status, quod tempus est de iure in consideratio
ne, ut dicit Arch. 12. q. 2. sine exceptione, & no. in c. ad
nostram de emp. & uend. & in c. peruenit. de arb. not.
Doct. in l. 2. C. de rescin. uend. dicta ciuitas ualet plus
quam dictę res, q̄ affectantur dari in excambium. Et
tantò magis, quia fructus dictarum rerum sunt in di-
uersis locis, & sic cum maiori impensa recolliguntur.
Istis rationibus intellectis decretum fuit per totum
Consilium Regium, quòd dicta permutatio nullo mo
do fiat, nec amplius de ea loquatur.

ANNOTATIO.

IN DECISIONE XVII.

1 *Quando fit permutatio cum ecclesia; an semper sit consi-
sideranda utilitas ipsius ecclesiæ: distingue vt hic, quia
aut fiunt permutationes cum extranea persona: aut cū
principe.*
2 *In permutatione an requiratur assensus Pontificis, quā
do fit de re ecclesiæ pro emendis alijs rebus.*
3 *Et quid si non tractatur de interesse ecclesiæ, sed tantum
permutationis.*
4 *Vt si duo clerici ad inuicem permutant beneficia.*
5 *In alienatione rerum ecclesiæ duo requiruntur, videlicet;
necessitas & vtilitas ecclesię.*
6 *Data potestate permutandi, potest fieri venditio, vt fun-
dus permutatus postea vendatur.*
7 *Istud regnum est feudum hæreditarium, & per consequēs
hæredem, siue successorem teneri ad obseruantiam cōtra-
ctuum prædecessorum.*
8 *Quod secus si fuisset acquisitum iure proprio.*
9 *Vnus Imperator non imponit legem alteri.*
10 *Imperator non obligatur lege prædecessoris; nisi quate-
nus contractus respiceret imperatoriam dignitatem.*
11 *Istud regnum habetur ab ecclesia per inuestituram fa-
ctam regi Alfonso primo post reginam Ioannam.*
12 *Princeps non tenetur obseruare illud quod foret ei ma-
gnum præiudicium.*
13 *Imperator tenetur obseruare factum sub nomine dignita
tis Imperatoris.*

DECISIO XVII.

Tu uero circa istam materiam permutationis faciendę ab ec
clesia cum alia, an semper sit consideranda utilitas ecclesiæ? Di-
1 cas † ꝙ aut permutatio fit cum principe, aut cum alia persona:
si cum principe, teneas non considerari utilitatem ecclesiæ: sed
tantum causam, etiam cessante utilitate, uel necessitate ecclesię
secundum Barba in d. c. j de rerum permut. qui dicit casum ibi
specialem ad hoc. Si uerò permutatio fieret cum extraneo: tūc
semper consideratur necessitas, & utilitas ecclesiæ; sicut consi-
deratur

deratur in emptione & uenditione, cui similis est permutatio: prout uoluit Abb. in c. cum causam de empt. & uend. quem refert & sequitur Dec. in cons. 210. uiso puncto. j. col. ibi etiam quod permutatio debet fieri authoritate superioris: hoc idem tenet Socin. iunior in cons. 56 in 2. parte, licèt in cons. 28 ead. par. sibi
2 contrarius †uelit permutationem prędictam posse fieri per episcopum solum de rebus ecclesiæ pro emendis alijs magis bonis: quod uidetur contra dicta per Dec. in d. cõs. 210. & 141. quod requiratur assensus superioris, latius per Lucam de Penna in l. j. C. de fide instr. & hastæ fisca. lib. 10. nu. 7. & per Aym. in cons. 82. nu. 8 & idem in consi. 152. num. 71. ubi tractatur de alijs contracti
3 bus cum quibus † quod requiratur assensus superioris: uidetur cõcordare Paulina uolens nullam alienationem de rebus ecclesiæ posse fieri sine assensu superioris, & nota dictum cõsilium Dec. 210 j. col. qui dando intellectum ad dicta Calderini in cons. 4. in tit. de rer. permut. intellige: e uidetur contenta in ista decisione, quod non ualeat permutatio stante læsione: procedere quando tracta-
4 tur de læsione ecclesiæ, & non personæ permutantis † nã si duo clerici fecissent permutationem suorum beneficiorum mediantibus autoritate & decreto summi Pontificis: & unus fuisset læsus etiam ultra dimidiam iusti pretij, non propterea ualeret permutationem ipsam rescindere, sicut in profanis; iuribus & rationibus allegatis per eum, quæ nota quia quilibet diceret con-
5 trarium. † Et in alienatione rerum stabilium ecclesiæ quod duo requiruntur, uidelicet necessitas & utilitas ecclesiæ cum assensu superioris: ponit idem Dec. in cons. 174. & pro tenui. & in cõs. 282. uiso puncto. num. 6 ubi dicit hanc esse cõem. omnia prędicta esse necessaria, licèt idem Dec. in c. quæ in ecclesiarũ, in 5. no. de consti. & in cons. 331. de quibus fit mentio 7. in decis 87. teneat ualere alienationes rei ecclesiæ absque solennitate. si est in utilitatem ipsius, quod tenet Soc. senior in cons. 15. j. uolu. ubi
6 pulchrè ponit omnia requisita in alienatione rei ecclesiæ. † Et quod data potestate permutandi, possit fieri uenditio: ut fundus permutatus postea uendatur: tenet Bar. in l. sicut § permittitur ff. quibus modis pig. uel hypot. sol.
7 Et insuper quatenus Afflictus hic dicat † istud regnum esse feudum hęreditarium: & per consequẽs hæredem, siue successorem teneri ad obseruantiam contractuum prędecessorum, uide And. in c. j § quod ergo in fi. de inuest. de re alien. fac. ubi dicit, quod istud regnum ex concessione sanctę Romanæ ecclesię fuit concessum regi Carolo pro se suisque hæredibus & successoribus, & sic feudum hæreditarium. hoc idem Bertachinus in tra-
8 ctatu de episcopo, in secunda parte, lib. 4. nu. 20 † quod secus esset si diceretur, quod istud regnum fuisset acquisitum iure proprio: quia tunc pacta & conuentiones prędecessorum non ligarent: ut tenet Bal. in l. j. col. j. ff. de const. prin. hoc etiam uoluit idem
9 Andr. in c. j. § cõ tenore, qui suc. tene. in fine: ubi dicit quod unus Imperator non imponit legem alteri, ubi alij scribentes, & per
10 Aym. in cons. 241. princeps num. 17. ubi dicit † imperatorem etiã obligari ex contractu prędecessoris, quatenus contractus concernat imperatoriam dignitatem; & ibi alia, de quibus etiã habetur infra in decis 282. & 361. in quibus an princeps obligetur ex suo contractu: & si liget successorem; de priuilegio autẽ an possit per successorem reuocari, notatur plenè infra in decisi.
11 128. & per Gram. in cons. 47. in ciuilib. ubi etiam declarat † qualiter hodie istud regnum ab ecclesia habeatur, s. per inuestiturã regis Alfonsi post reginam Ioannam, & per eundem in consil.
12 99. ubi etiam dicit † quod princeps non tenetur obseruare illud, quod ipsi foret magnum pręiudicium: cum quibus etiam conuenit Capi. in decis. 122. nu. 12. cum sequent. dicens regnum transferri successione, & propterea successorem debere obseruare facta
13 prædecessoris † hoc idem in Imperatore quando sub nomine dignitatis aliquid fecit, dicendo Imperator talis etiam; ut ibi per eum: sed latius de his quam alibi legerim per Tiraq. in lib. primogenitorum quæst. 35. num. 19. cum seq. ubi etiam si possunt facere donationes: & quod teneantur soluere debita etc. citat Afflic. in num. 23. in fi. fol. 259. Cæs. Vrsill.

DECISIO XVIII.

De pœna mendacis dicentis alieno nomine se possidere.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus ad l. fi. ff. de rei vendicatione.*
Reus in iudicio conuentus dicens alieno se possidere nomine, & contrarium appares per instrumentum, an in pœnam mendacij possessionem rei perdere debeat.
2 *Sententia quandoque retractatur propter nouiter deducta in causa reclamationis.*
Intellectus ad l. si quis inficiatus. ff. deposi.

1 FVit dubitatum in sacro Regio consilio † utrum lex fi. ff. de rei uendi. habeat locum, si reus conuentus in iudicio dicat, se alieno nomine tenere & possidere. Et postea reperiatur per publicum instrumentum, quod rem illam, quam dixit alieno nomine possidere, possidebat tunc temporis nomine suo proprio. Fuit cõclusum, quod dictus reus in pœnam mendacij debeat perdere possessionem rei, de qua fuit conuentus, per id quod in propriis terminis consuluit Ludo. Rom. in consi. 70. incip. uisis thema te & quõne. ubi plenè in 2. col. examinat d. l. fi. & in auth. item si possessor. C. qui potiores in pignore, hypothecave habeant, & allegat ad hoc Spec. in tit. de 1. & 2. decreto, § restat. uers. quid si nominas. & Bar. & Bal. in l. 2. C. ubi in rem act. & Bal. in d. l. fin. & duas rationes, ut ibi latius per eum. Et sic fuit reuocata quædam snia S. C. qua declarauit, conuentos non debere perdere possessionem uirtute d. l. fi. quia in illa instantia non erat probatum, quod possedisset noĩe suo, sed in causa reclamationis fuit productum instrumentum emptionis factæ à Zachanino nomine suo: & confessio patris conuenti, qui dicebat, quod conuentus eius fi
2 lius possedit nomine suo. † Et sic ex nouiter deductis fuit uotatum, quod possessio propter dictum mẽdacium conuictum per publicum instrumentum emptionis transferatur in actorem, saluo iure proprietatis cũ restitutione expensarum a tpe productionis dicti instrumenti, iuxta no. in l. si quis inficiatus. ff. depositi.

ANNOTATIO.

IN DECISIONE XVIII.

1 *Lex fi. ff. de rei uendi. habet locum, quando quis dicit rem alieno nomine possidere, & postea conuincitur quòd proprio nomine possideat.*
2 *Ad hoc ut quis pœna d. l. fi. puniatur; tria requirũtur, de quibus in nigro.*
3 *Minor, vel rusticus a dolo præsumpto excusantur nisi occulte aliquid fecissent; quia tunc non excusantur etiam si de damno euitando tractarent. 4.*
5 *Agenti remedio l. si quis conductionis. C. locat. obstat defectus notorius proprietatis.*
6 *Item qualiter quis de mendacio puniatur.*
Post præsentationem instrumentorum debet quis ad expensas condemnari factas post ipsorum præsentationẽ; & etiam ad alias quæ ante facta fuerunt.
7 *Quando appares, quòd etiam præsentatis instrumentis quis a lite non destitisset; quòd an verum, ponitur in num. 7.*
8 *Præsentatio instrumenti qualiter fieri debeat; & an sit relinquẽda copia parti, ut quis in mora constituatur.*

DECISIO XVIII.

1 Quòd lex fi. ff. de rei uendi. habeat locum, † quando quis dicit rem alieno noĩe possidere, & postea conuincatur suo nomine proprio tenere: affirmat Hyp. in singu. 245. tex. habes in term. huius decis. cum quo conuenit las. instit. de act. in princ. &
2 Fely. latius in c. ceterum de iudic. Et insuper aduerte † quod ad hoc ut quis ista pœna puniatur, tria requiruntur, & j. quod dolo, seu lata culpa quis neget rem possidere: nam sine predictis non puniatur: ut puta; quia fortè ões fines contenti in libello actoris non

conueni-

conuenirent, secundò necessarium oportet quod expressè petatur in libello, hunc sic negantem ista pœna puniri: quia dolo & lata culpa negauit: aliàs dolus, seu culpa non præsumuntur, uul. l. si adulterium cum incestu. §. idem Polliani. ff. de adul. Item & ter
3 tiò, quod negans sit maior † quia minor non tenetur ex dolo præsumpto. l. ubi. & ibi gl. & Doc. ff. de edeo de quibus hi per Alex. in cons. 35. in causa & lite uertente, 5. uol. latius per Hieron. Gratum in cons. 37. in 2. uol. quæ omnia dicta de minore uidetur li-
4 mitare Aym. in cons. 35. Ex pluribus. nu. 11 † quando ipse minor, uel rusticus aliquid occulte fecisset: quia tunc à dolo præsumpto non excusatur, etiam si de damno uitando tractaret: & allegatur cõmuniter tex. l. fi. ff. de rit. nup. & ultra allegata per Doc. in l. si is id quod §. si ff. de iurisd. om. iud. & ibi Iaf. nu. 5. & Gram. in consi. 23. in criminalibus, qui ponit latissimè materiam, quando rusticus excusetur etiam à pœna falsi: quando est testis sibi ipsi contrarius: declarat nouissime Tiraq. in tract. de pœ. qd. seu cã secunda. Et ad limitationem omnium prædictorum, seu huius decisionis ui-
5 dendus Lapus 64. allegatione, ubi dicit, quòd † Agenti remedio d. l. fi. obstat exceptio dominij in promptu, quæ possunt conco-
5 mitari, arg. eorum quæ fuerunt notata 7. in dec. 12. † quod agenti remedio l. si quis conductionis, obstet similiter defectus exceptionis notoriæ proprietatis, & de mendacio qualiter quis puniatur: declarat Casella. Cotta in uerb. mendacium, qui alios al-
6 legat. Et quod dr̃ hic † quòd post præsentationem instrumentorum debeat quis ad expensas condemnari. Dec. in regula qui in alterius. ff. de reg. iur. ampliat procedere non solum ad expensas faciendas post præsentationem instrumentorum, sed etiã
7 ad expensas factas ante præsentationem instrumẽtorũ † ex quo prosequendo litẽ uĩ habuisse animum ipsam prosequẽdi à principio: etiam si instrm̃ ante fuisset præsentatum quibusdam rationibus ibi per eum adductis, quod mihi non uĩ tutum, quòd ex præsumptionibus maxime dependentib. ex animo nostro, quo casu statur de contrario nostro iuramento, iuxta gl. no. in §. æque insti. de actio. & ibi Scribentes, quod debeat quis condẽnari. Ideo super istis poterit condemnari, de ista uerò præsentatione instrumentorum qualiter fieri debet: ultra annotationes 3. dec. 365. ponit Cass. in consue. Burg. Des censes rub. 11. fo. 358.
8 num. 2. † ubi quod ad constituendum quem in mora debet fieri actualis præsentatio instrumenti, & copia parti relinqui sumptibus præsentantis, quando ex ipsa fit aliqua denunciatio: etiam si non petatur, alias in mora quis non constituitur, da quo etiã omnino per Alex. in consil. 78. 5. uol. incipiente uiso & diligenter ponderato 2. colum. in fi. ubi quando fit protestatio auctoritate iudicis, quòd hæc non procedant, de quibus sunt annotationes etiam infra in decis. 328. Cæs. Vesill.

DECISIO XIX.

De restitutione spoliatorum, & exceptione spoliationis, ut supersedeatur in causa intentata.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio contrarij spolij de rebus mobilibus, an admittatur contra agentem de spolio rei immobilis, nu. 3.*
2 *Dispositio c. frequens, de restit. spoliat. in 6. an habeat locum in quæstione feudali, ubi exceptio spoliationis est de rebus immobilibus.*
3 *Feuda a publico processerunt.*
4 *Exceptio de re priuata non admittitur contra agentem spolio pro re ecclesia.*
Ecclesiæ res sunt publici iuris.
Compensatio de publico ad priuatum non fit.
Priuilegiũ opponẽdi exceptionem spolij est restringẽdũ.
5 *Casus in quibus exceptio spoliationis, ut supersedeatur in causa, non habeat locum, remissiuè.*
Intellectus ad c. frequens. de restit. spoliat. in 6.
Intellectus ad l. si te bonis. C. de iure deliberandi.
Expulsus de ciuitate, & spoliatus bonis non habet exceptionem spoliationis aduersus suos creditores.
6 *Colonus expulsi spoliatus a communi, non liberatur a domino suo.*
7 *Exceptio spoliationis solum repellit illum, qui tenetur interdicto unde ui.*

1 QVidam Baro agit † petitorio & possessorio super quodã castro quaternato cum potestate suspẽdendi &c. Contra quendam nobilem, qui non spoliauit, sed uitio spolij non purgato peruenit ad castrũ ad ipsum conuentum. Iste reus opponit contra agentem, quod ipse Baro actor spoliauit ipsum conuentum nõnullis bonis mobilibus, concludens in sua exceptione, quod propterea non põt procedi in dicta causa petitorij & possessorij: sed debet dari terminus quindecim dierũ ad probandum dictam exceptionem spoliationis, & interim debet supersederi in iudicio intentato per actorem, per tex. in c. frequens. de restit. spol. in 6. Dicebatur in contrarium, quod dispositio d. c. frequens, non hẽt locum, quãdo quæstio est de feudo, hæc exceptio spoliationis est de rebus mobilib. Item quia dicta dispositio d. c. procedit de iure canonico, & non de iure ci-
2 uili. Quæritur, quid iuris. † Ad primum post longã discussionem fuit conclusum, quod ex quo feuda processerunt à publico: ut in §. optimum. in auth. de exhiben. & introd. re. Et sæpius hoc dicit Ang. in usi. feu. Si agitur pro feudo quaternato, & reus opponat exceptionem spolij de bonis mobilibus, pro quib. competeret, uel actio furti, uel ui bonorum raptorum. Quòd isto casu non competit dicta exceptio: licèt si non essemus in feudis, talis exceptio deberet admitti, ut dicit Io. And. & Petr. de Anch. in d. c. frequens, & Abb. Sic. in c. 2. de
3 ordin. cognitio. dantes pro regula, † quod exceptio spoliationis opposita tunc est admittenda cum dicto priuilegio, quando competeret excipiendi inter dictum unde ui, uel ui boni. rap. uel uis expulsiua, uel ablatiua. Et ratio differentiæ inter feuda & alia bona feudalia in hoc casu est: quia istæ res mobiles, de quib. opponitur exceptio spoliationis contra agentem ad feudum quaternatum non processerunt à publico sicut feudum, sed sunt res priuatæ. Et ideo non admittitur ista exceptio spoliationis pro rebus mobilibus contra agentẽ ad feudum: & pro hoc allegatur id quod uolunt Ioã. Mon. & Pet. de Anch. in d. c. frequens. circa fi. vbi con-
4 cludunt, † quod agenti super reb. ecclesiæ non obstat exceptio spolij rerum priuatarum: quia res ecclesiæ sunt publici iuris: & de publico ad priuatum non fit compensatio, sicut de una statione ad aliam: ut in l. 1. & 3. C. de compen. secundum Io. Mon. ubi suprà, & sentit etiã do. Abb. in d. c. 2. secũdum unam solutionem, de ord. cog. Et pro hoc facit: quia priuilegium opponendi istã exceptionem spolij est restringendum; & non ampliandum: ut dicit Pet. de Anch. in d. c. frequens. circa fin. & Abb. in d. c. 2. in 3. col. & sic non debet extendi ad feudum, quod à publico processit: & ita fuit uisum omnibus dominis de consilio. & ista limitatio est satis notãda: quia non reperitur tacta per aliquem. Alios autem casus, in quibus non habet locum exceptio spoliationis ad effectum, ut supersedeatur in actione intentata,
5 ponit do. Abb. in d. c. 2. de ord. cog. est † & alius casus, quem tangit Cyn. in l. si maritus. C. de don. inter vir. & uxo. uidelicet si intentetur iudicium ui. bo. rapto. uel condictio l. si quis in tantam, nõ habet locum hoc priuilegium: secus si intentetur interdictũ unde ui, & causa esset merè possessionis, tunc est priuilegiata, & licèt Cyn. non dicat de exceptione spoliationis, tamen idẽ dicendum est in exceptione spoliationis. Ad secundam exceptionem dictum fuit, quod c. frequens, non procedit

in foro

iu foro ciuili, allegabatur Bar. & Bal. & Ang. in l. si te
bonis. C. de iur. delib. ubi dicit Bart. opponendo de d.
c. frequens. Sol. Aliud de iure ciuili, Aliud de iure Ca-
nonico. & Ang. dicit ibi ista uerba formalis. iste tex. vi
det de directo contradicere dispositioni d. c. frequẽs.
Sol. secundum Bar. illud de iure canonico: istud de iu-
re ciuili. Sed per oẽs dominos fuit conclusum, ꝙ d. l. si
de bonis. non est contra d. c. frequens. quia d. c. frequẽs
6 †habet locum, quando quis conuenitur ab illo, qui cũ
spoliauit: tunc exceptio spoliationis impedit prosecu
tionem iudicij intentati. Secus si spoliatus conuenia-
tur, & opponatur exceptio spolij facti à tertio, & non
ab agente, tunc non potest opponere exceptionẽ spo
liationis, ut supersedeatur in iudicio intentato: & ita
procedat d. l. si te bonis. & propterea Bal. ibi bene di-
cebat, ꝙ expulsus de ciuitate de facto, & spoliatus om
nibus bonis non habet exceptionem spoliationis con
7 tra creditores suos: quia sunt spoliati à tertio. †& sub-
dit, ꝙ si coloni expulsorum sunt spoliati à communi,
& sunt coacti portare bladum, & pecuniam non sunt
per istam spoliationem liberati à domino eorum, alle
gat Spec. in ti. de rest. spol. §. nunc dicamus, uer. porrò.
& firmant omnes scribentes in d. c. frequens. & Abbas
in d. c. 2. de ord. cognit. ubi etiam dicit, ꝙ exceptio spo
liationis solum repellit illum, qui tenetur interdicto
unde ui. Secus si tenetur alijs remedijs possessorijs Et
dicit Alexã. & Ias. in d. l. te bonis. ꝙ in hoc errauerunt
Bar. & Ange. & idem tenet Matthæ. de Matthe. in suo
no. 1 5. Et ita pariter fuit conclusum. Et prędicta ue
ra sunt, si agatur ciuiliter, & opponatur de spoliatio-
ne. Sed si criminaliter agatur, tunc potest opponi exce
ptio spoliationis omnium bonorum, uel maioris par-
tis, siue sit facta ab agẽte, siue à tertio: ut dicit Io. And.
Pet. de Anch. in d. c. frequens. in tertio notabili.

ANNOTATIO.

IN DECISIONE XIX.

1 *Feuda processerunt a publico, secus in Francia; quia ad instar patrimonialium.*

2 *Spoliatus omnibus bonis opponit contra agentem spolio, quòd ipse cum spoliauit bonis prædictis, & est una limitatio, in qua spoliatus ante omnia non restituitur; aliæ limitationes ponuntur remissiuè.*

3 *Spoliatus omnibus bonis ob guerram habetur pro mortuo; non potest propterea à creditoribus in solidum conueniri.*

4 *Spoliatus omnibus bonis tũc opponit contra agentẽ spolio, & facit supersederi, quando dicit se spoliatum alijs bonis, & non illis de quibus tunc agitur; quia non auditur, ex quo ultimum spolium est sedandum.*

5 *Spoliatus licèt ante omnia sit restituendus: tamen fallit in causa attentatorum, nam siquis pendente appellatione fuit spoliatus re, quam postea recuperauit; non conuenitur spolio.*

6 *Petitorium quando possit suspendi &c.*

DECISIO XIX.

1 Concluditur hic in isto primo dubio †ex quo feuda processe-
rũt à publico, ut dicit And. in præludi. feu. in uers. quarto dubi-
tatur, ꝙ propterea nõ potest opponi agẽti spolio pro ipso feudo
exceptio spoliationis bonorum mobilium, supple tu maioris
partis bonorum, uel omnium, ut dicit dictum cap. frequens: q a
pro re minima, ut dicit ibi Gl in uerbo substantias, ridiculum
fuit dictam exceptionem opponere, ad hoc ut faciat supersede
ri in possessorio intentato, & maxime si fuisset spoliatus de mo
bilibus: pro quibus non competit possessorium recuperandæ,
sed utrobi, prout concludunt scribentes. & maxime Ias. in l. rem
quæ nobis. nu. 4. ff. de acq poss. & ex quo Afflic. hic fundat se, ꝙ
de publico ad priuatum non fit compensatio, & per consequẽs
uĩ asserere feuda ipsa à publico procedere, in hoc uidentur con
cordare Recent. in glo. Parisiensi in prin. & Dom. Marinus Frec
cia in suo opere de subfeudis, fol. 4. & sic uera est conclusio, de
qua supra, aliàs si tenemus feuda, prout est in Frãcia, esse ad in-
star patrimonialium, prout tenet Cass. in consuet. Burg. de fide,
rub. 3 §. 5. nu 1. fol 1 1 1. tunc forsè ista exceptio non militaret:
2 & sic esset una fallentia †ubi spoliatus ante omnia non restitui
tur: aliæ ponuntur per Alex. & Doc. in l. naturaliter. §. nihil cõe.
col. 9. ff. de acq. poss. & per Soc latius in fallentia 1 8 7. Et pro opi
nione, ꝙ spoliatus omnibus bonis ualeat in profanis opponere
agendi recuperandæ exceptionem spolij otum bonorũ, uel par-
tis: facit d. Ioan. Fab. insti. de actio. § cum quoq; quem refert &
sequitur Ias. ibidem, & Hyppo. in sing. 241. non debet. & repeti-
tione rub. de fideius. nu. 3 4?. & Tiraq. in lib primogenitu. q 61.
3 fol 360. †quòd siquis fuerit spoliatus omnibus bonis propter
guerram: cum habeatur pro mortuo, non potest in solidum à
creditoribus conueniri: & intellige quæ habentur in ista deci-
4 sione †quòd quis conuenitur possessorio possit dictam exceptio
nem spoliationis omnium bonorum, uel partis contra spolia.
agentem opponere, ad effectum supersedendi, uel simul agendi
iuxta dictum capitulum frequens c. 2. & fi de ord. cog hoc quã
do dicit se spoliatum aliis bonis, & non illis de quibus tunc agi
tur: quia non auditur: quia ultimum spolium est sedandum ita
Abb. in d. c. fin. de ordi cogni. col. 4 & Affli. in consti. Regni cir-
ca uiolentiarum. num. 39. num. nisi tu intelligeres, quod iste al
legasset, quòd incontinenti potuit recuperare rem suam, iurib.
5 allegatis ibidem per Abb. & alijs uulg. †& secũdùm pdicta sunt
intelligenda illa quæ alleg. Deci. in cons 200. in casu præposito
agam paucis: qui prędicta limitat in causa attentatorum ponẽs
casum de muliere quæ pendente appellatione fuit spoliata sua
possessione, quam mox recuperauit: quod de iure facere pote-
rat, nec potuit conueniri spolio eiusdemmet rei: & hoc ex pri-
uilegio attentatorum sic, secus uidetur sentire in alijs: & ita uẽ
intelligenda hæc quęstio: aliàs esset terminos confundere. Cir-
ca secundum dubium tenendum cum Affli. hic, quòd dictum c.
frequens, procedat de iure ciuili, hęc etiam habentur ĩ. in deci.
6 182. 2. col. †quando autem petitorium possit suspendi & pro-
sequi possessorium ꝙ usq; ad conclusionem, quando agitur cõ
tra illum qui spoliauit: secus contra alium: affirmat hic Affli.
in constitutione Regni uiolentias, nu. 30. Cæs. Vrsil.

DECISIO XX.

De emptione, & venditione, & duplici interesse, lucri cessantis, & pretii non soluti.

SVMMARIVM.

1 *Emptor ei pretium non soluens an teneatur ad duplex interesse, pretii non soluti, & lucri cessantis.*

2 *Interesse lucri cessantis æquo, & quando licitè peti possit & quid in articulis illius deducendum ueniat.*

3 *Debitor pauper non tenetur ad interesse lucri cessantis secundum Theologos.*

4 *Interesse pretii non soluti debetur tam de iure ciuili, quã de iure canonico.*

Fructus rei emptæ percipere sine solutione est contra bonam fidem.

5 *Emptor pretio rei empta non soluto quando facit fructus suos nec teneatur ad interesse pretii non soluti.*

1 QVidam nobilis †uendidit nonnulla bona stabilia cuidam rustico certo pretio inter eos conuento, soluendo ad tempus certum, & tradidit: demum emptor fuit in mora soluendi pretium, uenditor petit interesse pretij non soluti à tẽpore moræ: quia emptor habuit rem, & pretium & fructus rei: & petebatur à uẽditore duplex interesse. s. lucri cessantis, & interesse

saltem

ſaltem pretii non ſoluti reſpectu fructuum ipſius rei
uéditæ. Emptor dicebat ad nullú intereſſe teneri, q̃a
intereſſe ꝙ petebatur uelatè petebatur ſub nomine in
tereſſe,cum in ueritate erat uſura, quæ omni iure eſt
prohibita. Quæritur quid iuris. Fuit concluſum in cõ
ſil. ꝙ iſtud intereſſe lucri ceſſantis petitum per dictú
uenditorem,nõ debetur per dictum ruſticum: quia li-
cet,ſecundum iuris diſpoſitionem licite poſſit peti in
tereſſe lucri ceſſantis ab eo , qui ſolitus eſt pecuniam
ſuá ponere ad iuſtú lucrum,& mercátias,ut dicit Bar.
in l. 1.C.de ſent.quæ pro eo ꝙ inter Cano.in c.ſalubri
ter de uſu.& Io.de Ana.in c.cõqueſtus, eodem titulo
2 †tamẽ hoc uerum eſt,quádo certum eſt, quod ille no
bilis fuiſſet lucratus, ſi pecuniam habuiſſet , ut quia
probaretur,quod habuit præ manibus talem mercan
tiam,de qua fuiſſet lucratus,& quia pecuniam nõ ha-
buit,non potuit emere. Vel alio modo põt conſtare,
ꝙ ſi habuiſſet illam pecuniá certitudinaliter fuiſſet lu
cratus,quod nõ erat probatum in dicto proceſſu, ſed
ſolum probabatur, ꝙ dictus nobilis Lucas Antonius
Vulcanus cõſuetus erat lucrari ex mercantiis: non ſe-
quitur ergo ſi habuiſſet dictá pecuniá,fuiſſet lucratus
q̃a poſſibile eſt,ꝙ non fuiſſet lucratus, ex quo multa
potuerunt euenire,ꝙ non lucratur ex mercantia, hoc
expreſſe dicit Pau.de Caſt.in l nõ utiq. §. núc de offi-
cio,ff.de eo ꝙ cer.lo. allegat bonú tex.in l.quẽ admo
dú.§.ſi nauis.in fi.ff.ad leg. Aquil.& de acquir.re. do.
l.naturalẽ.§ 5.in fi.Hanc eandẽ cõcluſionẽ ſentit Bar.
in d.l.1.C. de ſen.quæ pro eo,quod inter.dú dicit: Et
apparet quaſi pro certo, quod ex ea lucratus fuiſſet
3 &c.†Et ego hanc ſententiá confirmbá alio medio: ná
iſte emptor erat ruſticus,& pauper,& per impotentiá
nõ ſoluit p̃tium conuentú & uolunt Theologi, quod
quádo q̃s p impotentiam non ſoluit debitú, non põt
cõueniri pro ĩtereſſe lucri ceſſantis, ita firmat B.Ant.
Archiep. Flor.in 2.parte ſuæ ſummæ in ti.de auaritia
char.29.uer.q̃d de pœna appoſita. Circa ſecundum in
tereſſe rõne pretii non ſoluti habito reſpectu ad fru-
4 ctus rei emptæ fuit per oẽs concluſum, †ꝙ iſtud inter
eſſe debeatur tam de iure ciuili , q̃ de iure canonico,
per tex.in l.curabit.C de act.empt.tenent Canon. ma
xime Io.de Anan. in c.coqueſtus de uſuris: quia con-
tra boná fidem eſt , ꝙ emptor percipiat fructus abſq;
ſolutione p̃tii rei emptæ: ut i.l.bona fides. ff. de actio.
emptio.ſm Bal.in l.ſi.in fi.de iur.do.& no. in glo.in l.
ſocius qui in eo.ff.pro ſoc.& firmat Ale.in 1. uol.con
ſil.96.in fin.& in 4.uol.conſ.121.in 1.col. bene tamẽ
5 uerum eſt,†ꝙ ſi facta traditione rei uenditæ & nõ ſo-
luto pretio poſt tp̃s conuentum, & immineret euictio,
& emptor non ſoluit pretiú, & uenditor non obtulit
fideiuſſorẽ de euictione.túc emptor facit fructus ſuos
& nõ hẽt locú intereſſe pretii non ſoluit reſpectu fru-
ctuú. Ita notanter limitat d.l.curabit. Bal.in l.1.C.de
bo.mater.quæ limitatio nõ habet locú in caſu noſtro:
q̃a nulla lis mota fuit dicto ruſtico, nec imminebat e-
uictio, ideo fuit condemnatus dictus emptor ad di-
ctum intereſſe reſpectu fructuum ipſorum bonorum
uenditorum liquidandorum tempore executionis
ſententiæ .

ADDITIO.

Emptor pretio nõ ſoluto, an teneatur ad uſuras & intereſſe
ẽt de iure Pontificio,tractat egregie d. Step Bertrandi par.3.cõſ.
109.Et an ad minus pro ea parte, ꝓ qua ſoluit lucretur fructus
& acquiſierit dominium,conſuluit idem Bertrandi parte 1.cõ-
ſil.318.nume.7.& quid ſi poſt emptionem res reuertatur, an
fructus ſint ita lucrati,ut nihil extra ſortem recepiſſe uideatur
emptor,decidit Anc.conſ.19 nume.2.

ANNOTATIO.

IN DECISIONE XX.

1 *An in ſolito negotiari ueniat intereſſe lucri ceſſantis, di-
ſputatur quæſtio.*
2 *Qualiter debeat articulari & deduci ut intereſſe lucri
ceſſantis,& damni emergentis ueniat.*
3 *An poſſit a principio paciſci in contractu mutui, in ſo-
lito negotiari, quod aliquid ſoluatur ratione tardatæ
ſolutionis.*
4 *Intereſſe per uenditorem poteſt peti ratione pretij non
ſoluti in tempore uſque ad fructuum quantitatem per
ceptam rei uenditæ & non pretij promiſſi.*
5 *Quis agit ad intereſſe, quando pro pecunia non ſoluta
in tempore, fuit coactus accipiere aliam pecuniam ad
intereſſe.*
6 *Pendente dilatione ad ſoluendũ pretium rei uenditæ ua-
let pactum, quod aliquid ſoluatur.*
7 *Valet venditio carioris pretio, quando non ſit præſenti
pecunia.*
8 *Si venditor non cauit de euictione mota lite , habebit ẽt
intereſſe pretij non ſoluti cõtra opinionem Afflit.hic,
ſeu Bal.*
9 *Contractus uſurarius probatur per teſtes ſingulares, &
per illos cum quibus quis uſuras exercuit.*
10 *Vſurarius cenſetur contractu, quando quis uiliori pretio
rem locat propter mutuum.*
11 *Mercator qui accipit pecuniam ad commune lucrum, &
delucrum: tenetur ſingulo anno damnum, ſeu delucrum
forte contingens oſtendere , alias ſibi præiudicat.*
12 *Iuramentum in litem defertur contra mercatorem, qui
inuentarium , & librum rationum non confecit.*

1 Vide quia contra iſtá deciſ. 20. † ꝙ etiam in ſolito negotiari
ueniat intereſſe ratione lucri ceſſantis: tenet Deci.in puncto iu-
ris tamen in c cum uenerabilis. colum.6. in uer.& licet iſta. de
excep. mouetur ex tex l. ſterilis. §. cum per uenditorem. ff. de
act.emp.& l.ſi.ff de peri.& comm. rei uen. quæ iura de intereſ-
ſe extra rem non uidentur habere conſiderationẽ, etiam in ſo-
lito negotiari,hoc idem in puncto iuris uidetur annuere in cõſ.
441.præſens conſultatio. circa fi. ubi fatetur cõem eſſe in con-
trarium.Sed cum iſta deciſ.concordat Alex. 141. uiſo themate.
2 5.uolum. ubi etiam docet † qualiter articulari & probari de-
bet ad hoc,ut iſtud intereſſe debeatur.iſtud idem uoluit Dec.in
conſ 39 iuridicam eſſe arbitror.colum. 2. Capi.in dec.19 ibi, ſi
in omnibus contractibus fiat iſta diſtinctio de ſolito negotia-
ri,de quo etiam per eundem in dec.135.num.6. & ſemper cõi-
ter pro hoc ſolet allegari doctrina Pau.de Caſtr. in l.3.in fin.ff.
de eo q̃d cer.loc.immo ipſe idem Dec.in conſ. 111. ꝓ tenui fa-
4 cultate,fortius uoluit † in ſolito negotiari poſſe a princ. paci-
ſci,etiam in contractu mutui,ꝙ pendente dilatione aliquid ſibi
detur,quod ſimiliter ſequit̃ Caſſa.in conſue.Burg.de Droitez,
rub.4.per totum,ſol.194.quod obiurgat Ay in cõſ.189. qñ fœ
mina. ubi nu.7.facit ſex caſus in iſta materia: an poſſit peti in-
tereſſe conuentum pendente dilatione ad ſoluendum pecuniá
4 mutuatá †quod intereſſe ꝙ poſſit peti uſque ad fructuũ quan
titatẽ rei uenditæ, & non pretii ſoluti quantitatẽ (quod bene
aduertas quia cõtrarium hodie fit) tenet idẽ Aym. in cõſ. 105.
caſus talis eſt,nu.11.qui pro hoc alleg.conſ.Cor.cxiii.3.uol.iſtud
eſt ẽt q̃d uoluerunt Recent.in cõſi.Deci.119.qui alios allegãt,
& Io Bap de Plo.quem poſtea uidi,& habui in repett.l. ſi qñ.C.
unde ui.nu.45.52 cum ſeque.ſol.270.in 1.impreſ & etiam ra-
5 tione damni emergentis †quod intereſſe quis ualeat petere,qñ
pecunia non fuit eidem ſoluta in tp̃e : propter quod fuit coa-
ctus facere mutuum cum intereſſe,affirmat Ro.in conſ. 117.in
caſu propoſito,col.1.uerſ. præterea & ex prædictis tenendũ in-
tereſſe ratione lucri ceſſantis de iure uenire, & peti poſſe . q̃bus

non obst.d.l.si sterilis.§.cum per uenditorem.& l. fi. ff de peri.
& com rei.vend.cum sim adductis per Dec.ut supra,qoia rñdet
Andr.in c. 1. §.oectigalia 1.col.no.12 qoæ sint rega. & Sebast.Sa
pia in repet.d l.unicæ.C.de sen.pro eo,quod interest.prope fi.&
Ias.in d.l.3.in fi ff.de eo qđ cer.loc.dicta iura hodie non proce-
dere,qñ quis ꝓbabiliter habuit damnum, uel non fuisset con-
seqontus lucrum.& hoc ex tex.d.l.unicæ, ꝗ uult istud interesse
uenire, & sic rationes prædictæ cessant : alias aũt concordantes
de prædictis ꝙ solutus negotiari ualeat interesse lucri cessãois
petere:affert Tiraq; in trac de terr.consanguineorum glo. 18.
§.1.fol.114.nu 71.in parua impressione,ubi contra hæc adducit
dictam doctrinã Deci.,& aliter nõ respondet: sed patet rñsio ex
præfatis & ad limitationẽ l.curabit,uide oĩno Soc. in cõs.170.
in præsenti consultatione,num 10. 13. in cons. 174. profecto,
ni fallor,per totum. & 179. præsens consultatio, in 2. uolum.
6 †ubi ẽt,ꝙ ualet pactum de aliqnid soluendo, donec pretiũ rei
uenditæ soluatur,& per Soc.iuniorem in cons.63.283.in.2.par
7 te,ubi ẽt ꝙ †ualet uenditio rei cariori pretio, qñ pecunia tunc
nõ soluitur,& per Cagno.in repet.d.l.curabit. ꝑ totum. ꝗ po-
nit sex ampliationes ad eandem legem, & obiurgat Affl.hic,
8 quatenus uelit †ꝙ si uenditor non cauit mota lite de euic. uel
non dederit fideiussores,ꝙ istud interesse pretii non soluti habi
ta cõsideratione ad fructus perceptos petere non possit: & bñ,
qñ uere usura debeatur, & in quib. casibus ponit amplissime
Cassa.in consue. Burg.de droitez.Rub.4. per totum,ubi etiam,
ꝙ potest fieri emptio ad rõnem decem pro cẽtenario super ali
qua re stabili cõtra Affli. in c.1.de feud.dat.in uim l. commisso.
ex cons. Anch.30.de quibus sunt annotationes latius inf.in de-
9 cis. 89. † & ꝙ usura ꝓbetur ex duabus cõiecturis, & per testes
singulares,ẽt per illos qui acceperunt pecuniam sub usuris mu
tuo: declarat Aym.in cons.73.dicendũ uideretur. per totũ, qđ
est nota.ad pragmaticam Reginæ Ioannę in tit.de usur. uolen
10 tẽ præfata.Insuper in pręfatis duo notandum puto †ꝙ contra-
ctus dicatur usurarius, qñ fit locatio de aliqua re stabili uiliori
pretio propter mutuum factum pro ut declarat Rub. Alex.in
11 cons.20.†insuper ꝙ mercator ꝗ accipit pecuniam ad lucrũ, &
de lucrum:singulo anno tenetur damnum demonstrare, aliàs
ꝙ si pręiudicat, ꝓut uoluit Ant. Corset.sing. in uerb. mercator
12 †deferetur iuramentum in litem quando librum & inuentariũ
non confecit idem Plotus in d.l.si quando.nu.497. Cæs. Vrsil.

DECISIO XXI.

De falsificatoribus rescriptorum, & sigillorum, & de pœna illorum.

Pœna falsificantis literas regias uel eius sigillum & manum, an sit capitalis, num 7.

SVMMARIVM.

1 *Falsificare literas regis, maius est delictum, quam uti falsis literis regis.*
2 *Falsificans bullam Papalem degradatur, qui uero falsa bulla utitur, priuatur officio, & beneficia. 3. 6.*
Falso rescripto utens potest sine pœna pœnitere, secus in falsario.
Falsario ipso iure sunt priuati.
3 *Instrumento falso utens non tantum ponitur, quantum utens falso principis rescripto.*
4 *Glossæ opinio non contemnenda, ubi Doctores communiter non concludunt contra eam. Rescripta imperialia quo encausto scribenda sint.*
5 *Extensio ex maioritate rationis inexorbitantibus nõ fit.*
Statutum pœnale non extenditur ad alium casum.
Literæ papales nouem modis falsificantur.
6 *Omissio scribendi solennitates in testamento exigens pœnam falsi non extenditur ad alios actus.*
7 *Extensio de casu ad casum non fit in pœnis*
Falsum est, quod a uero deuiat.
Mutare satis dicitur, quia uere deficit, et quid sit mutare
Medium non potest dari inter uerum & falsum.
8 *Pęna mortis ĩ crimine falsi quib irrogetur, & quib. nõ.*
9 *Constitutionis uerbis non conuenientibus, nec conuenire uidetur eius dispositio.*
Robur literarum Regis consistit in sigillo.
10 *Conatus in atrocibus pro consumato non habetur pro crimine, quando pœna est statutaria.*
Statutum non extenditur ad casum fictum.
11 *Vulnerasse an sufficiat animo occidendi non occisum, ut pœna sequatur capitalis.*
Forma cuiuscunque rei ex consummatione est.
Scriptura facta imperfecta nemini est nocina, num. 12.
Falsum tribus modis sumitur.
12 *Notarius faciens instrumentum nullum alio respectu quam falsitatis, non potest de falso puniri.*
Statutum correctorium iuris communis nõ extendendũ.
13 *Casus omissus a statuto reuertitur ad dispositionem iuris communis.*
Statutum faciens mentionem de scriptura intelligitur ualida tantum.
14 *Exceptio militaris instrumenti an possit opponi statuto exceptionem falsitatis contra instrumentum tantum admittente.*

1 DVbitabatur apud regiam Maiestatem quæ pęna
secundum iuris dispositionem ueniret imponẽ
da ei, qui scribit literas sub nomine Regis, & contra
2 facit eius signaturam, & etiam contrafacit alias ma
nus, quæ de stilo ponuntur in Regiis literis ueris,
& uadit ad sigillatorem ut illas sigillet uero sigillo,
sed sigillator ipsas non sigillauit, eo quia ha-
buit ipsas suspectas de falso. Prima facie uidebatur
posse dici, prout dixerunt duo Regii auditores, quod
in regno est constitutio Imperatoris Regis Federici,
quæ dicit, quod qui literas Regis mutat, aut notho si-
gillo signat, capitali sententia feritur. dicit ibi An. de
Iser. punitur capite, qui falsificauit literas & sigil-
lum Regis. C. de diuer.rescrip.l.sacri affatus. C.de fal.
l Maiorem. Sed infra dicã, quomodo hæc intelligant.
Et pro ista parte facit, quia maius delictum est facere
falsas literas Regis, quam uti falsis literis Regis, quo d
2 comprehẽditur ex impositione pęnæ. † Nã de iure ca-
nonico ꝗ falsificat bullam Papalẽ est pęna degrada-
tionis. Si uero solũmodò utat falsa bulla, non est pęna
degradationis, sed pęna priuationis beneficiorum &
officiorũ, ut in c.ad falsariorũ.uer.qui uero. de crimi.
falsi. Itẽ cõprehenditur ex pœnitentia permista. Nam
ꝗ utitur falso rescripto, põt pęnitere in.20 dies: ut di-
cit Host.in sum eo.ti. Sed ꝗ fecit rescriptũ falsum falsa
rius non põt pęnitere sine pœna, ut in c. dura. de cri.
fal. Itẽ falsarii sunt ipso iure priuati, non sic utentes, ut
dicit idẽ Hosti. & Io.de Ana in d.c.ad falsariorũ.hoc
firmat Cy.in l.2.C.de fide instr. & patet in l. falsi.§.or
3 dine.ff.de falsis †inquãtũ uolũt,ꝙ grauiori pœna pu-
niatur, ꝗ falsificat ꝙ̃ ꝗ utat, sed clarũ est,ꝙ maior pę-
na imponitur ei,ꝙ utitur falso rescripto principis, ꝙ̃
ei qui utitur falso instrumento, ut patet in ꝓallegata
l.maiorẽ. Et ꝗ sit ista maior pęna, dicit gl in l.ubi. C.
ad legẽ Cor.de fal.ꝙ imponitur pęna mortis ei,ꝗ uti-
tur falso rescripto, sed ei ꝗ utitur falso instrumẽto im-
ponit pęna publicationis bonorum cũ deportatione,
ut in l.1.§.fi.ad l.Corn.de fal.tamẽ Ang.in d.l. maio-
rem.hoc nõ tenet:sed dicit,ꝙ illa maioritas, de qua ĩ
l.maiorẽ,consistit in inuestigando, & nõ in puniendo.
Et sic uult,ꝙ ĩ utroq; casu idest tã in utẽte falso instrõ,
ꝙ̃ in in utẽte falso imperiali rescripto, sit pęna publi-
cationis

eationis & deportationis. & licèt Saly. in d.l.maiorẽ,
teneat illam gl.in d l.ubi.& Io.de Ana.in d.c.ad falsa-
riorũ.in 8.col. & refert Salyc. & nihil dicit ultra circa
4 hoc†& ab opinione gl.non sit recedẽdũ,ubi Doc.cõi-
ter non concludunt contra eã:ut dicit Iac. But.in l. 1.
C.qui pro sua iurisdic. Tamẽ negari non potest, ꝙ gl.
& Salyc.loquuntur de pœna imponenda utenti falso
rescripto,& nihil dicunt de fabricãte uel faciente fal-
sum rescriptum:q̃ sit pœna falsificãtis rescriptũ nõ ha
bemus expressum, ꝙ sit pœna mortis naturalis in ali-
qua lege,uel in aliqua gl. nec lex sacri affatus dicit, ꝙ
falsificãs literas regis sit pęna mortis naturalis. Sed tñ
dicit,ꝙ rescripta Imperialia non debent scribi de cõi
encausto ea ardore cocti muricis & triti conchylij &
musti & dẽt surgere purpureo colore. Et isto encau-
sto utit̃ solus Imperator,& non alij. Et si alius uteret̃,
imponitur ei pęna capitalis cum publicatione bono-
rũ:& sic d.lex non dicit id,ad qđ ipsam allegat Andr.
Sed posset attentari p rõnem. ꝙ si utenti falso rescri-
pto imponetur pœna mortis, maiori ratione impone
tur pœna mortis facienti falsum rescriptum.
5 †Sed ista conclusio ex maioritate rationis non ua-
let.qa constitutio Regni exorbitana à iure cõi nõ ex-
tenditur ad casum,ubi est maior rõ:ut notatur in d.l.si
Secundò quia illud uotum ad alium finē fuit rece
ptum, quàm ut diffiniret articulum, de quo contēdi-
tur, ut retulit d. And. Mariconda commissarius causę:
& sic non debet extendi ad incognita l. tres fratres. ff.
de pact. cum si. Tertiò: quia illud uotum mercatorū
nunquam transit in re iudicatum; quia potest dici,
ꝙ sit sententia expertorū, ut no. Doct. in c. proposui-
sti. de proba. & in c. fi. de frigi. & malef. & no. Phil.
6 Franc. in c. cū cessante & in c. antimasti. de appell. † ubi
quandoque sñia expertorum pōt retractari. Et sic ar
ticulus Alex. non dicitur impertinens: eo ꝙ est cōtra
uotū mercatorum. Nec est uerū cum reuerentia, ꝙ
Franc. non habuit notitiā ante publicationē de arti
culo ipsius Ale. super contraria consuetudine prædi-
cta. Quia clare patet, ꝙ dictus Francis. habuit notitiā
ante publicationem dicti articuli Ale. quia super di-
cto articulo ipse Frācīscus fuit examinatus ut princi-
palis: & sic potest Francisco imputari, quare in termi
no dato ad probādum non articulauit de dicta con-
suetudine iuxta uotum ipsorum mercatorum: & sic
7 non obstat doctrina Bar. in d. §. Idem Iulianus † Bene
fateor, ꝙ si iudex nō data copia articulorum parti de
cerneret aliquē articulum esse pertinentem, & facta
publicatione pars dicit, ꝙ est impertinēs, & in uerita
te sic est. Tunc ex quo non est, quid possit parti impu-
tari, ꝙ publicatio non nocebit, quin possit dicere, ꝙ
reiiciatur articulus cum probatione super eo facta,
nisi processisset post publicationem ad alium actum,
per quem uideret renuntiasse tacitè dictæ exceptioni
impertinentium, ut per doctrinam Bart. in d. §. idem
Iulianus. Fuit tandem conclusum, ꝙ ex quo domini
de Consilio secundū eorū conscientiam dicebant, ꝙ
ille articulus Alex. de contraria consuetudine uoto
8 mercatorum fuit de iure admissus, † & illa clausula,
saluo iure impertinentium &c. fuit posita potius ad
obturandum ora loquentium, quàm pp aliquod du-
bium, an articuli Alex. essent impertinentes, necne. Et
sic fuit uotatum, quòd non admittatur examinatio te
stium producendorum pro parte dicti Franc. ad pro
bandū contrariam consuetudinem articulatam, &
probatam per dictum Alex. licèt probatio facta per
dictum Franc. esset ad concomitantiam uoti merca-
torum, & in hoc postea consensit Viceprotonotarius,
propter dictam testificationem dominorū de Cōsilio.

ADDITIO.

De productione, examinatione, & repetitione testium post didicita testificata, & conclusum, uide Pet. de Anch. consi. 223. num 1. Et Steph. Bert. par. 1. consil. 151. nu. 1. & par. 2. consi 160. nu. 1. & cons. 266. & possunt de nouo examinari attestationib. perditis, Hipp. de Mars in rub. C de prob. num. 336. item in causa criminali. idē in l. 1 §. fi. nu. 4. ff. de q. & in practica § sequens, nu. 2. & 8. item in causa hæresis idem ibidem, item testes de nouo reperti post conclusionem & tempus probatorium, idem in sing. 297. in c. testes, & in rub. C. de prob. nu. 16. item in causa matrimoniali, si pducens iuret non subornasse. idē in sing. 128. itē ex eisdem capitulis iusta causa iudicem mouēte. idem in d. rub.

rub. C. de proba. num. 38. ubi ponit alios duos casus, item super circunstantiis opportunis ad instantiam partis aduersæ. Bertran. par. 1. consi. 47. oumc. 16.

ANNOTATIO

IN DECISIONE XXXIII.

1 *Post publicatum in causa admittūtur testes, quādo pars non potuit scire, vel habere notitiam de eo quod pars articulauit in causa principali, vt quando fortè deduxit contra instrumentum aliter dictū, quam scriptum.*

2 *Testes post publicatum in causa recipiuntur, quādo aliàs fuerunt à principio nulliter examinati ante publicationem, cum in eis non cadat subornatio: cum debeat se remittere primæ depositioni.*

3 *Testes etiam post publicatum in causa recipiuntur, quā do fuisset dictum & allegatum instrumentum falsum: & non fuisset à principio specificata species falsitatis.*

4 *Sententia expertorum nunquam transit in rem iudicatam, nisi votum ipsorum fuerit per sententiam iudicis approbatum.*

1 IN ista decisione habemus plures casus tactos per Affli. † in
quibus quis post publicationem in causa admittitur ad pro
bandum, & 1. quando non potuit habere notitiam de eo quod
pars articulauit, ex quo in fac. consi. nō dator copia articulorū.
Ay. in consi. 74. Michael Matthęi nu. 4. ponit exemplum de prædictis, qn omnes testes examinati p notariū in causa deponerēt
aliter scriptum q̄ dictum, etiam ad reuelationē excōicationis;
quia tunc non obstante publicatione, isti testes debent recipi;
quia pars non poterat cogitare notarium falsum vere scribere,
& illud quod testes non dicebant: & an ista limitatio procedat.
sunt annotationes j. in deci. a 16. secundus casus notatur in de
cis. 272. quando q̄s ad concomitantiam scripturæ prætendit te
2 stes examinare: tertius casus est † quādo testes fuerunt nulliter
examinati ante publicationem, de quo vnà cum ratione ipsius
sunt annotationes in dicta decisione a 16. quartus casus habe-
3 tur. † quando articulus non fuit bene specificatus, & Abb. in d.
c. ea tenore, ponit exemplum, quando obiiceretur contra instrumentum de falsitate, & postea facta publicatione reponatur specificata species falsitatis: quia prætēdebatur fortè notarium mortuum tempore instrumenti confecti; quia tunc potest demonstrari contrarium, scilicet notarium viuere tēpora
instrumenti. nam tunc non obstante publicatione possunt testes recipi, alii autem casus in quibus testes recipiuntur non
obstante publicatione, sunt notati in dicta decis. a 16. & de subiecto istius decisionis fuit tactum supra in deci. 22. comple-
4 mentum ipsius est j. in deci. 91. † Et quòd sententia expertorum nunquam transeat in rem iudicatam, affirmant omnes
scribētes excepto Dec. in d. c. proposuisti. de prob. Gerar. in sing
20. & si possint cogi experti ad iudicandum. Hy. sing. 127. iudicandi munus. q̄ nō pūt cogi, quæ omnia. s. q̄ sententia expertorum non transit in rem iudicatā; intelligas, nisi fuerit à iudice
approbata l. 2. & ibi Bar. & alii. C. de iur. fisci. li. 10. Cæs. Vrsil.

DECISIO XXXIIII.

De æstimatione habitationis ad uitam propter uenditionem rei obligatæ.

SVMMARIVM.

1 *Aestimatio habitationis ad uitam cum tractatur de domo uendenda, qualiter facienda.*

Alimenta relicta æstimantur ad triginta annos uitæ, si alimentarius est infra illam ætatem.

2 *Intellectus ad l. hæreditatum. ff. ad leg. Falc. 3.*

3 *Cautio in æstimatu habitatione debet præstari, quod soluatur plus, si plus uiuat.*

PAter quidam ultra dotem, quā debuit genero suo, promisit ei dare habitationem in domo sua, uita
dicti sui generi durāte, & proinde obligauit oīa bona
sua: mortuo dicto patre eius hæres p suis necessitatibus uoluit uendere dictam domū, in qua gener habet
habitationē: ut suprà, q̄ fieri nō potest eo inuito. Sed
dictus gener obtulit, q̄ si dictus hæres uoluerit sibi
soluere æstimationem dictæ habitationis, contentaē,
1 q̄ dictam domū uendat. † Fuit dubitatū in sacro Cōsi
lio, qualiter fiat æstimatio habitationis ad uitam. Di
cebat D. And. Maricōda relator dictæ suæ, q̄ d. æstimatio habitationis poterit ęstimari, sicut ęstimanē alimenta relicta, ut æstimenē, q̄ 30. annis uiuat ille, cui
relicta sunt alimenta, si est infra ætatem 30. annorum
ut dicit tex. sing. secundùm Doct. ibi, in l. hæreditatū.
ff. ad leg. Falc. Ita similiter dicendum esse putauit, qn
promissa fuit habitatio domus ad uitam: & ille cui
facta fuit d. promissio erat tunc ætatis 30. anno. & sic
præsumiē 5. annis uiuere, & sic hæres tenetur præstare
pensionem unius similis domus pro quinque annis.
uerùm si plus uiueret ille gener, tenenē hęredes ad p
standum pensionem similem pro illo tempore, quo
uiuet ipse gener: ut dicūt gl. & Doct. in d. l. hæreditatū.
2 † Ego dicebam, quòd d. l. hæreditatum, habet locū in legato & ultima dispositione. Sed in donatione
inter uiuos: & sic in contractu non fit æstimatio iuxta d. l. hæreditarū. eò quia habemus tex. expressum in
l. si q̄s argentū. in §. si autē donator. C. de dona. ubi dicit, in redditibus autem in 15. annis ęstimationem
præstet. Et sic cum sumus in cōtractu uiuos, debet fieri dicta æstimatio habitationis p annis 15. Et sic cō
muni uoto fuerūt condemnati dicti hæredes pro æsti
matione dictę habitationis ad uitā p annis 15. ad rationem Tarenotum 12. pro pēsione cuiuslibet anni
3 dictorum 15. annorū, † & q̄ pstetur cautio, si plus uiueret, quod soluaē illud plus, ut dicit Alex. in d. l. hæreditatū, in fi. licèt ibi dicat, q̄ dicta lex habet locū in
transactione alimentorum ad uitā. Et sic extēdit ipsū
ad contractum inter uiuos, & non facit mentionem
de d. l. si quis argentum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE XXXIIII.

1 *Legata habitatione ad vitam, an debeat fieri ipsius extimatio iuxta formam l. hæreditatum. ff. ad l. falcid. vel aliter, & an appellatione alimentorum ueniat habitatio tamquam species.*

2 *Quando fit extimatio uitæ alicuius, debet iste habere extimationem iuxta tempus taxatum, si tanto tempore vixerit, & non aliter.*

3 *Damnum extimationis hominis occisi in quantum fieri debet, & considerari, vtrum vsque ad tantum annos (ex quo tanto tempore poterat ille viuere?*

4 *Damnum datum in herba, arboribus, quomodo debeat extimari, an secundum tempus valoris rei, tempore dāni dati, vel recollectionis?*

5 *Homicida ad quæ tenetur partibus offensis.*

6 *In eximatione hominis mortui sunt consideranda opera, & impensa facta in curatione.*

7 *Deformitas vulneris, et maxime in facie mulieris est in extimatione hominis vulnerati.*

8 *Hominis offici perdi, siue nullius officii, siue exercitii nulla ratio habetur operarum: item minoris sep. em annorum. cuius similiter nullæ sunt operæ.*

9 Debet

9 *Debet considerari tempus quo uiuere potuisset occisus: & pro illo tempore uenit condemnatio ad interesse.*

10 *Extimatio hominis mortui an debeat fieri ī ducatis 50. uel ducentum, allegantur iura pro utraq. parte, ibi ēt ad quid teneatur, qui per leones, & ursos quos portat per ciuitatem fa iunt hominem interficere.*

11 *Ius recuperandi operas, seu interesse hominis mortui, an tantum competat patri, & matri, quibus filius teneatur operari: & non aliis hæredibus, ubi ponitur casus in facto.*

12 *Creditor an recuperat ab interfectore pauperis.*

13 *Facto legato alimentorum diuiti deberi pecuniam.*

DEciditur in hac deci. habitationē relictam ad uitā alicuius
1 † extimari ad annos 15. tantum, per tex. §. donator. adductum hic per Affl. aduerte rogo, quia vī de iure secus, seu aliter dicendum. f. ꝙ extimatio debeat fieri iuxta formam dictę legis hæreditatum. q̃ taxat alimenta ad uitam, ex quo appellatione alimentorum uenit habitatio tanquam species. l. legatis, & ibi Bar. ff. de ali. & cib. lega Cattlia. Cotta in memo in uerbo habitatio, ubi inquit, ꝙ relicta habitatione filii secus matrem, ꝙ mater debeat habere alimenta, de cuius dicti ueritate notatu infra. in decis. 284. præterea cum d. § donator. non loquatur de alimentis, sed tantum de redditibus, igitur non meretur ad hoc allegari. ulterius dicitur, ꝙ in casu dicti § donator non habebat redditus, sicut in casu de quo agitur, & ita soluit glo. contrarium in d. l. hæreditatum, licet Barto. dicat non posse dari rationem diuersitatis. super hoc etiam vnà cum Bart. Ego dico, ꝙ poterit cogitari, & tenendo istam partem, siue aliam, debere fieri istam extimationem vsque ad istud tempus xv. an-
2 norum, vel iuxta d. legem hæreditatum † habet ista intelligere si mox vixerit iste usq; ad istud tempus sic præfixum: nam si interim moriatur, non habebit nisi decursum vsq. ad tempus mortis, ut dicunt gl. & doct. in d. l. hæreditatum, & est vnus mo-
3 dus extimationis lucri uitæ alicuius, iuxta quæ † quæro, an ita fiat extimatio hominis ab aliquo mortui siue interfecti & Florianus in l. si ff. de his qui eie. vel effu. dicit, debere fieri vsq; ad centū annos: quia tantu præsumitur hominem viuere, & istud tenet Pal. in l si C. de sac. san. eccles. Lupus in repe. cap. per vestras §. xxv. fol. xij licet cōtra hos teneat Corneus in cons. 340. q̃a dicta in litera n. vbi inquit, nullibi in iu. ꝓbari, quēlibet cētū annos viuere præsumi: igitur debet fieri extimatio iuxta dictam legem hæreditatū. prout melius firmāt Are. & Io. Fab in inst. de obli q̃ ex delic. nascu §. is ex cuius. istud idem tenet Cassa. contra Floria. in consu. Burgu de iustices, rubrica prima §.
4 6 nu. 6. fol. 72. † vbi ē: ꝙ extimatio damni dati in herba, siue arboribus fiat habita consideratione ad tempus dāni dati, scilicet quantū tunc res valebat, & non recollectionis, ꝙ rm̄ potuisset habere tempore recollectionis, hnc idē summa angelica in ver.
5 restitutio fol. cccx. † vbi plenè ad q̃ homicida teneatur partib.
6 offensis † quæ aūt considerentur in ista extimatione hominis mortui? Dicas operarū. & impensarū factarū, siue erogatarū
7 in curatione. item † deformitatis vulneris in facie puellæ l. ex hac. ff. si quadru. pau. fecis. dica. Cassa. in loco supra allega. q̃ allegat Parid. in sindi. cū quib multa Affl. in consti reg. in pecu-
8 niaris. in xij notabili, num. 43. fol. 46 j li. ubi dicit † ꝙ qn̄ homo erat miles exercitus illius, non habet ratio operarū, sicut dici. mus in minore septem annorū, cuius nullæ sunt operę l. fi. ff. de ope. seruo. l. cæterū. ff. de rei uend. de quo per Alciatū in tra-
9 cta. præsum. regula j. pr. & sup. 46. † & ꝙ ad omnes operas, quas quis in vita potuisset exercere, debeat iste cōdemnari, & ad interesse, affirmat Hypo in cons. 115 notam fac mihi viam nu. xix. & ꝙ debeat considerari tempus, quo viuere potuisset interfectus, tenet Spec. in titulo de iniuriis & dāno dato. §. sequitur quod est intelligendū vt supra. alibi tex in l. 1. §. cum liber. ff.
10 eo de his qui eie. uel effu. † dicit, extimationem hominis fieri debere ad aureos 50. sed tex. notabilis in l. qua vulgo ff. de ædil. edi. quem citat Romano sing 712. q̃ro a te cōtra istos portantes leones & ursos per ciuitatē si hominē interficiūt: dicit extimationē hominis mortui liberi esse ducētorū solidorū, mag. cur. Vicariæ in cā mihi cōiungēti cuiusdā iuuenis, q̃ prendebat fieri ꝓcurator, extimauit in ducatis cētū tm̄. Et aduerte, rogo
11 te, in p̃ratis ad unum in quo multi p̄nt decipi in ista materia operarum: ꝙ ius illas recuperandi non competit oībus hrdib. occisi: sed tm̄ parentibus, & illis, & q̃bus iste tenebatur operari vt tenet Spec. in loco supra alle. quē refert, & sequitur Aymo in cōs. cxix. quæro an nobilis. nu. vj hoc idem Io. Baptista Plotus in repe. l si. qn̄ C. vn̄ vi. nu 695. 696. cū sequ. q̃ dicit post alios, ꝙ hic homicida tenetur ēt ad aia dāna quæ patiūtur etiā heredes extranei ex cā homicidii: ut q̃nquis fuisset socius in a-
12 liqua negotiatione † idē Boerius in deci. ccxxxiij q̃ p̄nt considerari in aliquo debitore paupere interfecto, si eius exercitio siue arte in uita soluebat creditoribus, ꝙ ad hoc teneatur interfector. f. sac. consi. in annō 1559. in cā cuiusdā Antonii rapesta cū Vicētio Picarella, cuius est actuarios Angelus uillasta non determinauit fm præfata (ut audio) forsan q̃a nō fuerunt allegata, quæ notanda puto circa extimationē uitæ hominis interfecti, & licet nō tangat in specie subiectū huius decisionis, q̃a practicabilia: ꝓpterea placuit hic inserere, circa quæ nota aliud
13 † ꝙ facto legato alimentorum diuiti, debentur nō alimenta, sed extimatio in pecunia, ita Albe. in l. cū hi. §. sed in annos. ff. de transacti. Guid. Papa singulari 83. &c. Cæs. Vrsil.

DECISIO XXXV.

De liquidatione bonorum super iudicio petitionis hæreditatis, & de concessione beneficiorum in illa.

SVMMARIVM.

1 *Forma qualis seruāda in actione petitionis hæreditatis*

2 *Beneficium primum & secundum non conceditur in causa liquidationis post sententiam, si ante sententiam fuit concessum.*

3 *Restitutio in integrum non conceditur post sententiam super liquidatione facienda.*

Specificatio bonorum in petione hæreditatis si facta sit, & sententia condemnat saluа liquidatione, liquidatio ex probationibus factis fieri debet, & non fiendis etiā per uiam restitutionis in integrum.

4 *Liquidatio dicitur causa accessoria ad causam petitionis hæreditatis.*

Principale regulat accessorium.

Principali extincto pereunt dependentia.

1 SI † actum fuit petitione hæreditatis iuxta formam traditā per Bar. & Doct. in l. 1. ff. de edend. & generaliter sunt petita bona hr̄ditatis, & postea in articu. particulariter actor articulauit res particulares dictę hr̄ditatis, & multos testes examinauit. Facta publicatione in causa, cōuentus, q̃a erat mulier, petiit primū beneficium, & demū secundū bn̄ficium: & cōcessa fuerunt: & demum per sacrum Cōsiliū lata fuit sn̄ia contra dictā mulierē conuentam: quia actor fuit pronunciatus hæres defuncti: & ipse reus fuit condemnatus ad restitutionem bonorum dictæ hæreditatis liquidandorum tempore executionis dictæ sn̄iæ: ut in l. 1. in gl. ff. de eden iuxta practicā tex. in l. defensionis C. de iure fisci. li. 10. & in l. 2. C. de sent. q̃ sine certa quātitate, & ib. per Bar. & in l. 1. in fi. ff. de leg. 2. & in l. 2. C. de fruc. & lit. expen. Ad instantiā actoris petitur ꝙ ꝓcedatur super liquidatione, & citata parte per cōmissarium causæ, fuit datus terminus ad probandū incumbētia; & facta publicatione, dicta cōuenta petit primum beneficium super ipsa liquidatione, utrum
2 debeat concedi. Videbatur, quod sic † quia causa sup liquidatione bonorum est noua causa, quia primum iudicium fuit generale: & istud est particulare, quod requirit aliam sententiam. Sed in contrarium fuit
a p uēs uotatū, f. ꝙ causa liquidationis a est eadē causa

est sua peccata, & fuit absolutus à periurio, quo casu periurus pōt petere absolutionem: ut dicit do. Abbas in c. 1. 7. col. de iureiur. Et sic cum fuit absolutus à sacerdote, cui cōfessus fuit peccata, & de satisfactione facta creditorib. plenè cōstat, nō potest dici periu-
4 rus, † quia peccator ꝓbando, ꝙ pœnituit, nō dr ulterius peccator l. distinctio. c. ferrum. de cōsecrat. disti. 3. c. 2. de rescrip. c. cā te. de testib. c. testimoniū. no. In. And. in regula, semel malus. in 6. bñfacit ad hoc, qđ
5 no. Bal in l. t. in fi. C. locati. † ꝙ si aliquando quis fuit malæ famæ a & nunc est bonæ famæ, macula præteri-
a ta nunc nō existens nō dominat quem maculatū. alleg. ff. de ædi. edict. l. 1. §. fi. fallit infamia, quæ oritur p sententiā: ut dicit Bal. in d. l. 1. in fi. fuit ergo per maiorē partem dominorum uotatū, ꝙ dicto Paulo Ferrando detur iuramentum suppletorium, & sic fuit iudicatum per magnam curiam Vicariæ, & postea fuit confirmatum per sacrum Consilium.

ADDITIO.

De hoc iuramento in supplementum plenioris probationis loquitur Pet. de Anc. cons. 127. nu. 8. & D. de Chassaneo in consi. 36. num. 3. Et Ste. Ber. par. 1. cons. 2. nu. 8. et cons. 187. nu. 1. & cōs. 253. nu. 1, & par. 2. cons. 14. nu 4. Et ex operib. Hip. de Mars. colligūtur quidam casus, in quibus non defertur ad supplendam probationem. Primus, quando non est uerisimile id super quo iuratur, ut ipse expresse tenet C. de probat. nu. 141. Secundus, non defertur ei quem uerisimile est deierare, in l. pen. nu. 72. ff. de quæst. Tertius, usurario, in l maritus. nu. 50. ff. de q̄st. Quartus, illi qui aliàs falsum iurauit, in dict l. nu. 36 Quintus, in matrimonialibus, nec etiam in beneficialibus, in d. l. nu. 13. Sextus, ei qui semiplene probauit, & ueritatem scire non pōt in d. l. nu. 7. Septimus, super insolitis in d. l. de minore. in princ. ff. de quæst. Octauus, in causis criminalibus, etiam in causa criminali ciuiliter intentata. in d l. de minore §. tormenta. nu. 2. & l. j. nu. 83. C. ad leg. Corn. de sica. & in practica § postquam. nume. 3 & in singul. 635. memoriæ. Nonus, uigore unius testis deponentis nō uerisimile, in l. 1. in princi. nu 35. ff de quæstio. Decimus, in causa pscriptionis tanquàm odiosa, in sing. 635. incipit. memoriæ teneo. Vndecimus, in causis præiudicii, maximè in dicto sing. Duodecimus, in spurio qui semiplene probauit. in singu. 273 incip. nouissimum. Decimustertius, qñ probatio semiplenè probat præsumptiue & non necessario, uel qñdo per præsumptionem eliditur contrarium. sing. 592 incip. to ore uulgi. Decimusquartus, quando præsumptio est cōtra probantem per unum testem in sing. 451. incip. Decreui. Adde Decimumquintum, reo semiplenè probante, & actore plene probante. Steph. Bertrand par. 1. cons. 27. nu. 5.

a *Malæ famæ.*) Si quis olim fuit malæ famæ & nunc bonæ, macula præterita nihil ei obest, cum ex præterito non præsumat de præsenti, ita Bar. in l. in confirmando. ff. de confirma tut. ubi dicit, quod talis præsumptio, quod semel malus, non est de necessitate: quia non sequitur, olim fuit talis, ergo ita & hodie psumatur talis, ut plene nota. per Alex in cons. 47. col. 5. in 1. uol. & cons 72. in fi. eo. 1. uol & Ias in l. si prius. col. 14. ff. de nouis ope. nunciat. Tho. Gra.

ANNOTATIO

IN DECISIONE XXXVI.

1 *Semel periurus an peracta pœnitentia amplius admittatur ad iurandum, nisi contra alium periurum.*
2 *Filia quæ peccauit in corpus, quæ potest à patre exhæredari, si fecit pœnitētiam, an possit à patre exhæredari.*
3 *Filia potest parentibus obijcere vitium paternum.*
4 *Blasfemans Deū, si fecit pœnitentiam, confitendo peccatum suum sacerdoti, non patitur pœnam, si statutū dicit quòd habens pacem ab offenso non puniatur.*
5 *Humanum est peccare, Angelicum emendare, & diabolicum perseuerare.*
6 *Periuro non datur iuramentum suppletorium, neque vsurario.*
7 *Iuramentum suppletorium datur etiā in magna quantitate, quando est plusquam semiplenè probatum.*
8 *Testi periuro contra tertium non creditur, etiam cum tortura.*

1 QVòd semel periurius † non admittatur amplius ad iurandum etiam peracta pœnitentia, & sic cōtra cōclusionem firmatam p Affl hic in ista decis. est gl. in l. qui cum uno. §. ignominia ff. de re mili quā refert & sequitur Hyp. nōnulla cumulando in sing. 107. priuilegiū dignitatis, & 273. in hac inclita ciuitate Bononiæ, & uoluit ēt Ioan. Plot. in l. si quādo. C. unde vi. nu. 794. ubi limitat, nisi cōtra alium periurium: sed è cōtra, & sic cū conclusione huius dec. vr̄ esse Glo. in l. Imperialis. in uerb. omni macula C. de nupt. Glo. in l. testium §. lege Ialia. in verb. Impuberes. ff. de testi. uoluerunt Alex. & alii in l. j. nu 33. ff sol. mat. Ias. & cæteri scrib. in l. in arenam C. de inof.
2 test. in illo proposito † quod licet filia, quæ peccauit in corpus suum, ualeat a patre exhæredari, dos denegari, siue alimenta: tamē si uiuo patre egerit pœnitentiam, debet ali, & dotari: cū quibus concordat Girar. sing 2 Roma. in uerb. ingratitudo, Cassa. in cōsuetu. Burg. fol. 41. à tergo, ubi etiam ꝙ si peccator iterū recidiuat in peccato commisso, ꝙ oīa dimissa reintegrā-
3 tur † in quibus etiam ꝙ filia hæc uitia non potest patri obiicere secus in matre. istud idē affirmat ibid. Cassa. Des successiones, fol. 231, nu. 21. ubi pro his nōnullos citat, ꝙ rectè intuenti testatur de prædictis Carolus Ruinus in cons. 131. 4. uol. nu. 8. propterea tenendum puto cū ista decisione, & ad corroborationē prædictorum ultra allego cōsilium Decii 137. diligenter pro tenui col 2. nu. 3. ubi ex cons. Bar. & doctrinis aliorū dicit
4 † ꝙ si blasfemans Deum, qđ abhominor, fuerit peccatū suū confessus, & egerit pniam, & euitat pœnam, si extaret statutū, ꝙ habens pacem ab offensio non puniatur, uel mitius puniatur. cōpilauit de his Ferrati. cautela. 25. ad liberandum hoīem isto casu à pœna blasphemiæ, cum quib conuenit ēt alia Glo. no. in l consentaneū. in uerb. perseuerauerit. C. quo. & quan.
5 Iud. † quæ dicit, ꝙ humanum sit peccare, Angelicū emendare, diabolicū perseuerare, sequitur hæc Tiraq. in tra. de pœnis, cā 25. & 28. propterea tenendū ut supra, & ad allegata in cōtrariū pōt tñderi, quando per sententiam iudicis tantum fortè fuit facta remissio, secus quādo facta confessione & pœnitentia vel indulgētia principis fuisset quis absolutus: nam tunc oīs macula abstergitur, & abolitur, prout declarat And. in c. j. §. præterea. 3. col. in fi nu. 44. q̄ sit prī. cā bene. amit. in illa q. ꝙ si princeps indulsit primogenito in uita patris, ꝙ secundogenitus excludatur in vtuētib. iure Francorū, de quo ēt per Fel. in ca. per tuas. lo. 1. circa fi. de simoniis, & s̄m istā opinionem hodie, qui est decimus Februarii 1560. iudicauit sacrum consilium in cā illius mulieris de domo de maio. cui fuerat factū legatū, si conseruasset eius castitatem, peccauit, & postea uirū duxit, cuius
6 causæ est actuarius Ioan. Dom. Tramontanus. † Et ꝙ hæc procedat in iuramēto suppletorio, ꝙ periurus non admittatur ad iurādum, consuluit Soci. in cons. 151. præstantissime doctor. nu. 9. 2. uol. uoluit Ias. in l si duo patroni. §. fi ff. de iureiu. idē de usurariis affirmat Neapod. in consuet. Neapolis in rit. de
7 pig io uerb. dicto, & insuper † ꝙ qñ quātitas ē mag. & est plusquam semiplenè probatū, deferatur prędictum iuramentum Hippo. sing. 27. iuramentū suppletorium. Aym. in cons. 6. nu.
8 19. ubi ex dictis aliorum dicit † testi periuro cōtra tertium non credi etiā cū tortura, ubi nonnulla contra periurus effundit Ripa in c. ex parte. de resc. in respon. 8. fol. 69. Cæs. Vrsill.

DECISIO XXXVII.

De restitutione in integrum ex capite ignorantia aduersus præscriptionē triginta, uel quadraginta annorum. Et de extensione precarij ad bona futura.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum an concedenda aduersus præscriptionem 30. annorum ex capite ignorantia.*

Restitutio in integrum ex capite ignorantię datur contra præscriptionem decem annorum inter præsentes, & uiginti inter absentes.

2 *Ignorātia an p̄sumat̄ in illo, qui in ius alterius succedit.*

3 *Precarium an se extendat ad bona futura.*

Precarium nullius est effectus, quando constituens non possidebat.

4 *Obligatus possidere bona futura precario creditori animū mutare nequit in acquisitione bonorum futurorū.*

5 *Creditori agenti hypothecaria contra tertios possessores an sufficiat probare rem fuisse penes debitorem cū simplici allegatione dominij.*

6 *Vxor mortuo uiro & superstite filio, usumfructum antiphatus tantū lucratur, qui mortua uxore consolidatur proprietati ad utilitatem liberorum, ut liberorum, nō autem ut hæredum.*

7 *Opinionum diuersitas ab expensis excusat.*

QVædā Altruda cōtraxit matrimonium cum Io. de Thelesio, & cōtemplatione matrimonii d. Io. confessus fuit recepisse pro dote dictæ suæ uxoris uncias tredecim, & fecit ei antiphatū ꝑ medietate dotium p̄dictarum, & ꝓmisit restituere dictas dotes in casu soluti mr̄imonii d. Altrudæ & eius hr̄dib. in forma s̄m cōsuetudinē ciuitatis Neap. Et ꝓinde dic. maritus obliganit oia bona sua p̄sentia & futura &c. Cōstituendo se precario nomine tenere & possidere, & renūtiauit, & iurauit, ꝓut cōtinet̄ in quodā publico instr̄o dotali. Demū ex dicto mr̄imnnio natus est presbyter Antonius Mazuccus, & constante mr̄imonio d. Io. uir emit quādam domū iuxta suos fines, ipsamque tenuit. & possedit. Postea d Io. dictam domum emptā uendidit pro unciis 5. A. de Raymo. Postea idē A. de Raymo, uendidit D. Nicolao de Ritiis genitnri D. Michaelis cōuenti. Ita ꝙ à t̄pe uenditionis factæ ꝑ Ioā. de Thelesio sunt transacti anni qninquaginta. Tandem soluitur mr̄imonium per mortem Ioannis uiri superstite Altruda uxore debens consequi dotes q̄ per annos 7. uixit post mortem dicti uiri, ut dicunt aliq. testes, postea moritur Altruda superstite d. presbytero Antonio eius filio & hr̄de. Et est aduertendū quòd sunt transacti anni 30. ꝙ mortua fuit d. Altruda. Nunc d. Ant. ut filius & hr̄s matris suæ agit assistētia, & appretio super dicta domo cōtra D. Michaelē proximiorem pro dictis dotib. & antiphato. Dominus Michael post laudationē auctorum se defendit uigore præscriptionis, nedum longi sed lōgissimi tēporis cum titulo & bona fide. In contrarium replicat̄ ꝙ dicta præscriptio nō obstat, quia d. Anto. filius & hæres matris suæ fuit impedimento ignorantiæ, eò quia non habuit instrumentum dotale, quod nouiter ad eius notitiam in suo posse uenit: nec ēt habuit notitiam, ꝙ dicta domus fuisset paterna, & sic aduersus dictā pręscriptionem petebat in articulis restitutionē in integr. propter dictam ignorantiā. Fuit in sa-

1 cro Cōsilio de plurib. dubitatū. ¶ Et primò, utrū aduersus p̄scriptionem 30. ann. cū. tit. & bona fide daretur ipsi actori restitutio in integrū ꝑp dictam ignorantiam. Et dubium faciebat, quod non debet concedi dicta restitutio ex capite ignorātiæ ꝑ doctrinā Ang. in l sicut C. de p̄scri. 30. uel 40. anno. q. dicit, ꝙ cōtra p̄scriptionem longissimi t̄pis non datur restitutio in integrū ex capite ignorātiæ: secus contra præscriptionem 10. ann. inter præsentes. & 20. inter absentes. de qua loquitur l. 1. C. si aduersus cred. & refert Alex. de Imo. in 2. uol. cons. 151. circa fi. qđ incipit, uiso themate supradicto. & idē Ale. in eod. uol. cōs. 165. in 3. col. ner. & non dēt cōcedi. Idem tenet Bal. in l. 1. C. q. admitt. & Pet. de Anc. in cōs. 169. quod incipit, cōtra istos litigatores. Sed cōtrariam opinionem tenet Bar. in l. j. §. si qs aūt ff. de itine. actuq; priuato. & in l. cū filius. §. in hac ff. de uerb. oblig. & in dictis locis Alc. de Imo: post multas allegationes dicit, quod ista est cōis opin. Idem concludit similiter post multas allegationes do. Fely. post Abb. Sicul. in c. uigilāti. de præscrip. Idem Abbas in c. 3. eod. tit. & Ioan. de Imo. in c. fi. in 10. charta, eo. tit. hanc opinionem etiam secutus fuit Alex. in 2. uol. consi. 173. incip. uiso themate suprà scripto. ubi r̄ndit omnib. obiectis in contrarium, quę allegabantur in dicto consil. 151. & sic v̄r reprobare opinionem positam in dicto cons. 151. & secundum istam communem opinionē cōsuluit idem Alc. in j. uol. cons. 71. & in eo. uol. cons. 84. & in 5. uol. cons. 4. & cons. 14. & cons. 39. & in 3. uol. cons. 8. in 7. col. & in cōs. 69. 4. col. & in 4. uol. cons. 63. in 5. col. & in 5. uol. cons. 3. circa fi & in cons. 116. 1. col. & in cōs. 81. & in cōs. 91. in fi. Fuit ergo visum omnib. dominis istā fuisse communem opinionē, quod tam aduersus præscriptionem 10. uel 20. ann. cum titulo & bonafide, q̄ contra & aduersus præscriptionē 30. uel 40. ann. dēt

2 restitutio in integrum ex capite ignorantię, †puta qa est hæres, & succedit in ius alterius, quo casu p̄sumit̄ ignorantia, per regulam iuris, qui in ius alterius succedit. lib. 6. cū cōcord. nisi ꝓbaretur de scientia, tātò magis quod in casu de quo quæritur: qn̄ dictū instrumentum dotale deuenit in notitiā dicti hæredis, fuit receptum cum solennitate, de qua in pragmatica Regis Ferdinandi primi sub rub. j de nouo repertis.

3 †Fuit secundò dubitatum, ex quo dic. Ioan. de Thelesio non possidebat tempore obligationis, qn̄ recepit in dotē supradictam domum, Vtrum precarium positum in instr̄o dotali extendatur ad ipsam domum postea emptam. Videbatur prima facie, ꝙ non: quia precarium non operatur effectum suum, qn̄ constituens non possidebat ipsam rē: ut uoluit glo. & Ang. in l. quædam mulier. ff. de rei uendi. Et ibi etiam per Bar. & per eundē in l. 1. ff. qū licèt ab emptione discedere. & dn̄s Ant. de But. in c. cùm uenissent, de restit. spol. Et in repet. cap. fin. in 16. col. de causa possessionis & proprietatis. & faciunt pro ista parte ea q̄ allegat Ale. de Imo. in l. possideri §. incertā. ff. de acq. pos.

Sed in contrarium est ueritas in casu, de quo quæritur, quia ex quo d. Ioānes debitor obligauit omnia bona sua præsentia & futura, constituit etiā precario

4 nomine se tenere bona futura, †non potest, qn̄ acquirit bona futura, mutare animum, ex quo est obligatus ratione cōtractus præcedentis possidere bona futura precario nomine creditoris, per l. fi. C. quæ res pigno. oblig. poss. & l. quamuis. de precario.

Hanc partē sequit̄ Ale. de Imo. in d. l. possideri. §. & incertā. & Iac Butrig. ita tenet in d. l. fi. & idē Sal. ibi, & Bar. in cons. pūctus talis est & Ang. in dispntatiōe sua incip. in refulgēti palatio. & in cons. suo 68. incip. uisis instr̄is p̄dictis. & Bal. in l. si quis argentū. §. sed & si quis. C. de don Ang. in l. 1. in princ. ff. de pig. Ioānes Imo. & Lud. in l. stipulatio hnc mō cōcepta de uerb. obl. ibi allegat dict. l. quamuis. ubi dr̄, ꝙ si constituo precario nomine tenere ancillam, extenditur etiam ad par-

ad partum ex ea nasciturum. Ergo precarium exten
ditur ad boua futura. Et respondet Alc. in d.§.incer-
tã.ad iura,& rationes in contrarium. Et sic fuit pari-
ter notatum & conclusum per oẽs doctores sacri Cõ-
5 silij Fuit †etiã tertiò dubitatũ, utrum agenti hypothe
a chatia *a* contra tertios possessores sufficiat actori pro
basse possessionem rei obligatæ in genere fuisse pe-
nes debitorẽ, allegato solum eius dñio & non proba-
to, uel debeat de necessitate probari de dñio, uel qua
si ipsius possessionis dictæ domus. Fuit conclusum,
quantum ad casum istum, ꝙ ex quo tertius possessor
habet causas per medias personas illorũ de Raymo,
qui emit ab illo Ioanne debitore, ꝙ sufficiat actori
probasse possessionem dictæ domus fuisse penes ip-
sum Ioannem debitorẽ cũ allegatione dñij seu qua-
si: & sic sufficit probare, ꝙ fuit de bonis & in bonis
dicti Ioannis, hanc opinionem tenet Bar. in l.rẽ alie-
nam.ff.de pigno.act.& idem Bart.post Cyn.& Bald.
in l.cùm res.C.si res aliena pignori data sit. Idẽ tenet
Saly.in l.certi iuris C locati.Bal.in l.etiam C.de exe-
cutione rei iudicatæ. Florianus de sancto Petro in l.
ante omnia ff. de probat.& uoluit Alex. de Imo.in 2.
uol.in consi.198.in 1.col. & ista dubia fuerunt exami
6 minata quò ad dotẽ. † Quo uerò ad antiphatum res
est clara, ꝙ uxor mortua uiro non lucratur antipha-
tum, nisi quò ad usumfructum superstite filio tam de
iure quàm de consuetudine ciuit. Neapolit.

Et ille ususfructus uxoris per mortẽ eius consoli-
datur proprietati: & sic uenit ad filios mariti, etiã ꝙ
non sint hæredes mariti, ut dr̃ in consuetudine Nea-
politana, quæ incipit, quartã autem. de iure quartæ,
in uerbo fructus, circa finem gl. & est tex.in l. fœmi-
næ.C.de secund.nupt.& in auth.hæres. eo.tit.& illud
quod dicit gl. Neapo. ꝙ antiphatum cõsolidatur hæ-
redibus uiri, intelligitur de liberis, etiam ꝙ non sint
hæredes per dicta iura Et sic iste presbyter Antonius
non potest ut hæres matris petere dictum antiphatũ
constitutum per patrem in eius bonis etiam sup ista
domo alienata per patrem. Fuit ergo consensu om-
nium doctorum uotatum assistentiam esse prestan-
dam super dicta domo pro dictis unciis tredecim ꝓ
dotibus dictæ Altrudæ matris dicti presbyteri Anto
nij, ab alijs reus conuentus absoluatur. Et breui ma-
nu iuxta nouam pragmaticam Regis Ferdinandi pri
mi fiat executio contra auctores laudatos & citatos.
1 †Neutram partem condemnantes in expensis ex cau
sa, maxime propter diuersitatem opinionum, ut su-
pra retuli, per ea quæ notantur in l. terminato C.de
fructibus & litium expensis, cum concordantijs.

ADDITIO.

Hæc dictio Antiphatum, dicitur donatio propter nuptias, ut Author exponit ĩ.deci.262. on 1. & est lucrum doris, ĩ.dec. 291.num.5.& uocatur Antipherna Græca uoce in l.fi. C.de dona ante nupt.quæ apud nos sonat contra dotẽ, seu dotalium, ut exponunt Doct. id est illud, quod uicissim à marito loco dotis datur. Recentiores pragmatici augmentum uocãt. Sed an sit Latina tota, ab ante & fatum: an tota Græca, ab anti, cõtra, & phariaaro, dico, quasi contra dictũ seu respondens: an uerò bigena, ab antis Græce, & fatum Latine, iudicent cãdidus lector: siquidem in exemplarib. diuersam cõperimus orthographiam: nescimus, an uitio librariorum, an potius amanuensium id contigerit. Porrò super numer. 5. uide, quæ dicantur infra decis. 382.R.Frag.

2 *Hypothecaria*) An agenti hypothecaria contra tertios possessores sufficiat ꝓbare possessionẽ rei obligatæ in genere fuisse penes debitorẽ, uide plenè ĩ. decis.383 & in dec.40. Tho.Grã.

ANNOTATIO

IN DECISIONE XXXVII.

1 *Aduersus præscriptionem etiam centum annorum, da-*
tur in integrum restitutio: Item an detur aduersus pa
ctum de retrouendendo?
2 *Tempus in præscriptione non currit, nisi a tempore sciẽ*
tiæ. Et doctor non debet auiditate pecuniæ contraria
consulere.
3 *Aduersus præscriptionẽ, per instrumẽta nouiter reper*
ta, datur hæredi restitutio, ibi quid in ꝑscriptione qua
draginta ann. ex dictis Tiraquelli. Et quid in minore.
4 *Constitutum, vel precarium an extendatur ad bona*
futura?
5 *Si antefatum filius non habet ut hçres patris, potest igi*
tur contrauenire alienationi facta per patrem.
6 *An filius possit habere antefatum penes se, uel mater,*
& quis teneatur cauere, & quid sit antefatum.
7 *Filij mortua matre possunt habere dotes maternas, quã*
do nolunt, vel non possunt stare cum patre.

1

1 Circa primum dubium huius decisionis ꝙ aduersus †præ-
scriptionem triginta annorum detur restitutio ex capite
ignorantiæ: latius infra in decis. 329 & per hunc Affl. in con-
sti. Regni quadragenalem circa finem, Dec. in consi. 36 Prote-
nui. circa fi. num 9. Cagno. in repe. l. 2. num. 219. C. de pact. in-
ter emptorem & uenditorem. Soc iunior in consi. 76. 1. uolu.
hoc idem sentit in consi. 145. in eadem prima parte, ubi etiam
late, quòd quia possit se tueri pacto de retrouendendo non
obstante quauis præscriptione, uoluit etiam Cotta, qui alios
concordantes citat in uerbo tempus, plenissimè per Recitio-
tes in consi. Alex. 71. uidetur prima consideratione. 1. uolum.
ubi post multos coaceruatos per eum, dicit dari restitutionẽ
2 ex capite ignorantiæ per centum annos †immo quòd tempus
nunquam currat, nisi à die scientiæ, istud idem affirmat in cõ
sil Alex. 15 [illegible] thremate suprascripto. in 2. uol. cum qualita-
te tamen, ꝙ concurrant aliæ coniecturæ cum probabili igno-
rantia, licèt contra præfata uideatur tenere Dec. sibi cõtrarius
in consi. 29. quem sequitur Boerius in decis. 39. circa hanc quę
stionem tñ de his & alijs non est curandũ: quia fuerũt loquu-
ti contra cõem opinionem, ſm Aym. in tract. de antiquit. tem
porum. fol. 164. nu. 63. cum seq. & contra insurgit, illos obiur-
gando mirando se de tanta doctorum contrarietate. & unius
doctoris de se ipso ad se ipsum auiditate pecuniæ in consula dẽ
do, uel aliter, & magis miraretur, si uidisset in prædictis scri-
pta noia doctorum allegatorũ per Tiraq. io trac. de utroq re-
tract fol. 210. & 227. in gl. 4. io uerbo Ignorantes, nu. 39. cum
sequen. & maxime num. 47 in parua ultima impressione Qui
tot & tantos legũ uertices in hoc articulo adinuicẽ pro utra-
que parte prælian tis citat, & alleg ꝙ uix possit discerni quę nã
sit cõis opinio, tandem ipse in d. nu. 47. vr̃ residere aduersus ꝑ-
scriptionem præfatam 40. ann. non dari restitutionem ex capi
te ignorantiæ, quod postea vr̃ limitare aliquib. modis, & ma-
xime in minore, mihi aũt, & credo etiam oibus Christi fideli-
bus quibus est spes salutis æternæ, quibus et ecclesia quotidie
concinit, & admonet ne propter temporalia amittamus æter
na, cum pretereat figura huius mũdi, iuxta dictũ Apostoli, &
cũ in cœlo sint præmia, & coronæ iuxta illud diui Chrysosto-
mi io c. q d ergo turbamur. de pęni. dist. 4. omissis alijs, q̃ dici
possint, ſem ꝑ hæc opinio placuit, & placet dari restitutionẽ ex
capite ignorãtiæ, & qñcũq; claruerit ueritas, ꝙ res mea sit, ad-
uersus pscriptio. ẽt 100. ann. cũ sit scriptũ, nõ admittitur pec-
catũ, nisi restituatur ablatũ &c. & de his fuit notatũ s. in decis. 13.
io j. cõiectura, & hi ẽt infra io dec. 329. ubi affirmat, impiissimũ
refugium allegare ꝑscriptionẽ, & bonũ iudicẽ nunq̃ super ea
3 tm̃ debere se fundare † & cõcordat ẽt Hieron. Gratus io consi.
125 hęc est species. j uol. q dicit ꝑ instrũa nouiter reperta dari
hr̃di restitutionem aduersus ꝑscriptioẽ ẽt centũ annorũ, &
hoc mihi tãto magis placet, saltẽ ex clausula si qua mihi, q̃ nun
quam vr̃ exclusa, sentit etiam Tiraq. in loco supra allegato &c.
4 Circa ſm dubiũ iactum per † Affl. hic, an constitutũ, uel preca-
riũ extendatur ad bona futura debitoris. nota quia licèt Affl.
hic concludat ꝙ sic, ꝙ tamen j. in decis. 219. in uerbo hæc uera

 sunt,

sunt, tenet contrarium, s. q non extenditur ad futura. J. uerò
in alia decis. 335. in j. dubio dist. de ueritate uide quæ notaui
in præfatis locis ex dictis Tiraq. in tracta. de const. possessorio,
fol. 39. & fol. 51. 54. circa tertium dubium, quæ debeat proba-
re agēs hypothecaria, an dñium? latius sunt annotationes J in
decis. 383. vbi distinguit ut inter agentē simplici hypothecaria,
& constituto. Circa ultimū dubium, q ista lucra nuptialia ue-
niant ad filios, ēt q non sint hæredes patris, & q opinio Affl.
sit uera de iure, notat J. in decis. 127. & 314. licèt contra obser-
uetur (ut ibi notatur) & licèt in ista decis. Affl. dicat non debe-
5 re habere assistentiam pro antefato, & sic vr̄ contrariari† nā si
non habet ut hæres patris, pōt contrauenire alienationi factæ
per patrē. Cogita super pfatis: quæ aūt dicat donatio pp nu-
ptias, & quæ nam sit dista inter ipsam quartā, & antefatu, po-
nit Neapod. in rub. consue. Neap. de iure quartæ. Aymo in con
6 si 85. Ioanna Bossæ. nu. 4. †Et insuper in eo quod hic dr̄, q uiuē
tib. filijs mater non habet nisi usufructum istorum bonorū,
quæritur penes quem bona ista medio tpe debent manere, di
cas q si mater uult dare cautionem de utendo fruēdo &c. Bo-
na ipsa erunt penes eā, & sic de manu sua capiet hunc vsufru-
ctū l. hac ædictali C. de secun. nup. uoluit Neap. in d. tit. de iure
quartæ in uerb. fructus nu. 81. sicut dicimus in filiis. Quorum
7 est electio mortua matre] habere alimenta, uel dotes mater-
nas à patre, prout testatur uerius esse de iure. Neapod. in con
suetudine de alimentis præstandis in uerb. materna &c. & sic
quotidie uidemus obseruari. Cæs. Vrsill.

DECISIO XXXVIII.

De substitutione sub nomine collectiuo filijs facta, & de iu
ribus matris super bonis filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus an excludat matrem à legitima filiorum mortuorum matre superstite in substitutione, sub nomine collectiuo filius facta. num. 6.*

2 *Iura matris in bonis filiorum quæ sint, & qualiter illis succedit.*

Mater ad hereditatem primi morientis admittitur cum ultimo moriente.

3 *Matri competit legitima, quando excluditur uigore substitutio fideicommissaria.*

Substitutio pupillaris expressa excludit matrem etiam quo ad legitimam.

Pater quo nomine faciat substitutionem pupillarem.

4 *Substitutio fideicommissaria non potest in legitimam fieri filijs.*

5 *Substitutio vulgaris continens tacitam pupillarem non excludit matrem.*

Substitutio sub nomine collectiuo facta filijs regulatur secundum institutionem.

Institutio particularis loco legati habetur, dato cohere de vniuersali.

1 QVidam testator †instituit duos filios heredes, &
filiam in re certa instituit, ipsisq; sub nomine
collectiuo substituit P. moritur testator, unus istorū
filiorū moritur superstitib. matre, fratre, & sorore.
Demū morit̄ iste ultimus frater, substitutus agit con
tra Bernardinā matrem, & per sniam sacri Consilij
declarat̄, q substitutus dēt succedere saluis iurib. ma
tris. Et quæ sunt iura matris Sacrū consilium decla-
rauit, q pter legitimā quam dēt habere super bonis
dicti filij ultimo morientis, dēt habere tertiā partē
hæreditatis primi filii morientis: quia ipsa succedit
una cū fratre postea mortuo & sorore pdicta, iuxta
auth. defuncto C. ad Tertull. substitutus opponit &
dicit, q mater non debet habere legitimā. Qoia ipse
substitutus solus succedit dictis filijs uirtute dict. sub
2 stitutionis. Quæritur, quid iuris. †Fuit per sacrū Con
silium allegatū, q mater debet succedere illi primo
filio morienti una cum altero filio eodēq; fratre &
illa sorore, & non substitutus, p d. auth. defuncto, q-
libet pro tertia parte, & filio ultimo morienti in legi
tima p gl. no. in l. qui duos §. 1. de reb. dub. & uoluit
Pau. de Ca. in l. qui duos. ff. de uulg. & pup. ubi Pau.
dicit ista uerba formalia. Aduertēdum tn̄: quia cum
ultimo moriente admittit̄ ēt mater cōis ad heredita
tem primi morientis: & hoc uoluit gl. in d. l. q duos.
& tunc portionē suā transmittit ad substitutum. Ista
sunt uerba D. Paul. ubi idē firmat Bar. in d. l. q duos.
de reb. dub. cum dicit, idē putarē, si superesset aliqs
cognatus, uel agnatus &c. Et illā gl. approbat ibi Bar.
3 & no. in l. pe. C. de imp & aliis subst. †& sic matri cō-
petit legitima, qn̄ excluditur uigore substitutionis,
ut no. in c Rayn. & in c. Raynal. de testamētis. ubi sub
stit. fideic. non tollit matri legitimā: & firmat Alc. in
3. uol. consi. 17. in 4. col. & Io. de Imo. in d. c. Raynu.
& Dyn Bart. & Alc. in l. 2. ff. de uul. & pup. Bene uerū
est, q substitutio pupillaris expressa excludit matrē
ēt quo ad legitimā: ut in l. Papi. §. sed ne Impuberis.
ff. de inoff. test. & ibi Pau. de Ca. Quia pr̄ substitutio-
nē pupillarem non facit noīe filij, sed nomine suo &
ratione patriæ ptātis, licèt eā faciat pro filio: & dr̄ ta-
lis substitutio testm̄ patris, & pr̄ pupilli non tenebat̄
ad legitimā matri. Ideo expressa pupillaris excludit
matrē. & de hoc est tex. ad literā. in c. si pr̄. de test. li. 6.
& hoc expressè firmat Alc. in 1. uol. consi. 45. in 2. col.
& in 5. uol. consi. 12. in 1. & in 3. col. Et Io. de Imo. in
4 d. c. Raynutius. †Est ēt aduertendum, q filijs in legi-
tima non pōt fieri substitutio fideicōmissaria, ut di-
cunt Bar. & Doc. in l. 1. §. fi. ff. de uulg. & pup. l. qm̄ in
priorib. C. de inoff. testa. & in l. cohæredi. §. cū filiæ. ff.
de uulg. & pup. & in l. cū patronus ff. de leg. 2. & not.
Doct. in l. ex trib. ff. de inoffi. test. Et pro declaratione
dicendum est, q iste frater ultimus mortuus q succes
sit in hæreditate fratris sui, successit non ex testō pr̄is,
sed unà cum matre, per dictā auth. defuncto. unde nō
vr̄, q substitutus in parte primi moriētis succedat, ni
si dicti filij essent pariter substituti unus alteri, ut di-
cit Alc. in 4. uol consi. 14. in 7. col. Et licèt pupillaris
5 espressa excludat matrē: ut sup. dictū est. †Tn̄ uulga-
ris substitutio continēs tacitā pupillarē non excludit
matrem: ut in l. precib. C. de impub. & alijs substi. &
no. Bar. & Doc. in d. l. 2. de uulg. & pup. Est ēt aduer-
tendū, q substitusus non pot succedere illi sorori par
ticulariter institutæ postea defunctę, & licèt substitu
tio sit facta filiis sub noie collectiuo, intelligit̄ & re-
gulat secūdū instōnem: ut dicit Bar. in l. fi. ff. ad Treb.
& in l. q heredi. §. q discretas ff. de uul. & pup. & in l.
si plures. co. tit. & in l. 1. C. de impub. & in l. Lucius §.
pr̄. ff. ad Treb. cū ergo illa institutio particularis ha-
beat loco legati, ex quo datus est cohęres uniuersalis
ut in l. quoties C. de hęr. instit. Et per consequēs sub-
6 stitutio non pōt trahi ad dictū legatū. †Fuit ergo per
oēs Dños uotatum cocorditer, q mater, soror & fra-
ter succedunt primo morienti, quilibet pro 3. parte,
per auth. defuncto, & in hr̄ditate ultimi moriētis ha
beat mr̄ legitimā: qa illa substitutio non excludit ma
trē à legitima ultimi moriētis, p ea q̄ sup. dicta sunt;
& in hac decis. decē Doctores uotauerūt cōcorditer.

ADDITIO.

De iurib. matris super bonis filiorum, tā ab intestato quàm
condito testō, uide abundè per Pet. de Anch. consil 104. nu 5.
& consi.

& conf.278.nu.1.& conf.421.nu 3.& Stepha. Bertran. parte 1.
consi.31.nu.3.& consi.65.nu.1. & parte 3.consil.127.nu.12.

ANNOTATIO

IN DECISIONE XXXVIII.

1 *Mater admittitur ad hereditatē filij vnà cum alio fratre defuncti: An hæc procedant, tam de iure cōmuni, quàm de consuetudine Neapolis?*

2 *An sit verum, quòd matre, vel patre existentibus in medio: habeat locum ius commune, & cesset consuetudo Neapolis?*

3 *Mater an excludat fratres consanguineos: hoc est illos qui sunt coniūcti defunctæ personæ ex parte patris tātum: sicut est de iure communi, quando hi volunt succedere ad bona paterna.*

4 *Consuetudo Neapolis de successionibus ab intestato, primò vocat descendentes, sicut ius commune.*

5 *Alia consuetudo Neapolis, quę similiter loquitur ab intestato. secundùm causam successionis facit proximiores ex parte patris, de patre & matre: & sic de ascendentibus qui sunt secunda causa successionis de iure communi, nihil loquitur. an propterea pater & mater excludantur?*

6 *Vbi fit distinctio bonorum, hoc est quando consideratur à quo bona veniant: non attenditur maius vinculum: sed à quo bona veniant, vt supra.*

7 *Frater consanguineus admittitur cum vtroque coniuncto de iure consuetudinis ad bona antiqua paterna.*

8 *Pater admittitur de iure consuetudinis Neapolis ad successionem bonorum maternorum vnà cum fratre vterino.*

9 *Mater similiter admittitur de iure consuetudinis vnà cum fratre consanguineo: & cum filio fratris consanguineo ad bona paterna.*

10 *Intellectus tex. l. quòd scitis. §. 1. C. de bonis quæ liber.*

11 *In successionibus ex testamento non attenditur consuetudo, sed ius commune, quòd matre, vel patre existentibus, excludantur fratres consanguinei, vel vterini.*

12 *Soror vtrinque coniuncta excluditur à successione bonorum paternorum à fratre consanguineo: sed debet habere paragium, & hoc secundùm consuetudinem Neapolis.*

13 *In feudo an frater vtrinque coniunctus excludat consanguineum secundùm ius constitutionis regni: vbi notatur, opinionem hanc approbari à proauo auctoris.*

HAbetur hic, q substitutio facta filię per patrē, quando nō
continet expressā pupillarem, matrem nō excludit a legi-
tima, vide quæ de hoc latius notantur ī. in deci. 310. & 367. in
quib. etiam q tacita pupillaris contenta in reciproca non ex-
cludit matrem, & similiter compendiosam substōnem omni
tempore debere censeri fideicommissariam: vt matrem nō ex-
1 cludat à legitima & trebellianica, & quod dicitur hic † q ma-
ter admittatur ad hæreditatem vnà cum filio ad hæreditatem,
siue successionem alterius filii, per auct. defuncto C. ad Tert.
quęritur an istud procedat de iure consuetudinis Neapolis?
Quidam proceres, siue sapientes regni, ēt domini de consilio,
qui aliàs interpretati fuerant in aliis causis consuetudinem
2 Neap. aiebant aperto ore, † q patre, vel matre existentibus in
medio, habere locum ius commune, & cessare consuetudinē
Neap. in successionib ab intestato, per id quod dicit Neapod. in
consue. de succ. ab intesta. in prin. nu. 133. & in eadem consue.
in verbo præterquam, num. 181. & in consue. de filiusfam volē.
test. in versi. si nolit, & in vers. saluo. num. 18. 23 24 in quibus
Neapod. dicit secundam causam successionibus post filios fore
ascendentiū, & contra cos cessare consuetudinem, & magis ex
pressè secundū eos istud vr̄ affirmare Neapod. in cōsue. de suc.
ex test. in uerbo ,pximiores. vbi dicit, in successionib. ex testa-
mēto qñ adsūt ascendentes, hr̄e locū ius cōe. & d. auct. defun-
cto, & pro hoc vltimo adducebant quandā appostillā Stefani
de Gaieta, & doct. Luc. de Pen. in l. descriptionia. C. de im. lucr.
descrip. li. x. & ex his inferebāt in quadam tā tunc in facto exi-
3 stente † q cū mater sm cōem opi. excludat de iure cōi fratres
cōsanguineos hoc est ex parte patris tātùm, ex quo p d. auct.
defuncto, admitti cū fratribus vtrinq; coniunctis tm̄ p text.
in d. auct. in vers. sed si cū parentib. licèt cōtra voluerit Cassa.
in cōs. 9. casus sic proponit, & i cōsuetudine Bur. fol. 150. ppre
rea oēs cōcludebant ex his, matrem excludere fratres cōsan-
guineos à bonis paternis: q a sic erat de iure cōi: nā sic aiebant
dicere Neapo. in locis ī. alleg. matre, & patre existentib. in me-
dio: cessare cōsuetudinē, militareque ius cōe pseuerātes ēt, sic
semp fuisse iudicatum, & receptū in sac. reg. consi. plaries: ego
aūt vermis & non homo, & quatenus mihi immerito tūc dn̄s
dabat, & influebat: asserebā contrarium, & male, cū oī quando-
cet reuerentia fuisse interpretati consuetudinem, sive Neapo
da. dicta, & in primis considerando consuetud. Neap. de hac re
loquentes, videlicet cōsuet. de succ. ab intest. quæ est prima in
4 ordine † quę facit sm ius commune primā causam successio
5 num, quæ est descendentiū in successionib ab intest † & nos
aliā consuetudinē, quę est secunda in ordine, vocant proximio
res ex parte patris in bonis oibus defuncti, pterquam &c. de
patre & matre qui sunt secūda cā successionum post filios, &
sic descendentiū, nil hr̄ in dictis consuetudinib. videbatur Nea-
pod. & Luc. in locis supra alleg. ipsos parentes per consuetudi
nes excludi, postq̄ nō sunt uocati: sed tn̄ Neap. ubi ī. & Luc. in
locis supra alleg. dicunt eos non excludi, qui Neapod. in d. ver-
bo præterq̄ in fi. post multa dicta, disputando si parentes debe
rent excludi, postq̄ non sunt uocati à consuetudine n. 225 &
226. concludit eos debere admitti saltem de iure cōi, postquā
non sunt uocati à consuetudine, & p cōsequens consanguinei
6 siue ,pximiores ex parte pris vocati a consuetudine † in qua
non attenditur maius uinculum, prout erat de iure cōi, sed à
quo bona ueniant, & sic oēs uocantur parentes de iure cōi, p-
ximiores ex parte patris uirtute cōsuetudinis, vbi fit distinctio
bonorum, prout clarius affirmat hæc idem Neapod. in d. con-
7 sue de succ. ab intesta. in uerbo materna, nu 242. † ubi cōclu-
dit, fratrem consanguineum uocari ad bona paterna, cū utro-
que cōiuncto sicut in feudo: & cessare per cōsequens auct. ita-
que. C. cōm. de succ. volens potiora esse duo uincula quàm unū
unde ex his dictis Neapod. (præterquam in eo quod dicit in
feudo, qd' intelligas prout ī. in fi.) Ego affirmabam de iure
cōsue. Neap. fratrem consanguineum debere admitti ad bona
paterna una cū matre, & p consequens nō militare auct. de-
functo, & pro corroboratione præfatorū ēt adducebam eun-
dem Neapod. expressè hæc in terminis decidentem in d. cōsu.
de succ. ab intest. in prin. nu. 154. cum aliis seq. ubi Neapod. for-
mando casum in d. consue. secundæ successionis, hoc est lineæ
8 ascendentium † dicit patrem admitti ad successionem bonorū
9 maternorū unà cum fratre uterino † & matrē unà cum fratre
consanguineo & fratris filio, qd' beneficium dicit ipse, non tra
ho ultra filios fratris (,pout est de iure cōi) & si patet expresse
ipsum hāc opi. amplecti, unde cōcludēdū ut supra in Neapod.
& ultra hoc allegabam quoddam consi. Bald. 104. factum tale
est 2. uol. adductum per Cassa. in consue. Burg. le testator per te
stament. §. 5. fol. 253. qui istud in terminis consuetudinis uo-
cantis proximiores ex parte patris ad bona paterna, q exclu-
dat matrem in totum, quod est fortius, affirmat, & tenet. l. qd'
scitis §. 1. C. de bonis quę libe. qui uult, quod inter ascenden-
tes paterna paternis, materna maternis deferantur, & sic fiat
dist bonorum, de quo ultra citatos per Ias. in l. post dotem. in
ultima qō. post Alex. ff solu. matr & Soc in consi. ult. 2. uol. &
per Recentiores in consi. 9. Alex. ponderatis his in fin. in 5. uol.
& per Aym. in consi. 176. scripsi qui intelligit dictum text.
10 † quando concurrunt ascendentes inter seipsos, secus qñ con-
currerent cum descendentibus, quod tunc non fiat ista distin-
ctio bonorum, latè hæc ponit Tiraq. in retrac. consanguineo
rum, in consuetudine quæ incipit, quilibet, glo. 2. § 14. num. j.
cum seq. maximè num. 12. fol 169 170. ubi ponit, quando cō
currunt consanguinei & uterini inter se, q consanguinei in
paternis, uterini in maternis præferūtur, sed qd' frater utrin-
que coniunctus alios excludat nisi in feudalibus: similiter i L.
ter ascēdentes, licèt referat alios nu. magno contrarium tene-
re, q inter ascendētes nō fiat ista distinctio bonorū, ad quę cū
sit hodie plenitudo coacervationis doctorum scribentium ad
ipsam me remitto, & redeundo ad qōnem propositā, ad adducta
pro parte contraria dabatur rn̄sum, quod Neap. nunquam in-

præ-

præfatis locis tenuit, u eq. dixit hoc ascendentes admitti ad exclusionem aliorū, sed ipsos uocari da iure cōi, quanuis per cōsuetudinem uidebantur exclusi & illi per consuetudinem, & hoc maximè in d. uerbo postquā circa finem, & ad dictū eiusdem neap. in consue. de succ. ex testō in uerbo ꝓximiores quatenus uideatur velle in successionib ex testō habere locum ius cōe, & d auth. defuncto. dico esse intelligenda fm præfata, ne sit sibi contrarius, s. ꝙ habeat locum d. auth. defuncto. in successionib. ex testamento, nisi cum patre, & matre concurrerēt frater consanguineus, uel uterinus, quia tunc oēs admittuntur modo quo supra, uel locum sibi præfata uendicare †in successionibus ex testō, secus ab intestato, prout firmat Neapo. in locis superius allegatis, & ex his & aliis (quę prolixum foret hic inserere, fuit determinatum in consilio consanguineos fratres deberu admitti unà cum matre ad bona paterna, & idem in filio fratris consanguinei, in quadam cā cuiusdam do. Hieronimæ de Fogia cū Mag Hieronymo Brantino, & in eadem cā fuit etiam determinatum sororem utrinq; coniunctā excludi à fratre pręfato consanguineo a bonis paternis † sed ꝙ debeat habere paragium iuxta consuetudinē. Itē si monente, ver. & in ꝑmissis, actu. tunc Vicētius Vocaonotra, in anno 1553. istud idē postea fuit determinatum in cā filiorum Frācisci Barbæ, cuius est actuarius Ludo. Rom. anno 1554. 1555. † & qđ dixi, ꝙ in feudo frater consanguineus admittatur cum utroq; coniuncto ex dictis Neapo. Tiraq. citatis ī. nu. 7. cum seq. intelligas procedere de iure cōi feudorum, in quo fœmina non admittebatur ad feu. successionem, secus hodie, de iure cōstitutio. reg. prout hanc qōnem latè post alios disputat do. Loffredus noster in suis paraf. feudorū in titulo de nouis feudorū in fine libri. ubi refert ita fuisse decisum in cā magnifici Loysij de mōte Falcone. s. fratrem utrinque coniunctum, & nō sororē utrinq; coniunctā excludere fratrē cōiunctū ex uno latere tm, ēt in feudo. uide eū sed reperi his ꝓxime diebus, ꝙ hanc opinionem ante eū, sunt nūc anni 118. tenuit quidā ꝓauus meus nomine Franicisc. de Vrsillis in quodam suo libro quē habeo ad pennā, nomine la Francina, qui fuit scriptus in anno 1446. cuius aliqua uerba q a ad rem vīr facere multum, iō hic inseq̃uutur, & notantur. nam relatis opinionibus Bal. qui tunc erat in prædictis, dicit ista uerba, tu aduerte ꝙ cōtrariū expresse tenet Do. And. de Iser. in consti. regni ut de successio. 3. col. super uerb. fratres &c. ubi hanc qōnem disputat, & concludit ꝓ fratre consanguineo ex vtroque parente, quinimo plus dicit Do. Andr. ibi, ꝙ si feudū processit a matre s. quia fuit matris, in ipso succedit solus frater ex utroque parente excluso consanguineo tm, vel vterino tm, quod est quid plus, & ita refert ibi tenere gl. & istā partē ego Franciscus, qui sum formicula inter tātos doctores, tenerē, si haberem iudicare, per iura notissima quę indistinctè loquuntur disponentia, ꝙ frater ex utroque parente excludit alios ex uno parente tm, ut in authen. de cōsangui. & uteri. fratri. & C. cōm. de succes. auth. itaq; & de hæred. ab intest. uenien. §. reliquū. cum sequ. dixit supra. eo. nu. 7. nō obst. tex. d c. j. de gradi. succes. in feu. per quē Bal. dicit vt ī, ꝙ ex quo tn tex. nō fit dria de fratribus cōsanguineis tantum & fratrib. ex utroque parēte &c. q a licet ibi non fiat talis dria, tamen ex quo ibi ultima lectura non procedit. s. ꝙ non sit facienda talis dria, remanet propterea hoc in dispositione iuris cōis, iuxta no in l. pcipimus. C. de appella & in l. si extraneus. de condi. ob cau. cum similib. facit quod in simili no. Bald. in c. j. § porrò, qualiter olim. feu pot. alie Nec obstat, quod dicit Bal. quia si altera qualitas est impertinēs &c. quia hic agimus de successione feudi, quod fuit fratris, nō de successione feudi matris, præterea Bal. nihil allegat. Item contra eundē Bal. facit optime ꝙ ipse idem Bal. no. in d. c. j. in ꝑmissa qōne, dicens quia ad illu defertur feudum, ad quem deuenit uniuersa hēditas c. 1. §. si cōtigerit. in prin. hic incipiunt consuetudi uer Regut &c. & quæ plenè notat Domio Andr. de Iser. ubi ī. Sed si uniuersa hēditas deuenire debet ad fratrē utrinq; coniunctū, altero coniuncto ex uno latere tm excluso. ergo &c. hæc ille. Cæs. Vrsil

DECISIO XXXIX.

De fideiussorib. & snīa iniusta executioni demandāda.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor an sit obligatus, si non interueniat stipulatio in fideiussione.*

Promissor & constitutor possunt modo pacto obligari.

2 *Constitutio pro alio qualiter fiat in debito.*

3 *Testes examinati non citata parte ad uidendum iuramenta, an probent.*

4 *Pœnitentia locum habet, quādiu scriptura non est confecta, quam parte noluerunt fieri de contracta.*

4 *Sententia continens manifestam iniquitatem mandari an possit executioni.*

Iniquitas manifesta æquiparatur nullitati.

6 *Sententia referens se ad acta, per quæ constat de contrario, est nulla, & dicitur euidens iniquitas.*

Sententia nulla non debet exequi.

7 *Sententia iniusta non propterea nulla.*

PEr binas relationes latas in magna curia Vic. fuit condemnatus Thomasius ut fideiussor Gatti debitoris Bernardi Florentini pro certo ꝑtio certę quātitatis lanę uenditæ per d. Bernardū d. Gatto, à quib. relationib. tam pro parte dicti debitoris, q̃ fideiussoris fuit appellatum, & de nullitate d. in sacro Cōsilio. & ad impediendā executionem dictarum relationū
1 dr, ꝙ sunt nullæ. † Primò, quia non constat, quod dictus Thomasius sit fideiussor; quia non interuenit stipulatio in dicta fideiussione, & per consequens nō est obligatus fideiussor, ut in l. cū ostendimus. ff. de fideiussorib. tutorū. & ī l. 5. §. satisacceptio. ff. de uerb. obl. ubi sine stipulatione nō est obligatus fideiussor, licet ut ꝓmissor & cōstitutor possit nudo pacto obligari: ut Inst. de actio §. de cōstituta. & Bal. in l. blāditus C. de fideiuss. & in casu nostro uerba dicti Thomasij non sonant in cōstitutum. † Quia cōstitutio ꝑ hęc
2 verba fit uidelicet, consti ut me soluum, quod ille debet, ut dr in d. §. de constituta. & ff. de const. tuta pecunia l. qui autē. in fi. & sic ille Thomasius nō est obligatus, nec ut fideiussor: quia nō interuenit stipulatio: nec ut constitutor: quia uerbum non sonat. Et sic malè fuit lata sententia condemnatoria.

3 † Secundò: qa dicta asserta fideiussio non fuit ꝓbata, ex quo testes, q deponūt de d. fideiussione, fuerūt examinati nō citata parte ad uidēdū iura testiū. Et sic testes nō ꝓbāt: ut in c. in noīe dñi, de testib. cū conc.

Tertiò dr, ꝙ illi testes, qui deponunt de dicta fideiussione, dicunt, ꝙ partes ipsæ dixerunt, ꝙ adhiberet notarius pro scriptura cōficienda de dicta fideiussio-
4 ne: tunc succedit iuris dispositio, q̃ uult † ꝙ donec nō est confecta scriptura, quā partes uoluerunt fieri de contractu, hēt locum pęnitentia. Et sic cōtractus nō est perfectus, ut est tex. in l. contractus C. de fid. instr. q a ex hoc constat, ꝙ intētio contrahentiū fuit cōtrahere in scriptis. Et ista est opi. Azonis & Placentini, Pa. de Ca. ibi, & firmat Saly. in auth. sed nouo iure. C. si cer. pet. & per consequens non potuit cōdemnari. Quartò, quia probatum fuit in processu, ꝙ d. Bernardus creditor, ut haberet d. Thomasium in fideiussorem, adhibuit hanc fraudem: quia supposuit quendā alium sub nomine Thomasij & ostenso testib. d. Thomasio, de quo in præsentiarum agit, dixerunt, ꝙ non fuit iste homo, qui ei fuit ostensus pro fideiussore.
5 † Et propterea dictæ duæ relationes non possunt mādari executioni contra d. Thomasium assertum fideiussorem, eò quia continet manifestā iniquitatē, quæ manifesta iniquitas æquiparantur nullitati: ut in c. inter cæteras, de re iud. ubi dicit text ꝙ si sententia fert iniqua, eā euacuari oportet. Nec ei debet stari, si iniquitatem continet manifestam, ubi per illum tex. notatur,

tatur, q̄ sententia continens manifestam iniquitatē,
est nulla, ſm do. Anto. de But. & secundum do. Abb.
Sic. ibi, hinc est, q̄ dixit Inn. in c. cum Bertol. de re iu
dic. q̄ si iudex dixit, condēno: quia probatum per A.
& B. si apparet ex illis non esse probatum, sentētia est
nulla. Et licèt contrarium dixerit in c. qm̄ contra. de
probatio. tñ ſm dom. Abb. in c. inter cæteras. opinio
Innoc. in d. c. cum Bertol uerior est: & uı̄ hoc tenere
6 Alc. in 1. uol. consi. 123. in 4. col †semper ergo qñ iu
dex in sententia refert se ad acta, & per acta, constat
de contrario, dr̄ euidens iniquitas. & ex hoc redditur
sententia nulla, secundùm do. Abb. in d. c. inter cæte-
ras. per l. pen. C. de sent. quæ sine cert. quantit. & l. ait
prætor. § 1. iuncta gl. ff de re iud. & firmat Alex. in 3.
uol. consi 77. in 1. col. & quando sententia est nulla,
non debet exequi, ut habetur in l. 4. §. condemnatū.
ff. de re iud. Et in hoc uoto fuerunt aliqui ex dominis
de Consilio. Maior pars tamen consiliariorum fue-
runt in uoto contrario, scilicet q̄ dictæ duæ relatio-
7 nes licèt uideantur iniustæ, †tamen non possunt dici
nullæ: & ideo iuxta ritum sunt mandādæ executioni:
prout aliàs sic fuit iudicatū in sacro Cōsilio: ut patet
sup. dec. 28. & facta executiōe p̄stita fideiussione, &c.
procedatur in causa appellationis, q̄ seruatis seruan
dis reuocabuntur dictæ relationes tāquam iniustè la
tæ, nisi aliud in contrarium probetur, quod legitimè
obsistat. & ita fuit obseruatum. uide suprà decis. 28.

ANNOTATIO

IN DECISIONE XXXIX.

1 *Fideiussio requirit stipulationem omnino, nec potest fieri inter absentes, neque per epistolam, quod secus in constituto.*
2 *Inter milites & mercatores potest fieri fideiussio sine stipulatione: quia quæstio ista de apicibus iuris.*
3 *De iure cano. non potest fieri fideiussio sine stipulatione.*
4 *Cōstitutū quare ualeat sine stipulatione, ex pacto nudo.*
5 *Testes quando non valeant non citata parte, & quando ualeant.*
6 *Contractus tunc dicitur in scriptis celebrari, quando est actum, quòd fiat scriptura inter contrahētes, & quòd non aliter ualeat, nisi ipsa scriptura confecta, ubi de cō cordia opinio. & ponitur casus in facto.*
7 *Supponere unam personam pro alia, quòd non solum sit magna iniquitas, sed talia faciens, teneatur pœna furti, & falsi.*

Circa principale dubiū huius decisionis, q̄ sn̄ia euidenter
iniqua dicatur nulla. Satis fuit explanatum ī in decisio.
1 28 †circa verò aliud, q̄ fideiussio requirat stipulationem
oīno. Bal in cons. 180. 1. uidendū. 5 uol ubi ēt q̄ non pōt fieri
2 inter absentes, neq; per epistolam, secus uerò in cōstituto † &
hoc esse de apicib. iuris, cessare p̄ consequēs inter milites, & sic
ēt pōt intelligi inter mercatores per ea quæ not. Ias. in § in p̄so
nā. inst. de actu. nu. 70. & Beneuenutus in suo tract. de mercat.
uer. . . . & similiter in constituto, & aliis dictis per Affl. hic af
firmat Ias. post Ale. in l. stipulationū quæ est 5. in ordine ff. de
3 uerb. ob. §. satisacceptio † ubi aiūt ista, p̄cedere ēt de iure ca-
no & nō nestari coherētia cōtractus, cum quib. etiā conuenit
Hiero Gratus in cons. 53. ex themate p̄sentis cōsultationis. nu.
4 14. 15 . . uol. †assignantes rōnem, quare cōstitutum ualeat pa-
cto nudo, secus in fideiussione, Ias. in l iurisgentiū. §. igitur nul
la. aliàs, quinimo. ff. de pact. Hypp. in repe. rub de fideiuss. in
princ. & nu 92. Circa uerò secundum dubium tactū p̄ Affl. hic
5 †q̄ testes examinati non citata parte, non faciant fidem. Fely.
in c. in noīe dñi. de testi. Scribentes in l si qñ C. eo. casus autē
in quib. testes non citata parte admittantur, duos singulares
notauit Dec. in cons. 54. ut dixi in deci. 28. in fi. Hipp. in repe. l.
fi. de prob. nu. . . & in singu. 24. clarū est in iure. & 30. tu habes,
& 343. uerisimilitudo signat nonnullos alios, & maximè qñ
testes dicūt uerisimilia fuit. n. ēt personæ fide dignæ. cum qui
bus conuenit Roma. alios signans in sing 389. fuit unus ex uo
6 bis †circa uero aliud, q̄ contractus tunc dicatur in scriptis cele
brari, seu fieri, qñ fuit actum, q̄ fiat scriptura, & q̄ non aliter
ualeat. q̄ tunc ēt oportet solutionē in scriptis probari, uel per
quinque testes, iux. l. testiū. C. de testi. attestat hic Affl ī. in dec.
105. Ang. sing. in consi 156. vı̄ j frōte. hoc idem sectatur De-
cius in cons. 340. pro resolutione dubiorū, ubi inuehit contra
Paulum de Cast. qui secus uidetur affirmare in l. cum res. C. de
probat uolens q̄ nisi fiat scriptura, qñ est conuentum inter ip
sos cōtrahentes de ea facienda, ēt q̄ non fuerit dictum, q̄ non
aliter ualeat contractus, q̄ conuētio nō ualeat; quia tunc etiā
ſm eum dicitur contractus in scriptis celebrari, qui Decius li-
cèt sic isto modo huius sit opinionis: tñ in cōs. 11. & 159 casus
qui proponitur 3. col. vı̄ amplecti opinionem Pau de Cast. &
malè secūdum præfata, uel pōt pro fœdere concordiæ dici. istā
secundam opinionem procedere, qñ inter contrahentes illo
modo fuit contractus habitus pro absoluto, & fuit dictum
postea, q̄ fiat scriptura, quæ non est de substantia, sed tantum
ad probationē, primam opin. sibi locum uendicare, qñ contra
ctus non fuit habitus pro absoluto, & p̄fecto, nisi fiat scriptu-
ra, & non aliter, quæ vı̄ etiam de mente Dec. in d. consi. 340. in
4. respon & de præfatis etiam hı̄ per Aret in consi. 160. longa
est consultatio col. 3 uer. si ergo. & per Hieron. Grat. in consil.
107. 1. lib & per Cottam in uerbo contractus. & per d. Loff. in
cons. 9 in cā magnifici. nu. 20. approbat hēc ēt Io. Fab. in instit.
de emp. & uē. §. 1. & secundum præfata fuit iudicatum hodie,
qui est 18. Maii 1559. in causa magnifici Marcianronii Picolicū
illis de domo pepe, cuius causæ fuit actuarius Hieronymus
Boczanotra. & die 14. Iulii mox per factum consi. fuit imposi-
tum silentium ſ venditionem factā eidem Marco Antonio p̄
ipsos de pepe de domo alla oicaria uechia esse ualidā; nō obstā
te q̄ non fuisset confecta scriptura, de qua facienda fuerat cō-
uentum: & etiam q̄ nō probaretur de possessione pulchre tra
dita iux. consue. Neap. in iii. de contr. emp. commissarius in pri
ma causa fuit excellēs dominus Antonius Patignus. Circa ue-
7 rò ultimum dubium † q̄ sit non solum magna iniquitas appo
nere unam personam pro alia, puta pro diuite pauperem ho-
minem: sed q̄ iste teneatur pœna furti & falsi. tex. est in l. si quis
uxori. §. cum Titio honesto uiro ff de furtis. audio istis p̄teritis
diebus hunc casum de facto contigisse &c. Ces. Vrsill.

DECISIO XL.

De actione rei uendicationis, & quæ ueniat in ea probāda & de tertio possessore præscribente.

SVMMARIVM.

1 *Actor an debeat probare de dominio uenditorum, uel sufficiat probare de possessione.*
Creditor agens contra tertium possessorem, an debeat probare dominium uel solum allegare.
Agens contra habentem causam à debitore, non dēt probare de dominio, secus contra habentem causam.
2 *Titulum acquirens ab aliquo, an uideatur fateri illum esse dominum per dictum titulum.*
Intellectus ad gl. l. si rem alienam. ff. de pig. act. & ad glo. l. cum res. C. si. alie. res. pigno. data sit.
3 *Vendere rem alienam potest etiam non dominus.*
Venditor non transfert dominium, si non est dominus.
Agens rei uendicatione tenetur probare dominium sui auctoris, & qualiter.
4 *Possessio sola auctoris nō sufficit ad probandū dominiū.*
Dominii difficilis est probatio.
Differentia qualis inter Publicianā & rei uēdicationē.
Publiciana agens quid probare debeat & allegare.
Titulus extinctus habetur pro non titulo.
5 *Bona fides licèt præsumatur ex titulo, debet allegari.*

Cantela

Cautela Angeli. Precarium habet vim traditionis.
Possidentis quando melior conditio.
6 *Dolus auctoris nunquã nocet possidẽti titulo singulari.*
7 *Mala fides auctoris non nocet successori mediato in prę-scriptione.*
Successor malæ fidei mediatus præscribit spatio decem annorum.
Mala fides auctoris in publiciana non nocet successori mediato possidenti cum titulo & bona fide.
8 *Publicianam an habeat emens bona fide à malæ fidei venditore.*
Tertius possessor habens titulum à malæ fidei possessore quanto tempore præscribat.
9 *Ignoranti non currit præscriptio.*
10 *Scriptura hominis mortui an præbet bonam fidem, & an ei plus deferendũ, quàm scripturę uiuentis. nu. 20.*
Scriptura est index animi, & declarat animum.
Testiũ dicta ẽt, non in figura iudicii inducunt bonã fidẽ.
11 *Bona fides causari potest ex rationibus temerarijs.*
Bona fides venditoris præsumitur stante pacto rei inemptæ, & possessio nunquam verè tradita sit per 40. ann. emptori.
12 *Bona fides præsumitur sine titulo ex tempore.*
13 *Remedium possessorium cui competat.*
Forma libelli quando possidens precario non vult restituere, remissiuè.
Emptor an possit spoliationem allegare venditore precarium suscipiente, cui nunquam, reuocatum est precarium, nec interpellatio facta.
14 *Debitor precario possidens & denegans restitutionẽ videtur spoliare creditorem.*
15 *Precarium an se extendat contra tertios possessores.*
Actio personalis non sequitur successorem singularem.
Vitium personale est, si constituens precario denegat restituere.
Condictio ex lege quanto tempore duret.
16 *Possessio ciuilis perditur ex negligentia illius, qui constituit precarium.*
Negligentia constituentis precarium arbitrio iudicis commissa est.
Emptor sciens possessionem naturalem ab alio occupatã per negligentiam decem annorum, perdit naturalem, quàm ciuilem.
17 *Dominium ex contractu simulato non transfertur, neq; possessio ciuilis per precarium.*
Precarium non valet infirmato contractu.
Contractus simulatus in fraudem usurarum resultat ex pacto de reuendendo in iustitia pretij cócurrẽte, resultat etiam quòd nó probetur, quòd sit solitus fænerari.
18 *Contractus antequam sit simulatus, quæ requirantur.*
19 *Simulationis materia in contractibus arbitrio iudicis est submissa.*
Contractum esse simulatum, quæ præsumptiones faciãt.

CAsus est iste referente dño Carolo de Rogeriis. D. Henric. Puldericus, sunt anni 45. emit certas possessiones in terra Gragnanij pro duc. 200. à Marinello Vespulo & fratre, & constituerunt dicti venditores pcario nomine posidere, uixit anno. 23. dictus emptor, & nihil dixit, nec precarium reuocauit: illi uenditores per cõtractũ dotis & per alios cõtractus alienauerunt tertiis ista bona p prius uendita d. Hẽri. qui possederunt ista bona spatio longi tpis mortuo Henr. hæres eius dicit de nouo, sibi peruenisse instrumentũ emptionis factę per Hẽricũ patrẽ, & agit contra possessores ipsorũ bonorũ possidentium cum
1 titulo bona fide de petitorio & possessorio. †Dubitabatũ de plurib. utrũ debeat probare de dño uenditorum, uel sufficiat probare solũ de possessione ipsorũ. Et Bar. in l. rem alienã. in uers. & ideo ego dico &c. ff. de pig. act. tenet, ꝙ qñ agitur contra tertiũ possessorẽ, siue non habeat cãm à debitore, siue habeat titulum singularem lucratiuum uel nõ, necesse habet creditor probare dñium. Sed alij tenent, ꝙ cõtra debitorem uel habentem cãm ab eo sufficit probare possessionem, & allegare dñium ſm Cy. & Bal. in l. cũ res. C. si aliena res pig. data sit, & idẽ tenet ibi Bar. ubi tenet, ꝙ agens contra habentem cãm à debitore, nõ debet probare de dño, secus si agit contra non habentem causam à debitore. Idem tenet Bal. in l. in reb. C. de do. ante nup. Et in hac materia, de qua agitur, uerior mihi uř opi. Bart. in d. l. cum res. & aliorũ, ut supra. idẽ tenet ibi Saly. Sed reperio gl. & Ang. in l. 1. in
2 uer. à nõ dño. ff. de publ. q dicit, †ꝙ si acquiro tit. à te, nõ uideor fateri te esse dominiũ per dictum titulũ, & hoc allegat Alc. in 4. uo. cõs. 43. in 3. col. dicit Alb. de Ros. in d. l. cũ res, ꝙ uidit cõmuniter obseruari, ꝙ si agatur contra debitorem uel eius hrẽdem, hẽt locum gl. d. l. cum res. si agit contra tertiũ, tunc seruatũ gl. in d. l. si rem alienã. ff. de pign. act. & ita sentit glos. ff. de prob. l. ante omnia, quã uidi cõiter approbari. Et hoc uř tenere in effectu. Alc. in 2. uol. cons. 137. & sequẽti. Sed profecto omnia ista loquunť, qñ creditor agit hypothecaria. Nos non sumus in isto casu: sed qñ habens cãm ex titulo emptionis, ubi est instrm cũ precario, agit uirtute instri cõtra tertium possessorẽ habentem causam a uenditore primo, utrum debeat
3 probare de dño uel quasi uenditoris: † quia etiã non dñs potest uẽdere rem alienam, ut in l. rem alienam. ff. de contrah. emp. & l. cum res. C. de prob. Et uř dicendum, ꝙ in rei uẽdicatione debet probari de dño sui auctoris: quia uenditor non transfert dñium, si non est dñs. sed tenetur tradere tantum l. ex empto. in princ. ff. de act. emp. l. 1. ff. de rerum permu. l. traditio. ff. de acqui. rerum do. licèt competat Publiciana: ut in l. 1. ff. de pub. & in §. sed ista. Instit. de act. no. in c. abbate sanè de re iud. lib. 6. unde agens rei uend. debet probare de dño sui auctoris l. in rẽ. in prin. ff. de rei uend. qđ qualiter probeť, patet ex notatis in Spe. de actio. & peti. §. sequiť. uersi. sin antẽ uelia. & in tit. de loca § fi. uersi. 59. & per Bart. & Doct. in l. rẽ quæ nobis ff. de acquirend possess. & in d. l. rẽ alienã. & in l. usucap. in fi. de usu. & in l. quidã in suo. ff. de cõdi. inst. & in l. cum res. C. de proba. p gl. & Doct. Et hic nihil
4 appareret, de dominio Marinelli uenditoris † nisi ꝙ Marinellus tenuit & possedit, & nihil apparet de titulo suo, ergo nõ est probatũ dominiũ. ut cõcludit Bar.
5 & Ang. in l. 1. in fi. ff. de p suo. & Inno. in c. illud. de psump. & Alc. in 4. uol. cons. 68. in fi. & in 4. uol. cons. 11. in 1. col. & in sequenti cõsil o. Et ppea dř, ꝙ est difficilis pbatio dominiũ: ut in l. cùm res. C. de prob. patet ergo ex prædictis, quod si uelimus dicere, quod fuit intentata rei uendicatio ex parte agentis, nõ est probatum unum ex duob. extremis, s. dominium ex parte agentis. Si uero dicamus. qđ fuit intentata publiciana, in qua sufficit agenti probare titulũ: itẽ allegare bonã fidem & probare rem fuisse traditã uerè, uel pro-

uel probare id quod est loco traditionis, ut in l. 1. in
prin. & l. sin autẽ. §. 1. ff. de publ. & no. Ang in l cũ qui.
§. publiciana. eo. tit. Item oportet, ꝙ res non sit ꝑscri
pta: ut in d. l. 1. ff. de public. Videamus si oĩa prædicta
requisita sunt in casu, de quo quęrit. Dico, ꝙ licèt ap
pareat de titulo apparenter, tñ effectualiter, ut dr̃, il-
le titulus hr̃ pro non titulo, ex quo est euacuatus, uel
ille titulus fuit resolutus & extinctus: ut infra exami-
nabitur, & sic hr̃ pro non titulo. l. nec ullam. ff. de pet.
hær. §. cum conc. Item non fuit allegata bona fides,
5 nam licèt bona fides ꝑsumatur ex tit. tñ debet allega-
ri, unde dicit Ang. in d. §. Publiciana Sis cautus in al-
legando bonam fidem, aliàs succũbes, & ita ẽt tenet
Alc. in 2. uol. cons. 94. in 3. col. & in eo. uol. cons. 118.
in 1. col. & in eo. uol. cons. 134. in 4. col. Item non pro
batur de traditione, licèt constet de precario. & pre-
carium hẽt uim traditionis, ut ur̃ sentire Bal. in l. cum
q. §. fi. ff. de publiciana. per l. quod meo. ff. de acq. pos.
& l. quædam. ff. de rei uend. & tenet Oldr in cons 14.
& tenet Bar. in l. 3. C. de pign. & in l. interdum & in l.
quamuis §. si conductor. ff. de acq. pos. Idẽ tenet Nea
podanus super consuetudine ciuitatis Neap. in tit. de
empt. & uend. in j. consuetudine, in gl. in uerbo, tradi
ta. Idem Bald. expresse in rub. C. de contrah. empt. in
16. q. Item non ur̃, ꝙ cõpetat Publiciana: q̃a conuen
ti habent cãm à tertio, & agens ab alio, & sic non ab
eodem, merito potior est conditio possidentis: ut est
6 text. in d. l. siue autem. §. duob. ff. de Publiciana. †licèt
posset dici, ꝙ licèt conuenti habeãt causam a tertio,
tñ in specta origine habent causam ab eodẽ met au-
ctore, à quo causam habuit actor, & sic præfert ille,
cui primò est tradita: ut in d. §. duob. tñ ad hoc respõ-
detur, ꝙ hoc est uerum in agente, secus in posidẽte
titulo singulari: quia nunquam dolus auctoris ei no-
cet: ut in l. uitium, ff. de diuer. & tempo præscr. & in l.
2 §. 1. ff. de doli excep. & no. Bart. in l. rem alienam. ff.
de pig. act. & nos sumus in possidentib. conuentis ha
bentib. cãm à diuersis, igit non cõpetit Publiciana.
Sed in hoc posset fieri una oppositio: nã dolus aucto
ris nocet singulari successori in hoc: q̃a non põt præ-
scribere præscriptione longi temporis cum titulo &
bona fide, sed requirunt̃ 30. anni, ut in auth. malæ fi-
dei. C. de præscr. longi temp. Sed ad hoc rñdetur, ꝙ si
7 cut mala fides auctoris non nocet successori †media-
to in pærscriptione, ut tenent oẽs Doct. post gl. in d.
auth. malæ fidei. ita successor malæfidei mediatus ꝑ-
scribit spatio 10. ann. & tenet Alex. in l. Põponius §.
1. ff. de acq. pos. Mala fides auctoris non nocet succes
sori mediato, qñ agitur Publiciana contra successorẽ
mediatũ posidentẽ titulo singulari, ut sit potior con
ditio posidentis titulo singulari, ut sit potior condi-
tio posidentis. Et hoc expsse cõsuluit Alc. de Imo. in
2. uol. cons. 39. in 3. col. ubi tenet, ꝙ in Publiciana ma
la fides auctoris non nocet successori posidẽti cum
tit. & bona fide & sine uitio, cõuento Publiciana, &
maximè in successore mediato, ut supra dictũ est. &
hoc firmat Albe. de Ros. in l. cum qui. § ꝑtor ait. ff. de
Publ. & Alex. in l. rẽ q̃ nobis. ff. de acq. pos. Et Ang. in
8 l. cũ qui. § ꝑtor ait. dãnat gl. ibi & dicit, †ꝙ emens bo
na fide à malęfidei uẽditore non hẽt Publicianã. nam
dicit ipse, ꝙ hoc est falsum, ꝙ imò hẽt Publicianã: q̃a
auth. malęfidei non ꝓhibet ꝑscriptionẽ ex mala fide
auctoris, sed maius tp̃s requirit. & gl. non refert se ad
Publicianam, sed ad ꝑscriptionẽ quod est no. dignũ.

Item non ur̃, ꝙ posit cõpetere Publiciana: q̃a isti ter
tij possessores ꝑscripserunt spatio 10. ann. cum tit. &
bona fide, & sic sunt tuti exceptione pręscriptionis, &
sic non cõpetit Publiciana: ut supra dictũ est. Nã ter-
tius possessor cũ titulo & bona fide præscribit ꝑ 10.
annos inter ꝑsentes, & 20. inter absentes l. 1. & 2. C.
de ꝑscrip. long. tẽp. & no. in l. 1. C. si aduer. cle Ad hoc
replicat ꝑ auth. malæ fid. ꝙ tertius possessor habẽs ti
tul. à malę fidei possessore non ꝑscribit ꝑ 10. ann. Sed
requirunt̃ 30. anni. per auth. malę fidei. ꝓllegata, nisi
qñ successor mediatus possedisset ꝑ 10. annos: tũc ꝑ-
scribit & est securus: ut dicunt oẽs Doc. in d. auth. ma
lę fidei. & Ale. in d. l. Pomponius §. 1. & Aret. in §. sed
istæ. Insti. de act. & in casu, de quo q̃ritur in uno cõuẽ
9 to cadit dicta limitatio: & non in aliis. †Et sic nullus
ꝑscripsit 30. annis stãte ignorãtia agentis, cõtra quẽ
effectualiter non currit ꝑscriptio, ut concludit̃ ꝑ Ale.
in l. cum filius §. in hac ff. de uerb. obl. Et dictũ fuit su
prà in cã dñi Ant. Mazucchi. ideo ibi me remitto. Sed
rñdetur ad hoc motiuum: q̃a ille Marinellus & frater
qui uendiderũt d. Henri. Pulperico, non fuit in mala
fide alienãdo auctorib. istorum conuentorũ: quia ista
uenditio facta ꝑ Marinellum Henrico fuit resoluta,
ut credidit ipse Marinellus attento eius quinterno,
unà cũ pacto apposito in uno cõtractu, inuẽto in ꝓ-
socollo, qđ dicit, ꝙ si Marinellus intra sex mẽses resti
tueret Hẽrico duc. 200. res esset inẽpta, & cõtractus
esset resolutus, & stãte hoc, ꝙ nunq̃ fuit per 40. ann.
res uendita tradita: & sic non fuit in mala fide, sed in
bona fide alienãdo alijs. Quòd aũt fuerit Marinellus
in bona fide ostẽdit eius quinternus, ꝑ quod apparet
10 ꝙ uenditio fuit resoluta. †Hic quinternus hoĩs mor-
tui in hac lite noua probat eius bonã fidẽ: q̃a hęc bo-
na fides consistit in aĩo per scripturã declarato: ut di
cit gl. in §. aliæ, Inst. de act. in c. significasti. de homici
dio. Nec obst. ꝙ iam per prius alienauit d. Henrico ꝑ
instr̃m, & sic est ꝑsumptio malęfidei, qñ alienauit in
alium. Hoc est uerum, si alienatio secunda fuisset illi-
citè facta, sed per scripturã apparet, ꝙ licitè, & licet il
la scriptura non probet, qđ fuit licitè facta secunda
alienatio, tñ apparet, ꝙ fuit in bona fide. Vnde dicit
Bal. in c. 1. §. si duo. 1. col. de pace tenen. ꝙ dicta testiũ
ẽt nõ in figura iudicii inducũt bonã fidẽ. & dixit Bal.
in l. 1. C. ubi cã status, ꝙ bona fides causari põt nedũ
11 ex iustis rationib. †sed etiã iniustis & temerariis ꝑ gl.
in qua no. & uoluit Pau. de Ca. in l. Celsus ff. de usuc.
Meritò ex pacto, ꝙ solutis ducẽtis ducatis d. Henric.
res sit empta, & stãte quinterno scripto manu Mari-
nelli, in quo ipse scripsit, ꝙ soluti fuerunt 200. ducati.
Henr. per Iac. Sarrochũ: & ipse soluit Iacobo Sarro-
cho, & instr̃m repertum fuit penes hr̃dẽ Iacobi Sarro
chi, & sic ꝑsumit, ꝙ uenditio fuit resoluta per no. in l.
Labeo. ff. de pact. cum simil. & sic apparet, ꝙ si Mari-
nellus uel eius hr̃s postea alienauerũt bona uendita
Henrico, fuerũt in bona fide. Et ideo uolunt Doct. ꝙ
stãte d. pacto, ꝙ res sit inempta, & possessio nunq̃ ue-
rè tradita per 40. ann. emptori, ꝑsumit̃ bona fides uẽ-
ditoris: ut dicit Inn. in c. cũ uenissent. de instit. & Bal.
in l. fi. in 15. opp. C. de edi. diui Adri. tenet Pa. de Ca.
12 in cons. 2. †Imo ex possessione tanti tp̃is, scilicet 30.
uel 40. ann. ꝑsumitur bona fides, etiam ubi nullus ap
paret titulus, ꝭm Bar. in l. fi. C. unde ui. & Inn. in c. 2.
de restit. in integ. Et si dicatur hoc uerum, nisi in con
trarium appareat de mala fide, quia alteri uendidit.

Respon-

Respondetur, ꝙ pactũ resolutiuum uenditionis iusti
ficat possessionem antiquam post uenditionẽ, cõcur-
rente solutione pretij probata per quinternum, q nõ
probat: unde posito sine ꝑiudicio ueritatis, ꝙ ista bo-
na fides fuisset erronea in iure, prodest quo ad ꝑscri.
30. ann. licèt non quò ad ꝑscript. longi tẽporis, ut di-
cit signanter Pau. de Ca. in l. Celsus. ff. de usuc. Ex qb.
concludit, ꝙ actor non est in probatis, neq; in rei uen
dicatione, neq; in publiciana. Videamus, an sit in pro
batis in possessorio. dicit ipse actor, ꝙ ex quo uẽditor
alteri alienauit, dr̃ interuertere possessionẽ ciuilẽ pri-
13 mi emptoris, †& cõpetit sibi remedium possessoriũ,
per l. fi. q̃ est una de 50 decisionib. Iustiniani C. de ac
qui. pos. Certè tale remedium neq; in libello, neq; in
articulis est intentatum: si. n. fuisset intẽtatum tale re
mediũ, illud sibi cõpeteret: ut patet in d. l. fi. & ibi gl.
& gl. in l 1. C. cõi. de usucap. & no. Iaco. But. in l. fi. C.
de act. & oblig. & patet ex no. per Bar. in l. nõ abs re.
C. unde ui. ubi ponit libellum, qñ posidens ꝑcariò
non uult restituere. & Aug & Imo. in l. exitus cõtro
uersiæ ff. de acq poss. & Lud. in cõs. 439. Nec ur̃ acto
ri posse cõpetere remediũ recuperandæ possessionis,
quia ex quo uenditor non tradidit, sed cõstituit se ꝑ-
cario noie possidere, & emptor nunquã reuocauit ꝑ-
carium, nec interpellauit uẽditorẽ, ut restitueret pos-
sessionẽ: non põt prætendere, ꝙ uenditor eum spolia
uit: ut not. gl in l. si pignore. §. si post distractũ. super
uerbo, tenet̃ ff. de pign. act. referendo glo. ad tex. qui
14 dicit, possessionẽ non restituet †unde debitor qui ꝑ-
cario posidet, uel eius hæres, si denegat restituere, ur̃
creditorẽ spoliare: ut in l. fi. 2. respon. ff. de ꝑcario. &
ibi per Bar. qui remittit se ad not. per Cy. in l. 2. & 4.
C. si cer. pet. no Bar. in l. 1. C. unde ui. per l. cũ fundũ.
ff. eo. bene facit l. clã posidere §. qui ad nudinas ff. de
acq. poss. & ideo dicit Innoc. in c. bonæ. el 2. de postu.
prælatorum, ꝙ qui ꝑcariò posidet, si denegat, efficit̃
res dubia, & agere dẽt interdicto: & hoc firmat Bal.
in l. 2. uersi. 10. quæro C. de seruit. & aqua. Et si dica-
tur, ꝙ hæres emptoris nunc agẽdo cõtra tertios pos-
sessores bonorum emptorũ, ur̃ reuocare ꝑcarium: &
non restituendo bona, ur̃ emptorem uel eius hæredẽ
spoliare, & sic ei cõpetit remedium possessoriũ d. l. fi.
C. de acq. poss. uel remedium restitutorium: ut sup.
15 dixi. †nam precarium extendit̃ etiã cõtra tertios pos
sessores: ut dicit Bal. in l. creditor. C. de pign. qa pos-
sessio ciuilis translata fuit in emptorem à tẽpore cõ-
tractus: ut in l. quod meo. ff. de acq. posses. & notatur
in l. exitus controuersię: per do. ff. de acq. poss. & in d.
l. fi. C. eo. Sed ad hoc respondet̃, ꝙ ex precario nõ ur̃
penes tertios possessores, ꝙ res sit affecta uitio reali,
& sic personalis actio non sequitur successorẽ singu-
larem l. 1. §. si hæres ff. ad Treb. C. de iure dotium l.
licet, quia uitium personale est, si cõstituens ꝑcario
denegat restituere: ut notat̃ in l. Pomponius §. cũ qs.
ff. de acq. poss & Cyn. in l. uitia C. eo. licèt cõpetat re-
medium d. l. fi. infra 30. annos, quia tantum durat cõ
dictio ex l. secundũ Doct. in l. fi. C. de condict. ex le-
ge & in casu nostro iam sunt transacti anni 40.
16 Præterea ex †negligentia illius, qui constituit pre-
carium, perditur ciuilis possessio l. quãuis ff. de acq.
poss. Bar. in l. si de eo §. si fortè eo. tit. & in l. interdum
eo. tit. & iudicis arbitrio committitur per quantũ tps
causetur ista negligentia: ut concluditur in d §. si for
tè. per Ale. certè magna negligentia est, si per 40. an-
nos non fuit precarium reuocatum, qñ res non est ui
tiosa: ut supra præsupposui. Imo secundùm Bar. in d.
§. si fortè emptor sciret possessionẽ naturalẽ ab alio
esse occupatam, & negligit minori tempore 10. ann.
eam recuperare, perdit etiam possessionem ciuilem,
allegat l. quod meo §. fi. l. quamuis. ff. de acqui. pos. &
tenet etiam Ang. & Alex. in d. §. si fortè. & si ignorat,
tunc requiritur longum tempus, secundùm Paul. de
Cast. in l. 3. §. si quis nunciet. ff. de acq. poss. & Alex. in
d. §. si fortè. Præterea hic nullum est uitium reale, nec
personale: quia stante pacto de reuendendo, modici
tate pretij & possessione 40. ann. illa uẽditio est simu
19 lata. †& ex simulato cõtractu non trãsfertur dñium,
neque possessio ciuilis per precarium, ut dicit Bal. in
l. fi. de feudo dato in uicẽ legis commisso. ubi dr̃, ꝙ si
non ualet contractus, non ualet precarium. & idẽ in
l. ex testõ. C. de fideic. & tenet Alex. in d. l. quod meo.
& in l. 1. §. si uir. ff. de acq. poss. ꝙ iure ex pacto de re-
uendendo concurrente iniustitia pretii resultet con-
tractus simulatus, et ꝙ non probet̃, ꝙ sit solitus fęne
rari. tenet gl. in c. conquestus. dè usur. Io. And. & Inn.
& Ant. odr But. in c. ad nostram. de empt. & uend. &
ibidem Io. de Imol. & dicit ꝙ ista est cõis conclusio
& ita etiam tenet Alex. in 3. uolum. cons. 46. Et licet
multi sint Doctores, qui dicunt, ꝙ tria requirunt̃, ui-
18 delicet †pactum de reuendendo, iniustitia pretij, &
una alia præsumptio, ut in cap. illo uos. de pig. & te-
net Cyn. in l. emptione. C. plus uale quod agit. & ita
tenet Io And. in d. c. illo uos. & idem Cardina. Florẽ.
& Lau. de Rodulfis in tractatu de usuris. q. 60. & Pa.
de Cast. in cons. 326. incip. in causa mota per dñam
Dorotheam. Tñ in casu nostro est tertia ꝑsumptio:
quia uenditor remansit in possessione rei uenditæ.
Et sic præsumitur contractus simulatus l. sicuti §. su-
peruacuum ff. quib. mod. pig. uel hypo. sol. secũdum
Bar. in l. post contractum ff. de don. & Cyn. in l. 2. C.
de repudia. hæred. & Antonius in c. cũ uenissent. de
resti. spol. Et firmat Alc. in 2. uol. cons. 18. in 4. col. Et
si dicit̃, in casu de quo quæritur: non datur excessus
ultra dimidiam iusti pretii, sed intra dimidiam: nam
19 pretium est 200. duca. & res ualet ducat. 380. †dico,
ꝙ in materia simulationis stabitur arbitrio iudicis,
an pretium sit iustum, uel iniustum, ut præsumat̃ cõ-
tractus simulatus, ut expresse firmat Barthol. Veron.
in tract. de simulatione contractus. uers. uerũ quia in
isto libello &c. in 6. opin. quia non reperitur expres-
se a iure limitata quantitas, quando dr̃ læsio in pre-
tio, ad hoc, ut ꝑsumat̃ cõtractus simulatus: unde stã-
dum est iudicis arbitrio c. de causis in fin de off. dele
ga. & per alias rõnes. ut ibi per eũ. Et ibi dicit, ꝙ tex.
in c. illos uos, probat, ꝙ sufficit læsio in 8. parte, cum
aliis præsumptionib. de quib. supra dictum est. Item
est alia pręsumptio simulationis: quia dñs Henric de
reb. emptis nunquam curauit informari: ut dr̃ in d.
tract in 18. præsumptione. Itẽ est alia præsumptio,
uidelicet liber uenditoris mortui, iam sunt anni 30.
in quo cõtinet̃ solutio facta eius nomine per Iac. Sar
20 roccum, a d. Henr. †& licèt non probet iste liber hoc
quod ibi asseritur: tamen maior fides ei adhibet̃ pro-
pter eius mortem, qui scripsit, quàm si esset uiuus. ut
dicit Bal. in l. comparationes. in 7. col. in uersic. Cyn.
firmat & c. C. de fide instrum. & in l. inter chartulas,
& ibi dixi. C. de conue. fisci debito. lib. 10.

Fuit propterea per oẽs dominos in concordia uo-
tatum,

tatum, quòd dicti conuenti possessores absoluãtur ab impetitione dicti actoris. Et quia actor petit in conclusione auctoribus laudatis pecuniam sibi debitam, ex quo nullus fructus recipit in casu, in quo esset contractus pignoratitius, fuit super illa petitione ad probandum satisfactionem, & ea quæ incumbunt, datus terminus ad probandum 10. dierũ post ferias resur. rect. domini nostri Iesu Christi.

ADDITIO.

De rei uendicatione, & quid requirat, priusquam competat tracta Pet. de Anch cons. 386. in princip. & cons. 319. & per Stephan. Bertran. parte 2. cons. a 54. nume. 4. & consi. 370. num. 10.

ANNOTATIO

IN DECISIONE XI.

1 *Agenti rei uendicatione an oportet probare de dominio: & sat sit probare, quòd conuentus habeat causam à me agente rei uendic.*

2 *Ecclesia per solum instrumentum concessionis probet dominium?*

3 *Consilium est, quòd aliquam rem petere uolens uideat si per aliquod interdictum possessorium possit nancisci possessionẽ rei, potiusquàm agere rei uẽdicatione, quia difficilius probatio dominij.*

4 *Dominium in quibus casibus trasferatur absque traditione possessionis.*

5 *In publiciana requiritur titulus, & quòd quis ceciderit à possessione, & nõ sufficit titulus fictus, sed requiritur verus actus ad translationem dominij. & de requisitis in publicana.*

6 *Bona fides oportet allegari, et quòd publiciana procedat etiam de iur. cano. mala fides auctoris non nocet secundo successori quando non uult uti tempore ipsius.*

7 *Bona fides & mala ex quo dependent ex animo nostro, statur nostro iuramento.*

8 *Error etiam iniustus causat bonam fidem dummodo non erretur in eo quod est iuris naturalis.*

9 *Remedium l. fi. C. de acq. poss. quia possessorium, an detur hæredi?*

10 *Constituti, siue precarij possessio an amittatur spatio 30. ann. & quid si fuit mortuus ille qui habebat cõstitutũ.*

11 *Ex contractu simulato non transfertur possessio neque dominium, constitutum, precarium & omnia ibi contenta sunt nulla.*

12 *Quando alicui non obseruatur illud quod est promissum, & propterea rescinditur contractus, hoc etiam erit de constituto & precario, quia omnia resoluuntur.*

13 *Quæ requirantur ad faciendum cõtractum simulatum, an duæ coniectura sufficiant, vel sit arbitrarium?*

14 *Contractus simulatus præsumitur, quando post emptionem bona empta dantur ad affictum, siue ad pensionem venditori.*

15 *Species simulationis an sit exprimendæ parte petente?*

16 *Ex antea gestis, & per duos testes probatur contractus simulatus.*

17 *Liber rationis quando probat contra scribentem, & pro scribente, quãdo agitur de modico præiudicio & an probat contra tertium?*

18 *Liber rationum quando in parte reperitur uerus, an in alijs verus præsumatur?*

19 *Liber rationis probat in fauorem tertij semiplenè et pro scribente, quando agitur de modico præiudicio.*

1 Videtur cõcludi in primo dubio huius decisio. † quòd adeo agenti rei vendicatione oportet probare de dominio, quòd nõ sufficit, quòd quis dicat, iste habet causam à me: propterea fatetur me dñm, & non possit contra me agentem rei uẽdicatione refricare quæstionẽ dominij. & aduerte quòd istud est magnum dubium, prout fuit notatũ ĩ. in dec. 14. ex quo Dec. in l. si à furioso. ff si cer. pet. in fi. post alios scrib. tenet contra dicta in ista dec. sed cum ea conuenit Ay. in cons. 157. Nobilis uir, & dicit cõem esse (ut fuit ibi dictũ) quod limitatur pluribus modis, de quibus per Alex. in l. si aliena. ff. sol. mat. qui plenè declarat, qñ quis habet causam à me contra me agentem: ualeat quęstionem dominij refricare, quibus addo ultra Soc. in cons. 266. In causa quæ vertitur inter capitulum. num. 9. 10. 11. vbi con-
2 suluit in ecclesia, quæ concessit rem in emphiteusim † quòd per solum instrumentum concessionis non probetur dominium: & tanto magis ista procedunt contra tertium licèt idem Socy. in consil. 185. in controuersia. eod vol. affirmet probari dominiũ solo instrumento emptionis cum alijs adminiculis: de quo omnino per Alex. in consi. 202. super causa & lite, pro totum in 2. par. & in l. 1. ff. de usu. & io terminis istius deci. quòd si ago rei vendicatione contra habentem causam à me: oportet me probare de dominio consuluit Corn. in cons. 219. vt in præsentem consultatione. vol. 4. per totum. vbi inquit, reum absolui isto casu dominio aliter non probato: istud & affirmasse reperio Barb. in consi. 50. istud afferam in medio nu. 15. 4. vol. in dño directo
3 agente rei vendicatione contra emphiteutam, & † quia difficilis probatio dñij: propterea vtendum est cõsilio legis. is qui destinauit. ff. de rei uend. quòd agatur in istis casibus iudicio possessorio: & fuit dictum ĩ in decis. 18. Casus autẽ in quibus trans-
4 feratur dominium sine traditione † enumerat Cast. in cons. Bartol. 227. de succ. rubr. 7. in nu. 19. cũ seq. qui. 30. enumerat post scribẽtes in l. traditionibus. C. de pac. & quòd in hipotheca simplici oportet probare de domino: sunt annotationes infra in decis. 383.

5 Circa secundum dubium huius decis. quòd agenti † publiciana oportat probare de titulo verò: & quòd ceciderit à possessione, & bona fide: vide quia de hoc est text. in insti. de actio. § sed iste. l. 1. 4. & l. cum qui. § prætor. ff. de publi. & ibi Ang. & insu. p in præfatis aduertendum puto, quod adeo requiritur possessionis translatio in publiciana, quod non sufficit habere titulum aptum ad translationem dominij: si possessio non fuerit tradita, prout consuluit Corn. in cons. 10. uiso instro. in litera A. la 2. in 2. vol. & in cons. 11 o io indicio, ubi & ponit requisita in publiciana insequenda, eod. uol. & in cons. a 3. visa. per totum. 35. quòd incipit circa 62. quod incipit primò. in littera L. 101. quod incipit licèt. & 110. quod incipit vt. in littera D. 2. vol. & in consil. 130. eleganter 288. quamquam. 4. vol. in quibus an ex titulo sententiæ detur publiciana. Et quòd de vero titulo, & non de procurato intelligatur, vt publiciana detur: ut faciebant quidã aduocati, ut dicit Bar. in l. fine § duobus. ff. de publ. voluit Cor. in tit. erroneo, quòd non prosit, in cons. 65. licèt. in littera R. cũ seq. 2. vol. de quibus per Alex. in consil. 45. visa facti narratione in versi. solum restat. 3. volum. & in consi. 39. excellentis & 180. visa facti narratione 5. vol. notatur etiam infra, in deci. 383. Ias. in repeti. l. quoties. col. 4. C. de rei vend. plenius per Soc. in cons. 84. prosequendo uerba 1. volum. Tiraq. in princip. sui tract. de constit. posse. num. 21.

6 Circa vero aliud † quòd bona fides oportet allegari: sunt allegationes infra in decis. 178. in fin. vbi concluditur sat esse deduci in iurium allegationibus & quòd titulus nullus habeatur pro non titulo infrà in decis. 283. insuper quòd publiciana procedat etiam de iur. can. & quòd mala fides auctoris non noceat successori, quando tempore ipsius non vult uti, affirmat Ias. in d. § sed iste. num. 78. cum sequen. † vbi etiam quòd bona & mala fides postquam dependet ex animo nostro: statur nostro iuramento, de quo etiam per Fel. in c. si diligenti. num. 13. si ualet conuentio, quòd stetur dicto suo cum iuramento.
8 Balbus in repet. l. Celsus. nume. 5. de vsuc. † vbi dicit, quòd error etiam iniustus causat bonam fidem: dummodo non erretur in eo quod est iuris naturalis, ex consi. Alexand. 103. volum. vt quãdo quis inuadit rem suam, quia credit de iure sibi permitti
9 † Circa vltimum dubium huius decis. an huic hæredi competat remedium possessorium l. fin. C. de acquir. en. possess. quòd sic, etiam quòd superius allegata cessarent, affirmat Corneus in

conf. 55. visis diligenter. 3. uol sont ēt annotatio. 7. in decis. 139. cir. fi. hī. per Tiraq. in d. Tract. de consti. poss. 1. parte, fol. 23. nu. 64. & hoc quando de hæredib. fuisse facta mentio. & istud in loco supra citato, & melius in 15 ampliatione. fol. 31. ubi citat cōsilium Alex 112. col. pen. lib. 6. & 59 co. uol. sed melius per Hiero. Gratum in consi. 69. 1. uol ubi etiam an detur contra illum qui emit, & de intellectu d l. fin. & per eundem latius in consil. 42. licèt a. rem dubiam a. uol. Et quòd constituti, siue precarij
10 † amittatur possessio spatio 10. anno si isto tempore habens constitutum, siue precariū, illis usus non fuerit, & vixerit isto tempore ille qui fecit constitutam, siue precariom, secus ipso mortuo, & res fuerit ab hīdes, uel alio occupata, & constitutēs neglexerit accipere, nam tunc perditur spatio decem annorum uel relinquitur arbitrio iudicis, sequitur Tiraq. in tract. in 21. li-
11 mitat. qui citat hic Affli. † & insuper q̄ ex contra simulato non transferatur dñium, neq; possessio, constitutum & precarium, omnia nulla sint, solet allegari tex. l. fi. ff de const. pecu. per Ias. in l. non dubium. C. de legi. col. fi. sed latius per eundē Tiraq. in d. tract. de const. possess. in 7. limit. nu. 24. qui nonnullos ad hoc propositam coacervat: & latius eo tract. de utroq; retract. fol. 17. 18 ubi etiam concludit, q̄ existente contractu ipso simulato, cessat ius retractus, sunt ēt annotationes infra in deci. 339. habeiar etiam per Aym. in cons. 299. Ant. & Catarina, nume. 2.
12 † ubi plus dicit, q̄ qñ mihi nō observantur illud, quod fuit ꝓmissum, & ex hoc fuisset resolutus contractus, q̄ etiam constitutum, precarium cæteraque resoluuntur, ex quo constitutam recipit omnes qualitates instrumenti, in quo adijcitur.
13 Et insuper † q̄ illa duo sufficiant ad faciendum contractum simulatū, videlicet modicitas precij, & pactū de retrouendēdo. latius 7 in decis. 65 & 339. ubi ponitur limitatio & ultra circa præfatum subiectum quæ faciunt contractum, sunt scripta per hanc in c. 1. de feu. dato in vim legis cōmis. ubi tandē concludit
14 † q̄ duæ coniecturæ sufficiūt. Quamuis Aym. in cons. 156. Iac. Nerentis nu. 7. dicat hoc arbitrariū, ubi ponit unum notandū, q̄ præsumitur simulatio, quando bona empta mox dantur in affictum ueditori, siue ad pensionem, ut uidemus quotidie fieri, immo, cōtractus in totū nullos Recentiores in tracta. de usuris q. 6. nu. 406. licèt contra eū teneat Parisius & nulla de præfatis facta mentione in cōs. 77. in p̄senti cā. nu. 109. uol. de quo ēt per Bologninum in cons. 25. cū seq. latius per Deciū in cons.
15 463. in causa quæ nomine, nu. 8. † ubi etiam an quis teneatur exprimere species simulationis, & q̄ sic, parte petēte, & de ista præsumptione q̄ qñ quis post uenditionem reperiatur possidere, quòd præsumatur contractus simulatus, omnino Ange. in cons. 47. incip. Francis. Rom. in cons. 102. super eo uers. qñ ēm.
16 † Et q̄ ante gestis & post per testem ultra Scribentes in l pacta nouissima C. de pactis. Soci. in cons. 262. in causa magnific. nu. 8. Deci. in cōs. 135. in causa magnifici dñi. ubi in 3. præsumptione innumeros scribentes citat, q̄ qñ quis reperiatur possidere, q̄ non uideatur alienasse. Parisius in cons. 15. 1. uol. incip. contractus uēditionis, qui dicit per duos testes probari contractū simulatum, & per Cassa in cōsuet. Burg. de retrait, ru. 4. §. 12. fol. 145. per totū, maxime nu. 5. & infra g de alio tacto per Affl.
17 hic, q̄ libertrationū probat magis mortuo scribente, quàm ipso uiuo, de quo uidebatur dici contrarium, stante quòd eius iuramentum requiratur. Aym. in tract. de antiq. temp. fol. 57. num. 84 ubi citat hanc Affl. decisionem, & ponit amplum campum, qñ liber pro scribente, uel cōtra probet. idem in cons. 73.
18 dicendum uidetur on. 41. 258. nu. 9. nisi actis † ubi quando cōtinet uerisimilia, quòd probet, & 288. effica. nu. 18. 275. quæri-
19 tur onme. 5. Decius in c. cum causam. de probatio † ubi quòd probet in fauorē tertij semiplene, col. 2. in uer in glos. 1. hoc idē Ias. in l. admonendi, de iureiur. nume. 108. item pro scribentū quando agitur de modico præiuditio. Paris in tract. de Synd. in uerbo liber. Aymo in consi. 182. uidetur quòd iudicium. num. 15. & quando in parte reperiatur uerus, quòd probet, quia in alijs uerus præsumatur, in consilio 198. videtur etiam. num. 6. hęc breuiter de libris quę reperi, notaui: quia in practica utilia; summa tamen rerum fastigia secutus. Cæs. Vrsill.

DECISIO XLI.

De priuilegijs medicorum, & de causis priuilegiatis.

SVMMARIVM.

1 *Medicorum priuilegium super declinatoria fori.*
Iurisdictioni generali nō derogaƒ p speciale priuilegiū.
2 *Limitatio ad regulam, generi per speciem.*
3 *Causę fiscales et pupillorū, atq; uiduarū sūt priuilegiatę.*

1 Quidam medicus †, fuit conuentus in sacro Cōsilio pro cā ciuili, opposuit declinatoriam fori, q̄a eſt doctor de collegio medicorū, qui ex priuilegio collegii & cancellarii nō pōt conueniri, nisi corā cancellario, ꝓduxit priuilegiū Reginæ Ioannæ secūdæ, ubi dat iurisdictionē cancellario in ciuilib. & criminalibus, tangētibus doctores medicos de collegio, reddendo alios incōpetentes. In cōtrariū allegabatur gñalis iurisdictio sacri Consilii, & q̄ per dictū priuilegium speciale non v̄r derogatum iurisdictioni generali sacri Consilii per l. 1. C. de offi. præfecti urb.
2 † & sic illa regula generalis, generi p speciem derogatur: fallit in iurisdictionalibus fauore publico, secundùm Bal. in l. unica §. ubi autem C. de caduc. tollend. & fiet tunc melior erit conditio occupantis. ff. de iud. l. si quis post. In cōtrariū fuit determinatū, s. q̄ dictus medicus remittatur ad excellentem cancellarium Regni, prout fuit remissus ad dictū cācellariū: quia illud priuilegium cōcessum fuit in fauorem dictorum medicorum & collegii, & tunc uidetur adempta quo ad eos iurisdictio a iudice generali.
3 † Vt in simili dicimus, si dicat statutum, q̄ de causa fiscalibus, uel pupillorū, aut uiduarum cognoscat talis iudex, nam regēs, qui habet gñalem iurisdictionem non potest se de talibus causis intromittere, hoc uoluit Bal. in d. §. ubi autē. & est text. expressus de hoc in l. nec quicquam. secū do r̃nso, ibi, sane si fiscalis causæ. ff. de off. procons. secundùm Paul. de Cast. in l. si qs cum procur. §. Iulianus, ff. de procur. ubi idem firmat. Secus uideretur, si in fauorem causæ esset priuilegiū, ut ibi latius per eum, & sic pari uoto dictus medicus fuit remissus ad cancellarium.

ANNOTATIO

IN DECISIONE XLI.

1 *Per specialem iurisdictionem aliquibus concessam, an uideatur derogatum iurisdictioni ordinarię, & quid si in priuilegio dicatur, talis duntaxat cognoscat.*
2 *Quando conceditur iurisdictio alicui in fauorem aliquarum personarum, quibus præfata iurisdictio est eis fauor, tunc uidetur derogatum iurisdictioni ordinariæ.*
3 *Quando iurisdictio conceditur alicui in feudum semper uidetur derogatum iurisdictioni ordinariæ.*
4 *Quando alicui specialis iurisdictio competit ex consuetudine, non uidetur derogatum iurisdictioni ordinariæ.*
5 *Illi qui sunt de aliqua arte debent conueniri coram iudice illius artis.*
6 *Castellanus non habet notionem, nisi circa personas deputatas ad officium Castellaniæ, & circa dictum officium concernentia.*
7 *Quando aliquid est speciale, q̄ debet attendi illud quod est magis speciale.*
8 *Priuilegio artis lanæ; & quòd quis non possit cognosci nisi per talem iudicem, potest renuntiari.*
9 *Priuilegio concesso militibus Hierosolymitanis, & ciuibus fidelissimæ ciuitatis Neapolis, quòd non possit renuntiare, & quid si uirtute nouella prag. fuit captus ciuis Neap. ab aliquo officiali ob delictum, an habeat locum aduocatio quòd sic, & ponitur casus in facto, laus Deo &c.*
10 *Clausula derogatoria cuius est uirtutis.*

CON-

1 CONCLVDITVR hic † medicum Neapolita. uirtute
priuilegij Reg. Io. uolentis, quod de causis ciuilibus & cri-
minalibus de eis cognoscat cancellarius habere, ppte-
rea fori declinatoriam, adde quod contra præfatam conclusionē
vi facere text. l. uiros & ibi Bar. C. de diuer. offic. lib. 12. l. fi. C.
ubi causæ fisc. quod non solum per specialem iurisdictio. alicui cō
cessam non uideatur derogatum iurisdictioni ordinariæ: ut
dicit tex. & ibi Bar. in l. 1. C. de offi. præfec. urb. immo si fuerit
dictum, quod ipse talis tantum cognoscat, quod adhuc non vr dero
gatum iurisdictioni præfatæ ordinariæ, per quæ iura ita con-
sulunt Decius in cōs. 3. qui ample loquutus fuit de hoc articu
lo, & Ias. in l. qd in rerū. § si quis post. ff. de leg. 1. Sed dicas ue
2 ram esse conclusionem hic firmatam per Affl. † & quando cō
ceditur iurisdictio alicui in fauorem aliquarum personarū,
quibus iurisdictio præfata est eis fauor, prout in casu huius
decisionis: quia tunc vr derogatum iurisdictioni ordinariæ,
prout notat Ang. in l. testā. C. de testa. refert, & sequitur Aret.
rectè intelligenti in consil. 101 spectabilis 1. col. Fel. in c. Pastora-
lis, de offi. ordi. in 5. limitatione, vbi etiam declarat † in 6. limi
3 tatione, quod qñ alicui iurisd. conceditur in feudum, quod semper
priuatiue uidetur concessa ad ordinariam, ubi sunt aliæ limi
tationes circa concernentia subiectum huius decisio. uoluit
hoc etiam Capy. noster in sua decis. 9. Gram. in cons. 108. in cri
minalibus loquēte in recōmēdatis curiæ admirantiæ, qui sic ab
aliis citantur, quod non teneantur comparere, nec possunt repu
tari contumaces. licet contrarium uideatur sentire Paris in
Synd. in uer. iurisdictio. & ad allegata in contrarium tndetur
† quod dictū Bar. in d. l. uiros, pcedit in casu suo (prout ipse loqui
4 tur) s. quando alicui specialis iurisd. competeret ex consuetu
dine, & non de iure communi, seu mediante concessione quia
tunc cum ex consuetudine habeat, non uidetur derogatum
ordinariæ, prout ita declarat etiam Fel. in d. c. pastoralis. quæ
iura propterea nō merebantur ad hoc allegari per Decium,
qui melius sentit, seu fuit loquutus de præfatis in cons. 664.
Vaso eleganti cons. & Capic. in d. decis. 9. idem Gramaticus in
decis. consilij 30 in causa excepti. & in consi. 2. in ciuil. qui ali-
ter præfatus nō respondet, & pro ista opinione latè tenet Cot
5 ta in uerbo solus, & facit tex. l. fi. C. de iuri. om. iudi. † uolens
illos qui sunt de aliqua arte, debere conueniri coram iudice
speciali illius artis, de illa re spectante ad illud negotium, siue
illud uegotium, siue artem, de quo latè per Ias. in l. agecum
Geminiano. C. de trans. Ripa resp. 12 Hyp. sing. 561. Concom
6 tatur hæc Gram. in in cōs. 66 in ciuili. † ubi loquens de castel-
lano dicit, ipsum nō habere notionem: nisi circa personas de
putatas ad officium castellaniæ: & circa officium præfatum
7 concernentia. & † ratio præfatorum est; quia si quid etiam est
sic speciale: debet attendi illud, quod est specialius. Bal. in con
sil. 46. quia uerba 4. uol. Ias. in cons. 103. primo uol. cum aliis
adductis per Alex. in consi. 29. quoniam abundè, prima col. in
uersi. unde si dubitatur, primo uol. idem in l. quod in rerum,
§. si quis post. ff. de lega. primo, cum simili. & dum ista quæ-
stio fuisset de facto mihi in mag. cur. uic. & mox in sac. consi,
facto uerbo per eandem mag. curiam uicariæ in quadam cau
sa magnifici Troili lauri medici: ideo non fuit facta remissio
ad collegium: quia causa erat inter collegium: & ipsum ma-
gnificum Troilum de salario doctorum, nec collegium ipsum
fieret iudex in causa propria. l. qui iuris præ est cum sim. ff. de
iurisd. om. iud. & hoc anno 1553. cuius causæ act. Iuli in ma-
gna cur. uicariæ Gayullus. & de præfatis etiam habetur supra
8 in decisione prima † sed an huic priuilegio possit renuntiari †
quod sic, in præiudicium renunciantis. Are. in consil. 34 præ-
sens consultatio loquens in priuilegio artis lanæ, & per Are,
9 in inst. de exceptio. § idem iuris col. 23. ubi dicit † quod priui-
legio quod habent milites hierosolymitani non potest renū
tiari in aliorum præiudicium. Capi. in decis. 9. quod nota, quia
facit ad multa: & maxime ad capitulum Neapolitanis conces
sum, quod alibi non possunt conueniri: & fuit ista quæstio de
facto in mag. cur. uicar. & mox in sac. cons. facto uerbo in cau
sa illius de mōte Illustrissimo principe Ottaiani, quòd nouel
la pragmat. uolens ualere officialem delinquentem districtuba
torem stratarum per ipsum puniri, non comprehēdere ciuē
Neapolitanum, etiam quòd consensisset in iudicem. ex quo
priuilegium præfatum apparet cōcessum specialiter in fauo-
rem ciuium Neap. ut sup. & cum clausula derogatoria: & hoc
per glo. in l. de curionibus. de silentiariis. C. lib. 12. & per Fely.
10 in c. nonnulli. de rescr. qui latè † examinat illius clausulæ uir
tutem, Actuarius Cayatia. & de anno 1565. fuit per præfata
facta remissio de ciuitatē Theanī de isto homine nobili de
domo pfata de mōte ad magnā curiā uicariæ &c. Cæs. Vrsil.

DECISIO XLIIII.

De expensarum condemnatione in causa appellationis ab interlocutoria.

SVMMARIVM.

1 *Appellans condemnari an debeat in expensis, in appellatione ab interlocutoria, in qua dicitur bene iudicatum, & male appellatum.*

2 *Iudex ad quem omittens condemnare in expensis male appellatum, an uideatur absoluisse.*

REferente dño Carlo de Regeriis fuit dubitatū,
1 † si appellatur ab interlocutoria Capitanei Re
gij ad sacrum Consilium, & pronunciatur bene iu-
dicatum, & male appellatum, si debet appellans cō
demnari in expensis. Aliqui dicebant, quòd non, quia
non erat de stylo sacri Cōsilii, sed solum in fine cau-
sæ expensæ ueniunt reficiendæ. Sed quoniam de iu
re est contrarium, ut patet in cap. ut debitus, & in c.
sæpe, & in c. repehensibilis, de apellat. in c. Nicolao,
eo. ti. Et in l. eos, §. ne temere, C. de appellat. l. ab exe
cutore, C. quorū appel. & tenet Spe. in ti. de expē. §.
nunc uidendum, in prin. & in c. cū uenisset. de eo qui
mit. in pos. cā rei seruandæ. idem tenet Cy. in l. Polla.
C. de his quib. ut indig. Bal. in l. fi. C. qñ prouo. non
est necesse. & idē Bart. in l. sancimus, C. de iudi. & in
l. nō ignorat. C. de fruct. & litium expen. & Lanfran.
in c. qm̄ contra. in uerbo, expensæ, de probat. aliàs si
2 omisisset † iudex appellationis cōdēnare, vr absolue
re, dicit Bald. in l. gñali, C. de epis. & cler. Fuit ergo
uotatum per omnes. quòd condemnetur appellans
ad expensas causæ appellationis ab interlocutoria,
& remittatur causa ad iudicem à quo, tanquam be
ne iudicatum, & male appellatum.

ANNOTATIO IN DECISIONE XLII.

1 *Condemnatio ad expensas fit, etiam quando quis condemnatur ad aliquam interlocutoriam.*

2 *In sñia interlocutoria seruantur eadem tēpora, quæ obseruātur in sñia diffinitiua in causa appellationis persequendæ, & facit transitum in rem iudicatam.*

3 *Per appellationem a sñia interlocutoria non ligantur manus iudicis à quo, sicut a sñia diffinitiua non reuocantur propterea attentata nisi constito de grauamine, & ab ea appellatur in scriptis.*

4 *In appellatione ab interlocutoria debet eā exprimi, de qua appellatur, & non potest iustificari ex aliis causis non expressis, nisi per instrumena nouiter reperta.*

5 *Ab interlocutoria bis appellatur, & per instrumenta nouiter reperta reuocatur.*

6 *Instrumenta nouiter reperta reuocant ipsam interlocutoriā, quādo iustificāt cām expressā in appellatione.*

7 *Sententia quæ dicatur diffinitiua, & quæ interlocutoria, & an sententia super desertione dicatur interlocutoria? & ex nouiter deducendis ualeat iustificari.*

1 QVòd † fiat cōdēnatio ad expensas, qñ quis succūbit in ali
qua interlocutoria: affirmat et Ale. post Bar. in l. si pi-
gnore. ff. de pig. actiō. qđ aiūt uerū, & de iure pcedere,
et quod quis postea obtinuisset i diffinitiua: & fuisset forte aduer

ſtrius ſuus condemnatur ad expenſas: quia eas non recupe-
rat Sal. & Scrib.in l.properandum. §.ſio aũt alternra. C.de iu
dicis.& in hoc inter alia concordat ſnia interlocutoria cõ diſ
a finitiua:cõuenit ẽt in alio: q̃a qñ põt ab ea appellari† ſeruan
tur eadẽ tẽpora in cã appellationis ſicut in diffinitiua: prout
hic auctor cõcludit in conſti. reg.appellationum t pa. nu.13.
& facit tranſitũ in rem iudicatam quoad partis præiudiciũ:
ſicut diffinitiua.c dilecti de elect c.ceſſante. de appel.cõſuluit
Corneus in conſ.62.clariſſima mihi , prima col.circa mediũ,
& 274.inſurgit io cã:in litera a. primo uolum. diſcrepat inter
alias q̃a per appellationẽ ab interlocutoria nõ ligant manus
3 iudicis à quo,nec reuocani attentata† niſi conſtito de grauа-
mine.c.nõ ſolũ,de appel.li.6.debet appellari in ſcriptis, & cũ
4 expreſſione cauſæ† & non põt iuſtificari ex alijs cauſis nõ ex
preſſis.c.de.appellanti.de appell Capy. deciſ. 5.nu.14. ẽt ſi dicat
5 io appellatione ex his & alijs; † & ſi bis fuit confirmata: non
põt amplius reuocari, Corſetus in uerbo appellatio. 5. Quæ
enim omnia limitantur uera fore: niſi per inſtra nouiter re
6 perta † fieret reuocatio interlocutoriæ ſm Corneum in cõſ.
73.breuiter.in fi ſecundo libro,latius Aymo in conſ. 182 vi
q̃ iudicem,quæ dicit uera in nu.1. dicti conſilij,qñ ipſa inſtra
7 iuſtificarent cauſam expreſſam in ipſa ſnia, quæ aũt † dicatur
ſnia interlocutoria:quę nam diffinitiua:poſt Fel.in rub de re
iu.lata examinat idem Aymo in conſil 181 iudex eccleſiaſti-
cus.ubi nota,quia inter alia ex dictis oium concludit, ſniam
quæ declarat appellationem deſertam : interlocutoriã habẽs
uim diffinitiuæ non reuocari per eundem iudicem , debere-
que iuſtificari ex eiſdem actis : & non de nouo deducendis,
quod mirum uidetur : quia contrarium uideo obſeruari in
ſac noſtro Regio conſi.Neapol. Cæſ.Vrſill.

DECISIO XLIII.

Statutum de compromittendo inter coniunctos.

SVMMARIVM.

1 *Statutũ de cõpromittẽdo inter cõiunctos qualiter fiat.*
Agens ad uitam & militiam cõtra poſſeſſorem feudi, an poſſit compelli ad compromittendum in uim ſtatuti de compromittendo inter coniunctos.
2 *Vita & militia eſt onus feudi & loco portionis.*

DIctat pragmatica Regis Ferdinandi, † q̃ cauſæ
1 inter coniunctos compromittantur ad inſtan
tiã unius partis petentis ante dationẽ termini ad p̃
bandum excepta cauſa feudali. Modò ſecundo ge-
nitus agit in ſacro Conſilio,& petit uitam & militiã
à poſſeſſore feudi,qui habet eãm à primogenito, &
ipſe poſſidens ſimiliter eſt conſanguineus agentis
reus dicit, q̃ cã dẽt cõpromitti replicatur, q̃ eſt qõ
de uita & militia,q̃ eſt loco portionis feudi,ſeu pars
feudi, & ſic nõ debet compromitti. In contrarium,
q̃ debet compromitti:quia eſt quæſtio de fructibus
feudi,& non de portione feudi: Quæritur, quid iu-
ris. Fuit uotatum p omnes, uno ſolo excepto, quòd
uigore pragmaticæ non poteſt compelli actor agẽs
2 ad uitam, & militiam ad compromittẽdum; † quia
uita & militia eſt loco portionis feudi , & onus feu
di,ut patet per Andr.in conſtit.comitibus. Et ſem-
per fuit interpretatum, quòd eſt ut feudum, & pro
eo ſeruit curię , & ſic non debet dicta cauſa com-
promitti uigore Regiæ pragmaticæ . Veruntamen
eſt, q̃ ſi eſt quæſtio non de uita & militia,ſed quan-
tum debet eſſe,tunc poteſt compromitti; quia non
eſt quæſtio de feudo : & ita etiam dicit Ang.in con-
ſtit.comitib.Ibi dum dicit,iudices magnę curię &c.
Et ita notatum fuit in cauſa Maccei Carbo. cum fi-
lio Ant.Carb.ſuper petitione uitæ & militiæ.

ADDITIO.

Vide deciſionem 46.infrà.

ANNOTATIO
IN DECISIONE XLIII.

1 *Quando eſt quæſtio an uita, & militia debeatur : non debet fieri compromiſſum, ſecus ſi non quæſtio de ipſis, ſed tantum de quantitate.*
2 *De feudo non poſſit fieri tranſactio, ſiue compromiſſum & de lite ſuper feudo de iure communi feudorum.*
3 *In compromiſſo faciendo de re feudali. an requiratur domini denuntiatio, & an fiat compromiſſum ſine aſſenſu, quando feudum remanet poſſeſſori?*
4 *Conſtitutiones reg. an tantum in regno vigeant?*

1 DE hac deci. † quòd quando eſt quæſtio: an uita & mili-
tia debeatur:non poſſit fieri compromiſſum ſine re-
gio aſſenſu : ſecus quando foret quæſtio quanta eſt
quantitas uitæ & militiæ: quòd tunc poſſit fieri compromiſ
ſum:habetur latius infra in deciſ. 138. & per hunc in conſti.
2 reg diuæ memoriæ.nu.3. An autem † de iure communi feu-
dorum ualeat fieri compromiſſum de re feudali ſine domini
aſſenſu? hic auctor in præfata conſti diuæ memoriæ. uidetur
aſſentire quòd ſic; quia iſto iure etiã ualet tranſactio. & hoc
expreſsè in d.conſti.nu.50.dum dicit, dictam cõſtitutionem,
quæ prohibet fieri compromiſſum:facit ius quò ad omnes:
quaſi uelit ſecus eſſe de iure communi, quando non eſſet di-
cta regni conſtitutio, quòd poſſit cõpromiſſum :ſed Andreas
in cap.1.de lege Corta in 2.col videtur apertè firmare contra
rium: non poſſe fieri compromiſſum etiam de iure commu-
ni feudorum, per c.Imperialem. Vbi prohibetur omnis feudi
alienatio in ipſo feudo: & etiam quia in cognitione ipſis feu
di certi iudices,& non alij deberent interuenire. Curtius ue-
rò in tract feudorum, fol.35.in octaua principali quæſtione
nu. 98. videtur inclinare de iure communi præfato feudorũ
ſine domini aſſenſu poſſe fieri compromiſſum : cum quo nõ
conueniunt. Abb.cæteriue ſcribentes in cap cum tempore de
arbit. ſed quòd iura communia feudorum uolentia fieri poſ
ſe compromiſſum : fere correcta per d.cap Imperialem pro-
hibens omnem alienationem ut ſupra. Aſſerit tamen Abbas
ibi, iſtam opinionem multum dubiam & periculoſam: & cũ
iſtis ſubſcribere uidetur Aymo in conſi 147.num 7 quod in
cipit quamquã & hãc opinionem latè defendit Tiraq in tra-
ctatu de utro.retra. § 1 gl.13.nu 66.cum multis ſequen.fol.
c.in ultima parua impreſſione & hoc indiſtinctè ſiue tracta-
3 tur de feudo relinquendo poſſeſſori,ſiue non. † Ego autem ẽt
tenerem compromiſſum non fieri maxime in domini præiu
dicium:quia fortè tractaretur ut ſupra de feudo transferen-
do de poſſeſſore ad non poſſeſſorem, per ea quæ uoluerũt &
Alua.in c.ſi uaſallus.ſi de feu.ſue.contr.& alij citati p Tiraq.
in loco ſuper adducto:ſed ſi fortè eſſet quæſtio, alias tranſa-
ctio ſiue cõpromiſſum fieret de relinquendo feudum, ut de
dimittendo iura poſſeſſori feudum, tunc:quia infrà.in deciſ.
132.& per Capy in deci.156.& per Iaco in tract.feud.in uer-
bo & cum pacto nu.7.fol 43.concluditur hoc poſſe fieri:ali-
ter ſentirem.prout dixi infra.in d.deciſ a 12 & inſuper in præ
5 fatis aduertendum puto ad uonm † quod quatenus Affl.ſen
tiat in loco ſupra allegato conſtitutionem.facere ius quoad
omnes : Et ſic fortè extendit uires extra regnum quòd non
bene, ex quo Federicus Imperator uoluit illas conſtitutiones
reg. tantum uigere in ipſo reg.ut in § præſentes in proœ. di
ctarum conſtit. ubi mandat per dictionem taxatiuam eas tã
tum in reg.obſeruari. Cæſ Vrſill.

DECISIO XLIIII.

De fructibus bonorum uxoris, per maritum adminiſtratorum, & de legato uxori animo compenſandi facto.

SVMMARIVM.

1 *Fructum bonorum feudalium uxoris percepti per maritum, an ueniant reſtituendi per eius hæredes.*

Feudum

Feudum quod obuenit uxori post contractum matrimonium, aut dicatur paraphernale, uel quod extra dotem.
Paraphernalia bona quam dicantur.
2 *Confessio tanquam erronea facta conclusione in causa possit reuocari.*
Error probari non potest post conclusionem in causa, si sit nociuus.
Error nominis qui corrigitur, dicitur declaratio, & non mutatio.
3 *Intellectus ad l.edita.C.de edendo.*
Error nominis in libello quando constare dicatur.
4 *Administratio tacitè uiro concessa uidetur, si dicatur in libello uxoris, quòd bona sunt paraphernalia.*
5 *Hæredes uiri an teneantur ad restitutionem fructuum de bonis paraphernalibus per maritum perceptorum, num.7.*
Maritus fructus industriales ex bonis uxoris per cõsumptionem lucratur.
Vxor exigendo fructus naturales magni momenti ab hæredibus, mariti impensas reficere tenetur.
6 *Pensiones an dicantur fructus naturales, uel industriales, & dicuntur fructus ciuiles.*
7 *Pensiones appellatione fructuum ueniunt sub larga significatione.*
8 *Maritus in casu dubio an præsumatur, q percepit fructus de uoluntate uxoris.*
9 *Legatum factum per maritum uxori animo compensandi, an se extendat ad fructus bonorum extra dotem ob ueatoram.*
10 *Testator legans uxori creditrici animo compensandi cũ seruitiis præstitis & aliis iustis causis, an intelligat ẽẽ de debito & de iusta causa debendi.*
Testatoris mens ex uerbis generalibus comprehenditur.
11 *Dispotia in genere idem operatur, quod in specie.*
Generaliter cõtẽta an habẽda, ac si specialiter expressa.
12 *Species continentur sub genere.*
Verba generalia ad omnia extenditur.
13 *Generaliter factum non satisfacit legi requirenti specialitatem.*
Maritus legans uxori & non exprimens, an pro dote, uel pro debito, an intelligat, quod utrumque soluatur.
14 *Expressa etiam dicuntur quæ ex coniecturis apparent.*
Probatio per coniecturas dicitur probatio manifesta.
15 *Expresse quando dicatur fieri, q per uerba specialia fit.*
Nouatio expresse an fieri dicatur, si per coniecturas appareat de partium uoluntate ad nouandum.
Intellectus ad l.fi.C.de nouatio.
16 *Probatio apertissima fieri debet, si dubitetur de qua hæredis persona testator sensit.*
Probatio quæ per indicia fit, an possit dici apertissima.
Compensandi uoluntas qualiter probetur.
17 *Mens & tacita in testamẽtis potius attendẽda q̃ uerba.*
18 *Testatoris mens regulatur ex uerisimili.*
19 *Verba compensationem seruitiorum, in testamento posita, qualiter intelligenda.*
Verba testamentorum operari debent etiam minima.
20 *Testatoris uoluntas talis præsumenda, qualis esse debet, sic & de quolibet alio.*
Testator in dubio quod fingatur cogitare.
Testatoris mens in dubio adhæret legi aut statuto.
21 *Testator præsumitur magis dilexisse agnatos, quàm extraneum, num.27.*
Vxor de extraneis est soluto matrimonio.
22 *Testatoris uerba generalia qualiter intelligenda.*
23 *Verba in scripturis redacta quã capiãt interpretationẽ.*
Testator legans id, quod debet, de quo debito intelligat.
24 *Donatio nũquã præsumitur, ubi põt dari alia cõiectura.*
Legatum quando pro legatario interpretandum.
25 *Testator nõ eligit uiã, per quã eius dispositio impugnet.*
26 *Verisimile in interpretãda defuncti uolũtate attẽdẽdã.*
Verisimile habetur per express.
Lex finxit, quòd testator plus dixit, q̃ notarius scripsit.
Verba quando impropriando.
27 *Verba sequentia post testamentum declarant animum testatoris, num.29.*
28 *Compensandi animus ex quibus coniecturetur.*
Grauatus qui habet facultatem rei præstandæ, facilius præsumitur, quàm qui non habet, sed oportet redimere.
29 *Vxor contenta de testamento, an uideatur renuntiasse iuribus sui extra testamentum.*
30 *Seruitium in uxore exponitur pro obedientia.*
Vxor debet de iure operari uiro, etiam in telis faciendis.
Mulier cõplacẽs uiro, nõ propter hoc præstat obedientiã.
31 *Legatum si factum sit animo cõpensandi cum fructibus, & fructus excedant, an fructus integri debeantur.*
32 *Partis appellatione in dubio uenit medietas.*
Fructus tantò minores sunt, quantò maiores sunt expensæ operarum in illis.
33 *Inuentarium qui tenetur facere & non fecit, præsumitur dolosus & bonorum usurpator.*
Hæres qui non tenetur ad inuentarium ex dispositione testatoris, præiudicare creditoribus non potest.
34 *Legatarius in re sibi legata hæres esse censetur.*

DE tribus mihi occurrit esse dubitãdum pro decisione p̃sentis causæ. Et primo, utrũ dicti fructus percepti per dñm Thomasium Brancaciũ de bonis feudalibus dominæ Iuliæ eius uxori ueniant restituendi per hæredes uiri.

Secundò, an si maritus legat uxori omnia mobilia &c. animo compensandi cum bonis seruitiis, & aliis iustis causis, uideatur legare animo cõpensandi cũ ipsis fructibus percepti a per eum spacio tanti tẽporis. Tertio si hæres dixit uxori testatoris, q deberet facere inuentariũ bonorũ mobiliũ, et illa dixit, q nõ uult: quia omnia sunt sua, et q est contenta de omnibus contentis in testõ præterquã de domo. Et si deficiat aliquid in bonis mobilibus, ut ipsa asserit, respectu eius, qd debet habere de fructibus perceptis per uirum, esto q debeant fructus cõpensari cum legato, si ꝑꝑ inuentariũ non factum possit petere id quod est plus in dubio fructuũ perceptorum per uirum. Ad primũ dubium † dico, q est uidendum, an dictũ feudum, q ob-
1 uenit dñæ Iuliæ ex successione paterna post contractũ matrimonii, dicunt bona paraphernalia uel bona extra dotem. Et certè si inspicimus libellum et articulos dñæ Iuliæ, apparet, q sunt bona paraphernalia: q a sic ipsa dicta bona appellat. Et licèt facta conclusione in causa reuocet illam confessionem tanquã erroneam, eò quia in cõtrariũ est rei ueritas: quia illa bona feudalia non fuerunt traducta, uel tradita uiro, et sic non possunt dici paraphernalia: ut patet ex dispositione, l.si ego.§.dotis, ff.de iure do. et in l.fi.C.de pac.cõuentis. Sed dicunt bona extra dotem, quæ obuenerũt uxori post cõtractũ matrimoniũ, ut notatur in l.maritus. C.de proc. et Abbas in c.constitutis.de procur. Stat dubium, utrum hæc confessio possit reuocari probando, q obuenerunt post contractũ matrimonii, et nõ
2 fuerunt tradita. † Et primò uidendum est, utrũ cõfes-

sio post conclusum in causa possit reuocari tanquam
erronea. Et dicendum est, ꝙ post conclusum in causa
nō pōt ꝓbari error, ut dicunt Arch. & Io. And. in no-
uella, in c. 2. de restit. in integrum. lib. 6. Sed bene po
test reuocari, qñ nihil uenit probādum, & constat de
errore: & talis error in libello nō nocet, secundū Bar.
& Bal. in l. errores. C. de erro. aduo. & Bal. in l. 1. C. de
falsa causa adiec. leg. & Inno. in c. 1. de confessis, & qñ
erratum est in nomine, & corrigitur, non dr̄ mutatio,
sed declaratio, ut dicit Ange. in l. hr̄des palam. §. si qd.
3 post. ff. de testam. † Et illud quod dicitur, ꝙ post litem
contest. error in libello non potest corrigi, secundum
Bal. in l. edita. C. de edēdo. & in l. ex his. C. de testam.
militis, non loquuntur de errore nominis in libello,
sed de alio errore. Et dicit constare de errore, qñ con-
stat de contrario eius quod fuit cōfessus; ut dicit Bar.
in l. non fatetur. ff. de confe. & l. de ætate. §. ex causa. &
§. qui iusto. ff. de inter. actio. not. Lanfran. in c. qm̄ con
tra. in uerbo. cōfessiones. de proba. Modò uideamus,
utrum dicēdo in libello, ꝙ bona sunt paraphernalia,
dicat̄ cōstare de errore, ex eo ꝙ probat̄, ꝙ obuenerūt
constāte matrimonio uxori. dico, ꝙ non dr̄ probatus
error: quia licèt obuenerunt constante matrimonio,
si tñ uxor cōcedit marito administrationem, idem iu
dicādum est de istis, sicut de bonis paraphernalibus:
ut dixit Alex. de Imo. in 1. uolum. consi. 42. Et dicēdo
in libello, ꝙ sunt bona paraphernalia: tacitè inest, qđ
concessit custodiā, & administrationē uiro, & ur̄ eam
constituisse procuratorem: ut notatur in d. l. maritus.
esto, ꝙ obuenerunt post cōtractum matrimonium:
& sic non dicitur probatus error ex eo ꝙ bona ista ob
uenerunt post, & nō probatur de mādato: uel ꝙ de uo
4 luntate uxoris. † nam eo ipso qđ dixit, ꝙ sunt bona pa
raphernalia, ur̄ fateri ꝙ habuit tacitū uel expressum
mandatum: ut in d. §. dotis, & dicit Azo in summa. C.
de iure dotiū. Et probando dña Iulia, ꝙ maritus non
faciebat eam dñam unius carlini, non propterea uide
tur inferri, ꝙ maritus non habuit tacitum uel expres-
sum mādatū, ex quo uxor dixit, ꝙ sunt bona parapher
nalia. Ex hoc sequitur conclusio, ꝙ nō est reuocata cō
fessio in libello & articulis tāquàm erronea: cùm error
nō sit probatus. Et sic habemus de necessitate dicere,
prout dixit ipsa dña Iulia, ꝙ ista bona sunt parapher
5 nalia. † In bonis aūt paraphernalibus utrum hæredes
mariti teneantur restituere fructus perceptos per ma
ritū, Bart. in l. pen. ff. ad leg. Fal. distinguit: Aut loqui-
mur in fructibus extātibus: & tūc siue sint naturales,
siue industriales, debēt restitui, ut in d. l. pe. & arg. eius
qđ dr̄ de usuris extantibus in d. l. fi. & l. si stipulata. §. 1.
ff. de don. īter uir. & uxor. Aut fructus sunt cōsumpti:
& tūc aut sunt industriales, aut naturales. Si sunt indu-
striales nō tenet̄; quia per cōsumptionē eos lucra fecit.
l. de his. C. de don. inter ui. & uxor. Et sufficit, ꝙ dicat
consumptos, donec probetur extare, ſm Bart. in d. l.
pen. Si uerò sunt fructus naturales, si sunt magni pre-
tii, tenet̄ restituere, quatenus est locupletior. d. l. si sti-
pulata. §. 1. & d. l. pen. si parui pretii, non tenetur. l. si id
quod. §. 1. & l. utrum. ff. de don. inter uirum & uxoré.
Dicit Saly. in d. l. fin. ꝙ impensas in exigendo compen
sabit, ſm Cyn. in d. l. fin. arg. l. emptor. ff. de rei uendi.
Ista dist. communiter sequuntur Doctores in d. l. pen.
& in d. l. fin. per Sal. & Doct. in d. l. maritus. & Alex. in
6 5. uol. cons. 144. ubi etiam quærit, † an afflictus dican-
tur fructus naturales, uel industriales: & dicit, quòd
iudicantur, ut de fructibus naturalibus: allegat Bald.
in l. ubi adhuc. C. de iure dotium.

Sed contrariū tenet dom. Mar. Soc. in consilio, an
fructus rerū paraphernaliū. ubi nihil allegat: sed Bal.
in l. 2. in prin. C. de usur. & fruct. lega. tenet, ꝙ sit indu
strialis: & idē tenet Bal. in l. si traditio. ī fi. C. de actio.
empt. & uend. ubi dicit, ꝙ sunt industrialissimi, Alex.
in 2. uol. cōs. 180. in fi. dicit, ꝙ affictus pensiones dicun
tur fructus ciuiles. l. si nauis. ff. de rei uēd. gl. in l. diuor
tio. ff. sol. mat. Bar. in l. ex diuerso. ff. de rei uēd. Ant. de
But. in c. grauis. de restitu. spol. Et licèt nō sint fructus
naturales, tñ sunt ad similitudinē eorū. l. prædiorum.
7 ff. de usur. iūcta l. si nauis. † & appellatione fructuum
ueniunt pensiones sub larga significatione, ſm Ant.
de But. in c. cum dilectus, de cōsuetudine. & ibi Io. de
Imo. & ex his patet decisio primi dubii. Fateor tñ, ꝙ
Bart in consil. 125. incipientes, quæstio talis est, Ti-
tius habēs uxorem &c. tenet, ꝙ fructus consumptos
bonorū paraphernaliū siue naturales, siue industria-
les, non tenetur hæres restituere Istud consilium Bar
to. refert Bal. in l. assiduis. C. qui potio. in pignore ha-
beantur. idem Bal. in cap. pen. de consuetudine. idem
Bald. in c. si duo. de fratri. de nouo benc. inuest. Item
Ludouicus in consi. 280. in fine Sed Paulus de Castro
tenet, ꝙ fructus bonorū paraphernalium indistincte
tenet̄ hæres mariti restituere, in consi. 186. incipiētes,
super primo. Tamen distinctio Bart. ut plurimum est
communiter approbata. vide tamen Bald. in l. ubi ad
huc. C. de iure dotium. cum similibus.

Sed qñ nō dicerentur paraphernalia, sed extra do-
tem, Verum maritus, uel eius hæres teneatur restitue
re fructus; tūc adhibetur ista distinctio, q̄ sumitur ex
dictis Mar. Sill. quem refert Bart. in d. l. pen. ff. ad l. Fal
cidiam, uidelicet. Aut maritus pcepit fructus de istis
bonis extra dotē de uoluntate uxoris. Aut contra eius
uoluntatem. Primo casu si de uoluntate uxoris, & tūc
distinguitur, prout supra conclusum est in bonis pa-
raphernalibus. Secundo casu, si contra eius uolunta-
tem percepit, & tunc siue extent, siue sint consumpti,
siue sint naturales, uel industriales, tenentur hæredes
restituere: ut in l. si stipulatus. ff. de don. inter uir. & in
8 l. de hæreditate. eod. titu. † Si autem sumus in casu du-
bio; quia non apparet de uoluntate, uel de contractio
ne uxoris, & istum casum omisit Bart. in d. l. pen. dicit
Bald. in consilio. est sciendum, quod non inueni in li-
bris impressis. Sed illud refert Alexan. consi. in 2. uol.
consil. 63. & in d. l. penul. de Fal. & 5. uol. consil. 144.
quòd præsumitur contra eius uoluntatem percepisse.
Sed Raphael Cu. ut refert Ias. in l. maritus. C. de proc.
tenet contrarium, quòd in casu dubio præsumitur e-
ius uoluntas: hoc est, quòd maritus percepit de eius
uoluntate, & ita pertransiuit consilium in hoc dubio,
excepto Ioanne Baptista Brancacio. Ad secūdum du
9 bium. † An si maritus legat uxori certum quid, animo
compensandi cum seruitis, & aliis iustis causis, uidea
tur compensare etiam cum fructib. perceptis per u-
num ex dictis bonis ex cadentialibus. Docto. in l. si cū
dotem. §. si pater. ff. solu. matri. distinguunt inter de-
bitum necessarium ex legis dispositione, & debitum
uoluntarium. Primo casu inducitur compensatio, et
ꝙ non dicatur aīo compensandi, ut in d. §. si pater. &
in l. cū pater. §. qui dotale. ff. de leg. 2. & no. in l. hmōi.
& ibi plene per Alex. ff. de leg. 1. l. Titia. §. qui in uita.
ff. de leg. 2. Si uerò debitum est uoluntarium, & tunc
si non apparet expresse, quòd uoluit compēsare, non
præsumitur animus compēsandi, a per tex. in l. unica,
§. scien-

§.sciendum est, de rei uxor. actione. per tex. in l. credi-
torem. ff. de legatis secundo. Ita etiam firmat Pau. de Cas.
in cōs. 132. incipiente. licèt ista dña Lippa. bene facit
tex. in l. pecuniæ. ff. de alim. & ciba. idem tenet Bald. in
l. si adu. C. de her. actio. Ang. in auth. præterea. C. unde
uir. & uxor. Alc. de Imo. in 2. uol. consi. 12. in 5. col. &
in eodem uol. cons. 132. dom. Card. & Io. de Imo. in c.
officii. de testamentis ubi distinguit sic. Aut debitor
legat animo compensandi, & hoc constat, & tunc cre
ditor alterum tantum petet. l. si compensandi. C. de
hær. instit. l. si ab uno. ff. de leg. 2. & in d. c. officii. Aut
legauit aīo non cōpensandi, & hoc cōstat: & creditor
petit utrunque. d. §. sciendum. Aut est dubium, & tūc.
Aut est debitor ex dispositione legali, & intelligitur re-
linquere animo cōpensandi. d. §. ii patet. Aut est debi-
tor ex obligatione contracta: & non intelligitur reli-
ctum animo compēsandi. d. l. creditorem. ff. de leg. 2.
& istam distinctionem sequitur de uerbo ad uerbum
Io. de Imo. ibi, ꝙ aut in casu de quo quæritur, fit indu
cta cōpensatio per dicta uerba contenta in testamen-
to do. Thomasii, probatur pluribus rationibus.

10 † Et primò: quia testator legauit uxori creditrici aīo
compensandi cum seruitiis præstitis, & aliis iustis, cau
sis, quæ uerba sunt generalia apta comprehendere ex
quacunque iusta causa ipse testator tenetur, ꝙ lega-
tum sit animo compensandi: nam ex uerbis generali-
bus testatoris cōprehenditur eius animus, siue mens,
ut patet in l. si quis in prin. testa. ff. de leg. 3. & in l. fin.
C. qd' cū eo. l. quā Tuberonis. §. 1. ff. de pec. not. in c. q
ad agedū. de proc. lib. 6. hæc iura ad hoc allegat Ale.
de Imo. in 2. uol. cons. 115. in 7. col. Et propter dicta
uerba generalia uidetur gñaliter cogitasse omnem iu
stam cām debendi: ut in l. qui iure militari. ff. de testa.
mili. Bar. in l. sub prætextu specierum. C. de transf. quæ
iura ad hoc allegat Ale. de Imo. in 1. uol. consi. 42. in
11 5. col. uer. 4. quia etiam si dicta domina. † Et disposi-
tio in genere idem operatur, quod operatur disposi-
tio in specie. d. l. qui iure militari. & Doct. in d. l. sub
prætextu. & Ang. in l. tres fratres. ff. de pactis secundū
Alc. in 3. uol. consil. 87. in 1. colu. Et sic illa uerba ge-
neralia, & aliis iustis causis, probant eiusdē testatoris
mentē, ꝙ legauit aīo cōpensandi cū fructib. perceptis
p eū de bonis extra dotē: nā ea q̄ cōtinetur in genere,
habentur ac si specialiter essent dicta, ut in l. si qñ. ff.
de le. 1. l. si chorus. ff. de l. 3. l. oēs. de præscr. 30. anno. l.
no. Bald. in l. in testamento. ff. de mili. testa. Bald. in l.
1. C. de inra. cal. & in l. fi. C. de iure ann. anre. & in c. 1. §
in princ. per quos fiat inuestitura. Et per consequens
sub uerbo, aīo cōpensandi cum seruitiis & aliis iustis
causis, cōprehenditur causa iusta debiti & perceptio-
12 nis fructuū ex bonis extra dotem, † quia sub genere
continetur eius species, ut in d. l. si chorus. cum simi.
quia uerba gñalia ad omnia extendūtur. l. plurib. ff. de
accep. l. emptor. §. Lucius, & ibi glo. & Do. ff. de pac.
Cyn. & Bal. in d. l. sub ptextu specierum, & in d. l. si de
certa. C. de transf. in l. cum antorib. §. fi. ff. de transf. & in
l. si ex plurib. in prin. ff. de sol. et in l. Aurelius. § Caius.
de libe. lega. Doct. in c. 1. de transf. q iura allegat Ale.
in 1. uol. cons. 46. in 1. col. Et si diceret, ꝙ ubi iura di
cunt, ꝙ specialiter aliquid exprimatur, non sufficit ex
primere in genere, per not. in d. c. qui ad agēdū, et in
l. 2. §. qñtū. ff. si qs cautio. et dicit Ang in auth. de hæ.
et falc. §. si uerò expressim. quod non uř satisfactum le
13 gi, † ubicūque lex requirat aliquid specialiter fieri seu
expressim, si fiat uerbis gñalibus, et idē Ang. in auth.
de nup. §. solutio, & per Bar. in l. fi. §. omnē, in uerbo,
specialiter. C. de admin tut. facit lex. si qñ. §. & genera
liter, & ibi Bal. C. inoffi. testam. quæ iura allegat An-
dreas Barbatio in consi. 19. in fi. Sed textus in d. l. uni
ca. §. sciendum. de rei uxor. actio. dicit, ꝙ qñ maritus
legat uxori. nisi expresse dicat, ꝙ pro dote uel pro de-
bito legat, ꝙ habebit utrunque. s. debitum & legatū:
14 ergo &c. Ad hoc respondetur, † ꝙ expressa dicuntur
esse, non solum illa quæ apparent ex uerbis expressis,
uerùm & ex cōiecturis, ut in l. licet Imp. ff. de leg. 1. ff.
de man. testa. l. si quis locuples. nā & probatio per cō
iecturas dř probatio manifesta. l. licèt. ff de legat. 1. l.
si quis locuples. de manu. testamen. Bart. in l si qñ. C.
unde ui. & l. 1. in fi. ff. de uerb. obl. ut dicit Alex. in 1.
uol. cons. 24. in 2. col. Nec obstant in contrarium alle
gata secundùm Angelum in d. §. si uero expressim, ꝙ
ubi lex requirit aliquid fieri expresse pro eo; quia fa-
ctum simpliciter est contra dispositionem iuris cōis,
tūc illud uidetur fieri expresse, quod fit per uerba spe
cialia, hæc importantia, ita loquuntur contraria. Sed
ubi per legem aliquid requiritur fieri expresse, non ex
15 eo quod fiat nō contra dispositionē iuris cōis, † sed quia
lex sic mādat, ꝙ fiat expresse, tunc expresse dicitur fie
ri, etiam si ex coniecturis appatet. ista sunt uerba notan-
da Angeli in d. §. si uerò expressim. Et pro cōfirmatio
ne huius doctrinæ allego: nam hodie requiritur ꝙ no
uatio fiat expresse; ut in l. fi. C. de nouat. & ita dicit il-
la lex, & tñ dř expresse fieri nouatio, si p coniecturas
appareat, ꝙ partes uoluerunt facere nouationem, ita
satisfactum est legi uolenti, ꝙ expresse fiat compensa
tio: ita tenet Ioan. de Imo. in l. delegare. ff. de nouatio.
& sentit Cy. in d. l. fi. hoc expresse firmat Ale. in 2. uol.
cons. 73. in 1. col. Item pro hoc allego Bal. in l. in tpe.
in fin. ff. de hær. instit. ubi dicit, ꝙ qñ dubitatur de per
sona hæredis. s. de qua sensit testator, debet fieri pba-
16 tio apertissima: † tñ dicitur apertissima pbatio, si fiat
per indicia; arg. ff. de leg. 1. l. Imper. &. ff. de rebus du-
biis. in l. qui habebat. & in materia compensationis re
perio Alb. de Ros. in l. filia legatorum. C. de leg. ubi di
cit, ꝙ uoluntas compensandi probatur, sicut alias pro
batur uoluntas per coniecturas, in l. cum proponeba-
tur. ff. de legat. 2. & in l. 3. ff. de inoffic. testa. licèt dicat
quòd Guid. de Suza. tenet, quòd debet talis uoluntas
expresse probari per duos testes talem declarationē
uoluntatis: quia istud nō est probare testamen. sed de
clarationem: ut in l. hæredes palam. §. sed & si no. ff. de
testa. Si ergo uerba gñalia declarant animum cōpen-
17 sandi, ergo expresse inducta cōpēsatio, † cum in testa
mentis potius mens etiam tacita, quàm uerba sint atten-
denda, ut in l. 3. C. de lib. præt. l. inter uestē. ff. de aur.
& arg. leg. l. cum quæst. C. de leg. quæ iura ad hoc alle
gat Ale. in 3. uol. consi. 55. in 1. col. Secundò, ꝙ dictū
legatū sit factum aio compēsandi cum fructibus per-
ceptis apparet: quia sic est ueirsimile, ne testator uideat
duplici onere uelle grauare suos fratres carnales hære
des suos proximiores in gradu & ab intestato ei succes
suros. uidelicet ut teneātur soluere legatū ita uniuer-
sale: & ipsos fructus perceptos spatio 40. anno. ascen
dentes ad summā ducatorū 40. per annū: ut dicit In-
18 nisc. in l. Titia. §. q in uita. ff. de leg. 1. † mēs testatoris
regulatur ex uerisimili. l. si seruus pluriū. §. fi. ff. de leg.
1. c. inspicimus. de reg. iur. l. sicut certi. & l. si cū uel in,
utero. C. de testa. militis. & l. Titius, in prin. §. 1. ff. de li
& posth. Alc. in 4. uol. cōsi. 87. in 6. col. cū ergo nō ui-
deat uerisimile, ꝙ testator uoluisset suos hr̄des sic du-
plici

plici onere grauare, attentis dictis uerbis cōtentis in
legato, ꝓsumendum, ꝙ uoluit cōpensare cū dictis fru
ctibus. Nec obstat, ꝙ illud uerisimile, de quo loquit
tex.in d.§.qui in uita, ꝓcedit in debito necessario; q̄a
dico, ꝙ ratio, ne uideatur duplici onere grauare hæ-
redem, procedit tam in debito necessario, q̄ in debito
uoluntario, q̄n ex coniectura apparet ad animo com
pensandi, ut supra dictum est, est sic benefacit text.in
d.§.qui uita. in ratione sui. Tertiò si testator legasset
simpliciter uxori dicta bona, & non dixisset in cōpen
sam seruitiorum, & aliis iustis causis, tale legatū præ-
sumeretur factum ob merita. tex.est in l.nec adiecit.
19 ff.pro socio. †Si illa uerba, in recompensam seruitio-
rū, intelligerentur ob merita, & seruitia recepta, nihil
importarent; quia esset expressum id, quod tacite in-
erat.l.3.ff de leg.1.l.nō rectè.C.de fideius.l.si arroga-
tor.ff.de adoptionibus, cum.si.& uerba posita in testa
mētis debēt semꝑ aliquid operari, ut l.si q̄n ff.de leg.
1.Ideo dicit Bald.in rub.C.de contrah.emp in 9.q.ꝙ
quodlibet minimū uerbū non dēt esse sine uirtute ali
q̄d operādi.c.si Papa.in fi.de prin.lib.6.cū conc. ergo
illa uerba, pro bonis seruitiis & aliis iustis causis, intel
ligi debent, ꝙ facit dictum legatum animo compen-
20 sandi cum dictis fructibus, quos ipse percepit. †Quar
tò talis præsumitur esse uoluntas testatoris, qualis es-
se debet, quia testator fingitur cogitare, quod lex di-
sponit, ut dicit Bal.in l.precib.in 18.colum.C.de im-
pub. & aliis substi.allegat.l.cū quidā.ff.de acq.hær.q̄a
uolūtas alicuius talis esse præsumit, qualis esse debet
dicit n.Bal.in l.1.in 5.col.C.de sacrosanc.eccle.& di
cit Bart.in l.hæredes mei.§.cum ita. ff.ad Trebell.ꝙ te-
stator præsumitur uoluisse id, quod uult lex, siue sta-
tutum.idem Ioan.de Imo.in l.si.de condit.instit. uo-
luit Alc.in 3.uol.consilio 36.in 4.col.Sed legis dispo
sitio uocat fratres ad hæreditatem fratris decedentis si-
ne descendentibus, ut in iurib.uulg. & præsumēdum
non est, ꝙ testator uoluit præferre uxorem suis agna
21 tis; †quia testator magis ꝓsumitur dilexisse agnatos,
q̄ extraneum.l.generaliter.§.cum autem C.de institu-
tionibus & substitutioni. & in l.cum auus.de condit.
& demonstratio.& in l.cum alienam.C.de legatis.l.1.
cū gl.in uerbo paterno.ff.in ius uoca.ut tant.ꝯm Ale.
in 1.uol cons.130.in 2.col.Si enim testator instituit
fratres hæredes in certis bonis stabilibus, & uxori re-
liquis tam amplum legatum in compensationem ser
uitiorum & aliarum iustarū causarum, & non intelli-
geretur aīo compensandi cum fructibus, solutio fru-
ctuum facienda per hæredes absorberet totam quasi
portionem ipsorum fratrum & esset expresse con-
tra mentē testatoris, & sicut eius mens seruetur, debe
mus intelligere, ꝙ aīo cōpēsandi fuit factū tale legatū.
22 †Quintò, q̄n uerba testatoris sunt generalia, debēt
ita intelligi, ut nō uideatur testator alienam agnatio-
nem suæ agnationi anteponere.l. cum acutissimi.C.
de fideicom.& d.l.cum auus, & d.l. generaliter.§.cum
autem notat Ale.in 2.uol.cons.28.in 2.col.Igitur illa
uerba generalia, animo compensandi cum seruitiis &
aliis iustis causis; intelliguntur in fauorem suorum fra
trum hæredū, scilicet, ut sit facta cōpensatio cū fructi
bus, & non in fauorē uxoris, ut hæredes soluāt utrunque.
Sextò ostenditur, ꝙ illa uerba, ꝙ legat animo com
pensandi cum seruitiis, & aliis iustis causis, debent in
23 telligi ciuiliter †quia sunt in scripturā redacta; & non
secundū uulgarem, & cōem usum loquendi, ut dicit
Bal.in l.leg.in fi.C.de legit.hær.& Cyn.in l.si cum au

ctoritate.C.de don.ante nup.tenet Ale.in 3.uol.cōsi.
87.in 8.col.Sed si testator legat id, quod debet, intel-
ligitur de eo debito, quod pōt ab eo inuito extorque
ri, ut in l.is cui.§.Flauius ff.de solutio.l.uel obligatus.
§.1.ff.de lib.causa.l.debitor. ff.de uerb.sign.ita debēt
intelligi illa uerba.s.ꝙ legatum sit factum animo cō-
pensandi cum illis seruitiis, pro quibus poterat conue
niri. Sed ad seruitia obsequialia domus, q̄ fecit uxor
marito, non pōt conueniri, & sunt seruitia de quibus
pōt conueniri, quia fecit expectationē cū marito tan
ti tēporis deductis fructibus, meritò de hoc seruitio
24 intelligit fecisse cōpensationē. †Septimò, ubi pōt da
ri alia cōiectura q̄ donationis, cessat ꝓsumptio dona
tionis.l.si cum aurum.ff.de solutio.l.cùm de indebito
ff.de probatio. l. eleganter. §.qui reprobos. ff.de pig.
actio.& no.Ale.in 2.uol.cōsi. 177.in fi.& in aliis suis
consiliis.Sed dicta uerba, animo cōpensandi, ēt ut ees
set animus donandi, possunt intelligi in compensatio
nem fructuum: ergo non debet intelligi, ut importēt
donationem.
Octauo tunc pro legatario debet legatū interpre-
tari, ut in l.in testamentis ff.de reg iur.& in c.cum di-
lectis.de donatio.q̄n nulla in contrarium apparet con
iectura, alias secus, ut dicit Cyn.Bal.& Sal.in l.unica.
§.ne autem.C.de cadu. tollend. firmat Alex.in 3.uol.
cons.58.in fi.Sed contra legatarium apparent supra-
dictæ, & infrascriptæ coniecturæ, quòd fuit legatum
factum animo compensandi cum fructibus, ergo nō
debet fieri interpretatio in fauorem legatarii.
25 †Nonò, non est præsumendum, ꝙ testator elegerit
uiam, per quā eius dispositio impugnetur.l.Mæuius
in prin.ff. de legat.2.l.si miles qui destinauerat.ff.de
testa.mili.facit l.quoties in stip.ff.de uer.obli.c.Abba
te.de uer.sig. Sed si diceremus in casu, de quo q̄ritur,
testatorē uoluisse uxorē habere tam amplū legatum
& tam amplos fructus ab hæredibus absq; animo cō-
pensandi, & sic ꝙ haberet fructus & legatum, seque-
retur, ꝙ eius dispositio non haberet locum effectuali
ter, quia hæredes nō haberent ea quæ sunt eis relicta:
& sic destrueretur eius uoluntas, ꝙ nō est dicendum.
26 †Decimo in interpretanda uoluntate defuncti, de
bet attendi id, q̄d est uerisimile.c.inspicimus, de reg.
iur.in 6.l.si seruus plurium.§.fi.ff.de leg.1.& illud q̄d
est uerisimile habetur pro expresso.l.Titius.§.1.& ibi
Doct.ff.de lib.& posth.& est gl.not.in l.tale pactum.
§.fi.ff de pac.Ale. in 1.uol cons.76.in 1.col.imò fin
git lex, ut seruetur mens testatoris, ꝙ testator plus di
xit, q̄ scripsit notarius, ut in d.l.cum auus, ff.de cōdit.
& dem.in d.l.cum acutissimi, & in d.l.generaliter.§.cum
autem.Ale.in 4.uol.cons.54.in 1.col.imò uerba im-
propriātur: ut seruetur mēs testatoris, ut in l.non du-
biū.C.de leg.l.Proculus.ff.de usuf.& Ale.in d.cōs.52.
27 Sed uerisimile est, ꝙ in dubio †testator uelit potius
suos agnatos hæredes iuxta suam uolūtatē bona relicta
habere, q̄ uxor, ut in l.si seruus plurium.§.1.ibi, in uer
bo, charitas & necessitudo.ff. de leg.2.facit d.l.cū acu
tissimi; & l.fi.C.quorum bonorum.ꝯm Ale.in 2.uol.
consi.71.in 3.colū.& si secus diceremus euanesceret
uoluntas testatoris effectualiter, ut supra dixi.
Vndecimo probatū asseritur, ꝙ testator dixit post
factum testm̄, quod ipse reliquit fratribus, & dñæ Iu-
liæ ita clarè, quod nullum erit litigium inter eos. Ex
istis uerbis post factū testm̄ cōprehenditur mens te-
stātis, ꝙ uoluit, ꝙ nulla lis futura esset inter eos, & sic
ut induceretur cōpensatio cum fructibus: nam uerba
sequen-

ſequentia poſt teſtm̃ declarant animũ teſtatoris.l ꝗ
filiabus.in prin.& l.ſi ſeruus pluriũ,§.fi.ff.de leg.1.l.
3.ff.de liber.& poſth. facit.l.pnto.in gl.fi.ff famil.er
ciſcun.l.utrum.ff.de peti.hæredi.l.uxor.§.fin.& ibi.
Bar.ff.de leg.3.igitur &c.
28 Duodecimò †coniecturatur animus cõpenſandi
ex eo;quia ſi non fuiſſet factum legatum aĩo cõpen-
ſandi cum fructibus conſumptis,iſtis hr̃des non ha-
berent facultatem ſoluendi æſtimationẽ,niſi diſtra-
herentur bona ſtabilia,in quib.uxor habet uſumfru
ctũ,& hr̃des proprietatẽ:ſed ſi intelligeret̃ eſſe factã
cõpenſationẽ,ceſſaret iſta diſtractio : ideo ut ceſſet
diſtractio bonorũ præſumendum eſt de aĩo cõpen-
ſandi:facit quod dixit Bald.in l.unum ex familia.§.ſi
rem.ff.de legat. 2.ubi dicit ꝙ facilius præſumit̃ gra-
uatus,ille,qui facultatẽ rei præſtandę habet,q̃ ille q
non habet,ſed oportet redimere,per illum text.& p
no.in l.cum à matre.C.de rei uen. Decimotertiò ar
guitur, ꝙ legatũ ſit aĩo cõpẽſandi factum pp uerba
Testes examinati parte non citata, in quibus casibus probent, uide Hip. de Mar. sing. 24. incipien. clarum est iure. & de hac testiũ productione pulchre excutit sing. 623. incip. ex dispositione, & uide quædam per Bertran. par. 3. consil. 149. nu. 5.
a *Relationes.*) Vide supra in dec. 25. & infra in decisio. 126.
b *Nulla.*) Circa prædicta uide Alex in consi. 1 23. incipiente, dicussis hæsitationibus 5. colum. primo uolum. & in consil. 69. 3. uolum. Thomas Grammaticus.

ANNOTATIO

IN DECISIONE XLVII.

DE subiecto huius decisionis, an qñ sententia se refert ad acta: & acta nõ sunt, vel sunt nulla: an etiam sola ipsa nulla sit, fuit habitus sermo supra in deci. 21. & 36. Cęs. Vrsil.

DECISIO XLVIII.

De statuto quod instrumentum non reassumatur ex notarij mortui protocollo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de instrumentis non reassumendis ex notarij mortui protocollis sine certa solennitate, qualiter intelligatur & limitetur nu. 5.*
2 *Instrumentum adeptæ possessionis instrumenti emptionis mentionem fnciens, an probet instrumentum enũciatum in eo, & quam faciat probationem num. seq.*
Notarius dicens, prout in contractu per me facto continetur, an probat.
3 *Bonorum possessio non datur ex scriptura notarij dicentis esse reassumptum testamenti, nisi exempletur ex protocollo.*

Notario attestanti de præterito non creditur.
Protocollum facit semiplenam probationem.
3 *Probationes duæ semiplenæ coniunctæ faciunt unam plenam.*
Instrumenta ex protocollo notarij mortui qualiter ueniant reassumenda.

STante constitutione Regni, q instrm factum per
notarium non posit reassumi de protocollo nota
rij mortui, nisi ad minus superuiuat unus testis, & iu-
dex, uel duo testes: ut no. in constitu. Regni, Baiulos.
1 Quæritur, †quid si mortuus est iudex, testes & nota-
rius, & solum producit protocollū, in quo est contra
ctus emptionis factus per notariū bonæ famæ, & de
hoc constat: in quo protocollo in margine cōtractus
fit mentio, q ille contractus fuit per eū reassumptus
in formam publicam: quia est ibi scriptū, factum &
a signatum, prout est de more oīum notariorū. Pro-
ducitur etiam unum instrm reassumptum in formā
publicam, in quo continetur, quòd talis emptor re-
cepit possessionem rei emptæ a tali uenditore, pro-
ut constat per instrumentum emptionis celebratum
per manus mei notarij: & ipse emptor est in possessio
ne per longum tempus pacificè & quietè.
Vtrum auctoritate iudiciaria posit tale instrm as
sumi. hoc dubium fuit in reassumptione instri terræ
Ioan. Bernardi, filij Petri Berardi siti in capite mōtis
prope Neapolim. Quæ terra & Massaria nūc est Ma-
gnifici militis dom. Ludouici de Afflicto mei consan
guinei, & fratris carnalis excellētis dn̄i Michaelis de
Afflicto comitis Triuēti & locumtenentis magni Ca
merarij huius regni Siciliæ. Et prima facie ur̄, q tale
instrm nō posit reassumi: quia oēs, scilicet notarius,
iudex, & testes sunt mortui, ut patet in dicta cōstitu-
2 tione Baiulos. †Secundò: quia illud instrm captionis
possessionis, in quo fit mentio de alio instro emptio-
nis factæ per manus mei notarij, non probat illud in
strumentum enunciatū in eo, iuxta ea, quæ habentur
in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. Et
pro hoc bene facit, quod dicit Ang. q si notarius di-
cit, prout in contractu per me facto continetur, non
probat, in l. si donatio. C. de don. quia notarius nō est
rogatus de hoc, unde si notarius diceret ī instro, pro-
ut constat in quodam instro procurationis facto per
manus mei, non probat illā procuratione, & ut dicit
Inn. in c. qm̄ contra falsam. de probat. faciunt ea quæ
not. Ioan. And. in add. Spec. in tit. de instr. edi. §. osten
so. in additione, quæ incipit, miror de Rolādino, & in
§. testat. uersi. antep. & eo. tit. §. 1. uers. sed obijcitur. &
in §. nunc dicamus, uersi. pen. licèt Sal. in d. auth. si qs
in aliquo, dicat contrariū: tn̄ ueritas est, ut suprà dixi.
& tenet Pau. de Ca. in d. l. si quis in aliquo, & moder-
3 ni bene ibi, Benefacit id quod dixit Bart. in l. 1. §. si qs
duob. ff. de bon. pos. secundū tab. ubi dicit, q si idem
notarius dixit, hoc est reassumptū testamenti Titij fa
cti p manus meas, ex ista scriptura non dabit bonorū
possessio, nisi exēpleē ex protocollo. & Ange. & Pau.
in l. sciendū. de uerb. ob. Alc. in 4. uol. cons. 6. in a. col.
nam notario aliqd attestāti de pterito non credit, ut
dicit Alc. in a. uol. cons. 205. in 3. col. Sed in cōtrariū,
q posit reassumi tale instrm emptionis ex protocol-
lo, in quo oēs, scilicet notarius, & iudex, & testes sunt
mortui, adducit. Certum est, q protocollū facit semi
plenam probationē, ut dicit Cy. in l. contractus. C. de
fid. instr. Itē instrm captionis possessionis faciēs men
tionē de instro emptionis facto per eundē notarium
probata amissione instri emptionis reassumpti in for
mam publicam, facit semiplenā probationē, ut dicit
Bar. in l. admonendi, in 7. col. uers. sed quæro quid de
exemplo de iureiur. pro quo dicto, dicit esse gl. no. in
l. sicut iniquum. C. de fide instr. quam dicit Ang. esse
4 singularem. †Probationes istæ duæ semiplenæ cōiun
gunt, & faciunt unā plenā, ut scribunt Doc. in d. l. ad
monendi. & Alex. in 3. uol. cons. 150. ult. col. & sic stā-
te ista plena probatione pōt iudex ordinarius, sicut
est sacrum Consilium mandare, q de dicto protocol
lo facto per notarium bonæ famę & opinionis possit
reassumi publicū instrm, licèt oēs testes sint mortui,
propter dictum instrm faciens mentionē de eo quod
aliàs fuit assumptum, & deperditū: prout dicit Spec.
in tit. de instrum. ædi. §. postquam. iuxta no. in c. cum
P. tabellio. de fid. instr. Item hic concurrit possessio
dictæ terræ emptæ per emptorē & hæredem eius pos
sessæ tanto tempore, psumitur ex d. titulo, de quo ap
paret. l. quædā mulier. ff. de rei uend. l. minus instruc.
C. de acq. pos. Item quia non est aliquis cōtradictor,
& diu est, q factū fuit dictū instrm, quod iā aliàs fuit
assumptū: quia ita scriptū est in protocollo: ut sup di
ctum est: & sic non pōt mora uel negligentia imputa
5 ri, q iam fuit deperditum: ut dictū est. †Propterea fuit
uisum dn̄is de Consilio, q sit iusta cā dispensandi, q
dictū instrm posit reassumi per aliū notariū, & sic
fuit interpositum decretum, q auctoritate sacri Cō-
silij reassumatur ex protocollo pdicto dictū instrm
emptionis: licèt notarius, iudex, & testes omnes sunt
mortui, propter multa quæ hic concurrunt pro ueri-
tate protocolli: quod est menti tenendum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE XLVIII.

1 *Instrumentum præsumitur uerum, & in eo cessat fal-*
si præsumptio, quando virtute ipsius emptor fuit in possessione.
2 *Copia minus solenniter sumpta facit fidem, parte non opponente.*
3 *Protocollum, mortuo notario, facit semiplenam, item an vnus testis viuus, vnà cum notario faciant similiter semiplenam.*

1 AD corroborationem eorum †quæ hic dicunt facit consi-
lium Bal. 37. quidā tabellio. lib. 1. q instrm psumat uerū,
& cessat falsi psumptio: qn̄ uirtute ipsius emptor diu fuit in
possessione: refert, & sequit Ay. consi. 101. nobilis Guido. n. 4.
ubi nonnulla ēt quę cōis obseruantia inducit: & in cons. 158.
2 uisis actis. in prior. ubi †q scriptura priuata facit fidem, fuit a
partib. approbata: & insuper, q exemplum faciat semiplenā:
& q possit leuari, seu reassumi istrm mortuo notario, ex quo
mors habet uim signi. de quo etiam per Deciū in cons. 447. in
donatione, vbi etiam quid sit protocollum, fuit etiam dictum
sup. in decis. 6. Et insuper aduerte in prædictis, q scriptura etiā
minus fideliter sumpta facit fidem parte non opponente, se-
cundum eundē Ay. in consi. 150. beneficij. Qui cæteros concor
dātes uocat. & insuper ēt aduertas, q quatenus uelit hic Affl.
in ista dec. q protocollum mortuo notario faciat semiplenā,
aduerte quia cōtrarium vr̄ uelle in const. reg. baiulos oēs nu.
71. ubi dicit, protocollum mortuo notario nullā fidem facere
per illā constit. reg. Baiulos, nisi ad minus uiuāt duo testes, &
ideo ēm eum unus testis uiuus qui facit semiplenā cū proto-
collo, non inferunt, aliàs nō conferunt ad instri reassumptio-
nem, ex quo protocollū non facit semiplenam, stante dicta cō
stitutione Baiulos, cogita quia non uideo quo possit saluari

ab ista

3 ubi ita contra allegatæ, bene uerum dicit ipse ibidem † q in tā do-
tis hinc obseruari, q camoposto te [illegible] reassumptio instru-
menti fiat, ubi stupri ponit requisita. In reassumptione instru-
adsunt nonnulla de certa sac. consilij, prout mihi etiam in fa-
cto fuit, quæ continuantur per oo. uic. Cæsareum. quod uiuo
notatio, & and teste fiat reassumptio instrumenti: & q ex titu
lo præcedenti quis præsumatur possidere, & in intelligentia d.
l. quædam mulier, sunt annotationes infra in decis. 275. 285. &
273. In quibus quando sumptum, siue exemplum probat, &
de alijs &c. Cæs. Ursil.

DECISIO XLIX.

De fideiussoribus.

SUMMARIUM.

Fideiussor condemnatus pro principali an debeat appella re, ne teneatur ad interesse. & quando.
2 *Fideiussor potest recognoscere bonam fidem.*
3 *Emptor cui mota est lis, bonam fidem potest agnoscere, & agere de euictione.*
Fideiussor non habet regressum contra principalem, si iniuste condemnatus non appellauerit.

COnuenitur fideiussor à creditore. Et condēnat per sniam ad soluendum iuxta formam obliga-
1 tionis. † Quæritur, utrum fideiussor teneatur appellare, ut possit postea recuperare id, quod soluit, à principali debitore. Et si non appellauit, possit principalis debitor fideiussori dicere, debuisti appellare: & q non appellasti, teneris ad interesse, per tex. in l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. manda. per quē text. dicit ibi Iac. But. & Bar. q fideiussor nō solum cogitur appellare: sed ēt prosequi, nisi excusetur paupertate: ut in d. §. si ignorantes. Fuit uotatū in consilio in cau-
2 sa Spinelli cum d. Antonella, † q si fideiussor scit exceptionem competere principali debitori, tunc tenetur appellare. Sed si nesciat competere exceptionem aliquam, nō tenetur appellare: quia fideiussor potest cognoscere bonam fidem: Ita dicunt Doct. ut refert Bart. in l. Herennius. §. Caia. ff. de euictio. & glo. in d. §. si ignorantes. idem si metu pœnæ non opposuisset exceptionem competentem: nam nō posset ei imputari, ut dicit Bar. in l. at qui natura. §. cum me absen-
3 te. ff. de nego. gest. † & sic etiam emptor, cui mota est lis, potest agnoscere bonam fidem, & aget de euictione: ut habetur per Doct. & ibi. Ioan. de Imo. in c. si uēditor. de emp. & uend. sic etiam in fideiussore, & si iuste condemnetur, non tenetur appellare: secus si iniuste fuit condemnatus: nam tunc tenetur appellare: alias non habet regressum contra principalem: ut in l. si pro ea, & ibi Bal. C. mandati.

ANNOTATIO

IN DECISIONE XLIX.

1 *Fideiussor qui non appellat a sententia lata contra ipsum, neque denuntiauit; an valeat agere contra principalem?*
2 *Emptor agit de euictione; etiam non facta denuntiatione principali venditori, quando etiam q fuisset facta denuntiatio: utique uenditor ēs succubuisset, nisi fortè tempore denuntiationis probationes tēpore periissent;*
3 *Quando causa fuisset dubia: an emptor teneatur ad appellationem?*
4 *Fideiussor an possit bonam fidem agnoscere; & in quibus casibus quis cogatur bonam fidem sequi: alias non valeat expensas recuperare.*
5 *Quando adest iuramentum in instrumento uenditionis, denuntiatio an sit necessario facienda venditori?*

1 QVòd fideiussores teneantur denuntiare, & appellare † & si non denuntient indistinctè, q non ualeant agere de euictione: & sic contraria istam decisionem ut affirmare Cor. in cons. 525. nuol. et Deciū cons. 74. diligenter ꝑ ulrib. & 162. præstantissime doctor. in prin. quibusdam iurib. ibi per eum
2 adductis: sed contra istā dec. † q emptor, & fideiussor ualeat agnoscere ueritatem, quā si agnouerit in casu, in quib. forte fuisset facta denuntiatio: utique uenditor eā succubuisset: & ualeat emptor agere de euictione, tenet Fulg. in l. si ideo in prin. ff. de euict. refert, & sequitur Alex. in cons. 67. fortificatur præfata. cum seq. 3. uol. hoc idem 10 consi. 63. 6. uol. ubi Recentiores, qui citāt Decium in cons. 698 sic consuluisse, quod si uerū esset, Decius foret sibi contrarius in casu isto: & nonnullos alios concor. adducit pro hac opinione, & maxime consilium Aym. 83. nume. 6. sequuntur etiam hæc eadem Recentiores in d. consil. Decij 74. ubi ex dictis aliorum, & maximè Antonij Rubei Alex. in repe. l. non solum §. morte. dicit hanc esse communem opinionem cum qualitate, q semper sit onus emptoris, q etiam si fuisset facta denuntiatio: uenditor succubuisset. istud idem in gloss. Paris. fol. 345. ubi dicit, q quando emptor post multum tempus egisset contra uenditorem de euictione illo tēpore quo fortè defensiones periissent: seu fuissent sublatæ, q tunc denuntiatio sera et non opitulatur, ut est casus in l. carbonianum. §. sed si quis de carbo. edicto. sentit obscure Ca-
3 pic. in decis. 106 ubi plus uoluit † quando causa fuisset dubia, q emptor non tenetur appellare: hæc enim omnia sequitur & Paris. in cons. 104. ad corroborationem 3 uol. qui etiam dicit,
4 † q fideiussor tenetur bonam fidem agnoscere: alias non recuperat expensas, de quibus quando quis teneatur bonā fidē in alijs agnoscere, suos etiam concor. per Tiraq. in retra. consangui. fol. 113. nume. 63 § 1. gloss. 18. in parua ultima impressione. Et secundum præfata semper ergo tempore meo uidi in practica haberi, & obseruari, & plures in facto obtinui, quod non obstante q non fuisset facta denuntiatio, emptor ipsum posse agere de euictione, cū si denuntiatio facta fuisset: utique uenditor auctor laudatus ēt succubuisset: & hoc maximè quia in instrumentis ponuntur nonnullæ clausulæ præfata excludē-
5 tes, una cum iuro quo † casu p p stimulum iuri ultra præfata alia denuntiatio non est necessaria sm Alc. in l. 2. §. si uoluntatem. ff. solu matrim. licet Iason, aliqualiter ipsum mordeat in l. quod te. ff. si cert. petat. in 10. col & sunt etiam alij, qui contra testantur: quos citat Capy. in dicta decisio. 106. quos uide. & de subiecto etiam huius decisionis fuit etiam habitus sermo, supra in decisio 15 uidelicet quando emptor à sententia contra se lata non appellasset: si uenditor pro suo interesse, ualeat appellare, & ipsius sententiæ executionem impedire ex sui persona. Cæs. Ursil.

DECISIO L.

De dilatione reintegranda propter iustum metum & legitimam causam.

SUMMARIUM.

1 *Rex Carolus quo tempore adiuit Neapolim cum armis, & magno exercitu.*
2 *Dilatio an debeat ampliari propter impetum armorū & iustum timorem.*
3 *Impeditus ad comparendum, an debeat protestari, ut sibi dilatio reintegretur de impedimento.*
Procurator non debet constitui ad litigandum in causis arduis, uel mitti per absentem.
4 *Bellum an sit iusta causa excusationis ad impedimentum de non comparendo allegandum.*
Impedito quo casu non currat tempus uel restitutio est sibi concedenda.
6 *Impeditus ex facto iudicis nō debet protestari, itē quādo im-*

do impedimentum eſt notorium.
Impedimētum quod ſuperuenit in termino facit totam reintegrare dilationem.
7 *Probationum facultas tempore non anguſtanda.*

IVdices magnæ curiæ Vicariæ fecerunt relationē in
ſacro cõſilio, ꝙ dicta magna curia tēpore Regis Al
phonſi ſecundi, in cauſa inter Raymundum de Pares
Catalanum, & quendã conuentum ſuper certa quan
titate pecuniæ, ut aſſeritur, debitæ ex cã intereſſe lici
ti, dedit terminũ ad probandũ nouē menſiũ ultra ma
1 re, & extra Regnũ. †Et pendente termino ꝑdicto pro
pter aduentum Regis Caroli Francorũ in hoc regno
cum magno ſuo exercitu in Anno dñi 1495. die 21.
menſis Februarij. 13. indic. Rex Alphõſus, & Rex Fer
dinandus ſecundus eius filius receſſerunt à ciuitate
Neap. & ſimiliter oẽs Catalani receſſerunt à ciuitate
Neap. & ſignanter d. Raymundus receſſit ex dicto ti
more. In die 7. menſis Iulij eiuſdē anni ueniens Rex
Ferdinandus ſecundus ꝑ mare cũ multis uaſcellis ma
ritimis, exiſtēte Caſtro nouo, & alijs fortiliciis in poſ
ſe Viceregis Francorũ, intrauit ꝑ portã fori in ciuita
tē Neap. & fuit benignè, & cũ gaudio receptus à no-
bilib. & plebeis ciuitatis Neap. demũ die 8. mēſis de-
cēbris. 14. indic. 1495 in die cõceptionis Beatę & glo
rioſæ Virginis Marię. Vicerex, & Francigenę q tene-
bant Caſtrũ nouum euacuauerunt d. Caſtrum, & il-
lud conſignauerunt regi Ferdinado ſecundo, qđ fue-
rat obſeſſum per quinq; menſes. Et recuperato d. Ca
ſtro nouo uenit ille reus cõuentus à Raymũdo prædi
cto, & petit publicatione fieri: quia lapſus eſt termi-
2 nus datus ad probandũ. †Iudices magnę curiæ ſtatue
runt, ut citetur d. Raymundus, quo citato cõparet, &
dicit ꝙ publicatio non debet fieri, imò debet ſibi cõ-
cedi alia dilatio ad examinandum: quia fuit impedi-
tus in d. prima dilatione propter prædictũ notorium
impedimentum guerrarum, & propter iuſtum timo
rem Gallorũ ſuperuenientē inimicorum Catalanis.
Iudices magnæ curiæ noluerunt concedere dic. di-
lationem petitã, & publicauerunt in cã. Et demũ fuit
concluſus ꝑ eos d. proceſſus pro parte d. Raymundi,
hr̄ infra decem dies recurſus ad ſacrum Cõſilium: q a
ſentit ſe grauatum ꝙ facta fuit publicatio & conclu-
ſio, & non fuit ſibi conceſſa dicta ſecunda dilatio pe-
tita. Conſilium decretauit more ſolito ſupplicationē,
ut unus ex iudicib. de negotio informatus requiſitis
partib. uerbum faciat in conſilio, ut prouideri poſſit,
uenit iudex magnæ curiæ, & facta dicta relatione di
xit, ꝙ ideo per dictã magnã curiam non fuit conceſſa
3 dicta ſecunda dilatio: †quia licèt contigerit mutatio
ſtatus, tñ ſemper fuit miniſtrata iuſtitia in magna cu-
ria Vicariæ: & licet d. Raymundus ſit Catalanus, de-
buit conſtituere procuratorem: quia d. cã non eſt ar-
dua nel grauis, uidelicet ſuꝑ intereſſe, quo caſu tene-
tur litigare per procuratorē: ſm̃ uerã concluſionem
Doc. in c. 2. de procu & Bar. in l. 1. ff. de diuer. & tēp.
præſcr. itē ille qui eſt impeditus dẽt proteſtari de im-
pedimento: ut dicit gl. in c. cupientes. §. ꝙ ſi per uigin
ti. de ele. lib. 6. & gl. in c. 1. & c. plerunq;. de reſcriptis.
ubi ſi quis eſt impeditus facere actũ in termino ſtatu
to, non excuſatur, niſi proteſtetē de impedimento. Idē
Ioan. & Dom. in d. §. ꝙ ſi per. & firmat Ang. in conſil.
140. incip. quidam Matthæus. & Ale. de Imo. in 2. uo
lu. conſi. 144. & eſt gl. in c. 1. §. ſi quis uerò, de pace iu-
ramento fir. & iſtam gl. ad præſens propoſitum alle-
gat Lucas de Penna in l. qui grauatos. de cenſi. li. 11.
& talis proteſtatio non fuit facta, igitur &c. Itē dice
4 bat dictus iudex, prima † dilatio fuit multũ longa: ut
patet in l. 1. C. de dila. & infra iſtã dilationē pars ipſa
non fuit uſa diligētia: q a potuiſſet obtinere cõmiſſio
nē pro partib. Vltramarinis, & guerræ & impedimē-
ta allegata non præſtitiſſent impedimentũ dictę exa-
minationi. Et ſic guerra nõ habet eum excuſare, arg.
tex. in l. qui cõmeatus. & ibi Bar. ff. de re mil & ꝓpte-
rea dicebat Bal. in l. fi. C. de adult. ꝙ tunc demum im
pedito non currit tempus, uel datur reſtitutio, qñ im
peditus fecit quicquid potuit, ne terminus curreret.
& ideo debet fieri dicta proteſtatio de impedimēto,
ut dicit tex. & gloſſ. in l. fi. C. de tempo. appel. & tenet
Bal. in l. properandum §. ſin autem. C. de iud. ut dicit
Alex. in 2. uol. conſ. 49. & Bar. in l. 2. §. ꝙ dicimus. ff. ſi
qs cant. Et licèt d. Raymundus dicat ſe recepiſſe pro
pter metũ Gallorum, tãto fortius requirebatur proteſta
tio: ut dicunt doc. in c. fi. de appel. & tãgit Philip. in c.
ex rõne, in 6. col. de app. Auditis iſtis rõnib. per Cõſi-
liũ fuerunt dictæ rõnes bene ponderatę. Et in quantũ
fuit dictum, ꝙ impeditus debet proteſtari, iſta nõ eſt
5 indiſtincte uera concluſio † pro eo, q a illa cõcluſio nõ
procedit, qñ impedimentũ proceſſit ex facto iudicis,
ſecus in aliis impedimentis: & ita decidit Fely. d. c. ex
ratione, & firmat Bal. & Ale. in l. properandum. §. ſin
autem utraque. C. de iudicijs. Item illa concluſio eſt
uera, qñ impedimentum allegatum poſt terminum
datum requiritur probationem. Sed ubi impedimē-
tum fuit notorium, prout fuit impedimentum præ-
dictum allegatum, tunc non requiritur proteſtatio
de impedimento. Ita conſuluit Pau. de Caſt. in conſi.
286. incip. uiſis his quę ſuperius, uerſ. nec obſt. quod de
buerit. 9. col. & Alex. in d. §. quod diximus. Item dicta
cauſa ſuper inten fle non erat leuis, ſed ardua: q a in-
tereſſe erat māſtrum, prout petebatur: & ſic uertebatur
tur magnum ꝑiudicium, ideo ſecundùm ueram cõcl.
Hoſt. & Abb. in d. c. 2. abſens non tenebatur mittere
procuratorē. Nec obſt. ꝙ non fecit ſuã diligentiã: q a
illa datio termini ad probandũ fuit parum ante aduē
tum Regis Caroli, ita ꝙ non potuit obtinere literas
6 cõmiſſionales magnæ curiæ. †Nec eſt in conſidera-
tione, ꝙ dicta dilatio fuit longa: quia fuit de iure: ut
in d. l. 1. C. de dila. & ideo uolunt iura, ꝙ ſi pendente
termino ſuperueniat impedimentum, tota dilatio de
bet reintegrari, ut in l. ſi ita ſtipulatus. ff. de uerb. obl.
not. in clem. 1. de reſti. in integ. & in l. ab hoſtib. §. ſed
quod ſimpliciter. ff. qui. ex cau. ma. in l. fin. ff. de ferijs.
Idē dictum impedimentũ põt dici, ꝙ ſuperuenit ex
facto iudicis: quia fuit Rex Ferdinandus primus, &
eius iudices impediti ꝑꝑ dictam guerrã Gallorum,
ob quorum timorem Rex ipſe Ferdinandus receſſit,
tunc non tenetur proteſtari: ut ſupra dixi allegando
Fel. in d. c. ex ratione. in 7. col. de app. facit l. quæſitũ.
ff. de re iud. hoc ẽt firmat Fel. in d. c. tranſmiſſa. de prę
ſcrip. & Petr. de Anch. in d. c. cupientes § ꝙ ſi per 20.
7 Ideo fuit uiſum dñis de Conſilio, ꝙ iudices magnę cu
riæ reſciſſa concluſione debet actori prouidere de cõ
petenti dilatione: cum nulla calũnia imputari poſſit
ipſi Raymũdo, nec eius aduerſarij factum eſt deterius
ex hoc, & ne facultas probationum tempore anguſte
tur. l. quoniam C. de hæreticis. ff. de teſt. l. currēt. c. di-
lecti. de teſt. ſtantib. impedimentis allegatis notorijs.

ANNO-

ANNOTATIO

IN DECISIONE L.

1 *Quando impedimentum uenit facto iudicis quod protestatio sit necessaria: secus in aliis impedimentis, & an hæc sit communis opinio contra Affl.*

2 *Quando impedimentum uenit in 1. fatali ut obtineatur secundum fatale; non est opus in integrum restitutione: secus uerò si impedimentum uenit in secundo fatali quia tunc ad obtinendum aliud tempus, non solum opus est in integrum restitutione: sed oportet habere recursum a dsuperiores.*

3 *In sacro consilio raro, aut nunquam declaratur appellatio deserta: quin saltem ante aliqualiter de odore causæ cognascatur, & ponitur casus in fato, an secundũ fatale debeat peti, & obtineri infra primum secundũ opinionẽ Affl. in cõstitutione Regni, appellationũ tpã.*

1 Circa primã conclusionẽ huius decisionis † quatenus Affl. concludit quod quando impedimẽtum uenit facto iudicis: non sit necessaria protestatio: aduerte quia cõtra uidetur esse cõmunis opinio, prout uoluit Filip. Frã. in d. c. ex ratione. col. 3. & post eũ Dec ibi in 7 col. uer. quintus & ultimus casus. & Ale. in d. l. properandum §. sin aũt. utraque; hic allegata per Affl. dicunt totum cõtrarium de his ad quæ eos citat, quod licet in aliis impedimentis quã facto iudicis uenientib. non sit necesse protestari, tñ qñ impedimentũ ipsum uenit facto iudicis: ex quo pro ipso præsumitur, tunc est necessaria protestatio, & dicunt hanc esse cõẽm, referunt ẽt imò de facto obtinuisse contra quẽdã impeditum facto iudicis: qui fuit passus labi tps sine aliqua protestatione in cã appellationis, quod propterea fuit declarata appellatio deserta, bene uerũ, quod las ibi in q. 1. humaniorum opini. esse, quod quãdo constaret de impedimento, non fore necessariam protestationem, quod dictum in impedimẽto notorio, prout erat hic, in casu huius decis. affirmat Dec. in cons. 356. aliàs adducto cum concor. supra in dec. 29. ubi est eadem quæstio, de qua hic, & notorium impedimentum esse, quod cõstat ex actis, & sufficit ipsum allegare sine protestatione, & fuit ẽt dictum in decis. 28. 1. col. istud idem uĩ sectari Aym. in consil. 253. responsione ad dubia, ubi ultra hæc citat Alex. in cons. 92. 1. uol. col. pen. hr etiam p glo. in d. l. 1. §. quod dicimus. 3. col. ff. de no. op. nume. Goz. in cons. 66. decreueram omnẽ. 8. idem Alex. in cõs. 124. uisa scriptura. col. 2. uers. & licet 5. uol. licèt ibidem Recentiores uideantur uelle contrarium, non aliter distinguendo de impedimentis uenientibus facto iudicis à reliquis impedimentis, de quib. pulcre loquitur Arc. in cõs. 16. col. 2. præsupponitur in facto & cum ista opinio cõis (prout ẽt ex dictis Tiraq. trat. retra. consan gl 3. & ult. §. 9.) ubi citat alios cõcor. & Affl. hic pro opin. contra fol. 154 in parua impressione colligi potest de dictis Recentiorum etiam Sebast. Vant. in tract. nullit. fol. 98. num 136. qui etiã tenet cum Affl. hic nõ uĩ curandum, sed tñ in præfatis puto aduertendum ad unum in subiecto appellationis, quod quatenus Ale. & cæteri scribentes

2 in d. § sin autem † dicãt, quod quãdo stat per iudicem tempus appellationis non currere, & nõ fore necessariã in integrũ restit. per tex §. hoc quoque in auth. de tempo. appell. qui dicit, nullum præiudicium partib. generetur, quod istud intelligatur, qñ impedimentum uenit in 1. fatali, ut obtineatur secundum fatale, secus uero si impedimentum prætendatur interuenisse in 2. fatali; nam tunc ad obtinendum aliud tempus, necesse est, habere recursum ad superiores in petendo & obtinendo in integrum restitu. prout consuluit Alex in cons. 72. uĩ prima consideratione 3 uol. circa fi. refert & sequitur Cur. Sen. in cons. 24. super eo quod per me. col. fi. ubi uocat Alex. aureum doctorem, & cum eis conuenit etiam Dec in cõs. 436 per totum, idem in consi. 677. uisis & consideratis omnibus, & ego de facto præfata obtinui in regia camera summariæ in cã illorum de porta de ciuitate Neptuni cum illis de S. Blasio anno 1556. die. 12. Feb. cuius fuit actuarius Nardus Antonius pello Rizzo Quæ

3 licèt uera † esse uideantur de iure, iã in sacro cõsilio raro, aut nunquam solet declarari appellatio deserta, quin saltem prius aliqualiter cognoscatur de cã principali, sed tñ hodie q. est 24. Decemb. 1562 in quadam cã cuiusdã Antonii de Rosa fuit declarata appellatio deserta sniæ magnæ curiæ uicariæ, & hoc nõ obstante, quod cã appellationis de anno 1554. fuisset p ipsum Anto. mediante decreto sacri consi. introducto in eodem sacro cõsi. & hoc nõ aliter uisis, seu auditis meritis ipsius causæ, ex quo fuerat elapsum magnum tempus post dictam introductionẽ. & appellans non curauit cãm expediri facere. actuarius Valla-

4 ta. Et insuper quia supra. fuit conclusum † quod in aliis impedimentis excepto impedimento facto iudicis, non fore necessariam protestationem ad obtinendum 2 fatale, propterea nescio quo potest procedere dictum Affl. in const. reg. appellationum. tempora. nu. 18. uolentis secundum fatale debere obtineri, & peti infra primum, & doceri de impedimento, aliàs posse declarari appellati. desertã, ex quo ad obtinendum secundum fatale non requiritur protestatio, neque declaratio prout concludunt Francus in d. cap. ex ratione sol. 1 ãdem Card. fo xx. prout supra fuit notatum. Cæs. Vrsill.

DECISIO LI.

De recursu ad superiorem laudantis in compromisso.

SUMMARIUM.

1 *Recursus ad superiorem laudantis in compromisso an fieri debeat.*

2 *Reductio ad arbitrium boni uiri habet se ad instar appellationis.*

Appellatio a sententia iudicis recurrit ad superiorem iudicantis.

3 *Literæ Regiæ psumendum est quod pcesserũt de iustitia.*

1 Item fuit dubitatũ, † si reus est de foro Regiæ Cameræ, summariæ, & actor de foro sacri cõsilij, & cõpromittunt causam in unum de cõsiliariis, & ille profert laudum. Verum iudex reductionis ad arbitriũ boni uiri erit Regia Camera, de cuius foro est reus, uel est sacrum Consilium quod est iudex ipsius arbitri.

Certè parum dubitationis habuit hoc dubium, per id quod consuluit Ludou. in cons. suo 65. ubi pro hac opi. scilicet quod ad arbitrium iudicis competentis pronuntiantis laudũ recurrendum est, allegat consilium Bart. quod incipit, uisis consiliis famosorum doctorum. Archi. 2. q 6. non ita. Anto. de Butri. in ca. quod clericis, de foro comp. Bald. in l. præcipimus. cum

2 fi. de appell. † Et facit talis ratio secundũ Lud. reductio ad arbitriũ boni uiri hẽt se ad instar appellationis, ff. de arb. l. nõ distinguemus §. cũ quidã. Sed cũ appellatur a snã iudicis, semper recurrimus ad supe-

2 riorem iudicantis a d. l. pcipimus. ergo ad superiorẽ laudantis est recurrẽdum, & non respiciuntur in hoc litigantes: sed psona a quo. Idem firmat Ioa. And. in c. statutum. de rescript. li. 6. Et quia in discussione huius articuli uenit litera dominæ Reginæ, quod cõsiliũ procedat. Propterea iste articulus remansit non conclu-

3 sus per Consilium. Tamen ego credo, † quod dictæ literæ dominæ processerunt de iustitia, quia sic præsumẽdum est iuxta no. in c. q in ecclesiarum, de cõstitu.

ADDITIO.

a *Superiorem iudicantis.*) Iudex appellationis a laudo erit superior arbitri, qui laudum protulit, & non actoris aut rei. uide omnino dom. Ant. de Alc. in l. 2. C. ubi & apud quem cogn. restit. in integr. agitan. sit. 2. col. Tho. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE LI.

1 *Petitio reductionis ad arbitrium boni uiri, coram quo fiat, seu petatur.*

2 Peti-

1 *Petitio reductionis ad arbitrium boni uiri, seu ista reductio an sit ad instar appellationis.*

3 *In compromisso necessario ex forma Regiæ pragmaticæ coram quo iudice ista petitio recognitionis fiat.*

4 *Ratione connexitatis quæ fiant.*

1 VIde † q ista petitio reductionis ad arbitrium boni uiri du

2 arbitramento seu laudo, sit ad instar appellationis † qd' tenet Abb in consi.2.nu.j. lib. & q ad superiorem arbitrantis recurratur, qñ ista reductio petitur, & sic cum ista decis. concordat Fel.in c.1.3.col.de præsump. Parisius in consil.45. satis concludenter.num.13.j.uol.sed contra istam decisionem, q nō ad iudicem, siue superiorem arbitri recurratur pro præfatis sed ad ordinariū Rei, qñ executio laudi petitur. est tex. l. cū antea. in uers.in hac quidem regia C.de arb. item q qñ petitur ista reductio, quod ad ordinariū ut supra accedat, firmat Alex. in consi.151. in cā uertente j.col in 2. uol.ubi Recentiores, qui alios cōcordantes citant, & inquione hanc esse cōem, firmat ēt Maran.in suo speculo, parte 6.nom.26.fol.149.sed uide: quia dicta hæc per Affl. possunt saluari, qñ non sumus in cōpromisso uoluntario, quo casu præfata uidentur procedere, nam tūc qñ petitur ista reductio, accedatur ad ordinarium Rei: ut supra, prout uidentur uelle doctores citati pro ista parte, & uoluit ēt Ioan. Ferrarius, uulgo detto la pratica Papiense, in forma libelli qñ agitur ad pœnam cōpromissi; in uerbo nec reductio, fol.61.

3 † sed qñ sumus in compromisso ex forma alicuius statuti, seu legis municipalis, ut est regia pragm. edita hic, nā tūc ille erit iudex reductionis, qui & appellationis. prout uoluit Papiensis in loco supra allegato, licet pragmatica ipsa in oib. compromissis uelit adiri iudicē loci, ubi laudum latum fuit notaui j. in decis. 122 & secundum hæc dicas conclusionem (ut supra) firmatam per Affl. procedere in compromisso necessario, aliàs non bene secundum præfata, & q qñ super duo iudices qui tulerunt sniam, recurratur ad iudicem superiorē iudicis delegati, ut si cā fuisset commissa Inquisitori, & ordinario, q appellatur ad Papā superiorem Inquisitoris, & non ad Metropolitanum, affirmat Abb. Cæterū scribentes l. in c.super q.5 in uerso.de off.deleg.Moder. Benuenuti in tract.de mercatore fo. 53.nu.34.sunt alii quos pulchre adducit Silua nup.in 2.dubio quo iudicandū sit fol 524.nu. 38. ubi ēt plena maria post Fel. in c.j.de præscrip.

4 † Quæ possunt fieri ratione connexitatis, de quibus etiam infra in decis.213. & secundùm ista uidentur intelligenda quæ uoluit Couaruuias in q.12.lib.2.car.552.quem postea uidi. Cæs.Vrsil.

DECISIO LII.

De probatione exceptionū solutionis & præscriptionis.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad probandum solutionis & præscriptionis exceptionem in uim dilatoriæ an concedendus.*

2 *Exceptio præscriptionis debet esse liquida, ut processum impediat.*

IN causa iliorum de Vespulis fuit dubitatum, † Vtrum debeat dari terminus ad probandū exceptionem solutionis præscriptionis in uim dilatoriæ, qñ in uim dilatoriæ sunt oppositæ; quoniā pōt opponi in uim peremptoriæ, iuxta nō per Bar.in l.fi.ff.pro suo.& per Bal.in rep.l.2 ff.de iureiur.col.22. & per Bart. & Ang.in l.emptor.ff.de præscr.long.temp.& per Guil. de Cu.in l.eleganter §.si quis post.ff.de cond.ind.& aliquid per Bal.in l post mortem ff de adop. & p Iac. But.in l.intra utile ff.de min.& p d. de S. Gemin.post alios in c.1.de lit conte.lib.6.& Bal.in l edicto.23. oppo.C.de edi.diui Adri & per Bal.in auth. nisi triennalis.C.de bon.mat.Ang in l.post decisionem C. de fur.& in Spec.de except.§.dicto.& per Ioan.And. in addit.Specu.in titu. de dilat. in additione, opponi possunt. & in aliis iotis allegatis per Alexan.in apostil.in dicta l.fin.ff.pro suo.

2 † Fuit conclusum per sacrum Consilium, q ex quo requirunt dictæ exceptiones altiorem indaginem, reseruentur ad merita per not.per Bart.in l.ille a quo, §.si de testamento.ff.ad Trebel.& l.nam postea.ff.de iureiuran.nam exceptio præscriptionis debet esse liquida, ut impediat processum, ut dicit Bald.in l.per hanc.2.col. C.de temp.app. & fuit dictum, quòd ita aliàs fuit iudicatum in Consilio.

ANNOTATIO

IN DECISIONE LII.

1 *Exceptio præscriptionis non impedit compromissum.*

2 *Quando causa committitur, ut quis eam determinet, uel cognoscat ut uir æquus. debet reijcere exceptionē præscriptionis.*

3 *Præscriptio inducta per statutum an impediat compromissum.*

4 *Exceptio litis pendentiæ coram episcopo præiudicialis ad causam intentata coram iudice laico. Item exceptio notoriæ in iustitiæ iusiurandi, & quem de euictione tenet actio, an excludant compromissum?*

5 *Quæ exceptio dicatur requirere altiorem indaginem, et quod dicatur instrumentum liquidum.*

1 QVòd exceptio præscriptionis † nō impediat cōpromissum fieri, cōsuluit Dec in cōs.22.pro tenui facultate.nu. 3. ad quæ facius, q̄ sueuiunt notata l.iudec.19.in prīcipio q̄ adeo exceptio præscriptionis non uidetur impedire compromissum,

2 † q si causa committatur alicui. q habeat cognoscere ut uir æquus, quod per hoc uerbum iudex debet reijcere præscriptionem. Cotta in uerbo præscriptionis exceptio, sequitur Socin. in consi.86.cōsiliis nostris.col.pen.no 10. q dicit, præscriptionem remedium impiissimum, ex quo quis tractat de lucrando cū aliena iactura: & huius opinionis, q exceptio præscriptionis non impediat compromissum, fuit Corn.consi.117. licet in hac consultatione.in fine in 2.uol.& licet præfata ueracissime uideantur, pro ut semper tempore meo uidi iudicari in sac.Regio consi. tamē idem Soc in consti. 203.captendo prima.nu.4.in fi. in 2. uolū. ait

3 † exceptionem præscriptionis inductā per statutum habet impedire cōpromissum; ubi etiam aliud affirmat, & male, q hæres non tenetur exonerare conscientiam defuncti contra ea q̄ fuerunt dicta supra in d.decis.13.& infra in decis 240. & idem Soc. in consi.350 potens Deus adsit.nu 20.primo uol. affirmando † q exceptio litis pendentiæ coram epo præiudicialis

4 est ad causam intentatam coram iudice laico. item exceptio notoriæ iniustitiæ iurisiurandi: quē de euictione teneri actio & præscriptionis impedire compromissum lege (si placet) ipsum quia uī bene loquutum, & in terminis pragmaticæ odia litiū. in omnibus casibus præfatis excepto casu præscriptionis ut s.

5 Quæ autem † exceptiones dicantur requirere altiorem indaginem, declarat Bar. Ad reprimendum in uerbo summarie, habetur per hunc nostrum Affl. in const. reg. exceptio dilationis, Cassa in consue.Burg de censia, sub. 11.fol. 363. ubi qn dicatē instrumētum liquidum, quid autem sit exceptionem ad merita reseruare, explanat Hyp.in sing.696. Cæs. Vrsil.

DECISIO LIII.

De actionis mutatione coram iudice ad quem.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum minus solenne an probet.*

2 *Actio in appellatione an possit mutari, & iudex super ea ualide pronuntiare.*

Iudex

Iudex ad quem, an possit cognoscere ultra ea, quæ cognouit iudex a quo.

3 *Electio iuris incompetentis non nocet iuri, quod ignorabatur competere.*

QVidam de Pistoribus egeruut contra certos hæredes ex testamento ad quandem terram uigore legati cõtenti in testamento prædicto, illi hęredes conuenti dicunt non teneri ad restiturionē, illi
1 actores producunt testamentum. † Et quia reperitur illud testamentum esse minus solenne, de consilio do. Io. Carduini fuit ꝓnuntiatū conuentos absoluēdos esse. Appellatur ab ista sententia, & per uiā principalis petitionis illi de Pistoribus agunt petitione hr̄ditatis contra illos conuencos, dicentes hr̄ditatem illius testatoris spectare ad eos, tanquam proximiores in gradu ab intestato, & petunt totam hæreditatem concluso processu: quia pro parte conuentorum nihil fuit oppositum, fuit dubitatum.

Vtrum isti agentes primò ex testamento contra hr̄des ex testamento, ꝙ succubuerunt in prima instātia, & postea ab intestato in causa appellationis, petierunt totā illā hr̄ditatem ab intestato, & probaue-
2 runt incūbentia. † Si sacrum Cõsiliū possit super hoc ꝓnuntiare, ex quo iudex ad quē nõ cognoscit, nisi de eo qđ cognouit iudex à quo, secundū Bar. in l. 1. C. si aduersus liber. notat i Leos, C. de appel. l. fi. ff. iud. fol. Fuit cõclusum, ꝙ sic, ꝑ tex. in l. si mater decedēs. ff. de inoffic. test. ubi ille q agit uirtute testamēti, quod nõ ualet, & succumbit, põt agere ab intestato; quia illa cõfessio fuit erronea, & sic ꝑ ignorantiam, qa testm̄
3 est inualidū, † & per electionem iuris incompetentis, non uidetur renuntiasse iuri, quod ignorabat sibi cõpetere, ut declarat ibi Bar. & sic põt agere ab īestato. Vnde fuit uotatum, ꝙ stante nullitate testamenti illis actoribus cõpetit successio ab intestato in hęreditate præfati testatoris tanꝗ proximiotibus in gradu neutram partium ex causa in expensis condemnando.

ANNOTATIO

IN DECISIONE LIII.

1 *Quando quis agit ex testamento, quod credit solenne: ꝙ ualeat agere ab intestato, etiam si errasset in iure.*
2 *Quando extraneus agens ex aliqua scriptura eligit unum de remediis sibi competentibus, an ualeat postea uariare?*
3 *Filius qui dixit testamentum patris inofficiosum, & non obtinuit, legata relicta in testamento amittit, an ualeat desistere ante sententiā in causa appellationis.*
4 *Agens ex testamento; an teneatur in totum illud approbare, &c.*

1 ET quod † qn̄ quis agit ex testamēto, quod credit solemne si succumbat, ꝙ mox ualeat agere ab intestato, affirmat Batt. in l. Clodius. ff de acq hære. iux terminos istius deci. ampliās hæc procedere, & ꝙ iste in iure errasset. licèt Alexan. ibid. in addi. contrarium uideatur asserere per tex. l. fi. C. de codi. ubi extraneus agens ad hæreditatem ex testamento, nū põt postea agere ex codicilis: quod qualiter procedat, sunt expositiooes j. in dec. 134 sed dicas Bart. non dicere illud ad quod
2 Alex. ipsum allegat: nisi quando quis † extraneus agendo ex una scriptura elegisset unum de remedius sibi competentib. ꝙ tunc uariare non põt, secus si ex diuersis iuribns. s. ex testamento, quod credit solemne, & mox agat ab intestato: nā põt hoc facere, ut hr̄ in ista decis & ita dicit Bar. in d. l. Clodius. 1. col. uoluit & Rom. in cons. 125. mater & soror. & Dec. in cons. 530. uiso puncto. num. 10. ubi Modero. q citant Affl hic. Iasin cõnsi. 167. 4. uol. colum. 4. latius Roer. in decis. 33. & ista quæstio. nume. 12. & hoc saltem io coniunctis personis. And. in tet minis d l. mater ff. de inoffi. testamen in c. j. § porrò. quarta col. in princ. nume. 27. in uerbo pro quo est quia qui ignorat, quę sit prima cau. bene. ami Paul. consi. 95. num. 10. 3. uolum. Huic concor. sunt per Tiraq. in l. si unquam. in princ. num. 96. C. de reuo dona & secundum hæc intelligas, quæ uoluit Alexā. qui contrarium uidetur sectari io consil. 121. uiso processu causę. primo uol. quando autem quis succumbit io iudicio summario, an ualeat agere in ordinatio? declarat Dec. in consi. 96. uiso puncto io princip. ibi etiam quod illa tria requiruntur ad hoc ut obstet exceptio rei iudicatæ. primum quod idem petatur. secundum ꝙ sit idem modus agendi: tertium quod sit eadem identitas personarum l. cum quæritur. cum seq. ff. de
3 excep. rei iu. & insuper in præfatis si placet † nota unum. quod qn̄ filius dixit testamentū patris inofficiosum: & nõ obtinuit: id quod ex testō est consequuntus, nõ amitti, si destitit post sententiam in causa appellationis, tex. l. Papinianus. §. meminisse. ibi Pau. de Cast. post glo ff. de inoff. test sequitur hæc Sebas. Van-
4 tius in suo tract. nullit. fol. 63 nu. 51. Et ꝙ agens † ex testamento teneatur io totum illud approbare. Alc. in consi. 123. col. 5. 1. uolum. quē nescio, si bene ipsum citat Gramma. in cõs. 145. in ciuilibus. sed uideas opulēter in omni scriptura, quæ uoluit cumulando Tiraq. in tract. conuentionali, fol 30 2. in fine tiruli nu. 4. & in retract. consanguineorū, fol. 12. in parua ultima impressione: quando autem qui egit uia incompetenti an debeat sequi absolutio? sunt annotationes s. deci. 6. Cæs. Vrsil.

DECISIO LIIII.

De pignorum custodia & illorum amissione.

SVMMARIVM.

1 *Custos bonorum mobilium, ut hostium ereptorum, & an sit in dolo, & actio cõtra eum possit mutari, & agi criminaliter.*
2 *Superioris factū cēsetur casus fortuitus.*
Latronum uis, & exercitus est casus fortuitus.

1 QVidam Casinus † coram do. Bernardino de Valle Regio auditore conueniri fecit magistrum Ans ꝓxenetam Anglicanum actione ciuili ad restitutionē certorum bonorū mobiliū ꝑditorum in domo Ans, culpa & defectu ipsius Ans. Et examinatis certis testib ad informationem, & earcerato ipso Ans, d. Casinus mutauit actionem, & egit criminaliter, ꝙ dolo uersatus est in illis bonis, dando bona illa in prædam tēpore quō intrauit Rex Ferdinandus, quo tpe bona Gallorum iuerunt ad saccomen dū per illū diem de facto, ex quo prętendebatur, ꝙ Casinus erat Gallus, uel partialis Gallorū, & dato termino ad ꝓbādū in hac actione criminali: & repertis testibus legitime & aliis
2 testib. examinatis, hinc inde fuit facta cõclusio, † fuit uisum, ꝙ ex ꝓcessu nõ apparet, ꝙ Ans fuit i dolo, nec in lata culpa: cõmissa per aggressum, imò ille casus fuit fortuitus, per l. si merces, §. uis maior, ff. locati. et quia superioris factū cēsetur casus fortuitus, ut est tex. in l. Lucius ff. de euictio. & uoluit Alex. in 2. uol. cons. 220. & Bal in l. q fortuitis, de pig. act. dicit, ꝙ uis latronū. & uis exercitus est casus fortuitus. Iō fuit conclusum, ꝙ liberetur a iudicio criminali, saluo Casino iure ꝓsequēdi litem ciuilem.

ANNOTATIO

IN DECISIONE LIIII.

1 *Factum principis censetur casus fortuitus, penitus insolitus: unde si quis promittit integre soluere, emendam*

dam aliquam non petere etiam respectu casuum fortuitorum, uidelicet pestis, belli cum clausula generali, tamen factum ipsius principis non uenit in tantũ quod etiam defalcationem damni, non obstantibus præfatis petit.
2 *Qui principi obedit, est excusatus.*
3 *Promissio quod quis non teneatur de facto principis: non ualet.*
4 *Factum principis an semper dicatur casus fortuitus?*

1 QVòd factum principis †censeatur casus fortuitus, peni-
tus insolitus in tantum, ꝙ etiam ꝙ quis promittat inte-
gre soluere, & emendam aliquam nõ petere: etiam re-
spectu casuum fortuitorum specificando aliquos casus fortui
tos: uidelicet, respectu belli, & pestis cũ clausula gñali, ꝙ factũ
principis non comprehendatur: adeo ꝙ istis non obstantibus
emẽdam valeat petere: affirmat Aymo in cõs. 93. nisis his. ubi
2 citat Affl. hic. hoc idẽ latius in consi. 233. In proposito casu †q.
etiam dicit quem excusatum, si principi obedit: & ad contra-
riũ factum ipsius non posse se quempiam obligare. se in præfa
tis ascribit Ruinus in consilio 147. 4. nolu. sed notarii creden-
tes euitare præfata hodie ponũt uerba in instrumentis, ꝙ te-
3 neatur quis †ẽt si fuerit factum principis, mutatio status, iudi
cis imprudentia, quod pactum non ualet secũdum Aym. in lo
cis supra citatis, alegãdo Bal. in consi. 395. pro domino Dinal-
do. lib. 2. nota dictum consilium 233. quia pulcrum in isto sub-
iecto, & multotіes audiui in causis adduci: ꝙ uerba, ꝙ quis ꝓ-
mittit defendere a collegio, & uniuersitate intelligantur secũ
dum subiectam materiam, tenet Alex. in consi. 127 uiso instru
mento. quinto uol. col. 2. & de subiecto istius decisionis, quã-
4 do quis teneatur de casu fortuito †sunt annotationes infra la
tius in decisione 130 & ꝙ depositarius, & alius etiam exigens
pecuniam curiæ non teneatur de casu præfato fortuito. Deci.
in consi. 473. quæritur in effectu. ubi etiam an furtum dica-
tur casus fortuitus? Cæs. Vrsill.

DECISIO LV.

De probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Probationes factæ dilatione finita an ualeant.*
2 *Probationes factæ etiam sine dilatione data ualent.*

1 TEmpore †Regis Francorum in quadam causam
fuit datus terminus ad ꝓbandũ & nihil factũ est,
& dilatio fuit decursa, expulsis à ciuitate Neap. Gal-
lis p regẽ Ferdiuandũ. sine alia dilatione, factæ fuut
ꝓbationes. Quęritur, uerũ talis ꝓbationes ualeant. ui
2 debat ꝙ non †Quia dilatio fuit data p iudices Regis
Caroli, q nullã habebãt iurisdictionẽ iuxta decretum
Regis Ferdinandi primi, q annulauit oia acta & pro-
cessus ipe Regis Caroli, licet ꝓbatio fuit facta tẽpo-
re Regis Ferdinãdi. Fuit pariter cõclusum, ꝙ tales ꝓ
bationes ualent: qa ualent probationes factæ etiam
sine dilatione data, ut dicuut Bar. Ang. Bal. & Ale. in
l. fi. ff. de feriis, & Bal. in l. 1. C. de dilat. Ant. de But. in
c. licet causam. iu priuc. de probatio.

ANNOTATIO

IN DECISIONE LV.

1 *Probationes ualent sine dilatione, & iudex procedendo in causa, non datis dilationibus: dicitur partem grauare: & propterea si non appellatur, ualet sententia.*
2 *Sententia quando dicatur nulla, quia data causa non cognita.*
3 *Ex quibus causis sententia possit dici nulla, sunt remissiones.*

1 QVòd probationes ualeãt †sine dilationẽ: sequuntur Abb.
Fel. & omnes in c. ecclesia S Mariæ. nu. 13. & 24. de consti
tu. ubi pro hoc Fel. citat Bart. in l. in crimine. ubi etiã Bal.
ff. de adul. ubi etiam quod quando iudex procedit non datis dĩ
lationibus: quod grauat, & si non appellatur, ualet sententia,
2 ubi etiam quando sententia dicatur nulla † quia causa nõ co-
gnita fuit lata festinãter, sequitur præfata Decius in cons. 293.
in causa illorum, alias istorum. prima col. licet cõtra hæc quod
sñia, & laudũ sint nulla: qñ fuerit lata nullis factis ꝓbationib.
ẽt si fuerit cõfirmata: uoluerit Bal (quẽ uide si placet,) q. a mira
biliter loquit in cõs. 315. ꝓponitur, ꝙ quoddam compromis-
sum. 2. col ver. sed ponamus. 3. uol. ubi ẽt dicit nõ mereri execu
3 tionẽ †triginta nullitates annulantes sententiam &c. enume-
rat Card. in c. dilect. de appell licet Sebast. Vantius faciat ꝓpriũ
tractatum de præfatis. Cæs. Vrsill.

DECISIO LVI.

De priuilegiis.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium maius trahit minus.*
2 *Fori priuilegium maius attenditur.*
Priuilegiator anteit priuilegiatum.

FVit die 19. Maii decretum per sacrum Cõsilium,
1 †ꝙ notarius Melchiou de Troianis tanquam de se
quentibus sacrum Cõsilium possit trahere rerum de
foro Admiracrę, sicut põt trahere curialis magnæ cu-
riæ vicariæ & Regiæ Camerę summariæ per argumẽ-
tum, de quo minus vr̃ inesse: ergo de quo magis &c.
uam magis est priuilegiatum Regium Cõsilium, qđ
repræsentat ipsum Regem, q̃ priuilegium curiæ Ad-
2 miracræ. †& sicut tẽditur, illud priuilegiũ fori, qđ est
maius, ut dicit Bal. in auth. habita. in §. uerũ. in 2. col.
C. ne filius ꝓ parte. in illa quęstione, qñ priuilegiatus
cõcurrit cũ priuilegiato &c. attenditur ergo quis est
priuilegiator, ut dicit Luc. de Pen. in l. ne ad diuersa
C. de silẽtiariis. lib. 12. & ibi ponit unam bonã distin
ctionẽ Iacob. de Are. ultra illam, quam ponit Cyn. in
auth. quas actiones C. de sacrosanct. eccle.

ANNOTATIO

IN DECISIONE LVI.

1 *Si priuilegiatus conueniat alium priuilegiatum, an tũc priuilegia conquassantur?*
2 *Vocatus ad maius tribunal, seu auditorum, non potest dici contumax, si deserit minus.*
3 *Quando concurrit priuilegiatus cum alio priuilegiato: attenditur qui est magis priuilegiatus.*
4 *Quando locus pius est grauatus de restituendo alteri loco pio, attenditur quis locus sit magis pius circa quartæ detractionem &c.*

AAde, ꝙ contra conclus. hic firmatam uĩ dicere idẽ noster
1 Affl. in const. reg. statuimus. nu. 14. ubi inquit †ꝙ si priui-
legiatus, ut est pupillus: cõuenit alium priuilegiatum, nõ attẽ
dit q. s sit magis priuilegiatus, ex quo tex l. unicę, qñ Impe. inte.
pupi. & uidu. nõ distinguit: nec nos distinguere debemus, sed
ꝓ conclusione huius decisionis, quam credo ueram, facit tex.

l. contra

2 l.contra pupillum §.qui ad maios auditorium.ff.de re iu.†ubi quis non pōt dici contumax:si uocatus ad maius auditorium, deserit minut.& sic attendit maius tribunal de iure ēt hī ꝙ qñ concurrit priuilegiatus cū alio priuilegiato: ꝙ magis priuilegiatus pfert l.si uēnt.§.in bonis.ff.de priu.creditor.l.si hoīem, § quoties.ff.deposit.cū simil.quę notaui ī in decis.190 & 306.
3 & magis in specie:†ꝙ qñ concurrit priuilegiatus cum alio priuilegiato,attendatur,ꝙ magis priuilegiatus debeat præferri, affirmat Ale.in l.Marcellus.prima colum ff.ad Trebel.io illa
4 quæstione,†an si locus prius est grauatus de restituendo alteri loco pio:detrahatur quarta,q̄ non detrahitur,secundum cōmunem opinionem a legatis pius.auth. similiter.C.ad legem falcid.& uoluit ibidem Alex.q̄ concludit detrahi, nisi concurrat magis priuilegiatus: quia tunc non fit detractio. & uide etiam Capy.in decis.6.& notat Affl.in d.const.statuimus num. 14.ꝙ reus pupillus præferatur. uide etiam aliqua infra in d. 321. Cæs.Vitil.

DECISIO LVII.

De incendio domus uicinæ, & qui ad illud tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus an & quando teneatur de incendio domus contiguę ad suam 10.*
Locatarii quando teneantur de domo combusta.
2 *Locatarius ut ab incendio excusetur, quid probare tenet.*
Incendium unde prouenisse præsumatur.
3 *Coniectura in incendio necessariæ.*
Casus obscuri & ambigui per indicia probantur.
Culpa habitantis cessantibus coniecturis præsumitur in incendio.
4 *Sententia absolutoria ferri debet, quando non clare constat de principio ignis.*
Ignis habitanti non imputandus, cum habet causam ab incerto auctore.
5 *Incendii periculum non transit in dominum per factum familiæ, aut familiaris, uel hospitis.*
Incendium ut plurimum culpa habitantium cōmittitur.
6 *Ignem fuisse inmissum an sufficiat probasse, non probante incendiario.*
7 *Dominus an teneatur de incēdio per famulam immisso.*
Culpa leuissima in omittendo.
8 *Domum ex culpa omissionis commissum non in actione l.Aquilię.*
9 *Intellectus ad §.si fornacarius l.si seruus seruum, ff. ad legem Aquiliam.*
Illatio non fit ex diuersis.

ILlo die, quo Rex Ferdinandus secundus fuit cum magno gaudio receptus per Neapolitanos expulsis Gallis.s.die 7.Iulii.13.ind.1495.fuit cōbusta q̄dam domus domini Raynaldi de Mirabilis ꝓperutā Catalanam alteri locatam,& iuxta istam domū erat domus alterius,q̄ tenebat locatā q̄dam Baptista hostulanus.in qua domo.s.Baptistæ Hospitabant certi pedites d.Regis,q̄ fecerūt ignē in corticella dicti hospitii,ubi ipse Baptista per duos annos solitus fuit ibi ignē moderarū facere causa assandi carnes:& d.Raynald.prætendit in suo libello, ꝙ culpa & defectu Baptistæ sua domus fuit combusta,& de hoc nihil est ꝓbatum:imò ꝓbatum est,quod Baptista tunc erat extra domum:quia erat in defensione ripariorū contra
1 Castrum nouum.†Et cōcluso processu fuit dubitatū, utrum sit aliqua ꝑsumptio,uel cōiectura, ꝙ ignis uenerit & principiū habuerit ex domo Baptistæ,ut ipse teneat̄ emendare domum uicini cōbustam. Et certè non probatur sufficienter, ꝙ incendium ortum habuit ex domo Baptistæ. Imò iuris præsumptione dicendum est, ꝙ domus domini Raynaldi combusta fuit ad habitantibus in ea,& sic tenentur locatarij,ut est tex.in l.si uendita.ff.de peri.& commo.rei uend.& in l.si modo nulla.ff.de leg.1.ita tenet Bal.in 1.uol.cōsiliorum.cons.13.inci.factum quæstionis tale est &c.
2 Subdens,†ꝙ locatarius ut non teneatur de incendio, habet probare,ꝙ casu fortuito fuit factum incendiū, alias præsumitur eius culpa l.si a bonæ fidei.§.1.ff.de rei uendi.& in l.si quis fundum.§.Imperator.ff.locati.bene facit l.si seruus seruū.§.si fornacarius.ff.ad l. Aquil.Nam plerunque incendium præsumitur commissum ex negligentia habitantis domum:ut in d.l.si uendita.& d.l.2.§.1.de offi.præfec.uigi.& ibi omnes scribentes firmat Bal in 1.uol cons.175.inci.ad euidentiam ꝑmitto,& idem Bal.in eo.uol.cons.37.inci.casus talis est.& idem in 3.uol.cons.420.inci.ad euidentiam & Ang.in cons.197.in q.ꝓposita.dubium facit mihi.Pet.de Vbal. in tractatu. de societate, in fi.

Sed quia non fuit actum contra locatarios domus combustæ,sed contra uicinū,idest ipsum Baptistam, cuius domus non fuit cōbusta: & clarè nō est probatum,ꝙ incendium habuit ortum à D.Baptista.
3 †Videamus, an per coniecturas aliq̄d cōstet,ꝙ habuit ignis initium a domo Baptistæ,q̄a qñ incēdium ꝓtenditur factum ab homine,& nō diuina ultione,& utrum interuenit culpa uel nō,recurrēdum est ad cōiecturas, si q̄ reperiri pñt: q̄a casus obscuri, & ambigui probantur per indicia:ut dicit Bal.in 1.uol.consiliorum,cōs.73.inci. casus est talis, quoddā fenile plenum &c.alleg.ad hoc, l.nō omnis § à Barbaris ff.de re mil.idē dicit in 4.uol.cōs.363.inci.Casus talis est, quoddā fenile. Alias cessantib. cōiecturis ꝑsumitur culpa habitantis, ut in d.l.si uēdita. Et ꝓfectò nullū indicium est,ꝙ incēdium in domo Raynaldi uenit ex domo Baptistę,nisi,ꝙ ī corticella Baptistæ erat ignis in muro cōmuni ad assandum carnes peditum hospitātium:ex hoc arguitur,ꝙ potuit ignis p̄dictus peruenire ad domum Raynaldi,ista ꝓbatio nō cōcludit:q̄a iā p duos annos in dicto loco factus fuit ignis, & nō peruenit ad domum Ray.itē ꝓbatum fuit,ꝙ erat furnus in domo Raynaldi,in qua omni die panis coquitur:& potuit uenire ex dicto furno dictus ignis.Item potuit uenire culpa habitātium, ut supra dictum est.
4 Et qñ clare non cōstat de principio ignis, debet ferri sentētia absolutoria,ut dicit Lud.Ro.in cōs.401. Sed posito & cōcesso, ꝙ ignis in domo Raynaldi habuit initium ex dicto igne facto p dictos pedites, certè nō tenetur ipse Baptista penitus ignorans propter eius absentiam. Nā istud incendium diceretur cōmissum culpa peditum hospitantium,& per consequēs ex culpa hominis incerti:quia non est probatum, quis fuit ille,qui fecit dictum ignem,& per cōsequens non tenetur,ut dicit Bal.in 2.uol.cōsiliorum,157.inci.punctus,super quo consilium.Hinc est, ꝙ dicit Bal.in 3.uol cōs.373.inci.quidā magister grammaticæ, ꝙ qñ ignis habet causam ab incerto authore, nō debet imputari habitāti,ut probatur in d.l.si uēdita. unde dicit Bal.in l.quæ fortuitis.C.de pig.act. ꝙ certi homi-
5 nis factum probandum est. †Secundò,quia factum familiæ non facit transire periculum incendii in dominum,ut dicit Bald.in d.l.si uendita. quia dominus non tenetur pro suo familiari:ut in c. cum ad sedem. de restit.spol. multò fortius non tenetur de facto hospitis,ut est tex.in terminis in l.1.in fin.ff.nautæ, cau. stabularii. Tertiò ista quæstio deciditur per id quod

uoluit

uoluit Bald.in l.creditor,C.de pig. act. ubi dicit ista
uerba formalia , Incēdium ut plurimum culpa habi-
tantium cōmittitur d.l.si uēdita.& d.§. si fornacariūa
& tunc habitantes ut non teneantur,debēt ꝓbare cul
pam abesse,quomodo hoc ꝓbatur, dicit ipse probā-
do,unde iam incendium habuit originē. Sed quid si
non pōt apparere? ut in combustione hospitii Leo-
nis;quia non appāret, an incendium habuit culpā ab
hospitib. an ab exercitore hospitii uel famulis eius.
6 †Certe in isto dubio nō pōt ferri contra eum senten-
tia,arg.ff.de his qui deie.uel effu.l.si uero,§.ꝙ si ex me
diano,q est notabilia tex.ad hoc Licet Albe. de Rosa:
in 2.parte statutorū,q 83.dicat, ꝙ si domus alicuius
est cōbusta,sufficit ꝓbare ignem immissum: licet nō
ꝓbetur ꝑsona,q̄ immiserit:alleg.l.1.§.itē illud. ff. ad
a Silla.Et q̄a incendiū ꝑsumitur culpa habitātium, ꝑ
d.l.si uendita.Sed hoc nō obstat,quia loquitur.qn̄ est
ꝑsumptio.s.contra habitantes.Et ꝙ de incendio com
misso per famulum,nō teneatur dominus, bene facit,
l.3.§.ait ꝑtor.ff.nau.cau.sta.& ff. ad l. Aquil. si seruus
seruū.§ Proculus.& ff.de ædi.edic.l.ædiles,circa prin
cipium,tenet Sal.in d.l.quæ fortuitis,C.de pig.act in
4.col.ubi dicit,ꝙ si fuit famulus non deputatus ad co
7 quinam,qui posuit ignem , †nō tenetur dominus, al-
leg.l.1.§.familiæ. ff. de publ. & ff. de his qui deie. uel
effu.l.si uerò plures §.si id.& l.1.§.fi.ff.nau.cau stabu-
larii.bene facit d.l.si seruus seruum, §. si fornacarius.
ff.ad l.Aq.Idē uoluit Aug. in additionib. ad Ang. de
maleficiis, in uerbo incendiario. Quartò si aliqua
culpa pōt ascribi ipsi Baptistæ,non potest esse nisi cul
pa leuissima in committendo:quia non dixit illis pe-
ditibus, non faciatis ignem hic in communi pariete.
Certè ex culpa leuissima in omittendo non tenetur e-
mendare damnum secutum ex incendio cōmisso per
ignem factum per dictos pedites, ut firmat Ale in l.
8 domos hēditarias.ff.de leg 1.ubi firmat.†ꝙ in actio-
ne l.Aquil.non uenit dānum cōmissum ex culpa leuis
sima in omittēdo. Secus in cōmittendo, allegat Bar.
idem tenentē in repetit.legis,qđ Nerua.ultima char.
ff.depositi. uer.itē quæro utrum leuissima culpa.&
gl.in l.si mora ff sol mat.Idem tenet Petr.de Anc. in
materia incendii,in cōs.346.inci.ꝓ decis.q̄sita. Idem
latiua firmat Alex.in l si quia ex argentariis.§. fi.ff.de
edendo.Et miror,ꝙ Ale.in d.l.si domos nō allegauit
tex.in terminis de hoc,in l.si cuius §.de ꝑteritis. ff.de
usufr.quē ad hoc allegat Alb.de Ros.in d.l.2.§.cogno
scit ff.de offic.ꝑfect.uigi.Ita etiā uoluit Bal.in 2. uol.
cons.373.inc.quidam magister grammaticæ. & Ale.
de Imo.in cons.216.in 2.uol Io.de Imo,in c.1. de cō
mo.Bal.in l.pignus 5.col. C. de pig. act. †Nec obstat
9 d.l.si seruus seruum §.si fornacarius.ubi dicitur,ꝙ cō
petit utilis Aquilia pro negligentia, quia ut dicit ibi
Albe.de Rosa.ibi fuit culpa in committendo.s.in sup
ponendo ignem,ideo tenetur de leuissima , & sic nō
obstat. Quinto fuit allegatus tex.in d. l.si seruus ser-
uū §.si furnum.ff.ad legē Aquiliā qui est immediatè
post §.si fornacarius.ubi si uicinus iuxta parietē cōmu
nem habet ignē,q fit in furno: nō tenetur lege Aqui-
lia pro damno dato in pariete.Sed datur solum actio
in factum,si paries sit exustus;ergo in pariete cōmu-
ni licet habere ignem,& si paries est exustus,tenetur
reficere . Si autem damnum non sit datum, & timet
de damno, pōt petere, ꝙ ꝑstetur cautio dāni infecti,
q̄ nunquam in causa, de quo quæritur, fuit petita, &
ideo si sine culpa furnarii ignis dederit dānum uici-
no,& non sit ꝑstita cautio,non tenetur furnarius,iste
tex. in ratione sui bene facit, qn̄ liceret in dicto loco
tenere ignem. Sed quia dicitur, ꝙ in dicto loco non li
cebat Baptistæ tenere ignē,ideo iudicio meo tex.iste
10 parū facit.†Fuit igitur uotatum per oēs,excepto cō-
missario causæ & uno alio consiliario, ꝙ d. Baptista
absolnatur.Illi duo cōsiliarii fuerunt in uoto ꝙ cōdē
netur,quia fuit in culpa.quia pro tempore ꝑterito fe-
cit ignem in loco non conuenienti, uidelicet in dicta
corticella & sic fuit in culpa,per id,quod dicit Sal. in
d.l.quæ fortuitis. Sed ad hoc fuit respōsum, si fuit Ba
ptista in culpa faciēdo ignem in loco insolito , ex tali
culpa non fuit secutum dānum uicino,& quando pe-
dites fecerunt ignē,ibi nō pōt ascribi culpa peditum
ipsi Baptistæ,cum ipse erat absens,ut suprà dictū est,
& ex diuersis non fit illatio l. eum actum. ff. de neg.
gest.l.fi. ff. de cal. l. naturaliter §. nihil cōe ff. de acq.
pos. & sic fuit sententiatum, ꝙ Baptista absoluatur.

ADDITIO.

De incendio,& de culpa,quæ in eo committitur , & quis ad illud teneatur,uide D. Petr de Anch.consil 348. per totum. Et Step.Ber.par.1.cons.197 nu 3.Et Hip. de Mars. in l.1.in princ. nu.113.ff.ad l.Cor.de sic.& sing.293.incip.reg.

a *Culpa habitantium.*) Adde quod incendium licet præsumatur cul
pa inhabitantium, ꝑ l. qui insulam § fi & ibi Bar.ff.loca.tamen
non præsumitur nisi leuissima, nisi aliud in oppositum ꝓbet.
gl est sing in §.præterea.in uerbo,debet,inst.quib.mod. recon
trahitur obl quam notanter sequitur Sal.in d.l.quæ fortuitis.
Ale.in cons.l.uisis & opportunè cōsideratis 1 uol.6.col idem se-
quitur Ias.in l.sed & si quis.§.quæsitum.ff si quis caut.ubi sub
dit,ex hoc notanter sequi, quod si quis conduxit domum, uel
apothecā,uel sit fictabilis aut emphyteuta,qui cōduxit domū
cum prædiis,& domus incendio comburatur,conductor ad ni
hilum tenetur ;quia licet incendium præsumatur culpa inha-
bitantium,tamē cum sit leuissima, conductor nō tenatur nisi
de dolo,lata,& leui culpa,& non de leuissima, per l. si ut certo,
§.nūc uidendum.commo.Et ratio est; quia talis contractus ce
lebratur,gratia utriusque & idem tenet ipse Ias.in l. si quis §.
pretor ait in fi ff de eden. Vbi plus subdit, ꝙ doctrina illa Bar.
ibidē uult,ꝙ incendium præsumitur factum culpa inhabitan-
tium,procedit in casib in quib. quis tenetur de leuissima culpa,
ut in cōmodatario,per d gl.in d §.propterea.quā pro sing. te-
net Io.de Anan.in cons.71 uisis,& diligenter ponderatis Vbi
plus subdit,quod ad hoc ut quis de incendio teneatur,oportet
ꝓbari culpam certi determinati hominis : quia licēt præsuma
tur culpa inhabitantium,tamē absq; culpa determinatæ perso
næ fieri non pōt, sed non præsumitur culpa determinati ho-
minis,prout dicit esse tex.expressum in d.l.si uendita,& ita di-
cit tenere Sal.ibi,& in d l.quæ fortuitis, ꝙ quando nō probatē
culpa determinatæ personæ, remanet incertitudo: & sic non
pōt sequi condemnatio l.licet,§.fi.ff.nau caup.stabula. Ad hoc
etiam allegat Bal in l.si creditor, & in l.pignus 5.col.C de pig.
actio. quod ualde dicit Ias esse.notandum ꝓ defendendo ami-
cum. Et ideo si regacius miout diligenter custodiendo lucer-
nam in stabulo, ibi ignem imposuit, ꝙ eius dominus ad nihi-
lum tenetur ,ita dicit Sal.in l.in iudicio.C.loca. & sequitur Ias.
ubi suprà. Et in materia incendii uide cons Iacob de Pot. inter
consilia diuers crim.col. 3.nu.61.incip.Ventura & fratres,cum
alio seq.num.62. Tho.Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE LVII.

1 *Quando intentatur actio etiam legis aquiliæ:non uenit emendatio damni interueniente tantum culpa in omittendo.*

2 *In contractu locationis non uenit leuissima culpa, sed tantum dolus,lata, & leuis culpa , ex quo contractus fit causa utrinsq.ideo melius est agerę lege aquilia,quā*

locati

locati ad damni emendationem.

3 *Quando conductor domus probat se esse personam diligē-*
tem, solertemq; patrēfamilias: ab incedio excusatur.

4 *Dominus paterfamilias caput ipsius familia an in foro*
conscientia ad emendationem ipsius damni teneatur?

5 *Duob. habitantibus in una domo, uidelicet uno ex parte*
inferiori, & alio ex parte superiori, orto igne in domo:
per quem fuit damnum illatum: quis teneatur.

6 *Dato damno a lapide emisso e domo aliqua qui ignora-*
tur à quo fuerit emissus: quis teneatur.

7 *Si aliquis tenens gladium ad latus, prouocatus ad luctā*
si in luctando feriat prouocantem: an teneatur?

8 *Gladius paruus aptus ad accomodandū calamos, potest*
de iure ferri: licet ueniat appellatione armorum of-
fendibilium.

9 *Famulus, quem dominus pro seruitijs habet in sua domo*
si ex ea candela ei data aliqua domus uicini combura-
tur, an dominus teneatur? fit distinctio: ut in nigro.

10 *Dominus exhibendo familiā, quæ imposuit ignem in do*
mo aliqua: an liberatur? Item ad quę teneatur creditor
qui restituit pignus deterioratum.

EX ista decisione fit cōclusio, q ex quo contra hunc Bapti
stā, qn aliqua culpa considerari posset: illa foret leuissima
in omittendo, quia fuerat absens tempore incendij: q nō
teneatur ad emendationem damni. Et si foret actum actione
legis aquilæ: in qua no uenit emendatio damni ex leuissima
culpa pfata in omittendo: secus si fuisset in faciendo & istud p
tex. l. si cuius § de præteritis, quæ alias incipit, si usufructus le-
gatus. §. denique. ff de usufru quem bene alle. Alex in d. l. do-
mos hæreditarias licēt Affl hic dicat Alex ipsam non allegare:
& miretur de eo, quem tex dicit Ang. ibi meliorem de iure ad
hanc materiam &c. Bar. etiam ait limitare totum titulum, & ul
1 sionem adducta per Affl hic † quando intentatur etiā actio legis
aquilię: non ueniat emēdatio damni interueniente dicta culpa
tñ in omittendo: uoluit etiam Barto in l qui bona §. cum in
tet. ff. de dam infect. ample per Cæpol in cons; o circa primū
dubiū. in crimi ubi in ista materia incendij pulchre dixit, quā
non actione agat is qui passus est incendium, nam si agit actio
2 ne locati, tunc q a † ex contractu locatiōis nō uenit leuissima
culpa; sed tñ dolus, lata, & leuis: quia contractus celebratur
gratia utriusq; prout est tex. in insti. qui. mod. re contra. obli. §.
fi. & tunc cum sit, q illud quod dicitur, q culpa inhabitantiū
præsumatur incendiū factum, cum illa culpa, put affirmat gl.
& oēs in §. præterea. in inst. eo. quib. mod. re contra. obli. iudice
tur leuissima tñ, quæ nō uenit in contractu locationis (ut s.)
3 igitur sequi debet absolutio. adde in hoc maxime † qn conuen
tus & conductor fortè probare se personam solertē, diligen-
temque patrēfamilias (put infra) & istud qn agēret locati (quā
actionem intentari credendum puto) sed quando ageret actio
ne legis aquiliæ, ueniret emendatio damni, iuribus ibi per eū
adductis, ueniret emendatio damni; dico commissi in faciēdo
ut supra, etiam leuissima culpa: secus in omittendo ut hic mo-
4 do plus uoluit ibidem † q licet in casibus, in quibus de iure ci-
uili uenit emendatio damni in foro conscientiæ dominus ca-
put familiæ non tenetur ad ipsius damni emendationem, &
hoc maxime, qñ dominus fuisset absens, put erat casus istius
decisionis. conuenit cū eo Corsetus, in uerbo forum conscien-
tiæ. & Rom. in cons. 401 eo presupposito & Alex in cōs. 50 uisis
5 & oportunè consideratis his. primo libro. † & hoc in duobus
habitantibus unam domum, quorum alter habitabat in par-
6 te inferiori domus & alius in parte superiori † ubi etiam qñ
proiectus lapidis aliquem interfecit: & data ignorantia, quis la
pidem ipsum proiecerit: quod nemo possit puniri: ibi et Recen
tiores, qui dicūt, locatorem non habere intentionem fundatā
nisi pbetur culpa certi hois incendium factū: & citat nostrum
Affl hic, hoc idem Gram. in cons. 2a diuini numinis auxilio re
petito. in crimi. & Ferratius in cautela sua 36. passus est diffu-
sus, pfata affirmādo multis legibus, & auctoritatib. pro caute
la tandè dat ad hoc, ut dñs de delicto commisso leuissima cul-
pa in faciendo ad emendationem dāni non teneatur post tex.
l. si uendita. ff de pericu. & cōmo rei uend q dedacat & probet
se esse diligentem, solertemq. patrēfamilias, nā p dictā pbatio
nē nō excludere dictā leuissimam culpam, merito pcterea sm
7 eum debere absolui. † Et nouissime in casu non multū dissimili
consuluit sm pfata Ay. in cons. 97 de certo hoīe tenēte gladiū
ad latus; si prouocatus ab aliquo ad luctam, in lucta uulneras
set illum prouocatorem: teneri hunc ad emendationem dāni
commissi in faciendo, secundū ipsum, & hoc ex lege aquilia: ex
quo hic fuit in culpa ipsa in faciendo, dum fuisset prouocatus
ad luctam, non deposuisset gladium, citando consilium Soci.
54. col. fi 4. lib. nota q a pulchrum cōsilium, & q liber forte dice
ret contrarium: quia culpa per hanc uidetur commissa in ne-
gligendo: dum gladiū nō deposuit pruocatus: & istud maxime
8 † si gladius fuisset paruus, & tñ aptus ad cōmodandū calamos
qui de iure non est prohibitus portari, iuxta gloss in auth. de
armis. § pen. & si ueniat appellatione armorum offendibiliū.
Cott. in memo. in uerbo armorum offendibilium, & sic culpa
aliqua etiam in faciendo nō posset eidem imputari, & sm hæc
tenere etiam uidetur Paris in cons. 87. inhærendo ueritati. per
totum 4. uol & ex præfato patet hanc esse communem opin.
& ita tenendum, quidquid dixerit Hier. Grat. in cons. 46. 2. uol.
qui dicit, quod omni casu conductor domus ad emendationē
damni teneatur ex incendio etiam uenietē ex leuissima culpa
in omittendo: & noster Gramma. in decis. alta consilii tertia
qui aliter non distinguunt culpa leuissima in faciendo, uel in
omittendo: q utroque casu secundum eos, quiuis teneatur ad
damni emendationem & hoc uoluit Gram. ex doctr Affl hu-
ius in consi. reg. super incisionibus arborum, qui reuera ali-
quid non firmat & tandem se remittit ad hanc decisionem.
Par. in custode carceris fol. 30. & istius opinionis etiam uidetur
esse lo. de Ana. in consi. 71. uisis, & diligenter. & post ipsum Bo
logni ibidem, qui facit similes additiones ad consilia præfati
lo. de Ana. quas ego minimus & iners facio ad istas Affl. deci-
9 sio hi enim excusant quendam † cuius nurus, quæ nocte custo
diebat infantulum, candela accensa ex ipsius negligētia uenit
ignis in domo cuiusdam uicini, q ex ista culpa in negligendo
dominus caput familiæ non teneatur; nisi forte ille fuerit de-
putatus ad illud officium, uel posset probari dominum habuis
se scientiam de delicto, ab ipso famulo commisso secundum
Gram in alio consi. 8. in crimi. & de præfatis etiam per Paridem
10 in tract. Synd. in uerbo familiæ † ubi si exibendo famulum,
dominus liberatur, fol. 46. cum seq. locus suus infra in deci. 82.
& de præfatis etiam per Bal. in consi. 373. quidam magister grā
maticæ. & per Abb. in consi. 82. omnipotentis Dei inuocato
suffragio illud de iure quæritur. in 2. uol ubi loquitur in cre
ditore, quando teneatur de pignore deteriorato, quæ nam in p
fatis dicatur culpa leuis, leuissima, & lata &c. Cæl. Ursil.

DECISIO LVIII.

De socida animalium, societate, & diuisione illius.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio erronea inter socios super socida, an ualeat.*
2 *Aequalitas semper seruata præsumitur in societate.*
Socius uidens socium res malas ponere, protestari de-
bet aliàs tacite uidetur consentire.
3 *Taciturnitas in actibus præiudicialibus consensum quā*
do non inducat.
Fauor potentiorem quem facit.
Protestatio non facta quo casu non inducat consensum.
4 *Aequalitas inter socios seruanda, qualiter præsumatur.*
5 *Societas summam rationem in se debet continere.*
Iudicis arbitrium uersatur super inæqualitate rerum in
societate, & super æstimatione, num. 7.
6 *Aestimatio rei eiusdē cēsetur cū re, & succedit loco rei.*
Aestimatio fundi qualiter fieri debeat.
7 *Præsumendum illud est, quod fieri est consuetum.*
8 *Voluntas datur intelligi ex actibus.*
Exercitium personale in societate considerandum.
9 *Sententia ante publicationem reformata in sacro*
Consilio.
10 *Prudentiæ suæ nemo inniti debet.*

VErtitur dubium in sacro consilio, quidam Masonus posuit in societate inita 880. pecudes suas in pascnis: & sexcẽtas posuit notarius Nicolaus de Cerbariis, & Garganarii cõmuniter positi custodierunt. In fine trium annorum diuiserunt pecndes & omnia, & unusquisq; habnit sexcentas pecudes: quoniam aliæ, uidelicet trecentæ pecudes erant mortuæ: ut dicebat liber Garganarii. Mortuo notario Nico-
1 lao †Masonus petit ab eius hæredibus ducentas pecudes cum fœtibus. Dicti hæredes opponuntur, ꝙ fuit facta diuisio. Replicatur, ꝙ diuisio fuit erronea; quia in ueritate debet habere ducentas pecudes. Et sic nõ obstat diuisio per l. si post diuisionem. C. de iuris & facti ignorantia. Repheatur, ꝙ nullus fuit error, q̃a illæ ducentæ pecudes ultra numerum pecudum positarum per Notarium Nicolaum compensantur, & compensatæ præsumuntur cum bonitate pecudum ipsius notarii Nicolai. Attento ꝙ est probatum, ꝙ illæ pecudes Masoni erant multum deteriores, & sexcentæ pecudes notarii Nicolai erant meliores ducatis decem pro centenario, & sic p̃sumitur, ꝙ in diuisione
2 fuit facta ista æqualitas: & sic nullus est error. †Semp enim p̃sumtur in societate seruata æqualitas, nt in l. si nõ fuerint. ff. pro socio. Dicitur in contrariũ, ꝙ ista æqualitas consideraẽ respectu numeri pecudum, & nõ respectu bonitatis uel deteriorationis rei positæ in societate: quia si socius uidet socium ponere res non bonas, debet protestari, alias uidetur tacite consentire, iuxta not. per Bar. in l. quæ dotis. ff. sol. mat.

Sed istud de protestatione non facta nihil obstat: quia licet fuisset facta protestatio, satis clare ostenderet de exclusione cõsensus, s̃m Bal. in l. si quis testibus, C. de testib. tamen si non est facta; ex hoc non sequitur, ergo consensit: quia talis taciturnitas sib. p̃in-
3 dicaret †& taciturnitas in actib. p̃iudicialib. nõ inducit cõsensum qñ daretur reuerẽtia ex parte illius, qui debebat protestari, tunc p̃sumitur dissensus: ut dicit Bar. in d. l. q̃ dotis. dum alleg l. t. §. quæ onerandæ ff. quarũ rerũ act. non datur. erat Masonus. pp fauorem, quem habebat cum comite fundorum potentior notario Nicolao, & nõ audebat protestari contra eum imponentẽ pecudes macilẽtas & deteriores, iõ eius taciturnitas nõ inducit cõsensum, & protestatio non facta nõ inducit consensum, cum agebatur de euidẽti præiudicio ipsius notarii Nicolai, ut in l. pen. ff. de fur. Idem Bal. uoluit in l. si finc. C. ad Velle. gl. & Bal. in l. filius. §. inuitus, ff. de proc. uoluit do. Ant. in c. nonne. de p̃sump. Bal. in l. i. C. de bo. mat. Stat ergo dubium, utrum ista æqualitas inter socios debeat considerari solum respectu numeri pecudum, uel ẽt respe-
4 ctu bonitatis ualoris & æstimarionis. Maior †pars dominorum fuit in uoto, ꝙ debeat considerari æqualitas respectu numeri pecudum, & non respectu bonitatis & deteriorationis & ualoris: allegantes d. l. si nõ fuerit, q̃ dicit, ꝙ societas intelligitur celebrata æquis partib. & sic ꝙ notarius Nicolaus debeat ponere tot pecudes, quot posuit Masonus: & sic intelligitur ista æqualitas inter socios seruanda bene facit l. si pascenda. C de pact. Sed ego & D. And. Maricunda expresse notauimus contrariũ, ut ista societas p̃sumatur æqualiter contracta, nõ solum respectu numeri, sed ẽt respectu bonitatis, & deterioritatis, & ualoris hinc ĩde:
5 per infrascripta motiua. Et primò. †q̃a societas summam rationem in se cõtinere dẽt, l. uerũ. in princ. ff. ꝓ Soc. non. n. esset summa rõ seruata, si societas consideretẽ solũ respectu numeri, cũ cõstat de deteriorib. pecudibus Masoni, & de melioritate pecudum notarii Nicolai: & in hoc multum uersatur iudicis arbitrium: ut in l. societas contrahitur §. societas. & l. societate mecũ, & l. quid enim, & d. l. si non fuerint. & in l. imposita. ff. pro soc. Secundo, ego habeo tex. expressum, ꝙ debet haberi consideratio æstimationis, ex quod habeo tex. quod æstimatio rei idem censetur cum re: & sic tantum est posuisse centum pecudes quantũ posuisse ducentum, dummodò illæ centũ in æstimatione sint, quãtum ducentum, tex. est in l. ita fideiussorẽ. ff. de fideiussorib. ubi dr̃, quod obligatus ad frumentum põt dare eius æstimationem, & ibi expres-
6 se Pau. de Cast. dicit, †ꝙ æstimatio succedit loco rei. & cẽsetur esse eadẽ. Et iõ uolunt Doctores, ꝙ æstimatio fundi non dẽt fieri respectu numeri seu mensuræ: sed respectu bonitatis fundi: ut dicit Bar. in l. si ex falsis, C. de transactionib. Bal. in l. 2. C. de rescind. uend. & Bar. in l. si quos. eo. tit. Sic in casu nostro non debet cõsiderari ista æqualitas respectu numeri, sed ẽt respectu bonitatis pecudum ut seruetur æqualitas inter socios: & sic stante diuisione prædicta non põt dici, q̃d diuisio fuit erronea, cõsiderata qualitate pecudum positarũ per Nicolaũ, q̃ erant optimæ, & qualitate pecudum positarũ per Masonũ, q̃ erant morbosæ, lapsæ, & multum deteriores. Et si dicatur, ꝙ non est probatũ legitime de ualore pecudum notarii Nicolai, licet ꝓ-
7 betur quod erant meliores. Dico ꝙ posito ꝙ testes concludenter deponerent: de communi æstimatione, prout debent deponere, ut notatur in l. pretia rerum, ff. ad l. Falc. in l. 2. per Bar. & Doct. C. de resc. uẽd. Dicendum est, ꝙ tunc iudex ex officio debet æstimare l. alieno. §. si is cuius, ff. de fideic. lib. l. non dubium. §. fi. & in l. si quod ex Pamphila. §. si. ff. de leg. 2. notat Ale. in 2. uol. cons. 9. Et ego æstimarem tantundẽ, ex quo sic partes diuiserunt æqualiter propter quod est præsumendum, ꝙ de omnib. habita fuit ratio in diuisione, ex quo omnia diuiserunt usque ad caldarias massariæ. Quia sic vr̃ fuisse cõsuetũ, & sic p̃sumendũ est, ut in l. ꝙ si nolit. §. q̃a assidua. ff. de ædil. edi. l. si prius §.
8 placuit. ff. de aqua pluuiæ arc. cũ si. Et ex actib. †enim datur uoluntas intelligi §. ceruos. Insti. de re. diuis. l. reprehenda, de insti. & subst. Item cõsidero, ꝙ notarius Nicolaus ministrabat expensas, & ipse uisitabat pecudes ponendo exercitium personale, ꝙ satis debet esse in consideratione in societate, & hoc dẽt multum iudex considerare, ut in d. l. si non fuerint. & in d. l. quid em. Item cõsidero, ꝙ Masonus stetit quietus uiuente notario Nicolao post diuisionẽ, & nihil dixit: & Masonus est diligens in suis negotiis: & eo uiuente nihil dixit p octo annos, & postcã eo mortuo molestauit pupillos eius filios penitus ignorantes, & ab eis petiit oẽs pecudes. s. octingentas, nõ recognoscendo bonã fidem, ꝙ habuit sexcentas in diuisione. Et propterea ego & do. And. notauimus, ꝙ filii, & heredes dicti no-
9 tarii Nicolai sunt absoluendi. †Cæteri notauerunt cõtrarium. Sed quoniam postea sequenti die præfati domini, qui dixerunt, ꝙ æqualitas erat facienda iuxta numerum pecudum, mutauerunt opinionem, & fassi sũt, ꝙ dẽt haberi cõsideratio de ipsa bonitate pecudũ notarii Nicolai, & deterioratione pecudũ Masoni, & nõ certũ q̃d legitime ꝓbatũ fuit arbitratũ extitit p S. C. ꝙ solũ cõdẽnent hr̃des notarii Nicolai ad pecudes

centum

centum, & ad centum ducatos pro fructibus annorū 27. Et sic fuit reformata prima sententia per quā condemnantur dicti hæredes ad pecudes ducentas cum fructibus.

In hoc ego & D. And. assentiuimus: quia materia erat arbitraria, & non habemus certam probationē de ualore meliorationis pecudum notarii Nicolai; nec certā probationē de ualore pecudum Masoni q̄ erāt morbosæ, & deteriores: propter uotum aliorum
10 † ut euaderemus illud, Ne innitaris prudentiæ tuæ, ut in parabolis Salomonis, & 16. q. 1. cap. si clericatus, & in c. ne innitaris. de consti.

ANNOTATIO
IN DECISIONE LVIII.

1 *In uenditione facta mediante mensura siue appretio faciendo, debet haberi ratio qualitatis, & bonitatis rei, & quod deest facta mensuratione, dēt suppleri de alio tam de modo, quam rei bonitate.*
2 *In dubio societate contracta, non aliter facta partium declaratione, quod de æqualibus intelligatur.*
3 *Contractus societatis debet esse æquus & iustus requiritque; supremam bonam fidem.*
4 *An ualeat pactum, quod partes societatis sint inter socios inæquales.*
5 *Patet ad sensum, quod si ego plus pono operis, uel pecuniæ in ipsa societate, quod debeam plus habere.*
6 *Societas non dicitur societas, quando partes non sunt æquales sed dicitur societas cū illa qualitate leonina.*
7 *Animalia quomodo iustè ad soccidam dari possunt.*
8 *Præsentia non inducit consensum, quando quis non ualet contradicere.*

1 Circa primam casus formatam in isto decis. † q̄ de iure haberi debet ratio non solum mensuræ, sed qualitatis & bonitatis rei: est tex. l. si duorum in fi. l. siquis in seruum. § si modus. ff. de act. empt. ubi facta uenditione duorum fundorum unico pretio, & ad mensuram, si quid deest de uno: suppletur de alio tam de modo, quam bonitate, ac prout plenius hæc explanat in diuisione facienda Boer. in dec. 46. quoniam per affectum. nu. 5. & 7. ibi & ait hoc procedere in uenditione: nam uendito fundo ad mensuram debet boni sicut mali soli ratio haberi. hoc idē uoluit Pater noster in trac. feudorum fol. 17. Cagno.
2 in repe. l. 2. C. de rescin. uendi. nu 78. † Et magis in specie, quod quando est contra societas nulla facta declaratione pro quib. partibus, q̄ in dubio pro portionibus æqualibus: & ita deinde fiat diuisio, consuluit Corneus in cons. 139. ad euidentiam prætendum, primo lib. ubi citando Bal. in cons. 384. dicit, quod
3 contractus ipse societatis debet esse æquus & iustus requiritque supremam bonam fidem inter contrahentes, & proinde non ualere pactum ab ipsa qualitate alienum. unde qui plus ponit siue operis, uel pecuniæ in ipsa societate: debet mox in ipsa diuisione plus habere, istud idē consuluit idem Cor. in cons. 203.
4 Viso suprascripto themate, eo. li. 4. in litera G, ubi etiam ait † nō ualere pactū, quando omnes partes societatis a principio sunt æquales, q̄ unus socius postea participet plus de lucro, quam alius, alias contractus ipse societatis fuisset iniquus, sm. Theologos, quando uero unus socius a principio plus ponit in societate altero socio, idem Corn. in cons. 187. in hac consideratione alias consultatione, in 3 lib. affirmat fieri posse, q̄ diuisio lucri fiat mox æqualis: sed in lectura d. l. si pascēda. pecora, hoc tm̄ uidetur approbare. in scienti & non idecepto. tandem in uers. tertio quæro, eo. loco. uidetur se reddere conformem in contrarium esse communem opin. Aym. uero in cons. 173. in in contractu societatis, uidetur istud sequi, quando tantummodo est inæqualitas a principio in positione bonorū, & mox fuit conuentum, q̄ fiat diuisio lucri æqualis: nam tunc censē donatis, ubi etiam declaratur, an hæc locum habeant in societate omnium bonorum, insuper q̄ pactum societatis finiendæ non se extendat ad causam mortis, quando est inter uiuos, cogita si placet, nam meo iudicio uidetur, quod semper astud pactum inæqualitatis inter socios, siue q̄ partes societatis a principio fuerint æquales: & cōuenerint, q̄ unus plus habeat quā alius, siue quod unus ponat a principio plusquam alius: & conueniatur, q̄ diuisio fiat æqualis, q̄ non ualeat: nam semper militaret ratio præfata inæqualitatis inter socios. contra d. tex. l. si non fuerit. in 2 responso ff pro soci. qui semper requirit partes societatis, q̄ sint æquales, & in societate contra omnium bonorum tacite, quando quis plus persona sua operatur, plus lucri debet habere, ut inquit idem Aym. in consi. 159. uisis, circa
5 fi. & Girar. sing. 68. nota q̄ similiter † & certè patet ad sensum, non esse iustum, neque rationi consentaneum: q̄ si ego forte plus pono in societate opere, uel quantitate, quod mox diuisio lucri fiat æqualis: & ita uidetur residere Corn. in loco supra citato. & dicit contra Bart. qui contrarium consuluit esse communem, & si diceretur, tunc esse donationem, patet respōsum igitur non contractus societatis: sed donationis. & debere attendi quod principaliter agitur: prout in similitudine arguit tex. in l. si uno. in uerbo donationis. ff. locati. & Dec. in cons. 181. satis nota est, in uenditione facta cum læsione, q̄ illa uerba si quid plus ualet. donat. non officere, quominus agi posset de
6 læsione: de quibus latius infra in decis. 322. † uel appellatur societas tunc cum qualitate leonina: de quo per Corr. in uerb. societas, ubi citat apologum Esopi de leone, qui contraxit istā societatem cum capra, ceruo, & asino: & mox omnes partes ad se transtulit, de quibus etiam per Andr. in cap. 1. § 1. in ultimis uerbis. de duo. fratr. de nouo bene. inue. qui istud inducit contra fiscum, qui ratione partis cōis uult totum uendere per Cass. in consu. Bur. de doictorum, rubr. 4. fol. 96. qui dicit uersari arbitrium boni uiri in societate ponendo plenam mate-
7 riam † quando animalia licite ad soccidam dari possunt. & p Alc. in præsu. 26. fol. 109. Aym. in cons. 145. uiso processu. nu. 13. qui dicit ualidum contractum præfatum de bobus datis
8 ad menandum † & q̄ præsentia non inducat consensum, quando quis non ualet contradicere, notat Alex. in cons. 180. 7. uol. citant ibi concord. Recentiores & Tiraq. in retr. consang. fol. 56. nu. 158. in parua ultima inspectione &c. Cas. Vrsill.

DECISIO LIX.

De condemnatione fructuum lite pendente perceptorum.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatio in fructibus lite pendente perceptis a tempore publicationis, an & quando fieri debeat.*
2 *Fructus percepti lite pendente: etiam si non sunt petiti, debent restitui, & iudex potest ad illos condemnare.*
Fructus lite pendente & post publicationem percipiens est malæ fidei possessor.

Dominus Camillus retulit processum causæ inter dominam Altam de Antiguano matrem nobilis Motiæ de Motiis de Neapoli, & Petrillum de lo Richo super quarta parte terræ cum fructibus, quæ fuit olim concessa usque ad secundam generationem eorum antecessoribus per Abbatem de la Ferrata: † & fuit sententiatum per capitaneum Capuanum in fauorem dom. Alte. quò ad terrā prædictam pro quarta parte, & quo ad fructus Petrillus fuit absolutus, a sententia ambæ partes appellauerunt, quatenus contra se facit. Fuit pariter uocatum, q̄ bene fuit iudicatum per curiam Capuanam, excepto in fructibus in quibus debuit cōdemnari in fructibus perceptis lite pēdentem à tempore publicationis: † quia ex tunc est malæ fidei possessor: ut in l. uideamus § 1. & ibi bar. ff. de usuris, & in l. cum fundum. in princ. ff. si cer. pe. & l. filius. § 1. de uer. obl. & in Specul. de appel § 10. uers. Sed pone. & de expen. § 4. uers. hoc quoque. & Innoc. in cap. grauis. de rest. spol. etiam si nō fuissent petiti secundum eum ibi. & Bar. in l. & ex diuerso. § 1. ff. de rei uend. & Bal. in rub. C. de usu. & fruct. lega. & in l. cum Archimedoram, C. ut in poss. leg.

ANNOTATIO

IN DECISIONE LIX.

1 *Possessor bone fidei an facint omnes fructus suos, an saltem de aquitate l.si me & Tit um.ff.si cert.pet.teneatur illos restituere, quatenus fuisset effectus locupletior.*

1 INnuit Affl.meus hic in ista decis.†bonæ fidei possessorem facere fructus suos: postquam uult ipsum debere condemnari ad illos restituendos a publicatione tantum. Cotucus uerò in consi.301.circa primam consultationem.primo libro,in uerbo quoad quartũ.ultima col.uult, bonæ fidei pfatum possorem teneri ad restitutionem,quatenus fuisset effectus locupletior·& hoc saltem de æquitate l. si me & Titium.& malę fidei possessorem,omnet indistinctè, sequitur Ias. & uult in d.l. si me & Titium, contra quos sunt Recentiores in cons. Alex. xxj.in causa.ultima col. uerbo præterea & fortius. licet Alexa. ibidem cum supra adductis conueniat. quis istorum partium iustius induit arma: sunt annotationes infra in decisione 240. Cæs.Vrsil.

DECISIO LX.

De actione super contractu simulato.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an excludat exceptionem simulationis in contractu,non obtenta absolutione a iuramento.*

2 *Iuramentum super contractu nullo positum,an sit nullũ.*
Feudi uenditio sine Regio assensu est nulla.
Actio post litem contestatam non mutanda.

3 *Sententia absolutoria ferri debet,si actum est una uia,in qua non competitius.*

4 *Actori,qui in una uia succubuit, alia concedenda est.*

1 NOtarius Goffredus †agit contra Petrum Anellum de S Patre,ut restituat sibi feudũ, qđ ipse uẽdidit sibi;q̃a illa uẽditio est imaginaria,& simulata.Replicat conuentus, ꝙ obstat iuramẽtũ oĩa & singula uera esse,qđ excludit exceptionem simulationis nõ obtenta absolutione à iuramento,*a* iuxta uerã cõclusionẽ positã p Alex.in l.nemo pôt.ff.de leg.1.& Io.de Imo.in c.ad nostram.de emp.& uend.& in c.cũ cõtingat.in 7.mẽbro.de iureiu.& p D.Vitalẽ in clausulis suis.char.99.& p Ale.in 2.uol.cõs.36.& per Abbatẽ in dispu.sua,stãte statuto cõdito in Italia.Et ista cõclusio fuit approbata in sacro cõsilio:licet replica-
2 ret actor,ꝙ †iuramentũ p̃dictum est inualidum, q̃a interpositum sup cõtractu nullo, idest super uẽditione feudi sine Regio assensu, & sic licet uenire contra iusm iura ꝓprio per consti.reg.consti.& post lit. cõtest.nõ licet mutare actionẽ,l.edita.p Bal. C. de edē. Et iõ succedit regula †ꝙ si est actum una uia,|& non
3 cõpetit illa uia,sed alia,dẽt ferri snĩa absolutoria,secũdùm Bal.in auth.sed & si q̃s,C.de secun.nu. habetur in c.examinata.de iudiciis l.& habet. ff. de inst. Abb. in c.fi.de libelli oblatione.Paul.de Cast.in l.is ad quẽ. ff.de acq.hær.Bal.in l.per hanc.C.de tẽp. appel. & in l.possessiones.C.de ꝓbatio.& in l. 1 .in fi.C.si certum pet.& in Spec.in tit.de sent.ꝓlatione.§. qualiter.uer. q̃d si lis.& in tit.de offi.iud.§.deseruit. & Io.And.& i tit.de act.& pet.uer.& hoc quoq. licet in ueritate appareat de Regio assensu.Sed dicebat,quod antea fuit facta reuocatio,sed non apparebat legitimè,reus replicat,ꝙ non egit hac uia:sed uia simulationis dicen-
4 do contractum simulatum. †Fuit iudicatum per Consiliũ ꝙ absoluatur reus ab obseruatione iudicii, & actor condemnetur in expensis. Et ꝙ sit ei licitum agere alia uia sibi competenti,p l.Bebius Marcellus. ff.de pact.do.

ADDITIO.

a *Iuramento*) Adde quod idem tenet Barto.& Sal.in l.fin. C. de non nu.pec.& sequitur Fel.in ca.3.loco. extrà de pcobat.in 4.col.in uersi.4.fallit. ubi notabiliter subdit,ꝙ si probationes allegãtis simulationem fuissent receptæ & admissæ;tunc post detectam turpitudinem licitum est eam allegare,allegat in simili. Bal.in c.intelleximus.3.colum. de iudic. & in l.si creditorib. in fine.C.de seruo pig dat.man.idem tenet Iaso. in l. iusiurandum.la 2.§ procurator.9 colum.ff de iureiur.in sol.89.& uide omnino M.Ant,de Baue in tract.de uirt.iuram.in q.64.ubi habes,ꝙ si parte reluctaute fuissent remissæ probationes:allegat Ale.in consil.89.2.uolum.& in cons.133. Quod est menti tenẽdum,quia ita annis elapsis obtinui in audientia regia, in fauorem Lucę Porcelli de Neapol.contra D.Andream de Pace,aliàs de Vrso. I. V. D. de Neap. dum aduersus obligationem penes ũcta amissus fuisset ad probandum,reluctante ipso Luca Porcello: & licet suam intentionem probasset , fuit tandem condemnatus ad soluendum debitum petitum. Thomas Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE LX.

1 *Clausula,omnia & singula uera esse,excludit simulationem instrumenti,& exceptionem.*

2 *Probationes admissæ aduersus instrumentum iuratum parte reluctante,nõ ualent:quod fallit,quando pars ageret per uiam denuntiationis euangelica , uel exciperet,& contractus fortè esset inter personas ꝓhibitas.*

3 *Exceptio simulationis an possit opponi contra cessionarium?*

4 *Quando in absolutione a iuramento fuit facta mentio , quod fuit iuratum , omnia & singula uera eße, potest agi non obstante dicta oppositione.*

5 *Qui dicit contractum simulatum parte opponente , debet exprimere species simulationis.*

6 *Duæ coniecturę sufficiunt ad faciendum contractum simulatum.*

7 *Qui agit in iudicio una uia incompetenti,debet reus absolui,& ius agendi uia competenti sibi reseruari.*

8 *Iudicium bene procedit, quando ex articulis potest colligi uia competens.*

1 ADest hic †conclusio. clausulã, omnia & singula uera esse, excludere exceptionem simulationis instrumenti , concor. Alex.in l.Scius & Augerios.ff.ad legem fal. Ias.in l.fi.ff. qui satis.cog.& in l.ea quæ.prima colu.C.de transac.& ꝙ ista clausula,cum iuramento,impediat litis ingressum: & obstet exce-
2 ptioni simulationis: †Imo ꝙ probationes admissæ parte reluctante non ualeat.Affirmat Gramma.in decisio.89. aduersus. p totum Socy.in cõs lxvj cõsiliis nostris Deus.num.23.primo libro ubi dicit,secundum eum non procedere,quando quis uenisset per uiam dennuntiationis euangelicę , uel quando pars remisisset iuramentum.Item quando excipiendo cõuentus diceret contractum simulatum, uel quando contractos fuisset confectus inter personas prohibitas:quæ oĩa licet sint notabilia,tamen non omnes præfatę limitationes uidentur de iure procedere,uoluit et hæc idẽ Socy in consi.264. uiso instrumẽ-
3 to.nu,aj.in 2.uolum ubi etiam ait †ꝙ contra cessionarium et ista exceptio simulationis obici potest : & late per Gozadi. in
4 cons.69.uidetur prima facie.num. 12. ubi plus uoluit, ꝙ †etiã obtenta absolutione a iuramento, non ualere quẽ dicere contractum simulatum ex vi istius clausulæ , omnia & singula uera esse,quod nõ puto uerum,quando de ipsa fuisset facta mentio in absolutione a iuramento,argu. eorum quæ norat idem Socy.in consi lix.in causa nobilium comitum. tertio libro, ꝙ tot sunt absolutiones & requiruntur: quot sunt iuramenta, & quod ista clausula cum iuramento obstet agenti de simulatione:affirmat etiam Hypol.in singu. 574. & lic ex præfatis ita

uidetur

5 uĩ tenendum, & circa hæc nota unum, †ꝙ qui dicit contractũ
simulatũ, tenetur exprimere parte petente species simulatio-
6 nis. Decius in consi.49ᵘ.in cã ꝗ nomine cameræ num.8. †qua
liter aũt ex coniecturis præsumatur contractus simulatus: & ꝗ
sufficiunt: firmat Aymo in cons.clvj.n,15.Iacoba Nerenti.Cal-
ca.in consi.27 contra quem insurgit Socyn. iunior in consi. L
primo libro, ubi etiã de ista clausula omnis & singula, quod co
tum uidetur arbitrarium iudicis: sicut dicimus de metu; siue
si contractus sit meticulosus.l metus.in fi. ff quod metus c. in
fin Decius im Regula in omnibus.de reg.iu.& in cons.219. ui-
so puncto nu.3. Aym.in cons 49. quia posset, sicut nõnulla alia
ꝗ similiter sunt arbitrio iudicis commissa, probatur simolatio
ex confessione: parte absente, secundum hunc in consti. reg.
7 sancimus.§ ne quis.de iure congrui, & †ꝙ si est actum una uia
in competenti: debeat quis absolui, & ius agendi. uia compete
ti reseruari affirmat etiam Alex.in l.is ad quem.ff de acq.hære.
circa finẽ in gl.in uerbo iudex Barba in consi. 8. sapienter. nu.
2. in secundo uolum.Iste Boerius in deci 42 & dico ꝙ glo. ubi
plus uoluit, quòd quando forte libellus fuisset male cõceptus
8 †& ex articulis potuisset declarari intentio agentis, ꝙ ualeat de
terminari, latius etiam hęc notat Tiraquel.in tracta.retra. cõ-
sa.§.8.nu.3.fol. 142 qui dicit dictam legem uerius procedere,
quando actio competit alio iure: ꝙ tunc possit præponi, quę
qualites etiam procedant: sunt annotationes infra in deci. 83.
372. licet Sebast. Vantius in tract. nulli. sol. 49. numer. 109.
final. sequatur istam decisionem, & non bene, ut ibi &c.
Cæs Vrsil.

DECISIO LXI.

De dotis promissione, & priuilegiis dotalibus.

SVMMARIVM.

1 *Promissio constituendo dotem an habeat eundem effe-
ctum, ac si esset constituta.*
Conuentio de donando est donatio.
Infinitiuus omne tempus concernit.
2 *Dos promissa parem uim habet ac constituta.*
3 *Maritus futurus promittens uxorem dotare, cum con-
trahat per uerba de præsenti, an ualida promittat; &
quando.*
*Donatio inter futuros coniuges ante contractum matri
monii quo casu teneat, & etiam post contractum.*
*Dos promissa constitui per uirum ignobilem uxori nobi
li, an debeatur ad hæredes uiri matrimoni per uerba de
præsenti contracto copula non secuta.*
3 *Statutum de lucranda certa parte dotis, an se extendat
ad matrimonium sine copula.*
5 *Priuilegia dotibus & uxoribus concessa amplectuntur
etiam uxores per uerba de futuro.*
6 *Dos promissa constitui, & non constituta, an debeatur
uxorem p st annum renubente.*
*Vxor per transitũ ad secunda uota, ubi non sunt filii pri-
mi thori, non perdit ea quæ habuit a marito.*
*Ratio lucrorum nuptialium, & dotis datæ prætextu no
bilitatis uxoris est eadem.*

FVit lata quędam sententia in consilio prouinciali
in ciuitate Licij de consilio do. Ioan. Baptistæ de
Brancaciis, a qua fuit appellatum in sacro Consillo,
& commissa causa. D.And.Mariconde. Fuit dubita-
tum de quatuor.

1 †Prima utrum promissio constituendi dotem ha-
bear eundem effectum, ac si esset constituta. fuit di-
ctum, ꝙ sic, ut euitetur circuitus, ut dicit Io. And. in
add. Spec.in tit. de obli.& sol.in rub. Secundò per id
quod uoluit Saly. in l.si ut ꝓponis, de condi. ob cau-
sam. ubi si quis cõuenit donare: tunc est donatio: q̃a
infinitiuum omne tempus concernit: & sic præsens.
& licet Salyc. non alleget. gl. est in l.4.§ Cato. super
uerbo, per te nõ fieri ff.de uer.oblig q̃ dicit, ꝙ infini-
tiuum omnę tempus respicit. Idem Ale.in 2.uol. cõs.
2 31.in 3.col.& in 3.uol.consi.83.in 3.col. Tertio, †q̃a
parem uim habet dos promissa, uel constituta, ut di-
cit Bal.in l.fi.C.de dotis promissione. bene facit l.as-
siduis C.qui potio.in pign.ha.& l.unica.C.de re.uxo.
act.& sunt multa consilia Alex.in 1.uol.consi.220.in
3.col & in 4.uol.cons.63.in 7.col.& cons.67. in fi.&
Ange.in cons.179.& Alex.ff. de re iudi. l. non tantũ.
in pen.col & hoc quo ad primum dubium. Item post
multa idem concludit And.in c.1.de natur.suc.feudi.
in quęstio.illa, si dos fuit promissa, & non soluta, utrũ
soror excludatur: ut ibi per eum. & Alex.in 3. uolum.
3 consi.13.col.6. †Secundo dubitatur, utrum si mari-
tus futurus antequam contrahat per uerba de præ-
senti, promittit dotare uxorẽ, cum qua hẽt contrahe
re per uerba de præsenti; quia uxor nobilior est uiro,
ualeat talis promissio. Et fuit conclusum, ꝙ sic per ea
quæ no.Bar.& Doct.in l.si diuortio. ff.de uerb.obli.
ubi licèt uera conclusio, ꝙ etiam si uir non est ignobi
lis, ualet donatio inter futuros coniuges ante contra-
ctum matrimonij: & post contractũ matrimonij nõ.

Fallit, nisi uxor sit nobilis: & maritus ignobilis. idẽ
Bal.in l.1.in fi.C.de don.ante nup & hoc firmat Ale.
plene in d.l.si diuortio.circa finem. Tertio dubitatur,
utrum hæc dos promissa constitui per uirum non no
bilem uxori nobili debeatur ab hęredib.uiri, si matri
monium fuit solum contractum per uerba de presen
ti, non secuta copula carnali, nec fuit traducta in do-
mum uiri. Salyce.in l.cùm te.C. de don. ante nup. te-
4 nuit, †quod stante statuto, quod uir lucretur partem
dotis, non habet locum, si matrimonium fuit solùm
contractum per uerba de præsenti, & non secuta co
pula carnali, per multas rationes, de quibus ibi per
eum. Idem consuluit Abb.in cons.1.in 1. uol. & in 2.
uol.cons.79.& in cap.ex publico.de conuersi.coniu-
gatorum.& in cap.3.loco.de præsump. & in rubr. de
sponsalibus. Sed contrarium tenuit Pau. de Castr.in
l.cum fuerit.ff.de condit. & demonstra. Idem Pau.in
l.de diuisione ff.sol.mat.& in l.si donaturus ff.de con
dic.ob causam.ub Ale.dat multaa cotaa & Bal. in l.
Deo nobis.C.de epis.& cleric Et maximè hæc cõclu-
5 sio uera est in casu, quo quæritur: † qui priuilegia, ꝗ
dantur doti & uxoribus, nedum dantur uxori, quæ
est per uerba de pręsenti, sed etiam per uerba de futu
ro: ut in l.dabimus. de priui. cred. secundum Ang. in
l.solet.de bis qui notantur infa. & hoc firmat in bene
ficiis Abb.in d.c.3.loco.facit l non sine C. de bonis ꝗ
liberis. Vnde fuit uotatum, ꝙ uxor non cognita, quæ
est per uerba de presenti, debet habere dotem ꝓmis-
sam ab hæredibus uiri, licet non fuit matrimonium
carnali copula consummmatum. Quarto dubium, v-
trum debeatur talis dos promissa constitui & non cõ
stituta, si uxor transiuit ad secunda uota post annum.
6 Fuit conclusum, quod debeatur: † quia per tran-
situm ad secunda uota, ubi non sunt filij primi matri
monij, uxor non perdit ea quę habuit à marito: ut
in l.fœminæ, in fi.C.de secun.nup.& in auth. de nup.
§.si uero expect. Alex.in 2.uolum.consi.111.in prin.
quæ iura licet loquantur in lucris nuptialibus. Idem
fuit per consilium interpretatum, etiam in dote do-
nata prætextu nobilitatis uxoris: quia eadem est ra-
tio, quod tene menti, & sic fuit iudicatum, bene iudi-
dicatum, & male appellatum, uictum uictori in se-
cunda instantia in expensis condemnando. Matth. de
Affl. V. I. D.

ANNOTATIO IN DECISIONE LXI.

1 *Promissio de dote constituenda, an habet uim dotis constitutæ ad euitandum circuitum, pro & contra.*

2 *An aliud sit uendere, & promissio de uendendo, & an de dicta promissione de uendendo debeat solui gabella ex forma statuti.*

3 *Promissio de uendendo, expresso certo pretio, vera, certa & perfecta est.*

4 *Dos promissa uxori futuræ a marito an debeatur, si non dum fuit carnaliter cognita, nec ad domum ipsius mariti traducta.*

5 *Stante statuto de dote lucranda, habet locum etiam si quis fuerit in mora dandi.*

6 *Statutum præfatum de dote lucranda, an militet in dote præsumpta: scilicet quando mulier similiter nubendo, uideatur omnia bona sua in dotem dedisse.*

7 *Quando maritus propter impotentiam non potest uxorem cognoscere, an mulier tunc lucretur.*

Vide quia contra conclusionem firmatam hic in ista deci.
1 † q̄ ꝓmissio de cōstituenda dote, non habet uim, siue effectum: ac si dos fuisset constituta: tenet Hypo. sing 469 dixit profecto istud idē quidā Vicarius maxilla. in cōmento cōsue Barensiū fol 70. sed ꝓ p̄fata cōclu. huius decisionis, ad euitandum circuitum habet uim dotis constitutæ: & agi possit firmat Boerius in deci. 183 dico pactū. nu. 13 1. parte, latius Tiraq. in tracta. cōuentionali. fol. cccvj. in parua ultima impressione a nu 41. usq; lx. ubi tandem post multa refert sic fuisse iudicatum de æquitate illius Senatus, nouissime hoc testatur Grammaticus noster in sua dec. 103. illustri. Marchionissa Padulæ nu. 18. licet nu. 187. ibid. impugnet. & non respondeat aliter adductis in cōtrarium: tñ t̄pe meo semper sacrum consilium fuit secutum hanc ultimam opinionem, & habuit de facto tu quadam cā cuiusdam mulieris dominæ Rosatę de Domo de casali nouo, cuius causæ actuarius est Ioā Petrus Jubenus anno uidelicet 1552. & licet plura possint dici ꝓ r̄nsione ad dicta, per Hypo. in d. sing. 464 & Gram. in contrarium, tñ pro nunc
& illa mouebat caput: & tãdẽ precib. importunis Sci
pionis q per ingãnu & dolũ intrauit camerã, dicta te
statrix dixit, ꝙ sic. Et multę aliæ cõiecturæ adducunt,
ꝙ testm̃ illud nõ fuit cõditũ de uolũtate Catherinæ.
Ex parte Scipionis ad cõualidationẽ testamẽti addu-
citur fides notarii & septẽ testium, qui subscripserunt
3 in testõ. †Vnde ꝓsumendum est pro testõ propter au-
ctoritatẽ notariatus, ut in l. cum precib. C. de ꝓba. ut
dicit Ale. in 3. uol. in cõs. 33. in 2. & 3. col. & in eo. uol.
cons. 35. itẽ & testes, q dicunt, ꝙ Catherina erat in re
cto sensu tpe testamẽti ꝑdicti: in quo testõ est clausu
la codicillaris, quæ operatur, ꝙ uidentr rogati in testõ
hæredes scripti, ut si testm̃ sit minus solenne, soluant
legata in eo cõtenta, ut seruetur mẽs testatoris: ut no.
in. l. ex testõ. C. de fideicõmissis. cum aliis allegatis p
Ale. in j. uol. cõs. 36. & in 2. uol. cõs. 42. & in consi. 52.
in prin. & in 3. uol. cons. 17. in 6. col. & in cõs. 31. in 1.
col. Et si nõ ualet ut testm̃ in scriptis, ualebit ut testm̃
nuncupatiuũ: ue dicit Pau. de Cast. in l. hr̃des palàm,
uer. sed an ualebit. ff. de test. Fuit uisum oĩbus doct. de
sacro Consilio, ꝙ attenta fide notarii & iudicis & te-
stium, qui subscripserunt testm̃, dictum testm̃ sit uali
4 dum, †pterquam ad legatum domus, ex quo dictum
legatum fuit factum per uxorem ob nimiã reuerẽtiã
mariti stantis supra eius caput, cõcurrentibus eius im
portunis precibus, & blanditiis in damnũ & præiudi
cium Franciscelli patris. Vnde sicut actus rescinditur
stante metu reuerẽtiali, uel metu uerberũ, uel stanti-
bus minis ut dicit Bar. in l. 1. §. q onerãdæ. ff. quarũ re-
rum actio nõ dat. D. Abbas in c. cãm matrimonii. de
offi. deleg. & Bar. & Ale. in l. interpositas. C. de trãsac.
Ita ẽt rescindit illud legatum metu reuerentiali mari
to factũ concurrentibus importunis precibus mariti
5 in damnũ alterius. Nã ista æquiparantur †esse facta cũ
metu tyranni, uel ad eius importunas preces: ut dicit
Innoc. in c. petitio. de iureiur. & Bar. in trac. de tyran-
nide, in 6. q. & preces istorũ ęquiparant iussui: ut dicit
gl. in l. 1. in prin. ff. qđ iussu. & gl in l. j. C. si rector pro
uinciæ. & gl. in Cle. j. in uerbo, optimũ, de resti. in in-
teg. Bal. in l. fi. §. necessitate. C. de bo. quę lib. Bal. in l. si
mãdato. C. qđ cũ eod. Et firmat Ludou. in l. pen. ff. de
cond. ob turpẽ cãm. Nec ob. ꝙ preces importunę nõ
ęquiparantr metu, vt dicit Abb. in c. cũ inter R. de elec.
& in c. 2. qđ met. cau. nisi in tyrãno & in solito ducere
minas suas ad effectũ: ut ẽt dicit Ale. in 3. uol. cõs. 16.
& And. Barb. in c. 1. de offi. delega. Quia dico, ꝙ pter-
quã in tyrãno importunę preces nõ sufficiũt ad faciẽ
6 dum contractũ meticulosum, †Sed bene sequitur, ꝙ
qs dicat cõpulsus mediãtibus precibus: ut dicit Inno.
in d. c. cũ inter R. Et sic cõprehenditur, ꝙ nõ fuit libe-
ra & absoluta uoluntas testatricis relinquere domũ
marito. Sed eius importunæ preces fuerũt cã relicti.
Nec obstat l. fi. si qs aliquẽ testa. prohi. ubi licet mari-
to blãdiri uxori simpliciter, & istæ blãditię possunt di
ci bonus dolus: vt in l. 1. §. nõ fuit. ff. de dolo. Quia ad
hoc rñdet, ꝙ maritus sciebat, vel scire debebat, ꝙ hęc
domus ęrat hæreditaria patris dictæ Catherinæ. & iã
uoluerat d. Cath. scđm testimoniũ cõfessoris, ꝙ pater
eã haberet. Sed maritus fecit ei importunas ꝑces: istæ
preces, si ualuisset relictũ, ĩducerẽt dãnũ ipsi Frãciscel
7 lo: †unde ista malitia Scipionis in intrãdo occultè p
aliã portã, qñ uolebat facere testm̃: & rogãdo uxorẽ
suã, ut relinqueret domũ sibi importunè, habẽt anne-
xum quasi dolũ: ut colligit ex dictis per Bal. in l. q for
tuitis. C. de pig. act. extendunt in ꝑiudiciũ Frãciscelli.
Itẽ quia clàm & occultè intrauit, qñ uoluit facere te-
stm̃ non permittẽdo, ꝙ ibi essent consanguinei dictæ
Catherinæ ea parte patris, ut posset dictæ Catherinæ
persuadere sibi relinquendã domũ, prout fecit: unde
nõ põt negari, quin ipse Scipio fuit dolo uersatus, ut
dãnificaret socerũ suũ in dicta domo: quã relinquere
disposuerat suo patri sed pp eius preces & persuasio-
nes euenit damnũ dicto Franciscello, ꝓpea dr̃ in dolo
fuisse, ut dicit tex. in l cũ qs. ff. de dolo. Et hoc expres-
8 se tenet Ang. in l. j. C. si qs aliq. testa. prohibuerit. †Et
sic nõ obstat d. l. fi. quæ uult, ꝙ si maritus in blãditiis
usus est dolo, ut sibi uxor relinquat, nõ ualet relictũ.
Et sic cum hic nedum fuerunt blanditiæ, sed importu
næ preces & persuasiones, & interfuit dolus, ut perci
pitur ex uariis cõiecturis ex qualitate facti, ut dr̃ in l.
s. ff. de except. doli. Sacrũ Consiliũ fuit in uoto, ꝙ lega
tum ꝑdictũ de medietate domus, quò ad proprietatẽ
solũ annulletur, & remaneat testm̃, & legata in eo cõ
tenta. In cęteris succedit monasterium S. Dñi. quod
fuit heres institutum a d. Franciscello. Nec uidetur ab
sonum, ꝙ testm̃ ualeat quò ad institutionem, & quò
9 ad certa legata non, †quia hoc potest fieri per sñiam
iudicis, ut dicit expresse Bald. in l. 1. C. de sacrosan. ec
clę. Et patet in l. nam & si parentibus. ff. de inoff. test.

in fine, & per transactionem, ut in l.controuersia.ff. de trans. Et hoc uerum est ex post facto, nō ab initio, ut dicit Bal. in d.l. nam & si parentib. Et sic hoc pōt facere iudex per sententiam ex post facto, ut ibi, sed per se à principio non potest testamentum pro parte ualere, & pro parte non: ut in l.si ego.de iniusto rup. & in l.ius nostrum. ff.de regulis iuris, & in l.nam absurdum, cum conc. ff.de bonis libertorū. Et ideo Bal. in l.eum duob. C.de inof.test.dicit testamentum posse per sententiam pro parte rescindi, & pro parte con
10 firmari. †Item ꝙ iudex possit testamentum quantum ad unum legatum declarare nullum: & quantum ad reliqua legata ualidum, patet: quia si e constat, ꝙ unū legatum fuit factum per uim, & alia legata non fuerunt per uim facta. illud quod fuit per uim, est nullum, & alia remanent, secundum Bal. in l.1.2.col C. si quis aliq.test.prohib. & est tex.in l.1.in uersi. sed si legatum. ff si quis aliq.testa.prohi. & tenet Ange.in l. si.eod.titu. Et sic in casu nostro illud legatum domus fuit factum ad persuasionem, & dolo interueniente. Ideo fuit iudicatum nullum: & alia legata sunt ualida, quia sine dicta persuasione & sic sententia fuit secundùm ueritatem, & iustitiam, & ęquitatem, & bonitatem sacri Consilii lata. Matthæus.

ADDITIO.

De blanditiis, & minis maritalibus uide Step.Bert.par.1.cōs. 337.num.10. & parte 2.cons.314.num.2. & Hipp. de Mars.sing. 645.incip.aduertant. & in prac.§.diligenter num.88.

ANNOTATIO
IN DECISIONE LXIX.

1 *Testamentum confectum blandis uerbis, an ualeat?*
2 *Preces superiorum an habeant uim mandati, ut testamentum dicatur factum vi?*
3 *Qualiter quis puniatur, ex quo prohibet aliquē testari.*
4 *Ex coniecturis etiam probatur aliquem fuisse prohibitū testari. Item quando testator post discessum notarij de præfatis fuit conquestus.*
5 *An solus metus reuerentialis præcedentibus minis faciat, quòd aliquis dicatur prohibitus testari?*
6 *Quando quis expellit notarium uolētem conficere testamentum, dicitur testatorem prohibuisse testari.*
7 *Importunę preces mariti & aliorum coniunctorum metui æquiperantur.*
8 *Fragilius est sexus muliebris, et de facili mulier in mortis articulo cōstituta ad ꝑsuasionē mariti aliqd facit.*
9 *Testamentum factum ad instantiam coniunctorum reuocans primum, non ualet.*
10 *Pœna adiecta in casu reuocationis testamenti non ualet*
11 *Ecclesia potest libere, & absoluto uocabulo relinqui: cōtra Recentiores habetur ibidem.*
12 *Veniēs ab intestato, existens in possessione bonorum præfertur huic blandis uerbis instituto.*
13 *Iuratur in litem contra prohibentem testari.*

ADDE, quòd contra hanc decisionem quatenus uidetur concludi, quòd istud legatum sic factū blandis uerbis, & persuasionibus huic marito, nō ualeat. uidentur facere ea quæ uoluit Bar in l.Lucius.§. Sempronia.ff.de leg.2.
1 qui dicit†institutionem factam blandis uerbis, siue persuasionibus, esse ualidam. & uoluit Decius in cons.489 in casu occurēti, ubi in fortioribus terminis cōsuluit. scd̄m testm̄ cōfectū a testatore ad ꝑsuasiones præfatas, seu preces cōiunctorū ualere. Sed pro ista decisione faciunt ea quæ allegat Tiraq in tracta. de pęnis, causa 34 35 & Hieronymus Gigas in tracta.de crimi
2 ne læsæ maie.li 3.fol.169 †quòd præces importunæ, & maxime superiorum obtinent uim mandati, de quibus etiam per Recentior. in cons.Alex.33.3. uol.in quibus aliter quis punia-
3 tur: quia prohibuit alicui testari †ponderatis his in terminis casus nostri, & per Corneum in cons.56.uidetur 1.aspectu.& 84. diu post reditum, per tatum uol.1.Ias.in cons.31.num.5.uol.1. Hieronimus Gratus in cōs.20 placet.cons.2.uol.ubi etiam in-
4 quit, quod† ex coniecturis probatur quem prohibitum testari: istud etiam approbat Soci.Iunior in cons.148.in 2.parte: & in consi.156.ea.parte. Parisius in cons 67.quærela & iudicium deductum. ubi latius ad plenum cuaceruando materiam. Inter alia dicit posse istud probari, quòd quis fuerit prohibitus testari, duobus testibus, & pro istis etiam faciunt quę uoluit Aymo in cons.10. Antonia relicta.num.17.ubi citando Afflic. dicit, legatum istud factum ad importunas preces mariti, uel dolo ipsius non subsistere: & istud posse demonstrari; quando fortè post discessum huius mariti mulier de præfatis fuisset conquesta: quod etiam affirmat de testamento dolo cōditio, quòd nō ualeat: quando testes dicunt unum fuisse pro alio suppositum. Aymo in alio cons.143.Gulie Burelli nu.8.imo metus reueren
5 tialis†cum enormissima læsione contractum rescindi, inquit
6 in cons.6.num.7.Item quando quis†expellit notarium uenientem ad faciendum testamentum: uidetur testatorem prohibuisse testari: Grammaticus noster in consil. 26.in ciuilibus.igitur ex his concludendum, legatum istud factum ad importunas preces, uel dolo uiribus non subsistere: quod etiam uoluit Boerius in decis.108.& difficilem, ubi etiam comprobat, ut supra
7 †importunas preces mariti & aliorum coniunctorum metui æquiparari: cum quibus etiam conuenit Cotta in memor. in verbo testatorē, qui insurgit contra Decium: ubi supra, sed quę dicendum ultra eos, me mouet tex l.hac consultissi.§ at cum humana fragilitas mortis cogitatione turbatus. C.de testam.
8 † & cum fragilis sit sexus muliebris l.1.cum simili.ff. ad Velle. per Pan.de Cast.in d.§.at cum humana fragilitas. in facti con-
9 tigentia†dicit fuisse reuocatum quoddam testamentum secūdum per testatorem confectum ad dictas preces coniunctorū reuocans primum, ex quo dicti consanguinei hæc procurauerunt scientes se non fuisse institutos in primo testamento, & pro præfatis sunt etiā nonnulli, quos citant Recentior. in cōsi. Decis 293.uiso testamētn, qui ita arguendo cōfirmant, & Rui
10 nus in consi.73.num.5.secundo uol.in quibus†quòd non ualeat promissio testatorū, qui adiecit pœnam in casu reuocationis testamenti: Quibus uō obstant adducta per Decium in eo. cons.489.nam respōdetur, prout ipsemet uidetur sentire in d. loco, illa procedere, quando testator ipse existens in recto sensu ad preces tantum simplices & importunas, absque dolo & fraude aliquem fecisset hæredem: aliàs talis institutio non solum non ualeret: sed hæreditas per primum institutum aduocaretur a secundo, sic subdolè, & dolosis uerbis, siue importunis precibus instituto. prout uoluit Ange.in l.non enim per illum tex.iuncta gl ff.de inoffic testa. Ias.in l j.si quis ali.testam. prohi.Recen.in d.cons Decij 489.& ante eum Ruinus in d.cōs. 73 2.uol. & in hoc quidem tantum dicti Recentiores bene, sed
11 quatenus ibidem ultra progrediantur, quòd non possit relinqui ecclesiæ, malè, & pessimè sunt loquuti, & contra Christianam ueritatem, & maximè tex.l.præfatæ. C.de sacrosan.eccle. uoluit ultimo hæc Hypol.in sing. 526. & modernus nominę Hier.Buttigella in repet. l.pen.§.si quis ita.nu.8.ff.de uer.obli. qui distinguendo, quando testator fuerat grauatus graui infirmitate, uel ne: & citando dictum consilium Alex.92.pōderatis his 3.uol.hęc amplexatus, quem uide si habes. Imo plus dico, ꝙ
12 † ueniens ab intestato, existens in possessione istorum præfertur huic sic istis blandis uerbis instituto; prout tenet Bal.in d. l.j.C.si qu.aliq.testa.prohi.qui pro hoc adducit tex.l.j.ff.de do. ma.met.excep.refert, & sequitur Corsetus in uerbo hæres, ter
13 tio, in suis notabilibus. Insuper nota†quòd contra hunc prohibentem testatorem testari iuratur per illum qui habet interesse in litem, tanquam contra dolosum. Ioā. Plotus in repe.l.si quando. C.unde ui.num.725. de aliis uero testis in ista decisione: sunt annotationes infra in decisi.393. Cæs.Vrsil.

DECISIO LXX.

De expensis reficiendis in processu nullo, ratione inuasionis patriæ ab hostibus.

SVMMARIVM.

1 *Gesta iudicialiter tempore incursus hostium sint nulla. Actor an teneatur ad expensas, quæ nunc non possunt liquidari.*

2 *Expen-*

2 *Expensæ litis probantur per iuramentum.*
Expensæ procuratoris & aduocati an ueniant reficiendæ in causa iterum mota propter nullitatem processus.
Aduocati labor consumptus ratione litis longioris satisfaciendus.
3 *Processus tempore tyranni factus oẽs reficit expensas.*
4 *Baldus in l. eos. §. cautionem, declaratus.*
Expensæ reficiuntur data processus nullitate.
Instantia perempta processum annullat.

1 DIcitur † q processus est nullus, & oĩa acta: quia facta tpe inuasionis Regni, per no. in l. decernimus C. de episc. & cler. & Bart. in tract. de tyrannide. Actor uidens pcessum nullũ tpe Regis Ferd. secũdi iterũ incipit dare libellũ suũ, reus opponit, q reficiantur expẽsæ primæ litis, in qua nõdũ erat lis cõtestata, actor nõ negat litẽ inceptã tunc, sed dicit q nõ tenet ad expensas; quia non possunt liquidari nunc, ideo pcedatur in causa: & qñ liquidabuntur, offert soluere. Dicit reus, q expensæ istę possunt liquidari nunc per suum iurm, per gl. in c. dilecti, & ibi Io. And. & Abb.
2 Sic. de for. comp. per tex. in l. sancimus. C. de iudi. † ubi expensæ litis probantur per iurm. Dicitur ẽt, q non debent refici expensæ procuratoris, & aduocati; quia remanent aduocati, & solum rõne mutationis iudicij reficiuntur istæ expensæ, rõne longioris litis, & sic nõ reficiuntur istæ expensæ in aduocato & procuratore, per doctrinam Bar. in l. ædita. C. de edendo. Ego dicebam, q istæ expensæ in aduocato & procuratore, quãtum tangit eorũ labor in illa lite, debent refici, prout taxabitur in arbitrio sacri Consilij: quia ille labor est
3 consumptus: quia rõne longioris litis, † & ideo debet refici, sicut aliæ expensæ factæ in illo pcessu nullo, ea rõne, quia factus tpe Tyranni. Oẽs fuerunt isto uoto,
a a præter duos dominos de Consilio, qui dixerunt, q non deberet fieri cõdemnatio in expensis, per id qd dicit Bal. in l. eos. §. cautionem, de appel. in 2. col. ubi dixit, q qñ quis succumbit ex facto pprio, in quo nõ põt prætẽdi error, siue sumus in causa principali, siue appellationis, semp debet in expẽsis cõdemnari. † Sed dicto actori notorius error potest imputari, iuxta l. Barbarius, de off. præto. & super hoc multa uerba fuerunt prolata. Sed fuit replicatum, q Bal. loquitur de errore in causa interueniẽte. Sed in casu, de quo agitur, est allegata nullitas processus, & non fuit aliquid replicatum de errore, & ideo debent refici expensæ, ut habetur in c. finem litibus, cum concor. de dolo & contu. per Inno. ubi data nullitate processus, quia perempta instantia, reficiuntur expensæ.

ADDITIO.

a *In isto uoto.)* Et quòd actor semper debeat, dum succumbit, condemnari in expensis, tenet Paul. de Castr. in l. destitisse. ff. de iudi. ex quo debuit bene instructus uenire ad iudicium, & ideo tãquã temerarius litigator condemnabitur in expensis, per l. eũ quẽ temere. ff. de iud. idem sequitur Iac. de S. Georg. in d. l. destitisse. Et ibi subdit hoc comprobari posse prima ratione: quia actor potuit uenire præuisus ad iudicium, cum esset in potestate sua quando ageret. Secus est in reo: quia non est in potestate sua, quando conueniatur. l. purè. §. fi. de doli exce. & idem tenet Bar. in d. l. eum qui temere. uers. ad unum aduerte, quòd in actore requiritur magis iusta causa, & idem tenet Bart. in l. properandum. § sin autem reus. uersi. item potest apparere ex actis, & tenet etiam Phil. Dec. in c. interposita. §. ille denique. 1. colum. versicu. hoc de plano, de app. & faciunt dicta infra decis. 318. in fin. uers. 15. Thom. Grammaticus.

ANNOTATIO

IN DECISIONE LXX.

1 *An si qui est motus iusta cã ad debitum petendum tempore tyranni: an debeat in expensis condendari?*
2 *Arbitrarium est iudicis, si quis debeat ad expensas condendari: Et an sufficiat opinio unius doctoris, ut quis excusetur ab expensis?*
3 *Contumax non solum non habet audiri nisi refectis expensis: etiam qui vult agere instantia perempta.*
4 *Hodie expensæ prius taxantur a iudice: & postea datur parti iuramentum, & istud ad euitandum priurium fortè incurrendum; ne forte iudex moderet expensas per partem iuratas.*

TV verò in ista decisione dicas primo esse quęrendum, an acta facta tempore tiranni sint ualida: & quia latius infra in decis. 75. concluditur quòd sic. igitur data ualiditate præfata actorum: nõ est necessarium discutere de refectione expensarum: sed data actorum inualiditate in casu de quo agitur, uidetur saluo saniori iudicio, refectionem præfatam
1 expensarum non venire † stante quòd iste actor iusta de causa fuit motus ad mouendum litem præfatam etiam tempore tiranni, non ut tiranno faueat: sed ut suum consequatur: igitur non debet ad expensas condendari l. qui solidum. §. ẽt. de lega. 2. cum alijs citatis per Ias. in l. properandum §. sin autem alterutra. in 3. col. versi. iuxta istam primam, nu. 3. C. de iud. vbi post alios concludit † tandem arbitrium, & opinio solum unius do-
2 ctoris quem ab expensis excusare, ultra alias nouem limitationes, per quas ponit fieri excusationum expensarum, & quòd causa euasionis reg. dicitur iusta: si uigore ipsius inuasionis q. aliquid facit, sunt annotationes post Affl. infra in decis. 150. in illo subiecto, quòd si debitores soluerunt ante moram tempore tiranni: quod sunt excusati, seu liberati, satis igitur uidetur iudicem debere arbitrari hos isto tempore agentes, & mox repetentes iudicium, quando acta fuissent nulla. ab expensis fuisse excusatos. nec tex. l. sancimus C. de iudic. hic adductus facere uĩ ad rẽ. quatenus fortè uelit secũdum Sal. & Ias. in d. § sin autem alterutra colum. 3 in 5 limita. tertio principaliter limita, iusta causa quem ab expensis ratione contumaciæ non excusari, & uoluit etiã Deci. in cons. 24 pro tenus in fine, nu. 6 qui
3 dicit † non solum contumacem non debere audiri nisi refectis expensis: sed etiam ille qui uult agere instãtia perempta, quod limitatur, secundum pragmaticam in personis priuilegiatis; quia hic non sumus in præfatis expensis ratione contumaciæ in non parendo mandatis iudicis, sed in expensis factis tempore tiranni ut supra iusta de causa, sic sentio omni alio iudicio semper saluo, & in super quatenus etiam Affl. hic uideatur
4 uelle † expensas istas ratione litis debere taxari, & liquidari per iuramentum partis, aduerte (si placet) quia hęc etiam in expensis litis ratione contumaciæ non procedunt, sed hodie prius hæ expensæ taxantur à iudice & postea a parte iuratur, ut in auth. post iusiurandum. C. de iudic. & istud ad euitandum periurium: nam posset iudex expensas moderare post iuramentũ, & sic iurans incideret in periurium, notant scribentes in locis suprà allega. & Aret. in insti. de actio. in § dupl. colum. 4. uers. quam extimationem suo iuramento &c. Cæs. Vrsill.

DECICIO LXXI.

De alimentis carceratis præstandis.

SVMMARIVM.

1 *Debitor incarceratus, qui non habet unde se alat, & quẽ creditor recusat alere, an possit per iudicem liberari simpliciter.*
2 *Carcerati debitoris sumptus fidei debẽt per creditores.*
Carcerati pauperes pro crimine à fisco aluntur.
3 *Captus debet sibi facere expensas, aut est a suis alẽdus.*
4 *Carceratus pauper qui non alimentatur a credito-*

ribus quod remedium habeat.
Consuetudo turpis non approbanda.

1 FVit dubitatum, †si debitor ad instantiam credito rum fuit positus in carceribus, & stetit ibi per aliquod tps: deinde ipse carceratus uociferatur, ꝙ non habet unde se alat, & petit, ꝙ prouideatur sibi de alimentis: iudex mādatū facit creditoribus ꝙ ei præstēt alimenta, illi nō cōparent. Vtrum iudex possit ipsum liberare simpliciter absque fideiussore, cum illam fideiussionem nō inuenit. Alc. de Imo. post Bar. in l. sanctum. ff. de rerum diui. dicit, ꝙ iudex pōt eum liberare, allegat gl. in l. fi. in uerbo, agnoscere. C. de ero. mili. anno. lib. 12. & istam gl. allegat ēt Aret. in §. fi. Inst. de act. dr, ꝙ Rayn. de For. hoc dicit in l. iudices. C. de episc. audi. Sed in ueritate illa gloss hoc non dicit. Et
2 †ideo Ang. in l. minimè. C. de appel. dicit ꝙ sumptus debent fieri per creditores, sed non dicit, ꝙ si non faciunt pōt iudex ipsum liberare. Bene de iure carcerati pro delicto, si sunt pauperes, recipiunt expensas a curia, ut legitur & not. in consti. Reg. humanitatem, de his qui fid. dare poss. Et idem dicit gl. in d. l. fi. ꝙ expensæ debent fieri per illum, qui facit eum custodiri, uel carcerari, & non dicit, ꝙ si non facit, iudex potest
3 eum liberare. Et dicit Lucas de Pēna ibi. †ꝙ captiuus debet sibi ipsi facere expēsas, ut ff. de re iud. l. si uictū. & ff. ad l. Aquil. l. quemadmodum. §. magistratus. & de regula. c. ne religiosi. & in auth. ut cum de appellatione cognoscitur. §. si unū, & in auth. de incest. nup. §. si non contigerit, in quibus probat, ꝙ a suis alendus est. Et dicit, ꝙ in regno expeditum est, ꝙ si habet de suo, sibi ipsi facit expensas, alias expensis curiæ, ut in dicta consti. humanitatē. Sed illa cōstitutio loquitur, qñ est carceratus pro cā criminali. Et ibi uide Lucam de Penna, qui multa dicit de diligētia custodis carce
4 ris habenda. Et propterea fuit dictum quod si ille carceratus est pauper, & nō habet unde se alat, & sumus in cā ciuili, & creditori nō pōt fieri executio pro alimentis, debet carceratus petere beneficium cessionis bonorum, & liberatur iuxta no. in § fin. Inst. de actionis. & sic ista quęstio uoto omnium fuit decisa. nec dubitet aliquis de consuetudine allegata: quia illa consuetudo non est legitimè probata, nec eam ut turpem approbat Consilium, maximè in hoc casu, stante ista paupertate notoria. per ea quæ notant Doc. maximè Ias. in d. §. fi. Matth. de Afflict.

ADDITIO.

Super alimentis carcerato præstandis vide Guid. Papę decis. 211. & 448. in suis decisio. Delphinatus.

ANNOTATIO

IN DECISIONE LXXI.

1 *Creditor tenetur alimenta præstare debitori pauperi carcerato; quando ipse debitor non potest eleemosinis uiuere: & si ipse hoc non facit: debitor ipse liberatur, aut admitti debet ad miserabile beneficiū cessionis bonorū.*
2 *Clericus remittendus ad iudicem ecclesiasticum, cuius expensis fit hæc remissio: & uulneratus cuius expensis curari debet.*

AD hanc decisionem, quòd creditor teneatur ad alimentorum pstationē debitori pauperi carcerato, qñ nō pōt eleemosynis uiuere, accedit Boerius in decisione 303. cir
1 ca hanc quæstionem † ubi etiam, quòd quando creditor hoc non facit, non solum ipse debitor à carceribus liberatur, sed potest conuolare ad miserabile beneficium cessionis bonorū.
2 & insuper†quòd expensis petentis fiat remissio clerici ad iudicem ecclesiasticum, & habetur etiam de præfatis per eundem Boerium in dec. 324. & præsupponitur, ubi etiam cuius expensis debet uulneratus curari, & habetur etiam per Gui. Pap. in decis. 211. debitor. nume. 22. Confert. in uerbo expensæ, in quibus quod si iudex istud non facit, alit de suo, hic non sunt alia, quia breuis decisio. Cæs. Vrsill.

DECISIO LXXII.

De contractus emphyteutici simulatione, & de probatione super eo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis in fraudem iuris congrui concessa, an præsumatur simulata, num. 9.*
Alienatio pro contractum emphyteuticum factā nō præbet uicino ius congrui.
2 *Contractus emphiteuticus quando, & ex quibus præsumatur factus in fraudem iuris congrui.*
3 *Testis deponens de uenditione totius, an tacite includat medietatem altero teste de medietate deponente, et an sint singulares, num. 5.*
Breuitas temporis fraudem præsupponit.
4 *Emphiteusis quę conceditur cuius summa requirat ingressum.*
Expressa plus monent.
5 *Testes duo contestes in probatione actus ad minus requiruntur.*
Testes quando dicantur singulares.
6 *Testis referens se ad scripturam non facit aliam probationem, quam quę continetur in scriptura.*
Testes singulares non probant.
7 *Cōtractus emphyteutic us de sui natura requirit scripturam, & contra eum facienda est probatio per scripturam.*
8 *Simulatio contractus quo casu in scriptis probanda.*
Pecuniam pro intratura an liceat dare in contractu emphyteutico.
Mutatio propositi pœnam, quæ a principio locum habebat, non arguit.
9 *Statutum prohibitorius in certo casu cum pœna, an sufficiat, quòd a principio seruetur, licet ex post facto mutetur propositum.*
Pretij interuentio emptionem causat, & uenditionem.
10 *Attenditur quod est in ueritate, & non quod partes sibi fingunt.*
Materia l. quæritur. ff. de stat. ho. pulchrè per totam decisionem tractatur.

1 NArdus Andræas Fronda†quandam terram ualoris ducatorum 180. per contractum emphy. recepit a quodā priuato, & soluit ꝓ intratura ducatos cētum pro annuo canone tarrenorū. 7. cū pactis emphyt. & cū ptāte affrancādi in simili, uel meliori situ, & postea infra quinq; mēses Nardus Andræas, & ille dns directus cōueniūt, qđ affrācatio fuit in pecunia, & sic Nardus Andræas soluit restātes ducatos 80. Modo quidā uicinus dictæ terræ petit dictā terram iure congrui, dicens illā in emphyteusim concessionē fuisse factam in fraudem iuris cōgrui, & simulatē fuit facta, cū rei in ueritate fuit ūeditio, licèt apparēter fuit cōtractus emphitenticus, i quo cōtractu emphyteuti co iux-

eo iuxta consuetudinẽ Neap. nõ habet locum iua con-
2 grui.† Et ad ostẽdendũ de dicta simulatione adducit.
Primò, quòd plus est in quãtitate, quàm sit in specie,
unde præsumitur siue iudicatur de quo magis partici
pat. l. quæritur. ff. de sta. ho. l. legatis. §. si unus. ff. de leg. 3.
bene faciunt no. per Bar. in l. Arist. ff. de don. per Bal.
in l. 1. C. de rerum permuta & in pludiis feudorũ per
Doc. in c. ad q̃stiones. eo. tit. & sic ꝙ fuit venditio. Se-
cũdò adducitur dictum duorum testiũ dicentium de
dicta simulatione, uerum unus dicit, ꝙ tota fuit uen-
3 dita, alius dicit de medietate vẽdita, † & ille qui dicit
de tota re uẽdita, uꝛ dicere de medietate: iuxta ea quę
no. per Ale. in l. 1. §. si stipulanti. ff. de uerb. ob. Tertiò
adducit ꝙ intra breue tp̃a fuit facta affrancatio, & sic
ꝑsumitur ex breui tẽporis fraus: ut in l. si uentri. §. eo-
rum. ff. de priuilegiis creditorũ. Bal. in l. fi. C. deposit.
& in l. pro debito C. de bonis auctoritate iud. poss. &
in l. pacta nouissima. C. de pac. not. ꝑ Bar. in l. post cõ
tractum. ff. de donat. In contrarium adducitur, ꝙ ni-
hil constat de simulatione. Primò quia licitũ est in cõ
tractu emphyteutico dare aliquid ꝓ in tratura: ut di-
4 cit gl. in c. potuit. de locat. Item, † quia si res ualet cen
tum, põt concedi in emphyteusim, cum in tratura de
quadraginta, secũdum Albe. de Ros. in l. 2. C. de iure
emphy. & ibi Iason dicit cum in tratura de sexaginta.
Item illud, quod dꝛ in d. l. Aristo & in similibus locis
procedit in dubio. Sed ubi est expressum, ꝙ sit permu
tatio, nõ obstat, ꝙ sit plus in quantitate, quàm in spe-
cie, quia attẽditur id, qđ expressè actũ est. Ita dicunt
Bar. & Doc. in dictis locis: & sic nõ obstat primũ fun-
damentum. Nec ob. dictum duorum testiũm loquen
tium de simulatione; q̃a illi testes sunt singulares, ex
quo deponunt de uno contractu: & unus dicit, ꝙ uẽ
5 dita fuit tota terra: alius ꝙ medietas, † & sic sunt sin-
gulares in prædicamento quantitatis ipsius terræ, ut
dicit Bal. in l. testium. C de testi. & per cõsequens red
dũtur singulares, & nõ probãt. c. licet cãm. de ꝓbat. c.
bonæ. de electio. cum simi. Et ad probandũ actum ad
minus duo testes cõtestes requiruntur: ut in c. licet ex
quadã. de testib. l. iusiurandi. C. de testi. unde cũ unus
deponat de uẽditione medietatis terræ, alius de tota
terra, & uno facto deponũt, dicũtur singulares: ut uꝛ
innui in quodã cõsilio Ale. in 2. uol. cõs. 64. incipiẽte,
uisa consultatione, &c. & no. Bal. in l. 1. C. de testa. &
in l. actor. C. de probat. & Doc. in d. c. licèt ex quadã,
& D. Anto. in c. cũ olim. de accusat. Ale. in 3. uol. con-
sil. 3. in 5. col. Præterea dicit Ale. de Imo. in 1. uol. con
6 sil. 18. inci. uiso processu: † ꝙ illud, quod dꝛ, ꝙ in ma-
iori summa inest minor in testibus, nõ procedit in cõ
tractu facto ex cã onerosa: ut in d. § si stipulanti, & in
l. fi. ff. locat. Item dicit idem Alex. in cons. 118. incipiẽ
te, in cã & lite, &c. ꝙ si unus testis deponit, ꝙ res fuit
uẽdita, uel cõcessa pro decẽ, alius dicit, ꝙ fuit pro 15.
sunt singulares, & nõ probant: quia agitur de proban
do certum actum, & non agitur de probando aliquid
in uniuersali, uel aliquid in genere, allegat Io. And. &
alios post eum in c. 1. de arbit. li. 6. in nouella. & alias
cotas: ut ibi ꝑ eum. Præterea unus ex dictis testibus,
7 uel ambo referunt se ad instrũm, † unde nõ facit aliam
probationẽ, q̃ quæ continet in scriptura ut dicit Ale.
in 2. uol. cons. 134. in 2. col. unde cùm aliter dicat scri
ptura, ad quã se refert testis, non facit aliam probatio
nem q̃ quæ continetꝛ in instro. Vnde fuit mihi uisum,
& maiori parti dominorum de consilio, ꝙ dictis duo
testes sunt singulares, & non probãt: maximè cum ad
ducãtur ad probandum simulationẽ contractus em-
phyteutici, qui sm̃ magis cõem opinionẽ est contra-
ctus, qui de sui essentia requirit scripturam, ut notãt
Doctores in l. 1. C. de iure emphyteuti. & Imol. in c.
8 potuit. de locato. † quo casu debet probari simulatio
in scriptis: ut dicunt Bar. & Bal. in l. generaliter. C. de
non numer. pec. Nec obstat, ꝙ illi duo testes referunt
se ad scripturam simulatam; quia non deponunt de te
nore, & sic non probant tenorem, iuxta no. in c. cùm
olim essemus. de priuilegiis. Nec ob. quod vltimo lo-
co dicebatur de affrãcatione in pecunia post quatuor
menses. Quia mutatio uoluntatis contrahentium sol
uit obiectum. unde dicit Bar. in l. cætera. §. fi. de leg. 1.
ꝙ si statutum dicit, ꝙ nullus possit emere frumentũ
in platea, nisi pro suo usu, si aliquis tenet frumentũ ꝓ
usu suo, si postea mutato proposito nõ cõuertat cãm
usus, nõ incidit in pęnã: & sufficit, ꝙ à principio emit
in cãm usus. idem uoluit Bal. in l. unde q̃rit. ff. de exer-
ci. & Ioã. de Ana. in c. significauit. 6. col. de Iudæis, &
Fel. in c. 1. de constit. in ult. col. sic in proposito à prin
cipio fuit facta concessio cũ ptãte affrancãdi in simili
uel meliori situ; ꝙ sic cũ proposito dandi excambiũ, li
cèt postea dedit in pecunia, non ex hoc iudicatur cõ-
9 tractus simulatus. † Vnde fuit conclusum per maiorẽ
partẽ dñorum, ꝙ Nardus Andreas debet absolui, &
sic fuit lata Regia sñ̃a, licèt Io. Baptista Brancatius,
& do. Ant. de Ale. fuerint in uoto, ꝙ Nardus Andreas
condemnetur iure congrui ad restituendum medieta
tẽ dictæ terræ. Et ergo putaui ipsos bene uotasse, q̃a
licèt contrahentes dictũ contractũ appellauerint em
phyteuticum, tñ̃ ratione pretii interuenientis quantũ
ad medietatẽ, uꝛ ꝙ sit emptio, & uenditio, q̃a ubi pre
tium interuenit, dꝛ emptio & uenditio, ut dicit gl. in
l. fi. C. de prædiis curia. lib. 10. & Bal. in l. ex conuentio
ne. C. de pac. & in l. cum potem C. de iure do. Nec est
in consideratione, ꝙ partes appellent eum contractũ
10 emphyteuticum; † quia attenditur id, quod est in ue-
ritate, & non prout partes appellant contractũ, ut di
cit gl. in l. 1. §. 1. in uerbo, agendo. ff. de superficiebus,
quam ad hoc allegat Bart. in disp. sua publicanus, sic
etiam dicit Bar. in l. 1. C. de iure emp. ꝙ non est curan
dum, quo nomine contrahẽtes appellent cõtractum,
cum similib. allegatis per Ale. in 2. uol. cons. 6. in prin.
quia per nuncupationem contrahentium non potest
mutari ueritas ipsius contractus, ut in iurib. alleg ꝑ
Alex. in 2. uol. cons. 83. in c. uisa facti narratione. in 3.
col. uers. & licet cotrahentes &c. Mat. de Affl. V. I. D.

ANNOTATIO

IN DECISIONE LXXII.

1 *Si emphyteuta donat ius suum, & donatarius pro dona-*
natione promit at centum, non donatio sed emptio est.
2 *Vbi fit mentio precij, censendam uẽditionem, non obstan*
tibus uerbis.
3 *Quando princeps pro feudo recipit pretium, obstante ꝙ*
dicat indulgemus, & donamus, uel aliud uerbum simi
le, non propterea feudum sed emptio, ideo contractus
reuocari non potest: fidelitas, ac si esset feudum, non de-
betur.
4 *Quando partes in instrumento transferuntur dominiũ*
utile, & directum non obstante quod dicantur facere
instrumentum emphyteusis, contractus censualis est
censendus.

5 *Contractus non secundùm corticem verborum, sed secũ dùm effectum rei consideratur.*

6 *Quando quis conuocatis septenis testibus dicit, estote præsentes huic meo contractui, seu codicillo, non propterea contractus seu codicillus est, sed testamentum.*

7 *Donationi causa mortis cum adijcitur clausula, quòd nõ possit reuocari, fit donatio inter viuos, & istud quo.*

8 *Testis deponens de venditione & non de pretio, non pro bat venditionem factam.*

9 *Quando est facta locatio ad longum tempus: hoc est ad annos decem, si solutio pensionis venit facienda singulis annis, cessat ius congrui, secus si solutio fit in vnico precio.*

10 *Quando res partim est vendita, & partim donata, fraus præsumitur.*

11 *Quando aliqua res est data ad emphyteusim, cum facultate affrancandi in pecunia habet locum ius congrui, non obstante consue. Neap. quæ vult, quòd in contractu emphy. non habeat locum.*

12 *Quando clericus emit in fraudem iuris congrui, potest res eo iure aduocari.*

13 *Alienans res suas in clericum in fraudem collectarũ, an illis possit priuari?*

14 *Mutatio uoluntatis contrahentium non nocet: cũ à principio aliquid fuit factum sine fraude, vnde licèt à principio in foro conscientiæ non liceat fraudare ius congrui, tamen ex post facto licet.*

15 *Stante statuto, quòd quis non valeat extrahere frumentum extra ciuitatem, non tantum non comprehendit illum, qui extraxit pro n n suo, sed etiã illum, qui à principio extraxit pro usu proprio & mutauit volũtatem.*

16 *Testis qui se remittit instrumẽto, an eatenus ꝓbat, quatenus habetur instrumentum.*

17 *Et testis examinatus, qui simpliciter se remittit suæ depositioni, probet.*

QVòd cui est facta datio ad emphy. cum ptãte affrancandi
redditum in pecunia, habeat locum ius congrui: & sic
non attendantur verba sonantia cõtractum præfatum
emphyteuticũ: sed effectus rei, siue solutio precij, quæ facit em
ptionẽ, satis conuenit, qđ voluit Ale in cons. 120. visis narratis
1 in uersi ꝓ hoc facit. 3. vol qui ait † ꝙ si emphyteuta donat ius
suum, & donatarius pro donatione promittat cẽtum, non donatio, sed emptio, est hoc idem Ale. in consi. 63. in cã. vol. 7. voluit etiam Hyp. in sing. 105. ubicunque, vbi tandem post mul-
2 ta hoc affirmat † ꝙ ubi precium ibi emptio, quod etiam iog t
3 locum habere in feudo, unde si princeps pro† feudo reciperet
pretiũ, & postea in instrõ diceret indulgemos, aut donamus,
vel aliud simile uerbum: non propterea censeretur feudum versum sed emptio & ideo non haberet locum reuocatio, nec deberetur fidelitas sicut in feudo verò, quod dictum si in praxi vigeret, satis foret notabile ad cõsti. reg. diuę memorię, in ipsum
approbat Ay. in cõsi. 6. plura vidẽda. nu. 109. vbi etiam non per
di ex causis, in quibus de iure feuda amittotor, & alia, & cum
eis etiam conuenit Dec. in cons. 164. non fuisset. nu 3. vbi consuluit, ꝙ quamuis partes dicant facere contractum emphyteu
4 ticum † tñ qñ transfertur dñium directum & utile, non considerantis verbis contractus, & si res ad redditum concedatur, ꝙ
dicatur contractus censualis, & non emphyteuticus, tex. c. con-
5 stitutus de reli. domib. & ibi Abbas col. fi. qui et dicit † cõtractũ
non ẽm naturam, seu corticẽ verborum: sed ab effectu rei con
siderari. ad quæ ẽt faciũt adducta per Cottã in uerbo venditio,
6 & scribentes in l. non codicillũ C. de test. † ꝙ qñ quis conuocatis septẽ testib. dicit, estote ꝑsentes huic meo cõtractui, siue codicillo, in quo facio talem meum hæredem, non propterea talis dispositio dr contractus, seu codicillus: sed testm̃, ex quo necessaria ad testamenti confectionem interuenerunt: & ẽt habetur, ꝙ cũ donatur cã mortis, de cuius natura est, ꝙ possit fieri
reuocatio ꝑ donantẽ l. 1. cum similib. ff. de do. ca. mor. † tñ cum
adijcitur, ꝙ non posset reuocari non attẽdentis uerbis: ꝙ donatio cã mortis: transit cõtractus ad donationẽ inter viuos, & sic nõ
haber locũ reuocatio, l. ubi ita donat ff. eo. de dona. ca. mor. Decius qui dat verum intellectũ in l. non omnis. ff. si cert. peta. idẽ,
in consil 505 iuridicam. 470. duo dubia qui dicit, ꝙ oportet
ꝙ dicta uerba ponantur in principio contractus, ꝙ tunc facit
donationem inter viuos, aliàs secus (vt ibi per eum) & insuper
dico, ꝙ adeo preciũ facit emptionem iuxta tex. §. precium, in
8 insti. de emptio. & uendi. † ꝙ si testis deponit de venditione, &
non de precio: ꝙ non dr probata emptio, & venditio, prout vo
fuit idem Decius in cõs. 67. nu. 5. quem refert, & sequit Aymo
in cõs. 272. nobilis Bernardinus. nu. 19. qui ẽt alios approbantes congerit: conueniunt ẽt cum præfatis adducta supra in decisio. 68. vbi ex dictis eiusdem Aym. in cons. 105. & 310. fuit cõ
clusum inter alia ꝙ ex quãtitate precij pôt in dubio iudex colligere, quantum sit uenditum: à quibus non discrepat etiam
Tiraquel. in tract. de vtroque retra. fol. 101. nu. 79. ꝙ qñ est fa-
9 cta locatio † ad longum tempus, hoc est saltem ad annos decem: prout consuluit post alios Decius in cons. 201. in cã teuc
ren quòd si de dicta locatione est facienda solutio pẽsionis singulis annis: cessat ius congrui, quia locatio: secus si vnico precio solutio fieri debeat: nam venditio. est igitur militat ius ꝑfatũ retractus & pro his ẽt decidit Boerius in deci. 144. quoad
10 secũdùm dicens † qñ res est partim vendita, & partim donata,
ꝙ præsumatur fraus: & alia, & quid multis moror; Cũ hæc latius ponat maximus auctoritatũ coaceruator Tiraquellus in
eodem tracta. §. 30 gl. 1. fol. 202. in parua mea ultima impressione, vbi infinita ultra hæc, ꝙ attendatur rei veritas: & non
verba, de quibus ẽt nõnulla per nostrum And. in cap. 1. §. donare nu. 8. in add. qualiter olim feu. alie. pot. qui inquit, ꝙ sermones adaptantur rei & materię super qua, & de qua quis loquitur: & ꝙ uerba mutant naturam suam propter materiã in qua
proferuntur: & accipiũt illã significationẽ, quã quærit negotium l. si uno vbi de uero intellectu, quòd idẽ sit quasi remittere & dare ff. locati, & alia multa per quæ, & alia in sac. consilii fuis decisum; ꝙ qñ est data res ad emphiteusim cum ptãte
affrancandi redditum in pecunia: ꝙ habeat locum ius congrui
illis modis, siue cõmoditatibus, quibus quis ad emphiteusim
recepit ab alio. & istud nõ obstãte consuetudine Neapolis, seu
dicto Neapol. in dicta consue. de iure congrui in uerbo emica
in principio, volente; quòd in contract. isto emphit. cessat ius
11 præfatum, nam intelligitur † quando res est data ad emphiteusim sine potestate affrancandi in pecunia; & istud in cã magnifici Matthæi Mayorana cum D. Bernardino de Accampora
cuius fuit actuarius Tomas Palomba, anno 1553. & commissarius Ioã. Andreas de Curtis Ecclens I. V. D. & regius consiliarius sacri consilij Neapolitani Secũdò istud idem fuit decisum
in sac. cons. in causa Ioan. Francisci de Flo. cum Hieronymo Imperator cuius est actuarius Ioseph Mãchusius, anno 1554. nunc
confirmata in anno 1560. & ẽm superius allegata videntur ꝓcedere adducta per Affl. hic, ꝙ tũc demum cessat ius congrui in
contractu emphiteutico: qñ nõ fuit data res ad emphiteusim
saltẽ cu ptãte affrancãdi in pecunia ꝓ maiori parte à principio
ꝗ nota ad declarationem cõflictus opinionũ hic positarũ ꝑ Afflı. & uide ẽt Cassaneum in consue. Bur. de cens. rub. 11. fol. 347.
12 Corsettũ in uerbo gabella dicẽtẽ † ꝙ licèt clericos emẽs faciat
cessare ius cõgrui tñ qñ in fraudẽ emit: ius istud militat. Immo Lucas de Pen. in l. fi. num. 32. de ann. & tribu. lib. 10. uoluit
13 † ꝙ si aliquis alienas bona sua in clericum in fraudem collectarũ, ꝙ illis priuari debeat. Circa verò aliud tactum per Affl. hic
14 † ꝙ commutatio uoluntatis cõtrahentiũ nõ noceat, cũ primũ
fit bonũ, & siue fraude: est tex l. non omne, de statu lib. ad quę
ẽt faciũt ea quæ pulchre cumulat idẽ Tiraq. in eodẽ tract. fol.
14. vbi cõcordando cum ista decis. dicit, ꝙ licèt à principio non
liceat in foro conscientiæ fraudare ius congrui, tamen ex euentu licet, prout in casu huius decisionis habetur per Hyppol. in
singu. 86. statutum, ubi ponendo eandem quæstionem de sta-
15 tuto, quòd † quis non possit extrahere frumentum extra ciuitatem, aliàs incidat in pœnam, quòd non solum non comprehendat eum, qui extraxit pro usu suo: sed etiam illum qui extraxit pro usu suo. & postea mutauit uoluntatem, iuribus adductis per ipsum; uoluit etiam Rip. respon. 18. sunt etiam nonnulla notata per hunc Afflict in consti. reg magistros iustitiarios, num. 4. in illa q quòd soluatur ius Tertiaræ pro ferro destinato Neapo. uide infrà decis. 309. & an in maiori summa in
sit minor, sunt aonotationes posita in decis. 140. in secundo dubio, cum quibus est consiliam Anto. de Butr. 32. qui optime
16 dixit † & de teste. qui se refert ad instrumentum, quod non pro

bat

bat nisi quatenus ex instrumento appareat: Corne. in cōs. 56. videtur primo aspectu, primo uol. circa fin. Bart. in l. eos. ff. de
17 fal. Fch. in c. cum in tua. de testi. †In quibus quando testis simi
liter se remittit suæ depositioni, an ualeat? quòd sic, secundùm magis communem, & omnino Bal. in l. debitores C. de fide instrum. quòd probet testis isto modo deponens: quando ipse interfuisse asserit negotio, secus si uult rem probare per uisionem instrumenti, quod dicit uidisse: quia tunc nō probat, Bar. in l. 1. nu. 25. 26. & seq. si cer. pet. Ay. in cons. 11. nu. 7 8. nobilis ex aliqua infra. in decis. 173. 274. &c. Cæs. Vrsill.

DECISIO LXXIII.

De redbibitoria per resolutionem contractus conditionalis lapso termino.

SVMMARIVM.

1 *Redhibitoria an habeat locum lapso termino conuento de modico.*
Tēpus modicū an ueniat in consideratione in cōditione.
Inesse uidentur quæ incontinenti fiunt.
2 *Modicum dicitur iudicis arbitrio, nec in modicis est uis facienda.*
Transgressor mandati tempore limitati an dicatur, qui in modico transgreditur.
3 *Cōditio casualis adueniente die deficit, & committitur stipulatio.*
Conditio infra tempus implenda an post expressum tempus impleri possit.
4 *Tempus taxatum renuit implementum lapso termino.*
Doctoris dictū secundum legē, quā allegat, intelligendū.
5 *Conditio elapso die non sufficit postea euenisse.*
Dispositio conditionalis si deficit in primo actu, an tota corruat.
6 *Tempus pro tempore quando poni non possit.*
Temporis peccatum quo casu sit peccatum formæ.
7 *Redhibitoria an habeat locum in promissis qualitatem rei concernentibus non seruatis.*
Tempus omne computatur de momento ad momentum, nisi aliter reperiatur in iure.
8 *Laudum post diem compromissi latum per unum momentum an ualeat.*
Conuentione lex seruanda.
Prætor uoce diuina dixit, pacta seruabo.
9 *Redhibitoriam in pugnans quid probare teneatur.*
Aduocati in causis dubiis concordiam tractare debent.

1 EMptor cuiusdam seruæ †lite pendente super red
hibitoria conuenit cū nenditore, quod si ancilla nō habuerit mēstrua infra 40. dies, teneat̄ vēditor recipere seruam depositā, & soluere duc. 40. pro pretio, aliàs cessat redhibitoria: euenit, quod ancilla infra quadraginta dies non habuit menstrua. Sed ipsis elapsis post duos dies habuit menstrua, & hoc pp remedia sumpta. Quæritur, utrū sit cōmissa stipulatio, si cōditio deficit, uel possit impleri infra modicū tēpus. s. duorum dierum. Videtur prima facie, quod infra modicum tempus ueniente menstrua, mulier post tempus 40. dierū dicitur satisfecisse conditioni, per id quod no. Bal. in l. 1. ult. col. C. de oper. lib. & faciunt no. in c. potuit. de loca. not. Bal. in l. 1. C. de inst. & subst. sub cond. fa. Itē quia ea, quæ in continenti fiunt, uidentur inesse. l. le-
2 cta. ff. si cer. pet. l. petens. C. de pac. Item† quia modicū dr̄ iudicis arbitrio. l. cōtinuus, ff. de uerb. obl. & de his modicis nō ē faciēda uis, ut dicit gl. in l. scio. ff. de in integ. resti. & in l. in rebus. §. possunt, ff. cōmoda. unde dicit Ale. in 2. uol. cons. 25. in fi. quod non dicitur transgressor mandati limitati tēpore, si in modico tpe trāsgreditur. bene facit, quod no. Bal. in l. fi. C. de æd. actio. bn̄ facit tex. in l. si quis ī graui §. cōditionis. & ibi Bal. ff. ad Silla. ubi si hr̄s non impleuit cōditionē infra diē implendi, pōt posteà implere post diē, si processit: q̄a non potuit ꝓpter prohibitionē legalem: ergo multo fortius si ꝓpter prohibitionem naturæ non impleuit
2 pōt implere pòst, si natura pmittit impleri. † In contrarium facit: quia eueniente die fuit defecta cōditio casualis, & sic fuit cōmissa stipulatio, ut in l. in illa. in l. hoc iure. ff. de uer. obl. no. Bal. in l. 1. de inst. & subst. sub cōdi. fa. Secundò: quia conditio implenda in tempus, no pōt impleri post tempus expressum, ut dicit Bal in l. si plures. C. de condi. inser. bene facit ad hoc tex. in l. Thais. §. intra certa tp̄a. ff. de fieicom. libe. ubi nō admittitur ad implendū cōditionem post tp̄s, ne habeatur, ac si esset impleta in tp̄e, si stetit p eum, q habebat implere cōditionem in tp̄s, & non impleuit & sic non consequitur libertatem, licet post tēpus uelit reddere rōnem & implere cōditionem, cōcor. tex. in l. Sticho. §. Titius. ff. de stat. lib. Et istum tex. alleg. Bar. in l. hæc conditio. la. 2. ff. de cōd. & demon. Bal.
3 in d. l. si plures. ubi dicit. quod †qn̄ tp̄s est taxatum, nō pōt impleri post tp̄s expressum, per d. §. intra, siue loquamur in conditionib. momētaneis, uel successiuis arg. l. statuliberum. §. scriptū. ff. de lega. 2. Nec ob. quod dicit Barto. in d. l. hæc conditio. in fi. quia uerum est, quòd ad actionem consequendam non potest post tempus implere: Sed ad excipiendum sic. Nam hoc est uerum in cōditionib. potestatiuis, ut loquuntur leges allegatæ ibi per Bar. & d. doctoris intelligitur secundum legem quā allegat. ꝑm Bar. in l. non solum §. liberationis uerba. ff. de lib. leg. Secus in alia cōditione nō potestatiua, ut si nō extet in tp̄s, tunc per uiā, exceptionis nō sufficit, si post tp̄s sit impleta, q̄a per lapsum termini purificata est cōditio: ut in l. ita stipu
5 latus. ff. de uer. obl. Item †ad ostendendum, quod elapso die nō sufficit cōditionē postea euenisse, bn̄ facit gl. in d. §. Titius. ibi dū dicit, quod si rōnes serui nō reddiderint infra quatuor mēses, & steterit per hr̄des audiātur serui, si post quatuor mēses, & sic post tp̄s uelint reddere rōnem, & consequentur libertatem, q̄a infra tp̄s non posuerunt rōnem. Item pro hoc adducitur illud, qd̄ dicit Ang. in cons. 278. in 1. col. ubi dicit, quod dispositio cōditionalis principaliter uel secūdario purificatur, & deficit in primo actu existētię & defectus q̄cquid aūt post cōtingit, nō curat̄, ex quo primo deficit aut primo purificata est totaliter, & impleta, pfecta omni sua pfectione. ff. de uer. obl. l. si ita q̄s stipuletur. ff. iud. sol. l. cū q̄rebatur ff. de arbit. l si duo. Itē ꝓ decisione adducitur, †id quod uoluit Bal. in l. liberti.
6 in 5. col. C. de ope. lib. quod qn̄ tp̄s est de forma contractus, tunc peccatū tp̄is est peccatū formæ, & tunc non pōt poni tp̄s ꝓ tempore, quādo tp̄s dat esse rei, ar. ff. condi. ob causam. l. si pecuniam. in prin. C. de re mil. t. lib. 12. bene facit id qd̄ dicit Bar. in l. si uno. §. cum q̄dam ff. locati. quod qn̄ tp̄s est appositum in cōtractu: & ex illo tempore nō resultat aliquod corpus ut si promitto seruire de mense Martii: tunc non pōt seruire de mense Aprilis. Secus est, si resultat aliquod corpus, ut ꝓmitto scribere librū hinc ad annum, possum postea scribere, cum idem sit liber. At in casu nostro nullum corpus resultat ex dicta promissione, ita

quòd

7 quòd tp̃s fuit pro forma: ut dicit Bal. in d. l. liberi. † Itē
ad hanc decisionem adducitur id quod uoluit Bal. in
d. l. fi. C. de ædi. ac. in uer. deinde nos uidemus &c. ubi
dicit, ꝙ qñ aliquid dictum uel promissum est per cō-
trahentes respiciens qualitatem, seu bonitatē rei, &
nō seruat̃ ꝓmisſū, hēt locū redhibitoria. Sed hic fuit
cōuētū & dictū ꝙ si in 40. dies nō habuerit mēstrua,
resolutus sit contractus, & in 40. dies non uenerunt
menstrua, merito habet locū redhibitoria. Præterea
omne tp̃s cōputatur de momēto ad momētū, nisi ali-
ter reperiat̃ in iure, dicit gl. in l. 3. §. minorē. ff. de mi-
nor. no. Io. And. & Doct. in c. super eo, de appel. ergo
elapso t̃pe conuentionis inducit̃ resolutio cōtractus;
quia sic partes uoluerunt, nec pōt fieri purgatio mo-
ræ, ut ita dixerim, ut dicit Bald. in c. 1. quo t̃pe miles.
8 † Et ideo tp̃s cōpromissi est de momento ad momen
tum, & si feratur laudem per horam post diem com-
promissi, non ualet laudū, ut dicit Bal. in 2. uol. cons.
372. incip. proponitur, ꝙ dictum cōpromissum &c.

Item iste contractus accipit legem ex conuentio-
ne partium. l. 1. §. si conuenerit. ff. depositi. ergo seruā
da est lex ipsa conuentionis, ut si infra terminum non
uenerunt menstrua, seruetur conuentio, & sic ꝙ resti
tuatur pretium: fuit enim uox diuina illa quasi præto
ris, Pacta seruabo: ut dicit Raymundus de pœna for-
ti, & sic pactis, & conuentionibus est standum l. auia.
C. de iure dot. C. de pact. conuen. l. fi. in fi. ff. sol. mat. l.
quoties. Cum igit̃ uenditor dicat, ꝙ habuit menstrua
in tempore conuento, & nō post tēpus conuentum,
9 † & sic debet probare duo, uidelicet ꝙ habuit men-
strua, & in tēpore conuento, ut in l. actum. ff. de nego.
gest. l. matrem suam, C. de prob. C. de petitio. hær. l. si
post motam litem l. ei qui. ff. de probat. not. Bart. in l.
non solum. §. sed ut probari. ff. de op. no. nuncia. no. in
Clem. fin. de rescript. aduocati uidentes hanc quęstio
nem dubiam ipsam pro concordia tractauerūt expe-
dire, & mihi ista ultima pars uisa fuit uerior de iure.

ANNOTATIO.

IN DECISIONE LXXIII.

1 *Quando doctor attestatur aliquam opinionem esse de iu re veriorem, contrarium sentit esse de aquitate.*
2 *Qui promittit aliquam rem retrouendere infra aliquid tempus elapso tempore sine impedimento, & quòd deponat, & offerat, non auditur.*
3 *Quando res est vendita cum pacto de retrouendendo precio iniusto, an semper sit retractabilis, seu recuperabit?*
4 *Stante statuto, quòd de nullitate sententia possit dici infra certum tempus, an elapso tempore audiat̃ quis?*
5 *Pupillaris substitutio post pubertatem non protelatur.*
6 *Tempus currit de momento ad momentum, vnde si locatio est facta de nouem annis ad annos nouem, tempus currit finitis illis nouem annis.*
7 *Qui potest aliquid facere in tempore, uel ex tempore, patiendo tempus labi, iuri suo renuntiare uidetur.*
8 *Conditio de pręsenti, vel in futurum non suspendit actū: aliàs non facit conditionem, siue conditio non est.*
9 *Quando aliquid debet fieri in tempore: an satis sit, quòd aliquis faciat pro me in ipsa tempore?*
10 *Appellare potest aliquis pro alio sine mandato, dummodo quis infra tempus appellationis ratificet.*
12 *In iudicijs aquitas seruatur, & quando ius partis non est effectū deterius, mora purgatur, siue purgari pōt.*

CONcludit Afflic. hic ultimam opin. esse de iure ueriorem
scilicet quòd si mēstrua veniant in 42. diebus, quòd ven
1 ditor teneatur accipere seruam, ex quo non probauit
menstrua uenisse infra 40. dies. adde in præfatis quòd dum ip-
se dicit hanc opinionem esse de iure ueriorem, quòd contra-
rium uidetur sentire esse de æquitate, & in practica obseruari,
prout post omnes præfata affirmat Ferdinandus Loazes in re-
1 peti. l. primæ, nume. 61. ff. de instit. & iur. † dicens doctorem
qui dicit aliquid de iure uerius, contrarium sentit in iudicio
obseruari, seu de æquitate esse, & quòd de iure iste uenditor
teneretur hanc seruam accipere, ex quo non probauit uenisse
infra 40. dies iuxta conuentionem, vltra adducta per Afflic. hic
faciunt omnia ea quæ affert Ias. post Cuma. in l. eum qui ita §.
qui ita stipulatur ff. de uerbo. obli. fol. 14 mihi in illa quæstio-
2 ne † quòd si quis promisit rem retrouendere intra certum tem
pus, quòd si elapso tempore uēditor deponat, & offerat: quòd
emptor non teneatur retrouendere, nisi, intelligas tu, adesset
impedimentum, nam impeditus audictur etiam elapso tem-
pore, Rom. in cons. 435. in præsenti consultatione. istud etiam
est, quod uoluit Bal. in c. 1. in titu. de feudo dato in uim l. com-
3 misso. ubi etiam dicit præfata uera † si res iusto prætio fuerit
uēdita cum præfato pacto de retrouen. secus si uili pretio, seu
iniusto; quia semper recuperabitur, quem refert & sequitur
Cass. in consue. Bur. des rentes, rubri. 5 num. 10. in uerbo. addu
vnum fine, fol 203. a tergo, vbi pro his etiam citat ita tenere
Iacobi. de S. Georgio in l. mutuum. 1. colum. ff. si cer. pet. & Ber
tran. in consi. 115 1. par. sed latius ista affirmat Cagno. in repe-
ti. l. a. C. de pac. inter emp. & vend. num. 62. ubi dicit ista locum
habere etiam quòd emptor partem pretij percepisset, ut quan-
do modicum tempus fuisset elapsum, & pro istis faciūt ea quę
fuerunt notata suprà. in decis. 65. quòd isto casu data uilitate
prætū cum pacto præfato de retrouendendo, facit contractū
usurarium. Ego præfata multoties habui in facto in sacro cōs.
in pluribus causis, & maxime in quadā causa cuiusdam Octa-
uiani Spatani cum hęredibus illorū de spenis, cuius fuit actua-
rius Iosep. Manchusius, & in causa Prosperi de florib. cuius fuit
actuarius Ludo. Romanus. Idem in quadam causa Iacobi Casil
li, actuarius Io. Nic. Longus, in sacro consil non obstante lapsu
temporis per annos duodecim pacti de retrouendendo, sed ho
die cauti emptores ista faciunt cessare: nam stante lapsu tem-
poris pacti de retrouendant petitionem, siue supplicationem
petendo declarari non teneri amplius retrouendere: sed decla-
rari rem esse propriam ipsorum: & sic ante depositum faciunt
interponere sententiam de præfatis scilicet stante lapsu pacti
de retrouendendo, res ipsas esse proprias ipsorum, igitur non
licere emptoribus amplius redimere, prout ita sacrum cons. fe
cit in quadam causa magnifici Io Pauli pagani cum illis dę Ca
pua, cuius est actuarius uillacta anno 1563. Item & secundò
quòd elapso tempore quis non audiatur, faciunt ea quæ uo-
luit Pau. de Cast. in consil. 328. uidetur dicendum, quod dicta
4 declaratione, in 1. impressione, ubi consuluit † quòd stante sta-
tuto, quod de nullitate sententiæ possit dici intra decem dies:
quòd elapsis illis decem diebus quis amplius non audiatur, ad
quæ etiam, & tertio conueniunt ea quæ uoluerunt Alexan &
Ias. in l. si ita quis ff de vul. & pupil. ad illam quæstionē, quòd
5 substitutio pupillaris † ad tempus ad aliud tempus se non ex-
tendit, cum alijs adductis per gloss. & doct. in l. cum prætor ali
quos iudicare uetat, cęteros permittere vi ff. de iu. & magis ꝓ
6 priè & quartò † qd̃ tp̃s cōputetur de momēto ad momētū, fa-
ciunt ea quæ uoluit Alex. in cons. 75. ponderatis his 2. uol. vbi
loquens in contractu locationis bis factæ de nouem annis ad
nouem annos, quòd nisi finitis illis primis nouem annis alij
non currunt, & insuper quintò alibi dicit tex. l. si ea. C. qui acc.
7 non poss. † quòd qui pōt facere aliquid in tempore, siue ex tem
pore, quòd patiendo illud labi, iuri suo renuntiare uidetur, de
quo pulchrè per Soci. in consil. 16. quod incipit anno domini.
num. 29 4. uolum. istud est etiam quod uoluit Corne. in con-
sil 279. in hac consultatione, quarto volum. in eodem subie-
cto regulæ, quod tempus currat de momento ad momētum,
ubi etiam si dies termini computetur in termino, & conditio-
8 nem in istis intelligas, si placet de futuro † id est cum aliquid in
futurum confertur: quòd hic actus facit conditionem: secus si
de præsenti, aut de præterito, nam tunc non facit conditionē,
siue actum conditionalem l. cum ad præsens. cum alijs ibi per
scribentes notatis. ff si cert. petat. concor. Bal. in l. fi. ff. de ferijs,
cum plenissime citatis per Alexand. in consil. 135 ponderatis
9 his 2. uol. ubi Recentiores præfata ampliantes, † quod quando

aliquid

aliquid debet fieri in tempore, quòd si fiat post tempus, non ualeat, etiam quòd alius faciat pro me in tempore, quòd non ualeat ut supra nisi ratificetur per me in tempore, quòd etiam
30 dicit Ias. in l. exigendi. C. de procu. in illa q. † quòd si aliquis sine mandato appellat pro alio: tenetur infra decem dies datos ad appellandum ratificare: aliàs appellatio deseritur, de quo est per Soc. in consi. 19. in causa magnifici nu. 3. in 3. uolum. & per Giam. in cons. 19. in ciuil. loquente etiam de oblig. ad uendere, quòd post requisitionem elapso tempore nõ possit mora purgari, & per Decium in regula semper. de reg. iu. ubi multipliciter limitat text. l. bonorũ ff. rem ratam haberi, hæc & alia multa possent in medio afferri pro ista parte, sed quia Tiraquellus ipse iottulis à digitis abstulit ansam meis, in d. suo trac. de uiro, que retract. hæc pertractans longo apparatu more solito fol. 129 in parua impressione, adducens multa quæ possunt fieri in tempore, quæ post tempus fieri non possunt, igitur istis finem impono, remittendo me ad ipsum. Sed circa subiectum huius decisionis ista & alia quæ possunt allegari: cuitari possunt. ꝙ ita iuris sit, secus de equitate, ut dixi, de quibus sunt adnotationes infra in decis. 135. & 174. ubi nonnulla afferuntur,
31 quæ † fiunt de æquitate in sacro consilio, & maxime consiliũ Loffredi 41. etiam contra uoluntatem partium: aliter in contractibus disponentibus & istius opinionis uidetur esse Affl. hic dum dicit, primam opinionem de iure ueriorem, ut in principio dixi. poterit tamen super his, si placet, maiorius cogitari, uacante tempore in præfatis &c. Cas. Vrsill.

DECISIO LXXIIII.

De fori declinatoria non transeunte contra singularem successorem.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio fori declinatoria competens debitori contra creditorem, an obstet singulari successori creditoris.*
2 *Declinatoria fori est exceptio personalis cohæret psonæ. Declinatoria fori non transit contra cessionarium licèt obstet cedenti.*
3 *Exceptio coherens rei transit cõtra singularẽ successorẽ. Exceptio non afficiens obligationem, sed personam repellens cessionario non obstat.*
4 *Cessionarius priuilegiatus in suũ forum trahit cedentẽ.*

1 FVit excitatum, utrum † exceptio declinatoria fori competens debitori cõtra suum creditorem obstet singulari successori creditoris, hoc est eius cessionario Fuit decisum in cã notarii Melchioris, qui agebat contra quẽdam debitorem sui debitoris iure cesso ex cã onerosa, ꝙ illa exceptio declinatoria, q̃ cõpetebat cõtra cedentem, nõ habet obstare ipsi cessionario agẽti, qui põt trahere quẽcunque in ciuitate Nea-
2 po. Quia declinatoria fori † est exceptio personalis, & cohæret personæ, & non realis: & sic non transit cõtra cessionarium. licèt obstaret ipsi cedenti, ut tenet Bal. in l. per diuersas, C. man. Bar. in l. si tertius §. si qs prius, ff. de aq. plu. arc. Bal. in l. si cum dotẽ. §. si pater. ff. sol. mat. Bar. in l. apud. Celsum. §. apud Iul. ff. de doli excep. Idẽ firmat Bald. & Ang. expresse in l. si qs rẽ.
3 ff. de proc. qui dicunt, † ꝙ exceptio non cohærens rei, sed personæ nõ transit contra singularẽ successorem, unde si cũ cedẽte debet fieri cõpromissum; quia sunt consanguinei: non debet fieri cum cessionario agente utili actione. Et iõ dicebat Bal. in l. qui stipẽdia. C. de proc. ꝙ si exceptio non afficit obligationẽ, sed repellit personam, tunc non obstat cessionario. Idem dicit Bal. in disput. sua quæ incipit, statuto cauetur, quod fœnerato. pen. char. Dy. in regula, si quis in ius, lib. 6.
4 glo. Ioan. And. in c. 1. de iure patro. lib. 6. † unde cum notarius Melchion sit Neapol. & agit contra unum debitorem debitoris sui de Costa Amalfiæ iure cesso ex causa onerosa licèt creditor non possit conuenire debitorẽ nisi in suo foro: tñ cessionarius qui est Neap. qui agendo põt alios trahere uirtute priuilegii Neap. illa exceptio declinatoria, quæ obstabat cedenti, non obstabit cessionariu: quæ erat personalis respectu cedentis, quæ non afficit cessionarium, & sic fuit conclusum in sacro Consilio. Matth. de Afflict. V. I. D.

ANNOTATIO

IN DECISIONE LXXIIII.

1 *Declinatoria fori est exceptio personalis, & ideo exceptio, quæ obstat cedenti, non obstat cessionario, quod qualiter procedat, hic notatur.*
2 *Consanguineus ex forma statuti an petat compromissum contra cessionarium?*
3 *Stante statuto, quòd frater non possit capi ad instantiam fratris, an ad instantiam cessionarij capi possit.*
4 *Exceptio iurisiurandi quæ obstat cedenti, an obstet cessionario.*
5 *Quomodò cognoscatur, quando quis intentat actiones directas, uel utiles?*
6 *Cedens & cessionarius solent super fraudibus cessionis per iudices interrogari, quando obiicitur cessionem factam in fraudem esse.*
7 *Exceptionis compensationis, solutionis, & quæ sunt reales, opponuntur contra cessionarium &c.*
8 *In cessione an requiratur uera pretij numeratio, ut satis sit confiteri?*
9 *Quæ autem sunt cessibilia, remissiue in nume. 10.*
10 *Sententia lata contra cedentem an obsit cessionario?*

ET hic conclusio, exceptionem declinatoriam fori esse personalem, & propterea exceptio, quæ obstat cedenti: non obstat cessionario, & sic si cessionarius est Neapolitanus, potest trahere non obstante ꝙ cedens istud facere non ualeat, uide quia cum ista conclusione uidetur cõcordare text.
1 † qui loquitur de exceptione personali l. doli mali exceptio. ff. de nouatio. Bal. in l. fin col. 2. C. de iur. dot. post Bar. ibi, ꝙ actio quæ inutilis cedenti est utilis cessionario, Soc. in cons. 264. uisis iustro. col. 3 lib. 2. nu. 12. cũ seq. qui latius aliqualiter extendendo materiam, inquit, ꝙ qñ exceptio concernit personam cedentis, ut si esset bannitus, aut excommunicatus, qui fecisset cessionem, intelligas ex causa onerosa, ut infra notabitur, tũc exceptio, quæ obstat cedenti, non obstat cessionario, secus qñ actio, hoc est obli. fuisset affecta uitio in actione quærenda, q̃ esset affecta dolo, tunc etiam cessionario, sicut cedenti nocet, & ꝙ cessio fuisset ex causa onerosa, idem uidetur concludere, qñ contractus fuisset simulatus, alleg. Aret. in consi. 96. & Nellum in tracta. banni. in 1. parte q. 74 ubi etiam affirmat, ꝙ postquã bona sunt publicata, ꝙ cessio non ualeat, & uoluit et Matan. in repet. l. si actor. ff. de procu. nu. 29. sed licèt ista sic esse uideantur, tñ contra istam conclusionem uidentur facere ea quæ uoluit Aret. in instit. de excep. col. 10 in prin. ubi uidetur tenere cõ-
2 tra præfata, dum uult † consanguineum posse petere ex forma statuti cõpromissum contra cessionarium, istud etiã apertius Dec. in cons. 59 licèt in casu. circa fin. & Hyppol sing. 567. uiget statutum, in uerbo scias tñ. voluit et Lanfran. in tract. de arbi. circa finẽ. † Imo si extaret statutũ, ꝙ frater non possit capi ad
3 instantiam fratris, minime ad instantiã cessionarij, nã per cessionem non debet fieri deterior conditio horum debitorum,
4 & ꝙ idem sit in exceptione personali † & in exceptione iurisiurandi, & preiurij exceptio, quę obstat cedenti, uĩ ꝙ obsit cessionario, licèt personalis esse uideatur l. an pretor eius rei, iuncta gl. & l. seq. ff. de iureiur. & ibi scriben. Tiraq. in retra. consangui. fol. 34 nu. 128. qui dicit, ꝙ iuramẽtũ vẽditoris nocet emptori.

consi-

consideràbam, si posset dici præfatà procedere, qñ cessionarius
uellet exercere directas contra debitorem in casibus supra nar
ratis, quo casu Ang in d.l.si quis rem.ff.de procu.& Ias.cæteri-
ve scribentes dicunt, ꝙ exceptio quæ obstat cedenti, obest ces-
sionario nam ex ꝑsona ipsius venit, secus si actiones utile mo-
5 ueret ex sua persona; quia tunc non noceret. †Et quomodo co
gnoscatur, an quis uideatur intentasse utiles, uel directas, de-
clarat Decis in cons. 305. pro tenui facultate. & 536. in causa, q̃
agitatur. in 2. uol. possent procedere præfata, quando fortè ces-
sionarios participasset de fraude, quo casu Soci.io d.conf. 264.
2. vol. & alij per ipsum inducti, omnes attestantur etiam in ex
ceptione personali ex principio quæ obstat cedenti, obest etiā
cessionario. item forte quando contractus fuisset simulatus, &
per hæc si uera essent, debere modificari dicta per Affl. hic, qua
tenus uelit debitorem non ualere opponere declinatoriam fo
ri contra cessionarium Neapolitanum, qui alios trahit, & ab
alijs non trahitur uirtute capitulorum concessorum per retro
serenissimos reges, intelligi debere, quādo cessionarius exerce
ret utiles actiones ex persona sua. Item quando non participas
set de fraude. item qñ ex causa onerosa ageret, prout dicit Dec.
in d.cons 59. Item qñ primus cōtractus non fuisset simulatus.
& ita vidi multoties in praxi in magna curia & in sacro regio
6 consilio, nam interrogantur cum iuramento † tam cessiona-
rius, quàm cedēs de præfatis fraudibus, & quatenus opus est,
de præfatis informatio capitur ad instantiam partium hoc pe
tentium, licèt in quadam causa cuiusdam de domo marrucii,
nomine Nardus de Capua, simpliciter fuit obseruatum in sa-
cro consilio, quòd cessionarios donatarius, non obstante ritu
de iure cesso, qui uult cessionem ex causa lucratiua non uale-
re, quem aiebant non obseruari in sacro consilio, sed tm̄ l. per
diuersas. & l. ab Anastasio C. mandati quę uolunt cessionem ex
causa lucratiua ualere &c. quòd hic cessionarius, siue donata-
rius Neapolitanus trahat uirtute cessionis, siue donationis Ca
puanum in sac. consil hic Neapolim, & hoc anno 1550. cuius
causæ actuarius est Ioan. Petrus Iubenus, & hæc circa exceptio
7 nes personales. †Circa verò exceptiones reales, ut est exceptio
solutionis, compensationis, & aliæ exceptiones reales, quòd
possint opponi cessionario per debitorē cessum, tenet Paul. de
Cast. in cons 47. uiso puncto in prima impressione Guido Pa-
pa in decis. 567. an compensatio & in sing 564. Alexan. in conf.
8 54. circa id quod quæritur. in si uolum secundo, in quibus ; ꝙ
vera precij numeratio requiratur in cessione, nō sat sit cedērē cō
fiteri preciū recepisse Ro. in cōs. 450 ꝑsens dubitatio Fulgos in
cōs 205. latius ꝑ Tiraq. in retrac cōsang gl prima, n. 78. 79. fol.
215. nouissimè ꝑ Plotū, qui dicit hāc esse cōem opinionē in rē
per. l si qñ C. vñ vi ou 431. & hoc inter alia ex cōs. Anchar. 338.
Rotæ 177. in titu de alie iu mu. cau fa Soc iun. cons 56 primo
vol. qđ est notabile ad ritū ꝑlatū de iure cesso. licèt male seruē-
tur hęc hodie in magna curia vicariæ, & ꝙ cedantis iura ꝑsint
cessionario 1 tm̄, ꝙ si mulier cedat, cessionarius valeat uti eius
iurib. & dotalibus, ꝑ rei defensione cōsulurt Ale. in cōs. 47. ui-
sis instris 1. uol. & ꝙ cessionarius agēs ex cessione teneat ośde
9 re instrm. Dec in d cōs. vol. ut Guid Pap in sing. 245 †Quæ autē
sunt cessibilia, q̃ vero nō, lōgo stilo ꝑsequit Tiraq in tract fol.
10 190. nu. 16. ibi ēt, an ius cōgrui possit cedi. †An sńia lata cōtra
cedetē noceat cessionario: Dec. in cōs 102 ꝑstantissime doctor,
quē uide, si bene dicat, an aūt istę cessiones possint fieri lite pē-
dente: sunt aonotationes infra in decis. 354. circa fi Cæs. Vasid.

DECISIO LXXV.

De successione matris in bonis filij etiam post transitū, ad uota secunda.

SVMMARIVM.

1 *Matri petenti hæreditatem filij quid competat, & quid sibi obstet 3.*
Mater non petēs tutorem filio ante binubatum, an amit tat filio successionem.
Mater per asportationem bonorum à domo filij renunciasse hæreditati an uideatur.
2 *Tutoris petitio an habeat locum in matre renubente ad pœnā euitandū, filiis testamētarios tutores habētibus.*
Mater est tutrix, si uult.
3 *Binuba qualiter filios succedat.*
4 *Intellectus ad authenticam ex testamento, & l. fœminæ, & l. hac edictali, C. de secund. nup.*
5 *Binubentium pœna an hodie sublata.*
6 *Pœnæ concernentes fauorē liberorū manēt in correcta.*

QVædam Ioannella Baudice, uxor Pinti de Supe
1 rello, †petit pro quarta parte hæreditatem Ioā
nis Antonii sui filii: cuius ipsa erat relicta tu-
trix testamentaria cum aliis tutoribus. Ad excluden-
dam matrem dicunt fratres, & hæredes dicti Ioannis
Antonii, seu Angelus eius patrinus & contutor, quòd
mater non succedit filio; quia non petiit tutorem fi-
lio, antequam transiuit ad secunda uota, ut in auth.
eiusdem pęnis. C. de secund. nup. Item quia post mor
tem filii secrete adsportauit bona filii in domū suā, &
sic uidetur repudiasse hæreditatem per l. si quis extra
neus. in princ. ff. de acq. hær. ubi est text. ad literam de
hoc. & ibi Bar. & Io. de Imo. & statim nupsit.
2 †Replicat mater, quòd non oportebat petere tu-
torem, ex quo filii habebant tutores testamentarios,
& sic non perdit successionem filiorum, ut notatur
in l. matris, C. ad Tertul. Item, ut asserebatur, ipsa nō
acceptauit tutelam, & mater est tutrix, si uult, ut ha-
betur in auth. matri & auiæ, C. quando muli. tute. of-
fic. fungi potest. Nec obstat, quòd trasportauit bona,
quia illa transportatio fuit iure permittente uigore
testamenti Pinti, & tanquam executrix testamenti.
Item quia iam fuerat cōfectum inuentariū per alios
tutores. Et non apparet, quòd in articulis fuit articu-
latum pro parte conuentorum de dicta expilatione
3 hæreditatis. †Et ideo fuit uotatum, quòd dicta mater
admittatur ad successionem pro quarta parte cum
fructibus liquidandis scilicet quo ad usumfructum,
iuxta auth. defuncto. C. ad Tertu. & ꝙ teneatur redde
re calculum cum aliis contutoribus de gestis & ad-
ministratis per ea de bonis filii, & reliqua restituere.
Et sic datet, quòd mater, quæ transiuit ad secundas
nuptias, non succedit filio nisi in usufructu bonorum
paternorum, sed in proprietate succedunt alii fratres
ut in authen. ex testamento, de secun. nup. Et hoc est
uerum, quando mater transisset ad secundas nup. &
postea moritur filius. Sed si filius moritur matre exi-
stente uidua, & postea nubit, bene succedit in ꝓprie-
tate & usufructu ipsa mater, quæ erat uidua tempo-
re mortis filii, licet postea nubat, ut probatur in l. fœ-
minæ. C. de secund. nup.
4 †Et licèt text. in l. mater, C. ad Tertu. uelit, ꝙ ma-
ter quę nupsit post mortem filii in bonis paternis suc
cedat quo ad usum fructum, tamē hoc corrigitur per
auth. de nuptiis. § cum igitur, quę uult, ꝙ mater succe
dat filio pleno iure una cum fratribus ut etiam decla
rat Ang. in d. l. mater. circa fi. C. ad Tertu. Tamē Ang.
ibidem tenet per §. hinc nobis, in auth. de nup. ꝙ ma-
ter hodie solum succedat filio in bonis paternis in usu
fructo, siue nubat ante mortem filii, siue post. & pro-
prietas est fratrum ut patet in auth. ex testamento, &
ibi Bal. C. de secund. nup. & firmat Alex. in 5. uol. cōs.
63. sed in bonis quæsitis per filium succedit in totum
scilicet in proprietate & usu fruct. cum aliis fratribus
ut patet in d. auth. ex testamēto. & est tex. in l. mater.
5 C. ad Tert. & ibi etiam hoc firmat Pao. de Cast. † An
autem hodie pęnæ secundo nubentis sint sublatæ, ple
ne tangunt Doct. in c. fi. de secun. nup. Et magis com-
munis conclusio est, ꝙ pœnæ appositæ mulieri secun
do nubenti post annum fauore filiorum, non sint sub
latæ, quia nō sunt appositæ in odium matrimonii sed
fauore

fauo re, filiorum, hanc tenet Bart. post gl. ff. de his qui not. infa. l. liberorum, & in l. 1. C. de secund. nup. & eá sequitur Bal. in d. l. liberorum. & Pet. de Anc. in rep. c. canonum statuta, de constit. & dicit Abb. in d. c. fin. ꝙ ista opin. tenenda est in iudicando. Et ideo pœnæ, de quibus in l. hac edictali. C. de secund. nup. & in auth. de nupt. §. quia uerò hactenus. §. si uerò. hodie nõ sunt
6 correctæ, † quia illæ pœnæ concernunt fauorem filiorum, omnes uerò aliæ pœnæ non concernentes fauorem filiorum sunt sublatæ, & in hac opin. resedit Ale. de Imo. in 4. uolum. cons. 68. in 3. colum. & cons. 133. Matth. de Afflict. V. I. D.

ADDITIO.

De pœnis renubentium uide Pet. de Ancha. cons. 278 per totum, & cons. 38. num. 8. & Step. Bert par. 3. cons. 166. num. 3. & cons. 318. num. 2. & parte 2. cons. 361. num 7. & cons. 284. num. 7. & parte 3 cons. 136. num. 1. & cons. 192. num 3. & 223. num. 3. & 241. num. 11. Et an sint hodie hæ pœnæ sublatæ, uide Pet. de Anc. cons 21. num. 7. & 278. nu. 4. & Bert. par. 3. consi. 37. nu. 2. & 192. nu. 2. maxime de iure cano. Bert. par. 2. cons. 180. num. 6. & an perdat ornamenta etiã iussa tradi in casu renubẽ. Bert. part. 2. consi. 36. num. 1. & parte 3. consi. 241. num. 15.

ANNOTATIO

IN DECISIONE LXXV.

1 *Mater excusatur, si transiuit ad secunda uota, non petito tutore filio, quando filius habeat tutorem.*
2 *Mater existentibus tutoribus non tenetur cogere eos, vt administrent.*
3 *Matri satis est notificare iudici, quòd uult ad secunda uota trãsire, & in manibus ipsius tutelæ renuntiare reddita ratione contutori.*
4 *Non solum bona matris, sed eius secundi mariti sunt tacitè obligata pro administratione tutelæ ab ipsa matre facta, & istud quando mater fuisset vera tutrix: secus si gessisset se pro tutrice. item quando filij fuissent puberes.*
5 *Casus in quibus mater per transitum ad secunda vota amittat successionem filiorum, & in quibus non amittat, nonnulli hinc inde numerantur.*
6 *Quando interest pupillorum inuentarium non facere, an tutori imputari.*
7 *Bigami an per transitum ad secunda uota priuentur successione, quando non petito tutore hac fecerint.*
8 *An mulier per actus inhonestos tutelam amittat?*
9 *Mater per transitum ad secũda uota, an semper filijs succedat quo ad vsufructum.*
10 *Mater an per transitum ad secunda uota amittat legatum à uiro factum, & quid in legato facto propter seruitia?*
11 *Pater an priuetur successione, si transit ad secunda uota, non petito tutore filys suis.*
12 *Quãdo nulli supersunt filij ex primo matrimonio, an mater succedat quò ad usufructum, & proprietatem.*
13 *Pater quando priuetur, ut non habeat usumfructum in bonis filij.*
14 *Pœnæ mulierum, seu contra mulieres secundo nubentes non sunt sublatæ & maximè, quando mulier nubet infra tempus luctus, hoc est infra annum, nam tunc omnes pœnas patiẽ, ex quo cõsideratꝰ perturbatio sanguinis.*
15 *Mater tutrix filiorum non conficiens inuentarium, an possit torqueri, & an contra eam iuretur in litem?*
16 *Mater an excusetur, si non fecit dare tutorem filio ex causa: quia asserat in nullo esse debitricem pupillo?*
17 *Mater quæ propria auctoritate aperit cassas pupilli, & asportat eius bona, siue instrumenta, quid contra eam.*
18 *Quãdo mater amittit successionẽ filiorũ, qs eis succedat.*
19 *Mater qua transiuit ad secunda uota, an teneatur cauere filijs primi matrimonij de dote conseruanda.*

1 EST. conclusio in hac deci. † matrem excusari, si transiuit ad secunda uota, non petito tutore filio: si filius ipse tutorem habebat: cum qua conuenit Bal. in cons. 403. uidetur 1. facie dicendum, lib. 4. referunt, & sequuntur Recent. in cõs.
2 Alex. 185. vol 6. ubi inquit † quòd mater datis, uel existentibus tutoribus non tenetur astringere, seu cõpellere tutores quòd administrent. istud idem uidetur approbare Deci. in cons. 246. requisitus ab Ill. in fi. ubi ait non fore necessarium matri pete-
3 re alium subrogari, quando pupillus habet tutorem † sed sat esse notificare iudici & in ipsius manibus tutelæ renũtiare, ꝑut etiam sunt annotationes infrà. & reddere tamen rationem cõtutori: uolme idem Dec. in cons. 591 quòd incipit, tex l. pen. vbi plus affirmat, quòd si mater transiuit ad secunda uota non ꝓuiso de tutore filio (vt supra) non solum priuari hæreditate fi-
4 lij, † sed bona ipsius esse tacite obligata pro administratione: & etiam secundi uiri, per text. l. si mater C. qui. ca cau pig. ta. cõtr. ubi limitat, tamen satis subtiliter in marito capiente uxorem, quæ uerè non fuit tutrix, sed tantum gessit se pro tutrice. Itẽ quando filij fuissent puberes, quando ista mulier accepit hunc secundum in uirum: nam in casibus præfatis bona ipsius secundi mariti nõ fuissent tacitè obligata pro d. administratione: de quibus etiam per Boer. in decis. 200. cum seq quoad primum
5 dubium. sed latius quàm alibi legerim, per Sil. nup. fol. 67. † ubi laxis finibus, exordiendo ampliat præfata, quando mater trãsiens ad secunda uota non petito tutore perdat successionem filiorum vndecim modis, & mox modificat 14 & inter alios notabiles quando mater haberet substitutum. Item quando tutor petitus per matrem non fuisset recte datus. Item in mu-
6 liere rustica † & quando pupillorum interesset non conficere inuentarium, & petere tutorem, quæ sunt signanda, & uideatis in insti. ad Tert. §. fi. & Ay. in cõs. 36. Amodeua, sunt etiã cõsil. Bert. quæ alias uidi, licèt nunc ea non habeam, uidelicet 92.
7 nu. 4. uol 1. uol. in priu. uol. 2 119. nu. 4. eod. 2. vol. † ubi hæc ꝓcedunt in bigamo, idem in cons. 280. nu. 6. & 306. eod. 2. volu. Roma. in sing. 105. a quæritur 224. tu habes, ubi quòd omnis
8 causa quasi excusat matrem. Hier. Grat. in cons. 115. ibi † si mater per actus inhonestos tutelam amittat. Soc. Iun. in cons. 9.
9 Et quòd habetur etiã hic, quòd † mater succedit quò ad usumfructum, quando transiuit ad secunda uota: & istud, siue successio filiorum de eisdem deueniat ante matrimonium secundum: & sic dum est uidua: siue postea dum manet in 2. matrimonio, & istud ex doctr. Ang. in l. si mater. C. ad Tertu. adde ꝙ istam opin. Ange. tanquam ueram approbat Aret. in cons. 72. præsuponitur in facto. 1. col. in uers. ad secundum respondeo. hoc idem affirmat Soc. in cons. 34 oĩpotens Deus adsit, quasi de uerbo ad uerbum cum Aret. in loco supra citato uolu. 1. &
10 Boer. in dec. 185. 186. & seq. † ubi etiam quòd mulier amittit legatum quoad proprietatem per transitum ad secunda uota, ſm opin. Ang. hic relatam, & cæteros cuncor. allegat, narratq; etiam ista procedere in patre non solũ in matre, & ſm ista si placet, intelligendo quæ uoluit Gram. in cons. 151. in ciuilibus
11 † ubi limitat, quando fuisset factum legatum huic uxori à marito propter seruitia: nam tunc ſm eum per transitum ad 2. uota mulier non amittit: quod qualiter procedat, fuit notatum supra in dec. 44. & obueniunt in mente vltra Soc. in cons. 56. viso testamento 3. uol Paris. in cons 95. vidi processum. nu. 18. 2. uol. qui limitãdo sit, uxorem in totum amittere, qñ uerisimiliter maritus non reliquisset, si præsciuisset coniugem, esse trãsituram ad secunda uota. hæc etiam affirmat ut supra Dec. in consil. 130. præponitur quòd ex pet. ubi etiam quòd filij per renuntiationem hęc non perdant. Quæ omnia quòd parentes de proprietarijs efficiantur fructuarij per transitum ad 2. uota intelligit Alex. in d. cons. 64. 5. uolu. qñ superessent filij ex matri-
12 monio, quorum causa fit hæc priuatio, nam secus † si demum nulli filij superessent: quia tunc non obstante quòd parentes transiuissent ad secundas nuptias, in proprietatẽ & in usufructum eis succederent, per tex l. fœminæ. in fi. C. de secun. nupt. qui nõ est correctus, ibid. Recentiores qui hanc opin. affirmãt, cęterosve cõcor. citant, ꝙ sanè ꝓcedũt. (vt dixi) qñ parentes cõuolassent ad secundas nuptias: aliàs sine dubio succederẽt filij

quoad

quoad proprietatem,& usufructum,& tunc militaret dispositio authen. defuncto C.ad Tert. prout notant Aret. & Soci.in cons. suprà narratis in 3.dub. in quibus etiam habetur, quod etiã quod pater non transeat ad secundas nuptias, non propterea ha-
13 bet usumfructum † in portione obuenta filio: quia satis est, quod ipse succedat in sua portione in usufructu & proprietate, quod etiam dicunt locum habere: licèt sit magnum dubium, dato quod pater amisisset proprietatem suæ portionis per transitum ad 2.vota,& fuisset effectus de proprietario fructuarius(ut suprà.) quia tunc habet usufructum in portione suo filio obuenta (ut suprà.) & sic ex præfatis est unus casus, in quo pater non habet usufructum in bonis filij. cęteri uerò casus enumerantur infrà in decis. 393. cum quibus etiam conuenit Boer. in decis. 190.& Fran.Aret.& ita uidetur tenendum, quicquid aliter Affl. hic dixerit in principio, quod si mulier dum est vidua, succedit filio in proprietate, quod illam non amittat per transitum ad secunda uota; quia non bene prosit supra ex dictis doctorũ notatis, nã quoad hæc etiam efficitur fructuaria tantum secundùm opinionem Ang supra relatam in d.l.mater. quę cõiter approbatur, & sic habes aliqualiter enucleatam conclusionem huius decisionis.
14 Et insuper † quod pęnæ secundò nubentium quatenus respiciũt fauorem filiorum non sint sublatę: affirmat Ale.in cons. 3.uol. 6.ubi Recentiores, qui alios adducunt cõtra istam communẽ, & maximè Dec.in d.cons.230.quę omnino non procedunt, quò mulier nuberet infrà tẽpus, in quo perturbatio sanguinis potest considerari: nam tunc omnes pœnas l 1.C.de secund.nup. patietur, prout affirmant Bald. Paul.de Castr.in l.decis.C.de his qui not.infa.refert & sequitur Silu. nupt. in loco suprà. citato fol.65.num.47.Boer.in d.decis. 186.suprà. adducta, & insuper
15 circa supra dicta † quòd mater tutrix filiorum non conficiens inuentarium possit poni ad torturam & contra ipsam iuretur in litem, debeatque priuari successione filiorum, tenet etiam Cassa.in cons.Bur.de censana rub.6.num.12.13.fol.221.ubi pro istis adducit consil.Rom.118.sed in terminis huius decisionis, quòd mater priuetur successione, si priusquàm transeat ad secundas nuptias, non facit prouideri de tutore filijs. Corn.in cons. 132. fundata uidetur petitio 2.uol.ubi plus inquit † matrem non excusari, si dicat in nullo remanere debitricem pupillo ex administratione. tangitur etiam per eundem Corneum in consil.113.circa præfata 141. uidetur prima facie 4.uolum.
17 ubi quasi ad terminos istius decisionis si rapit Cass. & † propria auctoritate asportauit instrumenta & res hereditarias pupilli, an ex forma statuti amittat successionem, & quando ma-
18 ter successionem ex causis præfatis amisit † quis succedat huic pupillo, patruus aut frater uterinus? idem Cor.in cons 134. pro
19 decis præsentis 4.uol. † an autem mater dum transit ad secundas nuptias teneatur filijs primi matrimonij cauere de dote cõseruanda? declarat Bertran.in cons.73.1.uolum.tangitur etiam per Soc.in patre dissipante in d.consi.34.num.14. Cæs.Vrsil.

DECISIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filiæ in bonis paternis, ubi sunt infra quatuor filii, qualis, & quanta.*
2 *Frater petens portionem suæ sorori habet condictionem ex lege contra hæredes patris.*
3 *Remedium quale habeat frater pro sororis portione, quando in tertium possessiorem res peruenit.*

IN causa Ioannis Brilli, petentis portionem super Castro nouo prouinciæ Principatus, tangentẽ partem Margaretę suæ sororis filiæ communis partis Roberti domini dicti Castri noui.

1 † Fuit uotatum quod filiæ competit legitima super dicto Castro paterno pro dote de paragio, quæ est tertia pars eius, quam habitura fuisset ab intestato, si succederet super dicto Castro. Et quando sunt infra quatuor filii, ut notatur in auth. nouissima C.de inoffi.testam. & notat per Bar.in l.quoties.de hær. inst.& in c.Raynuntius.de test.cum aliis concor. Si potest succedere
2 dictus Io.Brillus ex persona suæ sororis † tñ feudum prædictum non est obligatum pro dictis dotibus, & legitima. Sed solum habet condictionem ex lege contra hęredes patris, ut est tex.in auth. ut cum de appel. cognoscitur.§ cæterũ.& tenet Io.de Imol.in l.4.ff.ad leg.Falc.& in l.suus quoque, ff.de hęr.inst. Ange.in l. Pap §.si conditioni, ff.de inoff.test.Saly. in l.omnimodo.de inoff.test.& colligitur ex no.per And.de Iser.in const.Regni, in aliquibus,& in const.ut de successio-
3 nibus. † Quid aũt si castrũ nouũ peruenisset ad tertiũ possessorẽ, & remediũ haberet dicta soror Io. Brilli, & ipse, ut eius hæres, unde infra, in decisio.158.

ADDITIO.

De legitima filiorum,& eius deductione, uide Pet.de Anch. cons.128.nu.3. & 152.nu 9.220. nu.2. Et per Chassaneũ cons. 39.nu.76. & 77.nu.28. & per Steph Ber.par.1.cons.262 num. 1.& par.2.cons.119.nu.1.& 361.nu.3.& part.3.cons.7.num.2.

ANNOTATIO

IN DECISIONE LXXVII.

NIL quia eadẽ cum decis.362.ubi sunt annotationes, quas uide, si oblectant.

DECISIO LXXVII.

De gestis iudicialiter per baronem tempore tyranni.

SVMMARIVM.

Principes debitas terras armis reposcentes ab incolis earum, male audiunt, & tyranni uocantur.
Acta per barones tempore tyrãni, an sint ualida, uel ob timorem facta.
2 *Tyrannus est qui, regnum Nep. sine Papæ auctoritate inuadat.*
Patrimonium beati Petri quid sit.
4 *Barones habent iurisdictionem ratione territorii.*
Animus per quæ declaretur.
5 *Facta a tyrannis reuocanda, & non facta a iudicibus tyranno subditis.*
6 *Processus facti non contemplatione tyrami, sed meriti ualent, secus si aliter.*
Modus consulendi principem.
Petitoriũ et possessorium an si in deducta narrato prius spolio in libello, & postea conclusione restituendæ terræ facta.
7 *Possessio solum restitui petitur in iudicio possessorio.*
Restitutio rei, aliud est à restitutione possessionis.
Libelli conclusio attendenda.
8 *Libelli ut saluantur, uerba impropriantur.*
Appellatio an suspendat exucutionem sententiæ super fructibus in possessorio.
Causa super fructibus non est momentanea.
Executio pendente appellatione non fit.

1 FVit satis excitatum † utrum acta sententiæ latæ per Barones, uel eorum officiales tempore, quo Rex Francorum tenuit hoc Regnum. Si adueniente dño

Rege

Rege Ferdinando secundo statim illi barones ut par tiales & fideles Regis Ferdinãdi & eorum loca & castra adhęserũt, ut fideles ipsi Regi Ferdinãdo, de quo actu fuerunt cõmendati per legatum dñi Papæ Ale xandri, & per literas eiusdẽ dñi Papæ, in quib. actibus non nominatur Rex Francorum; sed solum ipsi baro nes & eius officiales, qui habebant iurisdictionem a dño Reg Ferdinando, licèt per timorem & impressio nem erant sub Vexillis Regis Francorum, sint ipso iu re nulla tanq̃ facta tpe d. Regis Franc. qui (ut dr) per potentiam, & sine actib. legitimis accepit Regnum, uel sint ualida. Prima facie unusquisq; diceret, q sint inualida: quia facta tẽpore prædicto, ut dr in l. decer-
2 nimus. C. de sacrosc. ecc. †Nã tyrannus dr ille, qui de facto occupat Regnũ sine auctoritate summi Pontificis: ut dicit ibi tex & Bal. unde ille, qui occupat, quod est proprium principis, dr tyrannus: ut dicit text. quẽ ibi no. Bal. in l. sacri affatus. C. de diuer. rescr. & no. D. Abb. in c. Abb. quod metus causa oĩs enim qui se facit Regem regni sine summo Pontifice, tyrannus est: quia dñium huius regni est speciale patrimoniũ beati Petri, ut dr in c. Apostolicæ. de re ind. lib. 6. & Bar. in l. 1. ff. ad leg. Iul. maie. & ideo acta & sniæ latæ tpe tyraunidis non debent ualere, tanq̃ facta à carente iu risdictione. Bene faciũt adhoc notata per dñm Abb. in c. P. & G. de off. deleg. & quod not. gl. fi. in c. olim.
3 el 3. de restit. spol. †ubi gesta tpe tyranni non ualent, tanq̃ facta ob timorem. & no. Bar. in tract. de tyranni de, in 7. q. & plenè istam materiã tangit Io. de Ana. in c. 1. in t & 2. col. de scismaticis. & Bal. in marg. in uer bo tyrannus. post Inn. in c. cùm ex iniuncto. de oper. no. nun. Sed in contrarium per oẽs dños de Consilio fuit de iure uisum. s. q & illa acta & pcessus, & sniæ latæ per officiales baronũ, qui recedente impressiõe statim redxerunt se ad fidelitatẽ Regiã factæ, & pro latæ inter personas priuatas sub noĩe officialium baronia, ualent & tenent. Pro hoc adducit decisio Bar. iu d. tractatu de tyrãnide, in 7. q. principali, ubi dicit, q si populus est sub ptãte tyranni, tñ populus solet creare certos officiales ad decisiones quarundã causarum, & tyrannus patitur istas cãs uentilari per officia les populi sub regula iustitiæ, tunc illæ acta ualẽt, qa
4 uoluntariè, & non coactè facta sunt. †Idem dicẽdum est in baronib. qui rr habent iurisdictionẽ, saltẽ rõne territorij, ut dicit And. de Iser. in c. 1. quid sit inuesti. ut si tpe tyranni ferant sententias non nomine tyrãni, sed tanq̃ baro, ualet: quia latæ sunt sub regula iusti tiæ, & non per impressionẽ. unde nõ inspicit animus tyranni, sed animus ipsius baronis: prout in simili no tat Bar. in l. 1. ff. de iti. actuq; priua. qui animus declarat per reductionẽ fidelitatis statim factam cessante tyranno. Ex quo comprehendit, q animus suus fuit actũ exercere licito modo, hoc est, ut baro auctorita te ueri dñi, & non tyranni, per ea quæ notant per do.
5 Abb. in c. nisi essent uiri prouidi. de pbendis. †Hinc est, q dicit And. de Iser. in const. Reg. priuilegia. la 2. q facta à tyrannis debẽt reuocari, nõ autẽ facta à iudicib. tyrãno subditis, qui non peccauerunt: quia necessitas nõ hẽt legẽ. l. j. de offi. cons. cum simi. Et odio alterius quis non dẽt grauari. C. de inoff. test. l. si quis in suo. Imò dicendum est aperto ore, q si isti barones protulerunt sentẽtias sub eorũ nomine, q non est dicendum, q uideant protulisse nomine tyrãni, ex quo ille tyrannus non hr pro superiore eorum, ut uf innue re Bar. in tract. repressaliarum in 5. q. secundæ qõnis principalis, dum allegat l. decernimus. & sicuf, q lata sit sententia per baronem auctoritate sui superioris, & non illius, qui non erat eius uere superior.
6 †Et ideo bene dicebat Bald. in d. l. decernimus. in uersi. uenio ad secundum, q si quidem isti processus fiant obtentu personæ timentis tyrannum, puta con tra partem expulsam, non ualent; quia illi expulsi nõ ualent comparere: ut in cle. pastoralit. de re iudic. aut non fiunt contemplatione tyranni, sed meriti, uel demeriti, & tunc ualẽt: quia ubi est iusta causa & auctoritas iurisdictionis, ibi non potest esse uitium: tñ fuit dictum, ex quo non est nostrum ista indicare, nec iudicauit, q consiteatur Regia maiestas, & dicatur in cõsultatione, q de iure isti pcessus facti per barones ut supra, ualent & tenent. Matthæus de Affl. V I.D.

Item in hac met cã fuit dubitatum, si in libello nar retur spo'ium, & postea concluditur ad restitutionẽ rerrę, si per hoc sit deductũ petitoriũ & possessoriũ. Multi ex dñis dicebant, q est deductũ petitorium &
7 possessoriũ: †quia in iudicio possessorio petitur solũ restitui possessio, ut in toto ti. ff. de ui & ui arma. & in c. cum eccl. sia. de causa posses & propri. & c. cum su per. co. tit. quia aliud est restitutio rei, aliud possessio nis l. officiũ. & l. qui restituere ff. de rei uẽd. l. si duo §. fi. ff. uti posi. & tenet expresè Alex. in 1. uolu. consil. 117. in 1. col. & in 4. uol. consil. 43. in 1. colum.

Tamen dñs Viceprotonotarius dicebat, q ipse ui dit de hoc dubitari. & fuit cõclusum, q si narret spoliatio, & concludat ad restituendum rẽ, q uf solum possessorium fuisse intentatum, & pro ista decisione allegabat in terminis Federicũ de Senis in cons. 273. & do. Ant. de Butr. in c. sæpe. de resti. spol. ubi hoc expresè firmat, & ibi dicit Io. And. q rectius fuisset dictum, q petit possesionem restitui, q̃ petere rẽ restitui. tñ tm eum saluatur libellus, quia intelligitur rẽ restitui, scilicet quò ad possesionẽ. Bene facit quod no. Bart. in l. sed & si possessori §. itẽ si iurauero. ff. de
8 iureiu. ubi dicit † q uerba impropriantur pro saluatione libellorũ pro hoc est tex. in c. auditis. in c. cum uenissent. in integ. & glo. de resti. in integ. & maximè hoc est uerum, si pars declarat, q solũ possessorium uult prosequi, pront fuit in casu de quo quæritur.

Item ẽt fuit dubitatum, si fuit lata sententia in possessorio & ad restitutionẽ fructuum, & appellatũ & pendente appellatione fuit facta executio p legẽ uni cã C. si de momen. posses. fuit appellatum: Au potest fieri executio etiam pro fructib. uel super fructib. ap pellatio suspendat executionẽ sententiæ in posses. Et fuit notatum secundùm Bal. in d. l. unica. q causa super fructib. non est momentanea: ut C. de appell. l. & in maiorib. idem si sententia super possessorio cõdẽ-
9 net ad interesse: †quia non fit executio pendente appellatione, secundũ Bal. & ibi Bar. in l. creditor. § iussus. ff. de appell. Et Specul. idem uoluit in titu. de appellat. §. in quibus. uers. sed qui appellatione. bene tamen fateor, q si fiat executio rei spoliatę, fit executio consequente in fructibus pendentibus: quia para solisunt, ut in l. fructus pendentes. ff. de rei uendica.

ANNOTATIO

IN DECISIONE LXXVIII.

1 *Acta facta tempore tiranni valent, quando non sunt confecta in ipsius tiranni fauorem, & in odium alte-*

 rius

rius interuenientibus dolo, uel impressione.

2 *Tirannus quis dicatur, an dicatur committere crimen læsa maiestatis: an aditio hæreditatis per eum facta teneat?*

3 *Confessiones factæ coram tiranno, an subsistant, & an regem tyrannum liceat interficere?*

4 *Regi tiranno an teneamur dare obedientiam: & an melius sit subesse sub rege tiranno quàm tirannum esse?*

5 *Rex tirannus qui parcit peccatori, non pietatis intuitu, sed ut peccator maiora mala committat, non dicitur rex, sed diabolus.*

6 *Tirannus dicitur tenere populum in seruitute, igitur nõ ualet contractus gestus cum eo.*

7 *Præsumitur contractus gestus cum tiranno factus per impressionem; quando subditus cum eo contrahit, existente læsione.*

8 *Quando sententia condemnat ad rei restitutionem uidetur data super petitorio. Item quando condemnat ad liberam rei restitutionem, siue possessionem.*

9 *Quando in libello adest clausula super quibus omnib. & eorum singulis ius & iustitiam fieri, et administrari, quòd uideatur intentatum petitorium: uel possessorium, uel utrumque ipsorum, ubi expedit intentari.*

10 *Quando sententia condemnat ad rei restitutionem: si primò præcedit libellus super possessorio, illud dicitur intentatum ut ualeat sententia: & sit conformis libello, ibi saluatur Affl. a contrario.*

11 *Singularis successor an excludat colonum partiarium a fructibus.*

AD hanc decis. uide Soc in consi. 22. omnipotens Deus ad-
sit, per totum lib. 1. ubi inter alia nu. 16. approbando opi-
1 nionem Bal in d. l decernimus a C. de sacrosanct. eccl. dicit † q̃ acta &
contractus confecti tempore tiranni ualeant, qñ non sunt in
ipsorum fauorem, & in odium alterius: & quando non sunt
2 confecti dolo & per impressionem Diffiniit q̃; † quis sit tirãnus,
& unde dicatur. & si dicatur committere crimẽ maiestatis, &
q̃ aditio hæreditatis per eum facta nõ ualeat, de quo ẽt ꝑ Ias.
in l. Barbarius. ult. col. uers. quintò limita. ff. de off. procõs. ubi
q̃ si declarantur acta nulla; an intelligant̃ ex nunc prout ex tũc
3 & per Capt. in dec. 179. ubi ait † confessiones confectæ coram ti-
ranno ualere, quando tangunt partes, & non statum, hr̃ & per
Parid. in trac. de syn. in tit. de excess. regum. ubi si licet interfice-
re regem tirannũ, & refert B. Thomã tenere q̃ sic (licèt contra
cõiter per theologos teneatur) ut nuperrimè per Hier. Gig. in
tract. læsæ maiestatis q. 65. fol 61. Cap. in dec. 64 in fi. hr̃ etiam
4 per Syl. nup. fol. 173. ubi pulchre de istis particularibus † & si de-
bemus dare obedientiam regi tiranno, & post multa cõcludit
melius esse, stare sub rege tiranno, quàm quẽ esse tirannum,
ꝑꝑ ingentes tiranni miserias & infelicitates quæ ipsum inso-
quuntur, & ipsius tiranni mortẽ quotidie minatur, de quib.
in mente uenit illud Iuuenalis in 10. satira ad generũ, cæteris
sine cæde, & uulnere pauci descendunt reges, & sic a morti ti-
ranni. licèt qñq; tirannus in partẽ bonã capiatur prout sic Vir-
gil. in 7. pars mihi pacis erit dextram tetigisse tiranni. alibi ue-
rò And. de Iser in c. 1 in uerbo & bona cõmittentium crimen
5 maiestatis † loquens de rege tiranno, qui parcit peccatori non
intuitu pietatis, sed ut peccator maiora mala cõmittat, dicit
non esse tunc regem, sed diabolũ, ubi si potest priuilegiũ con-
cedere, q̃ malefactor possit eximi è manib. curię, & de ꝑfatis ẽt
per Ias. in consi. 72. 1. uol. & per Corn. in consi 127. circa primũ
6 2. uol. qui similiter concludit † tirannum tenere populum in
seruitute, & similiter contractum ab eo factũ non ualere, &
uoluit ẽt Ruin. in consi. 105. 1. uol. qui ẽt dicit, q̃ acta facta cũ
eo, sunt nulla. & cũ eis conuenit ẽt Gram. noster in cons. 95. in
7 ciuili ubi nu. 16. dicit † contractũ factum per tirannũ censeri
confectum per impressionem, dum subditus cum ipso contra-
hit existente læsione, & de his hactenus. si acta facta ualeant:
sunt ẽt annotationes ꝭ. in decis. 70. Circa uerò aliud tactum ꝑ
8 Affl. hic † q̃ qñ in libello concluditur circa rei restitutionem,
q̃ intelligatur intentatum petitorium, secus quando conclu-
sio libelli est circa restitutionem possessionis, nam tunc posses-
sorium. Alex. in consi. 92. uiso & oportunè discusso 5. uol. qui
citat dictum consi. Fed. de Sen. nu. 223. qui hæc dicit, & non il-
la, ad quæ Affl. ipsum allegat, propterea si libet, in hoc esto di-
ligens, consuluit hæc clarius Alex. in cons. 96. consideratis his.
eo. 5. uol. ubi inquit, non solum sententiam quæ condemnat
ad rei restitutionem uideri datam super petitorio, seu ipsum
intentatum: sed etiam qñ sententia diceret ad tradendum libe-
ram possessionem. nam tunc etiam petitorium uideri intenta-
tum, ex quo petitur libera possessionis restitutio. & aliud iu-
dicium post ipsum non expectatur iuribus ibi per eum addu-
ctis. Et istud est etiam quod apertius affirmat Dec. in cons. 62.
in causa quæ agitur. ubi etiam quærit, an hæc procedunt
9 † qñ in libello fuisset clausula, super quibus omnib. & eorum
singulis peto iua, & iustitiã fieri &c. q̃ per talem clausulã in fi-
ne positam uideatur intentatũ petitorium & possessorium si-
mul in casibus, ubi utrunq;, uel aliud ipsorũm expedit inten-
tari. Et propterea ex his ista uĩ cõis opin. licèt Soc. in cons. 262.
in causa magnifici. nu. 1. 2. uol. repetito in 3. uol. in consil. 90.
uideatur aliqualiter cum dictis Affl. hic conuenire, q̃ quam-
uis quis dicat ad restitutionem rei fieri condemnationem: q̃
tñ si in libello est expressum in possessorio tñ, q̃ illud uideat̃
intentatum, quod apertius uĩ uelle Spec. in tit. de rest. spoli. 4.
lib. col. 2. fol. 398. relatus per Soc. in loco supra allegato, qui di-
cit, q̃ sententia uidetur lata solum in possessorio, quando ip-
10 sum solummodo est deductum in libello † & si suam ipsam
condemnet ad restitutionem bonorum: & istud ut ualeat &
sit conformis libello, sed dicas ista non aduersari superius alle-
gatis, sed tñ modificare, scilicet ut hæc procedant, quãdo pos-
sessorium tantum fuisset expressum in libello in iudicio mox
deductum, siue prosequutum: nam si postea in sententia fiat
condemnatio ad rem restituẽdam, super possessorio uideatur
prolata, prout cõcludunt doc. supra citati, & sensit hic nr̃ Affl.
dũ inquit, si narret spoliatio, & postea concludat in libello ad
rei restitutionẽ, q̃ possessoriũ uideat̃ intẽtatũ. alia superius al-
legata ꝓcedũt, qn fieret narratio in libello in petitorio, & mox
concluderet ad rei restitutionẽ: nã tũc sñia sequens sic narrãs
in petitorio erit, & ſm ꝑlata fuit iudicatum in sac. cons hodie
qui est 28. Aprilis 1557. in causa illorum de Ferrario, de Litio,
facto uerbo ꝑ mag. cur. uic. cuius causę actuarius est Nicol. Co-
pula, an aũt qñ est facta condẽnatio ad fructus in possessorio,
admittat̃ appellatio ad effectũ impediendi executionem? sunt
annotat. in dec. 269. & q̃ fiat executio in fructib. pendentib.
fuit dictum ꝭ. in dec. 32. ad quæ faciunt illa quæ adducit Ias. in
11 l. cũ filiofa. in fi. de leg. j. vbi † inter alia concludit, q̃ uẽdito fun-
do, ueniunt fructus pendentes. insuper q̃ hic emptor tanquã
singularis successor excludat colonum partiariũ. Cæs. Vrsil.

DECISIO LXXVIII.

De sententijs senatus, à quibus fuit reclamatum reuidẽdis non obstantibus appellationum temporibus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia senatus longo tempore lata a qua fuit reclamatum infra tempus cum protestatione reuidendi, an possit reuideri.*

2 *Sententia præfecti prætorio post duos annos transit in rem iudicatam.*

Fatalia an currant in regio senatu.

Fatalium lapsus appellationem eneruat.

Pactum tacitum lapsu temporis roboratum plus operatur, quàm expressum.

3 *Appellationi expressè renũtiari in criminalib. nõ põt.*

4 *Fatalia in causa appellationis introducta in principis consistorio quando currant.*

5 *Diuisio quando non præiudicet reuisioni.*

Protestatio fienda solutionis saluo iure reuisionis non trahitur ad actus futuros.

Actus contrarius protestationi non nocet.

6 *Protestatio iudicialis contraria facto iuuat protestãtẽ.*

Stylus curiæ seruandus.

In cau-

1 IN causa Firmani de Racaneto †dubiũ fuit, utrum
sententia sacri Consilij lata, iam sunt ferè anni 18.
a qua fuit reclamatum infra tẽpus, & præstita cautio
de restituendo &c. Et protestatum, ꝙ sit saluũ ius re-
uisionis, iuxta auth. quæ supplicatio C. de precib. im-
per. offe. & fuit facta diuisio bonorum inter sorores,
uigore sñiæ Sed dicta sentẽtia possit reuideri, uel trã
Sed quia in hoc dubio fuit producta dicta Regia sententia,quæ declarauit in regno tale dubium iuris, talis sentẽtia Regia facit ius quo ad omnes in regno, ut dicit Bal.in l.fi.C.de legi.& Do.Anto.in cap.cùm Bertold. de re iudic. & ideo uirtute dictæ sententiæ fuit pariter in Consilio uotatum,ꝙ dictus frater spurius succedit fratri suo spurio uterino,licèt ambo sint nati ex damnato coitu,exclusa dicta uxore.Sententia lata fuit die 4.Februarii 1494.

ADDITIO.

De spuriis & eorum speciebus iuribusq; eorum, & de spuri natu plura uide per Petr.de Anch. cons 320.nu.4. Bertr.par.2. 135.num.15.& consil 153.nu.3. Iacob.de sancto Georg.in l.4. §.prætor ait.nu.3.ff.de in ius uocan.Chassaneum consi. 39.nu. 57.Hyppo.de Marsi.sing.575.incip.notissimum.& singul.478. incip.spurius & an dicatur spurius natus ex ui cognita, Hypp. l.1.nu.15.C.ad legem Cor.de sica.Et de etymologia huius nominis extra Guidonem hic allegatum,ꝙ ab ex & puro deriuatur: nonnulli à uerbo Greco deducũt,*Speirein*,ꝙ est seminare,quasi nihil à patre retineat præter semen. hunc Greci uocant, nothum.Thom.Gramm.

ANNOTATIO

IN DECISIONE XCVI.

1 *Spurius natus ex sacerdote,an ualeat succedere eius fratri:& sic talis spurius habeat agnationẽ ex parte matris : & an nepos spurius natus ex soluta, & uxorato ualeat succedere eius auię: & habeat ius rumpendi testamentum,retinendique legitimam ascendentium per maternam lineam?*

2 *Natus ex muliere uilissimę conditionis , quòd succedat matri,& stuprum non sit punibile,et in dubio an quis spurius præsumantur?*

3 *Matrimonium an præsumatur cum sit quid facti , ideo oportet ipsum probare.*

4 *Instrumentum dotis an sit liquidum, & habeat executionem paratam?*

5 *Qui nascitur ex complexibus nefarijs , non dicitur, seu nominatur naturalis, nec etiam alendus est de iure ciuili, & habetur, ut extraneus à successione parentum.*

6 *Natus ex sacerdote non est filius nominandus, nam rerum natura erubescit talem filiũ nominare ex quo cũ peccato; licet dicatur quòd sol,& homo generant hominem,imperator tamen eos legitimat.*

7 *Filius clerici siue sacerdotis matri non succedit, & natus ex soluta & cõiugato dicitur nefarius,fornicarius, & à lege reprobatus & cum ipso non tractatur de donatione facta concubinę,& an possit reuocari ?*

8 *Frater non succedit fratri , istis spurijs natis ex coitu damnato,ut etiam ex coniugato & soluta .*

9 *Pater istis spurijs sic natis,etiam ex coniugato & soluta non ualet legare.*

10 *Nati ex coitu damnato non succedunt matri,neque fratres uterini ei succedunt.*

11 *Amicus Plato , & amicus Socrates, sed magis amica ueritas.*

12 *Natus ex cõiugato,& soluta,cũ qua qs semel i.una uice tantũ habuit rẽ,an succedat?ꝙ sic, secũdùm Deciũ.*

13 *Natus ex duobus coniugatis, quod non succedat, qui ex*

coitu

coitu damnato i.quando ex uno vxorato, & ex alia maritata, quia uerum adulterium pœnaque ipsius.

14 *Natus ex soluta & soluto, nō retenta pro concubina; in teruenientib.reqsitis,ꝙ nō succedat,cōis opinio:& vt infra.Et ꝙ natus ex presbytero, et cōiugata,et soluta,ꝙ nō succedat matri, casus quē ĩ facto incidēter signatus.*

15 *Cum habemus casum legis,ulterius non est quærendum.*

16 *Natus ex monacho,an dicatur uulgo quæsitus? In tantum quòd ualeat matri succedere, & an bene dicat glo. in l.quod uulgo ff.de statu homin.*

17 *Filius naturalis: vt natus ex damnato coitu & frater spurius &c.an accusant de morte? & possit fieri compositio istis non concordatis.*

18 *An possit fieri per per statutum, quòd hi filij ex damnato coitu succedant, quòd non.*

EST conclu.in hac dec.fuisse decisum in sacr.consil.fratrem
spurium natum ex dānato coitu de sacerdote ualere succe
dere eius fratri uterino,& sic talem spurium habere cognatio
nem parte matris, nota quia cum ista decis.videtur conuenire
Soc in cons.148 memini sunt duo menses.2.vol.vbi latius ex-
1 ordiendo materiam,dicit †nepotem spurium natum ex soluta
& vxorato,& sic ex coitu damnato,ualere succedere eius suię,
hoc idem sequitur ibidem dn̄s Bal de Bartolinis,qui plus dicit,
hunc habere ius rumpendi testm̄ ascendentiū per lineam ma-
2 ternam,retinendiq; legitimam,agendiq; ad ipsius supplemen
tum †& hāc opin.in spurio nato ex muliere vilissimæ conditio
nis,ꝙ succedat,& stuprum non sit punibile,vt etiam dicit post
alios Grā.in decis cons.107.in cā Augustini Scopæ, approbare
videtur nouissime Aym.in cons.138 decessit,& in cons.166.li-
cet plurimi.vbi ēt dicit vnum verbum notabile,si esset verum;
3 ꝙ in dubio quis non dicatur spurius,de quo satis dubito†cum
matrimoniū sit quid facti,iuxta no per Doct in l.item quia §.
ī.ff.de pact.voluit Arc.in cons.32.in prin Bal.nouellus in trac.
de pri.dotium,in 24.pri.in 7.par omnes concludentes non so-
lum matrimonium esse quid facti,& ꝙ oportet per consequēs
4 probari. † Immo instrm̄ promissionis dotium non liquidum,
neque habere executionem paratam,nisi aliquibus probatis,
vt ibi,reperio etiam ꝙ istod voluit Alciatus in trac.præsump.in
regula secūda,præsump.6.fol.217.& in tertia regula,p̄sumpt.
prima,num.11.qui aperto ore dicit,matrimonium non præsu
mi, nec filius legitimus, quā opinionem vt supra ēt approbat
Curtius Iunior in cons. 123.quod incipit contra consilium 2.
vol.sed contra hanc Affl dec.facit tex.in auth.qui.mo nat. effi.
5 sui §.fi.vbi dicit,ꝙ†qui nascitur ex complexibus nefarijs,damnatis naturalis nō nominatur, nec alendus est a parentibus &
sic habetur vt extraneus à successione istorum parentum, da
quo tex.est effecta auth. ex complexu C.de na.lib.istud est, qđ
voluit in specie Bal.in consi.323.præmittendum est,ꝙ natura.
6 3.lib.vbi loquens de filijs sacerdotis†ait,ipsos non esse filios no
minandos,ex quo rerum natura erubescit tales natos cum pec
cato filio nominare, & licèt sol,& homo generent hominem,
generatumq; conseruant,s̄m nos,ibi etiam, ꝙ Imperator eos
legitimat, cum quo vr̄ reddere conformem Luc.de Pen.in l.si
cohertalis.col.3 per totum,maxime nu.13.& 14.de cohorta.li.
7 12.ꝙ filius clerici†non succedat matri,affirmat etiam Capra in
consi.108 iam impresso,ꝙ non succedat matri,neq; patri,ne-
que descendentibus à præfatis,& de nato ex soluto,& coniuga
ta,ꝙ dicatur nefarius, fornicarius, & à lege reprobatus, adeo
& cum eo non tractetur de donatione facta concubinę,ꝙ pos-
sit reuocari,ēt affirmat idem Bal.in cōs.457.ad euidentiam prę
8 mittendum 5.vol †& ꝙ frater fratri, istis spurijs natis ex dam
nato coitu,non succedat, testatur Abb.in cons 50.omnipotēs
Deus,vt 1.2.col.in 2.vol.Guid Pap.in deci.280 laicus coniuga
9 tus, † qui loquens in vxorato, qui ex soluta suscepit filium, ꝙ
ei non possit à patre legari, cum quibus ēt cōuenit Io.de Ana.
in cons. 95.visis & ponderatis, & pro ista parte faciunt omnia
illa,quæ adducit Caccialupus in reper.l.si qua Illustris, quibo-
10 ne firmat hanc opinio. † hunc natum ex damnato coitu non
cedere matri,neque fratres uterini ad inuicem,hancq; opinio
nem dicit sibi magis placere,licèt non audeat condicere ob re-
11 uerentiam sui præceptoris Io. Petrucij,sed tū†dicit amicus Pla
to;& amicus Socrates,magis amica ueritas,& ab istis non dis-
sentiunt ea quæ notaui infra in deci.103.ꝙ filij natis ex concu
binis vilissimis sunt incapaces relictorum,quę dicunt dicta seri
bentes supra citati.Decius verò in cons.306.in casu proposito,
vr̄ in nato ex coniugato,& soluta distinguere;quia aut est na-
12 tus ex coniugata & soluto à casu;†quia forte una vice habuit
rem cum ea,& tūc iste sic natus ꝙ possit succedere, si verò à cō
cubina retenta pro libito uoluntatis existente aliquo in matri
monio,tunc ait insuccessibilem matri,hoc etiam amplectitur
13 † in nato ex duob.coniugatis, hoc est vno vxorato, & alia ma
ritata,siue coniugata,in cons.311.in casu proposito,qui in ciui
tate,hoc ea ratione,quia talis coitus damnabilis pœna adulte-
rij,etiam de iure ciuili,latissime hæc sequitur Goza.in cons.21.
14 vī dicendum†ubi ēt vī præfata extēdere in nato ex soluto, &
soluta non retenta in domo pro concubina , interuenientib.
requisitis, citat Bar.in l.si ff.de concu. sed melius Luc.de Pen.
in loco supra citato, hoc etiam voluit Cor.in consi.9.memini
proximis diebus 4.vol,& sic vr̄ cōis opinio, ꝙ natus ex presby
tero,& ex cōiugato & soluta, siue ex duobus coniugatis,ꝙ di
catur natus ex coitu damnato, & ꝙ penitus omnibus sint in
successibiles, & per hæc incidentes fuit decisa quæstio in sacr.
consi.in cā magnifici Io. Petri fenicis cum illis, nomen taceo,
conuentionem factam per ipsum Io. Petrum dictis talibus de
certa quantitate pecuniarum non subsistere,ex quo dicti tales
cesserant dicto Ioā.Petro,siue vendiderant quandam hæredita
tem talis cui ipsi uenditores tanquam nati ex coniugato,& so
luta non succedebant, & sic cessio inanis & nulla. Decis. in
consili. 112. præstantissime doctor, igitur ipse magnificus
Ioan Petrus ad precium aliquod dictæ cessionis, seu vendi-
tionis hæreditatis non esse obligatum, actuarius dictæ causæ
fuit egregius Thomas Palomb. anno. 1551. quæ facitius in
fortioribus terminis istius decisionis,nam si isti nati ex coniu-
gato & soluto matri non succedunt, tanto magis filius sacer-
dotis,qui non est filius nominandus, ut dicit Bald.in d consil.
223 tertio lib.Caccialupus in loco supra citato nu.72.Quibus
non refragantur rationes Io. Petrucij, nam eis omnibus unò
verbo pōt responderi, sic esse statutū, per d.§.fi.in auth. quib.
mo natu.effi.sui.ꝙ hi non sunt nominandi filij, & per conse-
quens nulla cognatio † & cum habeamus in his casum quo-
15 dammodo legis, vlterius non est qō.l.ancillę & ibi Bald.C de
furtis: & propterea bene Affl.hic dicit,ꝙ p̄p rōnes Io.Petrucij
ipse non recederet ab Ale.opinione, & pro hac opinione vr̄ ēt
facere tex.c.cum haberet. de eo qui du.in ma. quā pollu.&c.q.
dicit,ꝙ filij nati ex cōiugato,& soluta nullo pacto sunt nomi-
nandi filij, sed tm̄ de æquitate canón.licet non de iure alimen-
ta eis secūdum quantitatem patrimonij debeantur. Imò plus
voluit tex.in c.tanta.q. filij sunt legitimi,ꝙ tales per subsequēs
matrimonium non dicantur legitimi,& p̄pterea concluden-
dum ut supra ex quibus potest discerni,& apparere, si bene di
16 xerit glo.in l.quod vulgo.ff.de statu homi. † volens natum ex
monacho dici vulgò quæsitum, quasi tacite uelit hunc matrī
succedere l.non hoc ff. vnde cogna.de quib.infra in d.dec.203.
vel si placet opinio contraria,dicas secundùm And in c.j.§.na-
turales.in vlt.q.si de feudo defu.mili.contr fuerit,qui nulla de
supra narratis facta mentione concludit eos succedere matri,
& alijs ad inuicem, nam hi non peccauerunt. ex quo non est
vicium ipsorum sic nasci, ipsa uerò mater ꝙ eis non succedat
p̄p peccatū suum vt ibi per eū,quæ licèt vera sint, tn̄ non pro-
17 cedunt in criminalib.quò ad accusationem†nam præfati accu
sant de morte parentum,& fratrum,nam propensiorem dolo
rem habent scd̄m Bart.in l.2 ff.de accusa. prima col.vers. quid
de filia,& ita obseruauit mag.cus.vica.in quadam cā magnifi-
ci Pompei Carminiani, nam nunquam uoluit facere composi
tionem de morte patris,nisi concordatis filijs præfatis queru-
lantibus: & hoc nō obstantib.superius allegatis, & adductis p
Ale.in l.ex facto §.si quis rogatus.col.18.nu.49.ff.ad Treb con
tra Bart. ꝙ hi tanquā nati ex dānato coitu nō ualēt accusare,
& istud ī anno 1554.de qua cā fuit cōmissarius hic iudex mag.
18 cur.magnificus Scipio de Aretio.† An autē possit fieri p̄ statu
tū,ꝙ hi succedāt, ꝙ nō. Ale in cōs. 109 ibi Recētiores 6.vol.&
per eosdem Recentiores in consue.Pari.cas.186. Cæs.Vrsil.

DECISIO XCVII.

De iure emphyteutico,& de domino expellente emptorē rei emphyteuticę sine eius consensu &c.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus an possit p̄pria auctoritate emptorē rei emphyteutica expellere ementē sine suo consensu.*

2 *Domi-*

1 *Dominus qui spoliauit possessione emptorem rei emphyteuticæ ementem absque suo consensu, an possit conueniri interdicto recuperandæ possessionis.*

Emphyteuta alienãs irrequisito domino cadit ipso iure.

3 *Emphyteuta an possit per dominum expelli propter canonem non solutum.*

Emptor rei emphyteuticæ sine citatione & sentẽtia nõ potest de facto spoliari per dominum irrequisitum.

1 VTrum dominus † directus rei emphyteuticæ possit expellere propria auctoritate emptorem ipsius rei emphyteuticæ ementem ipsam rem emphyteuticam sine domini directi requisitione, uel consensu à possessione rei emphyteuticæ ad effectum, ut si priuauit eũ possessione: & ipse emptor agit possessorio, non teneatur dominus directus uel habens causam ab eo ad restitutionem.

Et prima facie uidetur, quòd dominus propria auctoritate possit expellere emptorẽ, qui emit rem emphyteuticam sine eius consensu, & per cõsequens nõ tenetur restituere possessionem. & hoc per glos. fi. in uerbo, cadet. in l. fin. C. de iure emphy. quæ expressè tenet, quòd quando emphyteuta aliena rem emphyteuticam irrequisito domino, quòd cadit ipso iure: & sic non requiratur sententia.

2 † Istum articulum in alienatione facta irrequisito domino. Vtrum possit dominus propria auctoritate spoliare, nõ reperio tactum Sed bene reperio copiosissimè tactam istam quæstionem, an propter canonẽ
a non solutum dominus possit expellere a emphyteutam, prout copiorè examinat do. Iason colligendo 5. opi. in l. 2. C de iure emph. Et remitto me ad eũ ibi.

Et pro decisione huius principalis dubii, dico ꝙ licèt ipso iure perdatur res emphyteutica, si alienetur sine domini requisitione: tamen quo ad uocandam possessionem requiritur sententiam, ex quo oportet
3 emptorem & possessorem citare: † q̃a posset multas exceptione opponere ipse emptor, propter quas non incideret res in commissum. Et ideo sine citatione & sententia non posset de facto spoliari, ut patet in c. licet episcopus. de conces. præben. lib. 6. & in c. cum secundum de hæreti. lib. 6. & dixi in c. 1. quo tempore miles. & in c. 1. de feudo sine culpa non ami. hoc expressè firmat Anto. de Butr. in consiliis suis consi. 22. & Ale. in 5. uolum. consi. 128. in 1. col. Et sic fuit uotatum & iudicatum in causa illorum de Tancredo.

ADDITIO.

Nota aliquos casus, in quibus emphyteuta irrequisito domino potest alienare. Primò. si alienat partem suam alteri emphyteutæ, ita dicit Hyppo. de Marsil. sing. 28 incip. emphyteuta. Item si alienatio sit nulla; quia contractus non tenet. idẽ in l. fi. nu. 12. ff. de quæstio & in l. 1. §. præterea. nu. 20 ff. ad legem Cor. de sica. & in prædicto sing. nisi paciscatur de re retinenda sto statim re. idem in l fi num. 158. ff. de iurisd. om. iud. Item si alienat saluo iure dñi. idẽ l. is qui cum telo nu. 40. C. ad legem Cor. de sica. Item si rem non tradiderit, uel se non constituerit precario. idem singul. 412. incip plures. Item si ignoranter alienet propter dotem ut donationem propter nuptias: ut firmat idem Hyppo in sing. 443. in ca. postquàm sunt Et Bertr. part. 3. consil. 380. nume 1. Et super isto casu uide materiam diffusam infra. in deci. 111. ubi super feudis & emphyteuticis alienationes ponderantur.

a *Emphyteutam.*) Ob canonem non solutum non potest dominus propria auctoritate expellere emphyteutam Adde, ꝙ contrarium consulendo tenet Philipp. Decis. ubi multa allegat, in consil. 146. in 3. col. 1. uolum. Thomas Grammaticus.

ANNOTATIO

IN DECISIONE XCVII.

1 *Dominus directus an valeat propria auctoritate expellere emptorem rei emphyteuticæ sine assensu.*

2 *Redditu non soluto, lineaque finita, an ualeat dominus præfata auctoritate propria capere? Et si cadat emph. ipso iure in præfatis à contractu?*

3 *Emph. alienando rem emph. sine domini sensu; quia sua culpa cadit à possessione aliquod interdictũ recuperandæ non valet intentare.*

4 *Dominus potest rem alteri concedere inscio emph. non soluente redditum.*

5 *Dominus feudi valet ingredi auctoritate propria, quãdo vasallus alienauit absque eius consensu.*

6 *Quando adsunt uerba in instrumento, ꝙ dominus possit capere propria auctoritate, ob redditum non solutum, & alenationem factam, ipso irrequisito, potest hoc facere maxime quando adest constitutum pro obseruantia promissorum.*

7 *De æquitate dominus hodie tenetur vocare possessorem, priusquam possessionem capiat.*

8 *Consuetudine baronum in feudis an possit induci sine instrumento, quod ob dictas causas res feudalis deuoluta capi possit auctoritate propria.*

NOSTER Afflic. hic dicit articulum hunc à nemine tactũ,
1 † si liceat domino directo propria auctor. expellere emptorẽ rei emph. alienatæ sine eius consensu, tandem residet ꝙ non, fretus auctoritate Ant. de Butr. in cons. 22. & Ale. in cons. 128. uiso instro 5 uol. vñ in primis, ꝙ Ant. de Bu. & Alex. in dictis locis, si bene inspexi, sentiant contrarium de eo, ad qd̃ ipse allegat, scilicet, ꝙ isto casu emphyteu. alienando dño irrequisito, cadat ipso iure, & magis q̃ per redditum non solutum, nã alienando dño irrequisito, deliquit in faciendo, licèt ista duo æquiparentur, res deuolui ob redditum nõ solutum, & alienationem factã dño irrequisito, ꝓut fuit dictũ supra in deci. 80. & ꝙ possit expelli propria auctoritate, tenet Paris in trac. reintegra. car. 20 & magis expresse Ias. in l. fi. C. de iure emphi. col. 30 in gl. fi. nu. 40. vbi allegãdo Sal. ibidem dicit contra emptorẽ, hoc esse expeditum, ꝙ cadat ipso iure, nam contractus nullus sine dñi assensu, quasi expresse clare sentiat ipsum emptorẽ expelli posse, post quam ea nullo contractu tenet de facto
5 † & in redditu non soluto, & linea finita qui sunt termini fortiores, ꝙ ipso iure emphi. cadat expelliq; possit propria aucto-
3 ritate † nec propterea ipsa emphi. ualeat possessorium recuperãdę intentare, quasi sua culpa ceciderit à possessione, affirmat Bal. in cons. 177. ad euidentiam est Præmittendum, tertio uol. dummodo ꝙ constet, ꝙ res ipsa sit emphi & ꝙ agens sit dñs. Aymo in cons. 6 nu. 72. & ample Decius in cons 146. pro tenui facultate mea, & sunt ẽt alij concord. quos congerit Gozad. in cons. 39. prima facie uidebatur, in fi. de quibus ẽt fit mentio in fra in decis 326. 327. & melius 392. voluit ẽt hæc Soc. iunior in
4 cons. 111. in secunda parte † ubi ait non solum dñm istud posse facere auctoritate propria, ut supra, uerũ alijs concedere ipso emphi. irrequisito, prout ẽt affirmat Rom. in cons. 112 quoad primum. & Soci. senior in cons. 4. super quæstione. nu. 25. 3. uol. & Aymo in cons. ẽt 18. nu 7. Andreas iuuenis. & in dño feu
5 di † ꝙ possit ingredi ẽt auctoritate propria alienato feudo sine eius consensu, affirmat Ias. in cons. 138. uolu. j. quãdo alienans sciebat rem esse feudalem. unde uidetur indubitanter, ꝙ hæc opinio de iure possit tueri tanquã cõmunis, & istud maxime.
6 Qñ in instrumentis emphiteuticarijs † fuisset conuentum, ꝙ liceat dño capere iure proprio, cõstituendo se in casu contrauentionum bona tenere per constitutum, siue precarium, de quo Ias. in l. 2. colum. 20 in uers. Capio glo. quia tunc nulli dubium hoc facere posset, etiam inuento resistente, prout affirmat Bald. in d. consil. 177. Soci. in omni contractu in consil. 81. super quæstionibus propositis, tertio uolum. Nicolantius in tracta. de pigno: quarta parte principali sol. 85. latius per Gozad. in cons. 42. Paris in tract. reinteg. ut supra, quæ licèt uidean

uis

7 tur de iure procedere, tamen de æquitate, †siue ad euitandum
scandala, iuxta tex.l.nō est singulis.ff.de reg.iuris, ut aiunt Re-
centiores in cons. Alexan. 105.tertio uol debet iudex adiri, &
hanc opinionem æquam saltem, qñ inuenitur resistens (ut su
prà) aiunt iſ,'em Recentiores in consi.Decij præsato 146 quid
in facto obseruatum fuit, sunt attestationes in dicta deci.392.
8 An autem per cōsuetudinem† possit induci etiam feudorum,
q̄ redditu non soluto ualeat dominus capere rem propria au-
ctoritate? & mora non possit purgari, licèt multa dici possint
quòd non, ex quo quod non potest fieri per pactum, non po-
test etiam fieri per consuetudinem, glos in rub.de decretis da
cum lib. 10.cum similibus, prout sic Paris noster in dicto trac.
de reinteg. in specie quæstionem format fol 19. ad quem me
remitto, sacrum tamen consilium in causa illorum de Ristaldo
cum magnifico Cosmo Pinello determinauit contrarium die
ultimo Iulij.1559.actuarius. Cæs.Vesil.

DECISIO XCVIII.

De sequestro rei immobilis facto lite pendente per iudicem ad quem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis an possit odio possessorum rem contentiosam lite pendente sequestrare.*
2 *Possessione nemo priuandus lite pendente.*
Iudex an possit procedere in causa principali pendente lite super innouatis.
Innouatur in causa per sequestrum.
3 *Attentata & innouata, an prius diluenda, quàm eatur*
Ordo seruandus maxime in iudicijs.
Possessorio agens facit supersedere in petitorio per alteram partem opposito.
Exceptio petitorii opposita in actione possessorii reiicienda.
4 *Attentata præferuntur nullitati, super quibus prius prouideri debet.*
Interdicto unde ui agenti obstat exceptio alterius spoliationis.
Exceptio spoliationis non obstat agenti remedio attentatorum.
5 *Iudex iustitiam offendit nō reuocans attentata pendente appellatione a diffinitiua.*
6 *Sequestrum disequestrari petens intra sex dies, allegationes proponere debet.*
Tempus sex dierum non importat interesse partis.
Attentatorum remedium cessat, quando notoriè constat de non iure petentis reuocationem.

1 PVlchrum est dubium † lata sententia contra pos
sessorem rei stabilis, ut restituat naturalem pos
sessionem: ab ista sententia appellatur, & de nul
litate dicitur. lite huiusmodi pendente iudex appella
tionis propter timorem armorum euitandum seque
questrat, facto sequestro petitur, q̄ non obstante ap-
pellatione facta sententia mandetur executioni, quia
est super possessorio, per l.1.C.si de mo.pos.fuerit ap
pella. Dicit, q̄ sententia est nulla, & non debet man-
dari executioni, sed quod reuocetur sequestrum fa-
ctum lite pendente, quod fieri non potuit, ex quo
constat de possessione sua, de qua fuit expoliatus per
sequestrum lite pendente. Dicta pars insistit in exe-
cutione sententiæ latæ in possessorio. An iudex possit
& debeat reuocare sequestrum? Nulli dubium est, q̄
2 sic, †quia lite pendente quis nō debet priuari sua pos
sesione, per ti.ut lite pendēte. Iudex nō reuocauit se-
questrum, sed dedit terminum ad ostendendū de nul
litate sniæ, ab hoc appellat, & terminus est elapsus. V-
trum potuit iudex nō reuocatis prius attētatis, idest,
non reuocatio sequestro. hoc est, utrū pendente lite
super innouatis iudex possit procedere in cā principa
li. Vr̄ q̄ prius est ꝑcedendū super innouatis: quia ista
3 de sui natura habent ordinem in se, †sicut dicimus in
possessorio & petitorio, in l.ordinarii.C.de rei uen.c.
2.de cau.poss.& proprie, & sic donec cā pendet atten
tatorum, nō procedit in negotio principali. Nā sicut
agens possessorio facit supersedere in petitorio appo
sito per alteram partē: ut in c.1.& ibi no.de rest spo.
& in c.ex conquæstione. eo.ti.ita petens reuocari at-
tentata, facit supersedere in negotio principali, donec
attentata reuocentur: ut habet in c.non solùm.de ap-
pell.lib.6. Item si actor proponit possessoriū, & reus
excipit de petitorio, non est audiendus, ut dicit Abb.
in c.fi.de ord.cog. Ita si conuentus petit reuocari at-
tentata, & actor dicit, fiat executio sniæ, quæ allegatur
4 nulla, †nō pōt uideri de nullitate, nisi prius prouidea
tur super attētatis. Itē quia licèt agenti interdicto vn̄
ui, obstet exceptio alterius spoliationis: ut in c.2.& fi.
de ord.cog.& in c.frequens.de rest.spo.lib.6.tñ agen
ti remedio attentatorū non obstat exceptio spoliatio
nis: ut dicit Inno.in c.1.de ord.cog & D. Abb.in c.bo
næ.de appel. Et pro hoc ur̄ tex.in c.nō solùm, in uerb.
dēt de app.in 6.ubi expresse ꝓbat̄, q̄ iudex ante oīa
5 habet reuocare attentata: †adeo q̄ iudex faceret iniu
stitiam, si non reuocaret ante omnia attentata appel
latione pendente à diffinitiua, ſm Io And.in d.c.non
solùm. Et ita expresse firmat Io. Mo.in c.cupientes §.
pe.in fi.de ele.li.6. Licèt Dñicus in d.c.nō solū referat
opin.Doc.super hoc. Tñ Philippus in d.c.dilecti filii.
uer.2.q̄ritur, de app.tenet opi.Io.Mon.& Io.Andr.&
idem Bal.in l.appellatione.in prin.C.eo.tit.& Pet.de
Anch.in d c.non solùm. Et cum ego allegassem in S.
Consilio Io.Mon ita dicentem. Viceprotonotarius
uoluit uidere ipsum originaliter, & nullus Doctor ip
sum habuit & sic ostendi meū Io. Mo.in pergameno,
6 quo uiso. †Fuit prouisum, ut ille qui petit sequestrum
di sequestrari, intra sex dies alleget, quare snia lata cō
tra eū non dēt mādari executioni, & nullitates, ut pos
sit ꝓ uideri.& quia tp̄s erat modicū. & tp̄s sex dierum
non importat interesse partis. Ego accessi ad hoc, ma
ximè quia remedium attentatorum ad instantiā par-
tis non habet locum, qñ notoriè constat de non iure
petentis reuocationem attentatorum, ſm unam opi.
prout dicit Ioan. de Imol.in c.bonæ.de app.& Rota.
decis.14.in fi.& Io.Mo. & Pet.de Anch.in c.ad deci-
mas.de rest.spol.licèt alii contra, ut refert Philippus
in d.c.bonæ.& probatur in c.significasti, de diuor.

ANNOTATIO IN DECISIONE XCVIII.

1 *Spoliatus est restituendus vsque ad unum quadrantem, tam possessionis, quam fructuum, antequam spolians audiatur, idem in expensis litis, nam debent prius liquidari, & restitui.*
2 *Spoliatus priusquam molestetur, debet stare tanto tempore in possessione, quam stetit spolians, qua an procedant in attentatis.*
3 *Attentatum post sententiam latam in possessorio debet reuocari, & quòd notoria constet de non iure partis.*
4 *Si sententia lata contra petentem reuocationem attentatorum fecisset transitum in rem iudicatam, an nihilominus attentata reuocantur?*

5 Quando

deratur secundum quantitatem alimentorum, ubi etiã an maritus ex pacto lucretur hanc dotem.

4 *Cautela ponitur relinquendi filiæ spuriæ, videlicet quòd donetur filijs ex ea nascituris, alias autem ista dos nõ transit ad hæredes filiæ: quia habetur loco alimentorum, igitur morte finiri.*

5 *Pater non potest alimenta prohibere filio spurio in testamento.*

6 *Legatum factum similiter filio spurio à patre in testamẽto uadit in causam alimentorũ, sed distributores legatorum & bonorum testatoris non possunt eligere filium tanquam pauperem.*

7 *Alimenta quæ debentur filio spurio seu naturali debentur officio iudicis, secus in alimentis, quæ debentur filiis uirtute consue. Neapo. nam debentur iure actionis igitur debentur etiã de præterito etiã filiis diuitibus.*

8 *Item hæc alimenta quæ debentur filiis spuriis secundum facultates debentur.*

9 *Filij spurij possunt hæredes institui à patre cum legitimabuntur, iniuria uerbalis sufficit ad filium exhæredandum.*

10 *Frater spurius potest hæres instituti à fratre legitimo, etiam quòd sit ex damnato coitu.*

11 *Palatia magni precij an possint uendi, si sunt pauci reditus, pro præstandis alimentis spuriis.*

12 *Spurij an succedant in feudo dato pro se & hæredibus quibus dederit. Bald. quòd non in filio sacerdotis.*

13 *Spurij an succedant in emph. ecclesiastica.*

Spurij naturales ualent succedere in emphy. concessã à præfato etiam pro filiis spuriis.

14 *Cautela an possit reperiri, quòd ualeat relinqui spuriis, & an ualeat statutum.*

1 Vide quinetiam hac deci. † quòd pater possit emph. stipulari filio spurio pro alimentis conuenit Hyp. in l. 1. §. si seruus. ff. de q num. Cotta in uerb. spurius saltem, ubi dicit, quòd illud quod fuisset plus uadit ad agnatos seu substitutũ. Crem. sing. 130. ao halent pactum. Guid. Bene ire Rayn. in uerb. uxorem nomine Adelasiam. fol. 114 Matthesi. not. 105. notat quòd si pater adẽ Hyp.
2 in reper. l. 1. de rap. uir. nu. 28. Quæ sane intelligenda † sunt, quò filius spurius non potest aliter uiuere ẽt ex industria sua, & de fructibus beneficiorum fm Decium in consil. 576. pro resolutione. Socin. consi. 151. præmittend. est 4. uol. nu. 47. ubi etiam
3 † de marito qui potest sua industria uiuere, quòd cogatur similiter insolidum, immo quotiens quis tenetur aliquem alere, sufficit quòd quis ei procuret præbẽdam. Bal. in l. j. §. sumus C. de las. liber. tolle. Hyppo. sing. 480. extat iuris regula, quæ locum sibi uendicant ẽt in dote data a patre filiæ spuriæ, quòd moderet. fm Curtium iuniorem in cons. 87. j. li. nu. 56 idem Decius in cons. 612. magnificus Pandulfus. ubi quanta erit dos filiæ spuriæ ex matrimonio, & per Aym. latius in consil. 199. ad fabulis. idẽ in cõs. 386. præseus consultatio nu. 16. Qui tenet contra Decium. In eo quod dicit, quòd quis põt uiuere sua industria, imò quòd potest pater relinquere non obstante quòd aliter uiuere possit propter necessitates humanas, quòd non semper quis potest lucrari, & quòd maritus lucretur istam dotem ex pacto. hoc idem Capi. in dec.
4 164. 181. 194. ubi ponit cautelam † relinquendi filiis filiæ spuriæ, scilicet quòd expresse pater eis donet, alias dicta dos ad filios filiæ non transit, cum sit tantum ad alimenta, quæ morte finiuntur ipsius filiæ, & ad hæredes non transmittuntur fm D. Abba. in consi. 115. 2. uolu. cessat ius accrescendi fm lupum in c. per uestras. de dona. inter uir. & uxo. cas. 83. ibi quòd morte finiantur adest bona add. etiam fm Matthe. 146. no. insuper aduerte in præfatis, quòd ẽt si pater prohibuisset hæc alimenta istis filiis in testa-
5 mento † quòd tñ adhuc deberentur fm Bal. in l. id quod pauperibus. col. ultima. C. de epi. & cle. hic auctor in consti. reg. donæ secreti colu. ultima. Hip. sing. 358. pater de iure ciuili. Cassa. in
6 consil. 39. factum tale est, nume. 1. ubi dicit legatum † factum huic filiæ spuriæ similiter ualere quoad alimenta, licet executores positi à testatore ad distribuendum bona inter pauperes non ualerent eligere filium spurium testatoris fm Bal. 5. uol. consi. 91. ut quòd electio. & in præfatis etiã nota, quòd ista alimenta
7 † quæ debentur huic filio spurio seu naturali, debentur tãtum officio iudicis, prout testatur Neapo. noster in consu. si quis, uel si qua in lib. de alime. præsta. in uer. filio nu. 4 hoc etiam procedit in legitimis & naturalibus Iasõ. post alios in l. de alimentis. C. de transa. colum. j. secus uero in alimentis, quæ debentur uirtute consu. nam debetur iure acti. fm eundem Neap. in consu. si quis eo. ti. de ali. præsta. in uer. pro alimentis nu. 14 & clarius in consu. si mulier eo. ti. in uer. iure successorio, ubi concor. cũ supra allegatis, ex quo debentur iure actionis debentur ẽt fi-
8 liis † diuitibus: fuit notatum supra in deci. 10. & habetur etiã per Soc. in consi. 161. pro dec. in 2. uol. & quòd ista alimenta debentur istis spurijs secundum facultates, & non aliter, dicit tex. d. c. cum haberet, iuncta gl. in uer. fm facultates. & licẽt præfatis non possint relinqui nisi alimẽta, ut supra uoluit etiam Rom. in consi. 43. in fine ad primũ quæsitũ. Guid. papa in deci. 280. titius coniugatus, ubi hi spurij possunt institui, cũ legitimabuntur fm Curtium mo. in consi. 84 per totum, & in consi. 148. 2. uol. nu. 7. ubi ẽt quòd iniuria uerbalis, quòd filius uocasset patrẽ stultum, sufficere ad eum exheredandum, ad quæ facit text. l. pe. §. j. de obsequ. a liber. præsta. quod ue notabile, & insuper in præfatis meis recollectis nota. quòd frater uterinus potest instituere
10 fratrem spurium ex dannato coitu, & ultra † scribe in l. is qui. ff. de uul. & pup. tenet Bal. in cons. 140. super eo. in 2. par. qui dicit de præfatis esse casum in d. l. is, qui, sed iuxta ẽt hæc quæri-
11 tur, an possint uendi palatia † magni pretii, & pauci reditus pro præstandis istis alimentis. Alex. in l. Imperator col. 1. uers. quarto nota. ff. ad treb. Bolo in consi. 10. num. 3. quòd non idem sentit Ayn. in d. consi. 99. nu. 11. Lup. in d. c. per uestras §. 24 fol. 83. ubi multa pulchra dicit, & fm præfata fuit determinatum in cã e. Petri Salsani cum Siona de ylapo. anno 1562. actuarius Mastrusius, & insuper etiam quòd hi non succedunt in feud. dato † &
12 pro se & hæredibus quibus dederit, Bal. in consi. 207. spurius filius, in 2. part. ubi ista consuluit in filio sacerdotis, an in emph. ecclesiastica. Alex. etiam quòd non in cons. 128. consideratis uerbis col. pen. uers. nunc capio. uolu. 1. & Lex facto §. si quis rogatus, colum. 8. ff. ad treb. Deci. in c. in præsentia de proba. colum. 30. quæ cogita, si procedunt, quãdo est facta concessio cum solemnitatibus iure requisitis, ut infra in seq. decis. 392. quòd statutum
13 non possit fieri, quòd bona quoad proprietatem relinquãtur istis spuriis. Bal. in c. Causa. no. statuta. colu. pen. de consti. idem in ca. quæ in ecclesiarum. de consti. colum. ult. ubi dicit, naturalem posse succedere † quando ab initio concessa fuit sic em-
14 phiteusis. hoc idem Paris in tract. reinte. fol. 79. quòd non posset uera cautela de iure reperiri relinquendi istis spuriis. Cep. cau.
15 38. Ferr. cau. 41. quæ sic cumulata & si potius laboriosa quàm subtilia, nõ negligen. tendunt saltem ad alleuiandum labores magni causidici in multis occupati negotiis &c. Cæs. Vrsill.

DECISIO C.

De iure emphyteutico.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis concessa minus solemniter, pro se & hæredibus an transeat ad hæredes extraneos.*

2 *Emphyteusis ecclesiæ transit ad hæredes extraneos. Alexander de Imola sibi contrarius.*

3 *Alexãdrum de Imo. sufficit allegare in consiliis propter eius copiam & ueritatem.*

1 IN causa S. Petri ad Aram de Neapoli † Fuit dubitatum, si emphyteusis concessa minus solenniter pro se & hæredibus transeat ad extraneos hæredes. Fuit conclusum, quòd non; quia non fuit legitimè concessa.

Et quia communis opinio est, quòd non transit emphyteusis ecclesiæ ad extraneos hæredes. Nisi dicatur, quando legitime facta est concessio; quia si potest ecclesia

clesia in casu a iure permisso in totum alienare, & sic
2 ꝙ transeat ad hæredes extraneos, † sic potest rem rite & recte concedere in emphyteusim, ut transeat etiam ad extraneos hæredes, ut firmat Alex. in 2. uol. consi. 91. in 12. col. & in 2. uol. cons. 38. in 3. col. & eo. 2. uol. cons. 188. in 1. col. sed in 5. col. aliud sentit, & uidetur sibi contrariari. & in 3. uol. cons. 11. in 11. col. tenet ut
3 supra. † Tamen ueritas est, prout in dicto 9. consilio continetur, nec miretur aliquis, ꝙ ut plurimum allegantur consilia Alexandri, & non iura. quę loquuntur de materia, quia dictus Doctor est copiosissimus, & gratia breuitatis elegi eum allegare solum, quia ipse allegat ad propositum semper copiose. Et ita fuit per sacrum Cōsilium iudicatum, uide in ca. in præsentia. quoties quas allegat Fel. de probationibus.

ANNOTATIO

IN DECISIONE C.

1 *Emph. ecclesiastica quando est facta cum solemnitatib. à iure requisitis transit ad extraneos hęredes, sicut et potest in totum alienari, uenitque in confiscatione bonorum. ibi de auc. Alex. multa.*

1 DE † hac deci. ꝙ emph. eccl. concessa cum solemnitatibus à iure requisitis transeat ad heredes etiam extraneos, sicut potest in totum alienari, sunt annot. infra in decis. 335. & plenius in decis. 338. cum quib. ultra conuenit Cor. in. cons. 43. lib. 130. 136. 3. libr. & Rui. in consil. 173 uol qui plus dicit, ꝙ non solum transit ad hæredes extraneos, sed uenit in confiscatione bonorum. uoluit etiam Hier. Gra. in consi. 54. 2. uol. num. 18. & ego habui de facto, ꝙ qñ est facta concessio ab ecclesia pro se & hæredibus quibuscunque, ꝙ transeat etiā ad collegium laicorum & ad aliam ecclesiam: ꝓut notaui in præfatis locis. & hoc in quadam causa S. Io. in corte. cum Nic. Iac. Rodegerio, cuius causæ fuit con. magnificus Scipio de Arecio. actuarius Ludou. Romanus, anno 1552 ut in dictis locis notaui, & uide ꝙ hanc dec. allegat Seba. Vant in suo tract. nulli. fol. 4. & quia hic fit mentio de auctoritate Alexand. uide Feli. in c. 2. col. 16. de rescript. quem refert & sequitur Syl. nup. in 5. libr. fol. 191. num. 27. qui dicit, ꝙ Alexand. est lucerna, a cuius dictis recedere nefas est Dec. in cons. 62. in causa in uers. 2. respondetur. ubi alia multa de uiro isto, quem semper præ manibus habendum ego etiam censeo. Cæs. Vrsil.

DECISIO CI.

De tabellionibus episcopalibus.

SVMMARIVM.

1 *Notarii episcopales an sint reuocabiles post episcopi decessum, maximè officium magistri actorum.*
Gratia per mortem successoris an expiret.
2 *Priuilegium prędecessoris potest per successorem reuocari.*
Episcopus quo casu potestatem habet disponendi de futuro in successoris præiudicium.
3 *Ecclesia est immortalis.*
Facultas non se habet in futuris.

1 ARchiepiscopus Bochus Salernitanus cōcessit † officium actorum magistri ad uitam notario Baptistæ: mortuo dicto Archiepiscopo successor in prælatura concessit alteri dictum officium. notarius Baptista dicit, ꝙ non potuit successor priuare eum; quiá ad sui uitam fuit facta concessio dicti officii. & de iure contractus seu gratia facta non expirat per mortē concessoris, ut dicit Ioannes Andræas in not. in c. ex tua de fil. presb. & in c. si super gratia de offic. delega.
2 In contrarium dicitur, † ꝙ successor potest reuocare priuilegium prædecessoris, per ea quæ not. Bal. in c. i. qui succes. teneantur, ubi dicit, ꝙ prælatus non potest concedere futura in præiudicium successoris, nec habet potestatem disponendi de futuro. fallit, nisi fuisset facta dicta concessio ad uitam cum consensu capituli, tūc ipsa ecclesia uidetur contrahere, quę nunquā
3 moritur 12. q. 2. c. liberti. hoc firmat Io. de Ana. in c. fi. ne præla. uic. suas, & Car. in consi. 95. uer. sed etiam ex alio capite. Abb. Sicu. in c. 1. de dolo & contu. Alex. in 1. uol. cons. 124. unde cum prælatus non potest administrare futura post eius obitum sed præsentia tantum; quia facultas non se habet in futuris, secundum Inno. in c. i. de maio. & obe. secundum Bald. in d. c. 1. qui succes. tene. non potuit Archiepiscopus ultra uitam suam uiuente notario Baptista condere dictum officium eius uita durante, sed tantum durante uita ipsius Archiepiscopi. Et ita fuit iudicatum in sacro Consilio.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CI.

1 *Prælatus an possit concedere res ecclesiæ ad uitam & quid de concessione facta ob merita & merita probarentur.*
2 *Factum prælati quod consistit in negligendo an præiudicet ecclesia.*
3 *Quando est facta concessio per prælatum ad uitam an ecclesia præiudicet, & quid si ad decennium uel infra.*
4 *Locationi factæ per rectorem an successor teneatur stare & quid quando est ad modicum tempus.*
5 *Paulina an annullet locationes factas ultra triennium: & quid si est consuetudo ecclesiæ locandi ultra triennium, an autem illi qui male locauerunt teneantur ad damna & interesse.*
6 *An prælatis successor teneatur ad onera realia prædecessori.*

1 QVòd † prælatus non ualeat concedere res ecclesiæ ad uitam & sic ſm istam decis. affirmat noster Neapoli. in consue. Neapo. & si testator. de succ. ex test. numer. 12. fol. 51. ubi nisi hæc fecisset ob merita: quia successor tunc teneretur stare, hoc etiā approbat Ale. in cons. 55. cōsideratis uerbis. in 2. col. in uers. vñ refert Io. Adi. j. uol. ubi ait, ꝙ oportet constare, ꝙ merita sint æquiualentia rei donatæ, de quo latius per Tiraquel. quando ob merita fit ista don. per prælatum, ꝙ ualeat, in repetit l. si unquam. in uers. donatione largitus. nu. 15. C. de reuo. don. ubi de istis plenissime, & de obligatione antidotali, ex cuius dictis fuit determinatū, ꝙ baro potest aliqua capere à uasallis, ex quo ipse elegit aliquā terram, sine ciuitatem pro sua camera in sac. con. incidenter in cā magnifi. Franc. Barbari cum illis de Vgnio. actuarius Io. Nico.
2 Longus, & ꝙ prælatus siue factum ipsius † ecclesiæ non præiudicat. Alexand. in consi. 5. colum. 3. in uersic. quinto quia regulariter 5. uolum. & hoc maxime quando non consistit in negligendo: quia tunc ecclesiæ non præiudicat quæ omnia intelligenda
3 sunt secundùm † Soci. in consil. 33. omnipotens adsit 2. uolum. in dictis locationibus & concessionibus ad uitam sic ad longum tps, ꝓut cōsuluit Decius, q. cōco. citat in consi. 204. & sunt annotationes infra in dec. 240. secus uero si locationes fierēt per ꝓlatū infra decenniū; uā tunc ualeret, & successor in prælatura teneretur stare rōnibus adductis per ipsum, licèt contra uideatur affirmare Calcaneus in cons. 125. Anch. in cōsil. 116. ſm ordinem, qñ ad annos nouem, secus qñ infra biennium, & tunc ad modicum tps. hoc idem in cons. 302. uiso diligenter, sed prę

opinio-

opinione Soc. q valeat, & successor prælatus teneat stare, facit
cons. Bal. 255. Abb. j. uol. licèt dicat, q locator alias conductor
facta locatione ad nouem annos si soluat pro toto tpe, nõ li-
berat, sed in consil 457. Reueren. pater. co. j. lib. psata limitat
4 in præbendario & alio † qui non habent administrationẽ, q
non ualeat ẽt ad modicum tps, licèt in prælato secus, cũ dist.
de qua ibi per ipsum, ubi ẽt de alienatione rei stabilis ecclesię,
q nullo pacto ualeat nisi in casibus a iure permissis, de quib.
ẽt per eundem in consi. 475. quidã lac. alias incipit ad euidẽtiã.
co. 1. uol. & in consi. 483. 3. uol an locatio, ubi loquẽs in facto
re ecclesiæ dicit locationem ad modicum ualere, cum quo uĩ
concordare Ang. in consil 345. q omne datum optimum, q
ad modicum ualeat in prælato etiã q est plus, nam debuit co
gitare, q euenire posset, tex. l. si cum domũ. § fi. ff locat. de cu-
ius intellectu unà cum suis concor. latè per Tiraq. in retractu
consangui. gl. 18. § j nu. 4. fol 181 Ego aũt in præfatis nõ re-
cederem ab opinione Soc. in d. cons. 32 cum dist. iñ Bal. in d. cõ
silijs 475 & 457 de quibus ẽt per Ias. in consi. 94. 1 uol. sed ui-
de melius hæc (si placet) infra in dec. 128 sed unũ hic nõ omit
5 to: † quia istæ disputationes uĩr hodie cessare per Paulinã edi-
tam à Paulo II. quæ annullat oẽs alienationes, & locationes
de reb. ecclesiæ factas ultra triennium, sed tunc an saltẽ ualeãt
infra triennium, q sic. potest decidi ex his quæ notantur j. in
dec. 107. & q ualeant ẽt ultra triennium, non obstante d. Pau
lina probata consuetudine ecclesiæ sic locandi, de quo fui in-
terrogatus, affirmat Rochus de Curte in rep c. fi. de consuet.
num 508. Parisius in consi. 98. præsupponendum est 4. uolu.
per totum, maxime nu. 10 ibi si his qui fecerunt hanc locatio
nem inualidã, ut sunt monaci & abbates, ad damnũ & inter-
se teneant & ad expensas in ipsa re factas, an autẽ prælatus suc
6 cessor teneatur † ad onera realia prædecessoris, ultra Abb in c.
1 de solutio, latè Boerius in decis 204. præsuppono q ordo li-
berorum. nu. 48 Curtius in tract. feu. car. 11. Cæs. Vrsil.

DECISIO CII.

De legato concubinis facto.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum concubinæ pro seruitiis presbytero pre-stitis an debeatur proportionaliter.*

1 Legatum † factũ per presbyterum concubinæ pro bonis seruitiis, si est moderatum respectu serui-tutis, q probentur seruitia, debetur secundum quali-tatem seruitiorum.

Et ita fuit iudicatum in sacro Consilio, allegaba-tur ad hoc consilium Pet. de Anch. in consi. 247. in-cip. dubium facit, aliàs incipit, quæstio talis est, qui-dam presbyter. nam fuerunt taxata seruitia minus quam fuit legatum, & hoc est not. dignum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CII.

1 *Clericus pro quantitate seruitiorum potest donare suæ concubinæ, & an ualeat don. cum iuramento.*
2 *Donatio inter uirũ & uxorem an firmetur iuramento.*
3 *Mulier impudica cum aliquo actualiter uiuens & inho-nesta cum adultero non solum a milite hæres institui non potest, nec aliquid legari seu donari, nec etiam à Pagano.*
4 *Magnus princeps an possit relinquere mulieri suæ con-cubinæ.*
5 *Datum a militia suæ concubinę, an possit repeti.*
6 *Donatum à clerico suæ concubinæ, an possit repeti, uel ueniat aduenientes ab intestato, uel fisco ecclesiæ ap-plicabitur.*
Tentans corrumpere iudicem, qui accepta pecunia fin-xit aures accommodare, an repetat solutum, si po-stea contrarium fecit & probauit delictum.
7 *Confessioni clerici emissæ de bonis concubinæ non statur, etiam quòd se faciat debitorem ex causa præfata.*
8 *Concubina præsumitur habere de bonis concubinarii seu amasii.*
9 *Doctor & aduocatus an possit donare suæ concubinæ.*

Concluditur hic † clericum pro quantitate seruitiorum
1 posse concubinæ relinquere, uide quia cum hac decis. cõ
cor. Dec. in cons. 132 in casu proposito, ubi Recentiores,
qui citant alios concurrentes pro hac opin. Tiraq in l si unq̃.
C. de reuo. do. in uers. donatione largitus. nu. 28. Capic. noster
uerò in decis. ea. nu. 101. ampliat posse similiter relinqui, seu
donari concubinæ cum iuro, qñ actu non stat in cõcubinatu,
quasi uelit, q si actu staret in concubinatu, non ualeret dona-
tio, siue legatũ, non probatis seruitiis, ẽt cum iuro, quæ Capi.
dicit sine lege; sed Ro. in consi. 43 ad primum quæsitũ, quoad
quartũ tenet indistincte donationẽ, siue legatũ ualida, qñ sunt
facta concubinæ cum iuro, argu. corũ quæ dñr de donatione
2 facta a uiro uxori, quæ ẽm magis cõem † firmatur iuro, ẽm
Decium qui alios citat in cons 240. & 336. & morte confirma
tur, licèt Aym. contra, q incontinenti ualeat: in cons. 102. & Cas
san. q nullo pacto, ẽt cum iuro non ualeat in consu. Burg. des
deitroitez, rub 4. § 7 nu. 25 cum seq fol 167. de quib. j in dec.
476. & pro præfatis q ualeat dicta donatio cum iuro: faciunt
ea quæ uoluit Guid. Papa in singu. 77. q concubina succedat
amasio: sicut uxor suo uiro, excluso fisco; sed in psatis rogo,
ut aduertas: quia idẽ Aym. in consi. suo. 239. quidam clericus,
multis rationibus inuehit: & insurgit contra Rom. donatio-
nem factam concubinæ a milite ẽt cũ iuro uiribus non subsiste
re. Immo iurm isto casu non operari, quo minus bona nõ ua
dant aduenientes ab intestato, cũ quo concordat Capra in
consi. 127. Moder in cons. Decij 196. ubi dicit in cõcubina nul
lo pacto hoc procedere, ex quo cõmittitur cum ea adulterium,
incestus, & stuprum cum quib. uĩ tenendum: nam non pro-
cedit arg. de uxore ad concubinam, nam concubinatus hodie
indistincte ẽm canones non solum in clericis, sed in laicis re-
probatur. Lucas de Penna in l. cohortalis de cohortalib. li 12.
j. alleg. Aym. in d. cons 239. nu. 11. & seq pro quibus etiam fa-
3 ciunt † q mulier impudicæ, inhonestæ, & cũ adulterio & pec-
cato cum aliquo uiuenti non solũ a milite, & clerico non põt
aliquid legari hæresq; institui, seu donari, sed ẽt à Pagano, p-
ut est tex. l. miles ita §. mulier. in uer. nec ex testõ militis ff. de
mili. testa. per quẽ dicit Ias. ità se consuluisse in l. miles ff. de re
iud. prout uere consuluit in cons. suo 37. 3. uol. in qõne pmis-
sa. uoluit ẽt Lucas de Penna in d. l. cohortalis. de cohortalibus
lib. 12. nu. 213. cum seq. quæ nota. nam pluries de istis fui in-
terrogatus, & cõsului, ad quæ & uide decis. capellæ tolos. 141.
4 fol 46. & Bal. in cons. 162. recolò me cõsuluisse † qui præfata
uĩ limitare in magno principe. ubi etiã declarat, an filiis cõcu
binæ possit fieri donatio ẽm quæ intelligenda puto, q uoluit
Lupus in rep. cap. per uestras. § 36. sed hic moueo qõnẽ, an do
5 nato † a milite concubinæ possit repeti? & uĩ dicendũ q non,
cum uersetur turpitudo ex parte utriusq; l. j. cum simil. notatis
per Rom. sing. 333 ff. de cond. ob tur. cau. in contrarium uĩ ca
sus in l. 2. C. de don. inter uir. & uxo. ubi miles donauerat ser-
uiã focariæ. i suæ concubinæ, & tradiderat, & iñ tex. ibi dicit, q
miles repet. istud ẽt uĩ sentire Pet de Anch in d. cons. 248. ubi
6 mouet qõnem † si donatum à clerico concubinæ debeat ueni
re ad uenientes ab intestato, uel fisco ecclesiæ applicari, ui etiã
uoluisse Dec in d consi 132. & magis expresse Aymo in d. cõ-
si. 239 q debeat uenire ad uenientes ab intestato, Lucas de pen.
in loco supra allegato, & Lupus ubi supra, quod ego intellige
rem, qñ illud donatum non fuisset, de reb. eccles. c. 1. & c. quia
nos. extra de testa. c. j. cũ simil. de pecu. cle. quib. non uĩ obstare
adducta in contrarium: quia procedunt, ubi aliter de iure sit
dispositum. s. habere locu repetitio. nõ obstãte q fortè uersef
turpitudo ex parte utriusq;, prout est casus in d l. 2. C. de don.
inter uir. & cogita quia casus modo mihi est de facto. & uide
7 Dec. in d. cons. 132. † q non statur confessioni clerici emissæ de
bonis concubinæ, uel q ipse se faciat debitorem ex hac causa,
8 cum quo conuenit Cotta in uer. concubina, ubi et ait † q cõcu
bina habere præsumatur de bonis concubinarij, seu amasij,
9 & alia multa ad propositum quę oĩa nota † nã procedunt etiã
in aduocato & doctore ẽm oẽs, & maxime Ias. in d l. miles ff.
de re iud. & in licentiato Lupus in loco s. adducto. Cæs. Vrsil.

DECISIO CIII.

De iudicijs, & de accusatione falsi contra partem & testes, causa ciuili pendente.

SVMMARIVM.

1 *Testes possunt accusari de falso cum parte ante conclusionem in causa.*
Praeiudicialia in Regno Neapolit. hodie sunt sublata.
2 *Causa ciuilis pendente falsi accusatione contra partẽ, & testes, an possit expediri.*

SI agitur ciuiliter & in ipsa causa sunt examinati testes.

1 †Pars ante conclusionem potest partem & testes accusare de falso.

Vtrum pendẽte causa criminali super falsitate cõtra partẽ, & testes, procedetur in causa ciuili, ex quo praeiudicialia hodie in regno isto sunt sublatá: ut in
2 consti. Regni, si ciuiliter agens, †cum de iure clarum est, ꝙ non potest expediri causa ciuili, pendente accusatione falsi contra partem, & testes ut dicit Bal. in l. fi. C. de fide instru. & plenè per Cyn. & Bald. in l. 1. C. qui accu. non pos. Fuit per sacrum Consilium pariter uotatum, quòd procedatur in utraque causa, sed nõ expediatur ciuilis. nisi prius expediatur causa criminalis super falsitate nec cõstit. Regni habet locum in hoc casu: ut dicit ibi gloss.

ADDITIO.

Hic articulus de falso in causa ciuili incidenti latius examinatur, & ponderatur infra decis. 219. Et uide Pet. de Anch. consil. 62. per totum. & Hipp de Marsi. in rub. ff. ad l. Cor. de fal. nu. 20. & quae per eum allegantur.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CIII.

DE hac dec. latius, & melius ĩ. in decis. 229. & quae occurrunt, ibi no nam ista decisio est pars illius; & superflua.

DECISIO CIIII.

De apochis & fide illarum.

SVMMARIVM.

1 *Apocha per tertium scripta, & signata per debitorem, & subscripta per tres testes, an faciat plenam fidem.*
2 *Confessio dicentis se subscripsisse in testiũ praesentia parem uim habet, sicut si testes uidissent eũ subscribere.*
Scriptura priuata a tertio confecta & subscripta a testibus tantum probationem inducit, si testes deponũt partium uoluntate & mandato.
3 *Paria sunt constare per partium subscriptionem, uel testium depositione.*

DVbium contingit in sacro Consilio, ꝙ ego nõ inueni tactũ nisi in quibusdam recollectis do. Caroli de Rogeriis in l. admonendi. ff. de iureiu. tale est.

1 †Quidam haeres creditoris agit contra haeredem debitoris uirtute apochae scriptae factae a tertio & subscriptae ab ipso debitore, & a tribus testibus. Examinantur ipsi testes subscripti, & dicunt, quòd illa subscriptio eorum est manu propria eorum, & ꝙ debitor in praesentia creditoris rogauit ipsos testes, ut scriberent dictam apocham, quam dicebant debitor & creditor fuisse subscriptam manu debitoris, non tamen uiderunt debitorem scribere.

Vtrum dicta scriptura sic adiuuata faciat plenam fidem. In illis recollectis dicitur quòd sic.

2 †Quia parem uim habet confessio debitoris, dicẽtis se subscripsisse in praesentia testium, sicut si testes uidissent eum scribere. Vnde dicit Lud. in d. l. admonẽdi. quòd si producitur priuata scriptura facta a tertio non subscripta a partibus, sed a testibus, si tamen testes deponant de partium uoluntate, & mandato, quòd scriptura sit a tertio confecta, sufficit: ut pro-
3 batio inducatur: cum †paria debeant censeri de partium uoluntate constare per eorum subscriptionem uel per testium depositionem l. in exercendis. C. de fide instrum. de quo in l. scripturas. C. qui po. in pign. hab. & per Bart. in l. nuda. ff. de donat. & in c. 2. de fide instru. & mirandum est pro certo, ꝙ Alex. & Ias. in d. l. admonendi. ubi examinant istum articulum, & alij Doctor. hunc casum omiserunt, nec aliquis ex dominis Consiliariis inuenit aliquam decisionem in terminis nisi ut supra. Nihilominus fuit iudicatum dictam scripturam sic comprobatam, facere fidem.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CIIII.

1 *Testium subscriptiones, etiam ꝙ non uideant partes scribere, dummodo ꝙ deponant de confessione partiũ, scripturam esse scriptam de ipsorum uoluntate probant.*
2 *Confessio in scriptis facta etiam absente parte nocet.*

AFflictus hic miratꝰ, ꝙ nullus doctor tangat hunc articulũ positum in ista decis. sed Ay. in tract. de antiq. temp. f. 49. nu. 5. dicit de hoc non esse mirandum, ex quo Doct. commun. hoc determinant, ꝙ non faciant fidem, & sic est cõtra hãc deci. uide eum & citata per ipsum qui plenè ponit intellectum dictae legis scripturas, post Nicosan. in tract. de pign. f. 117. & Ias.
1 consi. 129 uol. 1. †Sed ꝙ sufficiãt testiũ subscriptiones, etiam ꝙ non uiderint partes scribere scripturam ipsam, dũmodo deponant de partium cõfessione illã scripturam fuisse descriptã de uoluntate earum, & sic cũ ista decis. tenet Boer in decis. 171. & dico. nu. 18. qui pro istis citat nonnulla consilia Alex. uide dicta consilia, & maximè consil. 147. incip. ponderatis his, col. 3. uol. 2. uers. optimè facit, quę uꝫ istud concludere, ad quae uide conuenire q̃ uoluit Soc. in cõs. 47 in cã magnifici. nu. 4. 3. uol.
2 ꝙ confessio in scriptura facta nocet †licẽt sit absente parte, & allegat Bar. in l. nuda. de dona. quae tanto magis procedunt in casu huius decisionis, ubi partes rogant testes, ꝙ se subscribãt confitendo in ipsorum praesentia scripturam esse confectã de uoluntate earum, & propterea ex his dicit Ay. nõ bñ reprobare Affl. hic, & cũ istis uꝫ concordare ipsemet Ay. in cons. 73. dicendum uꝫ num. 1 alia autem ad materiam istius decisionis quomodo debeant testes deponere ut scriptura priuata probet, sunt annotationes infra in decisione 181. Cæs. Vrsil.

DECISIO CV.

De confessione debiti soluti probata per testes.

SVMMARIVM.

1 *Confessioni per duos testes probata standum contra confitentem.*
2 *Exceptio non numeratae pecuniae intra biennium non habet locum, nisi in contractu mutui, & in aliis contractibus non opponitur post 30. dies.*

3 *Confessio*

3 *Confessio enuntiatiuè facta non probat, secus si probetur quòd principaliter etiã ex semiplenis probationibus.*
Confessio solutionis probanda per testes rogatos in obligatione in scriptis redacta.
4 *Contractus in scriptis celebrari quando dicatur.*

IN causa reductionis ad arbitrium boni uiri inter Iacobum Rissum conuentũ, & Isabellã de Palagano uxorẽ dñi Andreæ de Pace actricẽ de & super petitione ducatorum quingentorum ex causa depositi probari per scripturam manu propria recognitam.

1 †Dubitatur, utrũ probetur de restitutione totius depositi, uel partis.

Mihi fuit uisum, ꝙ per duos testes probẽ de cõfessione Isabellæ facta p̃sente parte ad liberandũ in ecclesia Annuntiatę, de ducatis 300. igitur standum est suæ confessioni contra se: ut in l. Publia. in fi. ff. depositi, & no. Bal. in l. minoris. C. qui dare tut. possunt, nec
2 põt opponere exceptionẽ nõ num. pec. † quæ nõ hẽt locum nisi in cõtractu mutui infra biennium, in aliis uerò contractib. nõ põt opponi exceptio non nu. pecu. nisi infra triginta dies: ut est tex. & Bal. in l. in contractibus. C. de non nu. pec. & gl. Instit. de lite. obli. in uerbo extendatur, & in l. pecuniæ. C. de solu. Et licet ipsa Isabella conata fuit illos repulsare.

Tamen repulsa non fuit sufficiens.

Maxime quia probatũ fuit ex processu ex multis, pbationibus semiplenis, ꝙ dicta confessio fuit uera.

Item quia recepit multas partitas, ita quòd non solum confessio uerificatur in dictis trecentis ducatis, sed etiam quòd plus habuit.

Et ego credo, ꝙ plus habuit uel ratione lucri, uel ratione salarij dom. Andreæ pro aduocatione præstita, uel alicuius beneuolentiæ. Ideo fui in uoto, quòd cõdemnetur in ducatis ducentis dictus Iacobus, prout condemnauit dom. Andreas arbiter: sic quòd eius sententia ueniat confirmanda.

3 †Et in hoc uoto fuit maior pars Doctorum sacri Consilij, nisi unus consiliarius, qui fuit in opinione, ꝙ dicta confessio facta præsente parte in dicta ecclesia fuit enuntiatiuè facta, & ideo non probat, per c. fi. de succ. ab intesta. Sed certè fuit principaliter facta. Et unus alius consiliarius concurrebat cum eo, & dicebat, ꝙ confessio debiti soluti in totum uel in partem debet probari per testes rogatos, allegabat 3. q. 9 c. de bis. & ibi glo. aliàs testes non probant, ut dicit ille tex. sed fuit eis responsum, ꝙ illud procedit, quando contractus obligationis fuit in scriptis celebratus,
4 iuxta l. contractus. C. de fid. instru. † & dicitur in scriptis celebrari contractus, quando actum est, ꝙ fiat in scriptis, & non aliter, ut ibi dicitur, & tunc solutio debiti uel eius confessio debet probari per testes rogatos: ut in l. testium C. de testib. & in auth. ibi posita.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CV.

1 *Confessio facta absente parte prodest ad liberandum, nõ solùm quando fit parte præsente.*

QVòd confessioni factæ parte præsente ad liberandũ stetur, test. cood. in hac decis. sed tu dicas, ꝙ non solũ statur confessioni factæ parte præsente ad liberandum, sed etiam si fiat parte absente, prout finaliter concludit Alex. in l. postquã liti. C. de pact. reprobata opi. Bar. in l. non solũ. §. si liberationis ff. de lib. leg. refert, & sequitur Hypp. & dicit cõem in sing. 202. ut scis, licèt uix propter auctoritatem Barto. potuit in practica obtinere, & uide latè articulum disputatum p. in decis. 364. de alio uerò, ꝙ exceptio non numeratæ pecuniæ non habeat locum, nisi in contractu mutui, fuit notatum s. in decisio. 94. de alio autem articulo hic tacto, qñ contractus dicatur in scriptis celebrari, adeo ꝙ oportet solutionẽ per testes rogatos pbari, fuit notatũ s. in dec. 39. ibi concordia opinionum. Cæs. Vrsil.

DECISIO CVI.

De suppellectili legata, & de specie contenta sub genere in legatis generis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum generis omniũ, & quorumcunque bonorũ mobiliũ, an restringatur per uerbũ, suppellectiliũ, ulsimo per testato. ẽ prolatũ, uel amplietur, aut declaretur.*
2 *Suppellex legata an ponatur ex superabundanti in legato generis omnium mobilium 5.*
3 *Domus ponitur pro patrimonio.*
Voluntas ex antecedentib. & sequentib. deprehẽditur.
4 *Legato generali non derogatur per speciem ex abundanti imperitia enumeratam.*
Legatum pecuniæ quæ in domo est, non egreditur foras.
5 *Species contenta sub genere, quandoque per testatorem exprimitur ad dubitationem tollendam.*
6 *Legatum suppellectilis domus an comprehẽdat uenalia, & quid de b. nis ad negotiandum.*
Signa duo uniuersalia uoluntatem contrahentium ostendunt latiorem, & sunt fortiora uno.
7 *Regula generi per spẽm derogatur, exponitur, et limitat.*
8 *Copulatiua, &, quos effectus habeat.*

QVidam Petrus de Monte alto, diues in mobilib. & pecunia fecit testamentum: & quia non habebat filios, instituit nepotem ex fratre hæredem: & fecit multa legata ad pias causas, & non pias, & uxori reliquit usumfructum omnium & quorumcunq; bonorum mobilium & suppellectilium domus suæ.

1 †Vtrum illud uerbum, & suppellectilium domus suæ, restringat uerba præcedentia omnium quorumcunque bonorum mobilium, uel sit positum ex abũdanti, scilicet ut habeat omnia bona mobilia quæcũque, & etiam suppellectilia domus suæ.

Omnes domini de Consilio fuerunt in uoto, ꝙ illa ultima uerba, & suppellectiliũ domus suæ, restringat illa uerba generalia præcedentia: quia generi per speciem derogatur: ut in regula generi. in 6. cum omnibus aliis iuribus, quæ ibi allegantur.

Ego solus fui in cõtraria opinione & iudicio meo
2 ueritatẽ dixi secundum iuris dispositionẽ † ꝙ illa uerba, & suppellectilia domus suæ, nõ restringunt legatũ generis oĩum & quorumcunq; bonorum: sed sunt posita ex superabundãti, ut uideatur legasse usumfructum omnium & quorũcunq; bonorum mobilium et suppellectilium domus suę. Quia testator primò legauit in genere, & postea legauit speciem cõtentam sub genere. hic est tex. in l quæsitum §. si quis fundũ. ff. de fun. instr. ubi testator legauit fundũ instructũ, & adiecit cum suppellectili. Propter illud uerbũ suppellectili, non uř diminutũ legatum generis, sed potius illud uerbũ cum suppellectili uř adiectum ex abundanti. Et illud uerbum domus suæ, exponitur idest sui patrimonij: ut dic. Bal. l. si uolũtate. C. de fideicõ.

lium, & suppellectilium domus suæ, ueniunt et bona existentia extra domű, nec per illud uerbű suppellectiliű domus suæ, legatum restringit ad bona existentia in domo tm̃, sed q intelligat positum cã demonstrationis ex abũdanti A fuerit rogo: quia contra opi. Affl hic tenet Dec. in cons. 95. uiso puncto, ubi cõsuluit, q facto legato uxori de oib. robbis, & pãnamentis laneis, & lineis, & aliis massaritiis domus, q per illã qualitatem domus, positam orationis, restringat illud legatű oium robbarum, ut tm̃ robbæ domus legatæ uideant, mouetur Dec sex fundamentis, inter alia, per consil. Oldr. 8. qui pro hoc allegat tex quasi in terminis l quæsitum §. 1. iunctis sequ. ff. de leg. 3.
2 ubi hr̃, q si est dictum per epistolam, †argentum oẽ & suppellectilem, & quæcunq; habeo, tibi dono, & quicquid habeo in p̃dio Semproniano, concludit ibi q legatű illud uniuersale de argento, & suppellectili restringatur ad illud quod est in p̃dio Semproniano tantum. uerű contra hæc dicta per Decium uĩ affirmare Aymo in consi. 527. Iaffi edus regis. ubi consuluit,
3 †q si sit facta cessio omnium iurium in bonis talis, ex quauis causa, q si exprimantur quædam bona immobilia, in quibus fiat cessio, q non propterea uideant mobilia adempta, & inter alia ibidem nu. 9. dicit, q qñ ponitur in una persona genus, & species, q uideatur species posita causa demonstratiuuis, per tex. d l. quæsitum § si quis fundum. ff. de fun instr. & pro istis citat nonnulla consilia Decij excepto dicto consi. 92. supra alleg. quod uidetur mihi magis ad propositum Quid teneodű? si mihi datur audacia, siue uenia dicendi, dico magis placere illam opinion. q per illa uerba suppellectilia domus suę, restringatur legatum in tantum, quòd nisi bona quæ sunt in domo; ueniant in legato, iuribus adductis per Decium in d. consi. 92. quibus nec Aymo in loco supra citato, nec alius respondet, & hoc maximè per tex. d l. quæsitum § 1. qui (ni fallor) uidetur in terminis dirimere quæstionem, nec uidetur, q ratio recti sermonis patiatur, quòd nõ fiat restrictio. l emptor. §. Lucius ff. de pact. cum simil adductis per Scriben. in l. si de certa. & in l. sub prætextu C. de transac in subiecto transactionis generalis uel quietationis, de quibus fuit habitus sermo ĩ in decis 385. pro quibus etiam uidetur facere tex l Seia amica § medico ff.
4 de leg 3. †ubi facto legato medico, de his quæ uiuus donabat, non ueniunt ea quæ extraordinariè donabantur, & text. l si §.]. ff de tri. olea leg. ubi dictum generale restringitur per speciẽ
5 specificatam. †nam si legantur simpliciter dulcia, omne dulce uenit, cum uerò exprimitur uinum amphorinum. & quædã alia dulcia potionia, ea quæ sunt potionis tm̃, ueniunt, prout hic declarat Felin. in c. sedes nu 3 de rescript. ad quę ẽt uidetur
6 facere tex. §. dulcissimis. l. cum pater. ff de leg. 3. †ubi dictum & si generale restringitur per rationem, siue qualitatem, cuius qualitatis ois maxima est: de quibus nonnulla ultra alia, quæ possint in medio afferri, sunt notata ĩ in decis. 297. & maximè quia adiecta enti mutant eius naturam. Hypp. sing. 520. Quibus non obst tex. d. l. quæsitum § si quis fundum, quia s̃m De-
7 cium in regula in toto. nu. 13 ff de reg iu. †tunc species intelligitur expressa causa demonstrationis, qñ ipsa respicit actũ legandi ut in exemplo ibi posito, lego fundum instructũ & suppellectilem: secus si numeratio specierum respicit genus, seu uerbum significatiuum generis: nã tunc numeratio specierũ, modificat genus, & restringit, ut in casu istius decisionis: dum dr̃ domus suæ. Et pro his etiã adducit tex. l. cum delanionis §.
8 quædã ff de fun. instr. †ubi testator legat uineã, prout ipse possidebat, nam illud uerbũ prout ipse possidebat, est genus: cum autẽ exprimuntur species possessionis: fit modificatio, & s̃m ista sunt intelligenda adducta per Aym. in dic. consil. 527. ultra
9 q2 ibi erat dictio maximè, & scilicet, dum dr̃ omnia & quęcunque iura, & maximè talia, uel † talia mobilia, quę dictiones augent: & non modificant, iuribus adductis per ipsum, uerum ẽt autumarem, qñ possit demonstrari ex coniecturis, omnia uenientes, q cuncta ueniant (prout fuit notatum ĩ. in decis. 44.) sic testatorem noluisse restringere legatum, prout etiã tangit hic Affl tunc enim non fieret restrictio, & s̃m ista etiam intelligerem, quæ uoluit Rui in cons 32. uol 5. ubi etiam erãt uerba uniuersalia geminata: q etiam bestiæ, & animata ueniant, quæ omnia locum uendicant, qñ uni personæ est factum legatum per genus & speciem: qñ uerò diuersis personis fuisset factum legatű generis & speciei: q licèt restringat, fuit dictű ĩ. in decis 45. ista sunt, quæ occurrunt mihi in hac quõe, curiosus lector, cum casus in facto obtigerit, poterit (si expedit) ma-
10 turius lubrimari, †Qñ aũt exceptio restringat regulã, siue genus, declarat Fel in c. qm̃. ut hic non contest. ubi ponit s̃m etiã subiectum istius decisionis intellectum l. generali. §. uxori. ff.
11 de usufr. leg. †ubi si est factum legatum uxori domus, & omnium rerum quæ in his domibus sunt, excepto argento quæ ueniant: & insuper q facto legato de pannis uxori, q non ueniant nisi deputati ad eius usum, specialiter Capr in cons. 18; & q facto legato domus & oium quæ in domo sunt: non ueniant ancillę propter dignitatẽ ho a, iuxta tex l. iustissimè ff. de ædil. edict idem Capra in consi. 45. nu. 14 sentit And. in c. 1 in ptin. qui alleg. eundẽ text. de cap. qui cur. uend homo ẽ. est dignior omnium creaturarum, nam & An. ei ferant. glo in l. cognitionum. in princ. in uerbo dignitatis ff de uar. & extraord. cogni. nec oĩa debitorũ, hoc est instrã, siue cautiones, est tex. d. l quæsitum. §. Papinianus ff de fundo instr. Corn. in cons 49. in præsenti consult 3 lib neque pecunia, nisi fuisset factũ legatum de oibus mobilib. nam tunc ueniũt pecunia, pecudes, aurum, argentum, fructus a solo separati, Dec. contra Corn. in d. consi. 49 in consi 472 testator legauit, & hoc per illam dictionem omnium, & de istis etiam per Alexã. in l. ex facto. §. item quæro. ff. de uulg. & pup qui amplè loquitur, & per Cottam, in uerbo [illegible]dus, si legei, & in uerbo uestib. Tolos. dec. 387. 388.
12 Crem. singu. 64 testator, †q facto legato uxori de uestibus, ueniant etiam uestes quæ sunt penes sartorẽ: & iterũ de legato mobilium domus, q ueniat pecunia. Decius ẽt qui alios allegat in consi. 3 5 1. uisis his. nu. 4 & 472. secus in legato argẽ-
13 ti, & auri. Bologn. in consi. 40 col. 3. †& q immobiliũ facto legato ueniant animalia sese mouentia. idem Dec in consi. 631 Casus de quo quæritur. Paril. in cons 67. præsens consultatio, a. uol qui dicit etiam q ueniãt equi, sic cõuenit cũ Rui in d. consi 32. u uol quæ nota, quia non sunt extranea ab isto subiecto huius decis possuntque desermisse in praxi. Cæs. Vrsil.

DECISIO CVII.

De rebus ecclesiæ non alienandis ultra solitum, & lege prohibente.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis in perpetuum concessa post concessionem usque ad secundam generationem nondum finitam, an ualeat sine solennitatibus, & an contractus resoluatur usque ad secundam generationem.*
2 *Contractus contra solitum in redditur nullus.*
Locatio facta ultra tempus permissum, an ualet etiam in tempore permisso. 4.
3 *Nullitas potest per tertium allegari.*
Episcopus in indulgentiis concedendis tempus limitatũ excedens, an destruat tempus concessum.
5 *Solennitates extrinsecæ, an & quando ex temporis diuturnitate præsumantur.*
6 *Probatio nulla maior, quam rei euidentia.*
Præsumptionis allegatio ex cursu temporis non uenit, ubi ueritas patet.
7 *Euidentia facti plus operatur, quàm uocis efficacia.*
8 *Solennitas ex tractu temporis præsumitur, probata superioris scientia & patientia.*

1 IN causa domini † Motiæ de Motiis fuit dubitatum, utrum secunda concessio in emphyteusim facta ab ecclesia in perpetuum, nondum finito tempore primæ concessionis usque ad secundam generationem; quia sic fuerat concessa, ualuerit sine solennitatibus a iure requisitis? Fuit per me dictum, quòd non ualet: quia non fuit ecclesia solita concedere in perpetuum, sed ad secundam generationem;
2 & si concessit in perpetuum contra solitum, †contractus redditur nullus quò ad perpetuitatem, & solum ualet usq; ad secundam generationẽ, prout erat solu-

tum:allegabam in propriis terminis consilium Alex.
de Imo.in 2.uol.cons.38.in 3.col.allegat no.in c.prę
senti.de reb.eccle.nō alie.in 6.& Bal.in auth. si quas
ruinas.in 1.col.C.de sacrosanct.eccle.& idem Bal.in
l.si pupillorum.in fi.ff.de rebus eorum.& Io.de Imo.
in c.1.circa fin.de feudis licèt Bart.in auth.qui rem.
C.de sacrosan.eccle.tenuit.quòd in totum sit nullus.

Tamen reliqui dñi dicebant, ꝙ sit nullus inquātū
est contra solitum:sed do.Iac.de Gello dicebat, ꝙ in
totū d.contractus non ualebat,& allegauit suū Doc.
Ias.in d.auth qui rem.qui firmat opi.Bar.& dicit esse
uerā de iure,ꝑ tex.in §.Emphyteusim, in auth. de nō
alienādis aut ꝑmutā.reb.ecclesię.col 2.& allē:Bal.in
multis locis tenere cōtrariū eius quod dicit, in auth.
si quas.ut ibi per eū,& allegat ēt Alex.in cōsiliis suis.

Maior pars dñorum de consilio tenuerunt, ꝙ ex
quo prima cōcessio facta ab ecclesia fuit usq; ad se-
cundā generationē,& secunda concessio fuit in ꝑpe-
tuum. ꝙ non ualet ēt ad secundā generationē, finita
prima,ex quo lege prohibente facta fuit in perpetuū:
ut dicit Io.de Imo.in l.quod dr.& ibi etiam Ale.ff de
3 uerb.obl.& subdit ibi Alex †ꝙ talis nullitas pōt alle-
gari per tertium:dato ꝙ ecclesia nihil dicat ꝯm Bal.
in l.1.C.de rebus eccl.non alienan.Io.de Imo.in c.ea
noscitur.in 4.colum. de his quæ fiunt à præl.pro hoc
allegabam in simili Dom.in c.fin.de pœnit & remis-
sio.in 6.ubi dicit Io.Mo.dicere,Episcopus non potest
dare nisi quadraginta dies de indulgentia:si dedit qn
quaginta,non ualebit etiam quò ad quadraginta, li-
cèt Io.And.ibi,teneat contrarium:facit ēt quod in si-
mili dicit Pau.de Cast.in l.precibus.in fin. C.de preci
bus Imper.offeren. ubi dicit ꝙ princeps potest dila-
tionem quinquennalem concedere, sed excedere nō
potest,ꝙ si excessit:quia concessit usq; ad septem an-
nos non ualebit concessio etiam quo ad quinque.

4 †Item in propriis terminis allegaui Lapum,allega.
80.uolentem post multa iura allegata pro & contra,
ꝙ si locat̄ res ecclesiæ ultra tps ꝑmissum, ꝙ etiā non
ualebit in tpe permisso:& ibi dicit idē uoluisse Bart.
in cons.incipiente, uisa quadā cōstitutione epi.Flor.
159.& in hanc partē distinguendo uīr inclinare Io.de
Imo.in l.quod dr ff.de uerb.obl.& pro eius dist.facit
quod dicit Bar.in l.fi.ff de iuris.om.ind. & Alex.in 4.
col.consi.17.in 3.col. Et sic stante secunda concessio
ne nulla ꝑꝑ pacta insolita ibi apposita, standū est pri
mæ concessioni,& per consequēs ius est pro dño Mo
tię,qui uenit per ius accrescēdi,quod nō est pīcīpiū,
& sic prima & secunda snīa debet cōfirmari. Nec ob
stat,quod dr̄, ꝙ ex antiquitate secundæ concessionis
5 præsumuntur omnia solenniter acta: † & solēnitates
extrinsecæ præsumunt̄,si earum defectus nunquā fuit
allegatus, ut dicit Cōpostellanus & Io.And.in c.cum
dilectus,de cōsue.per tex.in c.ea noscitur. de his quæ
fiunt à prælato. & notant Moder.in l.sciendum. & in
concord.ff.de uerb obl.Quia uidetur, ꝙ illud est ue-
rum nisi producatur instrm,in quo apparet,ꝙ nō in-
teruenerunt solennitates,tunc ex cursu longissimi tē
poris non præsumuntur solennitates interuenisse, ita
dicit Pau.de Cast.in consi.48.incip.in causa quæ uer
titur inter reuerendum patrem.post medium, dicēs,
ꝙ si ex facie instri apparet, ꝙ non interuenit citatio
ad snīam,non statur dictæ præsumptioni propter an-
6 tiquitatem:quia sublata est per euidentiam facti:†cū
nulla sit maior probatio, quàm rei euidentia:ut not.
Innoc.in c.proposuisti.de probat.Facit l.emptorem.
in princ.ff.de act.empt: & istud cōsilium Pauli allega
uit Alex.in 4.uolu.in consi.1.in 6.col. Sed ista secun-
da concessio est producta taliter,ꝙ per eam apparet,
quòd non interuenerunt solennia requisita de iure in
perpetuis concessionibus rerum ecclesiæ,ex quo sim
pliciter apparet facta, ergo ubi habemus ueritatem,
non cadit præsumptionis allegatio ex cursu tempo-
7 ris, †quia plus demonstratur per facti præsentiam,
quàm per uocis efficaciam,secundùm Bald.in l.1.2.
col.C.de ędi.act.tollit̄ ergo dicta ꝑsumptio ꝑ id, qđ
in cōtrariū apparet:ut ī l.cū multę C.de do.ante nup.

Præterea ista secunda concessio in perpetuū, quæ
dicitur alienatio, non potuit fieri sine decreto sum-
mi Pontificis, cui est subiectum monasterium, ut in
c.dudum.de reb. eccle. non alienan. in 6. & habet̄ in
Cle.1.eo.tit.& in c.ut super. eod.tit. in antiquis. per
Inno.& alios,& Bald.in auth.hoc ius porrectum. C.
de sacrosan.eccle.Et cum non sit probatū,ꝙ Papa sci
uerit,ꝙ talis cōcessio secunda facta fuit sine eius uo-
luntate,ideo non potest præsumi decretum prædictū
ex antiquitate temporis:ut dicit Bal. in l.2.C.de leg.
hęredib.& in l.si aliena.uers.sed si non adierit ff.de ac
qui.hæred.& in l si filius.C.de peti hæredi.ubi ex an
tiquitate præsumitur solennitas,quia interuenit sciē-
tia & patientia illius, cuius auctoritas uel consensus
præsumitur: igitur cùm non sit probata sciētia Papę,
qui habebat consentire, nō oritur dicta præsumptio:
& ita reperio tenuisse Alex.in 4.uolu consil.17.in 2.
col.& in 2.uol.consi.9.in 3.col Item semper pro par
te Motiæ fuit negatum, ꝙ in dicta secunda concessio
ne interuenerunt solennitates requisitæ, & ideo non
possunt præsumi ex antiquitate temporis 30.ann. ut
no.in c.1.& 2 de his quæ fi.à præ.& hoc firmat Abb.
Sic.in c.ea noscitur.eodem titu.& uoluit Alex. in di-
cto nono consi.& sic fuit iudicatum in fauorem Mo-
tiæ prædictæ,uide infra decisio.354.

ADDITIO.

Emphyteusis ecclesię an possit in perpetuum fieri. Anch.cō
si.443 num 3 & usque ad quem gradum uenientes uocet,idē
d consi 44 in princ & consi.393. in princ. & quæ requirantur
in alienatione eius.idem d.consi.463 nu.2 & Bertran. parte 1.
consi.6.n.5.Et in quibus casibus teneat sine solennitate,uide per
Hyppo.de Marsil.singu.132 incipien in alienatione. & in pra-
ctica.§.num.27.Bertran.parte 2.consi 256.in princ.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CVII.

1 *Concessio facta ultra solitum, & debitum modum, an in totum uitietur? concessio facta de feudo & allodio, licèt non ualeat quò ad feudum ualet quò ad alloditum.*

2 *Vendita re ecclesia cum temporali, licèt uenditio non ualeat quo ad rem ecclesiæ, ualet saltem quò ad temporalem, siue laicalem.*

3 *Donatio facta in fraudem agnatorum, uirtute consuetudinis Neap. non rescinditur in totum per ipsos agnatos, sed tantum pro medietate.*

4 *Si donatio omnium, & quorumcunque bonorum, & sic uniuersalis si non ualet in totum, ualebit saltem quò ad præsentia. Item donatio præfata sustinebitur per clausulam omni meliori modo.*

5 *Si quis habet duos dominos, si in uno delinquat, deuolutio non*

tio non sit in toto, sed pro parte illius domini, quod facit pro uiuent lb. iure Longobardorum.

6 *Concessio facta ultra modum debitum, tunc uitiatur in totum, quando concedentes nõ cõcessissent nisi in totũ.*

7 *Emph. maximè ecclesię, alienans partem, non priuatur in totum.*

8 *Concessio alienandi feudum in totum, an extendatur ad partem?*

9 *Generatio qualiter capiatur in concessionibus, in quib. est facultas concedendi usque ad tertiam generationẽ.*

10 *Concessio si semel fuit facta cum solemnitatibus a iure requisitis, si mox reconcedatur, potest fieri sine solemnitatibus, secundum primum modum.*

11 *Quando res ecclesia est alienata nulliter, talis nullitas potest a quocunque allegari.*

12 *Pro pupillo potest unusquisque comparere, & nullitates contractus allegare. Item quando quis ualeat opponere de iure tertii.*

1 AFfl. † hic in primo dubio huius dec. ait maiorem partem
dominorum de cons. fuisse tunc in opin. istam concessionem factam in perpetuum fuisse nullam, in tot. , ex quo consuetudo ecclesiæ habebatur, nõ posse fieri concessio. nisi ad secundam generationem, & concessio fuerat facta in perpetuũ, adde ꝙ pro opin. dominorum ultra adducta per Affl. hic facit quæ uoluit And in c. j. §. profecto de lege corradi, ꝙ si aliquis concedere põt feudum ꝓ masculis tm̃. & concedat pro masculis & fœminis, ꝙ uitietur in totum, & feudum dño aperitur, sed cõtra hæc & Affl. sine opin. quorundam dominorũ de cõs. vř primò facere tex. in j. § ad hoc. de pace iura. firmã. ubi si concedit feudum, & allodium, licet non ualeat concessio rei feudalis, q a sine assensu ualebit quoad allodium, uoluit ibi And. cum quibus conuenit Anan. post Abb. in c. querela. de simõ. qui dicunt
2 † ꝙ si uendatur res ecclesiæ cum temporali, ꝙ ualeat saltẽ quo ad laicare, refert & sequitur Ias. in cons. 55. 1. lib. Item & secundò facit, ꝙ ualeat quò ad modum permissum consue. Neapo.
3 † ꝙ si fuit facta alienatio in fraudem coniunctorum in contractu inter uiuos, non annulletur, siue rescindatur in totum, sed tm̃ quo ad medietatem, prout infra. in decis. 990. tertiò ꝙ ualeat quò ad modum permissum, sic contra pfatos dominos affirmat Dec. in d. auth. qui rem, & dicit cõem cũ limitationẽ tñ, nisi partes non conuenissent in concesso, ibidẽ Cur. in tract. feud. qui similiter dicit esse cõem opt. in 6. q. car. 12. ad quæ et
4 & quartò facit † ꝙ donatio omnium bonorum generalis & pręsentium & futurorum, licet de iure non ualeat in totum, quo ad præsentia tantum ualebit, prout affirmat Dec. post alios in l. fi. C. de pact. Hypp sing. 517. cum quibus & quintò conuenit Hieronymus Grat. in cons. 70. primo uolu. quod per clausulã, omni meliori modo, positã in dicta donatione generali, omnium bonorum, & si inualida, quod faciat eam saltem ualere quo ad præsentia. & sic de facto obtinui in sacro consilio, cuius causæ litigantium, & actuarii modo nominum non sum memor cum quibus uidentur cõuenire Recentiores in consil. Alex. præfato 9. uiso themate suprascripto 2. uolum. qui limitat, quando permutatio de una persona ad aliã esset damnosa ecclesiæ. Item qñ ecclesiæ non fuisset utile facere hanc separationẽ: hoc idem Parisius in consi. 14. decisum & iudicatum in
5 consi. Neapo nu. 16. j. uol qui dicit, † ꝙ quandò quis habet plures dominos: si in uno delinquit, alterius portio tm̃ deuoluitur & facit tex. in l. pecuniæ fœnebris. ff. de usur. ubi stipulatio usurarum ualet, saltem quo ad legitimã, sed quid in præfatis mul tis moror, cũ hęc sit trita materia. l. j § si mihi ff de uerb oblig. ubi omnes scribentes concludunt, & maxime And. Alcia ibi. q. dicit post Alc. hãc esse cõem opinionem, ꝙ uitietur nisi in par-
6 te, nisi forte ex mente contrahentium possit demonstrari † ꝙ noluissent concedere nisi in totum, ubi adducit cõiecturas de præfatis, & amplum campum eorum qñ utile per inutile uitietur, & sic vř cum istis conuenire, ad quem faciunt ultra eos, q̃ uoluit Alex. in cons. 99. uisis processibus. col. fi. 5. uol dum con-
7 cludit, ꝙ emphit. † maxime ecclesiæ alienans partem, non cadit a toto, idem in feudo, ꝙ negans uasallus partem feudi, non priuetur in totum. And. in c. j § uasallus si feudum. si de feudo defun. mili. cõtro. fuerit. in prin. & sic non obstat illud, quod ipse dicit in d. § profecto, de lege Corradi. de quib. latiùs per Iaso. in l. a. de iure emphit. car. 174. in lib. meo. Gram. noster in decis. consi. 49. qui dicit ēt quod clausula, saluo & reseruato assensu, non prodest, quãdo est deuentum ad traditionem, in quo cõsidera, si bene dicat, quia contrarium vidi obseruari, hoc idem Paris in tract. reinteg. fol. 27. & sic uř tenendum: licet Ioann. Cephalus in d. §. si mihi nu. 6. dicat contrariam opinionẽ esse de iure ueriorẽ, cui post alios respondet Alcia. ibidem non procedere in separabilibus, ut uitiari in totum penitus, quatenus est contra concessionem tertiæ generationis. & solitam conced. & non quoad alia, ad quæ etiam conueniunt illa quæ noluit D.
8 Marinus Freccia in 6. p. fol. 133 † ꝙ concesso assensu super alienatione totius feudi ꝙ extendatur ad partem, ut ibi per eum. unde ex his concludendũ, dictos dominos non bene nisi dicta ipsorum intelligerentur ſm supra conclusa, quãndo fuisset dãnum ecclesiæ, utile ab inutili separare, vt qñ partes non conuenissent in concesso tm̃. & pro istis etiam supra firmatis est tex. c. j. §. quod autem. in uers. neq; illud, & ibi Ang. in auth. de nõ alie. secundum Tiraq. in si rectra. conuentional. num. 144. fol. 316. 317. qui alios concurrentes, & alia similia in præfatis affert: quem vide, nam post hæc a me notata obiter ueni, & dicit hanc esse cõem secundùm Iaso. in consil. 14. in præsenti. j.
9 lib. de his hactenus, qualiter autem † isto casu generatio capiatur: an computetur persona recipientis. Alex. quòd non, in cõsi. 125. attentis uerbis inuesti. 5. uolum. vbi Recentiores, & ꝙ cõcessio in dubio censeatur facta usque ad tertiam generatio-
10 nem, declarat Alcia. in regula 2. præsum. 36 fol. 325. † Et insuper aduerte; quia quando fit concessio collegio, ecclesiæ, ut potentiori, dicitur fieri ultra consuetum modum. Alex in d. consil. 93. uolum in tantum, ꝙ nouus assensus est necessarius, licet quando fieret secundùm modum consuetum, & solitum assensus nouus non requiratur, affirmat Guid Papa in decis. 100 priores. Ruinus in consi. 35. j. col. Cuma omnino in consil. 99. & notaui infra in decis. 305. in 2. dubio, & insuper etiam quatenus hic etiam dicitur, quòd non stetur antiquitati; qñ ex facie instrumenti demonstratur, non interuenisse solennitates, sunt annotationes. infra. in decis. præfata 305. & ultra omnino Soci. iuniorem in cons. 56. qui citat Affl. hic, & exemplificat in 1. uolum. & Gramm in cons. 77. num. 7. in ciui. quæ an procedãt, quando pars negat solennitates in pfatis interuenisse, sunt etiam annotationes infra in decis. 245. & 345. in quibus negotium pulchre examinatur & Affl. bene dicit.
11 Et circa ista, dum per Affl. dicitur † quòd nullitas istius concessionis de re ecclesiæ ualeat a quocunque allegari, conuenit Sebast. Vantius in tract. nulli fol. 22. num. 8. sed qualiter istud procedat, declarat Fel in c. cum ulim. de testi. quòd requiratur negligentia superioris; & si suo nomine, ut ecclesiæ hic agere
12 debeat; & amplia ista etiam procedere in pupillo † secundum Alex. & Scrib. in l. 2. C. de nego. gestis, & quando quis ualeat de iure tertii opponere, ultra Bar in l. a. ff. de re iudi. declarat Decius in consi 247. in causa magnifici Baronis. in fin. ubi ꝙ qñ quis habet causam ab illo tertio, ꝙ potest de ipsius iure dicere & secundùm ista intelligas allegata per Soc. in consil. 78. uisis actis. num. 8. 4. uol. & Hieronymum Gratum in consilio 55. nu. 24. j. uol. quatenus aliter forte uideantur affirmare in terminis præfatis, quos uide si expedit uidere. Cæs. Vrsill.

DECISIO CVIII.

De cautione fideiussoria præstanda in casu suspitionis in transactione.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de adimplendo adueniente conditione an peti possit pendente conditione apposita in transactione.*

Fideiussorem dare non tenetur, qui recepit, & promisit de non conueniendo.

2 *Intellectus ad l. omnibus. ff. de iudiciis. & ad l. de di. ff. de condict. ob cau.*

Transactio est contractus innominatus & stricti iuris.

3 *Cautio fideiussoria habet locum etiam in actionibus stricti iuris.*

PRocurator patris Raymundi conuentus fuit in sacro Consilio per d. Raymundum procuratorem sui patris ad restituendũ sibi maximam summam pecuniæ

pecuniæ est causa administrationis: tandē deuenerūt
ad trāsactionē publico instr̄o mediāte, in quo dictus
procurator conuentus promittit dicto Raymūdo ex
cā dictæ administrationis soluere per eius hæredes uel
eius uxorē post eis mortē ducatos octo mille d. Ray
mundo procuratori, ut supra, uel eius principali. Et
est p̄mittēdum, ꝙ ante dictam transactionem dictus
procurator donauit irreuocabiliter inter uiuos suæ
uxori ultra dotes ducatos duos mille, & ultra, cū iur̄o
& ista transactio fuit facta in ciuitate Neapoli, demū
post aliquot menses iste procurator p̄parauit suas sar
cinulas pro eundo extra regnum, iu quo nihil possi-
1 det. Quæritur utrum pendente dicta conditione con
tenta in transactione possit petere d. Raymundus no
mine quo supra, ut procurator idoneè caueat, ꝙ post
eius mortem eius hr̄des uel uxor satisfaciant dictos
octo mille ducatos. Dubiū facit, l. dedi. in princ. ff. de
cond. ob cau ubi dicitur, ꝙ si dedi tibi decem, ne me
conuenias in iudicio, non possum petere ut caueas
mihi idoneè, ꝙ non me cōuenias, ista lex allegatur p
Bar. in l. in omnib. ff. de iud. pro contrario ad d. l. ubi
dr̄, ꝙ ille qui tenetur ad diem uel sub cōditione, pōt
cōueniri ad cauēdum cum fideiussore. Soluit Bar. se-
2 cundum gl. in d. l. in omnibus, uide l. cet. † ꝙ lex in om
nibus, loquitur in bonę fidei iudiciis: lex, dedi, loquit̄
in contract. b. innominatis, & stricti iuris, sed transa-
ctio est contractus innominatus & stricti iuris, ut di-
cit gl. in uerbo, ex pacto, in l. siue apud acta, & ibi Bar.
uer. quæro secundo utrum. C. de trans. & ibi Bal. ēt in
uer. quærit hic Bar & Bal. in rub C. de rerum permu.
ergo uidetur, ꝙ non debet præstari dicta idonea cau-
tio, nisi quando dictus debitor de facili potest p̄stare
dictam fideiussoriam cautionem ut dicit gl. & Bar.
in l. 2. in prin. ff. sol. ma. † Sed communis conclusio est
3 ꝙ dicta fideiussoria cautio nō solum habet locum in
actionibus bonæ fidei, sed etiam in stricti iuris, ut di-
cunt Ang lo de Imo. & Pau. de Cast. & Alc. in d. l. 2,
non habita distinctione, an facile debitor possit inue-
nire fideiussorem. hoc uerum causa superueniente,
puta quia debitor effectus est suspectus, prout erat in
præsenti themate, ut multum egregiè per multa intra
firmat Alc. in d. l. .. in princ. in 5. col. & seq. ubi hoc
limitat trib. limitationibus: ut ibi per eum. Fuit per
oēs uotatum, quod stante dicta suspicione, ꝙ dictus
debitor retineatur. donec idoneè caueat, quòd eius
hæredes, uel uxor adimpleant promissa per eum.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CVIII.

1 *Debitor causa miserationis, qui est, quando quis dotes infra annum tenetur restituere: Item debitor ex ultima uoluntate: ut est hæres, qui est grauatus restituere in diem uel sub conditione, tenetur cauere.*
2 *Frater qui tenetur ex forma constit. reg. in aliquib. & consue. Neap. ad dotes sorori an teneatur cauere?*
3 *Omnis debitor causa cognita tenetur cautionem præstare: uel quandiu forte post cōtractum fuisset effectus non soluendo: quod totum est iudicis arbitrium.*
4 *Quando quis tenetur hanc cautionem præstare, an intelligatur cum fideiussoribus.*
5 *Quando quis cum aliquo contrahit: debet esse certus de eius conditione.*

Est conclusio hic: quod debitor sub conditione, uel in diem
ex iusta cā tam in contractibus bonæ fidei, quam stricti iu-
ris debere cauere, quod aduenientibus die, uel conditione,
soluant debitum. Tu uero in hoc subiecto, ut habeas omnium
ueritatem, secundum Parpaleam in d. l. 2. ff. solu. matri. nu. 69.
facias regulam istis esse: nullum debitorem, siue in diem, aut
1 sub conditione debere cauere ante tempus de soluēdo. † fallit
primo in debitoribus causa miserationis: ut est inter alios quā
do quis infra annum tenetur restituere dotem, item in debito
re, qui impetrauit ex rescripto principalis inducias, iuxta tex.
l. uniuersa. C. de precib impe. offer. de quibus fuit habitus ser-
mo supra in decis. 5. & latius infra in deci 288. secundo fallit
præfata regula in debitore ex ultima uoluntate, nam hæres
debitor in die, uel sub conditione tenetur satisdare. text. l. inter
2 omnes. ff. qui satisd. cogan. ibi Iaso. qui ponit quæstionem † ēt
de fratre: qui est debitor dotium sororis ex forma statuti, quę
est condi. reg. in aliquibus, & consue. Neapo. de succes. ab inte-
sta. quod teneatur satisdare. & per hunc in d. consi in aliquibus
3 colum 7. tertio fallit † indistinctè in omnibus debitoribus cau-
sa cognita, nam si debitor post contractum effectus est non
soluendo & sic deteriorauit eius conditionem, uel aliqua alia
iusta cā fuerit cauendi (quod arbitrariū iudicis est) iuxta tex.
l. si fideiussor § si satisdari quidem non est, in uers. si iudex se-
deris ff qui satis cog. tenetur nempe quis satisdare, seu cautio-
nem præstare iuxta terminos præsentis decisionis, & ex his
infertur attenta hac ratione, quod in omni casu pōt agi ante
tempus, ut adueniente tempore soluatur: prout fui opinio-
4 nis infra decis. 269. † qualiter autem debet esse huius iamen
causæ cognitio, ut quis teneatur satisdare: utrum etiam ultra
fideiussores teneatur se quis cum guarantigio obligare decla
rat Alexand. in l si finita § eleganter. ff. de damno infec. & infra
5 latius in decis. 170. † in quibus & an qui cū alio contrahit, dēt
esse certus de eius conditione iuxta r̄lam; qui cum alio, & ibi
Decius ff. de re. iu & sunt anno. etiam in dec. 365. Cæs. Vrsill.

DECISIO CIX.

In ius uocati ut eant, uel cautionem dent.

SVMMARIVM.

1 *Actione personali conuentus cauere dēt de stando iuri.*
Satisdare de iudicio sisti non tenetur possidens immobilia in Regno.
Regnum ponitur pro una prouincia.
2 *Cauendum est de iudicio sisti, donec pendet quæstio an debeat cauere.*

1 Actor agit actione personali contra conuentum,
& petit, ꝙ reus caueat de stādo iuri, iuxta formā,
§ sed hodie. Instit. de satisd. Replicat reus, ꝙ ipse pos-
sidet immobilia in Regno. & si cum totum Regnum
sit pro una prouincia, ut dicit Luc. de Pen. in l. fi. C.
de discussoribus. li. 10. nō tenet satisdare, ut in l. scien
dum. ff. qui satis. cog. respondit actor. quod donec cō
stet, ꝙ possideat bona immobilia in Regno, debet ca
uere iuxta formam dicti §. sed hodie, quia interim pos
2 set recedere, & sic iudicium esse elusorium. Fuit pari-
ter uotatum in consilio, ꝙ iste casus non reperitur in
specie decisus. Sed bene potest iuridicè decidi per ti-
tulum, in ius uocari ut eant, aut satisdent. ubi præsta-
tur fideiussio de eundo ad iudicem, & postea præsta
tur cautio de stando iuri. Item dicit Alc. in l. 1. ff. si q̄s
in ius uoc. non ierit. Et conclusum fuit, ꝙ reus caueat
iuxta formam iuris de stando iuri donec probauerit
se possidere bona stabilia in regno, & hoc constituto
sit annullata dicta fideiussio.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CIX.

1 *Nuntii executores capiunt cautelam cum fideius. de stā do iuri. immo agi potest iniuriarum, si hi nuntii inuento aliquo cum armis portant ipsum carceratum: quā do uult dare cautionem.*

2 Au

2 *An isti nuntii capiant in præfatis obligationem penes acta?*

3 *An dum petitur cautio de non offendendo, interim debeat caueri: item donec discutitur an pœna sit corporalis: interim quis debeat stare carceratus, & an procurator debet, uel possit interuenire?*

1 ET de hac fideiussione danda † coram istis executoribus, siue nuntiis, est tex. a oth. libellum C. de litis cõtesta. Bar. in rubri. ff. nequis eum, pulchrè Ripa in repe. c. 1. de iudiciis, idem Affl. in consti. reg humanitatem n. 6. Fel. in c. legebat de maio. & obe. oẽs affirmantes hos nuntios posse capere istam cautionẽ. Imò agi posse iniuriarũ, si executor forta inuento ali quo cum armis, non admittat eũ sub tali cautione, trahẽdo eũ carceratum in iudicio, quæ sunt notabilia ad duo, & primò quatenus ocli nuntium, siue executorem, destinatos ad ci an
2 dum posse capere obligationẽ fideiussoru. † Et sic obligationẽ penes acta, contra ea quæ per hunc Affl. notantur in consti. reg. magistri camerarii, ꝙ hmôi cautionis capiantur coram iudica & de mãdato ipsius, de quo alibi dixi. secundò no. quia ista de-
3 cisio facit ad multa, nã inter alia si quis prætendit † ab aliquo offendi, quo casu cã cognita debet ei caueri de non offendendo l illicitas § ne potentiores, & ibi Bart. ff. de offi. præsi. cum aliis copiose adductis per Fel in ru. de tregua, & pace. ꝙ pôt interim pendente prima discussione petere ꝙ sibi caueatur, sunt côcor. cum ista dec. in 9. & ultima declaratione ibi per ipsum posita, quando quis ante factum pôt implorare officium iudicis, ne fiat: quæ signa (si placent) uide Hyp. in sing. 467. uiget statutum. in uer. itẽ scias ꝙ stãte dicto statuto, ꝙ quando dubitatur, an cã debeat côpromitti, uel remitti ad consiliũ sapientis, ꝙ istud incidens & remitti, uel compromitti debet, hôc idẽ Aymo in côs. 224. congregãs gentes armatas. n. 3. quãquit ex dictis aliorum, ꝙ qñ dubitat, an pœna sit corporalis, donce decidatur, q a nõ pôt côparere p ꝓcuratorẽ & sic debet personaliter interesse: ne iudicium reddatur delusoriũ, & similiter do- oec parer est penes hostes, filio nõ competit exceptio Maced. l. j. § si pendeat, ff. ad mace de quo plura per Tiraq. ꝙ bona oo uitiz sint in pẽdenti, in tracta. consang. fol. 39. nu. 38. & p hũc Affl. in c. a. apud quẽ uel quo. con. feu ubi decidit. q de duob. in uestitis à duobus regibus litigantibus de regno, quod interim res est in pendenti, q r potior, l. diximus. ff. de excu. tutorũ, & uide infra in d. decis. 170. Caes. Vrsill.

DECISIO CX.

De non numeratæ pecuniæ exceptione.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ potest in contractu mutui, per debitorem etiam post biennium opponi, si probatum fuit de solutione. 2.*

Confessio geminata an excludat ab exceptione non numeratæ pecuniæ.

2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quando peti possit post solutionem.*

Prorogatio intelligitur facta iuxta qualitatem primæ obligationis.

VIncentius de foresta est obligatus ex cã mutui ad soluendum Io. Colę Orilię duc. 60. elapso biẽnio exequit obligatio in magna Curia contra Vincẽtium in certis bonis mobilib. Facta executione, Vincẽtius uult probare, ꝙ pecunia non fuit numerata, & ꝙ cã, per q̃ fuit facta obligatio, non fuit secuta, & hoc probat per cõfessionem Io. Colæ Oriliæ probatam per
2 test. s. † Io. Cola. in contrarium post istã confessionẽ producit instrũ factum post dictam confessionem per quod apparet, ꝙ Io. Cola Otilia prorogauit terminum solutionis dictorum ducatorum 60. uirtute obligationis debitorum, & sic uirtute geminatæ confessionis excluditur ab exceptione non nu. pe. per id quod dicitur in l. in contractib C. de non num. pec. & facit l cum fidem. C. eo. tit. In contrarium dicitur, ꝙ dicta prorogatio intelligitur facta iuxta qualitatem primę obligationis, arg. in l cum stipulatus sum mihi
2 a Proculo. ff. de uerb. obli. † sed contra obligationem poterat promittens post biennium probare de non numeratione: ut plene per Ioan. de Imo. in c fi. de sol. & Bal. in l si sub specie. C. de postul. Bal. & Sal. in l. si non singuli. C. si cert. pet. Fel. in c si cautio. 5. char. de fi. instru. Idem post prorogationem, & pro hoc alleg. glo. Cyn. & Alb. de Ros. in d. l. cum fidem. C. de non
3 nu. pec. ubi licet post solutionem non posit allegari exceptio nõ nu. pec. tamen post secundam & tertiã promissionem sic. Et ita fuit notatum in sacro Consilio. Bene facit quod dicit Lud. in l. si uero. §. de uiro. ff. sol. mat. Et sic fuit dictum quod executio uirtute dictæ obligationis retractetur.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CX.

1 *Post elapsum biennium, an debitor ualeat probare pecuniam non numeratam, item quando adest promissio geminata cum iuramento.*

2 *Quando fuit renuntiatum exceptioni non nu. pecu. an quis admittatur ad probandum quod sic, quando quis uult probare per partis confessionem.*

3 *De iure cano. an semper exceptio non nume. pec. opponi possit?*

4 *An exceptio non nume. possit opponi post factam satisfactionem, qualiter per confessionem partis probetur pecuniam non solutam.*

5 *Quando testator in articulo mortis confitetur, pecuniã recepisse, hæres eius seu hæres suus non pôt hanc exceptionẽ non nume. opponere post ipsius mortem, ex quo mortuus non sperat sibi pecuniam numerari.*

6 *Mercatores, & campsores non opponunt hanc exceptionem pecuniæ non numer. & qualiter quis per confessionem partis admittatur ad probandum pecuniam non numeratam, uide supra in fine nume. 4.*

1 COntra hanc decisionem † quæ uult debitorem post biennũ posse probare pecuniam nõ numeratã, vr facere text. l. in contractib. in verbo nullo modo, & l. si intra. in uerbo omnino, & l. asseueratio. in uerbo penitus euanescat C. de nõ nu. pecu. Quæ iura penitus excludunt uolentem probare post biẽnium pecuniam non numeratam, pro ut sic ista iura intelligit etiam Fel. in d. c. si cautio. nu. 60. & Alciatus in tract. ꝑsum. fol. 27. & fuit dictum supra in deci. 13. nu. 37. augetur difficultas, nam hic aderat promissio geminata, item iuramentum, & forsan. cum clausula omnia & singula uera esse, prout de stilo solent apponi in omnib. obligationibus mag. cur. uic. cũ renũ-
2 tiationu exceptionis nõ nu. pecu. † quo casu nulli dubium hãc exceptionem opponi non posse. Ita Fel & alii in d. c. si cautio, fuit notatum supra in deci. 60 sed dicas firmata per Affl. salua ri posse, quando quis forte uoluisset probare per confessionẽ partis modo quo infra post biennium, pecuniam non numeratam, nam tunc admittitur, sicut uidebatur esse casus huius decisionis, tenet hæc glo. in d l. in contractib. in d. uerb. nullo modo, latius Fel. in d. ca. si cautio. num. 66. in 5. fallen. uidetur uelle Hyp. sing. 22a. exceptio non nu. sed idem Fel. in d. c. si cau-
3 tio. no. 61. in prima fallen. affirmat præfata, scilicet † dictam exceptionem non nu. pecu. non posse opponi elapso biennio ꝓcedere de iure ciuili, secus uero de iure cano. nã tunc a quocunque hæc exceptio opponi pôt, etiam quando fuisset geminata promissio. Etiam quando interuenit iuramentum. l. fi. C. co.

ti. de

ti.de uõ nu.pecu. nã sub eadem spe recipiendi pecuniã ex post
facto vi iuratum, nã iurm ſm cum recipit nauturam contra-
ctus, super quo interpouitur, uide nu. 56. noluit Gram. noster.
in cõs. 63. in 3. col. nu. 4. & in cons. 55. in ciuilibus, & sic respon-
dendo, nõ obstarent obiectioner, ad quæ faciunt quæ signaui
infra in decisi 402. super quibus ualebis lector maturius cogi
tare, nã si hæ responsiones ſm me non ꝓcedũt, nescio quomo
do Afl. noster poterit hic saluari, & insuper in præfatis nota
unum † ꝙ ista procedunt ante factã satisfactionem, nam post
4 pecuniam solutã, non obstantibus tenũtiatione, & dicta clau
sula, omnia & singula uera esse, & nõ contrauenire &c. põr q̃s
nõ obstante iuramento, pecuniam oõ si solutam probare, ſm
Abb. in c. 1. in uerbo, uenio ad secundùm extra de iureiu. nam
licet iurasset soluere, non iurauit indebite solutum uõ repete-
re, & ita pluries practicaui in mag. cur. uica. & maxime in qua
dam cã cuiusdã Santuli pulucrini, contra quem fuerat ꝑsenta
tum instrm liquidum, secundùm formam ritus, nã facta satis-
factione fuit datus terminus ad ostẽdendũ q̃ ei incũbebant ad
uersus ipsum instrm, nam si vř dictare ritus ipse, ꝙ facta prius
satisfactione quis valeat ostẽdere falsitatem, & alia &c. de qui-
bus sunt anno. ĩ in deci. licèt contra ista fuissẽt allegata doct.
Pau. de Cast. in l. indubitati C. de oõ nu. pec. tñ facto uerbo in
cons anno. 1553. fuit ista opinio approbata, & datus terminus
ad probãdũ, actuarius. Io. Vic Gayullus. Et hoc idem in quadã
alia causa cuiusdam Catarinellæ Florentinæ cum quodã Fede-
rico Ciarella anno 1557. & quod dixi posse probari pecuniam
oõ solutã post biennium, per confessionem partis, intelligas,
ſm Alciatũ in loco supra citato fol. 27 in tract. suo præsump.
per confessionem partis factam in iudicio, secus si per testes,
ubi nonnullas alias limitationer ad hæc signat, & insuper in
5 subiecto huius exceptionis nõ nu. pecuniæ signa unum: † ꝙ qñ
quis in articulo mortis existens confitereẽ pecuniam recepisse
non ualet eius hæres obtentu pecuniæ nõ nu. hanc defuncti
confessionem reuocare, & dicere fortè pecuniam non nume-
ratam, ex quo mortuus non sperat futuram numerationem,
nisi forte in alio seculo. iuxta illud, ꝙ nobis peregrinis, & inco
lis in hoc mundo ait dominus cẽtuplum accipietis, & uitam æ
ternam possidebitis, &c. gl. est de præfatis singularis in l 1. C.
de fal. cau. adie lega. Hyp. in cons. 109. Spiritus Sanctus sit mihi
a dextris, num 35. insuper ad limitationem eorum quæ dicta
sunt in præsenti deci nota aliud, quòd uoluit Iaso. in l. singula
6 ria. ff. si cert. peta. in 14. col. † ꝙ licet alii ualeant opponere hanc
exce nõ nu. pecu. tamẽ mercatores, cãpsores istud facere non
possunt contra eorum apocã mutui, in qua continetẽ, eos pecu
niam recepisse, quod signa, & forte hoc ẽt posset in omnib. ad
mitti personis hodie nostra tẽpestate, (exuberãte malitia homi
nũ) uemo enim confitetur pecuniam recepisse per apocã, nisi
uiderit pecuniam præsentẽ, uel illam aliàs recepisset uerè, quæ
tamen licet sint inducta siue lege, tamen experientia rerum ma
gistra nos sic docet cap. quàm sit ecclesiis. de electi in 6. l. cum
ratio. cum simili ff. de bo. damnat. Circa vero, aliud, quod pro
rogatio intelligatur facta cum suis qualitatib. affirmant Re-
centiorer in cons. Dec. 393. num. 5. qui allegat Afl. hic nonnul
los alios congerit, quem uide &c. Cæs. Vrsil.

DECISIO CXI.

De dote sub cautione obligationis bonorum feudalium datu, & de renocatione ipsius.

SVMMARIVM.

1 *Assensus regis, an possit per uxorem mortuo uiro impetrari super obligatione bonorum feudalium, non obstãte renocatione per hæredem factu.*

2 *Alienatio feudi sine Regio assensu reuocari iure proprio potest, per alienantem, uel eius hæredem nisi in dote.*

3 *Fraus exceptu intelligitur in omni dispositione legali.*

4 *Renocatio alienationi feudi præcedens Regium assensum, fraudem urguit.*

Maiorum nostrorum magna est auctoritas.

5 *Alienatio feudi facta in augmentum feudi permissu est sine concensu domini.*

Alienatio feudi in proximum, immediate successorũ, sine assensu ualet.

6 *Alienatio in fraudem non præsumitur, quando fit pro uxore ducenda.*

Feudum obligari non potest, pro dote irrequisito principe de assensu, quod si secus, non renocatur ante requisitionem.

Maritus in eadem uoluntate mori præsumitur, in qua permansit in uita.

7 *Hæres fauore dotis tenetur habere ratum defuncti factũ maximo fauore dotis.*

Donatio factu alteri, ut postea donec ecclesia, an possit renocari per donantem in ecclesiæ præiudicium, & an ius illud renocandi transeat in hæredem.

8 *Feudum ex pacto & prouidentia obligatum pro dote sine Regio assensu renocatur per hæredem, secus in feudo hæreditario.*

Verba generaliu reuocatoria, non capiunt illud, quod in specie non posset renocari.

Verba generaliu non adaptantur ad impossibilia proferentem.

Ius renocando non transit ad hæredes.

Mentio de notatu dignis specifice fieri debet, & non generaliter.

Specificanda sub generalitate non includuntur.

10 *Alimentorum legatum non uenit sub legatorum ad emptionem in genere.*

Dos æquiparatur alimentis.

Dos succedit loco legitimæ.

Dotis contractus non uenit in generali contractus renocatione.

11 *Legatis piis, iuri legitimæ, & doti nunquam sub generalitate uidetur derogatum.*

Generalitas quando in specialitatem uertatur.

12 *Clausula generalis an possit de uno tantum uerificari.*

Filii lucris nuptialibus priuari non possunt.

13 *Renocatio generalis non extenditur ad obligationes iuratas.*

Statutu per Papam, aut imperatorem abrogata, an includant iurata.

14 *Saluus conductus non extenditur ad contractum iuratũ.*

15 *Maritus an possit pro dote uxoris bona filii hæredis ultimũ de quæsita obligaret si filius nullum confecit inuentarium, uel minus iuridice.*

Defunctus an bona hæredis obligare possit.

16 *Alexander de Imola, aliter in lectura, & aliter in consiliis dicit.*

Dicere pro Titio, & nomine Titii, idem est.

Hæres adeundo hæreditatem sine inuentario uidetur quasi contrahere.

17 *Hypothecaria accedit obligationi personali.*

Hæres per aditionem uidetur ratam habere obligationẽ bonorum hæredum factam per defunctum.

1 FVit dubitatum, † ecce maritus hẽt bona feudalia recipit dotem, & proinde obligauit oĩa bona sua burgẽsatica, & feudalia saluo Regio assensu. Moriẽ maritus, suꝑstite filio ex anteriori matrimonio eius hrẽde cum beneficio inuentarii: anteq̃ uxor impetret assensum Regium. Hrs mariti reuocat generaliter oẽm alienationem & obligationem bonorum feudalium factam ꝑ eius patrem uirtute cõstitutionis Regni. Postea uxor impetrat Regium assensum suꝑ obligatione bonorum feudalium pro dote. An talis reuocatio noceat mulieri. Prima facie uř, ꝙ sic: quia constitu-

stitutio Regni, constitutionē diuæ memoriæ, pmit-
tit obliganti uel alienanti feudū, reuocare ipsam alie
nationem uel obligationē sine Regio assensu factam
2 tanq̃ nulliter factā, iā ex iuria dispositione, † qua ca
uetur, q̃ si quis sit alienās feudum, alienatio sit nulla,
ut in l. imperialem, cum conc. de proh. feudi ali. per
Fed. q̃ uigore dictæ cōstit. Regni. q̃ cōstitutio nonum
ius inducit quò ad hoc, ut sicut primitus perdebatur
feudum per alienationem, per cōstitutionē nō perdit
sed permittitur alienanti iure pprio, uel iure spāli re
uocare alienationem feudi, & sic uenire cōtra factū
proprium. Tñ hoc non obstante in casu de quo q̃rit,
fuit uisum, q̃ talis reuocatio nō nocet mulieri ex mul
3 tis rationib. Et primo semper in omni dispositione
legali intelligitur fraus excepta. l. Imperialem. §. j. de
proh. feu. alie. p Feder. Maxima fraus esset, si mulier,
quæ dedit dotē sub cautione obligationis bonorum
feudalium reseruato Regis assensu, deciperet in eius
restitutione pp ipsam reuocationem, ubi in petitio
ne ipsarum dotiū. i. tpe quo petuntur dotes, interue
nit Regius assensus. Intelligetur ergo constitutio per
mittens reuocationem cōtractus feudalis, ut talis re-
uocatio tunc possit fieri iure pprio qñ princeps fuit
interpellatus: ut assentiret, & expresse tenuit, tunc
permittatur cōtrahenti reuocare non obstante iuro,
q̃ tacitam conditionē habere vr̃, si dominus aliena-
tioni consentiat, arg. c. uenientes, de iureiur. & de re-
scrip. c. cōstitutus, secundùm Lucam de Pen. in l. nulli
C. de fundis patri. lib. 11. unde anteq̃ princeps sit re-
quisitus, an uelit consentire, & anteq̃ ipse Rex recuset
est prohibita reuocatio ipsi cōtrahenti. Si ergo prin-
ceps consensit, licèt reuocatio pcessit, talis reuocatio
vr̃ facta in fraudem ipsius mulieris, † merito non dēt
4 ualere. Et quidam antiqui practicantes, uidelicet D.
Ant. de Ale. & D. And. de Mariconda dicebant, q̃ ipsi
uiderunt, q̃ de hmōi reuocationibus præcedentibus
Regium assensum, interdum non fuit habita aliqua
ratio, ex quo vr̃ in fraudem facta. Profectò ista est ma
xima restrictio ad dictam cōst. Regni, & hoc pro nūc
non affirmo esse uerum secundùm meam conscientiā
quia mens & uerba dictæ constitutionis non sonant
hanc restrictionem, sed magna est auctoritas maio-
rum nostrorum. Melius vr̃ mihi posse dici, q̃ dicta
constitutio permittit contrahenti de feudo iure pro-
prio reuocare cōtractum factum de feudo sine cōsen
su domini: quia hoc ipso p̃sumitur dolosus cōtractus.
Sed contra istam præsumptionem potest contrariū
5 probari, q̃ non in fraudem, puta † quia facta fuit
alienatio in augmētum feudi, quo casu licita est alie
natio feudi, ut dicit And. de Iser. in d. const. Consti-
tutionem. & And. in c. 1. an ille qui interfecit fratrē
domini sui, in additione, & in l. imperialem, in prin.
de prohi. feu. alie. per Fed. uel quia est facta aliena-
tio in primiorē agnatū immediate successiuum, ut
in c. j. p And. de alienat. feudi paterni, & in c. j. §. sed
res, p quos fiat inuestitura. Bald. in c. i. de alie. feu. vñ
si probet, q̃ nō dolose facta fuit alienatio, nō permit
tit reuocatio, ut sentit gl in d. cōstit. in uerbo, reuoca
re, semper. n. dolosa p̃sumitur, & reuocatur a cōtrario
9 sensu. Sed certū est, q̃ † pro ducēda uxore, non p̃sumi
tur, q̃ obligatio bonorū feudalium fiat in fraudem.
uerum est, q̃ non pōt obligari feudum sine Regio as
sensu pro dote, sed si obligetur saluo Regio assensu,
nō pōt reuocari, anteq̃ princeps sit requisitus, si uult
assentire: si assentit, reuocatio pcedens nihil ualet: q̃a
obligatio non fuit fraudulenter facta, & iō nō potuit
reuocari. Si. n. princeps requisitus nō assentit, sine du
bio pōt reuocare: unde si cōstat, q̃ fraus p̃sumpta ces
sauit, non pmittit reuocatio ante requisitionē factā
ipsi principi, & ista vr̃ mihi q̃ sit mens d. constitutio
nis. Secundo, maritus toto tpe, quo uixit, non reuo-
cauit obligationem bonorum feudalium, & sic cum
eadem uoluntate mortuus est: ut in l. cum hic status,
§. 2. ff. de do. inter uirum & uxo. l. cum tacitū. ff. de pb.
no. in l. siue possideris. C. de probs. hr̃s eius ubi pos-
7 set reuocare. † fauore dotis tenet ratum habere factū
defuncti, & sic non pōt reuocare, tex. in l. si ego. §. si
res. ff. de iure do. ubi fauore dotis, & ne mulier rema-
neat in dota, necessitas imponitur hr̃di consentire ei
quod defunctus fecit, unde licet maritus potuisset ip-
semet reuocare, tamen si non reuocauit, non pōt hæ-
res eius reuocare, per d. §. si res, & facit quod no. Bar.
in l. qui Romæ §. Flauius. ff. de uer. obl. ubi si quis do-
nauit alteri feudum, ut post certum tps esset ecclesię
iste contractus pōt reuocari per ipsum donantem, p
l. 3. ff. de seruis exportan. & tamē istud ius reuocandi,
non transit ad hæredem, secundùm Bart. ibi. & Bal. in
l. cū a socero. C. de iur. do. ibi allegat d. §. si res, ponēs
ibi casum in terminis in d. §. si res. ubi fauore dotis ius
reuocandi competens defuncto, non cōpetit hr̃di: &
sic ista talis reuocatio nō nocet mulieri, qñ feudū es-
8 set hr̃ditarium. † Secus qñ esset ex pacto & prouiden
tis, per c. Titius, si de feu. contro. inter do. & agna.
Istud secundū motiuum est fortissimum. Et per con
sequens sub istis uerbis gñalibus reuocatoriis non ue
nit illud, quod in specie nō posset reuocari, ut est tex.
in c. tua. de decimis. & in c. eccl. de cōst. per D. Ant. de
But. & in c. fi. de immu. eccl. in 6 ubi uerba gñalia nō
adaptant ad ea, q̃ sunt impossibilia de iure ipsia profe
rentib. uerba gñalia, uoluit Bal. in l. fi. §. in computa-
tione. de iure deli. & in l. oēs populi, de iusti. & iure.
Eò maximè, q̃ cōstitutio Regni permittit solū eisdē
contrahentib. & alienantib. reuocare, nō dixit hr̃dib.
unde ad hr̃des extenditur, q̃a ius reuocādi nō transit
ad hæredes. l. fi. C. de reuo. don. Tertiò, † de eo qđ est
9 not. dignū dēt fieri expressa, & specialis mentio, & nō
sufficit in genere mētionē facere, l. apud Labeonē. §.
hoc edictū. ff. de iniuriis. Bar. in l. j. §. non fuit aūt. ff. de
dolo. Ale. in j. uol. cons. 104. in fi. Sed recipere dotē, &
pro ea obligare feuda reseruato Regio assensu est no
tatu dignū. Vnde reuocando gñaliter obligationes
feudorū, in ista gñali reuocatione nō uenit reuocatio
huius obligationis bonorum feudaliū p dote, nisi spe
cifice facta fuit mentio. Quartò ad idem facit. certū
est, q̃ ista obligatio bonorū feudaliū in casu restitu-
tionis dotiū facta fuit in fauorē uxoris, ne uxor rema
neat indotata, & sic fauore dotis, si postea sequatur
gñalis reuocatio obligationum bonorum feudalium
non vr̃ derogatum dictæ speciali prouisioni, & obli-
gationi bonorum feudalium pro dote, allegat d. Bal.
Perusini moderni in tractatu de specialib. in dotib.
per tex. in l. libertis. § posthumis. ff. de ali. & ciba. leg.
10 † ubi factis certis legatis p alimētis, si testator de le-
gatis ademit tertiā partē, sub ista gñali adēptione non
vr̃ aliqd adēptum legato alimentorū. Istū tex. allegat
Lu. Ro. in l. sed & si qs §. q̃situm, ff. si qs cautio. ubi di
cit, q̃ in gñali oratione non uenit qđ fauore alimen-
torum, per tex. in d. §. posthumis. Idem dicendum est
in dote

in dote æquiparando dotem alimentis ut in gñali re-
uocatione contractus nõ ueniat reuocatio cõtractus
dotis, nisi specifice fiat mẽtio. Et pro hoc facit; q̃a cũ
dos succedat loco legitimæ l. qm̃ nouella. C. de inoffi.
test. cum si. sub uerbis gñalib. non uĩ derogatum iuri
legitimæ, & per cõsequens nec doti. l. si qñ. §. & gene-
11 raliter. C. de inoffi. test. & qñ aliquid † dẽt fieri uerbis
spãlib. non sufficit ꝙ fiat uerbis gñalibus, ut in d. §. &
gñaliter, & Ang. in l. de his. ff. de trãsact. accedãt not.
per Ale. in cons. 123. in 1. col. in 4 uol. Itẽ q̃a in resti
tutione fideicõmissi nõ uenit restitutio legati pro do
te, ut cõsuluit D. Franc. de Are. in consi. 154 Sed de-
struntur & cõfund. ĩ ista quarta cõsideratio ea eo, ꝙ in
ꝓcessu nõ apparet maritũ fecisse aliã alienationẽ bo
norum feudalium, uel obligationẽ bonorum feuda-
lium sine assensu. Tũc talis reuocatio gñalis nõ refer
tur nisi ad illã alienationem, q̃ apparet. Ista conclusio
probatẽ per id quod uoluit Bal. in auth. hoc inter libe
ros. C. de testa. ubi dicit, † ꝙ clausula gñalis derogato
12 ria sufficit, qñ unum tm̃ ꝓcedit, ad quod solum, & nõ
ad aliud referri põt, quia tunc circa id tm̃ operatur.
Idẽ uoluit Abb. in c. pastoralis. §. qm̃. j. col. de rescript.
& in cap. ex parte. el. 1. de offi deleg. Et pro hoc est in
tex. in l. Labeo. §. cum q̃ritur. ff. de aur. & arg. quẽ tex.
ad hoc alleg. Lud Ro. in d. l. sed & si quis §. q̃situ. ff si
quis cautio. Bene autem cõcedo, ꝙ ista reuocatio sit
generalis. & nõ extendit ad obligationẽ ꝓ dote. & ꝓ
hoc allego tex in §. solu in auth de nupti. ubi filii nõ
pñt priuari lucris nuptialib. nisi expressim in alium
trãstulerim, nõ quidem uerbis gñalib. sed spãlib. Et
sic probat iste tex. ꝙ sub generali oratione non cõpre
hendunẽ dotes, & lucra nuptia. & sic sub ista gene-
rali reuocatione nõ comprehenditur reuocatio obli
gationis dotium, etiam ꝙ non apparet de alia aliena
13 tione: quia hoc est speciale fauore dotis. † Et ꝙ hoc
sit uerum ẽt, quando nõ haberet alia bona pater, nisi
lucra nuptialia, & institueret hæredem extraneum in
bonis suis, certe nõ intelligiẽ de lucris nuptialibus ꝑ
illum textum, qui est satis ad propositum. Item ista
generalis reuocatio non extenditur ad obligationes
iuratas, nisi specificè dicatur, ꝙ reuocat obligationes
iuratas ꝓ hoc allegaẽ gl. fi. in c. cum nõ deceat. de ele.
in 6 per q̃ gl. dicebat Ang. in l. j. §. q̃ onerandæ. ff. qua-
rum rerum actio nõ datur, ꝙ si Imperator, uel Papa
cassat cõsuetudines uel statuta, nõ intelligitur cassare
statuta iurata. Idem dicit Io. And. in c. 1. de fil. presby.
in 6. Inno. & Io. de Imo. in ca. dilecto. de præb. & do.
Abb. in c. j. de his q̃ fiunt a maio. par. c. tenẽt Cyn. &
Sali. in l. fi. C. si contra ius. Inn. in c. cum inter. de renũ.
Ale. in j. uol. cõs. 27 ulti col. & in eodem uol. cõs. 125.
in 9. col. & in 2. uol. cons. 125. in 7 col. & in 2. uol. cõs.
37. in 7. colũ & in 4. uol cons. 102. 2. colum. † Et ideo
14 saluus conductus non extendiẽ ad debitum iuratum,
si nõ facit mentionẽ de iurõ, ut cõsuluit idẽ Alex. in 2.
uol. cons. 204. in fi & idem in 3 uol. cons. 38. in 2. col.
& dictũ fuit suprà deci. 5. Vnde fuit cõclusum ꝙ ta-
lis hr̃s nõ põt reuocare obligationem bonorũ feuda-
lium pro dote Et hæc fuit in cã comitissæ Ogenti cõ
tra comitẽ Castri. Secundũ dubiũ est, utrũ pater pro
dote, q̃ recipit, potuit obligare nedũ bona sua, sed ẽt
bona hr̃dis sui, q̃ ad eum peruenerunt ex successione
15 materna, † qñ ipse filius nullum cõficit inuentarium,
uel non legitimum, iuxta l. fi. C. de iure deli. Io. Fabri.
Inst. de actionib. §. fuerat. tenet, ꝙ defunctus non põt
obligare bona hæredis. Idem tenẽt Cyn. & Sali. in l. as
siduis. C. qui po. in pig. ha. idẽ Io. de Imo. Pan. de Cas.
ꝙ Franc. de Aretio in l. si hr̃dis seruus. ff. de l. 1. Idẽ te-
net Alber. de Ros. in l. 2. C. cõmu. de successio. & in d.
l. assiduis. & Bal. in d. l. 1. C. cõmu. de leg. Sed in cõtra
rium, ꝙ defunctus possit obligare bona hr̃dis tenuit
Bal. & Ang. in d. l. assiduis. q̃a dicit sic fuisse per eũ cõ
sultum, & ita ẽt cõsuluerunt Doct. Florentini ſm eũ
& ita fuit iudicatũ Perusii. Idẽ tenet Bal. in l. si uxor.
C. de bonis auth. iud. possi. & in l. ubi adhuc. 9. col. C.
de iure. do. & in l. j. ff. sol. matr. & Pau. de Cast. in cõs.
uiso puncto. & Ale. in 2. uol. cõs. 172. & in cõs. 207. &
in 4. uol. cons. 11. & cõs. 91. Sed idẽ Ale. in d. l. si hr̃dis
16 seruus. ff. de l. primo, † aliter dicit. q̃ in cõsiliis. Nã in
lectura dicit, ꝙ si defunctus obligat bona sua & bona
hr̃dis nomine hr̃dis, tunc potuit obligare. Sed si obli
gauit bona sua & hr̃dum, tunc nõ sunt obligata bo-
na hr̃dum. Ego & aliqui domini mirabamur de ista
distinctione, cum in effectu idẽ est dicere ꝓ Titio, &
nomine Titii: ut dicit Bar. in l. 1. §. nuntiatiatio. ff. de
ope noui nuntia. dũ allegat. l. fideicõmissa. §. interdũ.
ff. de legatis tertio. Et iõ totum Cõsilium fuit in opi-
nione, ꝙ defunctus põt obligare bona hr̃dis per hanc
rationẽ potissimã, hr̃s adeundo hr̃ditatem sine bene-
ficio inuentarii, uĩ quasi contrahere, & obligare actio
ne ꝑsonali, cui personali accedit hypothecaria: ut in
17 l. j in fi. ff. de pig. act. † Vnde obligãte defuncto bona
sua & suorũ hæredum. ꝑ actum aditionis, uĩ hæres ra
tificare illã obligationẽ bonorũ hæredum factam per
defunctum. Et dicebãt domini de Consilio, ꝙ huic ra
tioni non r̃ndent Doc. q̃ tenet contrariũ, & ista rõne
fundaẽ cons. Ale. suprà allegata. Et licet Frãc. de Are.
in d. l. si hæredis conetur respondere, tñ fuit dictũ, ꝙ
non sufficiẽter r̃ndit. E propterea fuit cõi uoto conclu
sum, & postea sñiatum, ꝙ defunctus põt obligare bo
na hæredis non conficientis inuentarium. Et fuit in
cã comitissæ Ogenti contra comitẽ Castri, ubi fuit iu
dicatum assistentiã esse ꝑstandã ꝓ dotib. 18. milliũ
ducatorũ sup bonis defuncti possessis ꝑ eum, q̃ in ue-
ritate erant ipsius filii comitis Castri, qui dixit se hæ-
redẽ patris, & nullum demonstrauit inuentarium cõ
fectum infra legitima tempora, hæc sñia lata fuit die
23. Decembris ind. 1497.

ADDITIO.

Quæ causæ priuent uasallum a feudo, tractat Anch. consi. 277. num. 2. & ex quibus causis perdat feudum, Hippol in singul. incipit. Vasallus.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXI.

1 *Generale statutum an comprehendat cãm dotis, & in causa dotis instantia pereat, & quid in causa fiscali?*
2 *An instrumentum dotis ualeat reassumi, si sunt mortui notarius, iudex, & testes.*
3 *In dubio tenẽda est illa opi. quæ fauet doti, nisi expresse reperiatur de iure reprobata.*
4 *Dos est priuilegiata, etiam quod per statutum ei non detur priuilegium.*
5 *Statutum prohibens mulierem contrahere, in dubio non cẽsetur ꝓhibere in cã dotis cõtrahere, & sibi obligare.*
6 *Statutum prohibens alienationem bonorum in forenses non comprehendit causam dotis.*
7 *Lex bene à Zenone. de quadri. præscri. C. non comprehendit causam dotis, quæ non procedunt in muliere ingrata, nam*

ta, nam per ingratitudinem dos reuocatur, ibi no. casus in facto in fine.

8 *Dolosa alienatio facta de feudo tantum reuocatur, quando fuit facta alienatio. quid si facto sit, si rex consentiat & sic an antequam rex interpellatur habeat locum reuocatio.*

9 *An reuocatio si fiat alienatione rei feudalis, sit necessaria sententia cum parte in ipsa reuocatione.*

10 *In causa dotis an habeat locũ reuocatio, & an hæres reuocat alienationem factam per defunctum?*

11 *Dos an succedat loco legitimæ, & an ab ea omne grauamen reiiciatur?*

12 *Filia an dotẽ, quæ ei debetur loco legitimæ, si anteq̃ nubat, moriatur, transmittat ad uenientes eius ab intestato.*

13 *Filia sufficienter dotata an agat ad supplementum?*

14 *Dos an succedat loco alimẽtorum, fructusque a legitimæ debiti pro præterito an debeantur.*

15 *Reuocatio expressa an sit necessaria, quando precedit testamentum inter liberos, & quid quando sumus inter personas extraneas.*

16 *Generalis reuocatio an extendatur ad contractus iuratos, & quid speciali reuocatione.*

17 *Societas quando transeat ad hæredes.*

18 *Hæres an de eo, quod sibi est contrauentum potest debitorem accusare, quando defunctus recepit iuramentum pro se & hæredibus.*

19 *Bona hæredũ possunt capi, & contrahitur pignus prætoriũ si ipse hæres non satisfacit legatis infra sex menses.*

20 *Bona hæredum tutorum non sunt obligata pro mala administratione tutorum.*

21 *Cessa actione personali, an hypothecaria uideatur cessa.*

22 *Hypothecaria potest cedi sine personali, & hypothecaria an possit cum personali cumulari.*

23 *Lata sententia in personali hypotheca remanet in bonis nisi fuerit satisfactum &c.*

HAbetur in primo dubio, assensum posse interpretari post mortẽ mariti in cã dotis, & per hæredem, in hoc casu nõ posse
fieri reuocationẽ, melius hæc ĩ in dec. 385. ubi hæc ampliantur
dato q̃ fuisset hic hæres fiscus, & alius successor in feudo ex delicto mariti, sunt ista concernẽtia, & ultra ibidem adducta ad cõ
2 comitantiã eorum quæ no. Affl. hic † q̃ generale statutum non cõprehendat cãm dotis, etiam in casib. nõ priuilegiatis j. in quib.
dos non reperitur priuilegiata, uĩ tenere Ias. in l. 13. not. ff so-
2 lut. matr. ex doctr. Saly. in l. fi. C. de iure dotium, qui dicit † q̃
gñale statutũ per illum text nõ cõprehendit cãm dotis, ubi ẽt
q̃ in cã dotis sicut in fisco instantia nõ perit, istud ẽt uĩ uoluisse hic auctor in consti. reg. baiulos oẽs. col. 50. q̃ dicta constitutio cæteræ reloquẽtes de reassumptione instrorum circa solemnitates nõ cõprehendat cães dotis, istud idẽ Cap. in dec. 171. re
3 fert fuisse determinatũ in consi. † q̃ mortuis notario, iudice, & testib. posse instrũm dotale reassumi à protocollo notarii fide
4 digni, & in dec. 176 nu. 22. dicit tenẽdo in dubio illã opinionẽ, quæ doti fauet, nisi expresse reperiatur de iure reprobata, tenet istã similiter Nicosantius in tract. de pig. in j. mẽbro 8. partis n. 23. cũ seq. fol. 192. & pro eisdem ẽt uĩr conuenire ea quæ uoluit Calca.
5 in cõs. 13. † q̃ statutũ prohibens mulierem contrahere, non cõprehendere cãm dotis, hoc est, qñ mulier se q̃ dote obligat, hoc idem singulariter uĩ affirmare Cur. Iun. in cõs. 37. magnificus
6 uir dñs, in 4. col † q̃ statutũ prohibens alienationem bonorũ in forensẽ nõ cõprehẽdat cãm dotis, istud idẽ Cur. Iun. multũ notabiliter in cõs. 59. noua & ingeniosa. prima parte, q̃ mulier fauore dotis possit cã petere sup bonis subiectis fideicõmisso, nõ obstãte q̃ filius granatus ante bona cõsumpsisset, quatenus est legitima, & trebellianica, priusq̃ mr̃imoniũ cõtraxisset cũ ista muliere, cum quib. rĩ cõuenire (ni fallor) Corn. in cons. 95. uol. 1 & Cotta in memo. in uerb. dos hẽt multa priuilegia, ubi
7 inter alia † q̃ lex bene à Zenone. C. de qua. rescrip. nõ hẽt locũ in cã dotis, sunt nõnulli & pcipuè quor ultra istos adducit Tiraq. in tract. retract consanguineorũ fol. 102. gl. 14. §. j. nu. 19.

ubi affirmãt legẽ gñalẽ, siue statutũ nõ cõprehẽdere cãm dotis
ẽt q̃ nõ reperiatur dos priuilegiata, sed q̃ à ibidẽ nu 96. refert alios nõnullos maiores nu. & auctoritate tenere cõtrarium. s. statutum, siue legẽ generalẽ non cõprehendere cãm dotis, qñ dos ante reperitur priuilegiata de iure, quasi statutũ, siue lex gñalis nõ tollans, siue derogent priuilegio dotis. in tm̃ q̃ etiã statutum siue lex de restra. cõprehẽderent cãm dotis, & alia in quib. de iure dos non reperiatur hẽre priuilegiũ, ppea ad eum me remitto, qui post alios fundat hanc opinionem, respondẽdo arg. in contrarium adductis, dandoq; intellectum ad doct. Sal. in d. l. 1. §. fi. de iure dot quæ dedit modum, siue causam omnibus docto. loquendi, q̃ intelligatur ẽm superius narrata &c. ipsum intuere cũ casus obtigerit, ad quod omnia loquentia de priuilegiis dotium, q̃ nisi mulier reperiatur priuilegiata in dote de iure, q̃ non intelligatur hẽre priuilegiũ, faciunt ea, quæ noluit Rip. in repe. l. fi. q. fi. C. de reuo. donat. qui dicit, q̃ mulieri ingratæ dos à dotãte põt reuocari, ex quo mulier in pactis non reperitur priuilegiata, licet cõtra uoluisse uideat Girard. in sing. 10. & hoc ex doctr. Bal. in l. fi. C de do. promis. ubi in casib. in quib. põt filius exhæredari ex eisdem pñr alimenta denegari iuxta consue. Neap. in oibus, de alim. præst. & ẽm istam ultimã opin. uĩ sacrum consilium in causa appellationis iudicasse nob. Pirri salsaui cum Syonna de ysapo, quæ ob suos malos mores dicebatur patrem dotem datã reuocasse, & eãdem dotem quæ consistebat in certa domo uendidisse dicto egreg. Pirro. actuarius Ioseph. Manchusius, de quibus fuit facta ẽt mentio ĩ in decis.
8 90. num. 11. ad aliud propositum, & quatenus hic dicitur † q̃
dolosa alienatio tm̃ reuocatur, qñ est facta sine assensu, aduertẽ quia Capy. in deci. 100. tenet contra, q̃ omnis alienatio facta sine assensu possit reuocari, sed pro opi. Affl. hic & Luc. de Pen. ultra alleganda ĩ in decis. 335. in 2. dubio, faciunt uerba And. in repet. cõst. reg. actor & reus, in uerb. feudũ, ubi dat cautelã, q̃ fiat uenditio, si rex consenserit; nam tunc priusquàm rex interpelletur non potest fieri reuocatio, hanc etiã opin. uĩ tenere Gram. in cons. 10. num. 14. in titul. ubi ẽt dicit semel tm̃
9 hãc reuocationẽ posse fieri. Idem in cõs. 149. ubi plus uoluit † q̃
requiratur sententia in reuocatione. Ego aũt incidenter ista practicaui in quadam causa illorum de porta cum illis de statu. Blasio in rubr. camera summariæ ann. 1550. cuius causæ actuarius Nardus Antonius dello Rizzo, de quibus latius in d. decis. 335 in 2. dub & in super quatenus & hic Afflict. uelit in uers. tñ istud ius reuocandi alienationem rerum feudaliũ sine assensu non transeat ad hæredes, nota bene nam contrarium decidit in d condic. reg. diuæ memoriæ in 8. num. & melius in-
10 fra in decis. 278. nisi saluando dicas † ista procedere in causa dotis, in qua hæres non potest reuocare, ut fuit in principio no-
11 tatum &c. Vlterius etiam in eo † quod Afflict. dicit dotem succedere loco legitimæ & alimentorũ ultra Bar. in l. Titio centũ §. Titio gño, affirmat Decius in consi. 106. pro tenui facultate, n. 3. ibi ẽt q̃ omnẽ grauamẽ reiici dẽt, late dñs Loffredus i cõs.
12 26. ubi ẽt † q̃ hãc legitimã filia ad hæredes uenientes ab intestato trãsmittat, hæc idẽ Boerius in deci. 62. circa hãc. n. 6. 1. parte, & in dec. 204 præsuppono. n. 11. & amplissime p Cassa. in cõ
13 su. Burg. fol. 271. nu. 1. ubi ẽt † q̃ si filia fuerit dotata, ualeat agere ad supplementũ legitime, & hoc si minus sufficienter fuisset dotata, de quo ẽt per Grama. in decis 102 & q̃ dos succedat loco alimẽtorũ Girar. in d. sing. Cyn & Bal in l. mater. C. de iure dotium, Ale. in cõs. 7. uisis & diligenter 2. uol. ubi Recen
14 tiores, ubi ẽt q̃ fructus legitimæ etiã debeantur † & pro his etiã adducit cons. Curtii senioris 39. 1. col. Ias. in l. cum is. §. mulier ff. de cond. indeb. Et insuper aduerte ad unum, quod sentit hic Affl. in uers. tunc talis reuocatio, q̃ sufficit clausula gñalis reuocatoria, qñ unum tm̃ præcedit, q̃ istud bñ põt procedere inter
15 personas extraneas † nam siquis cõficit unum testamentum, & mox aliud, maxime cũ clausula derogatoria, reuocatur primum l. 2. ff de iniust. rup. testa. inst. quib. mo. testa. infr § sed & posteriore. cum similibus traditis p Decium in cõs. 475. in cã quæ
16 Mantuæ. in prin. tñ inter liberos † an requiratur expressa derogatio primi testamẽti, uel p ẽm fiat reuocatio authe. hoc inter liberos C. de testa. & hoc qñ unũ tm̃ testamentum inter liberos præcedit. Affl. uĩ sentire quod sic, q̃ doctri. Bal in d. auth. hoc inter liberos, qui dicit, quòd qñ unum tantum præcedit, q̃ sufficit reuocatio gñalis, adde quòd ista est dubia opinio, nã Bar. in l. si quis in prin. testamẽti ff. de lega. 3. circa medium, uidetur sequi hanc opinionem in illa q. si testator dixerit, q̃ non intelligat reuocatũ primũ testm̃, nisi appareãt in 2 uerba, Aue Maria, q̃ si unũ testm̃ præcedit, & deinde sequatur aliud testm̃ cũ clausula derogatoria, q̃ uideatur reuocatũ primũ, sed contra

ista latius firmat Alex. & maximè Ias. in l. 2. ff. de lib. & posth.
expresse Soc. in cons. 136. nō fuit opus in 4. col. n. 14. in 2. uol. Gra
tus in consi. 90. in 2. uol. Decius in consi. 264. reuocatur in du-
bium, quos vide quia videtur bene dicere, sic olim audio iudi-
catum tēpore magnifici dñi Nicolai Mayoranæ regij antiqui
17 consiliarii mei affinis † & q̃ gñalis reuocatio non extendatur
ad contractus iuratos, ultra illa quæ fuerunt dicta in deci. non
nulla ēt ponūtur per Recentiores in consi. Ale. 27. 1. uol. ubi li-
mitant, qñ specialis reuocatio facta fuisset in 2. dubio uerò ta-
cto per Affl. hic an defunctus ualeat obligare bona hæredum
melius infra in deci. 200. nam dubia q. licet hic sicco pede per-
transeat, & ultra ibi adducta, q̃ defunctus ualeat hæredum bo
na obligare, affirmat Cap. in dec. 174. n. 15. ubi etiam declarat
18 † qñ societas ad hæredes transeat, & insuper quod hæres de
quo est sibi contrauentum, potest debitore accusare, qò defun
cto fuit iuratum pro se & hæredibus; ad quæ faciūt illa q̃ no-
19 tuit Bal. in l. certa C. ut in possessione lega. quòd † bona hære-
dum pōt capi, & contrahitur pignus prætorium, qñ hæres ip-
se non satisfaciat legata infra sex menses: de quibus plenius p
Nicosan. in tract. de pigno. in 4. membro secundæ partis fol.
58. num. 159. Parisius in consi. 2. 3. uol. q̃ hæres nō pōt contra
20 dicere nu. 55. bona uero † hæredū tutorē nō sunt obligata p
administratione male facta per tutorem ſm Coma. in cōs. 58.
quærit, an bona &c. Et q̃ habeāt hic iū uerò q̃ actioni personali
accedit hyp. faciūt ea q̃ noluit gl. & Bar. in l. si pignori. in uerbi
21 & econtra ff. de act. † q̃ cessa actione personali, vt etiam cessa
hypothe. de qua per eundem Nicosan. in 3. membro secundæ
partis nu. 23. fol. 125. & amplè per Boerium hoc affirmantem
in deci. 535. & quoad primā ubi etiam q̃ uideantur cessæ aliæ
actiones accessoriæ, q̃ erāt tpē contractus, sed istud non proce-
dit e contra, quia hypothecaria tam debitori, quam extraneo
pōt cedi sine actione personali secundum magis communem
22 sententiam eum in loco supra citato quando autem hypothe-
caria cū actione personali possunt simul cumulari, uel intentari, declarat idem in præcedenti decis. 534 & uidetur, & Cap. in
dec. 46. q̃ lata sententia super personali, non tollatur hypothe-
caria, nisi secuta effectuali solutione. Cæs. Vrsil.

DECISIO CXII.

De alienatione patris de bonis filii.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio feudi facta per patrem sua filii consensu in-*
teruenieante Regio assensu an possit per filium reuocari.
2 *Ius reuocandi alienationem feudi an transeat in succes-*
sorem, & in quo feudo habeat locum.
Feudum in quo uiuitur iure Francorum non potest per
patrem alienari in præiudicium primogeniti.
3 *Feudum paternum filius nō potest habere, nisi sit hæres,*
quamuis confecto inuentario adierit.
4 *Filius & hæres non potest contra factum patris uenire.*
5 *Feudum nouum quando dicatur, licet etiam sit paternū.*
6 *Feudum nouum potest alienari per patrem cum Regio as*
sensu sine filii consensu.
7 *Fiscus quod impugnare nequit, nec causam habēs ab eo.*
8 *Assensus Regis præstitus super alienatione feudi ita*
præiudicat Regi, quòd alienante sine descendentibus
mortuo non reuocatur per Regem.
Dominus consentiens uasallo feudum alienanti, uidetur
ius suum remittere.

INter dominam Lauram Pignatellam relictā quon
dam Thomasii Guidacii filii quōdam D. Cicci An
tonii Guidacii de Neapoli singularissimi legū docto
ris & famosi, tutricē Antonii Guidacii eius filii utiles
dominos terræ Mirabellæ ex una parte. Et magnificū
dñm Gasparem de Aquino ex parte altera. Vertit lis
in sacro Consilio super medietate cuiusdā territorii
seu Massariæ de pertinentiis dictæ terræ Mirabellæ.
In qua cā multa in facto & in iure fuerunt discussa.
Solū ego referā decisionem unius dubii, qđ mihi vr̃ di
gnū recitatione. Et dubiū ēst, ex quo quōdā dñs Ray-
mundus de Lautrico utilis dñs dictæ terræ Mirabellæ
uendidit cum regio assensu p necessitatē, ut satisface
ret certis suis creditorib. medietatē dicti territorii, siti
in ptinentiis Mirabellæ, dicto magnifico Gaspari p
1 unc. 30. ei solutis pe. dictum emptorē, † Verum talis
uenditio præiudicet Io. Bernardino eius filio, ut asse-
ritur, qui nō consensit in dicta uenditione. Et postea
mortuus fuit d. Raymundus superstite d. Ioan. Bernar-
dino, & dicti agētes post mortē Io Bernardini pdicti
sine descendentib. ptendunt se succedere in illo iure
ex Regia cōcessione. Et fuit cōclusum in hoc dubio.
Quòd aut istud castrū in persona Raymundi est feu
dum antiquū: aut est feudum nouū. Si est feudū anti
quū, aut est feudum ex pacto & prouidentia, aut hære
2 ditarium. † Primo casu, si est antiquū, quia dr̃, q̃ dictū
castrū Mirabellæ fuit patris ipsius Raymundi: & tunc
aut istud feudū est ex pacto & prouidētia, & cōfecto
inuētario poterit reuocare, ut in ca. Titius. si de feud.
fue. cōtrouer. cum cōcordan. ibi alleg. Idem si in eo ui
ueretur iure Francorum, qui nō potuit alienari per pa-
trem in præiudiciū filii primogeniti: ut est clara deci
sio And. de Iser in c. 1. §. hoc quoq; de successio. feu-
di. & iō habentes feuda antiqua, in quib. uiuitur iure
Francorum, nō alienant sine consensu filii primoge-
niti, & sine eius cōsensu facta ei non pıudicāt. Ego tū
uidi declaratoriā Regis Alfonsi primi de hoc. Sed di-
ctum feudum Mirabellæ nō est ex pacto & puidētia
nec in eo uiuit iure Francorum. Ideo istud caput non
facit ad hanc cām. † Si uero dictum feudum antiquū
3 est hæreditariū cōcessum sibi & hærediq. prout dicit
forma inuestituræ patris dicti Raymūdi. Et isto casu
ex quo filius non pōt habere feudum pīnum nisi sit
hēs, ut in c. 1. an agnatus, & in c. 1. §. 1. de c. qui curā uē
didit. & in c. 1. per Andr. de ali. feudi paterni, & in d. §.
hoc quoq; ēt q̃ fecisset inuentarium, nihil operatur
in feudo hēditario. ſm And. in d. c. 1. an agnatus, & in
c. 1. de ali. feu. pa. nō pōt filius & hēs patris uenire con
tra alienationem eius factam per patrem cū cōsensu
4 Regio: † quia filius & hēs non pōt uenire contra factū
patris, l. cùm a matre. C. de rei uend. l. q̃ a patre gerun
tur, de testa. mili. cū similib. hanc conclusionem ultra
And. de Iser. firmat Io. And. in additio. Spec. in titu. de
feudis. §. fi. in additio. q̃ incipit. dēt dicere, &c. q̃ ad p-
sens ppositū allegauit Ale. de Imo. in 5. uol. cōs. 28.
incipiēte, in cā, & lite uertēte. Igit sicut iste filius Ray
mundi nō pōt infringere dictam uenditionem factā
d. Gaspari, p consequens nec habent ius ab eo ex eius
persona. Secundo casu si feudū Mirabellæ in personā
dicti Raymundi est nouū. Et pfecto nouum dici pōt,
ex quo in regni inuestitura facta d Raymūdo adiecta
est noua qualitas, † & est addita noua forma, quia di
5 ctum est, q̃ dictus Raymundus habeat partem d. Ca
stri Mirabellæ stante pace inter d. Raymundū & Leo-
nettum Lautricū, & non stante pace nihil habeat d.
Raymundus & sic rōne huius nouæ qualitatis inuesti-
tura d. Raymundi in eius persona reputatur feudum
nouum, licèt fuit paternum. hoc uoluit Oldra. in cōs.
178. incipiente. Factum tale est, quidam nobilis. ubi
dicit, quod uidetur nouum feudum ratione nouarū
cōuentionum &c. Et dicit Bal. in c. 1. an agna. in 8.
col. q̃ noua cā facit nouum feudum. & idem dicit idē

Bal.

Bal.in l.imperialem.§.insuper.in fi.de prohi.feud. alie.
per Fed.& idẽ Bal.in l.i.2.col.ff.de rerum diui. & idẽ
dicit Paul.de Cast.in consi.232.& Bal.in cõsiliis suis.
117.incip. uerba inuestituræ. Idem dicit Bald. ꝙ quã
fit noua inuestitura: quia fit sub nouis pactis, vr̃ taci
tè feudum in manibus Regis inuestientis refutari. Et
deinde per regem ipsum refutantem de nouo inuesti
ri, in c.1.uer.3.istud vr̃ de alie.feu. & refert.& sequit̃
6 Frãci.de Aret.in cõsi.3.† Sed clarũ est, ꝙ pater habẽs
feudum nouum, si illud alienat cum consensu Regis,
filius nõ põt cõtradicere, ut firmat expresse And.ĩ c.j.
de aliena.feu.paterni.& Bal.in c.j.de uasal.decre.æta.
& Io.de Imo.in l.filiusfa.§.cum pater.in prin. ff.de l.
j.& in l.domus.§.fi.in fi.eod.tit.& in c.potuit.10.col.
de loca.& Ale.de Imol.in 5.uol.in dicto consi.28.igi
tur iste assertus filius Raymundi si fuisset uiuus, non
posset alienationem factam dicto D. Gaspari p suũ
patrẽ infringere, ergo nec alius successor. Et tãtò ma
gis, quia dictus Ioan. Bernardinus nunquam eo uiuo
cõtrauenit, & mortuus fuit sine filius, & fiscus ei suc-
7 cessit: & dicti actores habẽt cã a fisco. † Si ergo fiscus
nihil posset dicere cõtra d. Gasparem ergo nec habẽs
cã a fisco, ꝙ autem fiscus nihil possit dicere contra
Gasparem, patet manifeste: nam fiscus, uidelicet Rex
assentit uenditioni factæ d. Gaspari pro se & hrẽdib.
suis per dictum Io. Bernardinũ de medietate d. Mas-
sariæ, esto ꝙ uenditor postea moriat̃ sine descenden
tib. & fiscus ei succedat propter assensum præstitũ in
dicta uẽditione, non resoluit̃ dicta uẽditio per mortẽ
uenditoris sine filiis: ut cõcludit And. de Iser. in c.j q.
successo.teneant̃, & in c.1.§.& si clientulus.de ali.feu
di.& in c.1.§.qui ergo.de inue.de re ali.facta, & in c.j.
§.sed nec est alia.q̃ sit prima cã bene amit.& in d. l.Im
perialem.in fi.prin.& Pet.de Anch.in consi.62.ubi al-
legat bonum tex.in c.unico.de iure patr lib.6.& dicit
8 Bal.in d.c.j.de alie.feu.4.col † ꝙ quis põt alienare feu
dum de cõsensu domini: & tunc domino cõsentiẽte p̃.
iudicat̃ in totum, & excluditur ab omni iure suo: ut
dicũt Iacob.de Aret. Cy.& Bal.in l.totalem. ff. solut.
matri. ꝙ si dominus consentit uasallo uẽdẽti feudũ,
quòd vr̃ remittere totum ius suum. ad hoc bene facit
quod dicit Bar.in l.qui Romę.§ duo fratres.in 8.q.ff.
de uerb. obl. Ideo ex p̃dictis & aliis rationibus. Fuit
uotatum per sacrum Consilium, ꝙ dictus Gaspar ab
soluatur ab impetitione dictorum actorum.

ADDITIO.

Feuda de cõsuetudine regni Franciæ an alienari possint sine domini uoluntate, consulit Bertrand.parte 2.consi. 18.num. 4. Quæ in Francia uasallorum sunt patrimonia, idem parte prima, consil. 191, numer. 7. & adeo sunt alterata, ut redacta sint ad instar patrimoniorum, idem parte 1. consi. 276. numer. 7. Chassaneus consi.66.numer.1.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXII.

1 *Facta alienatione per patrem de feudo hæreditario cum assensu filius non reuocat, seu non potest contrauenire.*

2 *Filius quando fecit inuentarium, an ualeat contraueni re alienationi factæ per patrem de feudo hæreditario?*

3 *Iudicatur de feudo hæreditario sicut de aliis bonis testa toris, quod etiam uenit in petitione hæreditatis.*

4 *Filius etiam in feudo ex pacto, & prouidentia oportet quòd conficiat inuentarium, ut ualeat cõtrauenire alie nationi factæ per patrem, & in hoc filius est deterioris cognitionis quàm agnatus, uide &c.*

5 *In feudo nouo per patrem acquisito põt pater filiis præiu dicare, cum assensu uni filiorum prælegare.*

6 *In emph. acquisita per patrem pro se & filiis, an pater ualeat uni filiorum prælegare?*

7 *Per nouã qualitatẽ additã feudo an feudũ nouũ dicat̃?*

8 *Remissa fellonia uasallo si feudum iterũ ei re concedatur an feudum nouum dicatur in persona ipsius.*

9 *Cõsensus similiter præstitus præiudicat, nisi dicatur sal uo iure meo, ubi quod importat istud ius reseruatum, & reuocat 1. disposita.*

10 *Dominus directus si patiatur suum emphy. alium em- phyteutam facere, an sibi præiudicat tam circa deuolu tionem exinde faciendam quàm circa alia &c.*

1 Circa primam conclus. firmatã in p̃nti deci. † ꝙ facta aliena
tione per patrem de feudo hæreditario cum assensu dñi,
filius non possit contrauenire, conuenit And in c.1.in fi.q. suc,
tene.& in c.1.de ali.feu. pater.& in c. 1. an agna. Cap. in decis.
64.ubi hæc ampliat in dispositione ex testõ, nisi de cõsensu par
tium istud aliter fuerit, uoluit Alex.in d.consi.49. colum 4 in
uerb.obstat.col.5.latius Dec.in cons.185.in casu isto. nu 4. &
2 hoc qñ feudum fuisset hrẽditarium, & amplius † ꝙ in isto feu-
do hrẽditario, et ꝙ hæres confecisset inuentarium, ei non pro-
desset, ut possit cõtrauenire, & mouetur Dec. p cõsilia Ale. licèt
contraria s̃m eũ q̃d et sequit in consi.359.in eã magnifici. nu.
5. intelligendo tñ s̃p ut s̃, quando feudum fuisset hæreditariũ
3 ubi amplius asseuerat † ꝙ de tali feudo hrẽditario iudicat̃ sicut
de aliis bonis, & ꝙ ueniat in petitione hæreditatis approbatq;
hæc etiam in consi.445.in casu ad me transmisso. nu. 56. 468.
superiori anno num.30.& melius quàm alibi in cons.290. qm̃
ex facto.in fine nume.14. in uerbo non obstat, omnia semper
intelligendo, ut supra in feudo hæreditario quod potest pater
cum assensu domini in filiorum præiudicium alienare, & in
istis bene Decius dicit, sed quatenus uelit in eisdem consiliis,
ꝙ feudũ acceptũ p se, hæredib. & successorib. masculis, uel q̃d
uiuatur in eo de iure francorum, ubi est qualitas hæredi.& in
eo quod dicit, quod ubi feudum uenit a prædecessoribus dica
4 tur ex pacto, & prouidentia † & quòd filius alienans ualeat
contrauenire, quando alienatio fuisset facta cum assensu, etiã
non confecto inuentario cõtra illud, quod uult And.& cõiter
Scrib in d.c.1.an agnatus, ꝙ etiam in feudo ex pacto & proui-
dentia oportet filium conficere inuentarium, ut ualeat aliena
tioni factæ per patrem contrauenire, qñ est facta cum assensu,
in istis filius est deterioris conditionis, quam agnatus, in præ
fatis Dec. non bene fuit loquutus, & sacrum consilium in plu
rib. causis determinauit contrarium, ut notaui j. in deci. 140.
248. & cum præfatis melius conuenit Hieronymus Gratus in
cons.4.1.uol & Curt.Iun.in cons.155.in a.parte.Cap. noster in
5 d.dec.64. Circa secundam conclusionẽ † ꝙ in feudo nouo per
patrẽ acquisito ualeat ipse pr̃ suis filiis p̃iudicare, affirmat An-
dreas in cap.1.de feudo pater.si libellus.nu. x. ubi etiam ꝙ põt
pater cum assensu istud feudũ uni filiorum p̃legare, sicut põt
alienare, refert, & sequitur post alios Ias.in l.si col.ult. C.de iure
6 emphit.ubi etiam late disputat † an ista procedant in emphi.
stipulata per patrẽ pro se, & filiis? de quo latius per Soc.in cõs.
25 do Franciscus.nu.1.lib. & per Gratum in consi. 52. 1. uol.
Parisius in cõsi.98.quoniam.nu.10. & pro istis quòd in feudo
possit præiudicare, consuluit Ale.in cons.12 perspectis his in fi.
uol.1.& 28.in causa & lite uertente.uol.5 latius per Curtium
seniorem in consi.83. Deus pius Iesus Christus. colũ.1.& seq.
quem semper uideas. Dec.in consi.192.445 nu.7.& in aliis su-
pra citatis, quæ uera esse uidentur, licet Iacobinus in tract.feu.
uers.ex pacto.nu 2. fol.50. aliter uideatur uoluisse: dicens pa-
trem non ualere contra naturam feudi facere ipsum ad vnum
tãntum filium deuenire nulla facta mentione, si cum assensu
pater ipse hoc facere potest, sicut sunt termini nostræ q̃onis
feudi uerò hæreditarii acquisiti per patrem ipsius contempla-
tione, & in hoc non vr̃ dubium, sed in feudo acquisito filio, &
patri nõ patris contemplatione, ꝙ pater filio non ualeat præ-
iudicare. Dec. in cons.279 placet mihi num 3.& 4. sunt anno,
infra.in decis.393.& s̃m ista sunt intelligenda quæ uoluit idem
Dec. in cons.389.uisa longa, concordat Curtius in tract.feu.fo.
39.& Parisius omnino uidendus in consi.24 lib.nu.31. sunt tñ
ad hæc multa pro utraque parte adducta per opulentissimum
Tiraq in tract retracta.consa. fol 162.nume 23.& 55. qui tan
dem (nisi longo apparatu magnæ turbæ Doctorum hinc in-
de adductorum fallor) hanc uidetur amplecti.

7 Circa uerò tertiam cõclusionẽ †an ꝓ nouã qualitatem feu
dum nouum uel antiquum dicatur, & Affl. hic r̃ indistinctè
tenere ꝙ sic:sed ipse melius loquens in const.reg. cum circa iu
stitiæ.ait,nõ esse nouũ feudum nisi quoad illã nouã qualitatẽ
adiectam,& non in aliis,induciq; illa q. uoluit Dec.in cõs 53.
placet mihi, sequiq; r̃ in consi. 193. pro tenui facultate in q.
illa ꝙ ubi non reperitur alterata t.inuestitura,siuc natura feu
di,ꝙ in aliis remanet,qđ latius affirmat in consi.185.in cã &
est de præfatis gl.notabilis l. si peculiũ. § ære alieno. in uerb.
maneat ff.de peculio. uoluit An. in c j. de uas. decr.æta. affir-
matq; Boerius in decis.78. Lucas de Penna. Cur. senior in cõs.
8 49.in q.†si commissa fellonia per uasallum feudum iterum a
dño ei reconcedatur remisso delicto,si ex cã noua: uel antiquũ
dicat feudum ipsum habere ẽt r̃ conclu.ꝙ sic:nisi aliter appa-
reat ex inuestitura:hoc idem moderni in trac.crimi.maiestatis
in tomo 15 q.3.ubi ẽt si est dictum,ꝓ eo ut tui maiores tenebãt
feudũ, remanet antiquum,cum quib.conuenire u r̃ Gratus in
d.cõs 4.nu. 10. & nonnulla ẽt de pfatis ad utranq. partem ad-
ductis per eundem Tiraq.in d.trac.u.33.fol.210.qui citat Affl.
hic & in nu.38.42.sunt ẽt annotationes j.in decisi. 248.ubi de
monstratur Affl. hic & ibi non bene dicere in eo qđ dicit, ꝙ si
in feudo uiuatur iure francorũ, ẽt ꝙ sit qualitas pꝫo se & hrdi
bus ꝙ dicatur feodum ex pacto & ꝓuidentia & insuper in eo
9 qđ Affl. uult in fi. †ꝙ consensus simpliciter præstitus præiudi
cat,nisi dicat quis saluo iure meo, dicas esse casum in l. si debi-
tor.§. si in uenditione,alias est primus.ff.qui.modis pig.uel hy
pothe.de cuius intellectu,post And.in c. Imperialem.col.3.nu.
10.& in c.si facta.nu.3.si de feu defuo. fue. contro. late Rom.
in cõsi.94.uisis bis col.pen.ubi qñ hæc implicant contradictio
nem consentire,& ius reseruare, quæ multũ faciunt in mate-
ria assensus clausulæ,iuribus nostris, & alterius semper saluis
de quibus notaui infra.in decisio.355.de quo etiam ponit no-
ster Affl.in const reg.mulier quæ dotarium, circa fin.notat ẽt
10 Io. Faber in instit. locati. § adeo.col.2.in illa.q. †an si dñs di-
rectus patiatur suum emphi.alium nociuum emphi.facere,an
ei præiudicet circa redditum, solutionem, uel deuolutionem
faciendam,ꝙ non,qñ dictum saluo iure suo,& declarat And.in
c.1.§ præterea.nu.8.in add.de capi. Conra.late Soc.in cõsi.256.
2.uol.per totum,ubi quod extincto iure primi emph.extingui
tur& secundi quæ uide:sed melius articulus principalis deduci
tur per Nicosantiũ in suo tract. de pigno in 3. membro sextæ
partis,num 12. ubi signat undecim ampliationes ad regulam,
ꝙ consuetud. quis dispositioni rei suæ sibi pꝛiudicat, & duode-
cim limitationes in quib.non pꝛiudicat ad quem recurrendum
in casus facti contingentia: sunt ẽt annotationes infra decisi.
153.843,&c. & per Aym.in consi.15.num.2. quòd reseruatio
nil operatur nisi ad ius quod quis habet. Cæs. Vrsill.

DECISIO CXIII.

De tabulis exhibendis, & testamento falso non authenticando.

SVMMARIVM.

1 *Notario an inhiberi possit,ne testamentum extrahat de falsitate suspectum.*

2 *Practica quod testamentarii testes examinentur diligenter in suspicione falsitatis testamenti, & qualiter.*

1 FVit dubitatum:†si dicatur, quod testamẽtum est
falsum,& nullum,ꝙ est penes notarium,an possit
iudex parte petente mãdare notario, ꝙ illud non re-
assumat in formã publicã, donec aliter fuerit ꝓuisũ.
Fuit conclusum in Consilio,ꝙ fiat mandatum pęna-
le dicto notario,ꝙ dictum assertum testamentũ non
reassumat in formam publicam, donec aliter fuerit
ꝓuisum,& hoc per not.per Bar.in l.fi.in fi. ff. de tab.
exhib.†Et fuit hæc practica seruata per sacrum Con-
2 silium,ꝙ testes descripti in testamẽto exhibito in sac.
Consilio examinentur diligenter cum interuentu unius
cõsiliarii mediante infrõ uocatis quorum inter est, &
si testes ipsi dicãt in eorum dispositione in fauorem
testamenti:tunc detur licentia per sacrum Cõsilium
notario,ꝙ dictum testm̃ reassumat in publicam for-
mam. Si uero deponat contra testamentum,publicẽ
tur ipsi testes, & detr̃ copia eorum depositionum par
tibus:& detr̃ ipsis partib.terminus ad defendendũ suꝑ
ipsa reassumptione petita. Et proceditur super causa
petitionis hæreditatis intentatæ per hæredes ab in-
testato contra scriptos hæredes in testamento asser-
to, hæc practica fuit obseruata in causa testamenti
domini Martini Mariaalis per sacrum Consilium.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXIII.

1 *Testamento allegato falso & nullo, an debeat fieri mandatum notario, quòd ipsum nõ redigat in publicam formam,uel debeat originale deponi apud honestam personam, uel ædem sacram?*

2 *Quando aliquis prætendit se patrem alicuius puellę:ne possit insidiari eius pudicitiæ, si forte persona est suspecta, debet puella ipsa consignari alicui monasterio, quòd etiam admittitur, quando debeat explorari eius uoluntas, si uult aliquem in eius uirum.*

3 *In reassumptione instrumenti faciendæ debet pars citari,debentque 15. solennitates interuenire.*

4 *Iudex,quando habet testes suspectos de falsitate:potest non solum ipsos interrogare. Sed illaqueare si potest:itẽ aduocatus fouens bonam causam potest uti bono dolo ad partem conuincendam.*

1 IN hac decisione habetur †ꝙ quando testamẽtum allegatur
falsum,& nullum, ꝙ debet fieri mandatum notario, ꝙ il-
lud non reassumat in publicam formam,donec fuerit ei da
ta licentia reassumendi cã cognita ſm quod dicit Bar.in l.fi.ff.
de tabul.exiben.uide(si placet)nã Bar.(si bene inspexi)istud nõ
dicit tm̃ ait,ꝙ qñ petitur instrumenti exhibitio, & negatur in
strm̃ fuisse confectum,uel aliquod capitulum ibi non contine
ri,& sic tractatr̃ de uiribus scripturæ, ꝙ tunc, citata parte,& cã
cognita,debeat fieri ista exibitio, siue redditio instri.Sed bene
tex.d.l.fi. uidetur istud probare iuxta lecturam secundam fir-
matam ibi in glo.dum dicitur, ꝙ quando prætenditur falsitas
testamenti ratione legati ascripti ꝓ scribente testm̃ sibi ipsi, ꝙ
tunc non habeat locum titulus ad exhibẽdum, sed debeat depo
ni ad euitandum forte uitiationem apud ædem sacram, uel
uirum honestum, donec discutiat falsitas, & causa amissionis
legati.cui tex.similis.l.deinde.§.in hoc interdicto ff. de lib. ho.
exib. per quem Aym.in consi.190. quod in præsenti consuluit
2 †quòd quando aliquis se dicit patrem alicuius puelle & timet
forte de eius pudicitia, quòd donec de præfatis liqueat, quòd
puella debeat deponi, seu matris consignari penes aliquod mo
nasterium,quod etiam admittitur,si debet explorari ipsius uo
luntas, si uult aliquem in eius uirum, prout etiam affirmat
Cassa.in consuet But des succions,rub.7. fol.272.num. 24.in
3 uer.& si filia,& quod quando tractatur † de reassumptione in-
strumenti, debeat pars citari, & aliæ quindecim solennita-
tes interuenire,ponit hic Affl.in consti.reg.baiulos omnes uu.
100.nouissime Gramma.noster in decisio.106. in causa, & in-
4 super quando dubitatur † quod testes non dicant ueritatem,
possit eos non solũ interrogare, sed illaqueare, si potest circa
circunstantias interrogandos & de aliis etiam non facientibus
ad causam:sicut aduocatus fouens causam iustam potest uti
malitia,siue bono dolo ad circuoueniendum aduersarium, de
clarat late Decius post Alexand.in l.qui totam.ff.ad Treb. in re
gula ea est natura.ff.de regu. iuris, latius Couarruuias in suis
disp.q.& insuꝑ nota, quia hæc decisio r̃ de directo contraria
alteri decisio. infra nume. 165. quomodo possunt procedere:
sunt ibi annotationes. Cæs. Vrsil.

DECISIO CXIIII.

Si sæpius in integrum restitutio postuletur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutus in cã principali,an restituẽdus in ꝓcessu executiuo liquidationis si sit minor,uel mulier uel ecclesia.*

Restitu-

Restitutiones pendente lite postulatæ non curant læsionis probationem.

1 *Restitutiones plures etiam minoribus concedere non est licitum.*

Beneficium restitutionis in principali causa concessum, non impedit secundum concedi in causa liquidationis.

3 *Renunciatio & conclusio nihil obstant, quo minus læso minori secundum beneficium concedatur.*

IN Sententis diffinitiua aliquid fuit reseruatum liquidari post s̄niā, † utrum dato termino ad probandum super liquidatione & facta publicatione in cā si una ex partib, est mulier, uel minor, uel ecclesia, & petat primum beneficium super liquidatione, si sibi sit cōcedendum & q̄n ille restitutiones petuntur, pēdente lite de iure non est necesse probare læsionem, ut dicūt Math. & Paul. de Leaza & Card. in 20. q. in Clem. de testi. in integr. sed sufficit læsionem allegare. Idem Bar. in l. 2. ff. de inte. resti. Et fuit decisum in Consilio, q̄ si primum & secundum bñficium fuit concessum in cā principali ante diffinitiuā s̄niā, q̄ non est concedendum, nec primum, nec secundum bñficium, q̄a essent plures restitutiones, † quod non est licitū: ut dicit Bal. in l. j & 2. C. si sæpius in integrū restit. postulet ur. & Andr. de Iser. in constit Regni, obscuritatem. si aūt in cā principali nō est cōcessum nec primum. nec secundum beneficium. q̄ debet concedi in cā liquidationis: & si unum tm̄ fuit concessum in cā principali, pōt cōcedi secundū beneficium in cā liquidationis: quia cōclusio & renuntiatio in cā non hēt obstare, † quia hoc ipso q̄ renūtiauit, est læsus: ut in l. interdū. & l. si iudex ff. de minor. & tenet Andr. in dicta cōstit. obscuritatem. Et ita fuit postea bis determinatum in Consilio in diuersis causis: ut patet supra deci. 35.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXIIII.

1 *Minor litigans per procuratorem cum iuramento an habeat beneficia in causa.*

2 *Minor in causa possessorii licet habeatur loco maioris: tamen ei non negantur beneficia.*

3 *Carpitur Gram. nolens, quòd mulier litigans per procuratorem, ab ipsa constituto cum iuramento quod non habeat beneficia ad pingnius probandum.*

QVod bis tm̄ concedantur uni personæ beneficia in cā, & si duo beneficia fuerunt concessa in ipsa cā principali, q̄ non sit dandum aliud in causa liquidationis, qd̄ qualiter procedat, fuit explanatum ī in deci. 35. & sic est casus in quo minori † non conceditur beneficium, alium casum in quo minori non conceditur beneficium ad pingnius probandum, ponit Bart. in l. minore. la 3. ff. de mino videlicet quando ipse litigat per procuratorem ab eo constitutum cum iuramento, nā tunc ratione iuramenti præstiti per eum quod facit ipsum maiorem: negatur beneficium, quod etiam noluit Gui Pa. in dec. 35. si adultus. uidetur sequi Iaso. in repe. auth. sacramenta puberum. in antepenul. colum. in uer. nota perpetuò. C si aduer. uend. Boer. in decis. 92. & uidetur q̄, sed contrarium affirmat Bald. in d. auth. sacramenta puberum, & latius. in consil. 309. Quæritur utrum adultus. & 310. 2. lib. rationib. & argu. multis quib. non respondens scrib. in locis supra citatis, licet Boer. in d. dec. 92. pro parte contraria eum inducat, corruptè tamē in ua. sed nota, q̄ dum ista quæstio fuisset de facto. obtinui cōtra decretum mag. cur. vic. facto uerbo in sacr. consi. q̄ non obstante, q̄ minor fecisset procuratorem in causa, & iurasset gesta per ipsum procuratorem obseruare, q̄ nihilōminus habeat beneficia in causa, & sic contra in opin Boer. & aliorum supra citatorum, & secundum opin. Bal. in d. cons & istud in causa illius de domo battimello com Iac. Anello Romano cuius cām actuarius est Vic. Longus anno 1554. die 20. Octob. & ego ultra adducta per Bal pro ista parte dicebam, quòd licet ratione

2 iuramenti minor efficiatur maior; tm̄ hoc non est perpetuum; nam minor in causa possessorii habetur pro maiore, & tamen non negantur beneficia, prout uoluit gl. & Bal. in l. C. si de momen. poss. fuerit appella. refert, & sequitur Ias. in d. authen. sacramenta puber. colum. 13 Capy. in deci. Quæ ut uera fuerunt

3 ut supra, approbata † licet contrarium uideatur uelle Gram. 20 consi. . . in ciui. loquens in muliere quæ litigauit per procuratorem cum iuramento, quod amittat beneficia, & male ut supra uidens. Cæs. Vrsil.

DECISIO CXV.

De scripturis publicis impugnatis probandis post conclusionem in causa.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ publicæ productæ non planè comprobatæ, quæ post causa conclusionem improbantur, an possint defendi & pars ad illas comprobandas ueniat admittenda.*

2 *Conclusio causæ, tacitæ uidetur reuocota in admittendis post conclusionem articulis.*

Iudex tacite uel expresse pōt suā reuocare īterlocutoriā.

1 IN causa illorum de Percatlis fuit excitatum, † si

2 ante conclusionem a in causa sunt præsentatæ scripturæ, quæ indigent cōprobatione, deinde partes fecerunt conclusionem in causa, demum pars quæ p̄sentauit scripturas, uidet, q̄ ille scripturæ impugnantur, petit terminum ad ipsas comprobandas. Vtrum talis terminus sit dandus. Fuit determinatum in Consilio ad ueritatem indagandam rescisa dicta conclusione tacite: uel expresse ex causa iusta, ut dicunt do

2 mini de Rota, decisio 5. † quod si post conclusionem admittuntur articuli, tacite uidetur reuocata conclusio. & patet in decisio. Bellamer. in decisio 55. & decisio 57. Nam iudex tacite uel expresse potest reuocare suam interlocutoriam. ca. cum cessante, de appella. l. quod iussit. ff. de re iudi. Ita expresse firmat Abb. Sicul. in ca. quoniam contra. in 9. col. in glo. in uerbo, productionis. de probationi. quod detur terminus ad impugnandum & comprobandum dictas scripturas. Et hoc potissimè fuit decisum auctoritate decisionis Rotæ. 6. arg not. per Inno. in cap. illud. de præsump. & de uerb. sign. cap. ueniens. Sed si ille scripturæ fuissent priuatæ. Sacrum Consilium subsistit, ut melius & maturius deliberetur.

ADDITIO.

a *Conclusionem.*) An post conclusum in causa detur terminus ad probandum scripturas productas ante conclusionem uide in decis. 27. 216.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXV.

1 *Pars quæ patitur fieri conclusionem in causa, an uidetur sibi præiudicasse, in tantum quòd non ualeat scripturas impugnare, ex quo post cōclusum nemo loquat.*

2 *Multa possunt fieri per iudicem ex causa ei uisa, non obstante conclusione in causa. q poterit dare terminum ad impugnandum scripturas præsentatas.*

DE hac dec. q ad corroborationem scripturarum publicarum debeat dari terminus magis late, sunt annot. ī in decis. 271 & 272. fuerunt ēt aliqua signata ī iu deci. 53. uerū quia in ista deci. uř solum nouum induci, q non obstante quòd istę scripturæ publicæ fuissent præsentatæ ante conclusionem, q post conclusum uitā ualeat pars petere terminum ad earum
2 comprobationem, de quo uidebatur dicendum contratiū † ee quo par. q fuit passa fieri cōclusionem, uidebatur sibi præiudicasse, ā attulisse ex illo: quia post cōclusum nemo loquatur, ēt in p̄sentadis scripturis, loquendo tñ de iure communi. c. significauit. ibi gl Fel. & omnes, de testibus c. cum dilectus. de fid instr. Alex. in consi. 72. circa id de quo supra. 1. col. uol. 4. ubi dubitat si pōt opponi exceptio defectus mandati, & dicit q sic, sed dicas istud ex causa per iudicem fieri posse non obstante conclusione, ut notat Fel. in d. cum dilectus. in 1. limitatione, ubi ēt allegat istam decisionem Roi. 6 ad d. actam per Afft. hic, & cons. Rom. 76. istæ sunt responsiones, qui quasi per totum cōsiliū
3 loquitur de nonnullis, quæ † possunt per iudicē fieri nō obstāte cōclusione in causa & maxime circa examen principalis, de quo ultra allegata per hunc. Afft in const. reg. partes in iudicio & in rub ipsius const. fuit aliquid notatum ī. in decis. 85. nu. 6. ego ista contēta in hac decis. in plurib. causis practicaui, & signanter in quadam cā cuiusdā dñi Federici Siniscalchi, in qua fuit datus terminus in sacr. cons. ad impugnationem, quod est plus, scripturarum ante concl præsentatarum per mag. Io. Thomam de Minadois I. V. D. & R. g. consiliarium sac cons. Neap. anno 1555. cuius causæ actuarius est Ioseph Manchusius, & similiter istud postea fuit in praxi obtentum causa D. Constantini Castriotæ, cuius causæ actuarios est Io. Nic Lon. in eo. sac. cons licet contra uideatur asserere Capy in deci. 68. si bene exse uideas &c. nō mihi fas in omnib. falcem immittere. Cesf. Vrs.

DECISIO CXVI.

De restitutione rebellis ad feudum amissum alienatum surreptitiē.

SVMMARIVM.

1 *Rebellis ad feudum amissum & alienatum restituitur pro bono pacis.*

2 *Exceptio dominii non admittitur in iudicio restitutorio & quid si prompte probetur.*

3 *Surreptio in rescriptis committitur per suppressionem ueritatis & expressionem falsitatis.*

4 *Difficilius concedi per principem intelligatur & exponatur.*

5 *Exceptio conuenti dubii non releuat opponentem contra probantem possessionem & spolium.*

Spoliati per literas regias remedio possessorio conueniri possunt.

6 *Surreptio fundata super uno articulo non uitiat totum priuilegium restitutionis plenariē sed articulum solū.*

PRinceps Bisignani alienauit quoddā feudum paternum cum consensu sui filii primogeniti cuidā nobili pro certo pretio, & tradidit, & interuenit Regius assensus, demū tā emptor, q uenditor ipsius feudi, & ipse primogenitus cōmisetunt culpā contra Regem huius Regni, p q feudum & totus status eiusdē principis deuolutus fuit ad Regem, & ipse Rea posse dit dictum statum persistente illō primogenito in rebellione post mortē patris, ipso adhærente Regi Francorum, hosti Regis Ferdinandi secundi: dictus princeps primogenitus recuperauit statū suum & dictum feudū tpe Regis Caroli dominātis in Regno. Rex Ferdinandus secundus deinde recuperauit Regnū, & eo dominante uendidit illud feudū Petro Baccario, & tradidit, & eo tenēte & posidēte princeps Bisignani cōcordauit se cū Rege Ferdināndo scđo, & pro bono pacis restituit eū ad bona feudalia alienata, & ad feudum alienatum d. Petro Baccario, & ad integrum sta
1 tum suum. † q restitutio de iure p bono pacis & bono publico post fieri, ut dicit Alc. & ibi concor. in l. fi. C. de sen pasl. is. in apostil. Et ego dixi in c. j. de uasallo decrepitæ ætatis. Et sic princeps uigore dictæ restitutionis capit possessionē dicti feudi, spoliādo de facto d. Petrum Baccarium, ut dicit unus testis, licet apparet, q fuit inductus in possessionē auctoritate com missarii Regii deputati ad restituendum principem ī possessione sui status & dicti feudi. Modō d. Petrus agit interdicto recuperādi possessionē dicti feudi, de qua dicit se spoliatū, & pbat se possedisse uirtute dictæ emptionis, & spoliatum fuisse a d. principe, ut supra dictū est. Dubitat an obstet exceptio. q ipse princeps est restitutus a rege ēt ad bona alienata per con
2 tractū ob statum publicū & bñficium pacis. † Et uidebat, q ista sit exceptio dominii, q̄ regulariter non obstat agēti possessorio recuperāde possessionis: ut not. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. Et licet sit dubiū q si in pmptu apparet de exceptione dñii, an impediat restitutionē, de quo in d. §. nihil commune. & per And. in constit. Reg. uiolentia. cum concor. q ibi al. eg. Tō posito sine præiudicio ueritatis q dicta exceptio dominii in promptu probata impediat restitutionem possessionis. Dubium est, an dictus princeps sit restitutus ad dictū feudum, ex quo tpe dictæ restitutionis dictum feudum fuerat alteri alienatum per dictum principem pfato nobili, qui fuit rebellis Regis & ppea deuolutum fuit dictum feudum ad Regē, & sic nō erat de statu principis, & licēt dicat in restitutione, q restituit principem ēt ad feudum alienatum Petro Baccario, hoc intelligit, si feudum fuisset ipsius principis: & nō si fuisset alienatum per principem: fuit. n. in dicta restitutione facta principi suppressum Regi, q dictum feudum per rebellionē illius nobilis q emit a principe feudum fuit deuolutum ad Regem, & p rebellionē pdictā feudū
3 uenit in posse Regis. † Itē fuit expressum mendaciū, q dictum feudū erat de statu suo & consequenter quātum ad hoc feudum illa restitutio dr̄ surreptitia, & nō extendit ad hoc feudum uēditum Petro Baccario unde stāte suppressione ueritatis, & expressione falsitatis & mendacii, d̄ cta restitutio nō cōprehendit dictum feudū existēs in posse tertii, iuxta notata in lege pscriptione. C. si cōtra ius uel uti. pub. & in c. super literis. & in c. postulasti. de rescri. Item dicta restitutio fuit surreptitia: quia non expressit illud, qđ si fuisset expressum, difficilius concessisset princeps: ut not in
4 d. c. postulasti. † Et qñ dicitur, q difficilius concessisset, dicit Lapus allegatione 89. q colligit, si princeps fuit consuetus, illa facere, non dr̄ difficilius, si autē non est consuetus, dr̄ difficiliter. Vnde cum in casu nostro nō repēritur, q princeps sit solitus restituere rebellem ad bona quæ ipse delinquens per prius alienauit: sed solum. consuetus est restituere bona rebellis, & alienata per principem ad quem deuenerunt ex cā rebellionis ipsius restituti & non repeteritur, q sit solitus restituere bona per prius alienata per contractū, ut supra igit dicen, q nō dēt extendi ipsa restitutio ad hūc casū, & hoc efficit q facit dubia exceptio

oppo-

5 opposita per principẽ Bisignani. †Et ppea exceptio
conuenti dubia non releuat opponentẽ contra pro-
bantẽ possessionẽ & spoliũ. Et ideo princeps debet
cõdemnari ad restitutionẽ possessionis feudi una cũ
fructib. & expensis. Nã illi qui spoliant mediantib li-
teris Regis, pñt conueniri remedio possessorio, ut in
l. meminerint, & l. auctoritate. C. unde ui. Et quia so-
lum possessoriũ fuit deductũ, fuit reseruata exceptio
dñii dubii in cã proprietatis, & declaratũ q non fuit
intentionis regis iuri tertij pĩudicare. Nec per hoc
cætera contenta in priuilegio restitutionis plenariè
6 factæ d. principi Bisignani annullatur: †quia illa sur
reptio non fuit causa obtinendi omnia, sed solũ illud
capitulum ut dicit do. Abb. in c. sedes. per c. super li-
teris. de rescrip. & do. Ant. in c. exhibita. in fi. de iudi.
Et ita fuit per omnes uotatum nemine discrepante.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXVI.

1 *Princeps ex causa dat restitutionem etiã ad bona alie-
nata: tamen non intelligitur ad bona alienata per ip-
summet delinquentem.*

2 *Notorius defectus proprietatis obstat agenti recuperã
da: & quando in possessorio omnia sunt æqualia, quid
agendum.*

3 *Facta venditione unius rei duobus, an præferatur ille,
qui prius habuit rem per constitutum?*

IN hac decis. concluditur, q restitutio etiam pro bono pa-
cis a principe concessa non extendatur ad bona per prius
alienata per ipsum delinquentẽ, nota quia cõtenta in ista
decis. faciunt ad limitationem eorum quæ sunt ⁊. in deci. 361.
circa fi. ubi hr, q pro isto bono pacis princeps põt restituere et
1 ad bona alienata †non admittitẽ ad bona alienata p prius per
hunc delinquentem. Item qñ principi fuisset obreptum, uel
subreptum, his tñ obreptionib uel subreptionib. quas si ueri
similiter sciuisset, non concessisset maxime in gratiosis, in q-
bus minima subreptio uitiat c. si eo t pe. de rescri. in 6 cum si-
mil adductis per Aym. in consi. 68 proponit q sacrista ad quo
rum ẽt corroborationẽ ẽt faciunt ea quæ scripta sunt infra in
dec. 403 ubi inter alia fuit conclusum, q restitutio ista, ẽt pro
bono pacis, nõ se extendat pro uitiosis possessorib. siue eis nõ
fauet: nam strictè intelligit, & quæ sit explanatio istius resti
tutionis: multa ibi quæ non reperiunt in loco isto, & dñ Affl.
2 hic in uerb. & licet sit dubiũ: uideas dubitaret an exceptio dñij
in prõptu obstet agẽti recuperãdæ: & sic notorius defectus p
prietatis, & ⁊. in decis. 14. col. j. in interdicto quorum bonorũ
fuit conclusum q sic ex nonnullis auctorita. ubi ẽt qñ dicat
aliquid in promptu constare, & in recupe. in interdicto q ob-
stet notorius defectus proprietatis: affirmat Decan consi 191.
in causa quæ agitatur, circa finem, & dicit cõem; dãdo tñ ali-
quas limitationes. istud ẽt late Boerius in dec. 238 & ui q sic,
& 239. ubi etiam declarat, qõ in isto possessorio omnia sunt
æqualia. Quid dicendũ? sunt etiam annotationes in deci. 203.
ego autẽ pluries practicaui, q exceptio notorij defectus pro-
prietatis excludat agentem recuperandæ. & maximè in qua-
dam causa cuiusdã Anelli de aurificio qui emerat quendã an
nuum redditum a quodam Io. Fran. Stinca, qui constituit se p
constitutum dictum annuũ redditum tenere &c. qui Io. Fran.
eundem redditũ mox, siue deinde uendidit quibusdã monia-
lib. & easdẽ posuit in possessione seu quasi per solutionem ip
sius redditus. petebant propterea seipsas conseruari in posses
sione iuxta ẽt decretum interpositum de præfatis p mag cur.
uic. in eorum fauorẽ in possessorio: dixim sacr. regio cõs. in-
troducta cã in eodẽ per remediũ appellationis decreto pfato
mag. cur. nõ debere conseruari in possessione: ex quo notoriè
cõstabat de non iure ipsarũ monialiũ: ex quo dictus Anellus
pprius emerat dictũ redditũ, & p dictũ cõstitutũ debebat præ
3 ferri dictis monialib †nã facta uenditione duob. ille debet p-
ferri: qui prius hẽt possessionẽ: ẽt per constitutum, ut l. quo-
ties C. de rei uend. & ibi Ias. in 5. limitatione Dec. in cõs. 247.
in causa magnifici Tiraq in suo tracta. de consti posse. in prin
cip. nu. 21. & ita postea fuit iudicatum, reuocataq; snia mag.
cur. uic. per magnificum Io Thomam de Minadoys, cuius cau
sæ actuarius fuit Thomas palumba anno 1554 Cæs. Vrsil.

DECISIO CXVII.

De promissione causata ex laudo nullo homologato.

SVMMARIVM.

1 *Promissio ex laudo nullo homologato tenet.*
Laudum latum super non compromisso nullum est.
2 *Laudũ latum extra cõpromissum non potest homologa
ri, nec ualet auctoritate partium ordine prætermisso.*
3 *Obligatio efficax oritur ex promissione super præceden-
ti obligatione, & in uim constituti transit.*
4 *Promissio facta ex certa scientia de eo quod non tene-
tur, ualet.*
Iurisdictio ad unã rẽ quando possit ad aliam prorogari.
5 *Laudi executio quando peti possit, licèt compromisso nõ
doceatur.*
*Laudum nullum non potest ratificari, ut ualeat in uim
laudi, sed pacti.*

1 PRomissio †facta & causatã ex laudo nullo homo
logato ualet & tenet, nec põt dici erronea, eo q a
laudũ latum est sup re, de qua nõ fuit cõpromis
sum, & sic laudũ nullum. l. non distinguemus. §. de of
ficio. ff. de arbit. & no. Alex. in 2. uol. cons. 124. q ua
lebit uirtute promissionis & pacti per not. in l. 2. C.
cõ. utrinsq; iud Nec obstat, q laudũ nullũ nõ potest
homologari: ut dicit Bal. in lit. de pace Cõstãr. §. sin̄e
2 quoq;, dicens, †q laudum latum extra cõpromissum
non põt homologari. nec ualet auctoritate partium
ordine ptermisso: ut in l prolatam. C. de sentẽ & in-
ter. om. iud. Quia licet laudũ & homologatio sit nul
la. tñ promissio tenet. nam licet cã promissionis fuit
laudũ. tñ ex quo promissio orit ex cã diuisionis bono
rum & sic super pcedenti obligatione ẽt, q illa præ-
cedens obligatio esset inefficax. tñ oritur efficax obli
3 gatio ex promissione, †& transit in uim cõstituti: ut
in l. 1. & l. Titius ff. de constit. pecunia. Item quia ista
pmissio facta fuit ex cã diuisionis factæ, licèt cã pro-
ter quã fuit facta diuisio, profuit laudũ nullum, & fa
cta fuit ex certa scientia, licet promissio facta de eo
ad quod quis non tenet, psumitur erronea, quia si p-
betur certa scientia, ualet: ut dicit Ale. in 1. uol. cons.
13. Nec ẽst probatum, q ad dictos 11 ducatos tene
batur. Ideo nõ psumitur erronea, sed facta ex certa
scientia. Præterea licet cõpromissum fuit de certis re
4 bus, & laudum de aliis reb. †tñ potuerunt partes taci
te prorogare de istis aliis reb. ut firmat pulchrè Bal.
in l. 1. 4. col. C. si a non cõpe. iudi. ubi dicit no. q iuris
dictio ad unã rem põt prorogari ad aliã, secus putat
in prorogatione formæ, & in prorogatione de pso-
na ad personam: ut ibidem per Bal. in 2. col. & idem
Bal. in c. 1. de inuesti. de re. alie. fac. Et in c. 1. §. ad hæc
de pace iura firman. Et in specie hoc idẽ firmat Alc.
in 5. uol. cons. 84. incip. super cõsultatione pro hoc al
5 legat Ang. in l. sciendũ. ff. de uerb. obl †ubi dicit, q si
arbiter tulit sniam partib. præsentib. & homologãti-
bus, poterit peti executio laudi, licet de cõpromisso
nullatenus doceatur: quia partes tunc potuerunt fa-
cere illum arbitrum, sed non potuerunt eum facere
iudicem

iudicem ordinarium uel delegatū: ut clarè per Alex. ibi & sic d. Bald. ut suprà relatum non est uerum, qn̄ intelligeremus eum ꝙ non pōt ratificare laudū nullum, ut ualeat ut pactū: sed bene est uerum, ꝙ nō potest ratificare ut ualeat ut laudum. Et sic concordat supra dicta doct. Ang. & Alex. idem dicit Lud. Rom. in consi. 175. quod incipit, dictū ultimum laudū &c.

6 †ꝙ laudum nullum non potest ratificari ut ualeat in uim laudi, ut in capite examinata. de confirmat. uti. uel inuti. quem allegat Bald. in d. §. sententiæ quoque bene: tamen partes possunt facere quòd laudum nullum ualet in uim pacti, per non . in l. 2. C. commu. utr. iudi. nisi altera pars non obseruasset: quia frangenti fidem fides frangatur eidem, ut in cap. peruenit. cum concor. de iureiurando.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXVII.

1 *Laudum nullum potest acceptari uirtute pacti, itē promissio facta in iudicio habet executionem paratam.*

2 *Ex sola lectura laudi coram partibus non contradicentibus, an uideatur facta approbatio compromissi. Item si quis recepit bona, an uideatur laudum ipsum approbare?*

3 *An ad approbationem compromissi requiratur stipulatio. Item quòd non sit ductus errore ad illud approbandum.*

4 *Sententia nulla ex defectu iurisdictionis an possit à partibus approbari. Item an possit à principio pacisci, ꝙ stetur sententia alicuius appellationi renuntiando?*

1 QVòd laudum nullū ualeat †a partib. approbari, non ut ualeat ut laudum, sed in uim pacti, siue promissionis, & sic cum hac decis. concordat Bald in l. tale pactum § qui prouocauit col 4. ff. de pact qui ēt ait, talem promissionē factā in iudicio habere executionem paratam, idē Abb in consi. 92. Christi nomine inuocato contra sententiam. 1. lib. Cor. in cōs. 2 259. quærit à me, in littera n 3. uol. qui etiam id approbat †qn̄ fuisset facta lectura laudi in præsentia partium, ꝙ uideatur facta approbatio compromissi modo quo ibi per ipsum istud idem magis in specie in cons. 125. aspectu. in litera f. 2 uol. ubi etiam ꝙ ex sola prolatione laudi coram partib. præsentibus, & non contradicentibus, si sit ista approbatio potestatis laudi, siue iudicis, & si nulla, de quo aliter uī sentire Bal. in consi. 309. cum essent plures fratres 1. lib & habetur etiam de his ꝑ eundem Corneum in consi. 140. uiso puncto in litera g. & per meum Afflictum in præl. consti. reg. in 9. q. idē Soc. in consi 220. uiso compromisso, in 2 uol Aym. in consil. 237 frater dum in 3 ebione ageret, qui inquit, ꝙ qui accepit bona, tēi per laudum addicta, siue adiudicata, laudum n. ipsum censetur ratificasse, in nu. 2. uol 2. sic dicunt hi scribentes. Decius uerò in consil. 457. in causa quæ Mantuæ. nu. 33. & idem in regula quod ab initio. ff de reg. iur. requirit in his stipulationem ad approbationem laudi. Item ꝙ quis non sit errore ductus. Item illud, ꝙ ratificetur, si sit res quæ dependeat à nostra uoluntate, nam si non dependeret à nostra uoluntate, ut si fuisset facta cōuentio de approbādo testm̄ alicuius, quod quis pōt usq; ad mortem reuocare, tunc non ualeret approbatio, quē uide, citat aliquot de supra adductis doctor. & nonnullos alios, ultra etenim dicta per ipsum tacitū ad limitationē aliquando supra, ꝙ non semper uideatur facta approbatio actus nullius, ut qn̄ nō dependeret à nostra uoluntate, cuius dicta ut cōfirmat Soc. in laudo homologato ꝙ ex iusta cā rescindat in consl 662 4. uol. nu. 9. & Aym. in cons. 19. pro clariori declaratione n. 6. ubi in præfatis requirit cōsensum expressum in iudicialib. inualidis. Nec sufficit ꝑ uerba enunciatiua, quē uide, si expedit in casu 4 obrigēti. Sed ultra hæc † an snīa nulla ēt possit à partib. approbari, renuntiando appellationi & nullitati post annot in deci. 91. num, 12. dicas ꝙ sic, prout firmat Ang. in consi. 187 hic prēstus per casum claris l. si. quorū app. non recip. & in si. & illud maxime qn̄ fuisset promissum cum iuramento, latè articulū disputando, cū aliquali modificatione ēt in nullitate, hoc approbando ēt in cons. seq. q̄ procedant nisi snīa fuisset lata diebus feriatis in honorē Dei. Pau. de Ca. in d. l. 2. C. cōm. utri. iud. Ias. in l. t. 1. col ff de feriis Et de approbatione ēt snīæ not. etiā Aym in cons. 103. nu. 12. uisis multiplicib. &c. In quib ꝙ hæc non procedant in arbitro, & Curt. Seni. in consi. 66. super præmisso. col 16 & insuper in præfatis adde ꝙ si non confirmare snt sententia nulla à partibus in uim pacti, ꝙ solus princeps confirmat sententiam nullā & tollit effectus sententiæ And. in c. 1. de uas. decret ætatis num 4. Cæs. Vrsil.

DECISIO CXVIII.

De interdictis, & de libello continente duo remedia possessoria.

SVMMARIVM.

1 *Possessoria duo adipiscendæ & restituendæ possessionis an possint in eodem libello cumulari, & ad inuicem concurrere.*

Libellus interdicti quorum bonorum, quam conclusionem requirat.

2 *Interdictum restituendæ possessionis competit hæredi.*

Interdictum adipiscendę quando debetur hæredi.

FRater dicit se debere & posse succedere fratri in feudo, & obtinuit inuestiturā à Rege. Et qa frater suus fuit spoliatus possessione dicti feudi, pe-
1 tit restitutionem dicti feudi. †Conuentus replicat, ꝙ iste libellus continet duo possessoria remedia, uidelicet adipiscendæ. & restituendæ possessionis, quæ ad inuicem sunt contraria, & non pñt cumulari, per ea quæ not. Bal. in l. incerti. in 11. q. C de interdict. Itē qui etiam in libello quorum bonorum, cōcluditur: ut restituat possessionem, ut dicit tex. in l. 2. C. quorum bonorum. & patet in forma libellandi in interdicto quorum bonorum, quā ponit Spec. in tit. de te sta §. nunc dicendum. in princ. Tandem per sacrum Consilium unanimiter fuit uotatum, ꝙ ista duo remedia in casu prædicto non sunt contraria, & cōpa-
2 tiuntur: †nam ut hæredi competit interdictum restituendæ possessionis: ut. ff. de ui & ui arma. l 1. § hoc interdictū. & hæredi, & cæteris successoribus competit, ut etiā contra hæredes & bonorum possessores: ut dr̄ in eadem l. 1. in fi. Sic etiam hæredi datur interdictum quorum bonorum, quando defunctus possedit tempore mortis suæ, & sic adipiscendæ possessionis: & per consequens non tenetur sic taliter agens declarare, an agat interdicto restituendæ uel adipiscendæ, cum ambo possunt concurrere in casu prædicto: quia nulla cadit in hoc casu contrarietas.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXVIII.

1 *Hæredi datur remedium possessorium, si defunctus fuit in uita spoliatus, & sic ipse hæres sui prædecessoris possessionem prosequitur, & hoc remedium possessorium competit contra hæredes spoliatoris, quatenus ad eos peruenerint.*

2 *Quando hæres semel post mortem defuncti, fuit possessionem adeptus rerum hæreditariarum, non potest*
3 *amplius interdictum adipisci possessio. intentare, nam est effecta propria, sed intentabit recuperandæ, debentque in præfatis domini aduocati aduertere.*

4 Singu-

4 *Singularis successor ex persona sui auctoris intentat recuperandæ interdictum.*

1 DEcernit ut in hac decis. †hæredi dari possessorium recupe.
posse. Intelligo ex persona defuncti, qui fuit spoliatus an
te mortem ipsius, ut ait tex. d. l. pen. §. interdictū aūt hoc, & cla
rius tex. constit. reg. circa uiolentiarum, ubi hic auctor in 3 no
ta. qui pro eorum corroboratione alia affert, & ultra hī per
Hier. Gratum in consi. 70. ex multitudine allegationum 2. uo
lum. ubi etiam, ꝙ istud interdictum conuenit contra hæredes
spoliatoris de eo quod ad ipsos deuenerit, item cum sit restitu
torium possessionis, quæ fuit penes defunctum: bene conue-
nit cū interdicto adipiscendæ, & quorū bonorū, quæ similiter
possessionem defuncti adipiscunt ex eo: quia ambo ad unum
effectum tendunt, sunt latius annotationes s. in decis. 14. tūc
2 enim non conueniret, †qū hæres semel post mortem defuncti
fuisset possessionem adeptus rerum hæreditariarū, & mox uo
luisset istud interdictū mouere, hoc. n. facere nō posset, ratio:
quia qñ hæres acquisiuit rem hæreditariam penitus ꝓpria iā
circa dñium, quā possessio. efficit, ideo magis defuncti non dr̄
l. 1. §. ueteres. cum similib. not. per scrib. ff. de acq. poss. uoluit
hæc expresse Mathesilla in sing. 69. nota ꝙ possessorium, unde
tunc illi est proditum remediū recuperandæ posses. nā si uo-
luisset hoc casu simul recuperandæ cum adipiscendæ intenta-
re, quod tendit ad recuperandā possessionē defuncti, etiā daf
ad similitudinem petitionis hæreditatis, foret contrarius: q.a
dum mouet interdictum recuperandæ, præsupponit suā pos-
sessionem, & amisisse, dum mouet adipiscendæ, habet interdi
ctū recuperandi possessionem defuncti iī, & sic ipse nunquā
possedisset, prout etiam de utroque loquit Aret. in §. quadru-
pli. col. 5. in uer. 1. uidendum de interdictis adipisc. & in § actio
num aūt. in ult. col. in insti. de acti. ubi docet aduocatum circa
3 præfata †debere esse solertem diligentēq;, ꝙ postquam hæres
acquisiuit possessionem rerum hæreditariarum, nō moueat
iudicium petitionis hæreditatis, & per cōsequens adipiscēdę,
quod est ad ipsius similitudinem, affirmat Ias. in l. eius qui in
prouincia. in uer ꝙ si stipulatus, col. pen. si cer. pet. & ſm ista,
ꝙ hæres ualeat ex persona defuncti qui fuit spoliatus, interdi
ctū recupe. seu adipisc. intentare contra possidentē, siue spoliā
tē defunctū in uita, fuit iudicatū hodie qui est 14 Iunij 1560.
in sac. cons. in causa Hier. de Ponte coruo cum muliere illa de
domo flumaria, cuius actuarius Io Dominicus Tramōtanus,
4 sed iuxta ista quærit, an hæc procedant in sing. successore † ut
quia rem emisset quis, uel fortè rem aliquo titulo sin. habuis
set, an hic ex persona sui auctoris recuperandæ possessionis in
terdictum mouebit, & breuiter dicendū ꝙ sic, tex. l ꝙ si in dic.
§. Iulianus. ff. de peti. hære. uoluit Aym. in cons. 298. qui etiam
citat Bal. in cons. 287. dicta mulier. col 2. lib. 4. an autē si poss.
defuncti per statutum continuetur in hæredem, ipse hæres ua
leat recuperandæ uel adipiscendæ intētare? sunt annotata. in-
fra in decis. 299. ubi an Affl. benedicat. Cæs. Vrsil.

DECISIO CXIX.

De dispositione successionis in feudo legitimis hæredibus facta sine assensu Regio.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio nulla ualet in feudis sine Regio assensu, & qualiter intelligatur nu. 3. & 5.*
2 *Francorum ius in feudis quale.*
3 *Assensus Regius quo casu non requisitus in feudis.*
4 *Filia heres instituta petens immissionem in possessionē, an mittenda in rebus feudalibus.*
6 *Remediū l. fi. C. de edicto diui Adri. tollen. cui cōpetat, & in quibus locum habeat, & qualiter intelligatur.*
7 *Hæreditas propriè non possidetur.*

1 VTrum †dispositio le. fi. C. de edicto diui Adria
ni toll. habeat locum in feudis quaternitatis,
ubi non apparet, ꝙ testm̄ sit factum ꝑcedente
Regio assensu; cum de iure nulla dispositio testatoris
ualeat in feudis: ut in c. 1. in princ. de successione feu
di. ergo si in feudis testm̄ non ualet sine assensu, qño
pōt peti missio in possessionem uigore dictæ l. fi. Ad
2 hoc fuit rñsum per totum Consilium, †ꝙ qñ testator
habens feuda disponit de feudis aliter, q̄ ius uelit, pu
ta in feudis antiquis, in quib. uiuitur iure Francorū,
disponit dimittendo feuda omnib. filiis, ista disposi-
tio non ualet: quia est contra ius Franco. Ita cōtra, si
pater habet feuda antiqua, in quib. oēs filij debent
succedere, prout dicit tex. in c. omnes, si de feud. fue.
contro. inter do. & agna. & ibi concor. & ipse dispo-
nit, ꝙ solus primogenitus succedat, ista dispositio nō
ualet. & sic intelligitur dicta rl̄a. Sed si habens feuda
disponit, prout ius uult, ualet, si in feudis non uiuitur
iure Francorum, sed iure cōi feudorum, quo iure oēs
filii succedunt, nisi in feudo Comitatus & Marchio-
8 natus. †Et in regno oēs filii succedunt, nisi probetur,
ꝙ in illis feudis uiuitur iure Francorum, ut plene per
And. in l. Imperialem. §. pręterea ducatus, de prohib.
feudi. ali. per Feder. & ibi qualiter probetur, & si pr̄
instituit omnes filios hæredes in omnib. bonis suis, li
cèt ipsi filii debeāt de necessitate habere feudū pater
num ex dispositione iuris: tñ ualet illa institutio fa-
cta in testō de eis ad operandū eis fauorē etiam sine
assensu Regio: quia ius assentit, & ideo poterunt pe-
tere isti filii immissionem in possessionem uigore d.
l. fi. feudorum paternorū: quia de iure ipsi erunt suc-
cessuri, ut dicit Alb. de Rosa. in d. l. fi. hoc expresse fir
mauit D. Barth. de Capua. in allegationib. suis, quas
fecit pro Rege Roberto instituto hærede a Rege Ca
rolo II. suo patre, in uer. præterea prænominatus do.
noster Rex Robertus &c. Et ego in lectura mea in d.
c. in prin. in 5. no. multum prolixè hāc cōclusionē fir-
maui. & firmat ēt hanc conclusionem Alex. in d. l. fi.
ubi alleg. Io. And. in addi. Spec. in titu. de test. §. pen.
4 in fin. †ubi dicit, ꝙ filia hæres instituta petens se im-
mitti in possessionem: mittetur etiam in possessionē
rerum, quæ fuerunt patri in feudum concessæ, nec.
agnati masculi erunt legitimi contradictores ad im-
pediendum hāc immissionē, ꝑ tex. in c. 2. si de feudo
fuerit contr. inter do. & agn. Et ultra Ale. ego allego
Old. in cōsi. 270. qui idē tenet, & Bal. multū egregie
in 4. uol. cōs. 397. Hanc partē secutus fuit cōsulendo
Alex. in 4. uol. cōs. 55. inc. prospectis hic q̄ in thema-
5 te &c. in 17. col. ubi †ꝙ illa regula, q̄ dicit, ꝙ nulla di
spositio ualet in feudis, intelligit, qñ tenens feuda or
dinat, ꝙ extraneus hæres succedat excluso fratre, qui
debebat succedere. Sed qñ habens feuda disponit, ut
succedant legitimi hæredes: tunc ualet dispositio. Et
idem in 5. uol. consi. 2. in 4. col. Et cum istę casus cōti
gisset de facto post mortē do. Ioā. de Annichino, qui
fuerat dñs multorum castrorum prouincia Aprucii
inter Alfonsum primogenitum ex prima uxore, &
Antonium & Bernardinū ex secunda uxore, qui do.
Ioannes eos instituit hæredes in testō, & filii ex secū-
do matrimonio petierunt se immitti in possessionē
feudorum iuxta formam dicti testamenti uigore d. l.
fi. & citato d. Alfonso primogenito, & contradicēte.
Fuit decretum per totum Consilium, ꝙ ponātur di-
cti fratres in possessionem dictorū feudorum, reser-
uatis exceptionibus in iudicio petitorio forsan intē-
tando, Dom. Marcellus fuit commissarius dictæ cau
6 sæ. †Quid autem si primogenitus statim post mortē
patris uenisset ad Regem, & nulla facta mentione de
testamen-

testō patris, in quo sunt instituti hr̄des oēs filij, obti-
nuit a Rege confirmationē illorū castrorum tanquā
primogenitus, dicens se succedere iure Francorum,
demum alij fratres intentauerunt remedium dictæ
l. edicto, & frater primogenitus dicit, ꝙ tale remediū
cessat, ex quo ipse possidet mediante inuestitura Re-
gis, & dictum remedium non datur cōtra titulo pos
sidentem, ut dicit gl. in d. l. fi. Fuit cōclusum, ꝙ illud
procedit, qn̄ titulus esset quæsitus ante mortē testa-
toris. Si titulus est quæsitus post mortem testatoris,
ille titulus non impedit immissionem uirtute d. l. fi.
ſm doct. ibi & firmat hoc Alex. in 2. uol. cons. 4. in 8.
7 col. quod incipit, uideretur inspectis. † Omnia. n. quę
opponuntur contra dictum remedium d. l. fi. quæ re
quirunt futurā indaginē, non officiunt huic possesso
rio: q̄a est possessoriū quasi recuperādæ possessionis,
ac si diceremus, ꝙ hr̄ditas fuerit quasi spoliata in per
sona hr̄dis restituenda, & redintegrāda, licèt hr̄ditas
propriè non possideatur. hæc sunt uerba Bald. in suo
3. uol. cōsiliorum, consi. 126. incip. præmissis uerbis.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXIX.

1 *Quando testator disponit id quod ius vult in feudis in suos filios in testamento, filij primum, etiam fœmina ualent intentare remedium l. fin. C. de edi. diui Adria. toll. quod an milites, si statutum continuat possessionē bonorum defuncti in agnatos.*
2 *In feudo ex pacto & prouidentia agnatis non potest præiudicari.*
3 *An agenti remedio l. fi. C. de edicto diui Adr. obstet defectus notorius proprietatis?*
4 *An fideicommissarij valeant impedire hæredem, quominus capiat possessionem bonorum hæreditatis?*
5 *In Reg. an in dubio quis præsumatur viuere iure Romano, & non francorum in feudis & an iure Longobardorum?*
6 *Neap. & Auersæ in dubio de consuetudine uiuitur iure francorum: & an dicta consuetudo extendatur ad feuda extra territorium Neap.*
7 *Dispositio in feudis ualet in proximum immediatè successurum sine assensu.*
8 *Pater potest disponere in feudis filium ingratum ex iusta causa exhæredando.*
9 *In feudis dignitatum an omnes succedant, quando autē dicta feuda diuidi possunt inter confeudatorios, remissiones.*

QVòd quando testator disponit id quod ius uult in suo te
stamento in feudis in suos filios ēt sine assensu, ꝙ dicti
sui filij ualeant intentare remediū l. fi. C. de edi. di. Adr.
toll. etiā ꝙ fuisset fœmina ad exclusionem agnatorū affirmat
1 post And. in c. 1. si de feu. fue. contro. fuerit in princip. Dec. † in
cons. 84. excel. doct 424. ꝑponitur, ꝙ do. Francisca de Mōtebel
lo de Neap. & 498. in d. casu. ibi Recensitores, qui allegāt Ruin.
in consi. 38. j. lib. contra seipsum consuluisse in quadam alia cā
in cons. 208. pro agnatis, & non bene, quod dicit procedere, ēt
si statutū continuaret possessionē defuncti in agnatos, ꝙ nihi
lominus filia haberet suam intentionē fundatā, ualeretq; in-
tentare hoc remediū, ꝓut ēt affirmarūt in gl. Parisiēsi. §. 147.
& in hoc sequit̄ Decium in d. cōsi. 498. sed in eo, quod uult ibi
in d. cōs. ꝙ in feudo antiquo, dico ex pacto et prouidētia † pos
2 se fieri ꝑiudiciū agnatis, ꝑ ipsum obiurgaf. & bene cū intuere,
& eundem Dec. in cōs. 588. uiso puncto. nu. 12. qui citat Affl.
in hac dec. & Gozadinum in consi. 7. in hac cā. qui citat Deciū
in cons. 22. & uult ipsum allegare in d consi. 424. qui dicit in fi

lia istud procedere, per tex clarum. c. i. § inter filiam. si de feu-
do fuerit contro. inter do. & agn. & in alia fœmina modo, quo
ibi per ipsum. ubi si pōt opponi exceptio notorij defectus pro
3 prietatis, & ꝙ non obstat † exceptio proprietatis, qn̄ pars fue-
rit protestata. Dec. in d. cōs 74. & sunt annotationes ꝫ. in decis.
14. & de fideicōmissario, ꝙ non impediat istā immissionē, seu
possessionem capere Cur. Iunior in consi 41. j. libr. & in consil.
808. n. 14 2. lib. cum præfatis concurrens Boerius in dec. 156.
d. c. j. istud idem amplectens, fideicōmissarium non impedire
hæredem, quo minus capiat possessionē bonorum, de alio ta
cta per Affl hic in uerbo, & in regno, ꝙ in dubio in feudis q̄s
præsumatur uiuere iure Romano, & non Francorum: aduer-
te, nā istud uř etiam affirmare in const reg puritatem ubi am
pliat procedere ēt circa ius Longobardum, & in dubio, ꝙ quis
4 in regno non † præsumatur uiuere iure Longobardo, tenet
Mata in 3. q sui operis, sed iure Romano, ut ꝫ licèt postea idē
Affl. audiuisset ab aduocatis contrarium obseruari, & non be
ne ſm Mata in loco supra citato, & ꝙ in dubio iure Ro. & nō
Francorum præsumatur quis in regno uiuere, uř affirmare
hic noster Affl. in dec. 148. & certe pro ista opinione, quę uř uo
ra de iure, ex quo pro ea uidef casus in consti. regn. ut de suc-
cessionibus. quæ dicit, ꝙ ius Francorum est ius speciale in re-
5 gno, ergo qui illud allegat, debet probare, cum uulgariter ha-
beatur dictum Bal. in l. filium quem habentem, ꝙ qui allegat
spāle, uadit ad refugium miserorum: prout ita ēt arguit And.
in d. §. præterea. sed circa ꝑfata nota, ꝙ licèt sic de iure habea-
tur, quòd in dubio quis iure Romano præsumatur in reg ui-
uere: & non Francorum: quod tñ Neapoli, & Auersæ consue
tudo est in contrariū in feudis: nam in eisdem ciuitatibus ui-
uitur iure Francorum: sic primogenitus succedit: & mulieri
masculus præfertur iuxta d. consti. reg unde successio. And. in
d. const. reg puritatem. ibi noster Affl. nu 6. & sic uideo obser-
uari in causis, sed iuxta hæc quæritur, postquam hic concludi
tur, ꝙ Neapoli, & Auersæ uiuatur iure Francorum in feudis;
an hæc consuetudo sic uiuendi extendatur in feudis existen-
tibus extra Neapo. & ꝙ non, dicebat mihi quidam dñs Regius
consiliarius in quadam cā, quam habeo coram ipso de præfa-
tis adducēdo pro ipso dictū And. in constit. j. de prohi. feu. alie.
per Fede. nu. 37. in j. add qui uult, ꝙ cōsuetudo ista uiuēdi iure
Francorū est odiosa, & cōtra ius cōe: igit̃ extēdi nō debet ad bo
na extra territorium, pro quo ēt uř facere quæ uoluit Affl. in
c. 1. in fi. quid sit inuesti. in quinto no. & Lucas de Penna in l. 1.
de impo. lucra. descri. lib. 10. nu. 13. ubi uř concludere, ꝙ si feu-
dum, in quo uiuitur iure Longobardorum uenit ad uiuentē
iure Francorum: ꝙ non propterea mutatur eius natura, etiā
si fiat per deuolutionem reconcessio, uel si fiat permutatio: ut
uidetur ibi concludere in seq. q. & fuit dictum supra in decis.
112. in ult. quæst sed in cōtrarium faciunt adducta per Aym.
in consi. 256. in casu transmisso. nu. 3. qui ex dictis omnium
concludit, istam consuetudinem, ꝙ in feudis succedat primo-
genitus, esse fauorabilem, ut bona conseruentur in familia: &
dignitas seruetur, & propterea, secundùm hæc extendenda, de
quibus latius per Curt. seni. in consil. 67. sapienter, in uerbo
capio alium articulum, & quæ uera esse uidentur; licèt aliter
ꝙ sit hæc cōsuetudo, siue statutum, ꝙ primogenitus succedat
in feudis: odiosa, uideatur concludere Tiraq in lib. primoge-
nituræ q. 46. no. 27. fol. 329. & quia ꝫ. in decis. 226. quia causa
aliter non est adhuc decisa, igitur omitto uide, si potest deci-
di ex his, quæ notaui in d. decis. 226. amplius quatenus Afflict.
hic in uerbo si habens feuda, dicit ualere dispositionem testa-
6 toris factam sine assensu † qn̄ fit proximè & immediatè suc-
cessuro filio, latè de istis declarat Curt. in tract feudi. in 4 par.
fol. 38. 39. nu. 125. cum multis seq qui primò facit regulam,
nullam dispositionem in feudis ualidam sine assensu, per tex.
clarum in c. j. de succ. feu. ibi, nulla ordinatione in feudo ualē-
re &c. & mox ponit quatuor fallentias, & tertiam hanc, quā-
do quis disponit proxime immediate successuro, ubi etiā an
pater, qui acquisiuit emph. pro se, filiis, & liber. ualeat de ipsa
disponere, alteri prælegando, de quo fuit notatum supra in d.
decis. 122 & ultra Curtium in præfatis nota quintam limita-
tionem. In qua pater disponit de feudo sine assensu, qn̄ filius
7 fuisset patri ingratus, & ex iusta causa à patre exhæredaretur, &
feudū à patre processisset, prout affirmat And in d c. j de succ.
feu. j. col. hoc idem Andr. in c. 1. §. præterea. nu. 13 quæ fit pri-
ma causa. bene. ami. & in c. j. § & si libellus. de alie. feudi pater-
ni. nu. 7. circa finem latius, post eum Curt in d tract. qui alios
8 concordan. citat in 3 parte fol. 23. & dicit hæc non procedere
in feudo paterno antiquo secundū distinctionem, de qua ibi

per

per eum, & mensibus elapsis fuit de facto in causa Io. Antonij
Ferranti cum suis fratribus, nam dictus Io Antonij primoge-
nitus fuit exhæredatus à suo patre in feudo ex quo hic fuit iu-
dicatus. quod fieri potuit, ut affirmat etiã hic auctor in cõstit.
reg ob filiorum culpas, secundo notabili: nomui j. in dec. 361.
in fine, & secundũ hæc intelliges quæ uoluit simpliciter Affl.
5 Imperator lotarius in fi. nu. 4 & q notatur hic per Affl † q
in feudis dignitatum, quod nõ omnes succedunt, ut in feudo
Comitatus, Marchionatus late per Soc. in consi. 165. uisis in ue
stituris, nu. 15. 2. uol Cass. in consuet. Burg fol 116. ubi amplè
qñ hæc feuda diuidi pñt, & quo modo, Cur. Sen. in cõs 23 tria.
in fin. ubi q fiat diuisio, q quis alternis annis utatur, & latius
in cons ipsato 67. in uerbo capio nunc aliam dubitationẽ col.
2. ubi si propter scandala fiat talis diuisio. Idẽ melius in cõsil.
69 do Ioannes, per totum. Et an aũt petitio hæreditatis detur
contra titulo possidentem: quia sunt annotationes in decisi.
227. ideo ibi uidendum est, quia suus locus. Cæs. Vrsil.

DECISIO CXX.

De stipulatione per uerbum promitto, probata per testes.

SVMMARIVM.

1 *Promissio per testes probata an sit stipulatio, uel pa-*
ctum nudum.
2 *Verbum promitto, inducit pactum nudum et stipulatio*
nem propter æquiuocationem.
Pactum nudum non parit actionem de iure ciuili.
3 *Testiũ dubia depositio contra producentẽ interpretãda.*
4 *Verbum promitto repertum stipulationem aperatur.*
Partium præsentia in dispositione testium de promissio-
ne stipulationem causat.
Actio de dolo in pacto nudo quando detur.
5 *Pactorũ tota materia quõ limitetur & intelligatur.*
Obligatio naturalis ex nudo pacto procedens exequtio
nem ex iudicis officio habet.
6 *Rex est monarcha in Regno.*
Senatus regis personam gerit.

LAta fuit sententia in magna curia uicariæ in fauo
rem notarii Francisci de Iungano contra do. He-
lenam Carasolam relictã quondã D. Syluestri Galio
tæ physici, & Petrum Iacobũ eius filiũ, à quã dicta
do. Helena appellauit pro suo interesse ad sacrũ Cõ-
1 silium. & dubitatum fuit in eius discussione. † Vtrũ
si dicta do. Helena probauit, q d. Franciscus promi-
sit reuocare & annullare contractum submissionis
factæ per d. Petrum Iacobum dic. notario Francisco
de quadam domo pro censu ducatorum decem an-
nuatim & ipsa do. Helena promisit restituere d. no-
tario Francisco ducatos 20. quos soluit d. Petro Ia-
cobo: quam promissionem nolens d. Franciscus ob-
seruare, domina Helena ipsum cõueniri fecit in ma-
gna curia Vicariæ, quæ seruatis seruandis per diffini
tiuam sñiam absoluit d. Franciscum. Vtrum inquã
promissio per testes probata sit stipulatio, uel pactũ
nudum. Et dubium facit: quia dicta promissio pba
ta est per testes & sic non ur, q fuerit stipulatio, sed
2 pactum nudũ: † quia uerbum promitto, prolatum a
testib. intelligitur per pactũ nudum: ut no. in l. 1. C.
de usuris, & in l. 1. C. de contrah. & com. stipu. & hr
in l. sciendum. ff. de uer. obl. & ex pacto nudo nõ orit
de iure ciuili efficax actio ad agendũ: ut in l. iurisgen
tium. §. igit. ff. de pac. Sed in contrarium facit: quia
uerbum promitto, est æquiuocũ, & põt referri ad pa
ctum nudum & ad stipulationẽ: ut in l. sciendum. §.
3 dictum. ff. de ædil. edic. † Sed dubia depositio testium
interpretatur contra producentẽ testes: ut in c. in p-
sentia, de prob. & testes quos produxit notarius Frã-
ciscus, dicunt, q notarius Franciscus. Per humanità
haueua promesso a la matre de ditto Pietro Iacomo
&c. ergo debet fieri interpretatio, q fuit p stipulatio
nem facta promisso. Et tanto magis, quia testes di-
cunt audiuisse à notario Francisco dicẽte se pmisse
d. dominæ psenti, & sic deponunt de confessione pa
4 tris. † & qñ uerbũ promitto reperit in cõfessione par
tia, intelligitur per stipulationẽ, ut dicit Bal in l. 1. C.
de contr. & com. stip. & dicit Lud Ro. in d. l. sciendũ,
q data præsentia partium testes deponentes de pro
missione intelligitur per stipulationẽ. Præterea ubi-
cũque ille, cui pacto nudo promissum est, pateretur
dãnum si sibi promissa non seruarent, & nulla actio
separaretur, tunc uigore talis pacti cõtra eũ nõ seruã
tem dabitur actio de dolo. tex. est in l. elegãter. §. ser-
uus pactionis, & ibi Bar ff. de dolo. & no. Bal. in l. cũ
mota. 3. col. C de trans. & Ang. in cõs. 1. & tenet Alex.
in l. iurisgẽtiũ. § sed cũ nulla. ff. de pact. Sed si d. dñæ
Helenæ non seruaret dictum pactum per notarium
Franciscum, d. do. Helena sustineret damnũ clausuræ
cuiusdam fenestræ, iuxta pactum inter Petrum Iac.
5 prædictum & dictum notarium Franciscum † Igitur
ex d. pacto quando esset nudum cõpetit sibi actio,
ad agendum, & isto modo limitatur tota materia pa
ctorum, & dicit plus Alex. in d. §. sed cum nulla, q li-
cèt ex pacto nudo non oriatur actio de iure ciuili,
tamẽ naturalis obligatio, quæ surgit ex nudo pacto,
debet habere executionẽ ex lato iudicis officio, alle-
gat Ant. de But. in c. quæ in ecclesiarum. de cõst. post
Cõpostel. & Inno. Sed Io. de Imo. ibi dicit, q in pra-
ctica non tenet, nisi adiretur Imperator sed Rex ha-
6 bet iura imperij, † quia est monarcha in regno: ut di-
cit glo. in proœ constitutio. Reg. & sacrum Consiliũ
repræsentat personam Regiam, & ideo potest refor
mare sententiam magnæ curiæ vicariæ, & condem-
nare dictum Franciscum ad obseruandam dictam
promissionem per testes probatam, & in hoc uoto
fuit totum Consilium, & sic fuit iudicatum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXX.

1 *Verbum, promisisse, à testibus prolatum non importat*
stipulationem, secus uerò si testes dicerent, quia Ti-
tius promisit.
2 *Promissio quando intelligatur facta per pactũ nudum,*
vel stipulationem, quid si adsunt uerba, sic cõuenitur,
uel sic fuit conuentum inter partes.
3 *Verbũ promisisse, uel promisit, seu importet stipulatio-*
nẽ, seu pactũ nudũ, ex utroq; agitur, quãdo quis dãnũ
passus est, uel patitur, igitur disputatio parum seruit.
4 *Catalani secundum Bal. non seruant promissa inter sim*
plicem loquelam & iuramentum.
5 *Quoad Deum non est differentia, immo omnis, promis-*
sio etiam simplex largo modo dicitur fides.
6 *Simplex promissio continens perfidiam, & mendatium*
obligat, sicut iuramentum, uerbum promisit, conten-
tum in scriptura priuata an importet stipulationem.

1 NOta rogo quia contra hanc decisionem † q uerbum, pro
misisse, a testibus prolatum non importet stipulationẽ,
affirmat Alex. in cõs. 13. ex his q in themate in 2. col. circa fi. j.
uol.

vol. Soc. in consi. 253. in cã dñi. col. 3. in uer. 2. principaliter 2. uol. ubi secus si testes dicerent, ꝙ Titius promisit, nam tunc per stipulationem. Item qñ testes deponunt factum, de quo promissio fuit facta, & sic ur̃ conuenire cũ hac decisione, de quo etiam per Alex. in consi. 12. uiso dicto themate. in 2 uol.
1 ubi melius quàm alibi declarat † qñ promissio intelligatur facta per stipulationẽ, uel per pactũ nudum, sed uide ẽt, quia cũ hac decis. cõuenit idem Alex. in consi. 76. 6. uol. & ibidẽ Recentiores, qui citant Affl. hic licèt etiam Ias. aliter uideat sentire in l. Titia §. idem respondit, de uerb. obl. Bal. uerò in l. in reb. C. de rerũ perm. in ultimis uerbis tenet, ꝙ qñ testes dicerent, sic conuenit, uel sic fuit inter partes conuentum, istã conuentionem ualere, nil aliud quærendum. Sali. aũt in d. l. quæ fortuitis, ait, ꝙ uerbum sic placuisse inter partes, prolatum nõ importare stipulationem 1. col. C. de pign. actio. per tex. & gloss. ibi in ultimò notabili, sed tantam pactum nudum. Alex. etiã in consil. 20. in causa appellationis, 4. uolu. in confessione, siue promissione partis probata per testes, de qua hic uidetur requirere etiam acceptationem, quando fuisset facta ipsa parte præsente, de quibus latius infra in deci. 364. & sic in præfatis uidetur maxima controuersia inter scribentes. Sed quicquid sit
3 † quia siue uerbum promisisse, uel promisit à testibus prolatũ, importet stipulationem, uel pactum nudũ, cum ex utroque agatur, qñ quis passus est, uel patitur damnum, prout ultra hic adducta per nostrũ Affl. sequitur Bal. in proœmio decretalium, tex. pacificus. col. 7. qui etiam ait, istud non
4 procedere in catalanis † a quibus propterea cauendũ secundum eum, & Alex. in consil. 41. 3. uolum. uiso puncto. 1. col. & Hyppo. singul. 148. graue est fidem fallere, qui concomitantes cæteros affert. & Gramma. noster in consil. 39. in ciuili,
5 ista quæstio igitur non necessaria uidetur † maxime, ex quo inter simplicem loquelam & iuramentum quoad Deũ, non constituitur differentia, de quo ultra ipsos latius per Feli. in c. præterea. de sponsa. num. 15. per quem inter alia habetur, quòd omnis promissio, etiam simplex largo modo dicitur fi-
6 des, immo † quando ipsa simplex promissio continet perfidiã & mendaciũ, obligat quodãmodo, sicut inf̃m, ut ẽt ĩ. in deci. 389. ita ur̃ tenendum, quidquid sentiat uelle ṽr̃ Beneuen. in tract. de mercatore, in titu. de sponsio. fol. 108. an aũt præfata procedant, quando uerbum promisit, repetatur in scriptura priuata, declarat ꝙ sic, Bal. in l. quiotus ff. mand. latius Ias. in d. §. idem respo. sed cum similib. Socin. in cons. 267. præsens consultatio, 2. uol. & quòd ex pacto nudo agat etiã inter mercatores, sunt annotationes ĩ. in dec. 399 in fine &c. Cæs. Vrsil.

DECISIO CXXI.

De compensationibus, & de illarum exceptionibus post sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio an admittenda in sententiæ executione.*
2 *Iudici necessitas ad compensandum imposita.*
Exceptio compensationis ipso iure extinguit actionem cæteræ elidunt.
3 *Compensatio post sententiam, quæ in rem transiuit iudicatam, opponitur.*
4 *Compensans non uenit contra instrumentum dotale.*
Exceptio compensationis uim habet soluti.
Compensare uel soluere nihil refert.
5 *Agentis non interest agere.*
Renunciatio eorum quæ naturalem lædunt æquitatem nulla.
6 *Renũtiatio in his q̃ iudex ex officio facere põt inualida*

FVit dubitatum in consilio, si hęres mulieris petit ab hæredib. uiri dotẽ mediante instr̃o dotali, & hæredes uiri nihil dicunt, ꝙ hæredes uxoris sunt per instr̃m mutui obligati ad certã pecuniæ quantitatẽ: fert s̃nĩa contra hæredes uiri: & illa s̃nĩa transiuit in rem iudicatam, deinde petitur, ꝙ s̃nĩa exequatur, in executione dicunt, ꝙ hæres mulieris debet soluere dictum mutuum. Quæritur de duob. Primò, utrum ipso iure sit inducta compensatio. Secundò utrũ ista cõpensatio possit opponi post s̃nĩam, quæ transiuit in rem iudicatã. Tertiò utrum stante cõsuetudine ciuitatis Neap. quæ incipit, contra instr̃m aũt dotale nulla probatio admittitur possit admitti exceptio
1 compensationis. † Ad primum fuit decisum per sac. consil. ꝙ postquam constat per instr̃m mutui liquidum contra hæredem mulieris, ꝙ inducta sit ipso iure cõpensatio, & ꝙ hæredi mulieris non competat actio, & licèt istud dubium sit de apicib. iuris, ut dicit Pau. de Ca. in l. si constat. C. de compensationib. ubi gl. tangit hoc dubiũ, & sunt opiniones inter doctores: tñ ista est uerior opinio, quam firmat Bart. in l. uerum. ff. de cõpens. & quia tex. in §. bonæfidei. Instituti. de actio. † Imponit iudici necessitatem ad cõpẽ-
2 sandum. Et firmat hoc Tindarus in suo solẽni tractatu de compensatione per iura & auctoritates: ut ibi per eundẽ, nam speciale est in ista exceptione cõpensationis, ut ipso iure extinguat actionem, sed alię exceptiones elidũnt, ut in l. si unus. §. pactus ne peteret.
3 ff. de pact. † Ad secundum dubium fuit decidendo responsum per sacrum Consilium, ꝙ compensatio põt opponi etiam post sententiã, quæ transiuit in rẽ iudicatam, ut concludunt Abb. post alios & Fely. in c. suborta. de re iud. & ur̃ tex. in l. 2. C. de compensa. & in l. si cum militi. §. cum intra. ff. de compensa. & firmat Alex. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. Ang. in cons. 130. in c. quidam nomine Nic. & Ant. de Bnt. in c. bona fides. depositi. Lud. in cons. 76. Ad tertium dubium fuit dictũ, ꝙ gl. Neap. super dicta cõsuetudine. in uerbo, solutum. tangit dictũ du-
4 bium, † & concludit, ꝙ contra instr̃m dotale põt opponi exceptio cõpensationis, quæ habet uim solutionis, ut in d. l. si constat, & qui cõpensat, non facit contra instr̃m dotale, imò acceptat ualidum esse instr̃m: sed est satisfactum, & solutum per compensationem cum nihil intersit, an quis soluat, uel compenset. l. si debitor. ff. qui potio. in pign. habe. Idem firmát Bar. & Bal. in l. diuortio. §. donatione. ff. solut. matr. Facit ꝙ no. Bar. in l. amplius nõ peti. ff. rem ra. habe. & idẽ sentit Neap. in consuet. dos, in uerbo, peti. Et si dicatur, in instr̃o dotali fuit renuntiatum exceptioni cõ-
5 pensationis. † Respondetur, ꝙ nõ fuit renuntiatum, nec iuratum non opponere exceptionem solutionis, nec id quod habetur loco solutionis, nec exceptioni carentiæ actionis, quæ propterea possunt opponi, & sic repellit agentem: quia agentis non interest agere, ut in l. 3. ff. de compensa: Secundò respondetur, ꝙ non ualet renuntiatio: ut non possit opponi compẽsatio, quia esset contra naturalẽ æquitatem, ut in d. §. in bonæfidei. Item esset contra bonos mores, ut in
6 l. alia. §. elegãter. ff. sol. mat † Itẽ non ualet renũtiatio in his, quæ iudex ex officio facere potest, ut dicit Hosti. in summa de off. iud. §. uerum desideret. Sed iudex ex officio debet facere compensationẽ, ut in d. §. in bonæfidei, ergo renuntiatio non tenet. Et sic fuit cõclusum per Consilium, ꝙ talis renuntiatio nõ debet esse in consideratione. Matth. de Afflict.

ANNOTATIO IN DECISIONE CXXI.

1 *Cõpensatio an inducatur ipso iure, uel ope exce. sic oportet, ꝙ allegetur per partem, cõmunis opinio, quòd sic.*

2 Ad

2 *Ad euitãdum caducitatem verè compensatio fit ipso iure. Item ad pœnam euitandam & cursum vsurarum.*

3 *Quando creditor in una parte libri facit aliquem debitorem; & in alia creditorem, est in potestate debitoris in quam causam vult facere compensationem.*

4 *Exceptio cõpensationis liquidę põt opponi cõtra sñtam.*

5 *Debitum dicitur liquidum de per se, vel quando de proximo est liquidandum.*

6 *Compensatio potest opponi etiam causa conclusa & in causa appellationis.*

7 *Soluens debitum non opponens compensationem quam sciebat sibi competere, an ualeat compensare, quòd sic, nisi ex coniecturis aliter appareat satisfactum.*

1 Circa primum dubium præsentis deci. in eo, quod Affl. vult, † ꝙ ipso iure, & sic etiam parte non opponente, fieri cõpensationem, nota obsecro, nam in contrariũ est cõis opinio. Ias. in inst. de actio. in § in bonæfidei. nu. 78. quod tñ limitatur in multis, & singulariter in emphyteuta non soluente creditore tñ dñi directi, quod ad euitandã caducitatem sit compensatio ipso iure. Curtius in consil. 71.
2 super controuersia. col. fin. idem in debito pœnali † quia similiter ad euitandum pœnam ipso iure compensatio inducitur secundum Alex. qui alios concor. inducit in cons. 85. ponderãtis
3 narratis, tertio vol. vbi etiam fundat notabiliter † ꝙ est in potestate debitoris, in quam causam vult facere compensationẽ, quando creditor in una parte libri fecit ipsum debitorem, & in alia creditorem, quod facit ad limitationem l. 2. cum seq. ff. de solutio, sunt de præfatis aliæ concor: quòd oportet, quòd opponatur compensatio ut fiat. quas affert Tiraquel. in repet. l. si unquam in uerbo reuertatur. nu 13. C. de reuo. dona. Item in retra. consang. §. 3. glo sol. 128 nu. 8. sed an ista locum uendicent in debito iurato, sunt annota in decis. 381. quæ omni licèt videãtur procedere, tñ in casu huius decisionis uideãtur cõ compensationẽm nõ necessariam, nam apparebat instrumẽtum mutui dependentis ex causa dotis, & sic demonstrabatur dotem nõ fuisse solutam, quo casu hi conuenti heredes mariti debebant absolui, nam sine actione agebatur contra eos iuxta notatã infra in dec. 325. cum modificationibus ibi signatis,
4 & hæc quo ad primum dubium. Quoad secũdũm † ꝙ exceptio compensationis liquida possit opponi aduersus executionem sententiæ tanquã cum ipsa sñta se cõpatiens, sine ipsam sñtam modificãs, vt casus in l ꝙ in diem § 1 ff. de compens. de quo nõ vt mentionem facere. Cap. in decis. 167. Affirmat Ias. in ista ex ec. modifi. in l. 1. 2. col. C. de usuris, & fac. igno. post Pau. de Castr. Ale in cons. 123. uiso processu. 2. uol. idem in cons 61. & si puto tertio uol idem in cons. 61. & si puto. tertio uol. quod est du-
5 plicatum in quarto vol cons 95. vbi etiam † quando debitum dicitur liquidum, & quod tẽpus requirat, quod est arbitrariũ iudicis, affirmat etiam Ias in d. § in bonæfidei. nu. 83. sed latius per Tiraq. in loco supra adducto nu. 11. & 12. vbi etiã ex cõi schola doctorum uidetur etiam affirmare debitum illud dici liquidum, quoties est incontinenti liquidum de per se, uel proximo liquidandum, licèt contra videatur sentire Soc in cons. 24. oportet Deus. nu. 16 primo uol. qñ sunt rationes uidendæ, ibi ẽt si cõpensatio ipsa ualeat per tertium opponi, habetur ẽt per eundem in suis fallẽ. in verb. cõpensatio, ubi dat modũ faciendi cõpensationem cũ debito illiquido, de quo subiecto ẽt habetur per eundem Soc. in cons. 93. 2o uol. cuius est initium circa primum in uerb præterea, nu. 23. notat etiã Cor. si est debitum per scripturam priuatam, & ex aduerso adest instrumentum si fiat ista cõpensatio in cons. 169. 4. uol. in hac cõsultatione, casus ibidem consulendus fuerat à ciuitate Aquilæ in nostro reg &
6 per Feli. in c. ad nostrã de iureiu ꝙ † compensatio opponatur etiam in causa appellationis l. j. in fi quæ senten. sine appell. rescin. ff. in gl. in uerb. iudicatu, in materia reconuentionis, aliás sñia in cã conuentionalis interposita appellatione nõ ualeret. Bart. ibi & Bal. in c. j. j. col. de mutuis petitio. prout sic fuit in facto in quadã cã Io. Vicen. de Zacarrà in sacr. cons. cuius est actuarius Io. And. de Caro. istud in anno 1563. etiã post conclusum in alia cã in anno 1556. Io. Anto. Ferrarij cum fratrib. fuit admissa in sac cons. etiã cõpensatio cuius causæ actuarius est Io. Porrius. Circa uerò tertiũ dubiũ, ꝙ exceptio ista cõpensationis possit opponi aduersus instrumentum dotale, satisfacerę uidetur superius allegata, nam exceptio compensationis nõ impugnat ipsam sententiam, si procedant in debito iurato, ultra adducta in d dec. 381. notat Ias. in cons. 134. 4. vol. Corta in verb iusm,
7 & pulchrè per Calca in cons. 23. † vbi si quis soluit non opposita cõpensatione, quã sciebat ei cõpetere, an valeat postea cõpẽsare, ꝙ sic, nisi ex cõiecturis appareat satisfactũ, vbi ponuntur multæ cõiecturæ satisfactionis p̃satæ, Vltimo nota: quia cum ista deci. ꝙ qñ debitor est pauper, ualeat cõpensationem opponere, cõuenit Paris. in cons. 121. primo aduertendũ. nu. 16 cum seq. 1. lib. Item etiam in omnibus aliis suprà narratis, quem vide & in cons. 82. aduertendum. nu. 12. co. 1. uol. Cæs. Vrsil.

DECISIO CXXII.

De mero et misto imperio nõ concesso per uerba generalia.

SVMMARIVM.

1 *Imperium merum & mistum an ueniat sub generalitate alienationis.*

2 *Imperium merum & mistum de regalibus est.*

3 *Verba generalia non sufficiunt, ubi specialia requiruntur.*

Specialiter dictum quid dicatur.

Regalia non transeunt per generalia uerba.

Si comes alienauit cum Regio assensu castrum iurisdictione & pertinentiis suis nihil sibi reseruando, non tamen dixit cum mero, & misto imperio, quod
1 ipse comes habebat à rege in dicto Castro: † an uideatur alienasse ipsum merum & mistum imperium. Videtur ꝙ sic: quia cum sit alienatum castrum cum uniuersitate nihil sibi reseruando, uidetur alienatum etiã merum & mistum imperium, quod habebat a rege. hoc expresse firmat Bal. in c. i. de cap. qui curiam uendidit. & Bal. in l. 1. §. in initio. ff. de offic. præfec. urbis, & Bal. in l. 2. ff de consti. prin. & in l. pen. C. de bonis, quę lib. & Alb. in l. imperiũ. ff. de iuris. om. iud. & Bar. in cõs. 189. inci. primo quæritur, & Ale. in 4. uol. cons. 25. & Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de iur. om. iud. in addit. quæ incipit, uide istas duas opin. & Hostien. in summ. de potesta. iud. deleg. §. q delegari, circa fin.
2 † Sed in isto regno nunquam ueniunt regalia per generalia uerba, ut dicit And. de Isern. in cap. 1. §. si quis alium de pace. tenen. Nam merum & mistum imperium est regalibus, ut in c. 1. quæ sint regalia, & ideo nisi specialiter concedatur, non uenit per uerba gene-
3 ralia, ut in const. regni. Ea quę ad decus: † & ubi requiruntur uerba specialia, non sufficiunt generalia, ut in c. fin. de offi. uica. lib. 6. & illud dicitur specialiter dictum, quòd est a generalitate uerborum extractum. l. uxorem. §. felicissimo. ff. de leg. 3. Itẽ ea quæ sunt regalia non transeunt per generalia uerba, ut in c. quod translationem. de offic. leg. & Alex in l. 1. colum. 1. ff. de iur. om. iud. Et propterea fuit iudicatum in consilio in causa comitis Consiæ contra dominum Terræ Saluiæ, ꝙ non sit concessum merum & mistum imperium, licèt sit dictum, nihil sibi reseruãdo, sed ipse comes habebit merum & mistum imperium in dicto castro prout habebat ante alienationem.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXXII.

1 *Castro uendito cum iurisdictione, venit de iure communi merum mixtumque imperium.*

2 *Vendito castro cũ territorio, an veniat merũ & mixtũ,*

& quando est uendita omnis iurisdictio, an ueniant nemora, pascua, flumina, an ueniant bombardæ, an etiam transeant regalia?

3 *Vendito castro cũ omni iurisdictione, an regalia ueniant subfeuda, molendina, & alia q̃ sunt infra fines Castri?*

4 *Rex huius regni habet dominium directũ in subfeudis, licet in uniuerso hoc regnum sit de dominio sanctæ matris ecclesiæ, Castrum in dubio habet terminum.*

5 *An in regno per generalia uerba concessionum ueniat merum & mixtum imperium?*

6 *Quando in priuilegijs est concessa alta & bassa iurisdõ, an per hæc uerba inferatur ad merum, & mixtum imperium. Et quid si est facta concessio castri cum plena, seu plenissima iurisdictione.*

7 *concessis mero mixtoque, an ueniat bonorum confiscatio, monetam cudere, notarios creare, de crimine maiestatis cognoscere, quòd non.*

8 *Priuilegium Capuanum, quòd non possit alibi conueniri, nõ extenditur ad crimina præfata & falsæ monetæ.*

9 *An uenditis prædijs intelligatur uenditum ius exigendi gabellas, quæ solet in ipsis prædijs exigi.*

10 *Vendito certo redditu cũ iurisdictione, an intelligatur uẽditum territorium, an uendito palatio capella una cũ iure patronatus uendita intelligantur.*

11 *Castrum potest uendi tanquam res muro circundata, & tunc non uenit iurisdictio.*

12 *Consuetudo dat altam, & bassam iurisdictionem.*

1 Circa primam concl. huius decis. † ꝙ de iure cõi uendito uel concesso castro cum iurisdictione ueniant merum mixtumq; imperiũ, dicas esse tex. notab. in rub. de pace Const. in uerbo iurisdõnem, tam in ciuili, q̃ in crimi. quem ad hoc propositum ponderat Bal. ibi, affirmat Ale. in cõs. 35. uiso pũcto causæ uertẽtis 1. col. uol. 4. Corne. in sing. in uer. princeps scdo. Ias. in cons. 45. 4. uol. & hanc esse cõem opi testat̃ Gaspar Vall. in l. Imperium. nu. 24. de iuris. om. iu. ubi ampliat ista procedere, qñ concederet castrũ cum territorio, ꝙ ueniãt 2 † præfata merum mixtumq; imperium, quæ cõis concl. limitatur pluribus modis, ut ibi per eum, breuitatis studio, habetur etiam per Fel. in c. ad sedem. de offi. ord. Soci. in cons. 74 consilijs nostris in uerbo quin ex quo, prima col. primo uol. ibi etiã an ueniant maiora expressis, qñ est uendita omnia iurisdictio, iux. glo. sing. in clem. unica de foro compet. in uerbo omnimo dam, de quo ẽt per Calca. in cons 90 & 101. ubi conueniendo cũ istis late examinat † quæ ueniãt castro uendito, & ꝙ sequan-
3 tur, & neniant nemora pascua, flumina, affirmat Cor. in cõs. 321. in hac consultatione in 4. par. in litera m, n, o, ꝙ ẽt bombardæ. Bal. in c. 1. § si quis de mãso. de contr. inuest. Cepo. in tit. de flum. Iacob. in tracta. feud. fol. 28. 29. latius Boer. in deci. 50. uĩ dicendum, ubi plene, ꝙ non transeant regalia, & p Deci in consil. 516. qm causa ista. nu. 24. 517. nu. 9 ubi ꝙ oia quæ sunt in territorio ueniant, ẽt subfeuda, qui loquitur in regno nostro dicens, † regem nostrum habere dominium directum in di-
4 ctis subfeudis, licet in uniuerso istud regnum sit de dominio ecclesiæ, & latius etiam per Aym. in cons. 54. quæritur primo, nu. 9. ubi etiam ait, ꝙ uendito castro cum confinibus, molendina, cęterave existentia infra fines castri ueniãt, immo castrum ex iuris dispositione præsumitur habere territorium, & iurisdictionem. Bar. in l. j. de offic. præf. uerb. per gl. in l. quicunq; de fundi. limit. li. 11. consuluit Guid. Pap. consil. 88. nu. 1. habetur etiam Bald. in c. 1. de cap. qui cur. uend. ꝙ omnia quæ erant penes concedentem, ueniant castro uendito l. j § in initio. & § cũ urbem, ubi Bar. de offi. præf. urb. cum nonnullis quæ possint ultra adduci, sed hæc omnia de iure ciuili uidentur aperte proce-
5 dere. Sed in regno ait Affl. hic hæc non procedere † quia per generalia uerba merum mixtumq; imperiũ, quæ sunt de regalibus, non ueniant, nisi specialiter concedantur per constit. reg. ea quæ ad decus, nota obsecro; quia contra ista dicta per Affl. uĩ tenere Lucas de Pen. in l. j. de priui. scol. lib. 12. ubi ẽt ait, ꝙ concesso mero, mixtoq; imperio, uenit bonorum confiscatio, & latius ista uoluit D. Loffredus in cons. 24. ubi inquit ꝙ concessio castro per regem, uidentur concessa prædicta merũ mixtumq; imperium, & omnia quæ per subditum possunt possideri, quę ut melius affirmare hic Affl. in d. const. reg. ea quæ ad decus. nu. 12. ex cons. Rom. 471. in causa sancti Lucidi, alias uis tota est, initium, ea ratione inter alia, quia hodie principes sunt soliti ista concedere, ut ibi per eum, sequitur hæc Caine. in Lim periale m. fol. 69. alias 70. in litera t. s, quem uide, & propterea ex his dixi in quadam causa magnifici Io. Fran. de Angelis uertente in regia camera summariæ cum regio fisco, qui magnificus Io. Franc. causa habeat priuilegium castri sanctæ capitæ cũ iurisdictione alta & bassa, ꝙ dicat se semper habuisse, & habe-
6 re in d. castro merum & mixtum imperium, † quã per illud uerbum altam, intelligitur habere merum imperium, & per illud uerbum bassam, mixtum, prout præfata sentit Bar. in l. fi. ff. uti possi. expresse Pau. de Cast. in consi. 406. in nouis, incip satisfaciendo singulis dubijs. in uer. 4. quæritur, affirmat hanc diffinitionem, & præfata Cass. in cons. Burg. fol. 18. nu. 14. Boe. in d. decis. 30. in casus positione. Massuerius in sua praxi in rub. de tudi. & eorum iurisdictione, nu. 13 ubi in specie diffinit altam iustitiam esse, qñ agitur de crimine, mediam & bassam in alijs, illud idem Pet. Rastri in tit. de iurisd. alta & bassa, in rub. de in prin. concomitatur ista Paris. in cons. 9. 1. uol. qui dicit, ꝙ qñ alicui conceditur castrum cum plenissima iurisdictione, ꝙ merũ & mixtum ueniant, de quibus etiam per Bal. in cons. 253 uisis omnibus, 1. uol. ubi quærit, si per iurisdictionem bassam alicui concessam alteri iurisdictioni derogatum intelligatur &c & sic iurisdictionem altã in puniendis delictis, uocat bassam in alijs, & sic tenendo, ad adducta per Affl. hic dico posse responderi, qñ concessio fuisset facta ab inferiore à principe, ut puta ab aliquo comite. Item in his regalib. qñ à principe fuisset facta
7 concessio, quæ non sunt solita à principib, ipsi concedi † ut est monetam cudere, notarios creare, aut de crimine maiestatis cognoscere, & de similibus & ultra notat præfata Paris in trac. de synd in tit. de excess. bato. Gramm. in consil crimi 6, loquẽs
8 † ꝙ priuilegium Capuanum, ꝙ non possit conueniri nisi Capuæ, non se extendit ad crimen falsæ monetæ. Rubeus Alex. in cons. 50. Dec. in cons. 197. in causa inquisitionis, ita uĩ tenẽdum saluo iudicio saniori, maxime, quia res reducitur ad ius cõmune, & tñ ista ꝙ dicta uerba altam & bassam iurisdictionem contenta in priuilegij ueniant merum & mixtum imperium, fuit iudicatum in præfata causa hodie, qui est nonus mẽsis Iulij 1565. actuarius Io. de Flori. sed iuxta hæc quæritur, an ista locum uendicent in locis priuatis, † ut uenditis prædijs in-
9 telligatur ẽt uenditum ius gabellæ exigendæ in prædijs istis solitum. Bal. ꝙ non, in l. à pcuratore. C. man. sed qualiter istud intelligatur ultra Loffred. in d. cons. 24. qui ait ideo non uenisse, quia non erat natura rei uẽditæ, declarat Dec. in cons. 488,
10 pro resolutione, & Boer. in dec. 227. & † uĩ primo, ubi etiam ꝙ uendito redditu certo cum iurisdictione, uideatur uenditũ territorium, & eũdem in dec. 323. psuppono, ubi si ueniat ius patronatus capellæ, uendito palatio, ꝙ non qñ ad capellã habetur aditus à uia publica, & in præfatis etiam nota, quæ uult
11 Paris. in cons. 20. 1. uol. † ꝙ castrum potest uendi ut res muris tantum circundata, & tunc non ueniret aliqua iurisdictio. in nu. 32. sunt etiam aliqua de istis in dec. 290. & ꝙ consuetudine
12 etiam inducantur † altæ iurisdictiones altæ & bassæ, no. Bal. in l. etiam C. de execu. rei iudic. col. 5. in uer. modo testa, notat dictus meus propatruus in tit. de cõsue. in suo opere. q. 24. Franciscus nomine. Cæs. Vrsill.

DECISIO CXXIII.

De promissione uulnerati chirurgo facta.

SVMMARIVM.

1 *Promissio infirmi medico facta an ualeat.*

Promissio defuncti obligat hæredes.

2 *Medicis an liceat ab infirmo recipere promissionem pecuniæ procuratione.*

3 *Intellectus ad l. archiatri. de profes. & medi. lib. 10. C.*

1 Dominus Carolus Copula chirurgicus petit † ducatos centũ ab hr̃dib. Petri de Blãcha tãquã sibi promissos tẽpore quo ipse Chirurgicus medicinabat

bat eius feritatem. Vtrum debeantur sibi. Omnes domini dicebant, q sic; quia illa promissio defuncti obligat hæredes l.si pactum. ff.de prob.cum conc. Ego fui per momentum in contraria opinione, q non de-
2 bentur: † quia non licet medicis recipere ab infirmo promissionem pecuniæ pro eo curando,& si ipsam promissionem recepit, non ualet, allegabam tex. in l.archiatri.& ibi Bar. C.de profess.& medicis, lib.10.alleg.ff.de uariis,& extraor.cog.l.medicos. Sed melius cogitando dixi, q d. lex, archiatri.loquitur in medi-
3 co, qui habet salarium a publico, & ideo non † facit ad factum. Item in d.l.medicos, loquitur quando medicus dedit mala medicamenta,& infirmus promisit centum ut curaret ipsum, talis promissio cassatur. Et idem Spe.in titu.de salariis, ponit uersum Io.de Deo. Dum dolet infirmus, medicus sit pignore firmus. Licet Io.Ang.ibi dicat, q hoc non est bene dictum.

Et ideo per sacrum Consilium unanimiter fuit conclusum, q ualuit dicta promissio:& hæredes dicti infirmi qui conualuit de illa ferita, fuerunt condemnati ad dictos centum ducatos soluendos d.chirurgico.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXXIII.

1 *Medicus capit promissionem ab infirmo de salario iusto, de iniusto, quod cum bona conscientia haberi nō potest, ubi etiam quod dicatur salarium iustum.*

2 *Salarium medici est priuilegiatum, potest illud petere etiam quòd infirmus noluerit medelas, & habuerit medicum exosum.*

3 *Medicus potest petere salarium consuetum, etiam si reconuentio de nouo facta non fuerit, siue reconductio, nā intelligitur eodem salario.*

4 *Medicus chirugicus delīquēs in officio per imperitiam, in tantum quòd homo sit mortuus, an pœna corporali possit puniri?*

5 *Medicina an hodie sit necessaria, & si medicus doctori præferatur.*

6 *Aduocatus an paciscatur de quota litis, an istud pactū de quota litis firmetur iuramento, & si ualeat promissio de alia re quæ non est in lite.*

7 *Aduocatus an ualeat causam ceptam deserere, & an cliens ualeat mutare aduocatum?*

1 CVM conclus. est huius dec. † q medicus ualeat recipere promissionem ab infirmo da suo salario, dūmodo nō utatur malis & noxiis medicamentis ad extorquendā promissionem, affirmat Ioan.de Platea in d.l.archiatri, dicens, d.l.loqui in medico, qui habet salarium à publico, q non ualeat hīc talem promissionem, q etiam sequitur Cagn. in repe.l 1.nu.192.C.de resc.uen.qui citat Afl.hic, & ultra carmen spec.citatem per Afl.hic, Dum lāguet infirmus medicus fit pignore firmus, additur ab aliquib. Ægroq; curato, dolēt de pignore dato, idem dicunt aliqui de aduocatis his carminibus dum causa uentilatur, & infirmus infirmatur, tunc curas petere, nam causa concordata, & infirmo restaurato, nil curant soluere, nam aduocati & medici tres facies clientulis sese fuerūt, tempore necessitatis angeli, dico necessitatis urgentis, alio spe non sic instātis, homini, demum ea in totum finita, dæmonis, & hoc ab ingrato cliente dico & intelligendum puto, & de his hactenus, sed uide q pro prima opi q non ualeat promissio facta medico ab infirmo tempore infirmitatis facit gl.in l.1.§.si cui cautū, in uerbo supēsa ff.de uarijs, & extraordi.cogn quæ ita intelligit d.legem medicos.hic alleg.in eod tit.& ideo istud ego intelligerem, q medicus possit habere promissionem ab infirmo de salario iusto, nam salarium iniustum, & immoderatum medicus cum bona conscientia habere non ualet, prout affirmat Arch.in c.cum non sine.14.q.5.& quod sit iustum salarium medici, possit cuncti reg. sicut iniquum, ubi hic auctor explanat in præfatis nonnullas quæstiones,& insuper in præfatis nota, q medicus non tenetur restituere habitum ab infirmo, quem forte promisit usque ad finem curæ: si ab aliquo pendente curatione, siue medelis interficiatur, prout testatur
2 Bal.in l.pe.C.de con ob causam † in quibus etiam nota, q adeo est priuilegiatum salarium medici: q exigatur ab infirmo, etiā q noluit curari,& medicum exosum habeat, prout cōsuluit Socin.in cons.qui concordantes citat in consil.22.omnipotens Deus
3 adsit, ex his, quæ in facto.nu.11.1.uol. † & q medico debeatur salarium consuetum:& q pro eodem intelligatur facta tacita reconductio, sequitur longo apparatu Socin.in cons.196.circa
4 præsentem.11.uol. † sed posteaq̄ ad medicos incidit sermo, iuxta ista quæritur, & fui de facto interrogatus, an medicus chirurgicus delinquens sua imperitia in officio, in tantum q infirmus moriatur: an ualeat, uel possit talis, uel omnis medicus pœna corporali puniri: & dixi q non, fm glo.notabilem in l.31.quæ etiam ponit de assessore.ff quod quisque iuris, prout illam gl. post alios ita uidetur intelligere Aug. in addi.ad Ang. in tract.malefi in uerbo fama publica. fol.45.nu.104.105.cū seq sunt notę Fel.in c.pastoralis.de iud.nu 8.qui alleg text.l.illicitas §.sicuti.de officio præsidis, & ibi Bart.& eiusdem quasi de omnibus factis in præsenti deci.in c.tua nos.de homicid.ibi etiam q aduocatus teneatur causam defendere ut aduocatus, & nō facere officium procuratoris, sed latius Petrus Placa epitome delictorū, fol.438.& deci.parlamēti Francisci Marci 646.
5 & 523.Cassa.consi.48.ubi etiam de marescalchis. & † de præfatis etiam, si medicina hodie sit necessaria: & an doctori medicus præferatur, & alijs nonnullis quæstio.sunt scripta per Siluam nupt.fol.217.nu.77 & de aduocato quæstionē non omit-
6 tendo † an possit paciscí de salario: & ualeat pactū de quota litis: & quid si fiat de alia re: de qua non litigatur. Guido Papa in deci.190.aduocatum.& in decisio.162.licèt non sit licitum. q sic, scilicet q firmetur iuramēto, & q ualeat pactum de alia re, quæ non est in lite. sed contrariū uidentur uelle doct.in l.sumptus.ff.de pactis.hic auctor in consti.reg.aduocatus. nu.14.15. etiam si de alia ra quæ non est in lite: etiam q procurator promittat sumptus, & expensas ipse facere in lite. q tantum expēsas iustas, & moderatum salarium recuperat. Decius in l.creditori.C.de pactis.late Alex.in l.litem C.de procu.latius Goza.in consi.8.num.24.25.bene potest aliquid pacisci nomine uictoriæ ibi per eum & per Parid.nostrum in syndica.in ti.de excess.aduo.qui declarat, qua pœna puniatur aduocatus, qui fecit dictum pactum de quota litis: & D.Franciscus Marchus.q.parlamenti 19.& secundùm præfata bis meis temporibus fuit iudicatum in sac.consilio dicta pacta de quota litis: & sic immensi salarij etiā cū iuramēto non ualere. uidelicet in causa Octāuiani de Nigris anno 1557. cuius causæ actuarius fuit Thomas Palomba.& in causa uenerabilis ecclesiæ sanctæ Mariæ de Aiello de Fragola: cuius est actuarius Anibal Cæsarius cum Ioan.
7 Domenico Guerra: & in præfatis nota † q aduocatus non potest causam deserere, licèt cliens ualeat mutare aduocatum secundum Pau.de Cast.in l.properandum.§.illo proculdubio.C. de iudi. Cæs.Vrsil.

DECISIO CXXIIII.

De restitutione in integrum aduersus probationem omissam, & de dilatione in ea.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium quod denegari non potest, proficere debet.*

2 *Beneficiū restitutionis in integrum aduersus probationem omissam, & illius tempus est iudici arbitrarium.*

3 *Tempus ad defensiones faciendas in beneficio debet esse congruum.*

Citationis tp̄s cōgruus debet, ne citatio reddatur nulla.

1 ECce † datus est terminus ad probandū incūbentia arbitrio iudicis: facta publicatione reus, cui cōpetit beneficium, petit beneficium primum per extra Regnum,& petit dilationem competentem, dici-

tur, quòd non debet habere nisi medietatem primi
termini; quia sic semper fuit obseruatum. In cõtrariũ
dicitur, ꝙ dictum beneficium postquam non potest
sibi denegari, debeat esse sibi ꝓficuum, ut arbitretur
à iudice tempus secundum distantiam loci, ubi sunt
2 testes; † quia tempus beneficiũ est arbitrarium iudici:
ut dicit Inn. c. coram. de resti. in integ & Card. in Cle.
1. eo. ti. in ulti. q. aliàs si esset medietas primi termini,
esset terminus impossibilis ad faciendum suas defen-
siones, & per indirectum tollitur sibi beneficiũ, idest,
restitutio in integrum aduersus ꝓbationẽ omissam,
per quam omissionem perderet possessionem sine do
minium: ut dicit Bar. in l. ab hostibus. §. sed quod sim
pliciter. ff. ex quib. cau. maiores. & in l. interdum ff. de
3 † mi. tempus ad faciendum defensiones in beneficio
debet esse cõgruum, sicut dicimus in tempore, quod
ponitur in citatione, quod debet esse cõgruum, aliàs
citatio redditur nulla, secundũ Barto. in l. aut qui ali-
ter ff. quod ui aut clàm. & C. ld. in cons. 43. incip. quæ
ritur, utrum &c. Et Abb. in c. cum dilecti. de dolo &
contu. & Bar. in extrauaganti, ad reprimendã, in uer-
bo, per edictũ Fuit tandem cõclusum in Consilio, ꝙ
primum beneficium arbitretur secundum distantiã
loci, & nõ prout uulgariter dicitur, ꝙ sit medietas pri
mi termini, & ita postea uidi fuisse pluries seruatum,
& maximè in causa Ia. Rubei cum domina.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXXIIII.

1 *Terminus beneficij dati in causa licèt sit medietas primi termini, tamen debet secundum distantiam locorũ prorogari.*
2 *Termini prorogatio ex natura rei quã loque uenit iudicis arbitrio: nam si quis promittit fructus nascituros, uel aliquid forte Romæ dare sub pena: de natura negotij uenit ipsa termini prorogatio: scilicet quando fructus nascuntur, uel tempus quo quis possit Romam accedere iudicis arbitrio.*
3 *Instantia syndicatus licèt de iure sit dierum 40. tamen ex causa fit prorogatio ipsius instantiæ: & dilatio secundum pragmaticam prorogatur secundùm distantiã locorum, quibus fuit facta nominatio, dummodo quando fuit facta denominatio infra regnum non excedat tempus mensium trium.*
4 *Cautela conuincendi eum qui causa calumniæ. & dilationis facit nominationem extra regnum: ꝙ pars petat fieri depositum pro prætensis testibus examinandis iuxta eorum numerum.*
5 *Dilatio legalis an ualeat de iure per iudicem prorogari, uel minui?*

1 Est conclusio in hac decis. † ꝙ terminus beneficij in causa
concessi, & si sit medietas primi termini dati in causa ad
probandum: ꝙ tamen ſm distantiam locorum ubi testes
sunt examinandi debet prorogari. nota; quia cum præfatis uñ
conuenire tex. l. continuus. §. cum ita, & l. interdum. ff de verb.
2 oblig uolentes † termini prorogationem ex natura negotij ue
nire arbitrio iudicis: ut si quis promittat fructus nascituros,
uel Romæ dare: quamuis promissio sit pura: tamen de natura
rei uenit termini prorogatio, scilicet, donec fructus nascãtur,
uel tempus quo possit quis Romam accedere, quod tempus to-
tum uidetur dependere ab arbitrio iudicis: ut sit Card. in cle. j.
de uita & honesta. cleri cum quibus uidetur conuenire Paris
3 in suo tracta. synd. in uerb. instantia † ubi ait, ꝙ licèt instantia
ipsa syndicatus sit dierum 40. tamen ex causa fit prorogatio,
quod uult etiam pragmatica, cuius est initium, post præfatã
responsionem. de dila. conc. quæ disponit, per iudicem secun-
dùm qualitatem locorum ubi testes sunt examinandi debere
fieri termini prorogatio. dummodo ꝙ dilatio infra regnum
in quacunque parte ipsius nõ excedat terminũ mensium triũ
4 † cautela autem conuincendi eos qui causa dilationis, siue ca
lumniæ terminum ad testes examinandos per extra regnum
petunt: est, quòd iudex parte petente cogat illum, qui fecit no-
minationem ad faciendum depositum expensarum pro quan
titate testium examinandorum, prout dicit glo. fi. in c. statutũ.
5 de rescri. in 6. † an autem dilatio legalis possit prorogari, vel mi
nui, dicunt scriben. in l. 4 de fer. ud.

DECISIO CXXV.

De inofficioso testamento, & legitima à legatis immuni.

SVMMARIVM.

1 *Soror, quæ fratris testamentum pro quarta parte dixit inofficiosum, an teneatur ad legata pro illa parte.*
2 *Legitima debetur fratri uel sorori in institutione turpis personæ, & quanta sit.*
3 *Testamentum in quo turpis instituta est persona, qualiter rumpatur, & in quibus.*
4 *Legata an præstanda in testamento inofficioso per turpitudinem institutionis.*
Clausula codicillaris quam habeat uirtutem.

1 Soror † dixit testamentum fratris inofficiosum: qa
in eo fuit instituta turpis ꝑsona, puta frater spu-
rius. Et fuit pronuntiatum testm̃ inofficiosum,
& hæres scriptus fuit condemnatus ad restituendum
quantam partem hæreditatis defuncti sorori: in quo
testamento testator multis personis fecit certa lega-
ta, & etiam ad pias causas.
Vtrum illa soror teneatur ad legata ꝓ quarta par-
te. Fuit uotatum per totum sacrum Consilium quòd
non; quia fratri, uel sorori debetur legitima turpi per
sona instituta: ut in l. si in l. si fratres. & in l. fratres. C.
2 de inofficio. test. & in l. prima, ff. eod titu. † ista legiti-
ma est quarta pars: ut firmat Ang. in dict. l. prima, qñ
fratres sunt infra quatuor, aliàs esset semis: ut dixit ibi
Ang. & Ale. in a. uol. cõs. 63. in 3. col. Et ista legitima
debet sine onere: ut C de inof. test. l. omnimodo. & l.
qñ in prioribus. unde hæres scriptus tenetur soluere
legata integra, si habet tantum, ꝙ de bonis testatoris
remanet sibi Falcidia de legatis. Et sic hæres scriptus
qui hẽt tres partes hæreditatis soluet integra legata.
3 † Et sic testm̃ non rumpitur instituta turpi persona
quò ad legata, sed solũ quo ad institutionem, hoc est
quò ad ipsam legitimam, ſm Paul. de Cast. in l. Titia
filia. ff. de inoffi. test. licèt alii uelint, ꝙ si testm̃ dr̃ inof
ficiosum per fratrem; quia fuit in eo turpis persona in
stituta, non præstantur legata, ut uolunt magis cõiter
doctores in auth. ex cã, C. de libe. præt. per Ale. & Ias.
tñ hoc esset, qñ teneretur illa opinio, ꝙ in totũ testm̃
in quo turpis persona est instituta, ruit. Sed ſm opin.
Ang. in dict. l. 1. quæ uult, ꝙ solum competit fratri le-
4 gitima, † uitiatur institutio quantum ad legitimã, &
legata soluuntur, vt firmat ẽt Ale. in l. si patroni. §. fin.
ff. ad Treb. ubi firmat hoc indistinctè procedere, ubi
in testõ esset clausula codicillaris, quæ operatur, ut ue
nientes ab intestato sint grauati restituere hẽditatem
hẽdi scripto: & tũc detrahit quartã sine honere: ut ibi
latius ꝑ eũ. Et sic fuit uotatũ, ꝙ legatũ alimẽtorũ fa-
ctum

ctum tertiis soluatur integrè per hæredes scriptos, & nihil contribuat illa soror.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXXV.

1 *Testamentum ruit in totũ, quando frater agit turpi persona instituta: & isto casu legata non conseruantur, per auth. ex causa C. de lib. præt. communis opinio.*

2 *Clausula codicillaris conseruat legata & fideicommissa rupto testamento per filium: & dicta legata & fideicommissa debent præstari à uenientibus ab intestato: quæ non operatur, quando frater rumpit testamentum turpi persona instituta.*

3 *Legitima fratris eius cui à fratre aliquid fuit relictum in testamento turpi persona instituta, quod sit tertia tertiæ & non 3. totius. sed quando aliquid non fuisset relictum: & maxime quando non adesset clausula codicillaris: quia testamentum ruit in totum, frater esse in totum hæres ab intestato.*

1 HAbetur in hac dec. secundum communem opinionem esse, testamentum ruit in totum, quando frater agit contra testamentum fratris institutam turpi persona, & sic legata non conseruantur. Aduerte tamen ego, si ita intelligeres hanc conclusionem, non cum ea conueniret Bal. in d. l. fratres, & in consi. 71. 1. uol. & Decius in cons. 530. in isto puncto. no. 15. qui etiam ait, istam esse cõem opinionem, & isto casu legata, siue fideicommissa nullo pacto conseruari, uel peti posse per d. auth. ex causa. C. de lib. præter. Bologni. in cons. 15. in fi. aliàs si secus diceretur legata conseruari per auth. ex causa in casu isto Affl. fuisset loquutus contra cõem: nisi fortè diceres, consilium sacrum fuisse motum ex clausula codicillari, & per eam saltem præstari legata à uenientibus ab intestato.
2 † nam dicta clausula etiam conseruat legata, & fideicommissa rupto testamento à filio ex causa prætertitionis, uel exhæredationis quomodocunque secundum Iaf. in d. auth. ex causa. pe. col. & per Decium in cons. 248. in casu proposito. & 799. rupto testamento. idem Aymo in cons. 34. proponitur in facto, per totum, ubi etiam declarat, quod per hanc clausulam codicillarem non sustinetur testamentum, in quo posthumus fuisset præteritus: ut quando non per uerba de futuro fuisset concepta: & sic ego aliàs dicebam pro saluando conclusionem ut supra positam per Affl. hic, sed quia infra in decis. 204. fit conclusio, quod ista clausula codicillaris nil operatur, quando à fratre est instituta turpis persona prætertito fratre; neque in isto casu uidentur uenientes ab intestato rogati de restituendo huic turpi personæ, ex cons. Decij 361. 7. uol. reuocatur in dubium, igitur non uideo quomodo dicta per Affl. sic intellecta possunt
3 procedere, & uide in d. dec. 204. ubi dixi † quanta erit legitima huius fratris, cui fuit aliquid relictum, & si non fuit prætertitus, quod erit tertiæ, & non tertia totius, sed quando nil fuisset relictũ, quod tunc testamentum à turpi persona instituta ruit in totum, succedit propterea frater in totum ab intestato. Cæs. Vrsill.

DECISIO CXXVI.

De possessione restituenda per inquilinos possidentes.

SVMMARIVM.

1 *Inquilinus de possessionis restitutione condemnatur propter simplicem possidẽdi assertionẽ in principio causæ.*

2 *Expensarum condemnatio propter mendacium.*

1 PEtrus Gammitella egit contra certos coniuges, † eò quod ipsi occupatum tenent quoddam membrum terraneum domus suæ: illi cõiuges interrogati si tenent & possident: dicunt quod sic, postea in limine conclusionis dicunt, quod tenent ut inquilini monasterii sanctæ Mariæ Carmino, & producunt instrumentum locationis per tres anno. Petr. actor probat suam possessionem dicti membri, quæ possessio inde bitè peruenit ad dictum monasterium. Dubitatur modò, utrum illi conuenti sint condemnandi ad restitutionem membri prædicti. Videtur quod non, per no. in l.
2 1. C. ubi in rem actio † quia possessor possedit ut inquilinus, & nominat dominum in iudicio. In cõtrarium, quia semel dixerunt se possidere, ideo debent cõdemnari ad restitutionem possessionis quam habent, ex quo semel se obtulerunt liti, per l. qui se liti obtulit. ff. de petit. hære. & l. is qui se obtulit ff. de rei uen. Et sic fuit uotatum citra præiudicium iurium dicti monasterii. Sed ipsi cõuenti propter dictum mẽdacium debent condemnari in expensis: & sic fuerunt condemnati.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXXVI.

1 *Quando quis à principio fuit interrogatus si possideat, & negat se possidere, debet condemnari, etiam si ut inquilinus possideat, secus si non fuisset interrogatus: nã tunc deberet absolui, imputatur tunc actori, in casu tamen præfato potest declarari rem ad actorẽ pertinere.*

2 *Colonus, uel inquilinus dominum nominando ait iudicium euitet.*

1 COnclusionem firmatam in præsenti decisione uolentẽ † quem debere condemnari ad restitutionem possessionis, si à principio declarauerit se possidere, licèt postea neget, dicendo, quia ut inquilinus possideat, dominum nominando. Intelligas quando ille à principio fuisset interrogatus, & sine iusta causa declarauerit se possidere: aliàs autem si non fuisset interrogatus, non intelligeretur se liti offerre, deberetur propterea absolui & actori scienti deberet imputari, secus ignoranti, prout bene declarat ista Mathesilla sing. 137. nota, quod si reus, ubi etiam quod partem possideat, quod pro illa parte fiet condemnatio. idem Soc. post Bar. in l. si à te. §. si quis. in 3. lectura ff. de except. rei iud. licet tunc possit ferri sententia, rem ad actorem pertinere secundum eos, quæ omnia erunt alius effectus, nam si hic postea cœperit possidere, mandabitur sententia ipsa executioni contra eum secundum omnes in d. § si quis in 4. lect. sic ista procedunt. Quando autem quis negat possidere & postea conuincitur de mendacio, sunt annotationes su-
2 prà in decis. 78. & quod colonus † quando nominat dominum, euitat iudicium, & alia, declarat Soc. Iunior in cons. 86. & in consil. 47. 1. uolum. Cæs. Vrsil.

DECISIO CXXVII.

De augmento dotis, & de successione in illa.

SVMMARIVM.

1 *Soror uterina præfertur proximioribus alterius in successione antiphati.*

2 *Causa proxima & non remota inspicitur.*

1 MAter habet duas filias, unam ex primo uiro, & aliam ex secundo uiro, lucrata fuit antiphatum quoad usumfructum. Demum deuenitur ad conuentionem & transactionem, ut pro usufructu antiphati habeat talem rem stabilem pro usufructu & proprietate, moritur mater superstitibus ipsis filiabus hæredibus matris.
2 † Demum moritur filia ex primo matrimonio superstite sorore uterina, & superstitibus agnatis ex parte patris sui.

Vtrum in illo antiphato succedant proximiores ex parte pris, uel soror prædicta uterina. Fuit iudicatũ in

Consilio nomine discrepante, ꝙ soror uterina succe-
dat:quia antiphatum procedit à matre tanquam cau
sa proxima,& licèt processit à patre,tamen ista est cã
4 remota:& causa proxima, & non remota inspicitur,
ut sunt concordantiæ per me in c.1.Imperator Lotha
rius,hoc concludit gl.in consuetudine 2.de succes.ab
intestato, in uerbo, obuenerunt. & in glo.in uerbo,
materna.tene menti istam decisionem, quia prodest
ad multa.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXXVII.

1 *In antefato succedunt virtute consuetudinis proximiores ex parte matris;nam mater est causa proxima acquisitionis.*

2 *An causa proxime consideretur in omnibus, allegatur etiam remissiue.*

3 *Vxor rebellium an teneatur hoc antefatum illis modis, quibus tenetur filij restituere,fisco conseruare, & restituere?*

4 *An fiscus admittatur ad hæreditates futuras. Item ad successione de futuro, & iura de futuro, & quid in iuribus de futuro quæ debentur ex contractibus.*

1 DEcernitur hic† ꝙ in antefato acquisito per matrem suc-
cedat soror uterina,& sic proximiores ex parte matris,
& non agnati. & sic proximiores ex parte patris; quia
2 causa proxima consideratur,idest ipsa mater † ꝙ causa proxi-
ma sit in consideratione, & sic pro subiecto huius decisionis,
declarat Curtius in consi.266.circa primum in litera q.4.uol.
habetur per scrib.in l.sed si plures § in arrogato.ff de vul & pu
pil.Soc.in cons.5. suprascriptus insignis.num.9.4 uol.Fel.in c.
de cætero.de homicidio.Curtius senior in cõsi.64.antiquissima
col.9.in uerb.mens.n.& Curtius iunior in consi 2.nu.4.latius
per Siluam nuptialem fol.42.in quibus nonnullæ quæstiones
& concomi.ultimo Affl.in d.c.Imperator Lotarius,sed amplis
sime hodie per Tiraq.in tract.câæ cessantis,quasi per totum,&
maxime in 2.limitatione,& ista decisio facit pro illa opinione,
ꝙ filij habeant hoc antefatum,etiam ꝙ non sint hæredes, pro
ut sunt annotationes infra in deci.314.imò si filius hoc ante
fatum peteret ut hæres patris,teneretur factum ipsis approba
re; ut notaui supra in dec.37.ex mente Affl.ibi in fine,sed sux-
3 ta ista quæritur † an commisso crimine maiestatis per patrem,
hoc antefatum residens penes matrẽ,cuius esse debeat, ꝙ ma-
4 tris,faciunt superius allegata,& non fisci.item etiam quia † fi-
scus ad hæreditates,& iura de futuro non admittitur etiam re-
bellium, prout affirmat Soc.in cons.1 a sequẽdu ordinem.nu.
31 j.uol hoc idem Bar.in l.si qua.ff de his qui sunt sui uel alie.
iuris,& Nellus in trac.banni.in loco infra allegando, istud idẽ
latius Soc in consi.275.in causa fratrum,num. 2 uol.in uer.3.
principaliter dico, & hoc tanto magis quia filius iste casu, per
l.quisque.non dicitur extare,sed haberi pro mortuo,igitur an
tefatum debet esse matris,iuxta tex l.fœminæ,in fi.C.de secun.
nup.iunct.l.sed si mors.ff.de don.inter ui.& uxo.& ibi Bal.qui
dicunt,ꝙ qñ maritus est bannitus in persona,in tantum ꝙ ha
betur pro mortuo,ꝙ uxor lucratur donationem factam ab ip
so marito,quę confirmatur morte,& de præfatis ad excluden-
dum fiscum,sic dat cautelam Hyp.in sing.316.accipe notabilẽ.
5 † Et ꝙ si fiscus ad iura de futuro,quę debentur rebelli,siue bã
nito,non admittatur,est tex.qui cõiter allegatur in l.si manda
uero.§ si cuius ff.manda.cum pulchre notatis per Ias.in l.si sti
pulatus fueram.§.cum stipulamur ff.de uerb obl Dec.in consl.
442.in câ quæ,nu.20.& per Curt.Sen.in cons. 60 col.9.in uer.
uenio ad secundum & tertium quæsitum,quod incipit. dux Fi
lippus, quibus non vr obstare, quod dicit And.in c.1.§.& ite-
rum si clericus.de cap.Corr.nu.11.col.2.in fi.in uer tertiò quę
ritur dicens ꝙ deportatus non habet hæredẽ,iux.tex.l 2 de bo
nis proscr. C.ergo hæditates de futuro ad fiscum debere deue-
nire;quia non uerum ut supra. Sed ad uenientes ab intestato,
ut cõcludunt dicti scribentes in locis supra citatis , & maxime
Cur in d.cons.60 qui dicit, dictum tex.d.l.procedere in depor-
tato,secus in bannito et contumacia,uel alio qui non æquipe
ratur in 11.col.Scrib.in l.1 C.de her.insti. & dicta per eum pro-
cedunt in quæsitis a deportato ex contractib.iuris gentium, q̃
retinet dum uiuit,per d § is cuius.& ibi glo.post mortẽ sunt
fisci,per d.l.2.C.de bonis proscr.ut ipse ibidem declarat:sed di-
cas in antefato ista & alia non esse uera;quia de hoc est tex.cla
rus in d l.quisque.in § uxores uero,qui ait,ꝙ uxores mariio-
rum rebellium tenent istud antefatum illis modis quibus filij
repellib.tenebantur restituere, fisco conseruare, & sic qñ ma-
ter decessisset antequã filij, fiscus iux tex.d.l.fœminæ.C.de sec.
nup.in fi.istud antefatum haberet, & sic fiscus in isto antefato
hr loco filiorum,quia censetur quasi paternum, put affirmat
Soc.in d cons.275 in d uer 3.principaliter, quod facit cõtra su
pra allegata & maternũ,sed nõ est;quia paternum,qñ filijs ac-
quiritur,maternum matri:& sic ꝑtaio audio iudicatum in Re
gia camera summariæ in câ illorũ de Russis anno 1556 cuius
est actuarius Cæsar Raparius.s fiscum non uenire ad hæditates
rebellium de futuro deferendas de iure ex ult.uoluntatẽ, sed
ad dictum antefatum filiorũ rebellium,cuius causæ fuit com-
missarius D. Paulus de Magnanis I.V.D.Excell. & in sacro.cõs.
Neap regius consiliarius, q̃ oia, ꝙ fiscus non admittaẽ ad iura
& hæditates de futuro , intelligas ex ult uoluntate , secus si ex
contractib. Alexan.in l 3.§ illud.ff quod quisque iuris,idem in
l.a marito ff sol mat.& in l quoties ff.de noua. Affl.in c.1.§ do
nasse,col.14.qua olim pot feu.alie.Gram.in cons cri.8.per tex.
l.cum inter.§ si ff de pac dotali.qui dicunt ibi esse casum de ꝑ-
satis:sed melius vr loqui Nell in trac banni.1 par quæstiu.30.
& 31.ꝙ iura etiam conditionalia,quæ dicuntur ex contractu,
non ueniant ad fiscum ipsum,in specie,si expedit,longus hem
pe fieret apparatus,si oĩa hic inserere uellem, & sic Gram.non
bene in d.consi. 9.aliàs 7.& alij,ut suprà.& uide infrà.in decis.
361.num.35. Cæs.Vrsill.

DECISIO CXXVIII.

De priuilegio legitimandi reuocato per successorem.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium legitimandi spurios mortuo concedente,an expiret & quando 8.*

Priuilegiorum confirmatio per nouũ Regem consilii est, cuius defectus non inficiuntur.

3 *Indulgentia post indulgentis mortem non protrahitur, & eadem ratione dispensatio.3.*

Sententia tractum successiuum habens sine causa cognitione lata effectum in tempus successoris nõ extendit.

4 *Licentia concessa cum concedente,an moriatur.5.*

Neapolitanum regum liberum est ab imperio.

6 *Indulgentia ex causa necessaria concessa durat post concedentis mortem.*

7 *Confirmatio ex certa scientia & cum causa cognitione prorogatur in tempus successoris.*

9 *Successor laici in feudo habet ratum factum defuncti etiam consumandum.*

10 *Priuilegiũ in uim contractus cõcessum est irreuocabile.*

11 *Princeps quę iuris ciuilis sunt,facile tollit.*

12 *Princeps legitimatam ad illegitimationẽ reducere põt.*

13 *Legitimationes sunt de iure ciuili.*

14 *Rescriptum principis habet uim legis.*

FVit dubitatũ : Ecce Imperator dedit priuilegiũ
d.Michaeli Ricio,Il.doctori, & eius filio in do
ctorali dignitate in futurum existẽti legitiman
di spurios in Regno,& Rex Alfonsus Primus dictum
1 priuilegium confirmauit.†Vtrum mortuo Rege Al-
fonso tale priuilegium expirauerit.Multi dicebant,ꝙ
non;quia defectus confirmationis noui Regis,non in
ficit priuilegium,licèt sit consilii ꝙ confirmetur,ut di
cit Cyn.in l.priuilegia C.de sacr.sanct.eccle.& Bal.in
consl.96.in 3.uol.Alij dicebant, ꝙ illa licentia legiti-
mandi concessa ab Imperatore,& confirmata per Re
gem Alfonsum expirauerit in Regno per mortẽ Re-

gis Alfonsi, per gl.in c.pen.de cleri.non residen.quæ
2 dicit,†q indulgentiis non extenditur post mortem il-
lius qui cõcessit.& pro hoc facit l.fi.ff.de pœnis.& In
sti.de perpetuis & tẽp.actio. Vnde sicut snĩa quæ hẽt
tractum successiuum,si est lata sine causæ cognitione,
non durat ultra tẽs proferentis eam,& non operatur
effectum suum in tẽs successoris:ut dicit glo.& Abb.
Sicu.in ca.à nobis.el j.de sent.excommu. Ita vr̃ dicen
dum in ista licentia data per dominum Regem,& illã
gl.in d.c.pe.sequunt Petr.de Anch.& Car.Flo.ibi,li-
cẽt referat alios tenere contrariũ.Io.And.tenet ibi,q
si licentia est data cã non cognita, expirat per mortẽ
concedentis cã do. Gasp.de Calda.simpliciter sequit
lo unum dicere.nam quod iuſtis moribus fit id de iure recipi-
tor.uolunt Scrib.in l.moribus.ff de aul. & pupil.ubi Iaſ.nu.4.
& qui habet malos mores,dicitur pauper,non iuuatur iurato
ria cautione,ſi nō ualet reperire fideiuſſores. Bald.in l.humilē
C.de ince.nup.Cotta in uerſ.paupertas excuſat,& de iſtis ſino-
nimis & quibus pulcris nominibus doctor nuncupetur poſt
And.declarat hic auctor in c.1.colum.5.de feud.cogn.poſt tex.
ibi in uer.ſtrenuus. Cæſ.Vrſil.

DECISIO CXLII.

De diuiſione debiti per creditorem agentem contra certos debitores inſolidum obligatos, & non contra omnes.

SVMMARIVM.

1 *Proteſtatio an requiratur in creditore conueniente debi*
tores inſolidum obligatos,ut diuidere uideatur debitū
in conuento uno.
Diuiſionem debiti non inducit receptio partis.
2 *Creditor agens pro uirili contra ſuos debitores , diuidere*
uidetur debitum.
3 *Diuiſio debiti non inducitur,ubi aliquis debitorum non*
eſt ſoluendo.
4 *Lex expreſſa in petente non præſcripta.*
Intellectus ad l.inter eos.§.1.ff.de fideiuſſo.

QVidā creditor pluriū ſuorū debitorū inſolidum
obligatorū pro ducatis trecentis egit contra di
ctos debitores ſuos excepto uno debitore, qui
1 erat clericus,& hæres ſui debitori. †Fuit dubitatum,
an per hoc vr̃ facta diuiſio per creditorē,ex quo cre-
ditor nō fuit proteſtatus , ꝙ unica ſolutione ſit con-
tētus:ut no.in auth.hoc ita.C.de duob.reis. Prima fa
cie uidebat,ꝙ nō erat facta diuiſio, per tex.in l.inter
eos. §.1.ff.de fideiuſ.ubi per receptionē partis debiti
nō inducit̄ diuiſio.ſic uī dicēdū,ſi creditor agit cōtra
partē debiti,& nō ſit inducta diuiſio.In cōtrariū facit
2 tex.in l.ſi creditores.C.de pactis. Vbi dr̃ cōtrariū,†ꝙ
ſi creditor pluriū debitorū inſolidū obligatorum exe
git ꝓ uirili,uī diuidere:ita ſi egit contra eos ſine pro
teſtatione excepto uno clerico,quē nō poterat cōue-
nire corām iudice ſeculari,uī diuidere inter eos illud
debitū.Fuit uotatū & iudicatū in Conſilio, ꝙ ex quo
oēs debitores ſunt ſoluēdo, agendo contra aliquos ſi
ne dicta proteſtatione uī diuidere,& ultra uirilē non
poſſunt conueniri,ſecus ſi nō eſſent oēs ſoluendo:ꝗa
3 tunc non eſſet facta diuiſio.†Bene aduertendom eſt,
ꝙ iſta iura non loquuntur in creditore petente,ſed in
creditore recipiēte partem debiti,Ideo dubitaī quid
in creditore agente contra aliquos debitores inſoli-
dum obligatos & non cōtra oēs.pro eo quia dicit Frā
ciſ.Aretio in l.ſi ex toto.§.ſi ita.ff.de leg.j.ꝙ in petēte
4 non habemus legem expreſſam, † ſed bene habemus
legem expreſſam ęquiparantē creditorem recipientē
partē debiti, creditori petenti partem debiti in d.l.ſi
ex toto.§.ſi ita prællegata.Nec obſtat l.inter eos.§.j.
prællegata:quia illa lex habet locum qñ obligati in
ſolidum haberent beficium diuiſionis inuito credito
re,ut ſunt fideiuſſores: & tunc nō præiudicatur ſibi:
& ad hoc fuit lecta pulchra diſtinctio Bal.in d.§.ſi ita
de quo ibi per eum , & per alios ſcribentes ibi.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXLII.

1 *Ad hoc ut creditor habens plures obligatos inſolidum.*
recipiendo partem ab uno ex debitoribus : ſibi præiu-
dicet, quatuor requiruntur.
2 *Creditor petens partem debiti an ſibi præiudicat, ꝙ non*
poſſit petere ſolidum ab alijs & quæ ſunt requiſita.&
quid ſi in inſtrumento fuiſſet data poteſtas uariandi vſ
que ad effectualem ſolutionem.
3 *Quando aliquis eſt creditor unius:an ſi debet centum pu*
ta habere: petat tantum quinquaginta,an ſibi præiudi
cat, quod reliquum, quid ſi ex reſta petat.

1 AFflic.hic concludere uidet,ꝙ tam in creditore petente,
q̃ recipiente partē debiti ab uno qñ † plures ſunt ob-
ligati in ſolidum & omnes ſunt ſoluendo uidetı factā
diuiſionē in creditore tñ recipiente partem debiti ab
uno.Iaſ.in d.l.creditores.ponit quatuor requiſita,pri.ꝙ ſoluat
debitor partem ſuam tñ : & non plus & tanquam ſuam.item
ꝙ creditor recipiat de ſorte principali & non de uſuris item ꝙ
non ſit dictum ſaluo iure ſolidi,cum quo latius conuenit Cot
ta in uerſ. creditor habens,qui alios concomitantes citat, & ſe
cundùm præfata fuit obſeruatum in ſacro conſilio me patro-
cinante in quadam cauſa cuiuſdam Io. Iacobi Gaſtaldi cum il-
lis de domo ceruonne.ſ diuiſionem non fuiſſe factam, ex quo
præfata requiſita non interuenerant anno 1553. cuius cauſæ
cōmiſſarius fuit dominus Franciſc. de Aguir Yſpanus actua-
rius uicarius Boczauotra, & ſecundùm iſta intelligas,quæ uo
luit Cuma. qui etiam de iſto ſubiecto loquitus in conſ.80.ui-
ſa copia inſtrumenti. notantur aliqua infra in decif.153. quæ
2 etiam uidentur †procedere in creditore petente,ꝙ ita demum
ſibi præiudicat , qñ ipſe petit partem ſui debitoris tñ , & non
plus & tāquam partem ſui debitoris, & ꝙ petat de ſorte & nō
de uſuris , item ꝙ nō ſit dictum ſaluo iure ſolidi. Affl hic dici-
tur addere quintum , ꝙ oēs debitores ſint ſoluendo, ſentiunt
ēt doc.in locis ſuperius citatis & maxime Iaſ.in d l.ſi ex toto §.
ſi ita.& hoc in ultima ſolutione, cogita ſi præfata habeant lo-
cum,qñ in inſtrō adeſſent clauſulæ,ꝙ una uia electa, alia non
tollatur , ꝙ poſſit uariare totiens quotiens &c. uſque ad effe-
ctualem ſatisfactionem, de quibus ſunt notata per ſcriben.in
l ſerui elec. & ibi Iaſ. ff.de legaris primo , qui hæc declarat tam
ultimis uoluntatibus quàm in contractibus: eſt etiam text.&
ibi Scrib.& in l ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum, aut Pamphilum.
ff.de uerbo.obliga.& uera concluſio uidetur, ꝙ actori licet ua
riare uſque ad litis conteſtationem,quando adeſt uerbum,uo
lum.ſecus in reo,quia quandocūque cum diſtinctione tñ text.
l.eum qui certarum. ff.de uerb.obli.§.qui illud aut illud habet
de præiatis per Curtium Iuniorem in conſ.159.in ſecunda par
te.ſunt ēt anno infra in dec.146.& 326.ubi ex conſ Decii 460.
ꝙ creditur qui habet poteſtatem uariandi:quòd ſibi in præfa-
tis non præiudicat,contra gl.in l.proinde.§ notandum.la 2.ff.
ad l aquil.& Marant qui ſecus uidetur uoluiſſe ſequendo glo.
præfatam in ſuo ſpeculo aduocatorum in 4 q Quæ omnia, ꝙ
creditor petendo partem ab uno ex pluribus obligatis modo,
quo ſuprà, ꝙ ſibi præiudicat;uolo intelligas, quādo ſunt plu-

3 res obligati:& ab uno petitur portio sua,secus† si fuisset unus
tantum obligatus:& mihi deberet,fortè centum:nam si ab eo
peto fortassis quinquaginta, vt mihi soluantur:non fit præiu
dicium,quin reliqua quinquaginta uô ualeam petere.l.si qui-
dem.C.de traosacto ibi Scri.maxime Ias.§.si minus , ibi etiam
Are.& Ias.insti de actio.Matthesilla.tu singu. t 15.nota q̃ si ex
centum.nisi fortè ex testa petijssem,uel recepissem,secundùm
scripta infra in dec.285.quæ nota. Cæs.Vtsil.

DECISIO CXLIII.

De testamento in scriptis per multas rationes inualido.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum in scriptis quæ requirat.2.3.*
2 *Testamētum suppositum inualidum, Notarius in testa mento recipiendo debet esse rogatus,& de hoc constare debet.*
Testamentum ad interrogationem notarii conditum,an ualidum.
4 *Testatorem sanæ mentis testando non esse, quæ faciant apparere.*
5 *Senatus Romanus furiosi cuiusdam ualidum iudicauit testamentum propter eius perfectionem.*
6 *Testari in scriptis quādo appareat testatorem uoluisse. Testamentum nuncupatiuum expressionem nominis hæredis coràm testibus requirit explicitè uel implicitè per relationem ad aliam scripturam.*
7 *Legatum implicite relictum per relationem ad aliam scripturam.*

1 VTrum testm̃† Martini Martiali scriptū per ma
nus notarii Modestini clausum & sigillatum
ualeat ut testm̃ in scriptis. Et si non ualet ut
testm̃ in scriptis,ualeat ut nuncupatiuum.Et certe ta
le testm̃ non potest valere vt testm̃ in scriptis propter
multos defectus. Et primo, quia illud testm̃ non fuit
sub scriptū à testatore manu propria , qñ testator scit
scribere , prout erat ipse Martinus, & in testô in scri-
ptis requiritur ista solennitas:ut expresè dicitur in l.
hac consultissima. C.de testa. Secūdò probatū est,q̃
dictus testator non tenuit dictū testm̃ in manus suas,
nec dixit,q̃ istud erat suum testm̃. Sed notarius præ-
dictus tenebat in manib.suis certas chartas, quas ex-
traxit a pectore suo , & interrganit præfatum Marti-
num infirmum,si nellet istud esse suum testm̃: aliqui
testes dicunt,q̃ Martinus rñdit,Misser si. Alii dicunt,
2 quod dixit. Messe si, † & per consequens istud testm̃
potuit esse suppositum à dicto notario: & ideo tale
testm̃ non debet ualere,per d.l.hac cōsultissima. Ter
tiò nô apparet aliquo modo , q̃ dictus notarius fuit
rogatus qñ interrogauit testatorē , si volebat testm̃,
quod ipse notarius tenebat in manu sua,q̃ esse suum
testm̃,& testator dixit,ut suprà q̃ rogatus est de uno
requisito in testô in scriptis:ut dicit Bar. in l.a.ff.quē
admo.test.ape.Et licèt gl.côiter approbata in l.iube-
mus.C. de testa.uoluerit,q̃ testm̃ conditum ad inter
rogationem notarii hoc modo , uidelicet, uis talem
facere hæredem ? & testator dicit q̃ sic , q̃ tale testm̃
est ualidum:tñ illa gl.procedit in testô nuucupatiuo.
3 Secus in testô in scriptis : † quia in eo si interrogatur
testator,si uult illud esse suū testm̃, & ille rñdit sic,nô
ualet tale testm̃ in scriptis.ita expresè firmat Io. An-
dr.in addit.Spe.in tit.de testa.§.in in primis. Et multi
doctores sic consuluerunt in suis consiliis, vt fuit dñs
Bartholomæus Soci.in dñs Io.Baptista de Caccialu-
pis in simili materia, & Moder.Papienses in d.l.iube
mus . Et totum Consilium pro maiori parte affirmà
bat ita fuisse per sacrum Consilium aliàs iudicatum
in quodam testô in scriptia facto in ciuitate Auersæ.
Quarto dictum testm̃ nô fuit scriptum & sigillatum
à testibus in pñtia testatoris , sed in sala extra camerã
ubi iacebat in lectô testator,ut deponunt testes:quo
casu non ualet testm̃:ut in dicta l. hac consultissima.
4 Quintò,† illud testm̃ fuit factum eo tempore,quo te-
stator grauatus infirmitate nô erat in recto sensu , ut
deponebãt certi testes:licèt quidam aliis testes depo
nebant contrarium . Tamen quia dictum testm̃ erat
indiscretè conditum , quia in eo instituit uxorem suã
iuuenem hæredem , & fratres carnales non instituit
hæredes, & certa uerba indiscreta continentur in di-
cto asserto testô,q̃ attenta qualitate dicti testatoris,
qui fuit uir prudens & cômissarius Regius , q̃ ex his
multi præsumpserunt dicere , q̃ dictus testator tunc
non fuit in recto sensu. Ad hoc accedat id quod dicit
5 Valerius Maximus† q̃ senatus iudicauit testm̃ cuius-
dam furiosi esse ualidum:quia bene fuit dispositum:
ut refert Bal.in l.2.de test.& in l.furiosum.C.eo.titu.
& idem Bal.in c.1.in prin.per quos fiat inuesti.Et re-
fert Ale.in 2.uol.cons.85.in 1.uol.cons.141.ita econ
tra dicendum nř. Sexto de uoluntate testatoris nihil
constat nisi per scripturam dicti notarii, & cum non
appareat de uoluntate testatoris nisi per dictam scri-
pturam, non potest ualere ut testm̃: ut dicit Io.And.
in d §.in primis. Ex quib.& multis circunstantiis con
siderantis fuit per omnes dominos uotatum,& postea
sententiatum , q̃ dictum testm̃ non ualet ut testm̃ in
scriptis.Fuit deinde dubitatum,an saltem posset uale
6 re ut testm̃ nuncupatiuum. †Et certè cum appareat,
q̃ dictus testator uoluit testari in scriptis,& non nun
cupatiuè,quod apparet ex eo;quia uoluit, q̃ uolũtas
sua non esset nota testibus,& sic apparet,q̃ uoluit in
scriptis testari:ut dicit Paul.de Castr.in l.hæreds pa-
làm in 2.col. ff.de test. & Cyn.in l.hac consultissima.
§.per nuncupationem. C.de test.nec potest ualere ut
nuncupatiuum: quia testator coram testibus non ex-
pressit nomina hæredum,nec explicitè nec implicitè
per relationem ad aliam scripturam:ut dř in l.asse to
to.ff.de hær.instit. & per Bar.in l.si ita scripsero. ff.de
conditio.& demonstrationi,& per Moder.in d.l.hæ-
redes palàm.† Valet enim legatum,quod est implici
7 tè relictum per relationem ad aliam scripturã, secun
dum Bar.d.l.si ita scripsero,q̃ hæredis institutio,secū
dum Bal.& Ang.in d.l.asse toto.unde si testator no-
minauit hæredem nec implicitè,nec explicitè,non po
test ualere tale testm̃ ut testm̃ nūcupatiuū. Et sic fuit
iudicatum,quod dictum testm̃ non ualebat, & q̃ hæ
reditas dicti Martini spectat ad Ioannem & ad Anto.
fratres carnales dicti Martini tanquam hæredes ab
intest.lata fuit sententia die 4.Iulii.1419.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CXLIII.

1 *In testamento in scriptis ultra 6.solēnitates,quas enumerat Afflic.hic ponitur alia,q̃ est necessarium , q̃ fiat publicatio ipsius testamenti coram iudice,notario, & testibus: qui habeāt cognoscere eorum signa citatis his quorum interest.*
2 *citatio eorum quorum interest in testamēto,in scriptis est*

eſt adeo neceſſaria: ꝙ nepos teſtatoris aduocat hæreditatem ab hærede ſcripto, cum bona conſcientia, ſi non fuit in ipſius teſtamenti apertura citatus: vbi ſi una ſolemnitas deficiat in teſtõ in ſcriptis, an in totũ ruat?

3 *Ad probandum quòd quis uoluerit in ſcriptis teſtari: ſtatur titulo in principio teſtamenti ſic dicenti.*

4 *In teſtamento in ſcriptis inter alias ſolemnitates requiritur, ꝙ inſtitutio hæredis non fiat ad alterius declarationem: poniturque caſus de facto. ꝙ teſtamẽtum ruat in totum, quando ſolemnitates deficiunt.*

5 *Teſtamentum in ſcriptis ſi non poteſt ualere: an ualeat ſaltem ut nuncupatiuum ex clauſula codicillari, quę ſolet poni in ipſo teſtamẽto. Et an in perſonis dilectis hęc clauſula intelligatur?*

6 *Teſtamentum an dicatur nullũ in foro conſcientiæ quando ſine ſolemnitatibus?*

7 *Teſtamentum quando dicatur imperfectum ratione uoluntatis: in tantum ꝙ non valeat etiam ad pias cauſas, & inter liberos.*

8 *Teſtamentum an dicatur imperfectum ratione uoluntatis, uel ratione ſolemnitatis: ſi teſtator dixit, non fare niente ſino a domane: ſi poſtea nil fecit, an primò facta remaneant.*

9 *Relicta in teſtamento minus ſolemni naturaliter debentur. igitur habet locum retentio.*

AFfl. enumerat ſolemnitates à iure requiſitas in teſtamento in ſcriptis uſque ad ſextam: adde ſeptimam, ꝙ poſtquam teſtm̃ fuit confectum cum iſtis ſolemnita-
1 tibus: ꝙ fiat ipſius publicatio † coram iudice, & teſtib.
qui recognoſcant eorum ſigna: citatis his, quorum intereſt. l. j.
& ibi Bar. ff. quemad. teſt. aper. & ante factã dictam publicationem, dr̃ teſtm̃ ſcriptura priuata: quæ citatio adeò eſt neceſſaria, vt ait Iaſ. in l nemo põt. ff. de lega. 1. in 2 lectura in uerb ſu-
2 biicit. Imo. & Alex. hic col 4. † ꝙ nepos teſtatoris põt aduocare hæreditatem ab hærede ſcripto in tali teſtõ: qñ ipſe fuiſſet citatus in apertura teſtamẽti: & hoc etiam in foro conſcientiæ. Ad quod facit, ꝙ quando una ſolemnitas deficit in teſtamento in ſcriptis: facit ꝙ teſtamentum in totum ruat; affirmat ultra adductos per Affl. hic Soc. in fallen. 399. in uerbo teſtator. Item ẽt requiritur in teſtamento in ſcriptis, ꝙ inſtitutio hæredis non fiat ad interrogationem alterius. Pau. de Caſt. in l. iubemus. C.
3 de teſt. Aymo in conſ. 143. Gulielmus Boerii. nu. 13. † Et ad probandum ꝙ quis uoluerit in ſcriptis teſtari, ſtatur eius confeſſioni in principio teſtamenti: dum fortè habetur in initio ipſius teſtm̃ in ſcriptis talis &c. (prout ego uidi multoties) & de aliis multis requiſitis declarat Soci. in conſil 112. reuerende pater. num. 9. primo uolu. repetito in conſ. 173. ſecundo volu.
4 qui declarat † quomodo procedat l hac conſultiſſima C. de teſt. ſed latius per Pariſium in conſ. 19. conſideratis conìecturis, cũ ſequent. tertio uolu. Iaſ. in conſ. 67 uolu. 3. & ꝙ teſtamentum in totum ruat: quando non interuenerunt ſolemnitates à iure requiſitæ: fuit deciſum in facto conſ. in cauſa D. Pænolepæ Manſellæ cum magnificis Lucio & Fabio de Loffre. ubi multa fuerunt adducta me patrocinante dictam cauſam, contra teſtamentum, quæ longum foret hic inſcribere, ſed ſum contentus de remiſſione ad deci Gramm. num. 62 compilatam inter alia ex dictis meis allegationib quas habeo, & hoc anno 1544 vbi
5 fuit diſcuſſum † ſi ſaltem valeat vt nuncupatiuũ, ſi non põt vt in ſcriptis ualere, hoc ſaltem ex clauſula codicillari, quæ in perſonis dilectis intelligitur. Sed iuxta hæc quæritur, qñ dicatur teſtm̃ imperfectum ratione voluntatis; quia fuit habitus ſer-
6 mo quaſi in totum ratione ſolemnitatis, ultra tex. qui hoc declarat in l is qui. ff. de teſtam ponit Iaſ. in conſ 67. 3. uol. † ubi ſi ſaltem in foro conſcientiæ ualeat, & dicas tunc teſtm̃ dici imperfectum ratione uoluntatis, quod non ualet etiam inter liberos, & ad piam cauſam, prout conſuluit Abb. in conſ. 105.
7 in 2. uol. † qñ teſtator tunc in ipſo actu teſti uolebat aliqua facere, quæ morte præuentus non compleuit, nam tunc prout declarat d. l. is qui, eſt defectus uoluntatis. Deciſ. in conſil. 159. caſus qui præponitur. ſi uerò tunc non erat aliqua facturus, ſed mox reſeruaſſet aliqua facienda, nã dato ꝙ illa poſtea non feceris morte ſecuta, illud qđ prius fuiſſet factũ valeret, nã tũc non dicitur defectus uoluntatis l. ſi teſtamentum. C. de inſt. & ſubſt. prout ita declarat Calcan. in conſ. 91. & melius Curt. Iun. in conſ. 12. nu. 1. 1. uol licèt hæc fuerint ante dñi Alex in conſ.
8 78 Murienſis quidam 10 1 vol. ubi conſuluit † teſtm̃ ualidũ, ſi poſtquam teſtator fecit, quæ erant facienda, ꝙ dixit notario, non fara niente ſino domane, conuenit ẽt cum iſtis Ruinus in conſ. 1. uol. 2. & 15. eo vol. & vltra de ſubiecto præfato, qñ dicat teſtm̃, declarat Pariſ. in alio conſ. 24. 3. uol ſunt add. Recentiorum in conſ. Dec. 489. qui innumeros ẽt citat in iſtis, quæ licèt
9 ſic procedant, tñ ad unũ rogo, eſto aduertens † ꝙ legata relicta in teſtõ minus ſolẽni, naturaliter debent, & hẽt locũ retentio. Capi. in dec. 89 &c. ſed uide in ſequenti deci. Cæſ. Vrſil.

DECISIO CXLIIII.

De teſtamento in ſcriptis reſoluto in nuncupatiuum propter clauſulam, omni meliori uia.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum, in quo nullus teſtis dicit ſe ſubſcripſiſſe loco teſtatoris imperiti, qui neſciebat ſcribere, an ualidũ. Clauſula omni meliori uia &c. in teſtamento facit ualere teſtamentum in ſcriptis ut nuncupatiuum.*

IN quodam teſtamento condito per quendam teſta-
1 torem de ciuitate Teramini. † Fuit dubitatum,
ſi in dicto teſtõ in ſcriptis condito ſunt ſubſcripti nedum ſeptem teſtes: ſed quatuordecim: tñ unus ex dictis quatuordecim teſtibus non dicit, ꝙ ipſe ſubſcribit loco teſtatoris nõ ualẽtis ſubſcribere dictũ teſtm̃. An dictum teſtm̃ ſit ualidum? Quidam dicebant, ꝙ non ualet: quia l. hac conſultiſſima, C. de teſta. expreſſè dicit, ꝙ ſi teſtator ſcribere nequeat, octauo pro eo adhibito, teſte ſubſcribat eadem ſeruare decernimus. & ita iudicauit dñs Gulielmus Fricina tunc auditor prouinciæ Aprucii, a qua ſentẽtia fuit appellatum ad ſacrum Conſilium. Et in ſacro conſilio fuit probatũ,
2 ꝙ † teſtator dixit, quod uolebat teſtm̃ prædictum ualere omni meliori uia, modo, & forma quibus melius ualere põt & debet. ꝙ ſi teſtator non ſe aſtrinxit uelle teſtari ſolemniter in ſcriptis. Ideo fuit omnibus uiſum, ꝙ dictum teſtm̃ propter dictam clauſulam ualeat ut teſtm̃ nuncupatiuum, ut firmat Ale. in 5. uol. conſ. 176. & ſentit Hoſt. in ſumma, de teſta. §. qualiter conficiatur. Et ſic fuit reuocata & uotatum dictos hęredes ſcriptos in teſtõ eſſe hæredes dicti teſtatoris.

ANNOTATIO IN DECISIONE CXLIIII.

1 *Teſtamentum in ſcriptis licèt non cum ſolemnitatibus, an ſuſtineatur ex clauſula, omni meliori modo, in dubio qs non uidetur eligere viam, per quam ipſius uoluntas impugnetur, ſed ſuſtinetur.*

2 *Clauſula, omni meliori modo, adiecta in teſtamẽto facit, quòd importet inſtitutionem, etiam inter liberos.*

3 *Clauſula, omni meliori modo, eſt maioris potentiæ, quàm clauſula codicillaris, nam inducit etiam clauſulam derogatoriam.*

4 *Clauſula, omni meliori modo, facit donationem omnium bonorum ualere, ſaltem quoad præſentia, licèt aliàs nõ ualeret.*

5 *Clauſula iſta, omni meliori modo, eſt ſicut herba bettonica, quæ in omnibus prodeſt, & ſententia fertur pro libellante, licet ipſe aliqua expreſſè non deduxerit.*

S 3 6 *Teſta-*

6 *Testamẽtum quod consistit in sola testium depositione, non potest probari per illos tantum quibus fuerunt relicta legata in testamento.*

7 *Per testamẽtum nullum declaratur uoluntas testatoris, testamẽto annullato etiam clausulæ contentæ in eo censentur annullatæ.*

8 *Testamentum factum ad assertionem notarij cum institutione hæredis ualet, quando testator potest articulate loqui.*

9 *Ex clausula codicillari in testamento contenta, quando testamentum est minus solenne, uel probata per duos testes, an sat sit, quòd possessores bonorum præferantur.*

CONcluditur hic testm̃,& si in scriptis, licèt non cum solennitatibus factum, sustineri ex clausula, omni meliori modo &c. vide quia pro hac conclus. facit tex. l. si miles qui destinauerat. ff. de mili. testa. qui dicit, ꝙ in du-
1 bio quis non videatur † eligere illam viam, per quam ipsius uoluntas impugnetur, & de hac clausula in testamento apposita,
2 † ꝙ importet institutionem, & sic faciat ualere testm̃ inter liberos, quibus legitima debet relinqui iure institutionis declarat Ias. in repet. auth. nouissima. C. de inoffi. testa. nu. 8. hoc idem sequitur Cur. iun. in cons. nu. 164. j. vol. vbi ait, hãc claus. in testō
3 appositam operari plusquam clausula codicillaris, † importareq; clausulam derogatoriam. Soci. in cons. 175. reuerende pater, nu. 4. vol. 2. Rui. in cons. 11. nu. 4. 2. vol. Quæ clausula, omni meliori modo, semper in testō paterno intelligi debet vt sustineatur secũm Hypp. sin. 36. clausula ui melio modo &c. q alios cõcomitantes cõgerit, istud ẽt sequitur Cassa. qui alios etiã cõcomitantes citat in consu Burg. de success. rub. 7. nu. 8. fol. 235.
4 insuper † facit donationem omnium bonorum prohibitam valere, valere dicu saltẽ quò ad pñtia secũm Grat. in cons. 70. put fuit notatũ supra in deci. 107. & quantum refert in libellis eã addicere, vltra Ias. qui dilatat fimbrias more solito in l. petens.
5 col. 3. C. de pact. qui inter alia inquit, † hanc clausulam esse sicut herbã bectonicam, quæ in oĩbus prodest, declarat idem Hiero. Grat. in cons. 58. 1. vol. qui ẽt dicit, iudicem debere ferre sñiam pro libellante, etiam si ipse expresse aliqua non deduxerit, & insuper si delectat in hoc subiecto testĩ probandi, nota vnum,
6 quod voluit Curt. iun. in consi. 178. nu. 18. 1. vol. † ꝙ testm̃, qđ consistit in sola testium depositione, non põt probari per illos tm̃, quibus sunt relicta legata, pro quib. conueniũt ea quæ scripta sunt infrà in dec. 400. ꝙ qñ omnes testes examinandi sunt de vniuersitate non recipiantur, neq; fidem faciant, quæ licèt
7 vera sint † tñ per testm̃ nullum etiam declaratur voluntas testatoris, secũm Bar. in l. in testō. ff. de fideic. liber. quæ qualiter sibi locum vendicent, declarat Dec. in cons. 159. casus qui proponi
8 tur. nu. 7. & seq. Cur. iun. in consi. 71. nu. 4. 1. vol. † insuper ꝙ testamento annullato, etiam clausulę censentur annullatę, declarat idem Cur. in cons. 169. nu. 12. sed iuxta hæc quærit, an testamentum factũ ad assertionem notarij etiam circa hæredis in-
9 stitutionem, † valeat in eo qui potest articulare loqui. Alex. ꝙ sic in cons. 15. viso testō. j. vol. vbi Recen. qui alios citant, vocãtque Affl. hic eum sequendo in suis dictis, voluitq; Soc. in cõsi. 20. abunde & subtiliter nu. 4. 4. vol. sed latius Aym. in cons. 17. circa testm̃. Capy. in deci. 89. qui ex cons. Alex. 176. 5. vol. col. vlt.
10 & pen. concludit † ex ista clausula codicillari contenta in testamento minus solemni, vel probata per duos testes fuisse iudicatum in fauorem possessorum hæreditatis, seu bonorum hæreditariorum, vt ibi per ipsum sunt etiam de præfatis dicta per Rui. in cons. 2. vol. 2. & in cons. 9. eod. volu. nu. 15. sed melius in consil. 12. eod. 2. volum. quæ vide, reposui pro aliorum labore leuamine. Cæs. Vrsil.

DECISIO CXLV.

De sententia lata in interdicto uti possidetis, contra defunctum non exequenda contra hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra defunctum an exequenda contra eius hæredem infra tempus conficiendi inuentarij.*
2 *Possessio noua an præsumatur in persona hæredis.*
3 *Hæres non tenetur ex defuncti delicto.*

LAta fuit sententia super interdicto uti possidetis, contra B. quæ transiuit in rem indicatam. sed non fuit mandata executioni. Mortuus est ille condemnatus superstite eius hærede, hæres continuat possessionem, quã defunctus possidebat, & fuerat condemnatus ad desistendum à turbationibus, petitur ut illa sententia mandetur executioni contra hæredem condemnati, & imploratur iudicis officiũ nobile pro executione dictæ sententię contra hæredem
1 defuncti condemnati. † Citatur hæres: qui comparet, & dicit, ꝙ sententia non potest exequi contra eum, quia tenet & possidet pacificè post mortem defuncti condemnati, & in eius persona est noua possessio: ut in l. cùm hæredes. ff. de acq. poss. In contrarium dicebat, ꝙ sententia lata contra defunctum potest exequi contra hæredem etiam infra tps conficiendi inuentarium: vt dicit Pau. de Cast. in l. fi. §. donec. C. de iure deliber. no. Imo. in c. quia Gu. de iudicijs. Fuit notatum
2 in Consilio per omnes, ꝙ sententia † lata in interdicto uti possidetis contra defunctum non mãdatur executioni contra eius hæredem ex facto hæredis. hoc uoluit Inno. in c. abbate, de uerbo. significa. in 2. colum. vbi dicit ista uerba. Sed oppo. nonne actio in factum ex re indicata datur in hæredem. ergo si indicatum est in interdicto, quòd aliquis non turbet, ergo & hęres per hanc sententiam compescetur. Respondeo, quando actio in factum est ex re indicata, dabitur in hæredem ex turbatione defuncti contra quem lata fuit sententia: sed nõ dabitur ex turbatione hæredis, quia fortitur iste turbat, ut puta, qa nõ ui, nec clàm, nec precario possidet ab aduersario. Item hæres non tenetur ex delicto defuncti &c. Et istam doctrinam Inno. alleg. Bal. in l. de eo. §. hæres. ff. ad exhibendum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXLV.

1 *Sententia lata cõtra defunctum in interdicto vti possidetis, an exequi possit contra hæredes, & successorem.*
2 *Et quòd debeat fieri, saltem citatio ad dicendum causam quare.*
3 *Instrumenta guarentigiata ad hoc vt exequi possint contra hæredes, debet prius constare saltem summatim ipsum esse hæredem.*

1 HAbetur hic, † ꝙ sententia lata contra defunctum in interdictu uti possidetis, non exequitur contra hæredem ex facto ipsius hæredis, & istud ex doctr. Inno. in c. Abbate sanè de verb. signi. not. quia cum ista decis. conuenit idem Affl. infrà in dec. 345. Capy. in decis. 1. & in decis. 20. in fi. vbi etiam ꝙ potest exequi contra successorem, quod etiam approbat in decis. 91. licèt contra hæc teneat Io. Fabr. in §. retinendę. in inst. de interdict. 8. colum. in uer. an hæres, & Pet. Ferra. in sua praxi in tit. de executione sententiæ. fol. 57. Ego autem in præfatis semper
2 meo tempore vidi † in praxi obseruari, antequam fiat executio contra hæredem, saltem fieri citationem quandam ad dicendũ
3 causam, quare sentẽtia ipsa non debeat exequi. † Et si quid obijcitur momenti, saltem hæres summatim auditur, iux. text. l. à diuo pio. §. si super rebus, quod ibi per Alexan. cæterosve scrib. ff. de re iud. Fel. in d. c. q a. V. de iudi. col. pe. voluit noster Gram. quem mox reperi in cons. 49. nu. 11. in ciui. vbi hæc extendit in instrumento guarentigiato, ꝙ licèt possit exequi contra hæredem, quòd tamen prius debet summatim constare ipsum hæredem esse. Cæs. Vrsil.

DECISIO CXLVI.

De habitatione genero pro socerum promissa in domo postea variata.

SVMMARIVM.

1 *Socer promittens genero suo habitationem in sua domo, an possit reuocare & aliorsum illa constituere.*
2 *Variare liceat ei qui semel eligit.*

1 DOmius Antonius Maezucca† maritauit quandam filiam suam & ultra dotem traditam genero suo ꝓmisit dare sibi habitationem, quã sibi dedit in domo sua. Postea idem dominus Antonius uult generum & filiam expellere à domo sua, & offert dare habitationẽ seorsum à domo sua. Ille suus gener replicat, ꝙ semel ipse elegit dare habitationem in domo sua, & ibi steterunt, non licet ei uariare: ut nota. in l. serui electione. ff. de lege. 1. & in regula, ꝙ
2, semel, † de reg. iuris. in 6. cum simi. Fuit determinatũ, ꝙ dictus dominus Antonius potuit uariare, per text. in l. si sterilis. §. fi. ff. de actio. emptio.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXLVI.

1 *Postquam quis consignauit habitationem alicui, quam promisit consignare, an liceat variare. Et quid in nominatione si quis vnum nominauit, an possit uariare aliũ nominando.*
2 *Fideiussores, qui promiserunt soluere, in quantum apparebit Titium esse debitorem Caio, an mortuo Titio, nõ apparente in eo quod sit debitore, sint liberati?*
3 *Facto legato habitationis, an in dubio intelligatur in domo testatoris, & cuius sit electio, heredis in dubio, dummodo fiat in loco honesto.*
4 *Quando vni est relicta habitatio, & alteri domus, qualiter hi se debeant habere, videlicet, quòd vnus sit proprietarius, & alius fructuarius.*
5 *Habitatione relicta penes aliquẽ, an in dubio trahatur ad alimenta?*

1 COnclusio in ista deci. habetur† ꝙ in promissione habitationis postquam quis semel consignauit, licet variare, adde ꝙ contra hanc conclusionem videtur facere omnia illa quę num. 89. adducit Tiraq. in repe. l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerb. signi. ꝙ actus promissionis intelligatur de prima vice, & sic etiam declarationis, vbi nu. 40. per istis adducitur gl. communiter approbata in l. quicquid astringendæ. ff. de uerb. obl. quæ dicit, ꝙ semel facta declaratione non licet amplius variare, quod maxime procedit, postquam parti fuisset ius quæsitum, prout inquit idem Tiraq. in d. loco in 13. limi. vbi inter alia ponit, ꝙ si eps habet potestatem ex priuilegio, uel consuetudine, vt possit in sua creatione nominare aliquem in canonicum in ecclesia, ꝙ si semel aliquem nominauerit, ꝙ non licet amplius uariare, iuribus ibi per eum adductis, maxime tex. l. apud Aufidiũ ff. de optio. leg. sentit hęc Cur. in cons. 27. col. 14. quod incipit magnificus uir. in uers. sic de directo, per quę inter alia ꝙ per tex. l. pater. ff. de manu. vindicta, & ea quæ uoluit Dec. in cons. 543 in casu proposito 1. col. nu. 6. 7. cum seq. qui dicunt nominatorem, seu illum qui habet potestatem aliquem nominandi ad aliquod officium, esse merũ executorem, non posse propterea post nominationem factam iusq; alteri quæsitum, ut supra aliquam cõditionem adiicere, & per text. c. 2. de rescr. in 6. quod vult in ipso citatorio à principio debere, quis nomina citandorum exprimere causa euitandæ insinitatis, & per tex. c. in electionib. de elect. in 6. qđ vult, ꝙ in electionib. & nominationibus verba conditionalia, & incerta non recipiantur, & per ea quæ voluit Loffre. in cons. 7. concludens ex nõnullis legibus & auctoritatibus, ꝙ qui habet ex priuilegio potestatem unum nominandi, ꝙ non potest substituere, duóve nominate, fuit determinata causa in regia camera summariæ inter magnificum Io. Pignerum, & Franciscum Calderonum, scilicet nominationem semel factam per magnificum Petrum Pignerum patrem dicti Io. ex priuilegio de Hieronymo Pignero primogenito de Castro Custont cui fuit ius quæsitum ualidum, non posse variare dictum Ioannem secundo genitum nominando, expiratamq; extinctamq; morte dicti Hieron. primogeniti, & propterea vacare, merito fuisse concessam ob mortem dicti Hier. dicto Franci. Calderono, non ad dictum Soc. secundo genitum, secũdo loco nominatum, siue substitutum per dictum magnificum Petrum patrem rationibus præfatis & hoc anno 1563. actuarius. Quæ si placent, ad tex. d. l. si sterilis. § fi. de act. emp. patet respõnsum, quia ideo ibi permittitur variatio; quia emptor alternatiue ad 10. anno singulo tenebatur, vel ad habitationem, & certum est admitti variationem in alternatiuis, in ꝓmissione iux. tex l. eum qui certarum. §. qui illud aut illud, de verb. obl. cum simil. notatis supra in dec. 142. & voluit hęc latius Tiraq. in loco supracitato in 29. limit. ad text. d. §. hoc sermone. fol 83. & sic ex præfatis nescio quomodo Afflic. noster possit saluari, nisi fortè diceres, ex causa fuisse factam in isto casu variationem: quia non honestè hic gener fortè manebat in domo d. Ant. sui soceri, iux. tex. l. si conuenerit. ff pro soci. cum aliis notatis per Batt. in l. cum satis. de agri. & censi lib. 11. quia socer cum non poterat pati, ex quo rixosus, vel aliàs molestus effectus. ꝓut infra latius in decis. 253. Et circa subiectum declarationis faciendæ, seu libero arbitrio aliquid faciendi, quanto tempore præscribatur, vide
2 Girar. sing. 27. libero arbitrio qui etiam ait † ꝙ si aliquis fideiussit soluere omne, quod apparebit titium esse debitorem, ex tex. l. qui Romæ. §. Augerius, deberio vita declarari q. d. & quãtum quis sit debitor, aliàs mortuo titio, non facta dicta declaratione, fideiussor est liberatus. intelligas tu quando uerba fideiussionis sunt collata in futurum, secus si de præsenti, uel in præteritum, secũdùm Paris. in cons. 12 1. isti fideiussores 4. vol. quod nota: quia multotiens habui de facto, & signanter in cã quorũdam de domo de Cioffo, in sac. consi. sunt anni circa 22.
3 sed iuxt. hæc quæritur† an facto legato isti habitationis, cuius erit à principio electio, an intelligatur in domo testatoris in dubio. Bald. in l. si domus. ff. de lege. 1. quòd sit electio hæredis in dubio, istud etiam voluit Cep. in titul de seruitu. habi. dummodo fiat in loco honesto per hæredem, quod etiam uo-
4 luit Bald. in l. in annalib. in vlt. colum. circa fi. C. de leg. † Et an si alteri fuit relicta habitatio, & alteri domus, qualiter hi se debeant habere, an omnes concurrent? Dic ꝙ vnus erit fructuarius, & alius proprietarius, secundùm Bal. in consil. 214. punctus 5. vol. an autem hic cui fuit relicta habitatio, vel qui habet habitationem, possit alteri locare: infra in deci. 41. Fulg. in
5 cons. 207. Franciscus filius. † De habitatione relicta penes aliquem, an ad alimenta inferatur, ponit Cotta quòd sic in uerbo habitatio. an bene dicat, sunt anno. supra in decis. 34. remissiue. Cæs. Vesil.

DECISIO CXLVII.

De depositario liberato per restitutionem illegitimo tutori factam.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius potest restituere ei, qui non erat legitimus tutor, & liberatur.*
2 *Monacho potest solui, licèt actio quæsita sit monasterio.*

1 QVidam gerebat † se pro tutore, & non erat, quia non fecerat solennia, deposuit res & bona pupilli peces aliquem, publico instrumento mediante, in quo stipulatus fuit dictas res restitui sibi, uel pupillis, demum pupillis factis maioribus, agunt

agunt contra depositarium, depositarius dicit, ꝙ bona ipsa restituit tutori: & probat per scripturam primam uerificatam, replicant illi qui fuerat pupilli, qđ ille non erat tutor, & per consequens male fuit ei facta restitutio. Fuit determinatum, quòd ille depositarius potuit restituere res depositas per eum qui nõ
2 erat legitimus tutor eidem: † quia & monacho qui mutuauit potest ei solui, licèt actio quæsita monasterio: ut not. Bartol. in l. filius. C. de pactis. & lege cum quis, in princi. ff. de solutio. & in lege non ideo. ff. de noua. faciunt ea quæ not. Bartol. & scribentes in lege si urbana. ff. de condic. inde. & sic ille depositarius consecutus fuit liberationem ab illis pupillis effectis maioribus, saluo iure recuperandi res illas ab illo asserto tutore.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXLVII.

1 *Debito soluendo ei qui pro tutore negotia gerit, an liberetur, quòd sic, si pecunia in utilitatem pupilli deueniat.*

2 *Debitor soluendo bona fide, an liberetur, si prædoni soluat.*

3 *Debitor monaci soluens monacho sine consensu abbatis, an liberetur? & an concessio facta à prælato putatiuo ualeat?*

4 *Soluẽs ei qui commisit crimen maiestatis, an liberetur? & quid si ratione iuramenti, uel instrumenti guarentigiati solutionem fecisset, an liberetur ut supra?*

1 De casu huius dec. uidetur tex. l. debito res. ff. de soln. † qui dicit hos debitores soluentes ei qui pro tutore gerit negotia, liberari. hoc si pecunia deueniat in pupilli utilitatem, quod ultimum non erat in casu huius decisio scilicet ꝙ pecunia solata huic, qui pro tutore se gerebat, in utilitatem pupilli deuenisset: sed potest responderi, ꝙ iste qui gerebat se pro tutore, fecerat depositum, propterea poterat ei liberari. de qua materia habetur amplè per Ias. in l. si urbana prædia. ff. de cond. inde. q.
2 amplat hæc procedere † etiam in prædone, posse talem solutionem eidem fieri dammodo ista solutio ignoranter & bona fi-
3 de fiat. † Et ꝙ debitor monachi soluens ipsi monacho sine consensu abbatis liberetur, affirmant Bar. Pau. de Cast. in l. si unus § pria. ff. de pact. licèt contra tenere uideatur Luc. de Pen. in l. 1. C. ut nullus ex vicarijs. lib. 12. sed vide latius hæc Soc. in cons. 32. omnipotens Deus. nu. 19. primo uol. vbi & declarat cõcessionem factam à prætenso toleratoq; prælato valere, quod nota, nam multotiens fuit mihi in facto, sed quia de istis sunt latius annotat. infra in decis. 299. vbi ponitur casus in facto, igi-
4 tur ibi me remitto solum hic quæro, an hæc militent † quando quis soluit ei qui commisit crimen maiestatis, ꝙ hi non liberentur, videtur casus in l. pen. C. ad leg. Iul. maiestatis, quod intelligas, quando scienter quis soluisset, secus si ignoranter, & antequam fuisset quis ista crimine lacessitus, siue accusatus, secundum Hieron. Gigantem in suo tract. maiestatis. q. 16. fol. 134. & per Aym. in cons. 6. nu. 9. l. maxime, qui uidetur hęc moderare, quando quis ratione iuramenti, & guarentigiæ solutionem hanc fecisset: sed cum istis uide infra annotata in decis. 150. Cæs. Vrsil.

DECISIO CXLVIII.

De compromisso nouo ex detractione unius ex arbitris de partium consensu, & de confessione procuratoris facta coram arbitrio compromisso perempto.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum nouum an dicendum propter detractionem unius ex arbitris inter partes.*

2 *Arbiter tertius per partes electus nouum reddit compromissum.*

Libellus renouatur per detractionem, uel additionem.

3 *Acta probatoria non pereunt instantia perempta, nec confessione.*

Confessio procuratoris coram arbitrio facta perempto cõpromisso non perit.

4 *Confessio procuratoris nomine procuratorio, an nociua sibi sit, si aliter de ueritate constet.*

IN causa Iulii de Vrso de Neap. fuit de duobus du
1 bitatum. Et primò. † Ecce ꝙ partes fecerunt compromissum in duos, deinde ipsæ partes prolongauerunt compromissum in longiorem dilationem, & uoluerunt, ꝙ unus tantum ex illis arbitris haberet cognoscere & determinare: utrum istud sit compromissum nouum, uel compromissum prorogatum. Secundò posito ꝙ sit nouum compromissum, utrum confessio procuratoris facta procuratorio nomine tempore primi compromissi extincti sit nulla, uel ualida tempore secundi compromissi: ita ꝙ ille arbiter possit in ea se fundare. Ad primũ dubium fuit per sacrũ Cõsilium uotatum, quòd sit nouum compromissum propter illam detractionem ad hoc allegat Bald. in l.
2 ius ciuile. ff. de iusti. & iur. & ibi per Iasonem. † Item si eligitur per partes tertius arbiter, dicitur nouum cõpromissum; ut dicit Bart. in l. dominum. ff. de furt. ita dicitur nouum, si de duobus detrahitur unus. Item sicut interuentu nouæ personæ in promisso prorogato censetur nouum compromissum secundum Dy. & Bald. in l. Titius. ff. de excu. tut. ita ratione detractionis personæ arbitri censetur nouum compromissum, sicut dicimus, si aliquid additur, uel detrahitur libello, censetur nouus libellus: ut habetur in l. edita. C. de edendo. Ad secũdum dubium fuit uotatum; † ꝙ sicut
3 instantia perempta non pereunt acta probatoria, neque confessiones: ut tenet expressè Bal. in l. cum Antea. C. de arbit. doc. in l. 2. C. de edendo. & Alex. in 2. uol. cons. 67. & cons. 61. in 3. col. ita non petit confessio procuratoris facta coram arbitro perempto compromisso, vt firmare Bal. in d. l. cũ antea. Et ideo ualuit snia illius unius arbitri fundata super cõfessione ꝓcuratoris facta pẽdente primo cõpromisso coràm duobus arbitris expirato uigore cuius facta fuit solutio ꝑ reũ condẽnatũ. Sed resultabat aliud dubiũ in hac cã.
4 † Vtrũ cõfessio facta ꝑ procuratorẽ ꝓcuratorio noie noceat sibi tãquã psonæ ꝓpriæ. Si apparet ꝙ aliter se habeat ueritas, q̃ ꝙ cõtinet in cõfessione ꝓcuratoris fuit uotatũ ꝙ re integra nõ nocet, ꝑ l. cũ quidã C. de admin. tut. & l. aduersus. §. si tutor. ff. de inoffi. testa. & l. iter officiũ. ff. de rei uen. & ꝑ gl. in c. cùm inter canonicos, de elec. & Bal. in l. de tua. C. de rei uend. Secus qñ res nõ est integra, tũc illa cõfessio nocet sibi faciũtno. per Lucam de Penna in l. fin. in 3. col. C. de tabul.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXLVIII.

1 *Tertio assumpto, an dicatur nouum compromissum: sit distinctio, ꝙ aut à partibus, aut à iudice, vel arbitris: nam si à partibus nouum dicitur compromissum: secus si à iudice, vel arbitris &c.*

Senten-

2 Sententia tertij arbitri assumpti stari debet, etiam ꝙ non conueniat cum aliqua sententia priorum arbitrorum: vbi etiam qualiter petatur executio sñia arbitri.

3 Prorogato termino compromissi nouum compromissum dicitur: non uenit propterea iuramentum, pęna & alia nisi repetant: et si infra terminũ fiat dicta prorogatio.

4 Data ptãte arbitris prorogandi terminum compromissi totiens quotiens, qualiter intelligatur: & si nouum cõpromissum dicatur noua qualitate adiecta cõpromisso.

5 Quãdo fit noua additio ad libellũ: dicit fieri nouũ iudiciũ nouaque instantia: igi͠t nouus terminus est necessarius.

6 Perempta instantia acta probatoria remanent.

7 An autẽ confessio procuratoris noceat domino: & quid de confessione cõtenta in articulis, & quod ad hoc ut respon. facta per procuratorem in articulis noceat, requiritur mandatum speciale.

1 Circa primum dubium huius decis. † ꝙ tertio assumpto
nouum compromissum dicatur: intelligas qñ iste ter
tius assumeretur à partibus: secus verò, si à iudice, uel
arbitris, nam tunc non dicitur nouum cõpromissum.
prout voluit Bar. in l. si dñm. ff. de furtis. quod facit ad pragma
ticam loquentem de compromissis, ꝙ tertio assumpto in casu
discordię non dicatur nouum compromissum. Et insuper ad-
2 uerte † ꝙ sententiæ huius tertij etiam de iure stari debet, & si
cum alijs non conueniat in aliquo, secundùm Bald. in l. iube-
mus. de appel. C. Alex. in l. Item si unus §. principaliter ff. de ar-
bi. consuluit Soci. in cõs. 54. abundè & subtiliter. j. uol. habetur
etiam per Bald in cons 73. contra laudum. in 2. parte, vbi etiã
declarat, qualiter de iure petatur executio sententiæ arbitri: di
3 xi etiam de præfatis supra in dec. 2. † Et prorogato termino cõ
promissi, nouum compromissum dicatur: & nõ ueniat iurm,
pœna, & alia, nisi repetantur; etiam si infra terminum fiat di-
cta prorogatio: nisi fuisset data potestas arbitris prorogandi,
affirmat Bald in consil. 347. post hoc fui consultus in 5. parte
4 † vbi etiam de potestate prorogandi totiens quotiens, quali-
ter intelligatur; de quo per Alex. in cons. 82. ponderatis narra
tis. 5 volu. & per eundem in l. si quis mihi bona. § huic stipula-
tioni ff de dam infect sed latius per Tiraq in tract. conuentio-
nali retrac. §. 1. gl 7. nu. 33. fol. 271. in parua ultima impressio-
ne, & in mag. fol. 351. ꝙ compromissum prorogatum censeat
esse unum, & idem respectu ipsorum compromittentium: se-
cus in præiudicium aliorum: etiam si fiat infra tempus; qui re
spondet ad tex. l. & si manente. ff. de precario: qui vr uelle etiã
in pacto de retrouendendo posse fieri prorogationem in præ-
iudicium aliorum durãte primo tempore: quod non sit de iu-
re uerum: nisi in prejudicium contrahentium. ubi ꝙ proroga
tio non potest fieri nisi cum eadem solennitate, &c. uide eum,
per quem potes cognoscere, si moderni nostri, qui hunc arti-
culum in dicto pacto de retrouendendo prorogato tractaue-
runt, bene fuerunt loquuti: si potest fieri in præiudicium do-
mini feudi dicta prorogatio: ꝙ non, ut ibi per eum: & insuper
5 in præfatis nota unum, ꝙ qñ † fit noua additio ad libellum iã
præsentatum dicatur noua instantia, & nouus terminus sit ne
cessarius, tenet singulariter Ang. in l. 1 §. si stipulãti. ff. de uerb.
6 obli Circa secundum dubium huius decisionis, † ꝙ perempta
instantia, acta probatoria remanent voluit etiam Guido Papa
in decis. 136. si acta. An autem fideiussio de iudicato soluendo
expiret perempta instãtia, sunt annotationes infra in dec. 18 a.
7 † Et ꝙ confessio procuratoris re integra ipsi non noceat: sed an
dño noceat ultra Bar. in l. certũ §. sed in ipsos. ff. de confess. de
clarat Dec. in cõs. 221. nõ patit & 493. sunt annotationes et su
pra, & in dec. 168. vbi confessio abbatissæ, & plati ecclesiæ piu-
dicat, sed hic nota vnum, ꝙ procurator rñdendo positionibus,
ad hoc, vt dño prejudicet: requiritur speciale mandatum ad re
spondendũ positionibus, aliàs sine speciali mandato rñdendo,
dño non præiudicaret. Imo. in l. pe. § ad crimen. ff. de pub. iudi.
refert, & sequitur Soc. in cons 55 præstantissime doctor. oum.
8. 1. vol quæ nota, si oblectat. Cal. Vrsil.

DECISIO CXLIX.

De contractu ad commodum carcerantis cum carcerato indebitè: & de fideiussore pro carcerato soluente.

SVMMARIVM.

1 Promissio & fideiussio facta per carceratum an ualeat. carceratus an teneatur fideiussoribus soluentibus, quos dederat per obligationẽ factã p metũ incarcerantibus.

2 carceratus in priuato carcere ad utilitatem detinentis, uel participis contrahere an possit.

3 Latrunculis promittens, vt euadat, an obligetur & teneatur, & quando.

contractus ad commodum carcerantis non valet cum carcerato.

4 Fideiussor soluens ex contractu nullo pro incarcerato an possit repetere, maxime si sponte soluat num. 5.

Imputari an debeat ei qui non apposuit quod admissum non fuisset.

6 Iudex compellere partes ad compromissum an possit, & quando.

7 Quies publica tollatur per magnatum discordiam.

8 Tribunalia maiora qualiter compellant partes ad compromittendum.

In cã magistri Palamedis de Caua architecti cũ archiepiscopo Brundusino dubitatur. Vtrũ promissio facta per dictũ Palamedem certis Francigenis de soluẽdo eis certo termino ducatos centum, & proinde dedit fideiussorẽ ipsum archiepiscopũ, ꝙ si ipse Palamedes nõ soluerit dictos ducatos centũ dictis Gallis ꝓ talea & excarceratione ipsius, ipse fideiussor ꝓmisit soluere. & postea fideiussor soluit, & nunc repetit à dicto Palamede, qui dicit se nõ tenere; quia obligatio non ualuit tanquam facta per metũ dictorum Gallorum, qui tenebant eum incarceratum ut faceret taleam Fuit notatum per Consilium, ꝙ talis obligatio cũ fideiussoribus non ualuit, per tex. in l. metũ, §. sed licèt. ff. qđ met. cã. ubi ꝓmissio facta illi qui metum intulit, nõ ualet. Hinc est ꝙ dicit Io. de Imo. in l.
1 qui a latronibus, ff. de test. † ꝙ qñ qs detinetur in car-
cere priuato, nõ põt contrahere ad utilitatẽ detinen-
tis uel participis, per l. qui in carcerem. ff. quod met.
caus. & per d. §. sed licèt. Sed si detineret in carcere pu
blico: & ipse carceratus est iniustè carceratus respe-
ctu ordinis omissi: & sic nõ rite fuit carceratus, ut q a
fortè erat uerus debitor, non tñ erat casus, in quo de
iure potuisset capi ꝑsonaliter & carcerari: sed ꝑꝑ po
tentiam creditoris de facto fuit captus & carceratus
in uinculis publicis. Et tunc dicendũ est, prout dictũ
est, qñ detinet in carcere priuato. Multò fortius idem
dicendũ est, si nec ritè, nec rectè fuit detentus in car-
ceribus publicis ꝑꝑ potentiã asserentis se creditorẽ,
sm Io. de Imo. ubi suprà idẽ tenet Bal. in l. nã & Ser-
2 uius in prin. ff. de neg. gest. ubi dicit Ang. † ꝙ si quis es
set captus à latrũculis, & eis promitteret pecuniã, iste
promittẽs, nec ciuiliter, nec naturaliter est obligatus
effectualiter, saluo nisi esset iustũ bellũ, puta inter Ec
clesiã & subditos, uel inter Imperatorẽ & subditos,
& captus esset de rebellibus ecclesiæ uel Imperatoris
patet ergo. ꝙ cõtractus factus ad utilitatẽ carcerãtis
cũ iniustè carcerato nõ ualet, ut no. in d. l. qui carcerẽ
& ibi Ang. Et si nõ ualet cõtractus principalis, mini-
mè cõtractus accessorius, s ipsius fideiussoris. Sed an
fideiussor q soluit ex isto cõtractu nullo, posset repe-
tere à principali. qlibet prima facie diceret, ꝙ nõ: q a
obligatio illa nõ ualuit. Tñ fuit dictũ, ꝙ in cõtrariũ
3 est ueritas: q a licèt fideiussor potuisset opponere, qñ
fuit contentus, ut solueret pro principali illã taleã, ꝙ

illa

illa obligatio nō ualet:tñ apud ipsos Gallos talis ex-
ceptio nō fuisset admissa, ideo nō debet imputari, si
illa non opposuit,& soluit,per id qđ dicit Io.de Imo.
in c.peruenit.de fideiuſ.& Ale.de Imo.in 2.uol.conſ.
109.in j.col.Et idē dicit in j.uol.conſ.57.Et pro hoc
facit glo.in d.§.sed licèt,in uerbo,operæ dicit,ꝙ si ha
bes bonū ꝑꝑ me, æquū est ut habeā ꝓ te.Sed prin-
cipalis, qui fecit taleā fuit liberatus a carcere ꝑꝑ di-
ctam fideiussoriā cautionem: & dictus fideiussor po-
stea soluit,merito æquū est ut ipse nō sit in dāno.Et
hoc procederet,qñ dictus fideiussor coactè soluisset.
Sed quid si spoōte soluisset sine ali qua coactione, an
4 possit repetere a principali? †tunc recurrendū est ad
materiā l.creditor.ff.de sol.cū conc. & ad uotū qđ se
quitr in sequēti decisione.hæc cā nō fuit sñiata:q̄a erāt
certæ cōiecturæ cōtra dictū fideiussorē,ꝑ quas conie
cturabatr,ꝙ ipse fideiussor fuit cā capturæ dicti prin-
cipalis:& ꝓpterea non tenebatr dictus principalis ad
restituēdū id,qđ apparet soluisse,per no.in d.l.metū,
& tñ nō erāt legitimè ꝓbatæ.sed in conscīa credeban
tur ueræ. Fuit partibus persuasum per Cōsiliū,ut par
tes ipsam cām cōpromittant, & sic partes cām ipsam
cōpromiserunt in arbitratores.qui postea cōcordaue
runt dictas partes.hic do.Viceprotonotarius quæsiuit.
5 †Verū sacrū Consiliū possit,si sibi uidebitr,ex aliqua iu
sta cā cōpellere partes ad cōpromissū?Et fuit cōclu-
sū,ꝙ regulariter iudex nō pt cōpellere partes ad cō-
promissum:ut dicit gl. & Bar.in l.furti.§.q iussu ff.de
his notan.infa.& idē credit Bar.in c.j.§. si quis quinq;
solidos.de pace tenen.& idē tenet Bal.in l.ex stipula-
tione.C.de sen.& interlo.oīum iud.& Ale.in l.æquis
simū.ff.de usufru.Pau.de Cast & Alex.& Ias.in l.qdā
existimauerūt.ff.si cer.pet.& idē Alex. in l.j.§.& post
operis.ff.de ope.noui. nun. Sed hæc regula fallit, nisi
fortè esset lis inter magnates,& esset timor, ne ueni-
6 rent ad scandalū. †Et ideo turbaretur quies publica,
arg.l.cōgruit.ff.de offi.præsi.& in d.l.æquissimū,& in
auth.de man.prin.§.titulos.Item fallit, nisi lis diu du
rasset,& nō fuit determinata,per tex.in d.c.placuit.
& not.do.Ant.de Butr.in c.j.de mutuis pet. quæ iura
ad hoc alleg.Lud.Ro.in conſ.126.incipit cōsiderato,
ad quid & Ale.in d.l.æquissimum.Itē fallit, nisi esset
Papa uel Rex,qui habet liberam administrationem:
18 *Confessio alicuius dicentis hæredem ad instantiam vnius facta, an præiudicet quo ad omnes, & quid quando adesset iuramentum in contractibus.*

19 *Morosus non liberatur si res perit infra tempus purgandi moram, nisi res eodem modo fuisset peritura penes creditorem.*

20 *Periculum casus fortuiti post moram, an semper pertineat ad debitorem? Et quid in debitore exacto à fisco si non vt hæres expulsorum.*

21 *Quando autem debitor dicatur in mora constitutus.*

22 *Debitor quando teneatur de casibus fortuitis ponuntur nonnullæ concor. cum distinctione.*

23 *Interitus rei veniens post moram, an ipsum debitorem liberet, & fit distinctio, si res fuisset eodẽ modo peritura.*

24 *Periculum pecuniæ, & sic generis, licèt sit semper debitoris tamen fallit quando quis haberet vtilitatem de pecunia mutuata: & ideo pastor qui habuit bouem ad soccidam: & si in eum si translatum dominium bonis, quòd tamen dominus qui habet vtilitatem animalis: vt puta, menandum: tenetur ad periculum animalis in communi de interitu animalis morte naturali.*

25 *Animalia qualiter de iure possunt cum bona conscientia dari ad soccidam: & ibi qualiter debeat probari casus mortis.*

26 *In animalibus quæ gregatim pascuntur: & alia quæ non gregatim: fit differentia.*

27 *Casus fortuitus quis dicatur: & ille habetur cui per hominis prouidentiam non potest resisti.*

28 *Differentia inter casum fortuitum & improuisum: an furtum dicatur casus fortuitus intantum quòd excuset cauponem.*

29 *Casus fortuitus quomodo probatur.*

30 *Iussus iudicis quando excusat tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

31 *Iussui iudicis an in dubio sit parendum, vel possimus resistere? Et quid si facit sine consilio assessoris.*

32 *Quando præceptum iudicis sit validum.*

DECISIO CL.

CIRCA primam conclusionem huius longæ decisio-
1 nis quatenus hic in 3.carta ꝓpe finẽ habetur † ꝙ ista coactio facta ꝑ regẽ Francorum illis debitoribus de ei soluendo, & si fuerit casus fortuitus, ꝙ tamen hi debitores morosi soluendo non liberãtur; immo ꝙ teneantur iterum soluere. Considera; quia contra hanc conclusionem videntur facere ea quæ fuerunt notata supra in decis.54. vbi ex cons. Aymo 95.& alijs fuit conclusum, quòd quando quis tenetur, de casu fortuito, quòd non teneatur de facto principis superioris: nam casus fortuitus penitus insolitus. Item contra hanc conclusionem videntur etiam facere ea quæ signaui infra in decisi.328. vbi habetur, quod quando quis soluit superioris iussu: ꝙ est excusatus à pena etiam caducitatis: quæ videtur velle Alex.in consi.28. visis actura te 1.vol. repetito in cõs.31.2.vol.col.3.vers.capio ſm dubiũ, & in consi.57. quoniam ista quæstio eo.1.volu. quibus quòd
a † quãdo quis renunciat casibus fortuitis: quòd non veniant in renunciatione penitus insoliti: vt esset siccitas penitus insolita: vbi sunt concor. per Recentiores, qui citant Afflict. hic. Et istud etiam ꝙ fuisset cautum nolle teneri de peste, & bello tantum: de quo etiam per Parisium in cons.38. conducto: ille 1.vol.& Soc.in cons.123. circa præsentem .nu.2. cum seq.4.vol. qui etiam affirmat, ꝙ promissio de casibus fortuitis non intelligatur de penitus insolitis, iuxta tex. l. fistulas. §.frumenta.ff.de contrah.empt. in quibus etiam notatur, an

fit differentia inter promissionem casuum fortuitorum, &
periculorum susceptionem, sed pro ista conclusione huius
decisionis facit doctrina Lucæ de Penna in l. i. C. vt nullus
ex vica.lib.11.q indistincte testatur, q coactus soluere tyrã
no, nõ liberatur: & nõ bene, nisi vt infra. Item pro ista parte
faciunt ea, quæ voluit Decius in cons.7.pro tenui facultate.
3 † qui ait, q tûc promissio casuum fortuitorum non veniunt
penitus insoliti quando sumus in obligationib. quæ cõsistũt
in facto: secus in promissionib. pecuniæ: nam tûc veniunt ẽt
casus fortuiti penitus insoliti: nam genus perire non potest.
Item inquit hanc communem nõ esse, nec veram opinionẽ:
q in promissione casuum fortuitorum nõ veniant insolita,
& sic q veniat secundum eum, imo plus voluit ibi circa
4 finẽ, q ista mutatio, quæ fit propter guerram, seu damnũ in-
surgens ab ea, non dr̃ casus fortuitus insolitus: nã solent fie-
ri istæ mutationes ob bellum: quod etiam vt affirmare Cot
ta in suis memo. in verb. guerra. Quæ vt pcedere in isto no-
stro Reg. in quo tunc in paucis spe fuerunt factæ tot muta-
tiones, quas modo annuente domino, non speramus fieri:
sed de Imperatore, nostroq; rege eius filio Filippo dñis no
stris vnà cum Virg. his carminib. canemus. His ego nec me
tas rerum, nec tẽpora pono: Imperium sine fine dedi. de quo
ẽt per eundẽ Cottã in verbo francigena qui hæc hi carmi
nibus notat. Gallus in Italia tãdẽ putrescit, & alxit. Præteri
ti ratio scite futura facit. & propterea vt tenendum cũ opin.
Affli. hic hos debitores morosos soluẽtes post moram huic
tyranno, obnoxios fore iterũ soluere, cũ modificationib. tñ
assignatis per eũ hic in alijs cõclusionib. huius deci. ad quo-
rũ corroborationẽ faciũt notata per Cor. in cons.69. ea duo
bus. in littera h. la 2. & in cons.128. vẽ 1. qui ait, q qñ culpa p
cedit casum, facit quẽ teneri de casu, in 2. vol. sed magis ex-
presse p Dec. cõs.25. p tenui facultate mea & epic &c. & p
eundẽ in cons. 473. quærit in effectu, in quib. signantur aliæ
5 cõcomitantes † q qñ culpa casum præcedit, q faciat quem
de casu teneri, & ad allegata supra pro parte contraria põt
rñderi, qñ culpa non præcedit casum, & sic si non interuenis
set mora debitorũ, isti debitores sic soluẽtes fuissent libera-
ti, & sm ista vñr propterea intelligẽda adducta in dec. pfata
54. & 3c8. licẽt d. dec. 54. loquatur in debitore bonorum, sic
specierum, & non pecuniæ, & ad allegata per Ay. in d. cons.
95. põt similiter responderi procedere quando tractaretur
de facienda emenda, & non in debitore moroso, contra quẽ
est de iure prouisum de casu fortuito inde veniente teneri
iuribus supra per me adductis, & p Affl. hic. tn tamen cũ ca-
sus in facto obtingent, maturius valebit in præfatis cogita-
re, quæ mihi nunc occurrunt, dixi.

6 Circa secundam concl. traditam per Affli. hic † q debito
res qui non erãt in mora, q si soluerunt iussu superioris, q
sint excusati, satis faciunt superius signata in d. decis. 54. &
3c8. & per Gui. Pap. in dec. 340. non dẽt. & per Deci. oĩno in
d. cons. c5. vbi sunt aliæ concor. per Recentio. in qb. q iussus
superioris in præfatis excusat (vt supra fuit dictũ) q omnia
maxime admitti debent, qñ culpa creditorum damnũ eue-
niret, nam tunc debitores ẽt morosi fuissent liberati: vt sen
tit hic noster Affl. dũ citat tex. l. mercis. §. culpæ. ff. locati. cũ
quo concor. Anan. in cons. 74. visis põderatis, Cor. in cõs. 23,
7 vẽ, in littera j, c. vol. dicens † q subsceptione casuũ fortuito-
rũ non veniunt ij, qui culpa partis nascuntur. Ro. sing. 441. in
fcis. sunt ibidem alij, quos citat moderna additio, & in pfa-
tis ẽt qñ est facta promissio de casib. fortuitis: an de solitis,
vt in d. cons. 23. per Cor. sed istud satis latius in d. cons. 128.
eo. vol. vbi in fine vẽ hæc limitare, nisi expresse fouset dictũ
cautum, sine promissum etiam de periculo veniente, seu dã
no culpa partis. Et nota dicta per ipsum ibi: quia fortuan ca
sa suo possunt procedere. nam ibi fuerat cogitatum de illo
periculo. s. de clausura portarum p quam exactores fuerunt
impediti exigere, nam alias secus videretur dicendum,
quod quis de periculo omni veniente culpa partis teneã-
tur. nam talis conuentio non valeret, ex quo quis ad delin
quendum inuitaretur, prout sunt in annot. infra in decis.
220. in prin. & habetur etiam per Alex. in cons. 84. 6. volum.
vbi Moder. nonnullos alios adducit, & alios etiam citat in
d. cons. Deci. 7. & maxime Soc. in cons. 123. circa præsentem
4. vol. idem Soci. in cons. 70. instrumentum indemnitatis. 3.
vol. qui ponit quæstionẽ de fideiussore indemnitatis quod
8 † non teneatur de eo quod culpa creditoris venit, & alia si-
milia adducit: voluit ẽt idẽ. Pari. in Syndi. in tit. de fideiussu,
re, fol. 50. latius Rui. in cons. 116. 5. vol. Ay. in cõs. 119. quæ
ritur, an si nobilis. nu. 11. Paris. cons. 158. si ius commune, nu.
10. vol. 4. Hyppol. sing. 96. renuncians, & 350. damnum quod
9 quis sua culpa † qui autem dicantur casus fortuiti, & de
bello iterum, an dicatur casus fortuitus, seu insolitus, no-
tat idem Cor. in cons. 124. volum. & de pluribus vicibus an
sit casus fortuitus. Idem Corn. in cons. 282. in hac consulta-
tione, in eadem 4. par. & quod dicitur de bello in Italia. Ego
nunquam aestimarem casum fortuitum, maxime in Lombar
dia, nam Italia nunquam in pace quiescit, seu quieuit, prout
10 † fuit dictum Bedæ oranti pro pace ipsius à voce à cæ-
lo emissa, videlicet, Beda Beda tace, quia Italia nunquam
erit in pace, refert Silua nup. fol. & sunt etiam scripta per
Albe. de Rosa. in l. fi. C. fine cen. Italia olim domina prouin
ciarum, nunc ancilla ancillarum, quæ omnia vnà cum non-
nullis alijs referunt Recen. in consi. Alexan. 78. 6. vol. Cal-
ca. in consi. 24. Ioan. Plot. in l. si quando. C. vnde vi. nu. 418.
in t. impress. & vulg. poeta dicit † O de ogni vitio fetida
11 sentina, Taci Italia imbriaca, & non te pesa, C'hora di que-
sta gente ora di quella, Che già serua ti so, sei fatta ancella.
Quod valde dolendum est, proh dolor &c.

Circa tertiam conclu. quod † quando res perit infra tem
12 pus purgandi moram, debitor non liberet, sic contra con-
clu. firmatam per Affli. hic vide, quia contrarium tenet Bar.
in d. l. qui ob rem. & in l. si Insulam 7. q. ff. de verb. oblig. se-
quitur ibi Ias. & in d. l. si insulam, nu. 48. circa fi. & late Ale-
xand. ibid. in deci. fallen. circa fin. vbi ait, non posse soluere
tunc extimationem ad euitandam pœnam, quando facto
debitoris res perijsset, aliàs secus.

13 Circa quartam conclu. † quod consuetudo patrisfami-
lias sit attendenda, est tex. l. hæredes palam. §. si quis post. ff.
de testam. vbi ait sic tex. ea consuetudine regionis, vel pa-
trisfamil. hoc idem inquit tex. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de
leg. 1. notat pulchre Deci. & alij scrib. in l. semper in stipula
tionibus. ff. de re. iuris. cum quib. videas quæ ad propositum
cumulat Fel. in c. cansam, quæ. col. 10. de rescr. ibi etiam do
14 qualitate personæ † quod sit attendenda etiam ad in-
tellectum. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu, & hab. & per Andr.
in c. 1. ex quib. cau. feu. ami. Curt. Sen. in cons. 67. sapienter
optimus. colu. pen. ver. capio alium articulum. Crem. singul.
t 11. testator. Barba. in consi. 5. clementissimi, col. 2. nume. 3.
Cors. in ver. conditio personæ. sunt etiam addi. per Paris. in
d. §. equitij, ad Bar. & per Corn. in cons. 28. visa petitione, in
littera h. 3. vol. qui ait dubio videri actum quod est consue-
15 tum fieri, hoc idem Alex. in cons. 46. circa primum, 5. vol. &
similiter procurator constituitur ad ea quæ sunt consuetudi
nis. Felin. in c. cum M. 3. colu. de consti. demum de præfatis,
quod in contractibus veniant ea, quæ sunt consueta fieri,
amplissime Iaso. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert.
pet. vbi infinitum pene numerum præfatorum citat, & maxi
me tex. l. pignore. §. si. ver. vsu hoc commonente. ff. de pign.
act. per quem satis ad propositum dicit inter alia Bar. ibi, q
illo qui facit illud † qđ est cõsuetum fieri, nedum dicitur esse
16 in dolo, imo nec in culpa aliqua: & hæc quo ad temporalia.
An aũt excusetur pœna æterna: dic quod non, vide adducta
per Cass. in consue. Bur. des droicts, rub. 4. §. 23. nu. 34. dixi
etiam supra decis. 91. & per Sil. oppt. fol. 41. 42. cum seq. vbi
ponuntur nonnulli modi arguendi. & maxime à solitis, & à
patriæ consuetudine, & si vis, quando casus accidit, & ad
eam habeas recursum, & in d. dec. 91.

Circa verò quintam conclus. quod non stetur confessio-
ni, de receptione pecuniæ confessatæ in præiudicium tertij.
nota, quia licet Afflict. hic sicco pede pertranseat, quod de
hoc subiectu latius sunt annot. infra in decisio. 402. vbi,
late distinguetur, quando sumus infra tempus oppo-
nendi exceptionem non numera. pecun. vel non & alia,
17 vbi videas. † Quando autem instrumenta, pacta, con-
uentiones inter alias personas alijs præiudicent, est text.
l. iuiuc. §. ante om̃a, ibi Ias. post alios scrib. ff. de pac. de quib.
nota semper tex. notab. in l. si. ff. de inter. act. volentem con
fessionem hæredis dicentis se hæredem esse ad instantiam
vnius ex creditoribus, non facere præiudiciũ quo ad alios,
18 vt possit vt hæres conueniri, q procedit, † qñ hic semel se
abstinuisset ab hæreditate, secundum tertiã solutionem ibi
traditam per gl. aliàs sola declaratione voluntatis, quis hæ
res efficitur. tenet Mathes. not. 39. nuta, si instito post ipsum,
& Bar. in l. gerit. de acq. hær. ita declarat Ay. [illegible] de d. tex.

nul-

nullã faciat mentionem in consi.148.nobilis Antonia, nu 10.quæ oia q res inter alios acta &c. limitat Iaf.in auth. sacramenta puberum. circa fi.non procedere, qñ in cõtractib. adesset iuramentum captum,præstitumq; per personam publicam;quia tunc præiudicaret,de quo sunt etiam annot. j. in deci.164.Alex.in vulg.l.sæpe,de re iud.cum si. Et q sola confessio creditoris de recepto, fat sit fideiussori, vt valeat agere contra debitorem:sunt anno.sup.in deci. 91.& 94.

Circa vltimam quæstionem quatenus Affli.hic declarat, q isti debitores qui soluerũt infra tempus purgationis moræ secundum ritum non sunt liberati : faciunt ea quæ fuerunt allegata supra in 1.conclusione ex dictis Bar.& aliorũ, in l.si insulam in 7.q.de verb.obl.voluit Affl.hic in 1.col.sibi contrarius, q quando res petatur infra tempus purgandi moram,debitores non liberantur.& secundum hoc non bene diceret: & male allegauit dictam doc. Bar.in d.l. qui ob rem.ff.de cond.indeb.prout fuit supradictum.istud & voluit Ang.in d.l.sancimus,in fi.C.de fi.demutl.vbi ais, denegari beneficium restitutionis in integrum.vbi & Bal. & in auth.ei qui.C.de temp.appel. vltra vide q hanc opinionem satis late affirmat Sali.in repe.l.semel mora.ff.solu.mat.quæ hĩ in
19 tractatib. vbi ait † hunc morosum à principio non liberari re perempta, j. tempus purgationis moræ . verùm addidit, nisi res forte esset eodem modo peritura.vbi etiã quod non potest soluere extimationem ad euitandam pœnã : si culpa sua res perijsset: etiam alia,vt ibi per eum, & circa subiectũ
20 præfatum † q periculum casus fortuiti post moram, pertineat ad debitorem: vide etiam Bal.in consi.61. alia vice,in fine in 2.parte.Et quod debitor exactus post moram à fisco, tanquam hærede expulsorum non liberetur:vide eundem
21 Bal.in consi. 128.factum tale,per totum in ead.2.par. † qui aliter vr̃ distinguere in ista materia debitoris soluentis post moram: vbi citat Bar.in d.l. creditor. & per Goza.in consi. 57.multa fuerunt,nu.5.vbi qñ debitor dicatur in mora constitutus.& in consi.69.vr̃,nu.6.& demum Deciũ, cæterosve Scribentes, & maxime Ioan.Igneum in Reg.contractus. ff. de re.iu.vbi Decius in fine declarat,an debitor teneatur de casu fortuito vnà cum gl.l.& res pupillares.ff. de adm.tuto.
22 quòd regulariter non tenetur † dicit non procedere tribus modis : prout quando debitor etiam specierum fuisset in mora: quod ait etiam procedere in mora irregulari d. l. si ex legati causa.ff.de verb.obl.l. quod te mihi, si cer.peta. cum similib. & quando culpa præcedit casum §. item is . in Insti.qui.mo.re contraha.oblig.in. fi.3.quando quis pro casu fortuito se obligauit . quem casum tertium indecisum ipse quodammodo reliquit : sed tu potes decidere ex his, quæ fuerunt supra dicta : quando quis promittit se velle tenere de casibus fortuitis : quod soliti veniant.notant etiam Scrib.in l.si quis.§. quæsitum. vbi totus cœtus Doc.ff.si quis cautio.& Io.Igneus vbi supra bene declarat, si sententia lata per iudicem imperitum dicatur casus fortuitus : & alia multa.

23 Et quòd interitus rei † veniens post moram non liberat debitorem : nulla facta distinctione , siue res esset peritura penes creditorem: tam in contractibus bonæfidei,quàm stricti iuris. affirmat Alex.reprobata opio.Ange.in l.nemo.§. post.ff.de verb.obli.& istud inter alia per tex.l.si pecuniam, ff.de cond.ob cau.cum alijs similib. & insuper adde hic vnũ notabile ad limitationes omnium supra dictorũ, quod hic, & vbiq; habeatur periculum pecuniæ, & sic generis,esse debitoris . ex quo genus perire non potest l. in ratione. §. in certæ.ff.ad l. fal.l.incendium.& ibi omnes.C.si cer. pe. nam
24 istud non habet locum † quando quis creditor haberet vtilitatem de pecunia mutuata, prout singulariter tenet Pau. de Cast.in l.si Titium.§. sed nec ipsius,ff. de præ. ver. quod dictum singularissimum , & alibi non reperiri refert , & sequitur Ias.in l.si pascenda pecora.C. de pactis. inducens ad quæstio.de pastore,qui recipit bouem ad soccidam , quòd si
25 in eum sit translatum dñium animalis extimati † q tamen dominus qui habet vtilitatem animalis:puta,menandum,teneatur ad periculum in communi de interitu animalis morte naturali sine culpa pastoris : de quo etiam per Corneum in d.l.si pascenda.& per Alex.in consi.158.in 2.vol.in causa & lite vertente,sed latius per Cassa.in consue.Burgun. sol. 296.qui hanc materiam de istis animalibus datis ad soccidã bene satis explicat,cuius periculo pereat: & quomodo dari possunt.sed vnum & in præfatis volo, quòd notes , postquã
26 de hoc subiecto incidit sermo † esse differentiam in probãdo casum mortis inter animalia , quæ gregatim pascuntur, & alia secundum Bar.in l.quoad præsens,de munic.lib.11. nam in his , quæ gregatim sufficit per coniecturas probari mortem : secus in alijs : quòd Decius reputat notabile in d.
27 l.si pascenda.& insuper in præfatis etiam aduerte rogo, † q ille dicitur casus fortuitus cui hominis prouidentia non potest resisti,vt declarat tex.melius,quam alibi in l.2.ff.de admi.re.ad remp.perti.quòd casus fortuitus differt a casu improuiso secundum Alex. in d.l.sed si quis.§.quæsitum , ff. si
28 quis cau. † nam casus improuisus dicitur ille,cui culpa præcedens causam dedit: & præter propositum euenit, tex. singularis,iuncta glo.in l.1.C.de sicar. secundum Bald.ibidem quatenus facit hanc differentiam. alibi tex. in c. cum Ioannes , de homici. non vocat casum fortuitum illum cui diligentissimus prouidisset.affirmat Alex. in l. quod Nerua.ff. depo.1.col. & videtur hæc conuenire cum illis carminibus Iuuenalis.nullũ numen habe,si sit prudẽtia: sed nos Te facimus fortunam Deam cœloq; locamus : licet aduersus fortunam poeta loquatur, quæ non est. And.in c.1.in princip. on.4.de pace tenen.nam quod aliqui dicunt fortunam : est meritum,& demeritum apud Deum, vt ibi per eum,& vltra casus fortuiti,qui dicantur : ponit Iaso. in Insti. de actio.in princ.nu.49. Corneus in consi.12. licèt diffuse. in fine ,in 4. vol.Aymo in d.consi.95.nu.1.Gratus in consi.98.2.vol. Dec. in d.consi.473.quæritur in effectu.vbi nu.7.concludit, furtũ dici casum fortuitum , quando aliqua culpa non potest imputari, iuxta glo.in l.cum duobus , §.damna.in ver.cum fur reptum.quæ dat exemplum, quando furtum fuisset factum à persona domestica : vt si nocte vxor marito surripit : quæ eidem dedit opium , vel quando reperitur murus fractus, ostium apertum.Bar.in l.si quando.C.vnde vi.refert idẽ Decius in loco supra adducto in fi.vel quando quis probasset se diligentem patremfamilias ad excludendam culpã:prout etiam in caupone , qui statim , quòd bona recepit : tenetur ea salua facere ad excusandum à culpa,consuluit Barba. in consi. 53. Illustriss. princeps ,quòd non teneatur de ferro equi , prout etiam ego hoc anno 1563. obtinui in magna cur.Vic. in quadam caupona de Caserta.actuarius Io. And. cum quibus etiam videtur conuenire Corneus in consi. 28. in hac consultatione dicendũ,3.vol.qui dicit,pastorẽ in dubio teneri de furto bouis quẽ recepit ad soccidã.idem q si lupus rapuit,iuxta gl.in l.si negotia.ff.de nego.gest. quia non dicitur casus fortuitus, nisi forte (vt super) &c. & quod per
29 allegantem † oporteat probari casus fortuitus : & de modo probandi,est tex.in l.si creditor,& ibi Bald. post glo in ver. perdidisse,C.de pig.actio,Sal.in l.fin. C.de fi.instru. Abbas. in c.2.deposi. ibi Barb. Alexan.in consi.53.viso themate se præscripto,2.vol. Bar. Alex. Iason , cæterive Scriben.in l.si quis ex argentarijs.§.an verò hæredi.ff.de eden.& rursus in
30 omni materia † quando iussus iudicis aliquem excusat tã in ciuilibus,quàm in criminalibus,declarat Decius in regula non videtur datum.§.qui iussu iudicis,ff.de regu. iu. vbi
31 quod in dubio iussui iudicis est parendum. † sed quando constaret de iniustitia non solum non parendum,sed potest resisti secundum eum,& per Parid.in tract.syndi. in verbo resistentia,so.30.idem Affl.in const.regni,pacis cultum, nu.78.est cap.reg.quod incipit,item quod primu iustitiarij. fol.33. & quod Iudex potest resistere cap. faciente fine eius
32 consi.Decius in c.1.de iudicijs.col. † qualiter autem debet esse præceptum iudicis vt liget, text. & Scriben.in l. filiusfamilias.§.diui.ibi,nudum præceptum nullius esse momenti iubemus,ff.de lega.primo. Decius in regula nolle , ff. de reg.iur.quæ sic recollecta & circa subiectam materiam huius decisio.non multum extranea nota, si placent,aliàs refelle ad libitum:nostræ enim intentionis fuit: aduocatos,sicut ego sum, à laborib.per hæc mea alleuiare. Cæs.Vrsilli.

DECISIO. CLI.

De Baptismo paruulorum Iudæorum, & de eorum educatione.

SVMMARIVM.

1 *Iudæorũ filij inuitis parentibus an possint baptizari.* 4.7.
2 *Militem voluntarium Christus elegit.*

Iudæis

Iudæis nulla iniuria inferenda.
Dominus temporalis non habet potestatem super anima subditi.
3 *Seruus liber est quò ad sacramenta.*
4 *Filij iudæorum non sunt in parentum potestate. num. 9.*
5 *Baptismus paruulorum iudæorum quid requirat.*
Baptizandis paruulis fides offerentium sufficit.
6 *Fides parentum, vel offerẽtium paruulos baptizatos obligat ad fidem.*
7 *Baptizatus paruulus iudæus an tradendus parentibus, vel educandus cum Christianis 10.*
8 *Baptizatus iudæus paruulus ad fidem seruandam est cogendus.*
9 *Baptismi character in fide parentis spiritualis imprimitur in infante.*
10 *Pueri Iudæorum baptizati apud Christianos alendi.*
11 *Baptizatus infans factus posteà pubes non potest baptismo contradicere 13. nec renunciare caracteri, sed effectui tantum.*
Differentia inter voluntatem requisitam in baptismo, & voluntatem requisitam in matrimonio.
Baptizatus iudæus reuersus ad iudaismum, vt hæreticus puniendus.

SErenißimus Rex Federicus voluit intelligere,
vtrum Rex Portugaliæ potuit de iure compellere
cõsanguineos vnius infantis filij Ioseph Hebræi ab
sente ipso Ioseph patre, vt Baptizare faciant à sacer
dote ipsum infantem.
Item vtrum imprimatur character in anima ip-
sius infantis ex dicto Baptismo ei dato per sacerdo
tem siue consensu parentum, vel pater posit ipsum
filium suum trahere in domũ suam ad iudaismum.
1 † Et fuit per me, & alios doctores dictum, &
rescriptum quò ad primum dubium, ꝙ gloss. Ioan.
Theoto. in c. Iudæorum. 28. q. 1. expressè tenet, ꝙ
paruuli Iudæorum non possunt eripi à parentibus
eorum, & baptizari: quia si possent eripi, in processu
temporis nullus esset iudæus in mundo, & sic non
posset adimpleri illa prophetia Esai. 10. & Ro. 9. c. ꝙ
reliquiæ Israel saluæ fient. hanc glo sequitur Card.
Flor. & Mar. in c. sicut. de Iudæis. Istam opin. tenet
Sanc. Tho. de Aq. 2. q. 10. art. vlt.
Idem firmat Ric. in 4. Sent. dist. 6.
Idem firmat do. Abb. Sicu. in d. c. sicut. Idem fir-
mat Cald. in consi. 3. in titu. de iudæis. quia nullus
2 ad fidẽ est cogẽdus: vt dicit tex. ĩ d. c. sicut. † & quia
voluntarium militem Christus eligit 15. q. 1. c. non
est. & quia iura communia volunt, ꝙ nulla iniuria,
& nulla violentia debeat fieri iudæis, vt in l. Christia
nis, C. de pag. & sa. cor. & in c. si iudæos. de iudæis.
Et quin dominus temporalis huius mundi licèt ha
beat potestatem super personam subditi, vel serui,
non habet potestatem super animam: vt dicit Arc.
7. q. 1. si quis. inde dicit Card. in c. de vsore. in fi. in
3 prin. de sepult. † ꝙ quò ad sacramenta seruus liber
est, de coniugio seruo. c. 1. hanc sententiam firmant
etiam Card. Flo. in Clem. 1. in fi. de iudæis. & Ioan.
de Ana. in d. c. sicut & Ioan. de Lig. qui dicit, ꝙ com
muniter approbatur illa gl. Ioan. Theoto. Et idem
Alexan. de Imo. in l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie.
iur. Et illam glo. sequitur Canonista noster Neapo-
litanus Stephanus de Caieta in suo sacramentali, in
sacramento baptismi, q. 42. in fi. Et idem dicit, quòd
tenet Landinus in sacramento de baptismo, pen. co
lum. & frater Ange. de Clauasio in summa sua, in
verbo baptismus §. 2. & Car. Alexandrinus, 45. dist.
capi. qui syncera. & Petr. de Palude in 4. Sententia-
rum. distinctione 4. idem in summa Pisanella in ver
bo. iudæus 3. in summa Confessorum, ibi allegata.
4 † Sed contrariam partem, scdicet, quòd Rex Por-
tugaliæ potuit compellere consanguineos huius in
fantis, & ipsum infantem ad baptismum etiam sine
consensu parentum, hoc voluit Archidia. in d. c. qui
syncera. per rationẽ, quia iudæi sunt serui Regis, &
non habent filios in potestate: nam possunt ipsos vẽ
dere, & ad baptismum ducere. Ista ratio Archi. non
est vera: quia veritas est, ꝙ filij iudæorũ non sunt in
potestate parentum: vt firmat Alexand. l. 2. & in 2.
vol. consi. 71. & clarius Io. de Ana. in c. & si iudæos.
de iudæis. & idẽ firmat Car. Alex. in d. c. q syncera.
& hanc partem tenet Scotus in 4. Scot. dist. 4 quem
refert Ioan. de Lig. in c. & si iudæos eod. tit. dicens,
ꝙ opinio Scoti posset de rigore iuris defendi. hanc
opin. tenet beatus Anto. Archi. Floren. in 3. parte
5 suæ summæ, tit. 14. c. 13. char. 191. qui dicit, † ꝙ
quãdo baptizantur paruuli iudæorum, sufficit obla-
tio parentum spiritualium: quia sicut in fide paren
tum carnalium paruuli baptizati recipiunt characte
rẽ, cum offeruntur à parentibus: vt in c. maiores. de
baptis. ita quando offerentur à parentibus spiritua-
libus. Et si diceretur dicit ipse, ꝙ illa oblatio. paren
tum spiritualium intelligitur, si voluntate parẽtum
carnalium fiat dicta oblatio. dicit beatus Antonius,
ꝙ ista gl. non reperitur in iure & probatur hoc in c.
paruuli. de consecra. dist. 4. vbi dicitur indistinctè,
ꝙ paruulis sufficit fides offerentium, nulla facta mẽ
tione de fide parentum, & hoc est maximum in ista
materia. & firmat hoc Pet. de Ancha. in consi. 196.
6 † vt fides parentum, vel alterius offerentis obliget
pueros ad fidem. tex. est in c. illud, de consecra. dist.
4. & in c. paruuli. hanc opin. sequi videtur Io. And.
in præalleg. c. sicut. de iudæis. & Dom. de sancto Ge
mi. in d. c. q syncera & quidam magister Theologus
in libro quem nominauit, Firmamẽtum fidei. qui te
net, ꝙ ex causa Rex sicut potest filios iudæorũ pa
rentibus inuitis eos nutriti facere, & instrui ad bel
landum: ita potest ipsos infantes recipere, vt bapti-
zentur: quia legislatores possunt ordinare ad salu-
tem vniuscuiusque subditi, velit, nolit.
Nec obstat prophetia Esaiæ; quia potest intelli-
gi de fidelib. vel potest intelligi de aliquibus Iudæis,
qui sunt in aliqua insula, quia tunc saluientur. & per
ista patet generalis responsio ad fundamenta docto
7 rum tenentiũ contrariã partem. † Sed posito pp
authoritatem tantorũ patrũ, ꝙ paruuli iudæorũ in-
uitis parentibus nõ posint baptizari: vt tenet B. Th.
de Aq. per tres rationes, quas refert, & sequitur B.
Antonin. in 2. par. su. ti. 12. c. 2. § pueri Iudæorum.
Quæro, & nunc transeo ad secundam quæstionem.
Quid si iudæus paruulus baptizatus sit ordina-
tione Regia inuitis parentibus carnalibus sub obla
tione alicuius Christiani, si talis baptizatus recipiat
charactere baptismi, vtrum tradendus sit parẽtibus
Iudæis. dicit B. Tho. Aqu. in loco præallegato, quod
paruuli baptizati inuitis parentibus sunt verè ba-
ptizati,

8 ptizari, † & cogendi sunt ad fidem seruandam. Sed
Pet. de Palude in loco vbi suprà, videtur dicere, ꝙ
talis non sit obligatus: & idem videtur tenere Cardi
na. sancti Sixti post argumenta pro, & contra in d.
c. qui syncera. Et idem Card. Alex. ibi, scilicet ꝙ nō
recipiat characterē. Quæ opi. sit tenenda? dico pro
ut dicit B. Antoninus in 3. parte summæ, car. 191. ꝙ
licèt iste paruulus filius Iudæi non debeat baptiza-
ri inuitis parentibus carnalibus, tamē si baptizetur,
tenet baptismus. Idem tenet summa Pisanella in ver
bo, Iudæus. & sic tenet opin. beati Thomæ, scilicet
ꝙ talis baptizatus recipiat characterem.
Nec obstat, ꝙ parentes huius pruuli nō consen-
tiunt in baptismo paruuli: quia sufficit, ꝙ in fide pa
trinorum, vel alicuius Chriani sit oblatus in baptis-
mo. de consecra. distin. 5. c. illud perscrutari. & cap.
hi qui. & de consecra. distin. 3. c. paruuli. & c. con-
stat. vt dicit dominus Step. de Gaieta in dicto sacra-
9 mentali de baptismo, in q. 38. & q. 41. † Nec pater-
na potestas Iudæorum est in cōsideratione: tū quia
Iudæi non habent filios in potestate: tum quia quò
ad animam nō est potestas tēporalis: vt suprà dictū
est. Nam in isto baptismo huius pueri omnia requi
sita ad baptismum interuenerunt, videlicet materia
& forma, & intentio seu voluntas sacerdotis bapti-
zātis, & voluntas parentis spiritualis offerētis eū in
baptismo: & sic in fide parentis spiritualis recepit
characterē baptismi ipse infans, q nō hēt nec nolle
nec velle: vt dicit beatus Antoninus in d. c. pueri Iu
dæorum. & postquàm sic est baptizatus, debet cogi
ad ea, quæ sunt fidei, vt in c. Iudæorum 28. q. 1. & c.
de Iudæis, & c. sicut videmus. Et dicit Io. de Ana. in
10 d. c. sicut. referendo d. consilium Ca. † ꝙ si de facto
sunt baptizati ipsi paruuli Iudæorum sunt alendi cū
Christianis, & non cum parentibus Iudęis, per tex.
in c. 1. de conuer. infidelium. & sic videtur inferre,
ꝙ recipit characterem. Eò maximè, ꝙ ille puer fi-
lius Ioseph non posset dicere, quòd violenter fuit
baptizatus: quia erat infans, qui non habet nec vel
le, nec nolle. & quando fuisset maior infantem, non
interuenit violentia præcisa, quę est quando liga-
tus manibus, & pedibus deductus fuisset ad baptis-
ma: tunc non reciperet characterē aliàs compulsus
per vim conditionatam recipit charactarem: vt con
11 cluditur in d. c. maiores, per scribētes. † vnde bapti
zatus infantili ætate sub fidē parentis carnalis, vel
spiritualis postquàm venit ad pubertatem, non po
test contradicere: vt in c. quanto. de diuor. & de cōs.
dis. 4. c. quæris. & c. paruuli. & firmat Cat. in d. c. ma
iores §. item quæritur. & firmat gl. in c. contra Chri
stianos. de hære. lib. 6.
Et in hoc est differentia in volūtate, quæ requirit
in matrimonio, & in voluntate, quæ requiritur in
baptismo: nam matrimonium contractum per vim
conditionatam non valet, quia requiritur absolu-
ta voluntas: vt in c. cum locū. de sponsa. Sed in ba-
ptismo coacta: voluntas conditionata, voluntas est,
& talis baptizatus coactè recepit characterem. ita
firmat Host. in summa in titu. de baptis. §. quæ sit
eius forma. versi. hi qui baptizantur inuiti. & pro
ista parte vī tex. in c. de Iudæis. §. qui autem 45. dist.
12 † Et sic negari non potest ꝙ iste infantulus bapti-
zatus de ordinatione Regis ad obligationem sui pa
trini Christiani, & in fide ecclesiæ absente patre car-
nali non sit baptizatus, imò recepit verū characterē
baptismi, & est verus Christianus. Et si velit reuer
ti ad paternū iudaismū, puniri posset vt hæreticus:
vt in capi. Christianos. de hære. lib. 6.
Nec est verum illud, quod dicit Fel. in d. c. sicut:
referēdo consilium Cal. dicens, ꝙ talis infans bapti
zatus inuitis parentib. detinebitur per parentes, si
pręstabuntur cautionē, ꝙ ponent eum in libertate
cū fuerit ętatis maturæ. Et interim nō detestabitur
fidem, alias non est restituēdus, & ita vī transire Io.
de An. in d. c. sicut. & sic videtur sentire, ꝙ non im-
primitur interim character dādo idoneā cautionē,
13 † quia imprudens dictum est, ꝙ character in ani-
ma dependeat à cautione prædicta: nā dicit Io. And.
ꝙ paruuli recipiunt characterē. Et eo semel recepto
renūciari nō pōt. de diuor. c. quanto. Et si reclamat,
quādo venit ad perfectā ætatem, tū characteri renū-
ciare non pōt, sed effectui tū sic: quia damnatio, &
saluatio dependet ab eius arbitrio: vt patet de cōse.
di. 4. c. quæritur, & c. paruuli. Et sic illa cautio prædi
cta solū pōt habere locum quò ad educationē apud
parentes, quousque puer venerit ad ætatē perfectā:
Et tunc si renunciet propriæ saluti, punitur vt hære
ticus, vt d. c. contra Christianos. de hæret. in 6. Sum
igitur voti, ꝙ non debeat iste paruulus filius iudęi
baptizatus restitui dicto Ioseph patri suo pp fauo-
rem fidei Christianæ, ne dictus baptizatus moran-
do cum patre Iudæo incidat in hæresim.
Et in hoc voto fuerunt multi Theologi, & do-
ctores iuris Canonici de consilio suæ maiestatis &
ita postea executum fuit.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLI.

1 *Filij etiam Iudæorum sunt in patris potestate: & proptе-*
rea patre inuito non possunt baptizari. vbi etiam an Iu-
dæi sint serui principum.
2 *Filij Iudæorum si sumunt baptismum: an liberentur à pa-*
tria potestate.
3 *Filius primogenitus Iudæorum an habeat plus quàm alij*
fratres in bonis parentum, & an immunitas concessa
habitantibus in loco, extendatur ad Iudæos.
4 *Inter iudæos an contrahatur cognatio spiritualis? & an*
filij Iudęorum sint in patris potestate?
5 *Testamentum Iudæorum an sit subditum dispositioni c.*
quamquam, de vsu. in 6. quòd sic, nisi à principe habuis-
sent potestatem fænerandi.
6 *Iudęi si volunt nobiscum pacificè viuere, quòd non sunt*
eisdem bona auferenda.
7 *Iudæi iudicandi sunt secundum leges Romanorum, & Iu-*
dæus cognoscens Christianam qualiter puniatur.
8 *Si mater Iudęa efficiatur Christiana, an filij inuito patre*
possunt ab eo auferri.
9 *Iudęus per baptismum non solùm liberatur à patria pote-*
state: sed etiam ab omni peccati labe, siue macula, pœ-
na spirituali, sed non temporali, quod q omodo proce-
dat: vide
10 *Iudęus effectus Christianus an in vita po- it petere legi-*
timam à patre: & an seruus effectus Christianus fiat
liber.

11 *In baptismo non requiritur voluntas simpliciter:sed cau*
satiuè.& coacta voluntas est voluntas.
12 *In spiritualibus non consideratur patria potestas,sic etiã*
in delictis.
13 *Filius potest contrahere matrimonium absque patris con*
sensu.
14 *Iudæi licèt habeant suos filios in potestate : tamen secus*
in hæreticis,& scismaticis.
15 *Matrimonium licèt solo consensu perficiatur : tamen non*
dicitur matrimonium perfectum, & absolutum nisi se-
cuta copula, vbi quid in muto : an matrimonium con-
trahat.
16 *Matrimonium non potest fieri nutu:nam absoluta debet*
esse voluntas. vnde si contrahatur voluntate suspensi-
ua non valet: vt si dicatur, capio te in vxorem, dum-
modo sis apud me bona mulier: & quid de matrimo-
nio facto causa saturandæ libidinis tantum, an sit ma-
trimonium.
17 *Puer baptizatus in medio vulnæ matris: an sit bene ba-*
ptizatus:& an in vtero quis baptizari possit.

AFflict.hic in ista decis.in primo dubio,videtur esse in il
la opinione: quod filius Iudæi non possit baptizari suo
parente inuito: adde quia Felin.in d.c.sicut, de Iudæis ait
hanc opinionem esse communiorem: quæ opinio inter alia
1 fundatur † ex quo filij etiam Iudæorum sunt in parentum
potestate, & illud per tex.qui communiter ad hoc allegatur
in c.2.de conuer. infide. per quæ ita voluit ibi Abbas.cæte-
rive scribentes. illud,etiam affirmat Alexan. in l.multum.
circa finem.ff.de verbo. obligatio. vbi respondetur ad illud
quod hic habetur; quod Iudæi sunt serui principum, & si
serui, igitur non habent filios in potestate, q; ista seruitus
non accipiatur strictè: sed large, sicut accipitur, q; matrimo-
nium dicatur seruitus iuribus adductis per eum ibi. hoc et
est, quod attestatur idem Alexan.in d. consi.71.ponderatis
2 verbis.2.vol.vbi limitat, † nisi filij Iudæorũ sumerent baptis
mum. immo plus idem Alex.in consi.163.in col.vlt.eod.2.
3 vol.voluit, † q; filius primogenitus Iudæorum habeat plus
quàm alij in paternis bonis, de quibus latius per Tiraq.in
lib.primogenituræ,quem mox hæc scripta vidi q.46. qui ci-
tando Affl. hic multa in subiecto Iudæorũ effundit fo. 368.
& immunitas concessa in loco habitantibus extendatur,et
ad Iudæos,secundum eundem Alex.in consi.75.vt prima cõ
4 sideratione.1.col.in 5.vol. † licet inter Iudæos nõ contra-
hatur cognitio spiritualis, idem Alexan. in consi.157. circa
primum.cu.5.vol.1.col.& quòd Iudæi habeant filios suos in
potestate, & sic contra Affl.hic,qui in hoc videtur contra-
rium affirmare: sequitur Soc.etiam in consi.61.consilijs po
5 stris.nu.12.1.vol. vbi pulchrè disputat, † quod dispositio c.
quamquam. extra de vsu. in 6. non militet in Iudæo testa-
mentum faciente, de quo consi. facit mentionem Alex. in
consi.6.vol.consi.6. vbi sequitur Soc.in loco supra citato,li-
cet Recentiores ibidem in addi.teneant contrarium,quod
mihi videtur verum, nisi Iudæi haberent à principe potesta
tem hanc fænerandi:quod tamen possit fieri, sunt annota.
suprà in decisi.22.licet ijdem Recentiores in consi.8.Alex.
6 affirment contrarium: in præfatis etiam habetur, † quòd
Iudæis volentibus pacificè viuere cum Christianis non sunt
eisdem bona auferenda: & hanc opinionem, quod filij Iu-
dæorum sunt in parentum potestate, sectatur etiam Barba.
in consi.57.illud afferam in medium.3.volu.ad quæ faciunt
illa quæ notabiliter voluit Corneus in cõsi.434. licèt primo
7 aspectu.1. volum. † quòd Iudæi iudicentur secundum leges
Romanorum,vbi etiam narrat,qualiter puniatur Iudæus co
gnoscens Christianam, de quo etiam per Parid.in syndica.
in verb.adulterium, & per Alex.in consi.99.6. volu. Immo
plus idem Barb.in d.consi.57.3.vol.voluit,quod si mater fi-
liorum Iudæi efficiatur Christiana,q; poterit suos filios,& si
in patris potestate existẽtes,ab eius potestate auocare,& sic
in hoc non considerari patriam potestatem.Et sic patet ex
præfatis hanc esse cõem opin.filios iudæorum esse in paren-
tũ ptãte,& posse nihilominus eis inuitis, non obstãte patria
potestate,baptizari,nam tunc ista patria potestas non cõside
ratur.Imo amittitur et matre effecta Christiana,secundum
Barba.in d.consi. 57.3.volu.& Alex.in d.consi. 71. 2. vol. &
9 istud per gl.in c.iudæorum 28.q.j.quod ampliatur, † q; iu-
dæus per baptismum, non solum liberetur à patria pote-
statate, sed ab omni peccato, & pœna spirituali, sed non
temporali secundum Dec. in consi. 130. proponitur, quod
iudæus,& ibi Recentio, licèt. Ferr. affirmet contrarium in
sua cautela 24. vbi ponit modum liberandi iudæum à pœna
mortis,& ait de facto sic se obtinuisse,vbi narrat etiam aliũ
10 effectũ baptismi,q; filius in vita † pôt petere legitimam à
patre, quæ oĩa quo ad supra narrata procedunt, sed secus
quo ad seruitutem:nã seruus per baptismũ non efficitur li-
ber.gl.in l.quis ergo casus, in verbo nominib. ff.de pecu.in
fi.quæ ait,q; Christianus pôt tenere mancipium Christianũ.
Rom.in c.1.de iudæis,& fui de facto interrogatus, in manci
pio domini Raynaldi Carminiani, & hæc quo ad 1.dubium.
Quoad secundũ dubiũ tenendũ esset,& istud saltem in fi
de baptizantium iurib.adductis per Affl.hic, & ex quo tex.
11 d.c.maiores, † non requirit in baptismo ad imprimendũ ca
racterem volũtatem simpliciter,sed sufficit causatiuè,quod
declara,vt per Deci.in regula,velle.ff.de re.iuris. & per D.
Loffre.in consi.48.quasi per totum illud consi.vbi Deci. po
nit pulchrè intellectum l.mulier.§.si metu.ff.quod me.cau.
q;.coacta voluntas sit voluntas, ad quæ non vr obstare illud
12 quod fuit dictũ de patria ptãte,† nã in spiritualibus non cõ
sideratur patria potestas,prout vltra est tex.c.si. de iud.in 6.
Decius in reg.nuptias.ff.de re.iu.vbi ex dictis nimm conclu-
13 dit † filiũ posse contrahere matrimonium sine patria cõsen
su,sed ante eũ hoc dixit And.in c.1.§. præterea, nu.32.qui.
mo.feu.ami.lo j. sic et in publicis iudicijs, siue delictis pa-
tria potestas non cõsideratur.l.lex Cornelia.§.illud.ff.de in
14 iur.cũ alijs signatis J.dec.180.vbi et † q; licet iudæi habeãt
filios in potestate,secus in hæreticis,& scismaticis, vt ẽs per
Cass.in consue.Burg.fol.213.nu.22.& insuper quatenus hic
dicatur in versi.in hoc est differentia de matrimonio,q; libe
15 ra dẽt esse voluntas,considera † quod licèt soleat dici,q; cõ
sensus solus facit matrimonium, vt in regula præfata nu-
ptias,q; tñ solo consensu nõn dẽ matrimonium perfectũ ab-
solutè,nisi secuta copula, fm Deci.in d.regula nuptias, qui
declarat hæc melius,quam alius,& istud adeo verum,q; ab-
16 soluta dẽt esse voluntas in matrimonio, † q; nutu fieri, nõ
pôt fm Ay.qui alias concor.allegat in consi.253.responsio-
ne ad dubia,nu.1.nisi in muto à natura, fm Paris.in cõsi.63.
4.vol.qñ ex coniecturis pôt haberi consensus, quæ relinquũ
tur iudicis arbitrio,& ista voluntas debet esse libera,simplex,
non conditionatã, seu suspensiua, vti si dicatur, capio te in
vxorem,dummodo tu apud me sis bona mulier, aliàs q; va-
leam aliam capere, non valet tale matrimonium, prout no.
Card.& cæteri Scrib.in c.1.de cond.app. de quo per Ferr.in
cau.sua 8. vbi dat modum liberandi iuuenem inuentum in
domo alicuius puellæ, qui fuisset coactus matrimonium cõ
trahere à consanguineis. nam si isto modo matrimonium
facit, erit nullum. quæ licèt de iure possent procedere, tñ
puto,nunquam ipsam cautelam consulendam, neque vten-
dam,secundum Deum, & animam ad decipiendum, fucũq;
faciendum contra miseras mulierculas,nam matrimonium
valet, licèt quis tantum ipsum contrahat causa saturandæ li
bidinis. & ita in corde suo cogitet fm Soci.in consi.28.om
17 nipotens Deus. circa primum quæsitum, per totum. † sed
hic quæro, licèt aliqualiter alienum à subiecto huius deci.
sed quia pôt assiduè accidere, an infans baptizatus dum est
in medio vuluæ matris, vel qñ aliquod membrum foras e-
misit,dicatur bene baptizatus? Capella Tol.156.q; sic,sed la
tius & melius per Tiraq.in repe.l.si vnquam,de reuoc. don.
in verbo.susceperit liberos,nu.132.cum seq. qui refert et, q;
sunt multi tenentes, q; et in vtero possit puer baptizari, &
boni patres Deo deuoti, & cautæ mulieres in hoc debent
esse diligentes, & sic protestari,& coram dño sic dicere,ego
te baptizo (dum mulier est in actu pariendi) vt ipse refert
Theologos sic affirmare;quem vide qui dum hæc scribo in
mentem veniunt illa carmina Virg.in 6.miseratione quadã
ipsorum infantium, sine baptismo decedentium ductus, nõ
multum à veritate Christiana aliena,& hic inseruntur,vnde
continuò audite voces vagitus, & ingẽs infantumq; animæ
flẽtes,in limine primo,quos dulcis vitæ exortes ab vbere ra
ptos abstulit atra dies,& funere mersit acerbo. hæc ille &c.
Cæsar. Vrsil.

DECISIO CLII.

De iudice laico prouidente super alimentis vxori præstandis causa matrimoniali pendente coram delegato Apostolico.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus an possit pendente causa matrimoniali coram Apostolico delegato prouidere super alimentis vxori per virum præstandis, nu. 6.*
2 *Argumentum de iudice ad quem ad iudicem laicum super alimentis incidenter præstandis.*
3 *Alimentorũ præstantia nõ impeditur per litis pendentiã.*
Appellatio nõ admittitur à sñia præstationis alimentorũ.
4 *Casus in quibus repetitio hæredi non datur.*
5 *Alimenta debentur vxori per virum.*
Sententia in causa matrimoniali non transit in rẽ iudicatã.
6 *Præsumptio fit in dubio pro iudice, qui sententiã protulit.*
Casus vnus inserendus ad alios per Specu. in quibus licet attentari pendente lite in causa appellationis.

1 FVit dubitatum in consilio † vtrum iudex secularis possit decernere ad petitionem mulieris
quæ litigabat coràm iudice ecclesiastico super fœdere matrimonij, & obtinuit sententiam pro matrimonio, à qua maritus appellauit: & causa appellationis pendet coram delegato apostolico petentis alimenta à dicto marito lite pendente, & maritus dicebat, q̃ lite pẽdẽte nihil est innouãdũ, & sic non põt iudex secularis prouidere super ipsis alimẽtis petitis: cũ sit quęstio, an illa sit vxor. Super quo dubio dicebatur, q̃ iudex secularis nõ potest super
2 dictis alimentis petitis se intromittere: † quia si iudex à quo est appellatum super dictis alimentis nõ potest prouidere per titulum, Nil nouari appella. pen. & c. bonæ. & c. secundò requiritis. de appel. ergo nec iudex laicus, postquam scit; quod appellatio pẽdet super causa, an sit vxor. In cõtrarium dicebatur, q̃ si iudex appel. potest prouidere super dictis alimentis, vt no. in c. ex parte, de accusa. ita per viam principalis petitionis sup ipsis alimentis põt iudex laicus prouidere: q̃a hoc nõ est de processu causæ.
3 † Quia talis pẽdẽtia litis non impedit p̃stationẽ alimẽtorũ stãte paupertate mulieris, & diuitijs viri: vt in simi. dicit Spe. in ti. de appell. §. pc. versi. aliud aũt.
Item quia licèt sit appellatum à sententia lata in fauorem matrimonij, tamen dicta sententia continet tacitè præstationem alimentorum, & à sententia præstationis alimẽtorũ nõ admittit̃ appellatio: vt in l. fi. ff. de ap. reci. & not. Bald. in l. Mela. ff. de alimen. & cib. lega. & per consequens super alimentis tã iudex ecclesiasticus, quàm secularis põt prouidere:
4 † quia hæc alimenta lite pendente sunt præstanda p maritũ vxori in omnẽ euentũ, si in secunda instantia vxor vicerit, bene factũ est, si succumbit non repetit: sicut dicimus, q̃n dantur ab hærede, vel substituto alimenta mulieri ventris nomine missæ in possessionẽ, non repetuntur, si non est prægnans, nisi per calumniam dixerit se prægnantem: vt in l. 1. §. interesse. ff. si mu. ven. no. in posses. mit. idem si est q̃ò. Verũ talis sit filius, & agitur ex Carboniano edicto, debẽt ipsi filio lite pẽdẽte p̃stari alimẽta, vt dicit Spec. in tit. de primo, & secundo decreto §. viden
5 dum restat. versi. idem quoque. † Ego dicebam. q̃ ista mulier habuit sententiam in fauorem matrimonij, & sic vxor, & vxori à marito debentur alimẽta, vt not. in l. si cùm dotem. §. si maritus. ff sol. matr. cũ concor. & licèt sit appellatum, tñ quia sñia in causa matrimoniali non transit in rẽ iudicatam: vt in c. lator. de re iudi. & c. cõsanguinei. de frig. & mal. ideo speciale est in hoc casu, vt lite pendente præstentur mulieri, quæ obtinuit per sñiam in fauorem matri-
6 monij alimenta à virò, cum præsumendum † sit in dubio pro iudice, qui protulit illã sñiam: vt dicit Inno. in c. si. de ferijs. & ibi allegat opti. tex. in c. in præsentia. de renun. nec dicitur attentatũ hoc casu attenta æquitate, sicut non dicitur attentatum, q̃ñ lata est sententia super beneficio contra eũ, quia nõ possedit triennio, à qua fuit appellatũ, & iudex à quo sequestrauit beneficium, quia magna æquitas hoc dictat: vt in Cle. 1. de sequestra. & pos. & fructum. Et fuit determinatũ, q̃ iudex laicus potest pendente cã matrimoniali corã delegato Apostolico p appellationẽ à sñia lata in fauorẽ matrimonij decernere & cõpellere maritum ad præstandum alimenta vxori; nec dr̃ attentatum; † quod est notandum, & addendus est iste casus posito per Spe. in tit. de appel. §. pen. in prin. vbi ponit casus, in quibus licèt attentare lite pendente in causa appellationis, & non reuocantur tanquam attentata; vt ibi per eum & Car. in d. cle. 1. de seq. pos. & fru. in no.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLII.

1 *Appellatio admittitur à sententia alimentorum de præterito debitorum, secus in alimentis de futuro, quæ an procedant, quando persona quæ præstenderet alimenta, diues esset.*
2 *Vndecim priuilegia alimentorum, & duodecimum adducitur, videlicet, quòd alimentis renunciari non potest.*
3 *Casus in quo quis sine culpa habet de bonis alienis ad euitandum maius malum, & sic quandoque mala tolerantur.*
4 *Quæ sunt causa incertitudinis, & necessitatis, & inter alia, tempore necessitatis feudatarius tenetur ad collectas.*
5 *Immunitas concessa à solutionib. non intelligitur tempore necessitatis guerræ vbi etiam qualiter capiatur illa causa cognitio, vt huic mulieri de alimentis prouideatur.*
6 *Omnis leuis coniectura sufficit: vt mulieri alimenta ventris nomine præstentur, & an mulier hoc casu habeat alimenta in bonis feudalibus?*
7 *A sententia super matrimonio an semper possit appellari, & qualiter hoc intelligatur.*

ET iuxta conclus. hic firmatã, q̃ debeãtur alimenta huic mulieri, tã in cã principali, quã in cã appellationis, fuit notatũ sup. in decis. 10. vbi fuit dictũ illud q̃ Affl. hic ponit,
1 † q̃ nõ admittat appellatio in causa alimentorũ, procedere de alimentis de futuro præstandis, quod secus in alimentis de præterito debitis, prout vltra ibi dicta voluit Aretin cõ. 96. in causa, & pũcto mihi ostenso, circa fi. vbi & ait hæc, q̃ non admittat appellatio, procedere, q̃n persona cui debẽtur alimẽta, fuisset pauper, secus si diues, notum & ĩ. in dec. 261. alia

alia verò priuilegia alimentorum vltra Bal.in d.l.Mela, qui
2 enumerat vndecim, & in suo tract. Bar. alimentorum † tu potes addere duodecimum priuilegium; quia alimentis renunciari nō pōt, prout post alios no.Aym.breuitatis studio in cons.116.hominis,num.2.& 189.qñ fœmina, & sunt annot.infra in dec.285. & not. illud quod mirabiliter hic dr̄, hanc mulierem sub nube matrimonij lucrari ista alimenta,
3 † nā est casus satis notabilis, q̄ quis sine culpa habet de bonis alienis,& toleratur,prout concludunt gl. & alij in d. §. interesse,& hoc propter incertitudinem, vt euitetur maius malum:nam melius est hoic mulieri veraris nomine alimēta præstare,quàm permitti fame perire, & sic propter incertitudinem,& necessitatem hæc fiunt, ob incertitudinem ēt si homo in rixa est mortuus,nemo potest de occiso puniri l. si in rixa ff.de sica.l.itē Mela.ad l.aquil.§.1.Hyp.qui concor. allegat in sing.217.ter,vel quater.vbi limitat, quando vnus istorum rixantium fuisset malæ conditionis, & 10 consi. 24. propter incertitudinem etiam quis fuerit aggressor nemo punitur l.1.§.cum quis ariete.ff.si quad.pau.fecis.dica. quod declara,vt per Boer.qui alios concor.citat,articulumq; examinat in decis.217 & glo.& per Io. Fab. pulchrè in §.fin.in Inst.de iur na.gēt.& ciui.circa fi.§.ius autem gētium,q̄ nemo debeat puniri, verum existentibus coniecturis contra alium vnum,poterit poni ad torturam, vt ibi per eum. alia autem quæ facit, & causat incertitudo, vt qñ Titij fuisset factum legatum,& de alijs,declarat Tiraq.in lib.primogēnitu.q.17.in 6.opin.nu.17.quem mox habui.fol.182. & And. in c.1.§.de duo.fra.de nouo bene.inuesti.vbi sunt alia concor.propter necessitatem verò,quæ fiant,vltra tex.l.2.§. in eadem naue.ff.ad leg.Rodiam de iactu.c.discipulis.de consec.di.declarant Docto.in l.1.ff.de offi.eius cui mand.est iuris.Ias.in l.nec emere,de iure delib.Soc.in sal.435.Idem Lucas de Pen.in l.agros. de fun. limit. lib.11. q̄ feudatarius
4 † tenetur ēt ad collectas tempore inuasionis regni,eadem Ias. in l.si ex toto.ff.de leg.1.vbi ponit q̄ de immunitate cōcessa
5 † q̄ non habet vires tempore magnæ necessitatis belli.multa per Girar. sing. 100. necessitas non habet legem. sed latius per Tiraq.in tract. retr.conuen.fol.188.glo.nu.14.15.cū seq.in vltima parua impressione, & sic bene propter incertitudinem,& necessitatem fuit prouisum huic mulieri.Quæ omnia(si placent) intelligas,qñ iuris ordine seruato,saltem summatim cognito de negotio per iudicem huic mulieri de alimentis præfatis prouidetur.secus,si nullo iuris ordine seruato,causaq; non cognita,ista præstatio alimētorum fiat, nam hoc casu ista mulier ad ipsorum restitutionem teneretur,prout notaui ī.in dec.218.vbi pro hoc adducitur tex.l.
6 fi.C.de Carb.edicto, vbi Aret. † secundum,quòd refert Ias. ibi dicit omnem cōiecturam etiam leuem,facere q̄ mulier lucretur hæc alimēta,quæ omnia ampliantur in bonis feudalib.sm Bal.in c.1.an agn.refert,& sequitur Cott.in verb. bonorū possessio Carboniana,de quo per Alex.in cōsi.100. super primo casu.in fi.1.vol. Hier. Grat.in consi.22.nu.8.1. vol.qui videtur à præfatis resilire, q̄ alimenta super bonis feudalibus, seu emph.non debeantur.& Insuper aduerte ro
7 go,quatenus hic dr̄ † q̄ à sententia super matrimonio semp appellatur,quia intelligitur,si iusta causa appellatum fuerit in voce in c.tenor.de re iudi.Abb.in c.iurauit, de probatio. Casa.Vrsil.

D E C I S I O   C L I I I.

De collateralibus euincentibus rem emphyteuticam, & diuidentibus, & de solutione canonis in illa, & de commisso.

S V M M A R I V M.

1 *Diuisio rei emphyteuticæ inter collaterales per iure protomisios euictæ, an operetur canonis solutionem insolidum pro qualibet parte ad imaginem censum 3.5.*
2 *Emphyteutica res ecclesiæ in plures diuisa, an debeat pro qualibet parte integrum canonem.*
Fiscus, & ecclesia æquiparantur.
Fiscus quemcunque tenentem tributarium fundum conuenit ad tributum.
3 *Emphyteuta canonem soluere per partes non potest inuito domino.*
Obligatio ad canonem est realis.
4 *Emphyteutica res inter hæredes diuisa per non solutionem canonis in vna parte, an tota in commissum cadat.*
Solutio particularis non sufficit ad euitandum pœnam.
Obligationis primæ cōditio ex facto hæredū non mutāda.
Emphiteuticam rem diuidentes quod consilij capere debeant.

VEnditur domus emphyteutica cum consensu directi domini.iste emptor conuenitur iure cōgrui à duobus collateralibus iuxta consuetudinem Neapolitanam, condemnatur ille emptor ad vendendum pro pretio, prout fuerit appreciata dictis collateralibus. illi duo collaterales habita illa domo ipsam diuiserunt inter se.

1 † Quæritur, vtrum dominus directus possit vnumquemque ipsorum collateralium conuenire insolidum ad totum canonem, vel solummodo pro parte.

Aliquis ex dominis dicebant, q̄ sicut plures emphyteutæ possunt inter se diuidere rem emphyteuticam,& tunc quilibet tenetur pro parte soluere canonē, vt dicit Bar.in l.qui Romę.§.duo fratres, ff. de ver.obl.& in l.si domus §.fi.ff.de leg.1.& idē qñ sunt plures hæredes; vt firmant Moder. scribentes in l.fi.col.74.& seq. C.de iure emphyt. Ita dicendū videtur, qñ plures collaterales euicunt rem emphyteut.iure congrui, & diuidunt eam, vt quilibet te-
2 neatur ad canonē p̄ parte eū tangente.† Alij dicebant contrariū, si illa erat emphyteusis ecclesiæ; q̄a fiscus, & ecclesia æquiparantur; vt not.in l. 1. C. de iure fi.lib.10.& fiscus quemcunque tenentem fundum tributarium potest cōuenire ad tributum; l.fi. C. sine cen.vel reliquis. hanc æquiparationem faciūt Moder. Papiē.in d.l.fi.licèt eam non sequantur; sed referunt Io. de Imo. illā sequentem in c. potuit, 5.7.
3 col.de locato. Et pro hoc facit talis ratio; † nam emphyteuta inuito domino non potest soluere canonem per partes, sed semel totum,& integrū teneturq; soluere; vt dicit Pau.de Cast.in l. quidam existimauerunt, ff.si certū petat. ergo nec hæredes debentes canonem possunt dicere, q̄ volunt soluere vnusquisque pro parte sua; quia obligatio ad canonem est realis, licèt ipsi hæredes diuidant inter se, tamen quilibet tenetur insolidum ad censum. & hoc p̄ gl.in l. cōi diuidundo, ff.communi diuid.in verbo confundentur, quæ vult, q̄ si hæredes emphiteutę diuiserunt inter se rem emphyteuticā, & vnus soluit pro
4 parte sua canonem, & alter non, † tota res incidit in commissum.& istam gl. communiter sequuntur ibi doct.& Alex.in 5.vol. cons.7.in 2.col. istud etiā tenet Host.in summa.in titu. de loca.§. fin. versicu. quid si vnus ex pluribus. Et Albe.de Ros.in l. 2.9. col.C.de iure emphy.& ibi etiam Moder.Papien.in 30.col. Idem firmat Specu. post argumenta pro, & contrà, in ti.de loc §. nunc aliqua.vers.71.Idem Io. And.ibi Dy.& Bar.& Lud. in l.fraudati.ff. de publ. q̄a quò ad euitationem pœnæ non sufficit particularis solutio l.in executione, §.fi.de ver.ob.idem q̄a facto hæredū nō dēt mutari conditio primæ obligationis.

tionis.l.2.§.ex his, ff. de ver.obl.cũ concor.hoc idẽ
tenet Fed.de senis in cons. 228. incip. duo fratres.
5 † ita per diuisionem istorũ collateralium non põt
fieri prȩiudicium primȩ oblationi,quȩ erat,vt emp.
teneatur ad integrum censum, non per partes,
sed ad integrum, & totum censum, & sic quilibet
eorum tenetur insolidum ad integrũ censum, tanq̃
duo rei debendi insolidum obligati.Solutio:Fuit ꝑ
sacrũ Consilium decisum, ꝙ si dñs consensit dictæ
diuisioni, sibi præiudicauit in hoc, ꝙ si vnus soluit
partẽ suã,& alter non soluit per biennium,vel trien
nium; solũ pars non soluentis incidit in cõmissum,
non aũt pars alterius soluentis,& hoc sentit Bar.in
6 d.l.fraudati, † & ideo in ista diuisione diuidentes
procurent habere consensum dicti dñi. Si aũt non
interuenit cõsensus dñi directi in diuisione necessa
ria,sicut est,qñ hæredes diuidunt inter se,vel colla-
terales vincentes rem iure congrui,tunc quilibet eo
rum tenetur insolidum ad canonem, & si vnus sol-
uit partẽ suã,& alter non per bienniũ in emphyteusi
ecclesiȩ,vel trienniũ in emphyteusi priuati, tota res
incidit in commissum, vt firmat Alb. de Ros.in d.l.
cõi diuidundo.circa fi. q. prædictæ, quam ibi bene
examinauit,& retulit doct.anti. vt ibi per eum.

Et sic fuit decisum in sacro Consilio.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CLIII.

1 *An si vnus ex hæredibus soluat totam portionem suam, & alius non, tota res incidat in commissum, an possit fieri computatio solutionis per hunc hæredem pro numero vnius anni ad euitandam caducitatem?*

2 *Solutio redditus an possit fieri ab vnoquoque ad euitandam caducitatẽ, & ista militent in pluribus hæredibus?*

3 *Dominus directus an recipiendo partem ab vno ex hæredibus, sibi præiudicet, & quid si patitur fieri alium emphiteutam.*

4 *Concessa emphiteusi duobus simpliciter, vnusquisque pro parte tenetur, nisi sit dictum insolidum: Et quando insolidum tenentur, faciunt sibi partes per concursum.*

5 *Duȩ res concessæ sub vno redditu, siue censu, pro parte, siue pro rata census submissæ intelliguntur.*

6 *Duo scholares conducentes domum aliquam, in dubio pro rata ad pensionem tenentur.*

7 *Promittens rem vendere duobus, vni pro parte vendere non tenetur.*

EX dictis per Affl.hic colliguntur duæ conclu.vna, quòd
plures hæredes tenentur insolidum ad canonem, siue
redditum: alia, quòd si vnus ex hæredib.soluat partem suã,
2 & alius non, quod † tota res incidat in commissum,nisi do-
minus consentiat in diuisione, & non fuisset dictum saluo
iure meo. Amplia primam conclu. procedere, etiam si fie-
ret computatio de dicta solutione facta per vnum ex hære-
dibus pro numero vnius anni ad euitandum caducitatem,
nam nil prodest, secundum Ias.in l.2.nu.27.de iure emphy.
qui respondet ad doctr.Bar.in l.fraudati.ff. de publ. qui te-
net contrarium. sed contra eum tenet Cors.quem ipse non
allegat, in verb. emphiteusis. 4. in pluribus hæredibus, ex
quo omnes tenentur insolidum, vt supra, & propterea so-
lutio vnius bene prodest alteri, secus in pluribus qui sunt
obligati ex contractu ad soluendum. nam cum tunc vnus-
quisque teneatur pro parte, meritò solutio vnius alteri
non prodest. tu considera si vera est ratio, quæ allegatur in
primo casu. quare euitatur caducitas, ex quo vnusquisque
prætendens aliquod interesse, potest soluere pro emphiteu-
ta ad euitandum caducitatem. l. qui fundum alienum. ff.
quemad.serui.amit. Rom.consi.491. in casu proposito. Hyp.
sing. 368. licèt tertius. cum alijs plenè adductis per Tiraq.
in retract.consan gl.t 1.§.1.fol.68.nu.256. & seq. ista etiam
2 ratio militaret in vtroque casu. † & sic semper posset te-
neri, vndecunque fuerit facta solutio: & si imperfecta, dũ-
modo habeatur pro aliquo tempore, quo euitetur caduci-
tas, deuolutionem non fieri: licet Ias.sentiat contrarium,
& non bene secundùm præfata, per quem potest decidi.q.
quòd si minor aduersus commissum, siue deuolutionem re
stituatur ob redditum,non solutum iuxta tex. l. si ex causa.
§.fina.ff. de mino. quod prodest ista restitutio habenti rem
communem cum ipso, ex quo omnes insolidum tenentur
ad censum, vt supra, & sic sumus in indiuiduis, quo casu be
neficium vnius alteri prodest, iuxta not. in deci.213.sentit
Corsetus in d.verb.emphiteusis 4.circa verò aliud,quod do
minus consentiendo alienationi rei suȩ,nisi dicat saluo iu-
re meo, quod sibi præiudicet, in tantum quòd non poterit
deinde redditum ab vnoquoq; insolidum exigere, vltra illa
quæ fuerunt notata supra in deci.ista. circa f.tenet hoc Cu
3 ma. in consil.80. visa copia ista. † in domino directo reci-
piente ab vno ex hæredibus partem tantum, quòd sibi præ
iudicat, iuxta tamen formã eorum, quæ fuerunt notata su
pra in deci.142 & consuluit Soci.in cons.256. si in præsenti.
2.vol. in domino directo consentiente fieri alium emphit.
4 & non reseruante ius suum. & de hoc negotio † quod con
cessa re emphi.duobus, quod vnusquisque pro parte tenea-
tur ad redditum, nisi fuerit dictum insolidum: vltra Scrib.
in dictis locis, & maxime Ias.in d.l.2.nu.27.in versi.2. limi-
tat. affirmat Bal.in cons.116. Columbinus quidam.in 1.par
te. vbi etiam quòd quamuis ipsi domino insolidum tenea-
tur, quòd tamen inter eos faciunt partem per concursum,
& late istud sequitur Soc. iunior in cons. 70.72 in 1. parte
5 † quæ oia ẽt procedunt in duobus fundis, siue domib.sub
vno redditu,siue censu submissis.nam istȩ res pro parte,siue
ꝓ rata redditus singulariter tenentur,prout de præfatis est
tex. notabilis in d.cap.constitutus. de religio.domi.in vers.
iuxta ratam, & ibi Abb. in vlti. notabili, qui etiam inducit
6 ad quæstionem † de pluribus scholaribus conducentibus
domum: quòd vnusquisq, pro rata in dubio ad pensionem
teneatur sicut de pluribus condemnatis per sententiam, vt
sunt scripta infra decis. 215. voluit latius Cassa. in consue.
Burg. de rentes, rub.5.fol.208. nu.36.ad quæ vide Cuma.
in cons. 41 ad primum bene. sed istæ disputationes hodie
uidentur cessare,ex quo quasi in omni instrumento appo-
nitur pactũ, quòd redditus non possit diuidi inter hæredes,
prout sic fieri docet Albericus in d.l.in communi. ff. com-
mun.diui.circa finem, quæ bene procedunt in præfatis. sed
7 secus † in promittente rem duobus: quia non tenetur vni
pro parte vendere, secundum Ruinum in cons. 82. & 85.1.
uol.sed latius hæc per Tiraq.in retract.consangui.§.22.gl.2.
nu.6.cum seq.fol.181. Cæsar Vrsil.

DECISIO CLIIII.

De pactis dotalibus, & dotis restitutione.

SVMMARIVM.

1 *Dos & antiphatum non obstante pacto de non petendo, an peti possit per mulierem.*

2 *Pactum per quod dotis conditio fit deterior in præiudicium mulieris, est nullius momenti.*

3 *Pactum soluto matrimonio factum à muliere de dote restituenda primo quoque die post annum luctus, an & quando valeat.*

Pactum remissionis antiphati loco pœna succedit.

4 *Dotis priuilegia communicantur constitutioni antiphati.*

Dotium lucra ita æqualiter seruanda, vt dotes in pactis eorum.

QVædam mulier de ciuitate Caiaciæ soluto matrimonio per mortem sui viri, fecit conuentionem & pactũ cũ illis qui tenebantur ad restitutionẽ dotis, ꝙ si ab eis peteret dotẽ intra quatuor annos perderet quartam & basaturam per eam lucratam.
1 † Demum dicta mulier petit dotem & quartã ab illis intra dictũ tẽpus quatuor annorum. opponitur per conuentos pactum de nõ petendo, quia incidit in pęnam petendo intra quatuor ann. ex parte mulieris dr̃, ꝙ ipsa non tenetur ad obseruantiã pacti. lata fuit sentẽtia per Capitaneũ Caiacię, ꝙ tale pactũ valet: fuit appellatum ad sacrũ Consiliũ. Quæritur
2 vtrum † dicta sententia fuerit bene lata. Fuit dictũ per dños consiliarios, ꝙ pactum per quod conditio dotis fit deterior in prędiudicium mulieris paciscentis, non valet, vt in l. Attilicinus. & l. de die. cum duabus ll. seq. ff. de pact. dotali. hoc firmatẽt Io. de Imo. in l. si socer. §. Lucius Titius, ff. sol. ma. vbi dicit, ꝙ si pactum fuit in præiudicium mulieris soluto matrimonio non valet, nisi iusta causa interueniat: sed in casu, de quo agitur, nulla iusta causa potuit esse. igi
3 tur &c. † Bene tamen valere pactum soluto matrimonio factum à muliere de sibi restituẽda dote per hæredes mariti vlteriori die vltra annũ ex causa forte pp paupertatem hæredum mariti, qui post annũ non possunt soluere, iuxta l. 1. §. exact. C. de rei vxor. act. ita dicit gl. in l. licet. ff. de pact. dot. itẽ quia istud pactum remissionis antiphati, seu quartæ succedit loco pœnæ. & stylus est in sacro Consilio, nũquã condemnare ad pœnã, nisi quatenus cum interesse concurrat, & ex parte hæredum mariti nullum est interesse. ideo per sacrum Consilium fuit iudicatũ, malè iudicatum per dictum Capitaneũ. Nec obst ꝙ dicta iura loquuntur in pacto super dote, sed casus iste loquitur de pacto super lucro dotis; scilicet, quarta & basatura: quia patet responsio.
4 † Nam priuilegia dotis sunt communicata constitutioni antiphati, siue quartæ, vt in l. fin. & in auth. sed iam necesse. & in l. cum multæ, C. de dona. ante nuptias. & no. in l. vbi adhuc, C. de iure dot. cum cõcor. bene ad hoc accedat id quod dicit Ang. in auth. de æqual. do. §. 1. ꝙ in pactis super lucris dotium seruanda est æqualitas, sicut in dote. vnde sicut non valet pactum soluto matrimonio, vt mulier perdat dotem: ita non valet pactũ, vt mulier perdat lucrum dotis, vel antiphatum, vel quartam.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLIIII.

1 *Per pactum factum à muliere in dote soluto matrimonio an possit suæ doti præiudicare.*
2 *Aduersus instrumentum petitionis dotium, an possit opponi mulieri, fecisse pactum de non petendo?*
3 *Dos & donatio propter nuptias, an paribus passibus ambulent: in tantum quòd dispositum in vno, in alio censeatur dispositum?*
4 *In criminalibus circa pœnę exactionem attenditur loci cõsuetudo: & non iuris consuetudo: dicitur iusta, quia per superiores toleratur.*
5 *Iudex ponens pœnam vltra consuetudinem dicitur affectionatus, atque suspectus.*
6 *Pœna non committitur, nisi intersit stipulatoris: quæ debent concurrere ad pœnæ exactionem: an debeat dari iuramentum suppletorium?*
7 *Qui vult pœnam petere: debet probare adimplesse omnia ex parte sua.*
8 *Quando quis recipit sortem principalẽ, an censeatur pœnã remittere: quòd sic, quando sine protestatione recepit.*
9 *Pactum factum de dimittendo lucrum dotis ob sedandas discordias inter coniuges, an valeat?*

1 ADde ꝙ contra hanc decisionem quatenus velit, † ꝙ ista mulier non possit petere hãc dotem post quatuor annos, non valeat, vr facere gl. in l. cũ dos. ff. de iure dot. q̃ vult, ꝙ mulier sol. mat. põt sibi in dote præiudicare: quã refert, & sequitur Alex. post Pau. de Ca. in l. 2. §. ꝙ si in patris. 3. not. ff. sol. mat. & Dec. in consi. 536. in causa quæ agitatur. vbi ait hæc maxime procedere in muliere vidua, q̃ amplius non speratur posse virum ducere: & ea causa maxime interueniente iusto, & ibi in casu Decij mulier cesserat actiones de dote pp merita, & concludit donationem, siue cessionẽ validam. istud idem approbat Gram. in consil. 11. in simili.
2 † vbi ait, ꝙ illud pactũ potest opponi mulieri petenti dotẽ, & si per consuetudinẽ nulla exceptio mulieri dotẽ petenti opponi possit. sed non obstantib. præfatis ego non recedere ab opinione Affl. hic, saltem de æquitate sacri consilij, quę stilo, ꝙ pœna non exigatur nisi quatenus ea possunt teueri rei in casu contrauentionis, & cum hi contrahentes nullũ fuerint dãnum passi: q̃o hæc mulier debet perdere antefatũ sine cã: cũ renunciatio sine cã non valeat, prout consuluit idem Dec. in consi. 379. de quo fit mentio ĩ. in deci. 161. insu p anteq̃ vltra procedã aduerte ad illud, quod vult Affl. hic,
3 † ꝙ sint æquiparata dos, & donatio pp nuptias quo ad priuilegia, nam facit contra ea quæ ipse vult ĩ. in deci. 291. qui vult, quod licet de dote non soluta debeatur interesse: quod tamen de antefato non debetur, & sic de donatione propter nuptias, quod non est dicendum, nisi sunt æquiparata, prout hic ipse affirmat, quod nõ procedit in casu posito per Rom. in sing. 545. constante matri. vbi dicit, ꝙ licet maritus lucretur fructus dotis propter onera matrimonij, quod tñ mulier non lucratur fructus rei datæ a marito in donatione propter nuptias, & insuper ad corroborationẽ eorũ quæ fuerunt dicta, ista mulier ad pœnã non teneatur ex stilo cõsilij vltra ea, quæ fuerunt allegata supra. in deci. 135. faciunt ea, quæ affert Aym. in consi. 137. magister Rubertus, num. d. cũ
4 seq. vbi dicit ẽt in pœnalibus, † & sic in pœna adulterij attẽditur loci consuetudo, & non iuris, quæ consuetudo in istis derogat iuris dispositioni. Ibidem ꝙ in præfatis cõsuetudo dr̃ iusta, ex eo, ꝙ per superiores toleratur. Idem in cõs. 103.
5 nu. 21. & 41. vbi inquit, † ꝙ si iudex vult ponere pœnam cõtra cõsuetudinem, ꝙ arguatur affectionatus, atque suspectus. hoc idem Fel. in c. ex literis, de rescrip. notatur infra. in deci. 287. & in præfatis nota vnum in isto subiecto pœnę commis
6 sionis, † ꝙ non committatur, nisi omnia concurrant ad ipsius pœnæ commissionẽ: & ꝙ quis adimpleat omnia adimplenda ex parte sua, & vltra tex. qui cõiter solet adduci in l. q̃ro, §. inter locatorẽ, ff. locati. ibi bonn, & lõga additio Alex. q̃ adducit illud Pauli, pbet se ipsum homo, & sic de pane illo edat &c. voluit Cor. notabiliter in consi. 343. in causa, & lite vertẽte. 1. vol. per quẽ vnà cũ allegatis ĩ. in deci. 220. in primo, solet practicari in magna curia instrumentum nõ pos
7 se presentari, secundũ formã ritus contra aliquem † nisi præsentans demonstret in promptu adimplesse omnia ex parte sua: & fuit mihi de facto in causa Ioan. Laurentij de Anso cum . . . & in pœnis non datum iuramentum suppleto-
8 rium, prout notaui in d. decisione 135. † Et recipiendo quis sortem principalem, ꝙ pœnam amplius non possit petere. Socin. consi. 18. in vers. quinimmo ex præfatis, prima parte: ni
9 si fuerit protestatus. sed iuxta hæc quęrit † an possit fieri pactũ constante matrimonio inter coniuges de remittẽdo lucrũ dotis ob discordias sedandas, aut alter de diminuenda dote, vel donatione propter nuptias, ꝙ non, tex. l. si cõstante in fi. C. de don. propter nuptias. nisi in casibus in quibus potest dos solui constãte matr. voluit Ro. sing. 582. pone casũ quotidianum, ibi additio, quę alleg. Lup. in repe. c. per vestras de don. §. 34. quem vide &c. Cæsar Vrsil.

DECI-

DECISIO CLV.

De seruitute viæ.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus intentata per interdictum vti possidetis, an possit iungi cum proprietatis causa, vt insimul procedatur per curiam.*

2 *Possessorium retinendæ concurrit cum petitorio super iuribus incorporalibus, & possunt in prima instantia accumulari. nu. 4.*

3 *Petitorium intentari non potest pendente causa reuisionis super interdicto retinendæ.*

Iudex appellationis non cognoscit extra deducta in prima instantia.

5 *Reconuentio de proprietate in causa appellationis super interdicto retinendæ non admittitur.*

5 *Agens interdicto retinendæ super re corporali, an possit agere petitorio.*

6 *Iudex de possessorio cognoscens de petitorio nõ cognoscit, si alterius iurisdictioni præiudicatur.*

FVit lata sententia in sacro Consilio, per quam cõfirmata fuit sña viceducis ducatus Amalfiæ, quæ fuit lata super interdicto vti possidetis, in fauorẽ actoris, vt cõuentus desistat à turbatione, & molestatione cuiusdam seruitutis viæ per domũ ipsius cõuenti, eo quia actor est in quasi possessione dictæ seruitutis saluo iure proprietatis. Fuit pro parte cõuenti reclamatum à dicta sententia sacri Consilij, & commissa causa reclamationis pro parte ipsius reclamantis petitur terminus ad probandum super proprietate viæ. dicit altera pars, non potest dari super proprietate: quia non fuit actum super proprietate, sed solum actum fuit interdicto vti possidetis. & lata fuit sententia in sui fauorem, & condem-
1 natus fuit ipse reclamans ad expensas. † & nisi renũciauerit reclamationi, & soluat expensas, non potest procedi in sacro Consilio super proprietate dictæ viæ. Sed procedi posset corã vice duce ducatus Amalfiæ, quia vigore priuilegiorum primarum causarũ dicta causa proprietatis debet ibi videri, & non in sacro Consilio. replicat iste reclamans, quod ipse in prima instantia fuit reus super interdicto vti possidetis dictæ seruitutis viæ, & nunc ipse in causa reclamationis vult se defendere super dicto interdicto vti possidetis dictæ seruitutis viæ, nec non potest cumulare etiam proprietatem dictæ viæ: quia dicit Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. in prima & se
2 cunda combinatione, ff. de acqui. poss. † quòd quando agitur super iurib. incorporalibus, vt in seruitutibus, prout erat casus, de quo agitur, concurrit possessorium retinendæ cum petitorio. hoc etiam firmat Bal. in l. in cert. C. de interd. & Ab. Sic in c. pastoralis 5. cõl. de causa poss. & proprie. & pro hoc soleo allegare tex. in l. 2. §. interdictum autem hoc, ff. de itin. actuq; priua. pro parte illius qui habuit sententiam in sui fauorem replicabatur, quod licèt sit verum quod quando sumus in iuribus incorporalibus, cõcur-
3 rit possessoriũ retinẽdæ cũ petitorio: † quia nõ sunt contraria, vt dicit Bar. in loco præallegato, tñ hoc procedit in prima instãtia; nõ aũt in tertia instãtia causæ reuisionis. nam pendẽte causa appellationis, imò verius pendente causa reuisionis super interdicto retinendæ non potest appellans intentare petitorium: vt dicit Bald. in authen. & consequenter, C. de sent & inter. omn. Iud. not. in Clem. 1. de causa possess. & proprie. Item quia iudex causæ appellationis habet iurisdictionem per deuolutionem circa ea, quæ in prima instantia vertuntur, & non super alijs, vt dicit Bal. in l. per hanc, 6. col. C. de tempo. ap
4 pel. † Item quia non admittitur recõuentio de proprietate in causa appellationis super interdicto retinendæ. vt dicit Bal. in l. incerti. C. de interdictis: & in auth. & cõsequenter, C. de sen. & inter. om. iud. & sic cũ vicedux iudicauit super possessorio retinẽdæ saluo iure proprietatis, non potest in cã appellationis cognosci de proprietate, licèt in prima instãtia in iurib. incorporalibus super interdicto retinendæ pos. petitorium accumulari possit, vt dicebat Bar. in d. 1. & 2. cõbinatione, & Bar. & in d. l. incerti. quod
5 non est sic in rebus corporalibus, nã † si actum fuit interdicto retinendæ super re corporali, si postea ageret petitorio, esset sibi cõtrarius: quia diceret aduersarium possidere, vt dicit Bar. in d. §. nihil commune. in tertia lectura, & pro hoc est tex. in l. exitus. ff. de acq. pos. quẽ Ang. sic summat, possessorium retinẽdæ prius debet terminari ad hoc, vt petitoriũ intẽtari possit, & videri quis partibus petitoris fungatur: & idem possessorium retinendæ intentatur ab vno, & petitorium ab alia parte: quia non licèt, vt dicit Bar. in d. §. nihil com. in 5. col. non quidem ratione contrarietatis, sed ratione ordinis.

Fuit votatum in consilio, quod non potest procedi per sacrum Consilium in dicta causa petitorij in reuisione causæ, sed remitti debet ad viceducem ratione priuilegij primarum causarum, per id, quod dicit Bal. in l. si de proprietate. in fi. C. si à non cõpetẽ
6 ti iu. vbi dicit, quod ille iudex, qui cognouit de possessorio, de petitorio non cognoscit, si per hoc alterius iurisdictioni, & cognitioni præiudicat. Allegat Io. Mon. in c. accusatus. de hære. lib. 6. not. Pau. de Castr in l. si de certa. C. de trans. Tamẽ quia partes prorogauerunt iurisdictionem sacri Consilij, & voluerũt facta executione sententiæ super dicto interdicto retinendæ, quòd cognoscatur de causa proprietatis, quæ quidem prorogatio fieri potuit, ex quo vicedux Amalfiæ non contradixit: vt dicit Cyn. in l. si qui ex consensu. C. de episc. audien. Fuit postea iudicatum in causa proprietatis in fauorem illius, qui obtinuit sententiam super dicto interdicto retinendæ.

ANNOTATIO IN DECISIONE CLV.

1 *Causa possessorij debet remitti ad iudicem à quo, qui reseruauit ius proprietatis, & tulit sententiam in possessorio, quæ mox fuit confirmata per iudicem appellationis, quomodo procedat &c.*

2 *Iudex à quo in causa possessorij non procedit in petitorio reseruato, nisi facta primò determinatione in possessorio, per iudicem ad quem.*

3 *Partes possunt iurisdictionem prorogare, sed non in domini præiudicium.*

4 *Dominus an possit facere mandatum subditi, ne coram alio domino litigent.*

5 *Exceptio, ne continentia causæ diuidantur, an possit opponi aduersus dominum habentem priuilegiũ cum clausula abdicatiua ad vasallos.*

6 *Magna curia vicaria, an remittat delinquentem domino, qui habet priuilegium cum clausula abdicatiua, quando delinquentem ipsum habet in eius fortijs.*

VLtima conclusio huius decisionis est, causam possessorij debere remitti ad iudicem à quo, qui reseruauit ius proprietatis, & tulerat sententiam in possessorio, quæ mox fuit confirmata per iudicem appellationis, & sic † iu-
1 dex causæ possessorij debet esse iudex petitorij, siue proprietatis: dicas de hoc esse tex. quem miror, quòd hic non allegat, in l. nulli prorsus, secundum tertiam lecturam. C. de iudi. ibi post alios, Ias. qui limitat præfata sex modis, de quibus per ipsum inter alia no. cons. Franc. de Are. nu. 39. visis diligenter, & consideratis in 19. col. qui modificat præfata, quando iudex ille primus, qui tulit sententiam in possessorio, allegaretur suspectus. Item quando cum clerico fuisset iudicatum in possessorio, prout ego habuj de facto in quadam causa cuiusdam mulieris Loysellæ Galoppæ, cum Abbate Delisurici, aliàs Soriclo, nam fuit facta remissio ad iudicem ecclesiasticum, actuarius Thom. Palombea anno 1552. & vltra præfata, quòd iudex † appellationis
2 non procedat in petitorio suspenso, seu reseruato per iudicem à quo, affirmat Rot. in decis. sua 131. intentato. in nouis, quæ quasi in terminis huius decis. concludit, quòd si agatur possessorio, & petitorio, si pronunciet iudex super possessorio, saluo iure proprietatis, & sic suspenso petitorio, vna pars non possit procedere coram iudice à quo in petitorio reseruato, nisi determinato processu, super possessorio per iudicem appellationis, & quòd concurrat cum omni possessorio petitorium. Bald. in consi. 67. quia ex facto. & consi. 161. præponitur, tertia parte, vbi concordando cum hac deci. decidit, quòd interdictum retinendæ possit cumulari cum petitorio in incorporalib. loquendo proprie in iurisdictione, & quòd concurrat in incorporalibus vltra Scrib. in l. naturaliter. §. nihil commune. lata Ias. in instit. de actio. §. æque, num. 57. ibi, quando quis intentando rei vendicationem, possessorio renunciasse videatur, de quo per Dec. in consi. 63. in causa quæ agitur, & fuit notatum suprà decis. 77. sed latius de hoc interdicto retinendæ fuit habitus sermo, quæ sit necesse probare infra in decis. 395. & declarat pro sustinenda sententia lata in possessorio, si petitorium fuisset intentatum, Corn. in consi. 8. in hanc consul. prima parte. Circa verò aliud quatenus Affl. in fin. huius deci. in ver. tamen † quia partes proroga-
3 runt jurisdictionem, velit iurisdictionem posse partes prorogare, intelligas non in domini præiudicium, conuenit Ias. in l. 1. §. post operis, ff. de noui operis nunc. istud latius, & melius Affl. in cap. Imperialem, §. præterea, col. [illegible] de prohi. feu. alie. per Feder. vbi etiam plus voluit, saltem per subditos non posse fieri hanc prorogationem ratione iuramenti, quod etiam approbat Cap. in deci. 9. Boer. in deci. 114. & præsuppono, vbi † quod dominus potest facere mã-
4 datum subditis, ne coram alio litigent. notatur infra in dec. 265. in 13. fallen. voluit etiam Maran. in tractã. iudi. fol. 15. in fi. & habetur remissiue per dominum Marinum in suo
5 opere de subfeudis, in 10. auctoritate. fol. 206. † quando autem ista exceptio possit opponi. Ias. in d. l. nulli. dicit vsque ad litis contestationẽ, contra quem habetur infra in deci. 354. an autem ista exceptio, ne continentia causæ diuidatur, militet aduersus priuilegium habens clausulam abdicatiuam ad vasallos: quòd non, tenet Capy. in decis. 122.
6 † quod fallit secundum eum in magna curia Vicariæ, quæ si habet delinquentem, non remittit, non obstante priuilegio, cũ clausula abdicatiua ex præeminentia magnæ curiæ, vt ipse ibi dicit in fi. d. deci. in quo aduertas, quia video contrariũ obseruari, & de facto pluries obtinui in pluribus causis. Cæsa. Vrsil.

D E C I S I O C L V I.

De interdictis retinendæ, & recuperandæ, & illorum missione in eadem causa.

S V M M A R I V M.

1 *Interdictum recuperandæ, an intentari possit omisso iudicio retinendæ, & super eo iudicari.*

2 *Iudicis officium implorandum, ne quid lite pendente innouetur.*

PRo parte venerabilis Monasterij S. Mariæ de Tremite actum fuit coram Vicerege prouinciæ super certis territorijs interdicto retinendæ contra Galiacium Caraczolum: Demum nondum lite finita coram Vicerege, causa certo modo deuoluta fuit ad S.C. lite huiusmodi pendente dictus Galiacius dicta territoria possedit, pro parte monasterij supplicatur lite pendente super interdicto retinendæ, quòd prouideatur sibi de restitutione possessionis, ex
1 quo fuit spoliatum. † Fuit dubitatum, vtrum possit iudicari super possessorio recuperandæ, omisso modo pronunciandi super interdicto retinendæ, fuit dictum, quòd istam quæstionem posuit Bald. in l. si de proprietate. vlt. col. C. si à non comp. iud. quòd si coram iudice intentatum est interdictum retinendæ, & pendente iudicio vnus spoliat alterum, nunquid omisso iudicio retinendæ possit intentari iudiciũ recuperandæ, dicit ipse, argumentum est, quòd sic. l. 3. §. Iul. ff. de aqua plu. arc. si post acceptum, ff. de
2 rei vendic. dicit ipse dic contrarium, † sed debet officium iudicis intentari, quia nihil debet innouari lite pendente, vt no. Arch. 2. q. 1. in primis, in 1. col. versi. sed quæro, fretus hac authoritate Consilium condemnauit dictum reum ad restituendum dicto monasterio possessionem dicti territorij, & ea restituta, vt desistat à molestationibus, & turbationibus iuxta naturam dicti interdicti retinendæ.

A N N O T A T I O
I N D E C I S I O N E C L V I.

1 *In interdicto retinendæ is obtinet, qui reperitur possidere tempore litis contestatio. & sic in eo cessat remedium attentatorum: nam cum continuat possessionem, non dicitur aliquem spoliare.*

2 *Interdictum possessorium summarissimum quando intentatur, fit ad eum transitus ab interdicto ordinario retinendæ.*

COnsidera, quomodo possint procedere illa quæ viden-
1 tur velle Afflict. hic, in hac decis. s. † quòd in interdicto retinendæ habeat locum spolium: cum in eo is obtineat, qui tempore litis contest. reperiatur possidere. §. retinendæ. Insti. de interdictis, cum simil. signatis per Alex. in consi. 88. quia omne datum optimum. 5. volu. Soc. in consi. 59. 4. volum. visis actis, de quibus latius infra in decis. 394. & si contra hunc allegetur spolium: dicet iste, Ego spoliaui, sed continuo meam possessionẽ: & sic cessat remedium attentatorum, vt dicit gl. notabilis in c. non solum, in verb. reducendũ. in ver. dic sm Bar. quæ vult, quòd ille qui continuat possessionem, non dicitur innouare. voluit hæc Bertran. in consi. 153. 2. volum. & Capy. in deci. 72. qui concludit, quòd in isto interdicto retinendæ cessat remedium attentatorum.

rum.sed saluando, potes dicere (si bene ego præfata capio) cum inter tot patres audeo meum iudicium debile interponere, sacrum consil. vtrunque determinasse, scilicet tam circa restitutionem possessionis: & sic in interdicto recuperandæ, quam circa interdictum retinendæ, q restituta possessione, quod ille desisteret à turbatione: iuxta naturam huius interdicti, prout not. Are. in instit. de actio. §. quadrupli,
a col. fin. † sicut quandoque solet fieri transitus ab isto interdicto retinendæ ad possessorium summarijssimum, quando vterque contendat de possessione, & vrget aliquod: quia forte timetur, ne pars vnaquæque contendens de possessione deueniat ad arma: iuxta consiliū Pau. de Ca. 5. & per Scrib. & maxime Decium in c. significante. lo ij. de app. qui ait, satis esse aliquid constare q quis conseruetur in possessione lite pendente, nu. 8. & per Capy. in deci. 96. & sunt annotata infra, & sm ita videntur intelligenda, quæ voluit Parisius in cōs. 37. D. D. amātes. nu. 18. q citat Affl. hic in 3. vol. C. V.

DECISIO CLVII.

De sententia præstandæ rationis quę ad reliqua extenditur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia an debeat extendi ad id, de quo non loquitur. Sententia redditionis computi extenditur ad reliqua.*
2 *Rationem reddere duo continet.*

Lata fuit sententia in curia consulatus Catalanorum contra Bernardum de Pau. per quam fuit condemnatus ad præstandum computum & rationem cuidam Iaimo de gestis & administratis. Hæc sententia transiuit in rem iudicatam, & in vim executionis ipsius petitur, q exequatur in eo, in
1 quo apparebit esse debitorem. † dicit ipse Bernardus, q sententia non condemnat ipsum ad soluendum, & ideò non debet extendi ad id, de quo non loquitur: fuit habitus recursus ad consilium.

Quæritur, an dicta sententia contineat in se cōdemnationem ad reliqua.

Fuit conclusum, quòd sic.

Primò per tex. in l. quamuis, ff. de condi. & dem. vbi dicitur, quamuis rationes reddere nihil aliud sit, quàm reliqua soluere &c.

Secundò ad idem tex. in l. cum seruus, ff. eo. ti. vbi dicit, si seruo legata sit libertas ea conditione, si rationes reddiderit hæredi: non hanc solam habet significationē, si cautiones instrumentaq; oĩa actus sui exhibuerit hæredi: sed & si qua soluerit.

Tertiò idem habetur in l. si ita fuerit, §. quæro, ff. de ma. testa. & in l. purè. in fi. ff. de fideicō. lib. & ff. de statulib. l. statuliber. § si quis non dare. & ff. de ver. sig. l. boues. §. fi. & ff. de lib. legat. l. non solùm, §. is,
2 qui rationes, † in quibus legibus dr̃, q reddere rationem duo continet. s. computum dare, & reliqua restituere. Et ideo posita ratione in eo quod apparebit Bernardum debitorē fuit declaratū, q contra eū fiat executio virtute dictæ sententiæ transactæ in rē iudicatam ēt sine citatione. vt dicit Angāstar. C. de iu. fis. lib. 10. & est tex. not. in l. 2. §. de frumentaria. & ibi Bar. ff. de admi. re. ad ciui. pertinen.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLVII.

1 *A sententia declaratoria liquidationis inter esse appellatur, sicut à sententia relationis expertorum, nisi relatio expertorum fuerit à iudice approbata.*
2 *Actus valet sine partis citatione, quando pars fuisset præsens, & non valeret contradicere.*
3 *Per negationem partis quandoque res fit dubia, quando à sententia liquidationis non possit appellari.*
4 *Sententia, per quam quis condemnatur ad rationem reddendam, est incerta, & non potest certa sententia ferri in redditione rationis, nisi in princ. certa quantitas fuerit petita.*

Videtur inferri, secundum Afflict. hic in hac decisione, quòd ab ista sententia liquidationis rationis in certa quantitate non possit appellari, ex quo dicit, quòd facta declaratione quantitatis, in qua hic apparet debitor: statim fit executio contra eum virtute primæ sententiæ transactæ in rem iudicatam: vbi fuit condemnatus ad ponendum calculum, & rationem. Adde quòd contrarium fuit
1 notatum supra in decis. 35. † quòd possit appellari ab ista sententia declaratoria quantitatis, & maxime si fuisset facta hæc declaratio per expertos, quorum votum non transit in rem iudicatam. c. proposuisti, cum similibus. de probat. nisi eorum opinio fuerit à iudice mox approbata d. l. 1. C. de iure fisc. lib. 10. ibi Barto. nec prædictis obstant allegata per Afflict. hic, videlicet textus l. 2. §. de frumentaria. ff. de administra. rer. ad ciuit. pertinen. nam loquitur
2 † quòd valeat actus tantum sine citatione partis, quando pars, quæ debebat citari, si fuisset præsens, & citata non potuisset contradicere, & aliqua per consequens in contrarium allegare, prout vltra Iason in l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. procons. & ea quæ fuerunt notata in decis. 178. voluit ita Curt. senior in cons. 20. colum. 4. in versicu. quinto respondeo cuius est initium. sæpenumero. & Hyp. singu. 30. in scis, & Maran. in suo spec. parte 6. fol. 93, 94. nume. 24. in quibus nil dicitur, quòd non possit ab ista declaratione quis appellare, quæ appellatio semper censetur permissa, nisi reperiatur in aliquo casu à iure prohibita, iuribus vulgar. & voluit hæc quasi in terminis Socin. in consil. 51. præstantissime doctor primo volum. qui ait, quod licèt contra instrumentum guarentigiatum, per quod promittitur aliquod liquidandum, aliqua exceptio opponi nō possit, tamen aduersus ipsam liquidationem bene opponi potest ēt compromissum fieri, quæ maxime procederent, si partitę fuissent dubiæ, in quibus fuisset facta declaratio,
3 † & res quandoque fit dubia per negationem partis, prout notatur in l. 3. C. de procurat. cum alijs adductis per Aym. in consi. 131. homines S. Andreæ. nume. 15. & quotidie vidimus in praxi obseruari, quòd appellatur sententia liquidationis certę quantitatis, licet prima sententia, per quam fuerat facta condemnatio ad aliquid liquidandum, fecisset transitum in rem iudicatam, & ego inter alia hæc habui in facto in causa illorum de Sanctis de Venafro, cuius fuit actuarius Ioan. Domin. Tramontanus. possunt allegata per Afflict. hic fortè procedere, quando partitę fuissent liquidę, & non inficiarentur per partem, in quibus tantummodo nudus calculus foret faciendus, & non diceretur de errore calculi iux. tex. l. 1. C. de errore calculi, vel decretum illud liquidationis fuisset sac. consi. vel sindicatorum iuxta formam regiæ pragmaticæ, quæ habent executionem paratam, ad quorum corroborationem etiam faciunt, quę voluit idem Aymon in consi. 231. circa præsentem, per to-
4 tum, max. nume. 14. vbi ait † sententiam redditionis rationis incertam, & non posse in præfatis certa ferri ad certas quantitates nisi à princ. certæ res specifice fuerint petitæ, quasi velit duo esse iudicia, vnum redditionis rationis & aliud declarationis certę quantitatis &c. vnde dicendum vt supra, & vide hunc Affl. in cap. 1. colum. 4. in 16. priuilegio fisci. de fra. de no. bene. inuest. quia videtur innuere illum §. de frumen. procedere in fisci priuilegio tantum. Cæsar. Visil.

DECISIO CLVIII.

De filia maritata & dotata non dicente testamentum nullum causa praeteritionis propter constitutionem in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Masculi praeferuntur in successione bonorum paternorum faeminis per constitutionem Neapol. 3.*
Testamentum an possit dici nullum ex causa praeteritionis non obstante constitutione in contrarium, 6.
Substitutio vulgaris verbis directis, an sit nulla per testamentum nullum ex causa praeteritionis.
4 *Faemina exclusa per masculum, eo mortuo admittitur propter temporalem exclusionem.*
5 *Dotata excluditur à bonis eius, cuius fuit dotata.*

DIcit constitutio Regni in aliquibus, patre mortuo superstitibus filijs masculis, & fœminis in
1 successione bonorum paternorum † filij masculi praeferuntur fœminis: dum tamen fratres masculi sorores pro modo facultatum secundum paragium debeant maritare. Euenit ꝙ pater maritauit filiam, & ei dedit dotem, post haec pater fecit testamentum & instituit filios haeredes, dictam filiam maritatam, & dotatam sciẽter praeterijt in testamento, nullam de ea faciendo mentionem: filijs verò suis fecit certam substitutionem. Demum mortui sunt filij, ita ꝙ locus est substitutioni: venit illa filia & dicit testamentum nullum, quia fuit praeterita. Quaeritur, vtrum ista filia praeterita stante dicta constitutione regni posit dicere testamentum nullum post mor-
3 tem fratrum, & excludere substitutos. † Et videbatur aliquib. ꝙ ipsa filia praeterita posit dicere testamentum nullum, & per consequens substitutio nulla, per authen. ex causa, C. de lib. praete. quando substitutio facta esset vulgariter verbis directis, secundum Bar. in d. auth. in 4. char. vers. quid de substitutione fideicommissaria. quae substitutio conseruatur per d. anthen. secundùm communem opi. vt ibi per scribentes. monebantur autoritate Bald. in l. si auus. C. de lib. praeter. & Pet. de Anch. in consi. 22 t. incip. haec quaestio iam vulgaris dici potest. & Bald. in l. si quis posthumos. §. si filium. ff. de lib. & posthu. vbi tenet, ꝙ defuncto masculo filia praeterita admit-
4 titur: † quia fuit filia exclusa temporaliter, s. donec supereſt masculus. Et ideò dicebat And. in dicta constitutione, in aliquibus, in 3. col. quòd si frater non vult maritare sororem, & dare ei dotem, soror potest petere partem successionis, cum secundùm iura cõstitutionis sub modo maritandi masculus in successione praefertur fœminae, quo non adimpleto per fratrem filiae non repelluntur à successione. bene ad hoc facit id, quod dicit Bald. in c. 1. §. quinetiam. Episcopum, vel Abbatem. vbi dicitur, ꝙ femina est exclusa per masculũ, sed eo mortuo succedit: quia temporaliter fuit exclusa. hoc firmat Bart. in l. si. ff. ad Tertul. vbi sunt concor in apost. Alexan. de Imo. & dicit Alexan. postquam retulit doct. pro & contra, ꝙ veritas est, ꝙ ante mortem filij ista filia praeterita non potest dicere testamentum illud nullum, nec illud impugnare. Sed post mortem fratris statutum videtur eam permittere succedere, vt ibi latius per Alex. in d. l. si auus. Alijs dominis videbatur contrarium dicendum, ꝙ filia praedicta maritata, & dotata à patre, & praeterita nunquam po-
5 terit dicere testamentum nullum. † Nam dicta cõstitutio excludit filiam maritatam & dotatam de bonis paternis à bonis eius, cuius fuit dotata, vt dicit ibi And. dum allegat l. quoniam nouella, C. de inof. testa. & sic habuit portionem sibi contingentem de bonis paternis, ideò perpetuò à bonis paternis est exclusa: & sic per dotationem constitutio excludit eam perpetuò. Sed quando non est dotata, nõ excluditur nisi modaliter, videlicet si non dotetur. cum igitur filia praeterita fuit maritata, & dotata, & postea mortui sunt filij, non potest tanquam praeterita rumpere testamentum patris, & pro ista opin. do. Anto. allegabat Neapol. Sebast. in consue. ciuitatis nostrae Neap. in 1. consuetudine, in glo. in verbo, succedunt. Et pro ista opi. allegabam ego consilium Alex. in 1. vol. consi. 47. incipiente, abunde per celeberrimos iurisconsultos &c. ver. 1. ideo totum
6 fundamentum videtur &c. vbi dicit, † quòd dicta praeteritio filiae non reddit testamẽtum nullum, vel irritum, stante dicta constitutione Regni, disponente, ꝙ filius masculus in successione praeferatur fœminae. Et si excludatur per dictam constitutionem femina ab intestato, si maritetur & dotetur à fratre, dicitur etiam excludi condito testamento ab omni iure dicendi nullum, vel rumpendi, secundùm magis veras conclusiones communes, saltem quando filius masculus est institutus, vt communiter concludunt Ang. & alij communiter in l. Gallus. §. & quid si tantum, & in § in oĩbus, ff. de lib. & posthu. & doctores alij in locis allegatis per Alex. in d. consi. 47. Fuit ergo per omnes Dominos uotatum, ꝙ filia maritata dotata à patre nunquam poterit dicere testamentum nullum, vel irritum, stante dicta constitutione Regni. Et maximè etiam consue. dictae ciuitatis Neapolis.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLVIII.

1 *Filia dotata à patre, & praeterita in testamento, non potest dicere testamentum nullum, & quid si non fuisset à patre dotata.*
2 *Filia quando fuit dotata, & extranei sunt instituti haeredes a patre, & quid quando fuit mortuus masculi, an possit dicere testamentum nullum.*
3 *Filia semel exclusa per dotationem, an semper intelligatur exclusa, & quid si non sunt instituti extranei: sed substituti.*
4 *Per substitutionem pupillarem vnicum censetur testamentum patris & filij.*
5 *Filia cui est relicta dos à patre in testamento, an masculi, & sic fratres differunt maritare, &c. & an sat est dotem promissam esse, vt filia excludatur.*

1 ADde quia cum ista opi. † quòd filia dotata à patre, & praeterita non valeat dicere testã nullum. tenet Bal. in consi. 329. circa primum dubium. in 3. parte, ex quo non põt ab intestato succedere, affirmat etiam Ias. in repet. authen. nouissi-

notissima: circa finem, vbi ait haec magis communem, C. de inof test. Georgius Natta in repe. c. quæuis. circa fi. de pactis, in versi. Capyc. in decis. 176. 2. colum. Soc. iunior in consi. 103. 1. parte, Goid. Papa in dec. 598. item non est necesse, qđ cum iuramento renunciasset bonis paternis. Ias. in consi. 221. col. 3. volu. 2. Cassa. in consu. Burg. fol. 271. cum seq. de successio. rub. 7. §. 12. nu. 9. & hoc secundum Dectum qđ fuisset dotata, & si non fuisset dotata, ꝙ rumpat, in consi. 105. & pro tenui facultate, considera si bene dicit, & si dicta per eum possunt adaptari ad terminus nostræ consti. reg. in aliquib. & consue. Neapo. per quas fratres post mortem etiam possunt dotare sororem. si ergo fratres post mortē possunt eorum sororē dotare, ergo mulier ad dotē agit, & sic cons. Dec. non procederet, sunt concordantes de his relati per Tiraq. in lib. primogenitu. q. 53. nu. 82. quem mox vidi, fol.
2 339. quæ omnia † ꝙ filia dotata à patre, & præterita, quòd nō possit dicere testamentum nullum, intelligunt in fratre scribentes, quando fuissent instituti in testamēto patris masculi fratres huius sororis: si vero fuissent instituti extranei, ꝙ præfata non militēt, tenet Bal. consi. 57. proponitur ꝙ pater, prima parte, qui plus voluit, ꝙ etiam mortuis masculis institutis, soror dicat testamentum nullum, hoc idem tandē residendo, videtur voluisse Corn. in consi. 11. pro dec. præsentis 2. volum. & distinguendo etiam affirmare modo quo supra videtur, & Alex. in consi. 168. ponderatis his, 2. colu. 5. volum. ibi Recentiores, Ruin. in l. Gall. §. & quid si tantum, nu. 97. tot. de liber. & posth. Decius in consi. 296. in casu proposito, a nume. 2. in fin. ibi Recentiores, qui citant, & Ruinū in consi. 40. & 56. lib. 3. & alios concor. hoc idē Dec. in cōsi. 378. viso motiuo, & clar. in cōsi. 505. copiose, ou. 4. q. apertè ait, ad hoc vt filia in hoc casu excludatur, oportet, ꝙ in testamento paterno fiut instituti filij, vel agnati vocati ex statuto. Item quòd filia sit dotata à patre de bonis paternis. Item ꝙ statutum expresse dicat, quòd de bonis patris nil possit petere, quæ si vera sunt, cogita lector mi, quomodo possunt procedere adducta, siue conclusa per Affli. hic: nam licèt à principio fuisset institutus masculus; tamen quia adest substitutio ei facta de extraneo, quæ substitutio etiam de iure dicatur 2. institutio l. 1. ff. de vulga. & pupil. l. & ei qui. ff. de testam. ergo videtur in testamento saltem 2. loco institutus extraneus, & sic esse in casu dicti consilij Decij, & aliorum supra citatorum, ꝙ filia possit rumpere testamentum contra substitutum. Afflict. hic videtur
3 respondere † filiam semel exclusam per dotationem, semper intelligi exclusam, sequitur Anc. consi. 300. posset subtiliter dubitari, qui ait, quod postquam hæreditas patris venit ad filios, ꝙ possunt disponere: quia alia est hæreditas, de quo etiam per Dec. in consi. 506. in casu proposito, 2. volum. & in consi. 346. omissis his, qui ita concludit; ꝙ ab hæreditate dotantis tantum filia semel exclusa semper intelligi debet, pro quibus Aod. in cap. 1. nume. 16. colum. 5. in præfata consti. de natura succe. feudi. allegat text. in terminis. l. quoniam nouella. in fi. C. de inoffic. testam. & sic secundum præfata nō procederent allegata per Bal. in d. consi. 68. 1. parte. & Corn. consi. 11. 2. vol. qui volunt, quod etiam mortuis masculis soror dicat testamentum nullum, quod intelligas, vt per Gramm in deci. 63. num. 16. & prout notaui infra in dec. 161. sed in casu Afflict. eadem ratio militaret in institutione, quæ in substitutione facta filio pupillariter,
4 † quia tunc vnicum censetur testamentum patris, & filij l. moribus, cum vul. de vul. & pupill. igitur extraneus ex testamento patris admitteretur exclusa sorore, & sic sumus in dicto consi. 505. & aliorum, vt supra, qui dicunt, ꝙ ad hoc vt filia excludatur, oportet quod non sint instituti extranei, sed cum in casu Afflict. extraneus sit saltem secundo loco institutus, ergo filia non intelligeretur exclusa, quin non possit dicere testamentum nullum in casu mortis fratris in pupillari ætate rationib. quibus supra, in quib. poterit maturius cogitari, & vide in præfatis decis. 382. & Tiraq. in
5 tract. retrac. conuentio. fol. 306. nu. 39. vsque 60. † qui tandē videtur residere, non satis esse dotem promissam, quando statutum requirit dotationem, ad hoc vt filia excludatur, de quibus infra in dec. 370. vbi quando filiæ fuit relicta dos in testamento à patre, & fratres differunt maritare, si masculi &c. & alia. Cęsar Vrsil.

DECISIO CLIX.

De mora fratris in non prouidendo sorori de viro, & dote, sæpius requisiti.

SVMMARIVM.

1 *Soror an admittenda ad partem success. ratione propter matrimonium sæpius postulatum, & denegatum per fratrē.*
2 *Mora fratris in non maritanda sorore, an noceat sibi in bonis paternis.*

FVit dubitatum. Si mortuo patre, filio relicto
1 & filia, † frater non maritauit sororem intra 15. annos. Et ipsa soror pluries interpellauit fratrē vt eā nuptui traderet, & det dotem de paragio; & frater fuit in mora, & soror petit à fratre in iudicio partem successionis. An frater possit ipsam excludere à successione, si offerat velle dare dotem.

Fuit per omnes Dominos conclusum, ꝙ nunquā soror succedit, si quocunq; tempore frater paratus est dare dotem, etiam si frater fuisset in mora. hoc voluit Andr. in constit. Regni in aliquibus, in 3. colum. ibi. sed quid si fratres masculi nolunt maritare? Et idem dicit gl. Neapol. in prima consuetudine ciuitatis Neap super verbo paternis, vbi firmat, ꝙ in regno quantumcūq; frater differat maritare sororē, soror ipsa nō pōt petere successionē, sed tm̄ agit ad dotē de paragio per dictā constitutionē in aliquib.
2 † Sed aliud est de iure consuetudinario Neapolitano secundùm dictam gl. ibi. nam si soror interpellauit fratrē, vt ipsam maritet, & dotet post 16. annos, soror ipsa tanquam masculiata poterit petere successionem, vt dicitur in dicta prima consuetudine Sed extra ciuitatem Neapolis nunquam ex mora fratris potest soror petere successionem, sed paragium tm̄. Et ita firmat glo Neap. in consuetudine, si moriatur. in verbo, differentibus dum dicit, ꝙ de iure Longobardo frater excludit sororem simpliciter absque temporis præfinitione, sed tenetur secundùm paragium maritaré, dicit ipse. Et idem videtur in regno per constit. Regni in aliquibus.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLIX.

1 *Soror interpellauit fratres, vt velint eam excedentem 16. annum maritare, & fratres distulerunt hoc facere, quòd ipsa soror vnà cum descendentibus ab ipsa masculientur, & admittantur ad portiones, vt masculi; ponitur casus in facto hic.*

CAsum huius decis. ego habui in facto in causa illarū mulierum de Domo Maranciæ, cū Io. Dominico Tramon-
1 tano † quòd probata interpellatione per eas facta per testes ꝙ voluissent sui fratres ipsas maritare; qui cum hęc non fecerint post annos 16. quòd masculientur, & fuerunt admissę ad portiones vt masculi: & fuit lata sententia in sac. cons. anno 1551. cuius est actuarius Anibal Cæsarius. & vide, quòd de ista masculiatione sic facienda loquitur tex. consti. Neapol. etiam in titu. de success. ab intesta. in verb. quod autem. vbi inquit, quòd non solùm ipsa filia, sed descendentes ab ipsa in isto casu censentur vt masculi quò ad hāc portionem: quę Neapo. in verb. parentum, fol. 46. vbi an proce-

dant

dant existentibus minoribus, quod ista masculiatio contra eos fiat, sunt annota. post Affl. infra in decis. 370. in vers. sed hic incidit quæstio. Cæsar. Vrsil.

DECISIO CLX.

De dote, & paragio sorori per fratrem debito.

SVMMARIVM.

1 *Paragium debitum à fratre sorori, quantum debeat esse.*
2 *Dos congrua in nnupta potest esse vltra legitimam.*
3 *Dos quanta debeat esse in maritata.*

1 ALiud fuit dubium, † quantum erit istud paragium debitum à fratre sorori. Fuit per omnes Dominos conclusum, quòd si soror non est maritata, paragiũ est vltra legitimã, cõsiderata quãtitate patrimonij, qualitate coniugum, & numero liberorum: vt est tex. in l. quæro. ff. de iure dotium, & in l. filiæ. & ibi Bar. ff. de leg. 3 firmat And. in consti. in aliquib. circa fi. Si verò soror est maritata, puta propter pulchritudinẽ sine dote: vel fuit maritata à pa-
2 tre de bonis paternis: † & petit soror paragium à fratre de bonis maternis, vel fuit maritata: & dotata ab extraneo: tunc paragium erit non minus legitima, quæ sibi competebat in bonis patris, & in bonis matris. hoc firmauit And. de Iser. in dicta constitut. In aliquibus. in multis partibus, & singulariter in 1. colum. item in 7. colum. item in 10. col. Et sic dos congrua in non maritata potest esse vltra legitimã, vt dicit Bal. in auth. res quæ, C. com. de leg. Et voluit Iac. de Belui. in authen. de restitu. & ea quæ patit. in 11. q.
3 † Sed in maritata dos erit vt legitima: & tunc minus legitima esse non poterit; vt in authen. res quæ. Et ita postea vidi pluries iudicatum per sacrum Consilium.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLX.

1 *Dos an possit esse minus legitima. item renunciatio facta per filiam vsque ad quem gradum extendatur, sine lineam; & an praualeat minus legitima in dotẽ dare.*
2 *Verbum paragium, an significet facultates, vel satis sit filiam cum digno marito esse collocatam?*
3 *An si vna filia habuit à patre, puta centum in dotem; an aliam similem, sine eandem dotem à patre petere valeat?*
4 *Frater quando maritat suam sororem; an valeat stipulari dotem sibi restitui soluto matrimonio sororis sine liberis, & sic an ista mulier per hanc stipulationem sibi præiudicet?*
5 *Soror suam dotem, an ad eius hæredes transmittat?*

1 CVm hac conclusione, quòd dos † non possit esse minus legitima, conuenit Deci. in consi. 296. in casu proposito, circa fi. & in consi. 379. requisitus, & ibi de renunciatione facta per filiam vsque ad quam lineam se extendat: fuit enim ibi casus commissus ab isto collegio nostro Neapo. in causa Hippolitæ Carrafæ: cum istis etiam conuenit Ias. in authen. nouissima. C. de inoffic. testam. colum. 7. sed idem Deci. consi. 26. & diligenter: exponendo hoc verbum, paragium, in quadam causa sibi commissa e ciuitate Aquilæ in patre attestatur paragium posse esse minus legitima. hoc idem Soc. in consi. 207. in causa dominæ. & in consi. 288. circa primam nume. 5. 2. volum. sequuntur ista Recentiores in d. consi. Decij, vbi vna cum eo inquiunt,
2 † quòd istud verbum, paragium, non significat facultates: sed satis esse filiam fore cum digno viro collocatam. idem Arno. Comme. 172. de quibus multa per Aym. in consi. 273. extat duplum qui videtur cum istis conuenire. hic essent nonnulla dicẽda; sed q̃a pridie hæc eã sunt determinata in sac. consi. in causa magnifici Ioan. Ber. Galiardi contra patrem: qui minus bene existentibus, magnis facultatibus, dotauerat eius filiam, de quibus noster Gra. fecit decisi. nume. 101. ideo ad eum me remitto, & ad dominum Loffredũ, quem ipse non allegat, in con. 26. & ad Cassa. in consuetu. Burg. fol. 271. Lucæ de Penna in l. in his. de prædijs, & alijs rebus ciui. lib. 11.
3 † sed iuxta hęc quæritur, an si vna filia habuit à suo patre, puta centum: an aliæ filiæ possint petere tantam dotem, quantum fuit datum suæ sorori, dicendo, hoc volumus pro nostro paragio: Andreas, quòd non, in consti. reg. in aliquib. vlt. colum. in vers. quod si maiores hoc idem Bal. cons. 386. viso dicto puncto, in 4. volum. quæ latius discutit. Maran 10. & vlti. disputat. sui speculi adno. nu. 33. fol. 183. vbi etiam tenet, paragium non posse esse minus leg. secus in patre, quæ nota: sæpe filię dicunt suis patribus, nos volumus tanta dotem, quantam dedisti nostris sororibus, & non bene. & iuxta hæc etiam iterum quæritur
4 † an frater qui maritat sororem de paragio forte (vt supra) valeat stipulari dotem hanc sibi restitui soluto matrimo. morte suę sororis, absque liberis, & sic an existente cõditione præfata quia d. eius soror decedat sine filiis, præcludatur ei via disponendi de ipsa dote? Lucas de Penna in l. præscriptionis. de impo. lu. descrip. lib. 10. num. 76. mouet hanc quæstionem. decidit non valere hoc pactum in pręiudicium
5 sororis. † Imo istud paragium soror ista ad suos heredes transmittit, quamuis eidem debeatur quodammodo sub ista conditione, si maritabitur secundum Loffre. in d. consi. 26. qui alios citat. vbi quod pater in isto paragio, siue legitima debita huic filię non ualet onus imponere, & alia &c. Cęsar. Vrsil.

DECISIO CLXI.

De fratre mortuo ab intestato superstitibus sororibus nupta & innupta: & de succedentibus in bonis illius.

SVMMARIVM.

1 *Soror à fratre dotata an succedere debeat cum alia indotata, si frater intestatus decedat.*
2 *Collatio in bonis collateralium cessat.*
3 *Soror à fratre dotata, quæ renunciauit hæreditati fraternæ, an excludatur à fratris successione.*

1 MOrtuus est pater † superstitibus filio masculo, & duabus fœminis. Iste frater maritauit vnam ex dictis sororibus, & dedit ei in dotem ducatos mille: postea moritur iste frater sine filijs superstitibus sibi illa sorore maritata, & dotata, & superstite alia sorore existente in capillo. An in bonis istis fraternis solũ succedat soror in capillo, vel ambæ. Neapolitana in consuetudine Neap. prima, in verbo, ipsis successores. tangit istam quæstionem, & facit differentiam inter ius Longobardorum, & ius Francorum.

Sed eius differentia non habent locum, nisi in feudis quaternitatis: quia constitutio Regni, Vt de

de successionib. quam ipse allegat, dicit And. ibi, quòd non habet locum, nisi in feudis quaternatis: quia in bonis burgensaticis fuit conclusum in Consilio, quòd illa glo. Neapolitana habet locum, quando tractatur de succedendo ascendenti. Sed quando tractatur de succedendo fratri, idest colla-
2 terali, † quo casu cessat collatio, vt in l. si emancipati. cum concordantijs, C. de colla. tunc ambæ sorores succedunt. Sed soror in capillo habet prius in bonis fratris defuncti suum paragium, & deducto paragio ambæ succedunt æqualibus partibus; quia illud paragium est sicut æs alienū; vt in consti. in aliquibus. Et ita fuit iudicatum in Consilio.

Sed fuit dubitatum retento dicto themate, quid si ipsa soror maritata renunciauit fratri, & eius heredibus hæreditati paternæ, maternæ, & fraternæ an tunc quando frater mortuus est, succedat, vt su-
3 pra dictum est? Dicebat do. Anto. de Alex. † quòd tunc solum succedit soror in capillo, & nō illa quæ renunciauit fratri, & eius heredibus: quia hæres fratris est soror in capillo, ideo virtute renunciationis exclusa est. allegabat ad hoc consiliū Angeli 52. incipiens, dominus Gilius. circa finem.

Eandem opinionem ego confirmabam authoritate Bal. in 4. vol. consi. 96. vbi dicit, quòd si soror renunciauit fratri bonis paternis, & maternis per contractum donationis, licèt postea eius frater moriatur, standum est dictæ refutationi, & hæreditas fratris deueniet ad eius heredem etiam extraneum, vt in l. si auia vestra. C. de don. Et similem differentiam inter renuntiationem per contractum, & quādo simpliciter renunciat, facit Pau. de Cast. in consi. 310. inci. viso puncto suprascripto &c.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXI.

1 *Soror maritata, & dotata si vult succedere cum sorore existente in capillo fratri mortuo: tenetur dotem conferre.*

2 *Neptis ex filio mortuo viuo auo, quoniam vult succedere vnà cum amita, æqualis sit successio: verum si amita habuit dotes, tenetur illas conferre.*

3 *Quando soror renūciat hæreditati maternæ, paternæ, fraternæ cum acceptilatione, Aquilianaque stipulatione inde sequuta: penitus excluditur, & etiam extraneus admittitur.*

4 *Soror ad hoc vt excludatur à bonis fraternis, oportet quòd expressè eis renunciet: quòd an procedat mortuis omnibus fratribus?*

5 *Soror renuncians ad hoc vt excludatur, oportet quòd pater moriatur viuis fratribus post ipsam renūciationem: secus si præmoriantur isti fratres patri communi, vel ipsius hæreditatem renunciauerunt, nam tunc soror ista non obstante renunciatione, admittitur tanquam facta ipsa renunciatione contemplatione masculorum.*

6 *Renunciatio facta per sororem an se extendat ad ea, quæ quis sua culpa amittit, renunciatio facta per sororem de omnibus hæreditatib. aliquo excepto de vna hæreditate tantum, an in omnibus hæreditatibus præiudicet?*

7 *Auctis facultatibus an hæc soror renuncians admittatur.*

8 *Nepos filius huius sororis renunciantis an possit venire ex sua persona ad hæreditates renunciatas per matrem, distingue vt in nu. 8.*

1 CVm prima conclusione huius deci. † quòd si ista soror maritata, & dotata mortuo fratre vult succedere vnà cum sorore in capillo teneatur dotē conferre, vel permittere eius sororē in capillo capere suum paragium in bonis fratris mortui: videtur conuenire Ias. in cons. 88. ego quoq; 1. vol. & sic etiam videmus, † q quādo neptis ex filio mortuo viuo auo vult succedere vna cū amita, q æqualiter succedāt facta dotis collatione habitæ per eam, prout affirmat Soc. in consi. 296. in præsenti consultatione. col. fi. 2. vol. Maran. in 10. q. sui speculi, num. 16. Ias. in l. si arrogator. nu. 7. idem in l. cum mota. col. 5. C. de transa. Afflic. in consti. reg. in aliquibus. nume. 39. Capy. in decis. 22. Gramm. nouissime in deci. 63. qui dicit amitā, si habuit dotem: teneri ipsam conferre: motus doctri. Bart. in præfatis in l. liberorum. de verb. sig. quam ante vltra Docto. supracitatos adducit Soc. quem ipse non allegat in d. consi. 296. colum. pe. 2. vol. & secundum præfata intelligas adducta per Parisium in consi. 26. pactum illud, nu. 37. & seq. 3. vol. qui simpliciter videtur loqui, quòd soror non renuncians aliam excludat. circa secundam con-
3 clusionem, † q quādo soror renunciat hæreditati paternæ, maternæ, fraternæ: quod penitus excludatur etiam extraneo admisso; facit consilium Roma. 22. præpositę mihi. qui ait, quòd quando cum renūciatione facta adest acceptilatio cū Aquiliana stipulatione subsecuta, quòd hęc penitus, vt supra excludatur & de hac renunciatione facta bonis fraternis, q sororē excludat ab eis; loquitur Ias. in l. eus qui in prouincia. in versi. quas verò pecunias. ff. si cer. pet. vbi consuluit fieri debere renunciationem, habetur per Decium in cons. 31. pro tenui. qui ait hæc procedere et mortuo masculo, quod intelligas, prout infra. & Capyc. in decisi. 190. & Cassa. in cō-
4 si. 24. num. 11. † qui etiam dicit, quod oportet, quod expressè renuncietur fraternis, vt excludatur, not. etiam Maran. in d. 10. q. in versi. 8. cōclusio. vbi limitat præfata non procedere mortuis oībus fratribus, & sororib. sine liberis: qui erant causa exclusionis huius sororis, nā tūc hæc admittitur, quę videntur refragari superius allegatis, q primo casu et extraneus admittatur, qñ in renunciatione adesset stipulatio cū Aquiliana stipulatione secundū Ro. in d. cons. 22. sed oīno videas Loffredū in c. 1. in 2. & 3. col. de natura suc. feudi, q dicit, hæc nō procedere in feudalibus: nā in eis requiritur specialis renunciatio, & etiā existente spāli renunciatione in præfatis mortuo fratre sine liberis, q et soror admittatur, nō obstāte d. cos. Ro. 22. rationibus quibus per eū ibi, quæ omnia
5 et intelliguntur procedere † quando moreret pater viuis fratribus istius sororis renūciātis: secus si præmoriantur isti fratres patri cōi huius mulieris renūciantis, vel eius hereditatem repudiauerunt, nam tunc ista soror nō obstante hac renunciatione facta contēplatione masculorū præfatorū tūc viuentium, admittitur: prout firmat Bal. in d. l. pactū quod dotali Decius in d. consi. 31. & 433. visa copia. ibi et Recollectores, & Bal. in c. 1. §. 7. et quod ibi p hunc Affl. in ti. episcopū, vel abbatē, sed latius in c. 1. de eo qui si. fecit agn. & in c. Titius cū Sēpronio. si de feu. fue. cōtr. Alex. in cons. 29. præclare, & subtiliter. col. 3. vol. 3. vbi recentiores, qui citāt nōnulla alia cōsilia Decij. Curtius iunior in cōs. 101. 2. vol. & senior in cōs. 44. super cōtingentia. col. 7. Capi. in deci. 119. Maran. late in d. 10. q. nu. 25. fo. 287. qui ample ponit hoc subiectū renūciationis: ampliādo, & limitādo, licet cōtra hæc videatur velle Parisius in d. cōsi. vol. qñ ampla fuisse renunciatió, & vltra hos nota, quod voluit Decius in consi. 235. in casu magni-
6 fici. qui ex dictis aliorum vult, q ista † renunciatio non extēdatur ad ea, quę quis sua culpa amittit & fisco acquiruntur, vt in exēplo ibi tradito per ipsum, & insuper in præfatis volo q aduertas ad aliud, q si fiat renunciatio generalis bonis paternis, maternis, fraternis &c. pro aliquo datoue puta, de bonis paternis tantum: nō valeret renunciatio nisi in paternis, nam in alijs fuisset renunciatio sine causa: sic non valeret, prout singulariter voluit Decius in consi. 379. requisitus, nume. 14. refert, & sequitur Cassa. in consi. 69. quoad primum nume. 13. & 14. & in consu. Burg. de successio. rubrica. 7. nume. 3. fol. 278. sed late hic auctor, quem videas in c. 2. col. 7. de feu. datō in vicegis commiss. qui tradit nonnulla singulimi,

7 limi.ad c.quamuis, de pactis in 6. Et quòd † auctis faculta-
tibus hęc filia non admittatur, quando renunciauit, affir-
mat Boerius in deci. 62. doctores. sed iuxta ista quæritur,
an nepos, & sic filius huius filiæ renunciantis possit venire
ad hęreditates renunciatas per matrem ex sua persona, de-
lata tamē hæreditate post mortem matris, & comminis opi
nio videtur, q non, quando aliquo dato matri fuisset facta
renunciatio, de quo per Decium in consi. 181. satis nota. nu
me. 6. etiam auctis facultatibus. Gramma. in d. deci. 57. & se
cundum hic intelligas allegata per Aymo. in consi. 127. in
contractu matrimonij. Marao. in loco supra citato in d. 10.
q. prope finem. cætera ad materiam vide in decisio. 178.
Cæsar Vrsil.

DECISIO CLXII.

De paragio debito filia in bonis patris per tacitam obligationem dotis legata.

SVMMARIVM.

1 *Bona paterna alienata in tertium possessorem an transeant cum onere paragij filię debiti.*
2 *Feudalia bona transeunt in tertium cum onere præstandi vitam, & militiam.*
Paragium est legitima.
Legitime est quota bonorum.
3 *Ius eligendę legitimę super aliqua re hæreditaria arbitrio boni viri.*
Filius dicitur creditor in legitima.
Grauamen omne de legitima deducitur.
Bona patris non sunt obligata filio pro legitima ipsius.
5 *Condictio ex lege est personalis actio.*
Obligatio personalis non sequitur possessorem rei.
6 *Verbum super importat obligationem.*
Dotare filiam pater tenetur.
7 *Demonstratio non inducit onus rebus ipsis.*
Rei vendicatio contra tertios possessores pro legitima competit filio.
8 *Agere vno modo, vel alio, multum refert.*

PAter reliquit bona burgensatica, & feudalia, &
1 filiū, & filiā. † frater alienauit feuda, & multa bo
na burgensatica. Deinde moritur sine filijs superstite
te eius sorore in capillo, & quodā nepote ex fratre
præmortuo. ista soror petit dotem de paragio super
bonis Burgensaticis, & feudalibus, quæ fuerunt cōis
patris, & alienatis per fratrē existentibus penes ter
2 tios possessores. Illi possessores citati se defendūt,
q bona, quæ ipsi possident, non sunt de iure expres
sè, nec tacitè hypothecata pro dote; quia nulla lex,
vel constitutio hoc dicit: & sic ipse nec actione reali,
nec personali possunt conueniri. Dicit illa soror,
frater tenebatur ad paragiū de bonis paternis: quia
propterea fui exclusa à successione bonorum pater
norum à fratre. Si ergo alienantur in tertium, debēt
2 transire cū onere suo, † sicut transeūt bona feudalia
in tertium cum onere præstandi vitam, & militiam,
vt continetur in declaratione facta per Regem Ro
bertum, quæ incipit. Alienationis actus. chart.
43. in libro Capitulorum Regni. Item dicit illa so-
ror: paragium ad minus est tertia pars eius, quam
habitura esset ab intestato. Et sic est legitima: sed
legitima competit super omnib. bonis hæreditatis:
quia est quota bonorum, l. Pap. §. quarta. ff. de inoff.
testam. Barto. in l. generaliter. §. in his. C. de secundis
3 nu. facit tex. in authen. hæc res, cod. tit. † & habet
ius exigendi super aliqua re hæreditaria arbitrio bo
ni viri: vt dicit Iac. de Belui. in auth. de testi. & ca
quæ parit. in 3. q. per tex. in §. quamobrem, eo. ti. nā
filius dicitur creditor in legitima, secundùm Cy. in
auth. res quæ in fi. C. communia de leg. & Ioan. de
Imo. in l. Marcel. §. res quæ, in fi. ff. ad Trebel. Et fir-
mat Old. in consi. 107. incipiente, cum iua munici
pale. & tenet Io. And. in c. Raynaldus. de test. & Bal.
in l. suis quoque, in fi. principij, ff. de hæredibus in-
stit. in tantum, q omne grauamen deducitur de
legitima, vt in c. Raynuti. & in c. Raynal. de testa. &
no. in l. quoniam, & in l. sancimus, in prin. C. de inof
fi. testa. firmat Alex. in 2. vol. consi. 43. inci. attenta;
& considerata, & in eo. vol. consi. 104. & in cōsi. 121.
in 1. col. & in 3. vol. consi. 13. in 4. col.
4 † Dicebant illi tertij possessores, q licèt prædicta
sint vera, tamen bona patris non sunt obligata filio
pro legitima ipsius. Sed solum habet condictionē
ex lege, contra hęredes patris, vt est casus in §. cęte
rum. in auth. vt cum de appella. cognoscitur, & ita
communiter firmant doct. in l. in quartam, ff. ad l.
Falcidiam, & in l. suus quoque, in prin. de hær. insti.
& Ang. in l. Papi. §. si conditioni. ff. de inoffi. testa. &
Sal. in l. omnimodo. in prin. C. eo. tit. quæ condictio
ex lege est actio personalis, & non realis, vt no. in l.
actionum, ff. de act. & obl. & l. sicut. C. de præscrip.
5 30. ann. & dixi suprà decisio. 139. † & de iure obli-
gatio personalis non sequitur possessorem rei. l. fi. &
ibi Bar. ff. de contrah. emp. Quærebatur quid iuris?
Fuit dictum, q And. de Iser. in consti. Reg. in aliqui
bus 5. col. vers. quid si desinat habere feudum, tan-
git istam quæstionem, & post multa prius hincin-
de allegata concludit, q debet prius conueniri fra-
ter, vel eius hæres, vt præstet paragium sorori, & ip
se debet condemnari, & si non habet, vnde possit
soluere paragium, si tenens feudum confiteatur, q
fuit de bonis patris, potest fieri executio pro ipso iure
paragij in dictis bonis. Si verò neget illa bona fuisse
paterna, iudex dabit curatorem bonis paternis; qui
reuocet alienata per filium, & facta reuocatione, fit
executio pro dote de paragio debita in bonis pa-
ternis. Si enim constitutio Regni dixisset, quòd su-
per bonis paternis filię habeat paragium, tunc quę
6 stio esset clara, † quia omnia bona essent obligata p
ipso paragio, per tex. in l. codicillis, § instituto. ff. de
leg. 2. vbi istud verbum, super, importat obligatio-
nē, vt not. ibi Bar. Sed nec dicta cōstitutio, nec capi
tulū aliquod Regni, nec cōe ius reperit, vt bona pris
sint obligata p dote filiæ, nisi expressè obligauerit:
licèt pater teneatur dotare filiā, vt in l. obligamur.
§. 1. ff. de act. & oblig. l. filię. ff. de leg. 3. l. qui liberos.
in prin. ff. de ritu nup. l. fi. C. de do. promiss. cum sim.
Ergo cum de iure filia non habeat pro paragio bo-
na patris obligata, si bona illa sunt alienata per fra-
trem, non habebit nisi remedium narratū per And.
in loco vbi suprà. Hanc eandem quæstionem posuit
noster Neap. in consuetu. Neapo. de successio. ex te
stam. quæ incipit, si qua mulier. in glos. in verbo bo
nis, & post 2. col. concludit, & dicit, quòd ex quo cō
stitutio Regni, in aliquibus mandat sorori dari pa-
7 ragiū, & vnde debet illud solui: † Ista demōstratio,
vnde

vnde debet solui, non inducit onus rebus ipsis, per tex. in l. quidam testamento. ff. de leg. 1. & l. Paulo Callimacho. §. fi. ff. de alimen. legat. l. Lucius, & sic non competit tacita, nec expressa hypotheca pro dicto paragio in bonis paternis contra tertios possessores: quod secus est in legitima, pro qua competit rei vendicatio filio contra tertios possessores, quando hæres non possidet tantum, quod sufficit pro legitima, vt dicit Pau. de Castr. in consi. 254. incipiẽte: super primo dubio. per tex. in l. sancimus. §. repletionem, C. de inoffi. testa. de quo per Bar. & Alex. in l. in quartam. in vlt. col. ff. ad l. Fal.

Fuit igitur votatum, quod stantibus oppositionibus factis per dictos tertios possessores illa mulier malè egerat petẽdo paragium, sed debuit petere legitimam, & hoc intelligentes aduocati mulieris produxerunt testamentum patris, in quo faciebat heredem filium, & filiæ reliquerat dotem de
8 paragio, † & sic cũ virtute dicti legati omnia bona burgensatica erat tacitè obligata pro dote de paragio legata, vt in §. sed nostra. instit. de lega. & in l. 1. C. communia de leg. & not. doct. in l. 1. ff. de legatis, 1. quòd ipsi tertij possessores possunt condemnari ad dandum vacuam possessionem ipsorum bonorũ paternorum tacitè obligatorum virtute legati dotis de paragio.

Et ita fuerunt postea per sententiam sacri Consilij condemnati dicti tertij possessores ad consignandam possessionem dictorum bonorum paternorũ alienatorum per filium, tenendam per illã mulierem iure hypothecæ virtute dicti legati. Saluo iure declarandi quantum sit ipsa dos de paragio.

ADDITIO.

Tertios possessores.] An filia pro legitima, seu paragio possit agere contra tertios possessores, tenentes bona paterna, vide additionem do. Ant. de Alex. ad Bar. in l. 1. C. de inoffi. do. vbi dicit fuisse iudicatum in S.C. contra Pau. de Cast. in d. l. 1. tenentem, quod possit agi contra tertios possessores, & vide plene Philip. Dec. in consi. 26. in 1. vol. Adde Bald. in consi. 251. inci. condemnatus fuit &c. in 1. vol. vbi dicit, quod si fiscus habet communia ratione condemnationis cum illis, qui prætendunt habere ius in eis, puta in vxore condemnati propter dotem, vel in filijs, quibus debetur legitima, quòd potest illa vendere vt communia: tamen vxor potest illa bona retinere, donec sibi dos soluatur, pariter & filius, donec sibi legitima assignetur, & hoc ratione hypothecæ tacitæ, idem in terminis consuluit Fulg. consi. 84. incip. Bonacursius condidit testamentum. 2. colum. in fine. vbi concludit, quòd sicut datur hypotheca pro legatis, ita etiam datur pro supplemento legitimæ: quia in hoc non debent esse filij deterioris conditionis, quàm extranei legatarij. Tamen contrarium consuluit Philip. Deci. respondendo prædictis in suo consi. 235. 4. col. in 2. vol. vlt. incip. in casu. magnifici domini, & subdit, quòd hæc videtur verior opinio. quod no. Tho. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXII.

1 *Filia pro paragio non habet bona patris obligata: sed agit reuocatoria: facta discussione contra fratrem ipso non reperto soluendo: quæ an procedant, si post litem motam per sororem frater bona alienauit.*
2 *Pro legitima an possit agi rei vendicatione, vel hypothecaria?*
3 *Legatarij habent bona testatoris obligata: & tamen sunt inferiores legitimæ: quia legitima ipsa filiorum præfertur legatarijs.*
4 *Legitima deducitur tanquam æs alienum ab omnibus bonis testatoris, seu defuncti.*
5 *Fructus legitimæ debentur filiæ à die mortis parẽtum: & an alijs præferatur, sicut pro sorte principali.*
6 *Dictio, supra, an denotet hypothecam?*

1 EST conclusio in hac dec. † filiam pro suo paragio nõ habere bona patris obligata, & quando frater bona alienauit: quòd oportet agere prius contra ipsum, & eo non reperto soluendo in subsidium cõtra bonorum possessores, de illis etiam loquitur hic auctor in d. regni consti. in aliqui bus, nume. 24. qui tradidit formam libelli, quando ista soror vult agere contra bonorum possessores. Gramma. decisi. 90. Decius in consi. 633. consului. Aymo in consi. 109. de anno, & insuper quatenus hic dicitur, quod oportet, quòd agatur
2 reuocatoria, intelligas † quando alienatio fuisset facta per hunc fratrem ante litem motam per suam sororem ad hoc paragium: secus si post litem motam, & in actione personali secundum Iason. l. a diuo Pio. §. super rebus, in ver. iuxta glo. num. 6. ff. de re iudi. & in reali hoc est expeditum, post litem motam per c. reg. conuentus: volens, quod si quis alienat rem post litem motam, etiam si per mille manus ambulauerit, fieri executionem contra possessorem ex eodem processu: de quo sunt annota. latius infra in decisi. 331. & istud quando agerent via paragij. si verò fuisset actum via legitimæ. Affl. hic dicit hanc sororem posse agere contra tertios bonorum possessores rei vendica. per consequens non hypothecaria, quasi velit hanc mulierem etiam pro legitima non habere actionem hypothecariam. aduerte obsecro, nam cũ hac opinione Affl. hic conuenit Decius in consi. 335. in casu magnifici, circa finem, & Aymo. in consi. 312. num. 4. vbi ait pro legitima dari tres actiones, videlicet condictionẽ ex lege, actionem ex testo, & petitionem hæreditatis. sed Paulus de mõte Pico in repe. l. quartam, ff. ad l. falci. affirmat contrarium. motus ex cons. Are. 156. in fine. ea potissima ratione
† quia legatarij habẽt bona testatoris obligata: & tamen
3 sunt inferiores ipsa legitima. nam ipsa † legatis præfertur,
4 nam deducitur tãquam æs alienum, vt ibi per ipsum: quibus rñdet Dec. in d. cõsi. 235. illud id esse: quia legatarij habent voluntatem testatoris, cum quo videtur tenendum: quia videtur magis cõmunis opinio; & melioribus rationibus fundata, cum qua etiã conuenit Ruinus in consi. 18. nu. 6. 5. vol. vbi etiam affirmat, filium hanc legitimam posse capere super vna re. Sed iuxta ista, quæritur † an huic sorori non so-
5 lum pro sorte principali, hoc est ipsa legitima, sed etiam pro interesse, seu fructib. detur hæc actio rei vendi. vel hypothecaria in tantum, quod pro istis præferatur alijs creditoribus fratris, quod sit, facit tex. l. Lucius, ff. de vsuris. cũ alijs notatis per Alex. in l. si cum dotem. §. sin autem in seruit. circa finem, ff. solo. matr. Nico. in tracta. de pign. in primo membro quintæ partis nu. 11. fol. 94. 95. Tiraq. late in d. l. si vnquã. in verbi. reuertatur, nu. 220. de reuo. dona. Cassa. in comm. Burgun. des successio. rubrica. 3. fol. 230. qui contradicit Tiraq. quod de legitimæ supplemento non debeantur fructus à tempore mortis. recte inuenti omnes (vt supra) concludentes eundem fauorem dari in præfatis circa principale, quod in accessorijs, & latius infra in decisi. 186. fuit iudicatum in sacro consi. tempore meo in causa cuiusdam monialis.

Et insuper nota in præfatis, quod hi fructus ex re ipsa debiti, seu peruenientes debentur à tempore mortis parẽtum horum filiorum. Alex. in consi. 69. super primo. in 1. vol. in 2. col. latius Boerius in decis. 3. nume. 17. & de hac decisio.
6 quatenus dicat † dictionem super, denotat hypothecam. mentionem faciunt Recentiores in consi. Alexan. 155. 6. volum. vbi videas. Cæsar Vrsil.

DE-

DECISIO CLXIII.

De exceptione compensationis opposita, & probata per debitorem exactum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio compensationis probata an obstet contra agentẽ ad debitũ pecuniariũ sibi promissum cũ iuramẽto.* 4.
2 *Iuramentum in forma specifica seruandum.*
Iuramentum non potest mutari de vno ad aliud propria authoritate.
3 *Iuramentum Deo factum præcisè seruandum, & non per æquipollens etiam melius.*
Iuramentum in obligationibus facti quid operetur.
Iuramentum non adimpletur compensando, vbi est promissio de soluendo.
5 *Debitor conuentus potest opponere debiti cessi compensationem.*
Confessio cedentis post cessionem an noceat cessionario.

1 DIe 7. Octobris 4. ind. fuit discussum in Consilio, † vtrum contra agentem ad debitum pecuniarium sibi promissum cum iuramento obstet exceptio cõpensationis opposita, & probata. Fuit cõclusiue responsum per tres maximos Consiliarios, videlicet, dominum Antonium de Palmerio, dominum Carolum de Rogerio de Salerno, & dominũ Iacobum de Gello de Trano, ꝙ ipsi sunt in voto secundùm opinionem Bar. in l. amplius non peti. ff. rẽ ratam haberi. vbi voluit, ꝙ agenti obstet exceptio compensationis, etiam ꝙ promissio de soluẽdo fuerit iuramento firmata, per rationes Bar. ibi positas: cuius opin. secuti fuerũt Ang. & Raph. Cum ibi. Idẽ tenet Ioan. Fabr. Inst. de Actio. §. in bonæ fidei. in 8. col. Hanc opin. Bart. secutus fuit Abb. Sic. in c. ad nostram, el j. de iureiur. & in c. cum dilectus. 12. colum. de ord. cog. & in c. cum inter. de excep. Eandẽ opin. tenuit Ioan. de Imo. in l. Iulianus, la j. ff. de cõdi. & demonst. firmauit hoc etiam Bal. in d. c. ad nostram. hanc partem firmauit D. Tyndarus in suo pulchro tractatu de compensatione, dicens opin. Bart. esse humaniorem de iure per rõnes suas, & per alias quas ipse allegat in dicto tractatu, & Alc. de Imo. in 2 2. vol. consi. 12. † Quidam alij Domini non minus scientifici fuerunt in contrariam opin. s. quòd propter promissionem iuratum ipse conuentus, qui pomisit, & iurauit, debet omnino soluere pro obseruatione iuramenti, & non potest impedire solutionem per dictam excep. compẽsationis: quia iuramentũ est seruandũ in forma specifica. Hanc sententiã firmauit gl. Ber. in d. c. ad nostram. post eam Inno. Io. And. Io. de Imo. ibi hanc eandẽ opi. firmauerunt do. Maria Soc. & Io. de Ana. in c. querelam. de iureiur. & Bal. in c. quę in ecclesiarũ. in 6. col. de cõst. & cumulatius D. Fel. in d. c. ad nostrã, quia aliàs mutaretur iurm̃ de vno in aliud, quod non potest 3 fieri propria authoritate. † debet ergo iurm̃ Deo factum præcisè seruari, & non per æquipollens, etiam si ęquipollens melius esset: vt ibi latius per eum, allegat Innoc. in cap. peruenit. Io secondo & in c. debitores, de iureiur. Ludo. Ro. in l. stipulationes non diuidunt. ff. de ver. obl. in q. illa. An in obligationib. facti iurm̃ operetur, vt possit pręcisè cogi ad factum, tenet opi. glo. in d. cap. ad nostrã. quę vult, ꝙ ille qui promisit cum iurõ soluere, non adimpleuit compẽsando. Idem videtur tenere ibi Ant. de But. & reperio, ꝙ Alex. de Imo. doctor famosus secutus fuit hanc opi. in consi. 91. in 2. col. Et eandẽ opi. secutus fuit similiter famosus doctor Franc. de Aret. In consi. 99. Ego stimulo cõscientiæ alligatus dixi, ꝙ si ille qui promisit cum iuramento, non potest soluere (quia est onere filiorum oppressus, vel paupertate) iudicarem secundùm opi. Bar. arg. ratio 4 nis, c. breui. de iureiur. † Sed qñ debitor esset diues, & pecuniosus, tũc iudicarem scd̃m opi. gl. & aliorũ in d. c. ad nostrã. Et quia fuit visum, ꝙ ille conuentus non erat diues, fuit iudicatũ & sñiatũ per sacrũ cõsiliũ, in quo pręsidebat illustris d. Ferdinãdus de Aragonia frater illegitimus Regis. secundum opin. Bar. & sequaciũ. Sed in dicto processu incidit aliud dubium, videlicet vtrum iste debitor, qui promisit soluere cum iuramento possit compensare debitũ ad quod tenebatur ipse actor cuidam tertio suo creditori, qui cessit huic conuento illud debitum. Dyn. tangit istud dubiũ in c. cum quis in ius. de reg. iur. lib. 6. & Cy. & Bal. in l. eius quod, C. de compensatio. Et fuit conclusum per omnes Dominos, ꝙ stan5 te opin. Bar. pro vera, † debitor conuentus potest opponere compensationem debiti cessi. Et sic fuit iudicatũ stante dicta paupertate, vt supra dictũ est.

Item in dicto processu insurrexit aliud dubium, videlicet vtrum confessio cedentis post cessionem noceat cessionario, quã quæstionem perfectè tetigit Pau. de Cast. post Bar. in l. facta. §. si hęres. ff. ad Treb. & Alex. in 5. vol. consi. 109. in 2. col. versi. nec obstat, & Cy. in l. fi. C. de procurato. Et fuit conclusum, ꝙ cedens post cessionem si confitetur, ꝙ sibi fuit satisfactum, antequam cederet, talis confessio non nocet cessionario: quia non potuit ei præiudicare, arg. l. si partem, §. fi. ff. quemadmod. serui. amit. cum concor.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXIII.

1 *Iuramentum an obliget præcisè ad factum: adeo quòd quis non liberetur, pręstando interesse?*
2 *Qui est condemnatus rem restituere, si ipsam habet: manu militari est ab ea auferenda.*
3 *Obligatus retrouendere, si ipsam rem habet: an obligetur præcisè retrouendere?*
4 *Pactum de retrouendendo, an afficiat tertium singularem successorem.*
5 *Cautela, vt pactum istud de retrouendendo afficiat singularem successorem.*
6 *Quando pactum de retrouendendo non est factum incontinenti, an afficiat?*
7 *Cedens pro cessionario. Et venditor pro donatario an possint esse testes.*

CIrca primum dubium huius deci. an instrumento iuratu possit opponi exceptio compensationis: latius sine anno. infra in deci. 381. & fuit etiam tactũ supra in deci. 121.
1 & insuper, quia hic per Affl. tangitur dubium † an iuramentum præcisè obliget ad factum in tantum quòd non liberetur quis præstando interesse: adde communem opinionẽ esse

esse cum gl.in l.si pecuniam, in versi.necesse habes: quia in-
rasti.ff.de condi.ob cau.prout ait ibi Ias. post Alexan. à qua
in consulendo,& iudicando non videtur recedendum: quã
communem opinionem etiam amplectitur Goza.in consi.
32. 1. facie.num. 12.& in consi. 69. videtur prima facie,nu
me.5.& tanto magis ista procedunt in obligationibus dan
di, quando quis potest rem daretnam hic non liberatur: si
vult præstare interesse: prout istis astipulatur Alex.in consi.
89.col.2.in 7.lib.& Aym.in consi.22.de quo fuit facta men-
tio supra in decis.23.ad quę facit tex.l. qui restituere, ff. de
2 rei vendi. qui notabiliter in pręfatis dixit, † quòd quando
quis est condemnatus rem restituere, cogitur præcise ma-
nu militari ipsam dimittere, aliàs agitur ad interesse mo
do ibi tradito, quem tex.singularem facit Bald.in l.vnica.
C.de senten.quæ pro eo &c.in fine, & citat And.in c. si fa-
cto.in princ.si de feu.defu.mili.contr.fue.quod dominus in
uestiens vasallum de feudo per inuestituram abusiuam tene
tur præcise tradere: secus si per promissionem: nam libe-
ratur præstando interesse,& miror quod Cor.in cons.256.1.
consultationis,4.vol.non alleget. sed tenendo contra com
3 munem † ait, quòd obligatus retrouendere, etiam quòd
valeat retrouenditionem facere; quòd non possit præcise
astringi ad ipsam faciendam: & hoc dato, quod instrumen
tum ipsum fuisset guarentigiatum,& iuratum,quę refert,&
sequitur Dec.in consi. 503.superioribus dieb.faciens in pre
fatis differentiam inter illum qui vendidit, & habet facul
tatem rei tradendæ: & illũ qui promisit retrouẽdere.quòd
primo casu quis teneatur precise vendere,in 2.casu non,sed
liberatur præstando interesse,quam differentiam Ego,saluo
saniori iudicio,in præfatis non agnosco, cum vtroque casu
videatur militare eadem ratio, vt supra in decis. 61. quia
promissio de vendendo, idem quòd venditio, & dicta per
eum sunt contra communem opinionem, vt supra, quando
maximè iuramentum interuenisset in promissione, & quis
habet facultatem rei tradendæ.nam potest præcise cogi, &
compelli ad vendendum,remq; tradendam, prout hæc &
latius voluit Plotus in repe.l.si quando.C.vnde vi.num.54.
fol.44.vbi etiam ait contra hunc iurari in litem pro omni-
bus damnis, expensis,& interesso etiam singulare, & ista vi
dẽtur bene procedere. sed maius dubium de iure habetur
4 † quando alteri hic obnoxius retrouendere pendente pa-
cto præfato de retrouendendo alienasset, & rem ipsam tra
didisset: nam tunc non potest præcise cogi: nam istud pa-
ctum nõ afficit singularem successorem, affirmat Aym.post
alios in cons.12. nobilis Gaspar, sequutus consilium Alex.
10. 1. vol.qui articulus,& si sit disputabilis: verum istud pa-
ctum, siue promissio de retrouendendo afficiat singularem
successorem, de quo late per Cagno.in rep.l.2.col.30.C.de
pac.inter emp.& vend. sed latius per Tiraq.in retract. con-
uen.fo.350. in magna impressione, & per eundem Aymon
in cons.201. præponitur in facto,& per Cottam in verb. pa-
ctum de retrouendendo.Recent.in consi. prefato Alex.10.
1.vol. qui ait, quòd saltem de æquitate singularem successo
rem afficiat, tertiumque possessorem actione in factum in
5 rem scriptam. † tamen tu, amice, ad euitandas istas intri
cationes, discussiones,reuolutionesq; cartarum scribentiũ,
facias inscribere pactum(prout communiter a cautis practi
cis fit) quod dicat in instrumento, quòd alteri res vendita
non possit vendi, nisi cum hoc pacto de retrouendendo,
aliàs q dominium non transferatur,venditio sit nulla, res
sit inempta, iuxta glo. notabilem in l.1. ff. de dona.in verb.
mortis causa.de quibus per Aym.in d.cons.201. Tiraq. qui
alios modos etiam tradidit,q afficiat singularem successo-
rem,in loco suprà citato per Cassa.in consue.Burg. fol.356.
6 nu. 30.in vers.7.limita.qui etiam intelligit præfata † quan
do istud pactum fuisset factum incontinenti, secus si ex in-
teruallo. nam tunc non valeret, iuxta glo.singularem in l.
ab emptione,ff.de pact.vbi etiam traduntur aliæ cautelæ im
pediendi translationem dominij, & afficientes singularem
successorem, & maxime quando fuisset dictum, q nullo pa
cto possit alienari. nam hęc conditio impedit dominij tran-
slationem;quia habet vim decreti irritantis,sm Imo.in cle.
1.8.col.de seq. poss. & alios ibi per eum citatos. Circa vero
aliud,q confessio cedentis non noceat cessionario. Recen-
tiores in cons.Alex.46.5.vol.qui cæteros concor.citat,limi
tat,sequiturq; Affl.hic, Tiraq.in retra.fol.126.in parua im-
8 pressione.sed † an cedens pro cessionario possit esse testis.

Roma.in consi.372.quoad primum,q non,Capel.Tolos.53.
etiam q non teneatur de euictione, secũdum adductos per
Tiraq.in d.trac.fol.5.nu.26.vbi etiam de venditore & dona
tario, q non possint esse testes, & si de euictione non te-
neantur &c. Cæsar Vrsil.

DECISIO CLXIIII.

De recognitione enunciatiua iurata, & sæpius repetita ad probandum dominium.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio recognitionis enunciatiuæ facta an probat dominium rei.*
2 *Intellectus ad l.fi.C.de sacros.ecclesiis.*
3 *Confessio ex interuallo pluries repetita habetur ac si facta esset in iudicio.*
4 *Confessio enunciatiua iurata videtur facta Deo,& præiudicat confitenti.*
Fauor piæ causæ quas habeat specialitates in contractibus, remissiue.
5 *Confeßio ad obligandum absente parte valet fauore aiæ.*
Confessio ad exonerandum conscientiam, parte absente tenet.

IN causa monasterij S.Mariæ dñarum de Amalfia
1 fuit dubitatum. † Vtrum confessio, & recognitio
facta per quendã secularem, q certum territoriũ, q
ipse tenebat, erat ipsius monasterij in quodã instro,
absente monasterio, probet territoriũ illud in do-
minio & possessione esse ipsius monasterij, vbi ali-
ter non apparet de dñio, & possessione dicti mo-
nasterij. Videbatur dicendum esse, q talis confessio
2 non probat dñium rei esse dicti monasterij. † Quia
l.fi.C.de sac.san.eccl.quę vult, q ex contractu trãit
dñium in ecclesiam sine traditione, non habet locũ
nisi in quatuor casibus, inter quos nõ est casus sim
plicis recognitionis, vel confessionis, vt dicit Bal.in
proprijs terminis in rubrica, extrà de præscri. ver.
quid si confiteor rem meam esse ecclesię. qñquidẽ
talis confessio & recognitio facta est enunciatiuè,
& non dispositiuè, prout erat in facto: nam si dispo
sitiuè & ex certa scientia facta est dicta recognitio,
tunc probaret dñium, vt dicit Bal.in l.cum falsa.C.
de iur.& fac.ign.in 3.col.de quo per scribẽtes in l.si
rẽ aliquã, ff. de acq.pos.& per Bal.in l.Titius.§.fal
sã.ff.de cond.& dem.& p Bal.in l.nõ idcirco. C.de
iur.& fact.ign.& in Spe.de loc.§.nunc aliqua.ver.7.
& per mod.Pap.in l.2.col.132.C. de iure emph. &
ibi concordantiæ. In cõtrarium in dicta causa fuit
conclusum; quia non solum inerat pro parte dicti
monasterij supradicta recognitio enũciatiua, sed ẽt
3 † probatũ fuit per testes, q ille qui tenebat & possi
debat dictum territorium, pluries dixit,& confessus
fuit ex interuallo dictũ territoriũ esse d.monasterij.
& sic hr̃, ac si esset facta in iudicio. secundũ Bar.in l.
cũ scimus.C.de agri.& censi.lib.11 & not. Fel.in c.
si cautio.ver.5.casus.de fi.instr.& Lud.Ro.in l.si ve
rò.§.de viro in sua solenni repetitio.in 31.fall.ff.so.
mat.vbi posuit 18.potentias geminationis actus, vt
ibi per eũ, & p Fel.in c.nõnulli.ver.6.fallit. de rescr.
& per moder.Pap.in l.sed & si possessori.§. itẽ si iu-

rauero.ff.de iureiu.Item, dicta confeſsio enunciati-
4 ua fuerat iurata in d.inſtrō, & ſic propter iurm̄ † vr̄
facta Deo, qui eſt præſens vbiq; & per conſequens
pręiudicat confitenti, & eius hęredi, vt dicit Bar. in
l.cum quis decedens. §.codicillis. in fi.ff.de leg.3.&
voluit hoc Ant.de But.in c.cū dilectus.de ſuc.ab in
teſta.& Bal.in rub.C.res inter alios acta.Io.de Imo.
in repe.c.cū contingat.in 31.char. de iureiu. & Fel.
in d.c.ſi cautio. vbi ponit 12.fall.ad regulā.l.certū.
§.ſi quis abſente.ff.de confeſsis.Itē accedat ad hoc
fauor piæ cauſę, quę habet multas ſpecialitates ēt in
cōtractibus, vt plenè per Lud.in rep.auth.ſimiliter.
5 C.ad l.Fal.& inter alias ſpecialitates eſt iſta, † q̄ fa
uore animæ, & de æquitate canonica valet cōfeſsio
ad obligādum abſente parte, vt no.in c.ſi.de ſucceſ.
ab inteſt.& no.Bal.in l.generaliter.C.de non nu.pe.
in 10.q & Fel.in d.c.ſi cautio. Item dicta confeſsio
probata per teſtes, vt aliqui dicunt, fuit facta ad ex-
onetandam conſcientiam, quo caſu valet, licèt ſit fa
cta abſente parte, vt bene conſuluit Alex.de Imo.in
2.vol.conſi.185.& in 3.vol.conſi.45.in 3.col. Et ita
fuit iudicatum in fauorem dicti monaſterij.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXIIII.

1 *Confeſſio facta in inſtrumento inter te & me qualiter nos ſumus debitores talij, an nobis praiudicet, & an probet abſente illo, in cuius fauorem eſt facta confeſſio.*
2 *Si in inſtrumento venditionis inter te, & me aſſererem alicui reddititiam, an praiudicet, & an quando quis conduxit rem ſuam ab eccleſia noceat.*
3 *Si aliquis petit à me decem ex cauſa, & ego volens me excuſare, dico; me non habere pecuniam, ſed ſi haberē, reſtituerem decem qua debeo Seio, an per hac potero à Seio conueniri?*
4 *Verbum arguatur, contentum in conſt. reg. ſi damna clandeſtina, quid importat, & an quando in ſcriptura priuata reperiatur, quòd quis recepit rem ſuam ad linellum et praiudicet?*
5 *In dote an verba enunciatiua parte abſente probent. Gui. Papa contrarius.*
6 *Confeſſio facta ſuper iure reali, hoc eſt ſuper dominio ſaltem in antiquis, probat: nam dominium probatur per famam.*
7 *Confeſſio facta per errorem, rem eſſe alicuius: mihi non praiudico.*

ADde, q̄ contra concluſionem firmatam per Aff. hic,
1 † q̄ confeſſio facta in inſtrō inter alias perſonas in fa-
uorem alicuius non probet ipſo abſente, videntur facere,
quæ voluit Iaſ.in l.admonendi.col.66.ſo.111.in ver.2.quæ-
rit Bar.vbi ait ex dictis ipſius, & aliorum, confeſſio facta in
inſtrumento inter te & me, abſente aliquo, qualiter aliquis
noſtrum eſſet debitor alicuius, non inducit niſi argumentū:
iſtud etiam eſt, quod voluit Guid. Papa in deci.23. quidam
2 vendidit, qui dicit † quòd ſi in inſtrumento venditionis
inter aliquos in ipſa venditione aſſeratur dictam rem vendi
tam eſſe reddititiam alicui, quòd non præiudicat. hoc &
videtur voluiſſe in terminis fortioribus Alexand.in l.ſi ali-
quam rem, nu.25.ff.de acquir.poſſeſ.idem in conſ. 9. & 69.
circa primum.5.volum.de eo qui conduxit rem ſuam ab ec
cleſia tamquam illius, quod ſibi non præiudicat, nequa
tranſfert dominium, ſecus ſi tanquam ſuam conduxiſſet.
nam ſibi nocet, vbi pulchrè quando confeſſio noceat, &
ad doctr.Bal.in d.l.cum falſa.de iuris, & fac.ignor.hic alle-
gatam, & de pręfatis etiam per Hyppo. ſing. 464. ex pacto
nudo, & per eundem in rub.de probat.nu.115.qui ex doct.
3 Sal.in l. vnica. in 8.col.C.de confeſſis. dicit † quod ſi ali-
quis petit à me decem mutuò, & ego volens me excuſare,
dico, non habeo, ſed ſi haberem pecuniam, reſtituerem de-
cem huic Seio, quòd per hoc non poſſum conueniri ab iſto
Seio ex hac confeſſione, & de præfatis etiam latius per
Aymon in conſ.157. nobilis Bertrandus. vbi plenius, ſi iſta
confeſſio noceat, & ſic poteris refricare quæſtionem domi-
nij. ſed pro iſta deciſ. facit tex. l. deſiderium, C. depoſiti.
vbi habetur, quod ſi in inſtrumento facto inter aliquos,
alius ipſorum fateatur ſe eſſe debitorem alicuius, quòd pul
chrè hoc inſtrumentum probet, voluit Crem.ſing.105.ap-
paret inſtrumentum. nec præfatis obſtat adducta per Iaſ.
in d.l.admonendi. quòd tantum per tex. præfatum inducatur argumentum, dum ibi habetur, arguit, nam contra eum
facit doct.gl.& And.Affli.in conſt.reg.ſi damna clādeſtina,
4 in verb.arguatur.volentes † per hoc verbum in d.conſtitu.
poſitum teneri vniuerſitatem conuincere malefactorem, vt
ipſa vniuerſitas poſſit moleſtari à damno clandeſtino, po-
nendo ēt carmina Ouidij iſta, arguo, vtinam ſi te conuince-
re poſſum, me miſerū. quare tam bona cauſa, mea eſt, de quo
etiam per Roma.in conſi.7. & pro hac deciſ. facit cōſilium
Bal.331.reuerende pater vos allegatis, in 2.vol.dices, quòd
confeſſio contenta in priuata ſcriptura, in qua quis recipit
ſuam rem ad libellum, aliàs linellum, præiudicat, nam ſecun
dum eum cenſetur donare, vbi etiam quòd confeſſio de prę
fatis probata per teſtes adminiculatur. voluit etiam Pau.de
5 Caſt.in conſi.84. † in Chriſti nomine amen. quòd præfata
ſententia arbitralis volens ſaltem præfatam confeſſionem
probare in cauſa dotis. conuenit etiam Guid. Papa in deci.
272. vnum, & in con.146.1.colum. qui in hoc poteſt pōdera
ri contrarius. vbi poſt multa reſidet, talem recognitionem
præiudicare citando text.l. contualis quędam profeſſio. C.
de dona. vbi Bal.& à præfatis non diſſentit Bar.in l.rura. C.
de omni agro deſer.lib.11.Aret.in conſi.36.caſus.2.col.6.
principaliter hoc probatur. vbi ait, quòd confeſſio facta ab-
ſente parte ſuper iure reali, hoc eſt ſuper dominio ſaltem
6 in antiquis probare, † nam dominium per famam proba-
tur, & propterea ex his concludendum, vt ſupra, hanc
confeſſionem præiudicare, & hoc maxime exiſtentibus
geminationibus, iuramento, alijsve indicijs, de quo per
Curtium ſeniorem in conſi. 30. ſuper verbis. vbi multa de
geminatione. Ad contraria poteſt reſponderi, prout per Cu-
ma.in conſi. 365. Gaſpar. & per eundem Curtium in con-
7 ſi.71. † ſuper controuerſia. colum. 2. quando ignoran-
ter fuiſſet facta talis confeſſio, quis errore facti ductus,
& modis alijs, quibus per ipſum; quia tunc non præiu-
caret, & forte non conuenirent aliæ coniecturæ, de qui-
bus hic, quæ ſi ſapiunt, nota. nam multotiens habui
in facti contingentia, & ſignanter in quadam cauſa
monaſterij Sancti Triphoni de ciuitate Rauelli. vbi inter
alia, adducebatur, vniuerſitatem præfatam Rauelli con-
ducendo ad affictum montaneam propriam a dicto mo-
naſterio, ſeu abbate Sancti Triphoni, quòd ſibi attulerat
præiudicium, & ſic fuit lata ſententia ann. 1547. alias
48. cuius cauſæ actuarius eſt Ioan. Portius, & de iſtis
etiam ſunt annot. ſupra in deciſ. 83. 2. & 3. additione.
Cæſar Vrſil.

DECISIO CLXV.

De teſtamenti reaſſumptione non obſtante falſi accuſatione.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum an reaſſumendum per notarium pendente accuſatione de falſo.*
2 *Iudex in cauſa ciuili ante litem conteſtatam, an debeat officium ſuum impartiri.*
Materia l.ſi.C. de edic. di. Adriani tollen. tractatur aliquantulum.

Quidam

QVidam hæres ſcriptus in teſtamento volebat a-
gere eemedio l.fi.C.de edicto diui Adr.tol,Sed
nõ habebat teſtm̃ in ſcriptis in forma probãte. Sed
erat illud teſtm̃ Filza notarij ; quia notarij non po-
1 nunt teſtamenta in protocollis , † petit à iudice , ꝙ
mandet notario , ꝙ illud in publicã formã reducat,
cũ ſubſcriptione iudicis,& teſtiũ,iuxta formã cõſti.
Regni,inſtſorũ robue.hæres ſanguinis vel alius, de
cuius intereſſe agitue, hoc ſentiens, vadit ad indicẽ,
& porrigit accuſationẽ de falſo,dicendo,ꝙ illud eſt
falſum,& pẽdente qõne falſi non eſt reaſſumendũ.
Replicat hęces ſcriptus,ꝙ dẽt reaſſumi;quia ſi nõ re
aſſumitur pendente qõne falſi, teſtes deſcripti de fa
cili poſſunt mori, & poſtea non poſſunt teſtes ſub-
ſcribere.& illud teſtm̃ nihil probaret, ſecundùm d.
cõſti.quæ hẽt locũ ẽt in teſtamentis,ſecundùm gl.&
And. ibi,& ſic fieret ſibi maximũ ꝑiudiciũ.Dicit il-
le,qui accuſauit de falſo, Citò poſſunt examinari te
ſtes deſcripti in teſtõ nuncupatiuo ex officio anteꝗ̃
ſubſcribant ſe;dicit altera pars,hoc non debet fieri;
2 † quia in cauſa ciuili ante lit.conteſt.iudex non dẽt
illud officium impartiri.ſuit quæſitũ, quid dẽt face-
re index. Fuit in conſilio per oẽs dños conſiliarios
votatum,& concluſum,ꝙ teſtm̃ reaſſumatur per no
tarium,& ſubſcribatur per iudicẽ & teſtes, ſi ſe ſub-
ſcribere velint, & non tradatur hæredi ſcripto. Sed
ſit teſtm̃ illud in ſequeſtro in poſſe ſacri conſilij,do
nec cauſa falſitatis decidatur,& procedatur in dicta
cauſa falſitatis ad actus incumbentes, & iſta deciſio
ſumpta fuit ex l.de tab.ff. de tabulis exhibendis .

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXV.

1 *An quando inſtrumentum aſſeritur , ſeu accuſatur de falſo. interim poſſit peti reaſſumptio fieri, diſtingue , vt in nigro .*
2 *Iudex quando dubitat , quòd teſtes ſunt falſi , vel quia falſitatem babeant deponere : poteſt in examine faciendo interrogare de circunſtantijs , & illaqueare , ſi poteſt :*
3 *Iudex non obſtante , quòd inſtrumentum accuſetur de falſo, ex cauſa ei viſa, poteſt ordinare, quòd inſtrumentum ipſum reaſſumatur etiam pendente cauſa falſitatis .*
4 *Suſpicio falſitatis licèt ſatis ſit ad detinendum : ſecus tamen ad condemnationem .*

ISta deciſio, vt cernis , eſt vna eademq́; cum deciſ. 113.
ſupra , & tamen non conueniunt . nam hic concluditur,
quòd non obſtante , quòd inſtrumentum accuſetur de fal-
ſo , quòd poſſit reaſſumi per notarium , & ſic ſubſcribantur
iudex , & teſtes , licèt non tradatur hęredi : ibi autem fit
2 concluſio , † quòd accuſato teſtamento de falſo , notarius
non valeat ipſum reaſſumere donec aliter fuerit prouiſum
per ſacrum conſilium : exhibito teſtamento originali , &
examinatis teſtibus per commiſſarium , nam ſi deponant
pro teſtamento , fiet reaſſumptio , aliàs nequaquam (ut ibi
habetur.) nota , quia licèt iſtæ deciſiones videantur ad in-
uicem repugnare in vnomet negotio , cogitaui paruo meo
iudicio , quod vnaquæque practica poſſit eſſe bona . nam
quod dicitur ibi , quòd accuſato inſtrumento de falſo , non
poſſit fieri reaſſumptio , poteſt procedere , quando animus
iudicis , cui tota vis probationis committitur, iuribus vul-
gar. poſſit moueri ex aliqua cauſa ; quia forte incipit ſibi
conſtare etiam extraiudicialiter de falſitate, & tunc quia ip
ſe fortè habet teſtes ſuſpectos de falſo interrogare, non de-
bet permittere notarium facere reaſſumptionem cum ſub-
ſcriptione teſtium , priuſquam teſtes ipſos interroget dili-
genter , per ea quæ notaui ex doctrina Decij , qui alios ci-
2 tat in regula ea eſt natura . ff.de regul. iur. qui ait † quòd
quando iudex habet teſtes ſuſpectos de falſo : poteſt ipſos
in examine faciendo interrogare,& illaqueare : interrogan
do etiam de circunſtantijs extraneis, & hoc maxime in cri-
mine falſi, in quo quælibet ſuſpicio ſufficit ad inquiren-
dum, & ad detinendum.l.iubemus, C. de proba. cum aliis
cumulatis per eundem Decium in conſ.175. in cauſa falſi-
tatis , & 189. lætatus ſum plurimum , & per Aymo.in conſi.
3 73. dicendum,nu.22.& 134. ſcripſi alias. nu.36 † Et quod
hic dicitur , poſſe fieri reaſſumptionem per notarium abſ-
que iſtis : poteſt procedere , quando fortè tunc non ade-
rat cauſa mouens animum iudicis examinandi teſtes . nam
erat ſuſpicio aliqua de falſitate , per ea quæ notat idẽ Aym.
in conſi. 6. quaſi per totum illud conſi. & 28.aſſertum teſta
mentum,nu.7.vbi declarat ſeptem ſuſpiciones, & alias falſi
tates teſtamenti,& hoc ſtante forte bona fama, & legalita-
te notarij, & aliorum , & propterea permiſit notario facere
reaſſumptionem , & poſſunt etiam iſta perſuaderi per ea
quæ fuerunt notata ſupra in deci. 103. & infrà in deci. 229.
in quibus habetur, præiudicialia hodie ſublata & per quoſ-
cunque pendente cauſa falſitatis , non ſuperſederi in cauſa
principali modo quo ibi . cogita , nam niſi ſic diceres , ne-
ſcio quomodo Affl.poſſit à perplexitate contraria ſaluari .
4 † Et inſuper aduerte in præfatis , ꝙ licet ad effectum deti-
nendi ſuſpitio falſitatis ſat ſit : tamen ad effectum condem
nandi ſecus , prout notat Decius in conſilijs ſuprà citatis ,
voluitq́; Curt.iunior in conſi. 61. in ſecunda parte .
Cęſar Vrſil.

DECISIO CLXVI.

De teſtamentis , & teſtamento per tres teſtes ſubſcripto reliquis deſcriptis .

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum per manus publici notarij in pręſentia ſeptem teſtium deſcriptorum cum ſubſcriptione triũ teſtiũ ſumptum an valeat 3.6.8. Et in quibus caſib. 11.12.*
Argumentum de contractib. ad teſtamenta, an procedat.
2 *Teſtamentum nuncupatiuum, an contentum ſit deſcriptione teſtium ſine ſubſcriptione .*
Teſtamentum eſſe factum coram ſeptem teſtibus, probatur per duos teſtes , & quando 10.
Conſtitutionis interpretatio in dubio qualiter facienda ,
4 *Iuris communis interpretatio per conſtitutionem , quatenus procedat .*
5 *Teſtes in teſtamento debent eſſe præſentes .*
Subſcriptio teſtis in teſtamento vocatur teſtimonium, & tunc demum teſtificari videtur, cum ſe ſubſcribit .
7 *Teſtis neſciens ſe ſubſcribere in teſtamento in aliorum pręſentia facit notas alio manum eius ducente .*
9 *Notariorũ conſuetudo in teſtamentis nuncupatiuis qualis.*
10 *Periculum non eſt adeo grande in contractibus , ſicut in teſtamentis .*

FVit dubitatum.Si ad probandũ teſtm̃ nuncupa-
tiuum ſufficiat produxiſſe inſtrẽm conditum per
manus publici notarij, qui aſſerit, ꝙ in dicto teſta-
mento interuenit talis iudex ad contractus , & ſe-
ptem teſtes, nominando eos per nomina propria,
& cognomina.Verùm de illis ſeptem teſtib.nõ ſunt
ſubſcripti niſi tres teſtes , nec alij quatuor deſcri-

ptí, possunt se subscribere: quia sunt mortui, & illi
tres subscripti non possunt examinari, vt deponant,
ꝙ illa scriptura est manus propria: nec de solennita
te dicti testamenti, nec de voluntate dicti testatoris,
quia nescitur, quid sit de eis, vel quod de necessitate
in isto Regno testes oẽs requisiti de iure in testõ
nuncupatiuo debeant se subscribere, ita ꝙ si vnus
de septẽ testib. requisitis, & descriptis se non subscri
pserit, testm̃ dicatur minus solenne & inualidum.
1 † Aliquis ex dñis dicebant, ꝙ dictum testm̃ factum
per manus publici notarij in præsentia iudicis & 7.
testium descriptorũ cum subscriptione triũ testiũ,
valet. Quia constitutio Regni, instrorum robur,
dicit, Statuimus, vt si quantitas quæ in cõtractu de-
ducitur, excedit librã auri. tres testes probatæ fidei,
præter iudicem & notarium, in eodẽ instro subscri
bant &c. Contra prædictam aũt formã instrã con-
fecta in posterum nullã habeant firmitatem, & cla-
rũ est, ꝙ licèt dicta constitutio loquatur in contra-
ctibus, tñ idem in testamentis, secũdùm gl. & And.
ibi. ergo sufficit, ꝙ dictum testm̃ habeat subscriptio
nem trium testium de septem descriptis. Secundò
dicebant dicti Domini de iure cõi vera est senten-
2 tia, ꝙ testm̃ † nuncupatiuum factum in præsentia
7. testium rogatorum, de quo notarius rogatur, &
conficit publicum instrm̃ cum descriptione dicto-
rum 7. testium, probat testamentum esse validum &
solenne, vt est gl. no in l. hæredes palàm. ff. de testa.
& alia gl. magistra est in l. fi. C. de fideicom. & istas
glo. cõiter à Bartolo vsq; ad præsentia tempora se-
quuntur doctores scribentes ibi, & in alijs locis,
superuenit constitutio prædicta Regni, quæ vult, ꝙ
in contractibus, & testamentis tres testes se subscri
bant, & iuri cõi addit istam solennitatem. Igitur cũ
non reperiatur constitutio, quę dicat, ꝙ in testamẽ
to nuncupatiuo septem testes debeant se subscribe
3 re: † sed tantum dicta constitutio loquitur de tri
bus testibus; remanet ergo incorrecta dicta senten
tia dictarum glossarum, vt sufficiat descriptio alio-
rum quatuor testium, & sic tale instrm̃ testamenti
cum subscriptione trium testium in Regno probat
testm̃ esse factum coram septem testibus descriptis;
sicut in simili dicit Bal. in l. 2. C. de bo. poss. secun-
dùm tabu. vbi per duos testes probatur testamen-
tum esse factum coram septem testibus.

Tertiò dicebant, semper facienda est interpreta-
tio constitutionis in dubio, quantum minus corri-
gere potest ius cõe. l. 2. C. de noxa. c. cùm dilectus. de
consuet. Et (vt dictum est) de iure cõi non requiri-
tur subscriptio testium, vt dicit gloss. per iura allega
ta per eam in dicta constitut. & glo. in auth. de hæ-
re. & Fal. §. si verò absunt. in verbo, ad hoc cõpetit.
& dicta constitutio requirit subscriptionem testiũ
statuendo numerum ipsorum, qui debent subscri-
4 bere, videlicet tres testes, vt suprà. † Ergo in hoc
solum corrigit ius commune, & remanet ius com-
mune in reliquo non correctum, ꝙ in reliquis te-
stibus sufficiat descriptio. facit ad hoc tex. & glo.
in auth. de non alie. §. fi. in verbo, tamen. Alij Domi
ni erant in contraria opinione, s. ꝙ testm̃ nuncupa-
tiuum prædictum requirat subscriptionem omniũ
septem testium. Et inducebãt primò verba And. de
Iser. in d. consti. vbi dicit ista verba formalia. Itẽ no.
ꝙ non sufficit testes esse præsentes, nisi subscribant
propria manu contra jus Romanũ. & sic in Regno
testes descripti debẽt se subscribere. Et debemus de
necessitate intelligere illud dictũ And. ꝙ illi testes
debent se subscribere, qui de necessitate requirũtur
in actu, vt si in contractu infra librã auri duo testes
sufficiant, si vltra librã tres: si in testõ, illi septẽ te-
5 stes, † qui debent esse præsentes de iure cõi, vt C.
de testa. l. hac consultissima. §. per nuncupationem.
& insti. de testa: §. vlt. debent se subscribere: quia si
vnus ex eius diceret se non interfuisse, & nollet se
subscribere, testm̃ non valeret. l. si vnus. C. de testa.
Bar. in l. 1. §. si quis se neget: quemadmodum testa.
ape. & not. Inno. in c. cùm Io. hæremit. de fide instru.
quia dicit And. nõ sufficit testes esse præsentes, nisi
se subscribant. Et credo esse rationẽ, quia qñ testis
se subscribit, talis subscriptio appellat testimoniũ.
dixit Bal. no. in l. 1. C. si cer. pet. dicens, ꝙ tunc testis
testificari vr̃, cum se subscribit. cum igitur tres te-
stes tunc se subscripserunt, & non alij quatuor: In
Regno rãtũ operatur illa descriptio sine subscriptio
ne testiũ, qui necessariò requiruntur, tanq̃ si nihil
actũ esset; quia septẽ testes debent se subscribere in
testõ, vt dicit idẽ And. in suo repertorio super con-
stitutionibus Regni. in verbo, instrm̃. Secundò
6 † pro hac parte allegabatur Lucas de Pe. in l. vnicui-
que, : . q. C. de proximis sacrorũ scriniorũ. li. 12. vbi
dicit ista verba formalia; hæc faciunt ad qõnẽ vulga-
rã, sæpe tñ malè decisam, videlicet vtrũ per duos aut
tres testes, vel per publicum instrm̃ habens subscri-
ptionem trium testiũ, sufficiat probari testm̃ condi
tum corã septẽ, qui necessariò requiruntur in testõ
nuncupatiuo, vel in scriptis: & arguit ad partes, &
remanet cum illa parte, ꝙ testm̃ non valet, licèt ra-
tiones suæ parum stringant. Est bene verũ, ꝙ idem
Lucas in l. nulli. in §. oĩa. C. de numerarijs lib. 12. in
verbo, mentione. dicit ista verba formalia: hinc ino-
leuit fortè mos, quẽ seruant hodie tabelliones in Re
gno, dicẽtes in principio instrorũ: Nos talis index
& talis notarius & subscripti testes, videlicet talis
& talis notũ facimus & testamur, & ibi multa dicit
7 de materia subscriptionis, † vbi dicit vnũ verbũ no
tandũ, quod alibi non est repertũ, ꝙ si aliquis testis
nesciat scribere, tũc per aliũ portetur eius manus, &
hoc fiat in præsentia testiũ ipso mãdante, ꝙ satisfa
cit ad limitationẽ glo. in d. l. instrorũ robur. Tertiò
pro hac parte allegatur Lucas de Pe. in l. 2. C. de cõ
uenien. fisci debitorib. lib. 10. in verbo, sub notauie,
vbi dicit illa verba formalia: aliud tñ in testis, in qui
bus oportet testes subscribere, & quia hoc posset in
telligi de testõ in scriptis, deinde subdit: in Regno
est necessaria subscriptio iudicis, notarij, & testiũ, vt
in consti. instrorũ robur. Et dicit, ꝙ satis prudẽter
cogitauit in hoc lator dictæ cõstõnis, ad tollendum
8 materiã fabricandi falsa instrã &c. † Nec obst. in cõ
trariũ allegata: quia constõ instrorũ robur, nihil di
cit de subscriptione testiũ in testõ. Sed doctores ex-
tendunt illam in testm̃, vt in eis descripti testes de-
beant se subscribere; non tñ dicunt doct. ꝙ de septẽ
testib. descriptis sufficiat tres esse subscriptos: quia
daretur materia fabricãdi falsa testã in Regno, si ita
dicerent doctores, & tñ nullus hoc dicit, subiecta
materia tastamenti, in quo requiruntur 7. testes,
præstae

præstat omnibus interpretandi viam. dicit Bal. in l.
omnes populi. circa fi. ff. de iusti. & iur. dum allegat
Cic. ex iur. de verb. sig. scilicet, quod oēs septē debeāt se
subscribere, postquam in testis 7. requiruntur præ-
sentes, & And. dicit, quod præsentia nō sufficit sine sub
9 scriptione: vt supra dictū est. † & tanto magis, quia
consuetudo notariorū est, quod testā nuncupatiua &
faciant subscribere à septem testib. & consuetudo
est optima legum interpres: vt in l. minimè. ff. de le-
gi. & no. in l. de quib. eo. tit. no. in c. 1. de treug. & pa
ce, cū si. & sic cessat primū motiuū, Nec obstat secū
cundum: quia illud procederet, si constitutio prędi
cta loqueretur de testamentis, sed non loquitur de
testamentis, sed doctores extendunt ad testaméta: &
vt requiratur subscriptio 7. testium, postquam de iu
re cōi septem testes debent esse præsentes: & illud;
quod dicitur, quod testamentum factum coram septē
testibus potest probari per duos testes; vt no. in d.
l. 2. C. de bonor. possess. secundum tabulas, intelli-
gitur, secundum, quòd intelligit Barto. in l. hæ-
10 redes palam. in prin. ff. de testamen. † vbi dicit, quod
tunc potest probari testamentum factum coram se
ptem testibus per duos testes, quando illi duo te-
stes deponerent, quod in testaméto fuerunt descripti,
supple in Regno isto, & subscripti, septē testes. Sed
quando illi duo testes non sic deponerent: tunc es-
set quæstio, non solū de solennitate, sed de volunta
te testatoris: quia in testamento licèt sunt descripti
7. testes, tñ non sufficit, nisi sint subscripti: quia, vt
dixi, illa subscriptio est testificatio testium in regno
isto, & sic instrumentum testamenti cum subscri-
ptione trium testium de 7. testib. descriptis nō pro
11 bat, nec voluntatē, nec solennitatem: † nisi in duo-
bus casibus notatis per modernos Papienses in di
cta l. secunda. de bo. poss. secundum tab. Primus quā
testator fecit testamentum, in quo instituit filiū hę
redem: & in illo tęstamento fecit legatum alicui, &
stipulatus est ab hærede pro legatario: & sic immi-
scuit cōtractū testamento, quo casu si hæres negat
testamentum, potest per duos testes probari illud
legatum, quod transiuit in contractum cum hære-
de, allegat Bartol. & Ioan. de Imo. in lege, nemo po
test. ff. de leg. primo, & alia, vt ibi per eum. Secundus
casus, quando de testamento fuisset condita publi-
ca scriptura manu notarij, quæ postea fuisset perdi
ta; certè talis amissio, & tenor posset probari per
duos testes, per tex. in l. testium. C. de testi. & ibi per
Bal. & Salic. de quo plenè Alex. in dicta lege. secun-
da. C. de bon. possess. secundùm tab.

12 Nec obstat tertium motiuum: † quia procedit;
quando constitutio faceret mentionem, sed nullam
de hoc facit mentionē. & doctores extēdūt illam ad
hoc; scilicet, sicut in contractibus requiritur sub-
scriptio testium necessariorum in contractu: in te-
stamento testes descripti debent se subscribere in tē
stamento, vt euitetur falsitas: & maximè quia illud,
quod dicitur, quod testamentum nuncupatiuū pro
batur per instrumentum, vbi sunt descripti septem
testes, est secundum opinio. Ioannis de consuetudi
ne, sed Azo dicebat, quod de rigore iuris erat secus:
Sed Dyn. Bartolus, & alij tenent, quòd etiam de ri-
gore iuris procedit opinio Ioann. Non est ergo læ-
dere ius cōe, si interpretetur, quòd illi septem testes
descripti in testō debeāt se subscribere, ex quo con-
stitutio hāc subscriptionē requirit in contractibus,
13 vbi non est tm̄ periculū, sicut in testō, vt dicit gl. in
dicta cōstitutio. Instrorū robur. Et cum ista discus-
sione nō fuit super hoc sniatum, sed ego ita senten-
tiando crederem bene iudicare per supradicta.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXVI.

1 *In regno an de necessitate ad validitatem testamenti septem testes debeant se subscribere, vel sufficiant tres?*

2 *Testamentum an dicatur instrumentum: an Longobarda loquens de instrumentis, quòd requiratur præsentia consanguineorum in contractu mulierum, militet in testamento?*

3 *Instrumentum testamenti an probet, quando notarius attestatur, per eum fuisse confectum: licèt sint mortui testes: & hoc de iure communi.*

4 *De iure communi non oportet, quòd testes se subscribant: secus de iure regni in instrumentis.*

5 *Quando est quæstio de solennitate, & voluntate testatoris, testamentum nuncupatiuum non potest probari duobus testibus: secus quando fuisset quæstio de solennitate tantum.*

6 *Quando in testamento reperitur confectus contractus aliquis an valeant.*

7 *Instrumentum testamenti an reprobetur per vnum, vel duos testes descriptos in eisdem?*

8 *Quando testis se subscribit scripturę, an videatur testificari in tantum, quòd non possit eius dispositio reuocari: quòd non, nisi doceat de errore suę testificationis; quia non lecta eidem scriptura se subscripsit.*

9 *Quando quis dicatur scripturam legisse, vt sibi præiudicet in subscribendo.*

10 *Quando testis dicit non recordari interuenisse in instrumento; an possit astringi se subscribere?*

AN. de necessitate in regno in testamento nuncupatiuo omnes septem testes debeant se subscribere, vel
saltem tres sufficiant, iuxta consti. reg. instrumentorum ro-
bur, etiam quòd non deponant de timore. & §. filic. hic li-
cet dicat articulū non fuisse decisum, tamen videtur incli-
1 nare † quod debeant omnes testes se subscribere. adde
quòd contrarium videtur affirmare in d. consti. instrumen-
torum robur; in tertia q. vbi ait, satis esse in testamento nun
cupatiuo esse subscriptos tres testes, ex quo quando consti
tutio præfata extenderetur ad testamentum, de quo articu
lo notaui latius in decisio. 260. in illa quæst. an mulier pro-
hibita alienare sine præsentia consanguineorum valeat te-
stamentum facere, non requiri nisi subscriptionem trium te
stium. & ita refert fuisse iudicatum. ego etiam hæc incidenter
habui de facto in causa magnificorum Lucij, & Fabij de
Loffredo, cum magnifico Io. Antonio Mansella, vbi fuit pre
sentatum quoddam testamentum magnifici Tirelli Mansel
la cum subscriptione tantum triuni testium: & fuit appro-
batum tanquam validum per sacrum regium consilium, an
no 1549. & virtute ipsius, ratione fideicommissi, ibi conten-
ti, fuit lata sententia pro Mansellis per magnificum Ioan.
Franciscum Brantiam. prout refert Gram. in decisi. 62. actua
rios. Et potest prima opinio, quòd in testamen
to nuncupatiuo requiratur subscriptio trium testium tan-
tum secundum dispositionem d. constit. regni, instrumento-
rum robur, de iure sustineri vltra ea, quæ fuerunt dicta in de
2 cisi. infra 260. † quod testamentum instrumentum dicatur,
& quòd Longobarda loquens, quod mulier nō possit contrahe

re fine mutualdo extẽdatur ad testũ, vt supra, iuxta tex.l.2.
& ibi gl. in prin. quẽ. testa. aper. & hoc per illud fundamentũ
verum, quod oĩa comprehẽdit; quia de iure cõi qñ notarius
conficit scripturam publicam cum suo signo, de testamen-
to nuncupatiuo, confecto per ipsum in præsentia septem te-
stium, nominatis, & descriptis ipsis septem testibus per ip-
3 sum notarium, † tunc illud instrũm testamenti plenè de iure
cõi probat, ẽt q testes fuissent mortui, & aliter dicti testes
non examinarentur, prout vbiq; de iure cõi dicit ista proce
dere Bar. tam in l.1. C. de testa. quàm in l.fi. in versi. ostendi
tur. vbi cæteri scribẽtes. C. de fideicom. voluit ẽt ample Ias.
in d.l.2. in ver. capio gl. C. de bono. poss. secundum tab. cum
quibus conuenit, & non dissentit doctrina eiusdem Bart. in
d.l. hæredes palàm, in prin. hic allegata. ff. de testa. qui secun
dùm opinionẽ Ioannis ibidẽ per ipsum relatã: quã dicit verã
de iure cõi, & consuetudine tenet instrũm testamenti confe-
ctum per notarium: vbi per eum sunt scripti, & nominati se
ptẽ testes, vt infra, plene probat, saltẽ donec non ostendatur
contrariũ per tex. l. cũ precib. C. de proba. cũ si. & in præfato
4 casu non oportet, † q testes se subscribant. nam de iure cõi
non requiritur subscriptio testium in instrumento, vt supra
affirmat hic Affl. in consti. reg. baiulos omnes. nu. 27. in 8. re
quisito ad instrũm publicum: quia creditur notario in præfa-
tis, & in hoc supplet constit. regni prefata, instrumentorum
robur, iuri cõi, q istud instrũm sic confectum nõ faciat fidẽ:
sed oporteat, quod tres testes, qñ excedit summã vnius li-
bræ auri, q in instrumento se subscribant, & vltra notarium,
q interueniat iudex ad contractus, quæ omnia non proce-
dunt etiam de iure cõi, & est alia quæstio Bart. in d.l. hære-
des palam. quãdo in instrumento testamenti non essent no
minati, & scripti septem testes per notarium: sed tãtum ad-
esset instrũm testamenti coram duobus, vel tribus testibus,
qui dicerent, instrũm testamenti confectum coram septem
testibus non specificatis nominibus, & descriptis per nota-
rium, & tũc succedit alia iuris dispositio, q hic tangere vide
5 tur Affl. † nam si fuisset quæstio de solennitate, & volunta
te, & tunc tale testamentum non probat, ex quo voluntas
testatoris in testamento debet per septem testes probari ad
esse ipsius testamenti, & hoc qñ negatur testamentum fuis-
se factum: sed si testũ non negatur factum, sed tantum fuis-
set dubium, si solenniter fuisset factum, vel fuisset factum,
6 & deperditum † vel in instrũo testamenti fuisset confectus
contractus aliquis, prout hic notatur, & latius per Cassa. in
consuet. Burg. nu. 12. fol. 142. tunc potest illud probari duo-
bus, vel tribus testib. fuit etiam notatũ ĩn deci. 49. in 2. du
bio, & voluit nouissimè Aym. in consi. 65. sorores nobiles.
num. 5. licet cõtra ista vr̃ affirmare Lucas de Penna in l.qui
cunque. C. de prox. sac. scri. lib. 12. & non bene secundũ supe
rius allegata, & sic ex præfatis patet in instrũo testamenti nũ
cupatiui nõ requiri subscriptio septem testiũ: sed trium tñ,
ex quo de iure cõi sine subscriptione triũ testiũ instrũm testi
confectũ per notarium cũ annotatione facta per ipsum no-
tarium de nõibus septẽ testium probabat: solum istud nouũ
inducitur per consti. reg. præfatam, q non probant, nisi tres
testes subscribantur in instrumento, & per ista auferuntur
alia fundamenta Affl. hic pro opinione contraria, quæ non
indigent rñsione: maximè quia And. nullibi dicit istam sub
scriptionem septem testiũ requiri, sed tantum subscriptionẽ
testium &c. allegata hic per Affl. videntur procedere, quan
do instrũm testamenti impugnaretur per testes, qui forte di
cerent non interuenisse in testamento, & hic an vitient ip-
sum testũm, deueniatur ad tex. l. 1. §. si quis neg. ff. quemadmo.
testa. aperian. & quod ibi per Bar. sed latius per Decium in
7 consi. 101. pro tenui facultate, qui declarat † an instrumen-
tum testi, vel aliud reprobetur per vnum, vel duos testes de-
scriptos in eo. & per Aymo. in consi. 56. Antonius Curtius.
vbi etiam ait, quod requiruntur testes omni exceptione ma
iores, & quæstio nostra est, quod statur instrumento testa-
menti pro notarium confecti cũ descriptione 7. testiũ de iu
re cõi, vel cum descriptione trium testium propriæ manus,
de iure nostro regni nominatis alijs quatuor testibus per no
tarium, quos asserit in testamento interfuisse. cogita, & in-
super quatenus Affl. hic in versi. credo esse rationem. di-
8 cat † q quãdo testis se subscribit, videatur testificari. nota,
quomodo illud procedat iuxta tex. in Insti. in proœmio in fi.
vbi dicit vidimus, legimus, & cognouimus &c. & tex. l. fi. C.
plus valere, quod agi. qui ait, q subscriptio præiudicat, nisi
9 doceatur per subscribentem † se errore ductum ad facien-
dam subscriptionem non visa lectaque scriptura, & per
hoc apparet Gramma. quòd non bene dicat in consi. 47.
quod nisi fuerit lecta scriptura testamenti, postquam depo-
suit, quod ei non præiudicat subscriptio, ex quo statim,
quòd quis se subscribit, præsumitur scire ea ad quæ ipse fa-
cit subscriptionem: nisi doceat de errore se deceptum in
subscribendo, non visa scriptura, per superius adducta.
cum quibus conueniunt tex. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact.
cum simalib. signatis per scribentes in l. si ita stipulatus. §.
Grisogonus. ff. de verbo. obliga. & per Aym. in consi. 197.
quamquam, nume. 14. qui ait, quòd oportet, quod quis le-
10 gat scripturam ratificationis, vt ei præiudicet. † Quando
autem quis legisse dicatur scripturam in tantum, quod de
contẽtis in ea dicatur habuisse notitiam: declarat tex. l. 2. §.
inspectio. ff. quemadm. testa. aperian. ibi Bart. & docto. De-
cius in consi. 214. in causa cathedrali. 1. col. in versi. ad ter-
tium dubium, vbi quod sola visio scripturarum transcursiue
quòd non inducat plenam scientiam, quod quando quis ne
gat velle se subscribere in instrumento, quod possit astrin-
gi, quando notarius posuit eum in testem in ipso instrumen
to, declarat Cap. in decisi. Cæsar Vrsil.

DECISIO CLXVII.

De possessione defuncti per colonum hæredi continuata.

SVMMARIVM.

1 *Possessio ex quibus probetur.*
Possessio an probata per custodis impositionem.
2 *Accessus frequentatus ad rem, an probet possessionem.*
3 *Possessio an transeat ad filium hæredem, nisi per hæredem apprehendatur.*
Fructuum perceptio clandestina nõ probat possessionem.
4 *Possessor tempore defuncti possidens per hæredem turbari an possit.*
Præceptum firmum manet, ex quo contumacia per citatum incurritur.
5 *Aduocato strenuo in agitandis causis opus est.*
6 *Possessio hæredi acquiritur defuncto suo animo possidente, & corpore alieno.*
7 *Conseruatorium possessionis parte non vocata est inefficax.*

GAbriel de Dato, maritus & procurator suæ no-
bilis vxoris de domo Gaietanæ egit in sacro Cõ
silio interdicto vti possidetis contra quendam Ru
binum filium Isaac hebræi super quodam territo-
1 rio existente in pertinentijs terræ Summæ. † Et di
ctus Gabriel probat, quòd post mortem Isaac dictũ
territorium ipse intrauit, & de eo cœpit possessio-
nem. Item producit conseruatorium postea factũ
per Reginalẽ Maiz. Item producit bannũ emissum
ad eius instantiam obtentũ à Reginali curia, q nul
lus intret dictum territorium. Item probat impo-
suisse postmodum custodes ad custodiendum di-
ctum territorium per quam impositionem custo-
dis probatur possessio, secundum docto. & ibi A-
lexand. in l.3. ff. de acquiren. possess. Item probat,
quòd fuit visus pluries accedere ad dictum territo-
2 rium, † & pro hoc dicit etiam, q probat suam posses
sionem, allegat Bald. in l. iudicia. C. de rei vend. &
Alex. in primo vol. cõsi. 135. in 4. col. Ex parte d. Ru
bini dr̃, q licẽt dictus Gabriel possedit post mortẽ
Isaac

Isaac sui patris ipso Rubino absente, illa possessio
fuit clãdestina inscio,& ignorante ipso Rubino, &
statim quod habuit scientiam de morte sui patris,
Iacobus de Martina eius nomine cępit possessionẽ
dicti territorij, & recepit fructus. Dicit ipse Ga-
briel,ꝙ licèt Isaac pater Rubini possedit tanto tem
pore vitę suę,licèt iniustè; quia dictum territorium
spectabat ad suam vxorem ex successione patris;
3 † tamen illa possessio non transit ad filium hæredẽ
nisi apprehendatur per hæredẽ; vt est tex.in l.cum
hęredes.ff.de acq.poss. & statim mortuo Isaac ipse
videns possessionem vacantẽ,animo & corpore in-
trauit possessionem dicti territorij.Et eo tenente,
& possidente ipse turbatur,& molestatur per dictũ
Rubinum:& quatenus ipse Rubinus possidente di
cto Gabriele ꝑcipit fructus, hęc perceptio fructuũ
fuit clandestina,& non probat possessionẽ, ex quo
ipse Gabriel per prius fuit in possessione:vt est tex.
& ibi,doct.in l.quãuis.§.si conductor.& ibi Alex.ff.
de acq.poss.& in l.Pomponius.ff. quib. mod. vsus-
4 fruct. amit. † sic possidente ipso Gabriele post mor
tem Isaac non licuit Rubino eius filio turbare dictũ
Gabrielem per prius post mortem Isaac possidentẽ
dictum territorium vacans,vt bene hoc firmat Ale
xan.in 2.vol.consi.199.in 1.col. Et tanto magis di
cit ipse Gabriel:quia factum fuit mandatum iustifi-
catum ad instantiam dicti Gabrielis dicto Rubino,
ꝙ non debeat ipsum Gabrielem turbare in posses-
sione dicti territorij, & ipse Rubinus non compa-
ruit, & contra eum fuit accusata contumacia,& sic
dictũ pręceptum remansit firmum,iuxta notata in
l.ea quidem,C.si manci.ita fuerit alienatum,& in l.
de pupillo.§.meminisse.ff.de ope.no.nuncia.& Bal.
& Salic.in rubr.C.comminationes, epistolas.Super-
uenit in ista discussione aduocatus egregius dicti
5 Rubini,& ostendit vnum instrumentum. † in quo
continebatur,ꝙ dictus Isaac pater dicti Rubini quã
do viuebat,concessit dictum territorium ad culti-
uandum,& laborandum cuidam Sabbatino pro cer
to tempore nondum finito tempore mortis dicti
Isaac,ipsumq; constituit eius procuratorem.Et post
mortem Isaac dictus Sabbatinus coluit dictũ terri-
torium,& fructus soluit dicto Isaac.Et hac de causa.
dicebat, Rubinum possidere statim post mortem
Isaac patris sui per dictum colonum,per id quod vo
lunt doct.& ibi Alex.in l.qui vniuersas.§.quod per
colonũ.ff.de acquir.poss.vbi dicit.Nota ꝙ possessio
defuncti non transit in hęredem,nisi apprehendat,
vbi defunctus possidebat per se animo,& corpore.
6 † Sed si defunctus possidebat animo suo,& corpore
alieno,puta per colonũ,acquiritur possessio hęredi,
si continuet colonus in possessione nomine hære-
dis,vt est tex.in d.§.quod per colonum.& per istud
motiuũ fuit hæc lis decisa. Nec est facienda vis de
dictis actibus possessiuis d.Gabrielis:ex quo stante
possessione filij per colonum constitutum à patre
laborantem nomine hęredis Isaac,ipse Gabriel dici
tur turbare,& molestare d.Rubinum, & conserua-
torium ipsius Gabrielis est nullius momenti factũ,
4 quia parte non vocata prout est de iure,& per prag
maticam Regis Ferdinandi Primi.

Ideo fuit votatũ, & postea soiatum in Consilio,
ꝙ d.Rubinus,& Iacob. ꝓdictus eius procurator ab-
soluant ab impetitione facta ꝑ ipsum Gabrielem,&
dictus Gabriel absoluatur ab expẽsis:q̃s ignorabat
d.Sabbatinum fuisse colonum Isaac,& eius hęredis.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXVII.

1 *Colonus,item hęredes coloni domino possident, & conti*
nuant possessionem etiam hæredi domini.
2 *Colonus tradẽdo possessionem, quãdo domino præiudicat.*
3 *Statutũ quod continuat possessionem in hæredem; istud*
est, quando dicitur che le morto Saisit l'è vif. hoc est,
quòd mortuus ponit in possessionem viuum.
4 *Possessio probatur per fructuum perceptionem,& reddi-*
tuum,siue censuum.Item per conseruatorium parte cita
ta,alias nullum est;
5 *Facto mandato parte citata,cũ clausula iustitia,an parte*
non comparente in termino remaneat firmum.
6 *Sed si compareat,debeat resolui.*

1 COncluditur hic † quòd quando defunctus possidet
animo suo,& corpore alieno,vt per colonum, acquiri-
tur possessio hęredi, si colonus continuat possessionem no-
mine hęredis. amplia istud procedere etiam in hæredẽ co
loni domino possiden. sicut colonus possidebat. l. cum in
plures.in fine principij.ff.locati.notat plene Tiraque.in tra
2 cta.de constitu.poss. fol.34.in tertia amplia. † Et quando
colonus priuat dominum possessione, tradendo: declarat
idem Tiraque.ibidem fol.46.& Aymo in consi. 235.ad ex-
plicationem,& de primo subiecto, quòd hæredi non trans
feratur possessio nisi realiter apprehendatur, vltra scriben-
tes in l.cum hæredes.ff.de acquir.poss.declarat amplè Cas-
3 sa.in consue.Burgun.fol.224.cum sequen. vbi ponit de † sta
tuto, quòd mortuus Saisit l'è vif.hoc est,quod mortuus po
nit in possessionem viuum absque alia captione realis pos-
sessionis, vbi notat etiam alios casus, in quibus possessio
transfertur sine traditione melius quàm alibi legerim,& de
positione custodis,de quibus etiam sunt annot.infra in de-
cisio.325.

4 Et quia tangitur † qualiter probatur possessio,vltra po-
nit tex.in l.Titiã. ff. de sol.qui declarat probari per fructuũ
perceptionem, & latius per Aym.in consi.107. Antonius.
num.4.& per redditiam censuum perceptionem quolibet
anno;& probatur continuatio possessionis l. litibus, C.de
agri.& cens.lib.10.& de conseruatorio expedito parte non
citata,quòd sit nullum,non obstante quod fortè dicatur per
missum in possessionem virtute ipsius alium possidere,tunc
ignorasse.nam tractat de lucro,consuluit idem Aym.in cõ-
si.221.emptores. num.11.vbi pro istis citat consi.Alex. 5. 2.
volum. 1.60].

5 Et quod hic habetur † quòd facto mandato cum clau-
sula iustitiæ,tertio non comparente,quod remaneat firmũ.
immo illo non comparente,& spernente mandatum, quòd
possit pœna exigi secundum Io.de Amicis in consi.35.aduer
te quæso,nam dubius passus.Areti.etiam in insti. de act. in
§.curare circa fi.est in opi.quòd quando causa non cogni-
ta sit hoc mandatum,quòd est ipso iure nullum. Alex.ve-
rò in l.non solum.§.si.ff.de no.ope.nunci.affirmat validum
quando sumus in his,in quibus à præfatis mandatis potest
inchoari, vt in subiecto noui operis nunc.sed Bal. in consi.
6 177.ad euidentiam est præmittendum.3.volu. † ait, quòd
debeat resolui hoc mandatum statim, quòd quis compa-
reat.sed tu latius,quando casus obtingit,vide Io. Bap. Plo-
tum in repe.l.si quando.C.vnde vi.nu.102. 103.cum multis
seq.qui simpliciter sequitur Afflict.hic,quòd quando reus,
citatus per citationem, siue præceptum, si senserit se gra-
uatum,quòd si non compareat, quod istud præceptum re-
maneat firmum, & de reo his afficiatur actor, citando in
prefatis Rip.in d.§.meminisse,alias fin.de no.ope. nun.qui
ait,hoc pręceptum etiã tanquam sententiam,reo non com
parente,facere transitum in rem iudicatam: cogita si bene
dicis in his saltem, in quibus à præceptis non potest in-
choari;

ẗhoari: quandò autem clandestinę possessionis allegatio
prodest, vltra Deci. in consi. 302. pro tenui. sunt annotata
infra in deci. 324. Cæsar Vrsil.

DECISIO CLXVIII.

De confessione facta in mortis articulo successoris non præiudicante.

SVMMARIVM.

1 *Abbatissa ægrotans an possit in detrimentum monasterij,*
& succedentis contrahere sine superius authoritate. 3.
Cōfessio prælati ad liberādū valet, et successori præiudicat.
2 *Infirmitatis tempus non ita commodum ad contrahendum, quantum sanitatis.*
Prælatus in mortis articulo contrahens dicitur vsuarius bonorum ecclesiæ, & non vsufructuarius.
3 *Confessio debiti facta in vita nocet hęredi, & in morte si iuretur.*
4 *Abbatis confessio gratuita in præiudicium monasterij nō tenet tanquam ambitiosa.*
Confessio prælati extra præiudicium ecclesię, an noceat, & quam habeat distinctionem.

VTrum quitatio facta per abbatissam sanctę Ma
riæ de Capua suo procuratori tempore infirmi
tatis dictæ abbatissæ, ex qua infirmitate mortua fuit,
valeat in præiudiciū monasterij. & abbatissę succes-
sitricis in dicto monasterio. Prima facie videbatur
q̄ dicta quitatio debebat esse valida dicto quondā
1 procuratori. † Quia confessio prælati ad liberandū
valet, & pręiudicat successori: vt no. in c. de Constan
tinopolitana. 22. distin. cum concordantijs, quæ ibi
allegabantur. In contrarium fuit votatum, & deci-
sum per sacrum consilium, scilicet quod dicta quita
tio non pręiudicat monasterio, nec abbatissę, quę
successit canonicè in abbatissatu, pro eo; quia facta
fuit tempore infirmitatis, de qua mortua fuit, &
sic licèt sit facta ad liberandum, fuit in mortis ar-
2 ticulo facta: † quo tempore prælatus dicitur vsua-
rius bonorum ecclesię, & non vsufructuarius. Et
sic non potest in morte, nec etiam confitendo in
pręiudicium ecclesiæ aliquid confiteri, iuxta ea, quę
notatur in c. pręsenti, de offic. ordin. lib. 6. quia di-
cta confessio, & quitatio satis habetur pro suspecta
eo respectu, q̄ est facta tempore mortis propter prę
iudicium successoris, & ecclesiæ, & pro hoc ego al-
legabam bonum tex. iuncta gl. in c. de his, de sepultu
ris. vbi actus factus in morte non præiudicat alteri,
de cuius præiudicio trāctatur. Secus si actus ille fa-
ctus esset in sanitate.

3 Hinc est, † quòd dicimus, quòd confessio debi
ti facta in vita nocet hæredi. C. de non numera. pe-
cu. l. generaliter. Sed in morte non nisi iurata: vt in
auth. q̄ obtinet. C. de prob. Ego vltra dicebā, quòd
illa confessio illius abbatissæ non potest nocere ec-
clesiæ, nec successori sine authoritate superioris, nisi
probetur veritas; vt dicit Fede. de Senis in cōsi. 143.
incipiente, concessio facta &c. quia per confessio-
nē non dabit monasterij, vt no. in c. cū in officijs,
de testamen. Et ideo Pau. de Cast. in 1. consi. inci-
4 piente, ego Paulus. tenet † quod confessio gratui-
ta abbatis non valet in præiudicium monasterij tā-
quam ambitiosa, per iura ibi per eum allegata. Et sic
mat dominus Abb. Sicu. in c. fin. de præscriptioni.
vbi extra iudicium confessio prælati non nocet ec-
clesiæ. Idem Io. And. in additio. Spec. in Rub. de re-
bus eccle. non alienan. si per illam confessionem de
uenitur ad alienationes bonorum immobilium. Iste
articulus, an cōfesso p̄lati noceat ecclesiæ, habet di
stinctionē magnam, de qua per Abb. in d. c. fin. & ibi
per Fel. & in c. edoceri. de rescrip. & per Io. And. in
c. fin. de solu. & per Ang. in consi. 145. & per Abb. Si
cul. in consi. 42. in 5. & 6. col. & per Petr. de Ancha.
in consi. 225. & per Ioan. Calde. in tit. de confessis.
colum. 5. Abb. in c. dilectus. de capel. mona. gloss. in
c. 2. in verbo conuentum. de testi. cum sim. & in alijs
locis, quæ omitto breuitatis causa. Fuit ergo iudica
tum, quòd nō obstante dicta quitatione dictus pro-
curatur det rationem, & reliqua restituet.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CLXVIII.

1 *Confessio prælati ad liberandum quando ecclesię pręiudi-*
ret; & quid si fuisset facta in iudicio contentiosę iuris-
dictionis.
2 *Confessio pręlati an pręiudicet ecclesia, quando prælatus*
asserit pretium conuersum in vtilitatem ecclesię; & an
isto casu ecclesia si est ipsa, petat restitutionem?
3 *Transactione facta per pręlatum, & capitulum an eccle-*
się pręiudicet prælatus sine capitulo; an remittat cadu-
citatem?
4 *Confessio facta per pręlatum tempore infirmitatis an nō*
ceat? quod non.
5 *Pręlati in articulo mortis ęquiparantur vsuario, in vita*
vsufructuarijs.
6 *Consuetudo Neapo. in scriptis redacta, & obtenta tem*
pore Papæ Alexan. in de anno 1181. quę vult, quòd
si clericus decedat à calendis Martij vsque ad calendas
Nouembris, omnes fructus beneficiorum sint sui, &
suorum hęredum, de quibus possint disponere pro libito
voluntatis; an stante ipsa consuetudine confessio præla-
ti ecclesia præiudicet, vel saltem confessio si non pręiudi
cet prælato: hęredibus pręlati pręiudicet.
7 *Confessio procuratoris an domino pręiudicet.*

1 QVòd confessio † prælati ad liberandum in fauorem
alicuius præiudicet ecclesiæ q̄n esset causa sufficiens
liberationis, & in iudicio contentiosæ iurisdictionis
fuisset facta pulchre. Ang. in consi. 245. quoniam omne da-
tum optimum. vbi etiam si ecclesia fuisset læsa, dari restitu-
tionem, in col. 4. hoc idem Rom. in consi. 389. paucis agam.
quando confessio facta fuisset à procuratore ab ecclesia cō
stituto in his quæ tendunt ad litis decisionem, ibi etiam de
confessione restricta. Pau. de Cast. in consi. 1. Ego Paulus 2.
& in consi. 293. num. 12. 2. volum. quę consilia intelligit Bar
ba. modo quo supra. in consi. 17. clementissimum Deum, 4.
volum. ibi etiam, quòd prælatus non potest res ecclesiæ ni-
si modo per ipsum expressō dare cōsanguineis, aliàs caro, &
sanguis reuelauit ei, prout inquit Bal. in l. tutor. §. quę tuto-
rib. ff. de susp. tuto. de quo etiam per Bertac. in trac. de episc.
in 4. par. 4. lib. q. 13. & 62. & de præfatis vt supra etiam per
per Soc. in consi. 15. visis prædictis, in verb. q̄ sola confessio
in versi. nec est verum. in 1. par. in consi. 29. nu. 10. 12. in ea-
dem parte, vbi etiam † de confessione pręlati dicentis mu-
2 tuum conuersum in vtilitatem ecclesiæ, quòd non præiu-
dicet, & per Abb. in consi. 87. Christi eiusque matris. 1. vol.
vbi q̄ ecclesia potest petere in integrum restitu. sed latius
per Dec. in consi. 474. viso instrumento, vbi quod quando
3 fuisset facta capitulariter, quod præiudicat † idē de transac-
&

& per Alex.in consi.106.perspectis his 2.vol.4.colum.& in
consi.79.circa primum.col. vlt. 1. vol. vbi quòd valet solus
prælatus remittere caducitatem.Cyn.in l.1.16.col.C.de cõ
fessis,Rota in deci.469.in titu.de confessis, in nouis, Fely.
in c.fi.nume.2.de præsc.vbi etiam quando confitetur vt te-
stis,& de alijs Aym.in consi.152.circa testamentum.num.7.
& si in casu proposito,vbi concludit,prælatum in quærendis
posse ecclesiæ præiudicare,de quo etiam per Cur.iunio. in
consi.145.num.22.24.26.Paris.in consi.3.nu.24.4.vol.om-
nes affirmantes confessionem prælati præiudicare ecclesiæ,
quando in iudicio contentiosę iurisdictionis. Item quando
cum capitulo capitulariter fieret secundum Deci.in d.con-
si.474.nume.6.item sine capitulo quando ipsum non habe-
ret,Rota vbi supra.Item in quærendis.Aym.in consi. præfa
to 152.nu.7.& cum alijs supra citatis,quæ etiam omnia mo
dificatur in casib.in quibus confessio prælati ecclesiæ fieret
præiudicium per hanc decis.nn. Affl. hic siue sacri † con-
4 silij, qñ talis confessio fuisset facta tempore infirmitatis
per ipsum prælatũ, tunc indistincte ecclesiæ nõ fieret præiu
dicium,ex quo prælati, quia habent administrationem, in
morte † æquiparantur vsuario, iux.glo. in cap. præsenti. de
5 offi.ordi.li.6.de qua per Ange.in d.consi.245. & si aliter re
ferantur per Alex.in l.diuortio.n.5.6.ff.sol.mat.& per Aod.
in c.1. hic finitur lex.§.his consequẽter. nu.19.qui declarat
indistincte,quòd clericus fructus beneficiorum non trans-
mittat ad hæredes † faciendo tamen mentionem de con-
6 suetudine Neapo.certa præscripta,circa fructus beneficiorũ
clerici decedentis,quam ego vidi nunc in scriptis redactã,
& obtentam tempore Papæ Alex.anno 1181.tempore Re-
gis Gulielmi, quæ vult, quòd si clericus decedat à calendis
Martij, vsque ad calendas Nouembr. quòd omnes fructus
beneficiorum sunt sui, & suorum hæredum, & ꝙ valeat di-
sponere cuiuscunque conditionis sint fructus ipsi,ex istis,qñ
ista consuetudo fuisset vera,posset inferri,confessionem prę
lati decedentis à calendis Martij præiudicare,ex quo cessat
ratio per Affl.hic allegata, quod æquipararetur vsuario,& sic
sit vsuarius in morte, ex quo põt de fructibus disponere, vt
supra.igitur dominus,& sic confessio præiudicat ecclesiæ,
vel saltem suis hæredibus,& sibi,quibus semper sua confes-
sio nocet,secundum Bal.in l.in contractib.§. sed quoniã,in
versi.quęrò quid de tutore,C.de non nu.pec.gl.in c.præsen
tium,in verb.conuentum.de test.in 6.vbi etiam habetur, ꝙ
magis statur confessioni prælati, quàm sindici in prædictis.
7 † de confessione vero procuratoris an dño præiudicet,vltra
adducta supra in deci.148.Felin.in c.1.de lit.contesta.Paris.
in consi.115.viso processu.num.16.cum seq.vbi requirit spe
ciale mandatum,vt domino præiudicet, & quando dicatur
facta confessio in iudicio contentiosæ iurisdictionis &c.
Cæsar Vrsil.

DECISIO CLXIX.

De in litem iurando propter contumaciam.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem an deferendum parti propter alte-rius contumaciam.*
2 *Iuramentum in litem non præstatur hæredi.*
3 *Iuramentum dandum est ei, qui scit veritatem.*
Probationis omne genus transit ad heredem, nisi priuilegium probationis per iuramentum.
4 *Iuramentum in litem vt possit deferri, quid requirat.* 6.
5 *Tutor iurare in litem volens in causa pupilli admittitur.*
Tutor & prelatus ecclesie an equiparentur, & in quibus.
7 *Affectio non cadit in quantitatem.*
8 *Iuramentum in litem datur legis authoritate.*
9 *Decisio Consilij noua vim habet legis.*

IN dicta causa post dictam sententiam latam con-
tra dictum procuratorem fuit excitatum, quoniã
procurator prædictus fuit contumax in ponendo ra
tionẽ,& abbatissa quæ successit in abbatissatu petit
cũ instantia sibi deferri iuramentum in litem con-
1 tra dictũ procuratorẽ: † si dictę abbatissæ,sit dandũ
iuramentũ in litẽ ob dictã cõtumaciã procuratoris
non ponentis rõnẽ iuxta condemnationẽ sñiæ sacri
Consilij. Dicebat dominus Carolus de Rogerijs,ex
quo tractat de fructibus perceptis,& assignatis per
dictũ procuratorẽ abbatissæ præteritæ,& ista succes
sitrix abbatissa non põt verisimiliter habere noti-
tiam de annis præteritis tempore abbatissæ nouissi
mæ prædefunctæ, quæ quitauerat d. procuratorẽ,
vt in præcedenti decisione.Ideo non potest succes-
sitrici abbatissę deferri iurm. Et ꝓ hoc allegabat gl.
2 in l.in bonęfidei.C.de iureiur. † vbi tale iurm in litẽ
non præstatur hæredi,& patet hoc in l.generaliter.
C.eo.ti.quia hęres non nouit veritatẽ: quia factum
erat alienum,ẽt si dicat,ꝙ ꝑ famã scit: quia ista noti
tia non est notitia quantum ad istũ effectũ: vt dicit
gl.& Bal.in d.l.in bonæfidei.& Inn.in c.cũ causam,
de iuram.calum.& firmant doc.in l.admonẽdi.ff.de
iureiuran. & in c.fi.de successio.ab intest.Ideo dicit
3 Bar. † ꝙ iuramentum dandum est ei, qui scit verita
tẽ,in l.1.§ pęna.ff.de libe.agno.& doct.in d.l.in bo-
næfidei.& in d.l.admonendi.& Pau.de Cast.in con
si.87.Et hanc conclusionẽ, scilicet ꝙ iuramentum
istud non est dandum hæredi,firmat Bal.in l.ait prę
tor.circa prin.ff.de iureiu.& Lud. ibi in §. iurari.&
in l.non erit.eo.ti.& hoc per tex.in d.l.gñaliter. Idẽ
voluit Bal.in d.l.a.de condi.indebit.vbi dicit,quòd
omne genus probationis transit ad hæredem, nisi
priuilegium probationis per iuramentum; debet er
4 go concurrere habilitas personæ iurantis † vt pos-
sit deferri iuramentum in litem,vt dicit Bar.in l. in
actionibus.in 3.col.versi.quartò,& vltimò.ff. de in
litẽ iurand.in ista abbatissa non est habilitas perso-
næ: quia verisimiliter non põt habere notitiam fa-
cti alieni,scilicet abbatissæ suæ prædecessoris: ergo
non potest ei deferri iuramentum in litem.

Sed dicebat dominus Iacobus de Iello,in contra
rium,non habemus,ꝙ tutor volens iurare in litem
in causa pupilli debet admitti; vt est tex. in l. videa-
5 mus.ff.de in litem iur. † & tutor,& prælatus eccle-
siæ per gl.æquiparantur quò ad quid, vt ipsa dicit
in c.fina.4.q.3.& alia glo.in verbo,iure.in c.audi-
tis.de resti.in integrum.Cum igitur ista abbatissa
cum maxima instantia petit sibi iuramentum in li-
tem deferri à sacro Consilio,præsumendum est de
ista abbatissa religiosa, quòd iurabit de eo quod
scit. Ideo sibi deferendum est iuramẽtum in litẽ.
Nam Bar.& doct.in l.in actionibus ff.de lit.iuran-
do.in 2.col.expressè dicit, ꝙ si res non restituitur
ad mandatũ iudicis,seu eius præceptũ,dicitur arbi-
6 trarie, † vt iudex habeat potestatem deferendi iura
mentum in litem.per l.qui restituere.in fi. ff.de rei
vendica.& sequitur ibi Alexand.in dicta l. in actio-
nib.in 3.col.vbi allegat multos doct.sequentes Sed
iste procurator iam fuit condemnatus ad ponendũ
rationem.ergo cum non ipsam posuit ad mandatũ
iudicis,debet dari iuramentum in litem contra eũ:
sicut dicitur in tutore non ponente rationem, vt cõ

tra

tra eũ iuretur in litẽ.l.1.§.officio.ff. de tut.& ratio.
distra.Nec ob.ꝙ ista abbatissa est successitrix in di-
cto abbatissatu:quia ex quo monasteriũ patitur dam
num ex dolo,& contumacia procuratoris in nõ red
dendo rationem,ad quam est condemnatus:& ipsa
est canonice creata abbatissa monasterij, põt ipsa, ꝗ
habet scientiá introitũ, & exituum monasterij iu-
7 rare nõ de affectione: † quia in quantitate nõ cadit
affectio,vt in l.nummis. ff. de in litẽ iurand. sed de
veritate,quod locũ hẽt;quia cõcurrit difficultas pro
bationis,s.pp rationem nõ redditam: vt dicit Alex.
in 2.vol.cons.196.in 4.col.quo casu põt sibi defer
ri iurm̃ in litem:vt bene cõcludit Pau.de Cast.post
Ang.in l.fi.§.hoc iudiciũ.ff.ne quis eũ qui in ius vo
ca.est.& ibi per Alex.vbi hæredi dolũ passo põt da
8 ri iurm̃ in litẽ:quia † hoc iurm̃ datur legis auctorita
te.Itẽ quia vbi hæres põt habere notitiá veram, põt
sibi deferri ẽt iurm̃ decisiuum:vt dicit ibi Alex.& tã
to fortius huic abbatissæ; quę dicit velle iurare de
veritate;& est fęmina illustris,& timoratę cõscien-
tię.Satis totum Consilium laborauit,si posset parti-
cularis dec.inueniri.& successori in beneficijs eccle
siasticis de facto ppe sui pręcessoris possunt,vel nõ
9 possit iurm̃ in litẽ petitũ per iudicẽ deferri † tamẽ
quia particularis decisio de hoc non potuit reperiri
per dicta iura,fuit decisum,& sniatum,quòd desera
tur dicta abbatissa iuramentum in litẽ, arbitran-
dum arbitrio sacri Consilij. per nota in d.l.videa-
mus.§.iurare.ff.de in litem iurando.Et quia ista est
noua decisio sacri Consilij, quæ habet vim legis, &
sic facitius;vt dicit Bal.in l.fi.C.de legibus.& Alex.
in l.1.in 5.col ff.de ferijs.Abb.in c.in causis, de re
iud.And.de Iser.in c.1.§.præterea,de c.Contra.ideo
dic, quòd notarius Marinus Ruta magister actorũ
sacri Consilij habet dictum processum,& sententiá.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXIX.

1 *De facto alieno an deferatur alicui iuramentum in litem, & quid si esset pater.*
in l. a. ff. vi bo. rap. & ibi allegat alias quotas, vbi ibi
per eum. fuit ergo liberata dicta mulier. ex voto sa-
cri consilij à carceribus præstita fideiussione de se
præsentando toties quoties pro crimine adulterij,
& procedatur, prout iuris fuerit.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CLXXVI.

1 *De crimine, quis fuit incidenter confessus, non põt puniri, sed debet de nouo inquiri, nisi fuisset ei annexum.*
2 *Confessio incidenter facta in iudicio summario an probet in plenario.*
3 *Quanta vis sit confessionis.*

4 *Adulterij accusatio an procedat marito inuito, & an vxor accuset maritum de adulterio?*

2 CVm hac decisione, quòd de crimine † quod quis fuit incidenter confessus, non possit puniri, sed noua debeat fieri inquisitio, concor. Lucas de penna in l. 1. C. de mu ne. lib. 12. circa finem. vbi limitat, nisi fuisset aliquis famosus, qui de multis inquireretur. istud etiam sequitur Felin. in c. 1. de ex ceptio. vbi citat Bald. in d. l. mercalem. & limitat etiam, nisi crimen fuisset connexum, alijsque modis declarat, & respõdendo ad illud quod hic dicitur, quòd stante confessione, quod iste debeat puniri, ex quo confessio facit notorium, vbi ample declarat, quando crimen constat per viam exceptionis, an debeat puniri? de quo etiam per Ruinum in consi. 80. volum. 4. & latius per Aret. in Instit. de exceptio. colum. 2. in prin & sunt etiam concor. infra in decisi. 372. vbi signatur casus, quòd ex confessione incidenter facta possit sequi condemnatio. Quæ tamen licèt sint vera, vt supra, quòd ex confessione incidenter fa-
2 cta non possit sequi condemnatio, tamen † confessio facta in iudicio summario, probat in iudicio ordinario secũdum Hyppo. qui concor. citat in singu. 257. nemo audiendus, quę
3 limitat in crimine falsi idem Hyp. in singu. 580. † quanta autem sit vis confessionis, declarat melius post Ias. in c. cum te, la ij. C. de transac. quam alibi legerim, Aymo. in consi. 61. domi. Anto. num. 4. & 272. magister Ioannes. num. 4. vbi ait, confessionem maiorem potentiam habere omni probatione scripturæ, & instrumenti, & ex inordinato processu sequitur condemnatio Hyp. sing. 201. Inconfessum, vbi limitat, quando confessio fuisset obtenta sub spe veniæ à delinquente. Conuenit Gram. in q. 3. post suas decis. consilij, & rursus confessio quos effectus pariat. And. in rub. 3. lib. ex quib. cau. feu. ami. vbi quod si dominus ageret, vas. confiteretur feudum deditum, præiudicat. ibi etiam consonantes de confessionib. declarat etiam Corse. in sing. in verb. confessio, idem Cotta in eodem verbo confessio. sed hic
4 quæritur † an hęc mulier poterat de adulterio accusari inuito marito? quòd non, Fulg. quem non citat Gram. in decis. 1. allegãda in consi. 136. in causa contra, quæ videtur dicere Gram. ipse in decis. 31. & hoc maximè quando fuit prius facta accusatio à marito ex dictis And. & Affl. in consti. reg. legum asperitate, in finalibus verbis, sed melius videtur fundare intentionem Fulg. in d. consi. maxime quia per constitutionem regni, qui post crimen, in 3. libro, maritus si postquam instituit de adulterio querelam, vxorem acceperit, vltra non poterit suscitare querelam adulterij. Cogitabis, in prædictis vide Bolog. in consi. 13. qui videtur cum d. constit. regni concordare, quod si maritus post querelam adulterij expositam cognouit vxorem. quòd amplius non accusat, vbi etiam si marito accusanti vxorem de adulterio possit obijci exceptio venenationis, illud autem est verum in prædictis, quod uxor non accusat uirum de adulterio l. 1. C. de adulterijs. & habui de facto in mag. curia Vicariæ in quadam causa cuiusdam mei compatris, cuius nomen honestatis causa sileo. Cæsar Vrsil.

DECISIO CLXXVII.

De expensis pro examinatione absentis tanquam principalis.

SVMMARIVM.

1 *Principalis examinandus expensis suis procuratore suo relicto.*
Absentia vnius litigatorum alteri nocere non debet.
2 *Principalis licèt procuratorem reliquerit, quando per iudicem mandari possit ad personaliter veniendum.*
3 *Expensę per quem veniant soluenda in examine absentis.*

NObilis quidam litigabat in Consilio super re merè ciuili, & suum constituit procuratorem, dato termino ad probandum dictus nobilis se absentauit pro suis familiarib. negotijs. pars altera petit, q illc nobilis examinetur cũ iuro tanquam principalis. dicit suus procurator, q ipse, qui hoc petit, soluat expensas pro examinatore. dicit altera pars, q expẽsis ipsius nobilis debet fieri ipsa examinatio.
1 † quæritur quid iuris? Fuit per omnes dominos de Consilio decretum, q expensis ipsius nobilis absentia debeat ipse examinari, vt principalis: vt in proprijs terminis dicit Pet. de Anch. in c. statutũ. §. insuper. de rescriptis, in sexto, quia per absentiam vnius ex litigatoribus non debet effici alterius conditio deterior, vt in l. 2. ff. quibus ex cau. in poss. ea-
2 tur. Bar. in l. si actor, ff. de proc. dicit, † q si principalis in iudicio est interrogandus tanquam melius sciens veritatem, quàm procurator, tunc iudex põt ei facere mandatum, q personaliter veniat, vel debet mitti ad domum, vbi est: sed non dicit cuius expensis, Sed bene vltra Pet. de Anch. hoc idem dicit Ang. post Guil. de Cun. in d. l. actor. Idem Dy. ff. ad Treb. l. sed sciendum. hoc bene firmat Alb. de Ros. in d. l. actor, qui arguit ad partes: & postea cõcludit, q expensis absentis debet ipse deponere. Idem clarius firmat Bal. in d. l. actor. allegans d. l. 2. §. defendi. vbi est gl. or. & ibi Bar. ff. ex quib cau. in poss. ea.
3 & per consequens † non veniunt restituendæ per succumbentem in ipsa causa absenti, vel eius procuratori, qui forte vinceret in causa: quia ex causa suæ absentiæ factę fuerunt, quod est menti tenendum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXXVII.

1 *Quòd expensis absentis debeat fieri examen principalis, quæ an procedant, quando principalis debet interrogari, si vult vti testibus.*
2 *Quando aliquid debeat fieri in omni negotio sumptibus petentis.*
3 *Principalis quando non vult deponere, an possit carcerari.*
4 *Copia mandati non debet dari expensis pupilli, ecclesię, & vniuersitatis.*
5 *Quando à tutore petuntur solennia, an sat ei dicere, vbi sunt solennia ipsa producta, & qualiter fiat examen principalis absentis.*

1 COncluditur hic, quòd expensis † absentis fit examen principalis, & hoc ne absentia absentis fiat deterior conditio præsentis, considera si ista possint procedere, quando principalis debet interrogari, si intẽdit vti testibus iuxta pragmaticam testem falsum, & quod non uidetur, quia non militant eędem rationes, & nota quia cum dictis in hac decisione conuenit hic Afflic. in constitutione Regni aduocatos colum. 3. Capella Tolo. 100. & 272. Felin.
2 in c. 1. de lib. obla. qui dat regulam, & limitationes † quando quis petit aliquid fieri, si sumptibus petentis est faciendum, & sunt aliæ concor. per Ias. in l. ad egregias. ff. de iureiur. & si principalis non uult deponere, quod possit carcerari, declarat Pan. de Cast. in l. sed hæ. §. defenden-
3 dæ. ff. de procur. † & nota hic unum, quod licet alias habeatur, quod debeat dari copia mandati expensis procuratoris.

curatoris. Cle. causa, de electio. cum alijs plenè coaceruatis
per Cassan. in consuet. Burg. fol. 359. nu. 2. quod tamen istud fallit in
pupillo, vniuersitate, & ecclesia, qui pro alijs comparere nō
valens: nam si à prædictis petatur copia mandati & solen-
nium, non debet dari sumptibus prædictarum personarum
4 priuilegiatarum, † sed satis est in casibus prædictis dare co-
piam habēdi, secundum Albericum in d. l. 2. §. potestatem.
ff. ex quib. cau. in posse. ea. quæ considera, si possunt applicari,
quando peteretur, quod syndicus absens, vel œconomus haberēt de-
ponere ex prædictis suprà allegatis, & nota quod ex his sum-
ptam vidi in curijs duplicem praxim. 1. quando in personis nō pri-
uilegiatis petitur, quod principalis absens deponat et tertiā, pars
quæ petit talem depositionem fieri tenetur expedire lite-
ras commissionales in partibus suis sumptibus, & procurator
absentis sua pecunia, & expensis facit suum principalem de-
ponere in partib. destinatis, & postea præsentat examen
clausum coram actuario causæ, secunda practica est, quod
5 † quando est conuentus pupillus, & petitur à tutore de so-
lennibus doceri, quod satis sit ipsi tutori dicere, vbi sunt solem-
nia, vel potestatem scribendi facere, per dictam doc. Alb. &
Ang. in d. §. potestatem. vbi hoc etiam notat mag. D. Nico
laus Maiorana, dominus, & præceptor meus &c.
Cæsar Vrsil.

DECISIO CLXXVIII.

De successione filiorum in bonis maternis.

SVMMARIVM.

1 *Successio filiorum in bonis maternis qualiter procedat.*
2 *Parentum appellatione veniunt pater, & mater.*
3 *Renunciatio generalis bonorum paternorum, & mater- norum per filiam facta non includit legitima, nisi expres- se numerauerit.*
4 *Soror quæ renunciauit bonis paternis, & maternis, non videtur bonis fraternis renunciasse.*
5 *Decretum iuri dicendi nullum quanto tempore præscri- batur.*
6 *Clausula, liceat propria authoritate bona capere, operatur quòd decretum dici non possit nullū defectu citationis.*
7 *Notorium inter partes & non iudici, non impedit senten tiæ prolationem.*
8 *Decretum non est nullum, si erratum est in æstimatione rei, secus si erratum in debito.*
9 *Scriptura minus solennis probat semiplenè.*
10 *Processus minus solennis cuius probationis sit.*
Confessio facta coram arbitris facit fidem coram iudice.
11 *Emptor ob titulum, & possessionē habente per longa tē pora an sit in mala fide, si fama est, quòd res sit ecclesiæ.*
Fama sæpe à veritate discordat, & magis pro ipso quàm pro titulo præsumitur.
12 *Iudex est vir bonus.*
Tempus longissimum malam fidem euacuat.
13 *Intellectus ad legem fi. C. de dotis promissio.*
14 *Bona fides debet concurrere, & allegati cum titulo præ- scribere volentis.*
Bona fides non præsumitur, si non allegatur.
15 *Bona fides an possit tempore disputationis allegari.*
Bona fides non alleganda iudice in causa ciuili iudicante, & ex præsumptione non allegata.

IN causa filiorum, & hæredum Iesuæ Vulcani de
Surrento contigit in sacro Consilio de plurib. du-
bitari. Et primò ex quo cōtractu matrimonio inter
Paulū Vulcanum, & Catharinam de Alanco, à qua
habuit dotes vnciarum 80. in pecunia, & iocalibus,
& vnciarū 30. in quadam terra per Issaliā, secundùm
consuet. nobilium ciuitatis Neap. vt apparet per in
strumentum dotale cum omnibus clausulis consue
tis. Et ex dicto matrimonio nati fuerunt tres filij:
videlicet Phil. Iac. mutus, & Priscida. Et postea mor
tua fuit dicta Catharina superstite dicto marito, &
dictis tribus filijs. Quæritur modò, in dictis dotib.
maternis an succedant filij, vel solum succedāt filij
masculi cum onere dotandi de bonis maternis ip-
1 sam Priscidam. † Super hoc dubio fuit conclusum,
quod sicut in bonis paternis filius masculus præfertur
filiæ fœminæ in successione, dum tamen sororem
maritet secundùm paragium, vt in constitutio. Re-
gni, in aliquibus. ita in bonis maternis masculus præ
fertur sorori in successione bonorum maternorū,
dummodò sororē maritet, & dotet secundùm para
2 giū: quia dicta constitutio dicit, parentum, † & sic
intelligitur de patre, & matre: vt dicit And. in dicta
constitutione, in prin. in verbo, parentum, & hoc
est verū, quando apparet, sic fuisse interpretatam di
ctam constitutionem per consuetudinem: aliàs si
non appareret de dicta consuetudine, filius mascu-
lus, & filia fœmina pariter succedunt in bonis ma-
ternis, & in hac conclusione residet And. in d. con-
sti. in 8. & 9. col. versi. sed nunquid filius præferatur
in successione bonorum maternorum &c. Vnde cū
appareat consuetudo Neap. in scriptis redacta, quæ
incipit. si moriatur aliquis, vel aliqua quæ vult, quod si
moritur mater superstitibus filijs masculis, & fœ-
minis, masculi succedunt, sed tenentur ipsam mari-
tare secundùm paragium; sequitur, quod dicta Priscida
non succedebat matri propter existentiam dictorū
3 masculorū. Et ita fuit votatum per Consilium. † Se-
cundò in d. cā dubitatur. pone quod ista Priscida post
mortem matris fuit maritata à patre, qui ipsam do-
tauit de paragio, & ipsa renunciauit patri, & eius hæ
redibus bonis paternis, & maternis. nunquid vide-
tur ipsa renunciasse patri, postquam non succedit
propter existentiam filiorum masculorum, & fuit cō
clusum, quòd ex quo reperitur ista filia maritatā, &
dotata à patre, licet renunciauerit bonis paternis, &
maternis, non dicendo expressè legitimæ, quòd nō
videtur renunciasse legitimæ per illam generalem
renunciationem, vt dicūt Gui. de Cun. Bal. & Ang.
in l. de his, de transf. & firmat Neap. in consuet. con
tra instrumen. in gl. in verbo, solutum, & Alexand.
de Imo. in 1. volum. consi. 69. quod incipit, Pet. de
Rod. Sed aliud ius in bonis maternis non compete
bat filiæ propter existentiam masculorum: ergo il-
lis renunciatio nihil operatur. Et ita fuit decisum
4 in Consilio. † Tertiò dubitatur, vtrum mortuis
illis fratribus vtrinque cōiunctis dicta Priscida pos
sit eis succedere in dotib. maternis, posito sine præ
iudicio veritatis, quod illa renunciatio bonorum pa
ternorum, & maternorum facta patri, & eius hære
dibus valeat, possit dictis fratribus succedere in di-
ctis dotib. maternis. Et certè nulli dubium fuit, quòd
soror, quæ renunciauit bonis paternis, & maternis,
non videtur renunciasse bonis fraternis, vt firmat
Lucas de Penna in l. 1. C. quando. & quib. quarta pars
debetur, Bal. in l. pactum, C. de coll. & in l. si tibi. ff.
de

de paćt.& bene hoc firmat Alex.in l.1.§.veteres,in vlt.char.ff.de acq poss.vbi allegat multas quotas, & sic ista soror potuit succedere fratrib.in dote mater
5 na.Et ita fuit votatum per totum Consiliũ. † quartò dubitatur,ex quo d.Priscida post mortem dicto rum suorũ fratrum vigore instri dotalis matris suæ volēs sibi satisfieri de dotib.maternis prædictis,cœpit possessionē cuiusdam terræ sitæ in ciuitate Massæ,in loco Vilazani iuxta suos fines.Et adiuit curiã baiulorum ciuitatis Surrenti,& obtinuit decretum adiudicationis dictę terræ pro ea quãtitate, qua appretiabitur d. terra,ꝗ postea fuit appretiata vncijs 85.& post hęc d.terra fuit tēta & possessa à dicta Priscida,& ab habentibus cãm ab ea vltra an. 35. Vtrũ dicti agentes possint dicere dictũ decretum nullũ? Et fuit conclusum,ꝙ non licēt dictis agentib.dicere dictũ decretum nullum obstante cursu 35.annorum:quia tanto tpe præscribitur iuri dicendi nullum:vt dicit Spec.in tit.de sent.§.iuxta.versi.fi.per viam principalis petitionis , prout dixerũt dicti agētet.Secus per viam exceptionis,vt concludit, multum egregiè Philippus in c.dilecto.septima columna,versi.quintò quæritur.not.in l.sicut. C.de præscriptio.triginta , vel quadraginta annorum,& in cap.in nostra.de procur.Et sic fuit appũctatum per
6 totum Consilium.† Quintò dubitatur posito sine præiudicio veritatis, quòd licuisset non obstante cursu tpis prædicti opponere de nullitate.Vtrum dictum decretum potuit dici nullum,ex eo,ꝙ hæredes dicti Pauli non fuerunt in eo citati super dicta adiudicatione.Ego dixi,ꝙ non potest dici nullum, quia instrm dotale dicebat , ꝙ liceret propria authoritate capere bona dicti Pau.dictæ Catharinę,& eius heredibus,& insolutum retinere pro dicta quãtitate dotium,& sic non erat faciēdum nisi appretiũ dictę terræ;quod factũ fuit,vt supra. sed non apparet de citatione hæredũ ipsis Pauli in apprerio : sed ex hoc non potest dici nullum : quia dicti hæredes non poterant cantradicere, ꝙ non fieret appretiũ, ex quo notorium erat, ꝙ non poterant illi hęredes Pauli hoc denegare, & sic non requirebatur citatio, vt dicit Bar.in l.1.§.quod de frumentaria.cum si.de
7 adminiſt.rerum ad ciuit.pert.† Item posset dici,ꝙ minus fuit dicta terra appretiata: & ideo debebant citari heredes dicti Pauli,per no.per Bart.in l.à diuo Pio.§.si pign. ff.de re iudic.ad hoc posset responderi,ꝙ similiter notorium est, quòd dicta terra nõ erat tanti valoris,quantum erant dictæ dotes , prout etiam hodie dicta terra non est tanti valoris,quã tum sunt dotes,vt constat ex processu,vnde ex hoc non potest dici appretium nullum vigore nulli decreti adiudicationis[illegible] illa adiudicatio est potius declaratio adiudicationis propter pactum,vt posset sibi in solutum retineri tantum de bonis debitoris, ꝙ possit sibi satisfieri de debito;& pro hoc facit dictum Innoc.in cap.tua.de coha.cle.& mulie. vbi dicit,ꝙ si iudici non fuit factũ notoriũ, & iudex fecit sententiam,antequam probetur,ꝙ factum sit notorium, si.tamen in rei veritate factum sit notoriũ, licēt iudici non sit,valet sententia.vt firmant do.de Rot.in decisi.anti.char. 44.in 3. col. in parua impressione.
8 † Allegatur etiam nullitas decreti baiulorum ex alio capite:quia dicitur,ꝙ plus debito fuit dicta terra adiudicata:vt in l.si non sortem.§.si cētum.ff. de condi.indeb.per Bar.& doct.Sed ad hoc responde tur.prout dicit Io.Petrucij ibi. & idem Mod. Papi. ibi dicentes,ꝙ si in æstimatione est erratum,decretum nõ est nullum,& valet pro rata debiti. secus ꝗñ esset erratum in debito . Hoc fuit originale dictum Bal.in c.quoniã frequenter,§.finautem. in 1. col.vt lite non conte. Idem voluerunt Pau.de Cast. & Alex.in d §.si centum.

Præterea non habet locum regula d.§.si centum. quando virtute Pacti executiui quis possedit, & recepit in solutum,per tex.in l.1.§. si duę,2.respon.ff. quorum leg.vt dicit Franc.de Are.in l.1.§.penul.5. colum.ff.de verb.oblig.

9 † Sextò maximè fuit dubitatum , vtrum sit legitimè probatum,ꝙ dicta Priscida filia dicti Pauli renũciauit bonis paternis, & maternis dicto Paulo , & eius hæred ex quo producitur quædam charta papyrea quæ dicit,ꝙ est sumpta ex quodam protocollo vbi mortui sunt iudex, notarius,& testes . certe ista charta non probat,nisi semiplenè:vt dicit Cyn.in l. contractus,de fide instr.Sed in Regno per constitu. Regni,instr. robur. crediderunt omnes domini,ꝙ non probat . Sed ad coadiuandum dictam chartam fuit adducta quędam confessio facta per dictã Priscidam in processu arbitrorum:in qua confitebatur se renunciasse patri, & eius hæredibus bonis paternis,& maternis.Sed quia contra talem confessionem multa fuerunt opposita.Et signanter, ꝙ processus , vbi est dicta confessio, non est productus
10 in forma probante ; quia non † habet subscriptionem arbitrorum , & actorum notarij: vt dicit Pau. de Cast.in l.si.C.de testi.Item quia non apparet, ꝙ talis confessio in processu arbitrorum sit facta parte præsente , vel coram ipsis arbitris, & propterea habetur vt cõfessio extra iudicium vt no. Cy.in l.1.C.de confessis.& firmat Alex.in 2.vol.consi.13.

Septimò fuit dubitatum,vtrum cõfessio facta coram arbitri s faciat fidem coram iudice? & conclusum fuit,ꝙ sic,per l. pe. in fin.C.de arbit. & firmat Abb.in c.præsentata.in 1.col.de testib.sed intelligitur,vt valeat vt extraiudicialis,secundùm Cy.in l.1. C.de confessis.& Io.And.& do.Ant.in d.c.præsentata.& idem Ant.de But.in c. Quintauallis.vers. 14. differentia.de iureiur.sed Ioan.de Imo.in d. c. præsentata. tenet,quòd valet vt iudicialis.

Tamen domini votauerunt,ꝙ dicta cõfessio probat cotã iudice vt extra iudicium,& maximè quando illi essent arbitri,& arbitratores,& non apparet, ꝙ processerint vt arbitri,sed vt arbitratores.

11 † Octauò dubitatur,vtrum isti, qui habuerunt causam à dicta Priscida,qui sunt conuenti ab hęredibus dictę Iesuæ possunt dici, ꝙ fuerunt in mala fide pro eo,quia dictus Iesua denunciauit eis ꝙ non emerent;quia dicta terra spectabat ad eum , & hoc non obstante ipsi emerunt,sic possunt dici malæ fidei possessores. Allegabatur per aduocatũ conuētorum,ꝙ sunt pro hoc malæ fidei possessores,per tex. & gl.in l.si fundũ.C.de rei vend.Sed ad hoc fuit risum per id,ꝙ dicit Bal.in c.vigilanti.de præscrip.vbi dicit,ꝙ si emi ab eo,qui titulũ habet, & possedit lõgissimo tempore; tñ est pubbca fama,ꝙ res illa est

ecclesiæ, per hoc non dicor habere malam fidem; quia fama sæpe à veritate discordat, & magis præsumitur pro titulo, quàm pro ipsa; nec tenetur credere, nisi quod credit bonus vir, i. iudex: quia in facto alieno non debet credere nisi probationibus. iō nec ex vno teste debeo habere conscientiam læsam; & di
12 cit † ita tenuisse magnū Iuristam, & de isto d. Bal. fuit memor Fely. in c. si diligenti. in 3. col. de p̄scrip. Cùm igitur isti conuenti, qui emerunt ab illa Prisci da, viderunt instrm̄ dotale matris post mortem fratrum, decretū curiæ baiulorū super dicta adiudicatione, meritò non crediderunt dictæ denunciationi; & bona fide dicuntur emisse: posito q̄ in aliquo errauerunt siue in facto, siue in iure, attenta longissima eorū possessione, non possunt dici in mala fide p ea, quæ habent in c. de quarta. per Fely. de p̄scrip.

Nonum dubium fuit, vtrum dispositio l. fi. C. de dotis promissio, quæ vult, q̄ si pater dedit dotem pro filia, & instrumento dotali dicatur, q̄ ipsam dotat de bonis p̄rnis, & maternis, & non expressit in specie quantum dabat de bonis paternis, & quantum de bonis maternis, quòd non præsumitur pro medietate de bonis maternis.
13 Sed † præsumitur totū dedisse de bonis patris, si substantia patris sufficit, habeat locū, si filia renūciauit, qn̄ fuit maritata à patre bonis p̄rnis, & m̄rnis.

Fuit conclusum, q̄ dispositio d. l. fi. hēt locum in dicta renunciatione, & pro hoc allegatur Pet. de Ancha. in c. quamuis. de pac. lib. 6. & tenent doct. mod. in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verbo. obl.

Decimū, & vltimū dubium est, ex quo isti conuēti allegauerūt se emisse, & possedisse vltra 30. annos dictam terram: & ideo opposuerunt exceptionem præscriptionis, nō tn̄ in processu dixerunt se bona fide possedisse. Vtrū requiratur ad præscriptionē perficiendā, q̄ allegēt bonā fidē: & si non allegent, non dicitur fundata præscriptio. Et vtrum talis allegatio possit fieri post conclusionem in causa.
14 † Fuit per omnes Dominos conclusum, q̄ licèt appareat de titulo præscribere volentis; tn̄ debet allegare bonā fidē, & ista bona fides p̄sumitur ex titulo, aliàs si non allegatur, non præsumitur. hoc voluit Bal. in c. si quis per 30. si de feu. fue. contro. inter dominū, & agna. & in l. super longi. in 3. col. C. de præscrip. long. tem. per l. si adulterium cū incestu. §. idē Pollioni. ff. de adult. hoc tenuit Alex. in 2. vol. consi. 76. 2. col. & in consi. 136. & in 6. col. & in 3. vol. consi. 69. 3. col. & Fel. multa ad hoc allegat in c. cum ordinem. de præscr. & Alex. in l. à diuo Pio. §. si super, ff. de re iudic. Licet Archi. teneat contrarium in c. episcopum, de præben. lib. 6. & Abb. Sicu. in c. fi. de præscrip. quorum opi. non tenetur, vt videri potest per Alex. in d. §. si super. Et sacrū Consilium totum conclusit, q̄ bona fides debet allegari. Sed in facto
15 isto non fuit allegata. † Fuit habitū studium si pōt allegari tempore disputationis. Et inuenimus Ant. de But. & Io. de Imo. in c. perueni. de empt. & vend. vbi tenet, q̄ talis allegatio bonæ fidei potest allegari post cōclusum tempore disputationis, hoc firmauit Alex. de Imo. l. vnica, 2. col. C vt quæ desunt. & pro hoc facit id, quod dicit Barto. in l. cum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. oblig.

Alia præsumptio, q̄ bona fides non oportet, q̄ allegetur, ex quo iudex pōt in causa ciuili iudicare ex præsumptione non allegata: vt est tex. in c. afferte de præsumpt. & istum tex. ad hoc allegat Abb. Sic. in repe. c. ecclesia sanctæ Mariæ 3. col. de consti. Et cū ista decisione fuit ista causa decisa. & confirmata prima snia sacri Consilij; & impositū perpetuū silentium dictis actoribus per diffinitiuam sententiam sacri Consilij.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXXVIII.

1 *Oportet probare consuetudinem sic esse, vt filia excludatur à bonis maternis.*
2 *Per renunciationem generalem an videatur renunciatum iuri legitimæ.*
3 *Soror, quæ renunciauit bonis paternis & maternis, non excluditur à fraternis post aditam hæreditatem patris; quæ vera nisi communis vsus loquendi aliter se haberet.*
4 *Renunciatio non nocet, si est facta extraneo de non succedendo, si non interuenit assensus illius, cui est facta renunciatio.*
5 *Iurisdicendi excep. de nullitate quo tempore præscribatur.*
6 *Quando in appellatione videatur dictum de nullitate principaliter, vel incidenter, in tantum quòd causa nullitatis finiatur cum appellatione.*
7 *Licèt à sententia expertorum possit quandocunq; appellari, tamen si semel fuerit appellatum, currunt fatalia.*
8 *Quando quis notorie est rebellis, dominus concedit rem absque alia citatione.*
9 *Quando datio insolutum fuit facta plus debito, decretum nullum qualiter intelligatur.*
10 *Scriptura existens in prothocollo in Regno quam fidem facit.*
11 *Confessio facta coram arbitro de re ad arbitrum non pertinente an præiudicet.*
12 *Dicto alicuius dicentis rem esse suam, an quis teneatur credere, intantum quòd causetur mala fides.*
13 *Filia dotata à patre de bonis paternis & maternis, quæ renunciauit, quòd videatur de omnibus bonis dotata, & quid in fratre administrante bona, siue extraneo.*
14 *Frater an teneatur excomputare dotem datam à patre filiæ suæ, quando diuidit bona paterna cum fratribus.*
15 *Frater qui maritat sororem & ei dedit minorem dotem, quàm pater ei reliquit in testamento, filia agit ad reliquum.*
16 *Bona fides potest allegari etiam in iniurium allegationibus.*
17 *Statutum requirens bonam fidem, non sufficit allegare, sed debet probari. Item præscriptio impium refugium.*

1 CONcluditur hic, quòd † oportet probare consuetudinem ad hoc vt filia dotata excludatur à bonis maternis, alias ipsa filia admitteretur æqualiter cum fratre in bonis ipsis maternis. secus est Neap. quia cōsuetudo est in scriptis de illis insti. de success. ab intesta. in 1. consue. quomodo autem probetur ista consuetudo, declarant And. & Afflicti d. cuotis. in aliquibus. vbi concludunt saltem filiam habere legitimam in bonis maternis, ad quæ vide Siluam nupt. fol. 75. quæ dicit, quod filia dotata a patre non excluditur a bonis maternis, nisi pater, & mater simul dotent, & filia renunciet, vbi innumeros docto. citando docet sic fieri debere, dando in prædictis cautelam, vt filia à maternis bonis excludatur.

Circa

2 Circa secundum † quòd per renunciationem genera-
lem non videatur renunciatum iuri legitimę, are.in insti.
dnact.§.item de peculio. Guido Papa decis. 93. pater in te-
stamento. Decius in consi.26 & pro tenui,nume.3.& in cō
si.89.viso puncto, circa finem. Curtius senior in consi. 17.
considerato Themate, in statuto,quod nō excludat ab hoc
supplemēto legitimæ, quia oportet facere specialē mentio
nē,per totum, Ias.in consi.4.vol.1.Mod.in rep.auct.nouissi-
ma, nume.185.Silua in loco supra adducto,fol.85. & quod
non sufficiat iuramentum, Ias. in l. si quis. §. quęsitum. ff.
si quis cautio. & in l.de his. ff. de transa. Soc. in consi. 103.
in casu conuentionis, nume. 4. sed melius Gramm. noster
in decisi.57.nume.26.sunt etiam aliæ annotatio. de prædi-
ctis, infra in decis.285.
3 Circa tertium † q soror quę renunciauit bonis paternis,
& maternis non excludatur a bonis fraternis,qui adiuit hæ
reditatē patris,Deci.in consi.346.omissis. Vbi q excludatur
ab hæreditate dotantis tm, q est adeo verum, q à bonis fra
ternis non excludatur ēt q in hæreditate fratris nō fuissent
nisi paterna. Ias. qui alios citat in l. 1. §.veteris, de acqui.
poss.nu.4. idem Deci. in consi.681.in casu proposito, nu.5.
idem in consi.379.requisitus, & 230. proponitur,qui adeo
dit prædicta, etiam quod hęreditas patris non sit adita per
fratrem, idem in consi. 433. visa copia consilij, nume. 3.
cum seq. quia satis est in prædictis, quod filia veniat ex per
sona fratris, sic nouo iure, quòd dicit contra seipsum,
qui in hoc vltimo tenet contrarium in consi.266. ad exclu-
sionem, per totum, maxime circa finem, in quibus etiam
an facta renunciatione fraternis veniant sorores, & de præ-
dictis in consi.419.viso eleganti. 625.viso eleganti,nume.9.
& per eundem in l.hæreditas, de rég.iuris, quæ omnia ap-
probat Silua nup.in loco supracitato fol.76. Vbi tamen li-
mitat communis vsus loquendi probaretur, quòd hęredi-
tas paterna diceretur etiam post aditam hæreditatem per
fratrem. idem recent. in dicto consilio Decij 433, qui ci-
tat Afflict. hic, & sequitur, & sic videtur tenendum; pro-
ut etiam fuit notatum supra in decisi.181. & ego sic in facto
obtinui in quadam causa Magnifici Ioan.Antonij Maiora-
næ, cū Bernardino Turbulo, in magna Curia Vicariæ, cu-
ius causæ actuarius est Nicolaus Copula, & hoc in bonis
extra Neapo. & sic non habet locum consuetudo Neapo.
prout notaui infra in decisi.226. & hæc anno 1555. & nunc
pendet appellatio in sacro Consilio, quæ vera esse viden-
tur, approbat Grammaticus noster in consi.53.in ciuili,nu
me. 9. 10. 11. Vbi extendit in feudo, quod soror succedat
fratri, licèt patri non possit succedere propter renunciatio
nem: licèt Affl.in consti.regni, in aliquibus, nume.16.cir-
ca fin. videatur ab istis aliqualiter dissentire faciendo cer-
tam distinctionem, quòd soror succedat, quando frater
acquisiuisset bona de nouo, & non dotasset de bonis pa-
ternis, quod paruo meo iudicio nihil est dicere, iure non
probat, contra dicit supra firmatis, quod mortuo patre
cui filius successit amplius non dicuntur bona paterna, quæ
tamen non procedunt in viuentibus iure Longobardorum,
in quo sufficit semel ab vnoquoque dotari, vt in casu prag-
maticæ Reginæ Ioannæ, editæ ad supplicationem Catha-
rinæ Felingenæ, de qua in decisi.248.320.& quòd renun-
ciatio facta extraneo de non succedendo non noceat, si
4 non † interueniat consensus illius, cui est facta renuncia
tio, Alex.in consi.155.7.colum.
5 Circa quartum † quod exceptioni dicendi de nullitate,
si non fuit dictum, præscribatur spatio 30.anno. vt hic per
Afflict. sed si ponamus cum appellatione esse dictum de
nullitate, tunc est distinguendum, aut incidenter, seu
6 principaliter. † Si incidenter: vt quando non fuit facta
mentio de nullitate, sed tacite est inclusa in appellatione.
l.quędam mulier. famil.ercisc. tunc causa nullitatis finitur
biennio sicut causa appellationis; quia accessorium ipsius
appellationis, & dicitur tunc de nullitate de nouo vsque
ad 30. anno. prout tenet Oldra.in consi. 308. vos pater re-
uerende. quando vero principaliter: vt quia fuit dictum,
dico sententiam nullam, & a qua est appello, iuxt.glo. in
l.1.in ver. reus non obtinebit.C.quando prouoc.non est ne
ce. & tunc causa nullitatis finitur triennio, quando fuisset
cepta, prout dicit Salic.in l.fi. §. illud, in fi. C. de tempo.
appella.Ioan.de Anic.in consi.6.in 6.colum.sed melius per
Cagno.in l.2.C.de pactis inter empto.& vendi.nume.279.
& hic Afflic.in consti.reg.appella.tempora.& in consti. dī-
lationes, num.12.& Gramm.in consi.118.& 165.in ciuilib.
7 qui etiam dicit † quod licèt à sententia expertorum pos-
sit quandocunque appellari, tamen si fuerit appellatum, cur-
runt fatalia, vt ibi per eum &c.
Circa quintum, quòd vbi pars non potest lædi, & vbi
actus potest exerceri ipsa inuita, quod non sit necessaria
eius citatio. vlt. adducta supra in decisi. 158. affirmat hæc
Brun.in consi.19.colum.2.Socin.in consi.4. super q. nume.
8 23. volum. 3. loquens † in rebellione notoria existente,
quod dominus directus potest concedere rem deuolutam
sine citatione, voluit etiam Paris. in consi.1. numero 53.
1mt. numero 123. sequen. volum. primo & in consi. 111.
in materia euictionis.nume.9. volum. 4. Deci. in consilio
544. Serenissimus. in eodem subiecto deuolutionis, & re-
bellionis. Ias.in consi.84.3.volum.num.11. & sequen. Go-
za.consi.1.num.18.sed tamen requiritur declaratoria, & in
super aduertas obsecro, quod etsi Afflict. hic dicat, quod
in decisi.adiudicationis, quia pars non læditur non esse ip-
sius citationem necessariam, quod secus dicit in venditio-
ne facienda, quando sunt capta pignora in causa iudicati,
fuot aon. 1. in deci.348.vbi concluditur in deci.de vendēdo
pignora capta in causa iudicati citationē fore necessariam.
9 Circa sextum, quod decretum sit nullum † quando ad-
iudicatio, siue datio insolutum sit facta plus debito, amplia
istud procedere etiam quando fuisset facta venditio ad in-
cantum, prout ait Raphael Fulg.in consi.172. visis process.
colum.2.Hyp.in repe.l.fi.ff.de iurisd.om.iu.num.45. & per
Dec.in reg.cum amplius.ff.de reg.iuris,fol.119.& quod quā
do est erratum in adiudicatione, decretum sit nullum non
existente debito in toto verum. Cap.in deci.52. idem quan
do decretum fuisset interpositum super bonis obligatis, &
non obligatis; prout notaui infra in deci. 217. vbi de veri-
10 tate. & quod scriptura existens in prothocollo † in reg.
nullam fidem faciat. Gram. in consi.127.nu. 5. 6. in ciuili.
Circa septimum Fel.in d.c.præsentata. de testi. affirmat
11 confessionem valere; † vt iudicialem. limitat tamen, nu-
me.11.nisi fuisset facta confessio de re non pertinente ad
arbitrium; vt puta quando quis coram arbitro fateretur
furtum per doct.Bal.in d.l.fi.
Circa octauum, quòd dicto alicuius dicentis rem esse
12 suam, ideo ne emas, † q quis credere debet, & sic abstine-
re à contractu, & sic contra Affl.hic affirmat Fel.in c. cum
contingat, de rescrip.vbi plura tradidit, quando dicto ali-
cuius credi debet, & si constituatur in mala fide, & in mo
ra, & sunt plenius annot.infra in decis.369.quæ non proce-
dunt contra dolosum, si quis non credidit alicui talia dicen
ti.l.si inquit.ff.quod fal.tut. & ibi glo. in l. prædicta, si fun-
dum.in versi.non recte.
13 Circa nonum dubium, † quòd quando filia dotata a
patre de bonis paternis, & maternis, & renunciauit, quòd
videtur dotata tam de bonis paternis, quam maternis, &
quod propterea cessat dispositio legis fin. stante renuncia-
tione, & sic contra Affl. qui videtur dicere contrarium,
notaui infra in deci.179.& de subiecto d.l.fin.C.de dot.pro
miss.quòd non habeat locum in fratre, & extraneo admini-
strante bona huius mulieris alijs concurrentibus.consulut
Soci.in consi.135.suprascripti, 1. volum. Decius consi. 66.
de duobus, circa finem. Barto.in l.Nesennius, ff.de neg.gest.
Sed hic quæritur, an si frater viuente patre maritat filiam,
teneatur dictam dotem, sic datam suę filiæ in portionem
suam quando diuidit bona cum fratribus imputare? Roma.
14 sing.407.pone † casum quotidianum, affirmat, quòd sic,
& adducit tex.l.dedit dotē, ff.de coll. bon. sed vide Deci.in
d.consi.66. cū alijs nuper assignatis in additione iā impressa
ad d.singularia Ro q citat in consi.Dec.81.in 6.dubio, & ve
ra conclusio est; quod aut contemplatione patris, & tunc
imputatur, prout in dubio præsumitur, secus si nepotis cau
sa dos fuit data. Aymo in consi.219. licèt datū. qui limitat,
nisi pater nepotis fuisset diues, & insuper nota aliud dictum,
15 quod si pater † reliquit dotem filiæ, puta centum, & fra
ter quando maritat sororem, & dat minorem dotem, quàm
pater ei reliquit, quod teneatur ad reliquum. tex.est l.cum
pater certam. ff.de leg.2.Ias.in l.huiusmodi. §. si pater cir-
ca fi.ff.de leg.1.
16 Circa decimum, & vltimum dubium † tactum per Af
flict.hic, quòd bonafides possit allegari etiam tempore di-
sputationis,

ſputationis, & firmat Bald. in repet.l.Celſus. ff. de vſucap. Decius in conſi. 267. non excidit memoriam, nume.7. vult fortius, quod ſat ſit, ſi tacite allegetur. ad quæ faciunt, quæ ad propoſitum voluit Aymo in conſi.6.num.121. quod bona fides præſumatur, quando quis facit ea, quæ ſunt naturalia. Verum ſi à ſtatuto requiratur bona fides, non ſuf
37 ficit allegare, ſed debet probari, vt ſtatutum ipſum † aliquid operetur ſecundum eundem Aymo. in conſi.201. pro ponitur in facto, nu.13. vbi exponit materiam præſcriptionis, contra quam inueit, nunquam per iudices debere admitti tanquam impium præſidium, vbi quod ex capite ignorantiæ detur reſtitutio aduerſus præſcriptionem etiam centum annorum, & hoc ſecundum opinionem, quam notaui ſupra in deciſi.13. & 37. in qua materia doctores fuerunt varij, vt habetur in d.deciſi.37.&c. Cæſar Vrſil.

DECISIO CLXXIX.

Materia l.final. C.de dotis promiſ. & de paupertate patris dotandis filias.

SVMMARIVM.

1 *Pater an dicatur in egeſtate non habens bona niſi pro dote vnius filiæ, cum plures habeat.*
2 *Inops quis dicatur.*
3 *Pauper qui nihil habet.*
4 *Commode fieri poſſe, quando aliquid dicatur.*

IN quadam cauſa certorum nobilium fuit dubitatum, ex quo diſpoſitio l.fina. C.de dotis promiſ-
1 ſione, † dicit, quòd ſi pater dotat filiam de bonis paternis, & maternis, & ſubſtantia patris ſufficiat ad illam dotem, quod videtur de ſuo dotaſſe. quid ſi ſubſtantia patris ſufficit ad dotandum illam filiam, ſed non pro omnibus filiabus, an dicatur tunc pater eſſe in egeſtate? Ego dicebam, quòd hoc dubiũ non reperi eſſe tactum ab aliquo doctore ſic in ſpecie. Sed dicebam, quòd ex quo text. in d.l. fi. dicit penitus inopia, quod non conſideratur numerus filiarum.
2 † Sed vtrum pater ſit in inopia, quod non poſſit illam dotem ſoluere de ſuo? Et pro hoc bene facit id quod dicit Pau.de Caſt. in l.id quod pauperib. C.de epiſc.& cler. vbi dicit, quod inops eſt, qui nihil habet. allegat Archi. 8. diſtin.c quo iure. Sed d.l. fi. dicit penitus inopia. ergo conſideratur inopia reſpectu dotis promiſſæ pro filia, & non reſpectu aliarum filiarum. Et pro hoc Domini allegabant Bal, in authen. præterea. C.vnde vir & vxo. vbi dicit.
3 † Quæro quis dicatur inops. Reſpõdeo, aut lex facit mentionẽ de inopia reſpectu certi, & determinati effectus, puta reſpectu certi debiti ſoluendi. Et tunc ille dicitur pauper, cum vires non ſufficiũt ad ſoluendum illud debitum: vt in auth. de fideiuſſ. §. ſed neque. Aut lex loquitur abſolutè, & ſtatur iudicis arbitrio. At in caſu, de quo agitur, inopia conſideratur reſpectu certi effectus, ſcilicet reſpectu dotis promiſſæ filiæ: ergo non conſideratur paupertas patris, ſi non ſufficit eius ſubſtantia ad æqualiter
4 dotandũ oẽs filias ſuas. † Et qñ dicatur aliquid poſſe cõmodè fieri, ſãgit̃ p gl. 22.q.2.c. faciat. & p Fel. i c. poſtulaſti. de reſcr. & vigore d. authoritatis Bal. i d. aut. pterea. Sic fuit p oẽs Doctores ſac. Cõſi. votatũ.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXXIX.

1 *Quamuis filia habeat bona aduentitia, ſi pater dotet de proprijs bonis filiæ, nihilominus videtur dotare de bonis proprijs ipſius patris, ſi eſt ſoluendo.*
2 *Auus non tenetur dotare neptem, ſi ipſa habet patrem diuitem, vbi etiam an pater teneatur dotare filiam nuptam.*
3 *Quando adeſt cõſenſus filiæ, & multo magis quando adeſt renunciatio, pater dotando filiam de bonis paternis, & maternis præiudicat, & ceſſat diſpoſitio l. fi. C. de doti. promiſſ. etiam quòd pater fuiſſet ſoluendo.*
4 *Quando filia non habuit de bonis maternis, & renunciat, an ſibi præiudicet, quòd non: quia renunciatio ſine cauſa.*
5 *Pauper quis dicatur, & quis inops, & quis diues.*
6 *An habens multos filios dicatur pauper, in tantum quod non amittat feudum, ſi non ſoluit.*
7 *An frater dotans videatur dotare de bonis filiæ relictis in teſtamento, & an iſta procedant in extraneo.*
8 *Filia de dote profectitia an valeat diſponere in patris præiudicium, quid in regno, & de iure conſuetud. Neap.*

AD corroborationem eorum, quæ habentur in præſenti deciſione, faciunt ea quæ voluit Iaſ. in Inſti. de actio. §. fuerat, nu. 105. qui cõcludit, quod quamuis filia habeat bo
1 na aduentitia, tamen non ſolum ſi pater ſimpliciter † dotet, imò ſi expreſſe det dotem de bonis proprijs filiæ, quòd nihilominus videatur dotata de bonis patris, ſi pater eſt ſoluendo; quia officium ipſius eſt dotare filiam. & proteſtatio in prædictis nil releuat, poſtquam pater de neceſſitate tenetur iſta facere, cum quo vnà cum concluſione firmata per Afflict. hic conuenit Girardus in ſingu.71. tene menti, Cuma. conſi.97. aliàs 133. dominus, circa medium. & Cotta in verſi. dos data. idem in ver. auus. qui ait, etiam auum
2 † non aſtringi ad dotandã neptem, quando ipſa habet patrem diuitem, nec ad alimenta, & per Lapum late in c. per veſtras. fol.77. §. 14. Socin. Iunior in conſi. 9. a parte. qui hæc approbat, & ſequitur. vbi etiam quod pater teneatur filiam, etſi nuptam dotare. Quæ omnia ſupra concluſa ſane intelligas, niſi tempore dotationis quando pater facit inſtrumentum, in quo narratur ipſam filiam dotare de bonis paternis, & maternis, vt ſupra, adeſſet conſenſus filiæ in prædictis, & hoc tanto magis quando vltra conſenſum
3 † adeſſet renunciatio facta per filiam de bonis paternis, & maternis propter dotationem factam à patre: nam tunc filia ſibi præiudicat, & ceſſat diſpoſitio l. fi. C. de dotis promi. quod filia in iſto caſu tantum de bonis paternis videatur dotata. & hoc etiam quod pater fuiſſet ſoluendo ſecundum Aymo. in conſi.84. magiſter. nume.4. & 9. quæ nota. nam cõmuniter hodie fiunt iſtæ renunciationes, & fuit notatum ſupra in deciſi.161. & 173. in 9. dubiu. vbi fuit etiam narratũ Afflict. non bene dicere, quantum velit, quod iſto caſu etiã habeat locum diſpoſitio dictæ leg. final. Quæ. n. ego intelli-
4 gerem † quando filia vere habuiſſet de bonis maternis tempore renunciationis, habita conſideratione inquam ad illud, quod pater tenebatur dare de bonis paternis, aliàs ſi nihil habuiſſet filia de bonis maternis, eſſemus in caſu conſilij Decij. 379. quòd quando filia ſine cauſa, & nec aliquo habito renunciaſſet bonis maternis, quod talis renunciatio ſine cauſa non valeat, agit tunc filia de læſione. idem Decius in conſi. 181. ſatis nota, & habetur per Pariſ. in conſi. 80. ſententiæ. 3. volum. qui ſecundùm ſuperius alle. meo iudicio debet interpretari, aliàs non bene, & de iſtis fuit notatum, vt dixi ſupra in deciſ. 161. & ſunt etiam annotationes infra deciſ. 322. & de ſubiecto, de quo hic quis dica-
5 tur pauper, quis verò inops, † declarat Decius in conſi.120. per tenui, & ibi Rec. qui aiunt hoc arbitrarium, Alex. in l. qui accuſare. ff. de acuſatio. qui ait, plus eſſe quem eſſe inopem,

pem,quam pauperem,nam inops dicitur,qui oil habet, pau per vero qui aliquid habet licet aliter videatur conclude- re idē Alex.in l.2.§.qui pro rei.ff.qui satisd.cogant.in l.si cō
6 stante † car.3.ff.sol.ma.q̃ sit plus aliquem esse pauperem,q̃ inopem,sunt(vt audio)de prædictis tractatus nuper impres si de paupertate , & ad propositum huius deci. q̃ qui habet inopioate maximè multos filios , dicator pauper , affirmat And.in c.1.§.sed oec alia iustior.1.colum.quę sit.t.cau.ben. ams.vbi ait,vasallum oon debere feudo priuari, si oon præ- stat seruitium pp hanc paupertatem:quia postea eidem sue ruot nati multi filij,& feudum esset modici fructus , & hoc cootiogit mihi placente Deo,qui ex magnifica Portia Sar- nana de Neap.mea consorte suscepi vndecim filios,mascu- los quatuor , fœmioas vero septem spatio annorum 25. de qui bus nunc suot superstites anno 1564.dum hæc scribo,se ptem tantum,videlicet fęminæ sex,masculus tantum vnus, sit nomen æterni Dei semper benedictum, in qoem speraui & sperabo,& de his hactenus.sed coosidera,si in caso huius decisionis,in qon pater dedit immeosam dotem huic filiæ , si aliæ potuissent agere de dote inoff.prout fuit dictum su- pra in decis.86.sed iuxta ista quęritur,ao dotans simpliciter
7 videatur dotare de bonis relictis † filię à patre io testamen tó,declarat Cotta in vers.frater dotans , & secundom supe- rius allegata intelligenda puto consulta per Gram.in consi. 143.in ciuili,vbi ait secus in extraneo.& nota, q̃ filia in ca- su huius decis.noo potest de hac dote disponere taoquam profectitia io præiudicium patris donando eodem forte mā dante,declarat Rubeus Alex. in consi. 25. latius Aymo. io consi.39.& 84.vt supra,& hoc qñ pater fuisset dotem stipu-
8 latus † vel non,declarat in omni materia,vbi dat verum in- tellectum ad l.3.§.si.ff.de mino.qui dicit dotem proprium patrimonium filiæ.Quod an procedat de iure consti. regn. Io quo filia dotata nō succedit,nec potest dicere testm̄ nul lum,pot fuit cooclusum supra in deci.158.existentib.mascu lis.& vř q̃ non. imo si illo casu pater fuerit doté stipulatus doté ei suisq; hęredibus restitui,dos ipsam oibilominus con solidatur in ipsam filiam,& hæredes patris tenentur hanc stipulatiooem remittere huic mulieri.Bal.in l.fin. C.de do. promis.Sequitur Ias.in l.post dotem.oum.24.in 2.lectura.ff. sol.mat.sentit obscure Capi.in deci.176.nu 9.cum seq. & vi- detur hæc opioio approbari ex dictis Loffr. in consi. 26. de iure verò consue. Neapo. filia disponit de dote de decem partib.vnam filijs existeotibus,quibus non stantibus,de par- te tm̄,vt in consuet. si qua moriens sol.57.& in consuetu si testator.fol.150. & secuodum ista iotelligas , quæ ootaotur infra in deci.236.nu.9.vbi latius . Cæsar Vrsil.

DECISIO CLXXX.

De consensu patris interueniente in causa filij cum ratifica tione actorum post conclusionem in causa.

SVMMARIVM.

1 *Consensus paternus an requisitus in causis filij,& quid si consentiat post conclusionem in causa.*
2 *Iudicium factum nomine filij, an possit per patrem rati- ficari.*
3 *Consensus patris sufficit , quod interueniat in quacunque iudicij parte.*
4 *Consensus patris generalis in omnibus causis præsentibus, & futuris sufficit.*

1 Filiusfam. † egit contra alium hypotecaria , & assistentia , & adiudicatione super quadam ter ra,probant omnia requisita, prçterquam quòd nō interuenit consensus patris in iudicio.facta conclu sione in causa pater consentit in iudicio filio agen- ti , nec non ratificat omnia acta in præteritum fa- cta per dictum filium sine eius consensu.

Quæritur , vtrum dictum iudicium sit conuali- datum.Spe.in tit.de actore.§.1.versi.sed numquid fi lius.ponit casus , in quibus filiusfam. potest esse in iudicio sine consensu patris. Et ex his dictis eius be ne potest decidi hæc quæstio: tamen ipsam non at- tingit in specie.Sed Bal.io l.cum non solùm,§.neces 1
sitate.C.de bon.quæ libe.in verbo , pone quod pa- ter, quod non ratificat iudicium nulliter cęptum : quia quod ab initio non valet &c.vt io l.quod ab ini
2 tio.ff.de reg.iur. † Item qnia iudicinm non est fa- ctum nomine patris sed filij : ideo non potest per patrem ratificari,l.si pupilli,§.si ego,ff.de neg. gest. Item quia consensus patris requiritur ad soleonizā- dum iudicinm,& integrandam personam filij,quæ non est integra persona in iudicio. Et propterea cō sensus patris debuit interuenire in ipsalitis conte statione,& non post.& ista fuit opi.gl.in d.§.neces sitate.& ipsam sequitur Pau.de Cas.ibi,& dicit Bal. ibi,q̃ opin.gl.est sequenda. Sed aduertendum est, q̃ illa glo.refert opi. Ottonis,qui tenuit,q̃ sufficit, q̃ consensus patris interueniat in quacunque par- te iudicij.Et opi.Ottonis secutus fuit Iaco.de Aret.
3 Richardus Malum.Cy.Bar.& Ang.ibi, † quia con- sensus patris quando filius conuenitur, requiritur, si tractatur de re vbi patri quæritur vsusfructus : tunc aduersarius potest dicere in signum repudia- tionis vsusfructus,volo q̃ pater consentiat. Sed vbi in illa re,quę ventilatur in iudicio non quæritur pa tri vsusfructus , non requiritur consensus patris in iudicio.Et ideo si pater cōsentit in quacunque par- te iudicij,satis constat de eius repudiatione:& ideo valet iudicium : vt patet ex dictis Bar.in d.§.necessi tate.& hanc partem sequitur Saly.dicens,quod ista opin.est verior de iure.Sed de consuetudine appro batur opinio glo. hanc partem tenuit etiam Guido de Suza.vt refert Io. And.in addi.Spec.in loco præ allegato,in versi.veruntamen.Et idem voluit Inno. in c.consuetudinem.de consuet.& tenuit hoc Ale- xan.de Imo.in 1.volum.consi.106.incipiente,quod ad præsens quæsitum.versi.& differentia est. Et di-
4 cit idem Alex.in 2.volu.consi.59. † quod sufficit consensus patris generalis in omnibus causis præ- sentibus,& futuris.Et idem dicit Bal.in consi.154. incip.casus coram episcopo.circa fi.dicens, q̃ suffi cit consensus patris generalis in 1. volum. Albe. de Rosa.in d.§.necessitatem. Bene attigit istam quæ- stionem , & refert Old. tenere indistinctè,quòd in quacunque parte iudicij potest consensus patris in teruenire,& refert Inoo.in d.c.consuetudinem.idē tenere.sed postea refert Hosti.tenere contrarium . Et postea ponit multos casus , in quibus filins po- test esse in iudicio sine consensu patris. Tandem pari voto per indices magnæ Curiæ Vicariæ, & per decem doctores Consiliarios, cum quibus ego fui, decisum fuit,quòd vbi de re,de qua litigatur , patri non quæritur vsusfructus,non requiritur consen- sus patris.Et tunc si interuenit sufficit,quòd in qua cunque parte iudicij interueniat.Sed vbi patri quę ritur vsusfructus , sunt opin.vt patet ex relatis per Albe.vbi suprà.Tamen per sacrum Consilium cum voto magnæ Curiæ Vicarię fuit votatum, quod suf ficit consensus patris in quacunque parte iudicij.

ANNO.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXXX.

1 *Consensus patris sufficit interuenire in quacunque parte iudicij, & tantum requiritur in his, in quibus patri quæritur vsusfructus &c.*

2 *Processus an teneat, quando est factus cum patre, venia non petita.*

3 *Filius Iudæi & scismatici an agat sine patris consensu, & quid in filiosfamilias sacerdote, an agat sine patris consensu.*

4 *Consensus an sat sit interuenire post sententiam, quòd non.*

5 *Consensus patris etiam requiritur in executiuis in his in quibus patri quæritur vsusfructus.*

6 *In iudicijs criminalibus non requiritur consensus patris, quando filius est minor, an auctoritas patris sat sit interuenire.*

7 *Patre remittente an frater, & soror accusent de morte filij, & diuersimode fuit iudicatum, vt hic notatur.*

8 *Si pater precibus exoratus remisit raptum, an alius valeat accusare.*

9 *Si principalis remisit, an hæres vel alius accusat, etiam si fuisset vidua.*

10 *An compositio facta cum aliquo accusatore superueniente alio reuocetur.*

11 *In curia mercatorum non requiritur assensus patris, quando pater passus fuisset filium mercantiam exercere.*

1 CONcluditur hic, consensum † patris satis esse interuenire in quacunque parte iudicij. item in his tantum requiri, in quibus patri quæritur vsusfructus. adde circa primũ quod hoc sequitur Bertach. in tract. de episco. in 5. parte, fol. 51. Capi. in decisione 56. vbi etiam declarat, quod proces-
2 sus factus cum † patre, venia non petita, quod non valeat, cogita si bene, in hoc dicat & quod talis cõsensus sufficiat præstari etiam extra iudicium, affirmat Fel. in c. quamuis, num. 16. de re iud. quòd de istis, & alijs multis tradidit Cassa. in consue. Burg. fol. 212. ibi quod hæc non procedant in filio
3 Iudæi † quod secus in filio scismatici, vel hæretici, & quod in filiosfamilias sacerdote etiam assensus patris requiratur. nam filiusfamilias sacerdos non liberatur à patria potestate, vt ibi per ipsum, & per Ioan. Baptistam Ferretum in consi. 64. & postquam hic concluditur, consensum patris posse interuenire in quacunq; parte iudicij, quæritur an post sen-
4 tentiam. † lat. quod non in l. si quis mihi bona. §. iussum, ff. de acqui. hære. & dicit communem, notat Abbas in q. sua, quæ incipit. Augerio, latius.

Circa secundam conclusionem, quòd consensus patris non requiratur in his, in quibus patri non quæratur vsusfructus, sed in his tantum, in quibus patri vsusfructus assensus sit necessarius, Anch. in consi. 33. visis omnibus & singulis. 1. col. Aretinus in cõsi. 73. præsupponitur, in septimo dubio. Angelus de Aretio in Instit. de actio. §. actiones autem, vltima col. Soc. consi. 34. prosequendo. nu. 18. 1. vol. Alex. in d. l. si quis mihi bona. §. iussum, de acqui. hære. moderni in repe. l. 1. Capin admi. Gui. Papa decisi. 54. Tempore, vbi quod de stilo Parlamenti ista patria potestas non cõsideratur, idẽ quando filiosfamilias fuisset minor, quod non datur curator, si auctoritas patris interueniat, contra doct. Bar. in l. 6. §. primo. de verbo. oblig. Tolosa. decis. 241. Costa in suis memo. in ver. filiusfamilias põt esse in iudicio. vbi ait hęc pro-
5 cedere † in executiuis, & summarijs, Arno. Sol. 65. doc. in authen. quod locum. C. de colla. Cassa. in loco supracitato.
6 fol. 213. † Quæ omnia notes procedere inter alia in causis ciuilib. sed in iudicijs publicis, & criminalibus patria potestas non consideratur, l. lex Cornelia. §. illud. ff. de iniurijs. Alex. in l. apud Iulianum. §. si quis. ff. ad trebelli. Anch in d. cons. 73. Ange. in cof. 389. viso facto. Vbi quod patre remit-
7 tẽte frater, & soror accusat ex statuto, contra quem † videtur affirmare Boetius, & dicit communem in decis. 120. pater. & in seq. vbi etiam si pater monachi præferatur monasterio in vendicanda nece defuncti, quod tamen, vide nume. 8. ubi intuitu vel odio monasterij iniuria facta fuisset, quia tũc in solidũ vnicuique. & sic ex prædictis secundùm Boetium in d. decisione 130. per totum. stante remissione facta per patrem de morte filij frater seu soror, & vxor non accusant etiam quod ex isto filio mortuo nepos nasceretur, cum quo conuenit Maran. in parte 6. fol. 34. num. 67. sui Specul. licet dicat neminem illud decidere: sed ita fuit de facto obseruatum, & iudicatum in sacro consilio facta relatione per magnificos iudices magnæ curiæ Vicariæ in quadam causa Frãcisci Sanda. cuius fuit actuarius Ioan. Angelus Vicedominus, anno 1556. & illud idem in alia causa cuiusdam Iasij Scoppæ, cuius est actuarius Hieronymus Certa. licet in quadam alia causa cuiusdam contumacis de domo de mercatante nomine Bartholomæus, aliter fuisset obseruatum, nam stante remissione facta per patrem de morte filij fratribus, & sororibus accusantib. noluerunt iudices magnæ curiæ Vicariæ, etiam facto verbo in sacro consilio declarare, hunc posse gaudere indultu concesso illis qui accesserunt ad pugnam Corsicæ insulę per Illustrissimum, & Reuerendissimum Cardinalem Pacecchũ tunc Proregem anno 1554. huius regni sub die 12. Martij. Sed tantũ fuit factum decretũ, q᷑ iste contumax bannitus, & captus intuitu indultus, ponatur in sua libertate saluo iure eidẽ d. indultus, & dictis fratri & sorori opponendi contra dictum indultũ, cuius causæ actuarius est Clemens Copula, quod credo fuisse decisum per tex. l. 1. §. ante omnia, & l. si in laqueum. ff. de acquir. rer. dom. & per ea quæ voluit Albe. in l. præsenti. C. de his, qui ad eccle. confu. qui in terminis videtur decidere hanc q. q᷑ quando quis intuitu, & consideratione prædicta indultus seu veniæ est captus, quòd debeat poni in sua pristina libertate, sentit Paris. in consi. 101. ritatio. 3. volum. nume. 7. quòd quando quis fuit indebite carceratus, quod debeat poni in sua libertate prima, etiãm quod venisset interim tempus solutionis debiti. de quo vltimo potes cogitare, si procedat; quia contra occurrunt iura, quę breuitatis studio omittuntur, ne sermo fiat prolixus. bene verum est,
8 quod contra primò dicta audio Moderniores † adducere tex. l. qui centum. §. qui vacantem. ff. ad l. Iul. de vi publi. vbi si pater precibus exoratus remisit raptum filiæ, quod poterit extraneus accusare infra quinquennium, qui videtur ponere casum specialem, sentit Boe. post alios in d. decisi. 120. num. 6 & contra videtur tex. l. diuo Marco. ff. ad Syllan. quod principali remittente alius etiam hæres nõ accusat,
9 per quem fuit decisum in magna cur. Vicariæ † facto verbo in sacro Cõs. quod stante remissione facta per principalem, vt supra, quod mater etiam vidua non valeat accusare forum eligendo, & hoc in causa cuiusdam Pompeij de Ambrosio de Caserta, cuius causę est actuarius Ascanius de Caro anno domini 1562. de mense Ian. Sed hodie audio ad cui tandum prædicta fuisse compilatam aliam nouellam pragmaticam volentem pacem ab omnib. offensis, qui possunt accusare, haberi, est dicta pragmatica domini, & Regis nostri Philippi in ann. 1559. cuius est initium Illust. & magnifici &c. *perche le admettere a compositione del delinquente*, qua cessante, an si vnus remisit alius accusat, vult Barto. in l. transigere, vbi alij, C. de transac. in fi. declarat Andr. in c. 1. §. & quæ ab indignis, quę sunt regalia, qui concludit, q᷑ non, quando illi tanquam magis idoneo competebat ius, accusandi non fuisset præuaricatus vel iudex corruptus &c. Fel. in c. de his, de accus. Paris de Sind. in verb. comp. fo. 40. sed latius per Luc. de Pen. à quo Paris habuit, licet ipse ab And. in loco s. citato, in l. 1. de decur. ll. 12. Hyp. sing. 46. & ponit hæc in anno 1560. latius quidam Fabius de Monte Leone in 5. parte sui operis in literis arbitralibus, & pro limitatione eorum etiam nota, quod non procedunt in curijs mercatorum, nam si pater patiatur filium exercere artẽ mercantilem filius agit, & conuenitur absque patris consensu secundùm Maran. in Specu. 6. par. nume. 61. fol. 111. notaui infra in decis. 304. & singul. & ita intelligas. Boer. in decis. 233. Cæsar Vrsil.

eum subscribere, quòd talis apocha nullam fidem facit, & sic fuit iudicatum.

ADDITIO.

a *Quando testes.*] Idem consuluit Alex. in consi. 150. in 7. co lum. in 5. vol. & consi. 80. incipiente, viso processu. in 4. volu. las. Butr. in d. authen. at si contractus Barto. in l. scripturas. qui potio. in pig. habean. Pano. in d. c. 2. extrà, de fide instru. Et nimirum, si testibus dicentibus se habere notam scripturam illius, qui scripsit, non credatur: quia dicit Barto. in d. authen. at si contractus 5. volum. versicu. oppono, dicitur hic. & doct. in d. c. 2. quòd testes possunt de facili decipi propter similitudinem literarum, & quia potest quis literas alicuius de facili contrafacere. & idem in particulari consuluit Steph. Bert. in suo consi. 140. incipiente locatio, seu arrendamentum, in 2. vol. Tho. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXXXI.

1 *Scriptura priuata sine subscriptione testium, & depositione ipsorum qui viderint ipsam scribere non probant, & quod testes dicant, quòd habeant manum notam.*

2 *Quod limitatur primò in scriptura quodammodo notoria manu alicuius, vt quia reperta inter alias scripturas ipsius.*

3 *Item secundò, quando fuisset magna vis istius cognitionis istorum habentium manum notam.*

4 *Item & tertiò in apodissa parua quantitatis, & non excedentis libram auri, nam potest probari per solam comparationem, & in curia mercatorum.*

5 *Item & quartò literis dimissenis, & epistolis quib. statur testib. habentib. manum notam, vbi etiam an valeat consuetudo quod istis literis dimissenis stetur.*

6 *Quintò limitatur in antiquis.*

7 *Sextò inter liberos, nam dispositio facta à patre inter liberos in priuata scriptura valet. Septimò quando scriptura priuata produceretur, & pars nil ex aduerso obyceret.*

8 *Octauò quando fuisset vnus testis de visu, & alij de manu nota testificarentur, recognitio scripturæ quando præiudicat. ibidem &c.*

9 *Comparatio literarum qualiter fiat, & si pars potest compelli.*

10 *Quando testes recognoscunt scripturam, an comparatio sit necessaria.*

11 *Et si in alijs, quàm in apocis cadat literarum comparatio.*

12 *Comparatio in apocis tunc procedit, quando quis habet vnum testem de visu, & cum eo coniungitur comparatio, & an tunc probet contra tertium dicitur contra Beneuenutum, & notatur casus in facto.*

1 CVm concl. huius decisio. quòd scriptura † priuata sine testium subscriptione ipsorum depositione, qui viderint eam scribere, non probent, etiam quod dicant habere manũ notam, conuenit Luc. de Pe. in l. fi. de conue. fi. de bi. lib. 10. vbi ait non admitti comparationem nisi cum scriptura subscripta manu trium testium illius contra quem petitur fieri comparatio, affirmat etiam Calca. in consi. 28. colum. fi. vbi quando sunt testes mortui, quòd nil probet, cum quib. se reddit conformem Dec. in consi. 615. visa inquisitione, qui citat Afflict. hic, & ibi Rec. qui adducit & Rui. in consi. 46 4 volu. & Deci. in c. translato, in 1. colum. de consti. quod primo videtur limitare Barb. in consi. 58. omnipotentem Deum, lib. 4. in fi. in scriptura quodammo-
2 do † notoria manu alicuius reperta inter alias scripturas ipsius. Alexand. verò in d. consi. 181. in causa, & lite 1. vol. videtur limitare 2. loco, quando fuisset magna vis istius
3 † cognitionis testium habentium manum notam, quia eis creditur. Affl. vero in consti. reg. testamentorum. nu. 5. in 3.
4 lib. limitat † prædicta, & tertio in apodissa non excedente libram auri, quam dicit probare per solam comparationẽ. Moder. vero Beneue. in tract. de mercat. in tit. quomodo in causa merca. fit proce. fol. 581. nume. 11. 12. limitat prædi-
5 cta, & 4. in literis † missiuis, seu epistolis quib. statur depositionib. testium habentium manum notam, vbi an valeat consuetudo, quòd istis literis stetur, vbi refert hanc dec. de verbo ad verbum eam sequendo, de quo vltimo et per Cott. in versic. pactum quod priuatæ scripturæ creditur, sequitur Alexan. in consi. 58. 7. volum. ibi etiam ait, quod in prædictis sola comparatio sat est, & voluit Aymo. in loco infra citando, limitatur, & 5. secundum aliquos prædicta in
6 antiquis, † prout fuit dictum supra in deci. 85. item & 6. limitatur inter liberos, quod dispositio facta à patre valeat inter eos sola comparatione. Barb. in d. consi. 58. notat Affl.
7 † in d. const. testamentorum, Alexan. 7. volum. consi. 124. quod ego intelligerem, quando interipsos liberos fuisset æqualitas seruata, prout fuit notatum supra in dec. 118 7. limitatur, quando scriptura priuata produceretur, & pars
8 contra quam fuisset producta nil opponeret, † prout dictis omnium ita limitat Aym. in tract. de antiqui. temp. fol. 43. nu. 23. cum seq. & in consi. 275. quæritur in hac causa, num. 3. cum seq. 8. limitat Rui. in d. consi. 46. 4. vol. quando fuisset vnus testis de visu, & alij de manu nota. item & 9. inter mercatores secundum alleg. per Paris. in consi. 96. 3. volum. in prin. licèt postea noster. ro. possunt prædicta limitari in viro optimæ opin prob itæque vitæ: nam licèt scriptura priuata nil probet, si tamen fuerit conscripta ab illo viro optimæ opinionis, facit aliqua fidem. Tiraq. qui alios congerit in tracta de pœn. causa 51. nume. 105. fol. 338. vbi etiam quod liber mercatorum optimæ opinio. inter alios probat, & statur huiusmodi viris testibus singularib. de quibus, & latius per Aym. in d. trac. fol. 46. num. 53. declarat hęc Bertr. in consi. 240. 2. vol. Lanfr. in c. quoniam contra. in versi. instru. productiones, num. 51. de proba. Cor. in consi. 58. in hac consultatione, volum. 3. vbi quando scriptura ista priuata fuit recognita sic probat.
9 Circa vero aliud † tactum per Affl. qualiter comparatio literarum sit facienda, non solum de principali scriptura partium, sed de recognitione subscriptionum testium, declarat Dec. in consi. 615. in versi. similiter circa secundum, & Ay. in d. tracta. fol. 49. num. 74. Grain. in deci. 34. num. 15. 16. ibi, si pars potest compelli. circa quam comparationem faciendam in casu in quo voluit Bar. in l. admonendi. col. 5. quando apocha habet subscriptionem testium: vt præsentiam ipsorum, qui viderunt ipsam scribere, tunc si probatur per testes, & comparationem literarum plenam fidem facit, & sic secundum Barto. & alios qui eum sequuntur isto casu est necessaria comparatio literarum: alias solummodo dicta testium, qui viderunt partes scribere apocham, vel recognitio subscriptionis ipsorum, nisi talis scriptura confirmetur comparatione literarum, non plene probaret, sed semiplene, & aduerte in prędictis rogo; quia si illa vera forent contradicerent his, quæ fuerunt notata supra in decis. 104. vbi fuit conclusum, quod quando testes deponunt de confessione creditoris, & debitoris apoham scriptam de voluntate ipsorum, quod probat absque alia comparatione, & pro-
10 pterea Ias. † in d. l. admonendi. fol. 106. nume. 19. colum. 50. postquam retulit opin. Barto. dicit eum non bene loquutum, & in casu de quo supra per eum formato comparationem non fore necessariam, & dat hanc doctrinam: quia aut partes incipiunt ad comprobationem istius scripturæ priuatæ a testibus, & tunc postquam ipsi recognouerunt eorum subscriptiones in apodissa, vel testificantur fuisse factam scripturam in præsentia eorum, tunc quia talis scriptura probat iuribus addoctis per ipsum, & voluit Alexan. in dicto consi. 181. 1. volum. aliqua alia comparatio literarum non videtur necessaria. si vero incipiunt a comparatione, tunc quia opus est, ut possit fieri comparatio, etiam quod testes recognoscant eorum subscriptiones, uel deponant apocham scriptam in ipsorum præsentia, ut supra quia sola comparatio non sufficit ideo quia probat fa-

cta recognitione, vt s. dictum fuit, ideo parum vr seruire cõparatio, & sic remanet opinio, de qua supra apocham recognitam per testes secundum eum, vel factam in pœnitentia ipsorum bene probare sine comparatione literarum. quod licet impugnet Ay. in d. tract. fol. 49. nu. 91. tamen ipsum sequitur in alijs scripturis excepta apocha, & existente hac opinione vera comparatio literarum parum vr seruire nisi vt supra in alijs scripturis priuatis excepta apocha ut supra,
21 † in quib. scriptis priuatis sola comparatio sufficit, prout affirmat Bar. in auth. & si contractus. col. 2. post medium, in ver. item oppono, de fi. instru. quem refert & sequitur Aym. in d. tract. fol. 48. nu. 64. Buer. in decis. 282. sed quid. nu. 5. 6. Pari. in consi 19. consideratis his, nu. 37. & 47. 3. volu. adductus per Mata. in speculo fo. 122. licet ipse affirmet contrariũ. & male etiam in scripturis missiuis & epistolis solam comparationem non sufficere, citando dictum consi. Dec. 615. & hanc decis. quæ non loquuntur in dictis literis missiuis,
22 vt vides, † sed in apocha tantum, & sequendo opin. Ias. tũc videtur comparatio necessaria, quando apocha priuata haberet vnum testem de visu, & iuuaretur comparatione, nam tunc bene probaret, prout etiam videtur sentire Aym. in d. tract. fol. 46. nu. 53. etiam contra tertium: quæ enim sunt diligenter notanda, in 2. decis. quia secundum ista sunt intelligenda contenta in ipsa, paruulo meo iudicio, quantum loquitur de comparatione facienda, licet Moder. prædictus Beneuenu. simpliciter pertranseat cum ea, nil de prædictis perpendendo, arguendo tantum Affl. nostrum hic de grossa grammatica, & non aduertit, quod ipse se fecit merum præconem, siue organum & picam: vt vtar verbis gl. in l. multum interest. in versi. potest. C. si quis alte. vel sibi, de dictis aliorum nil in prædictis addendo, & secundum prædicta, quòd in literis missiuis, siue epistolis, sola cõparatio sufficiat, ego in praxi obtinui in quadam causa magnifici Francis. Antonij Messani cum Illus. Duce Montis Leonis in magna curia Vica. & mox in sac. consilio, vbi fuit facta comparatio literarum d. Ducis, quæ cõtinebant eius subscriptionem tñ cũ alijs litteris ipsius Ducis signatis tãtum eius sigillo, & hoc anno 1547. cuius causæ actuarius in sac. consi. fuit Ioan Portius. quando autem aliquis nescit scribere, quòd debeat eius manus portari per alium, instruit Luc. de Pen. in l. nulli. de numera. lib. 12. &c. Cæs. Vrsil.

DECISIO CLXXXII.

De stipulatione iudicatum solui contra fideiussorem, & de iure ei non reseruato propter clausulam generalem.

SVMMARIVM.

1 *Iudicatum dici, ex quo principalis nunquam fuit citatus, an possit.*
Citatio non est necessaria, vbi notorie competere nullam defensionem apparet.
2 *Condemnatio ex processu nullo sequi an possit ex debitoris confessione.*
Stipulatio iudicatum solui priusquam committatur, quid requiratur.
3 *Stipulatio iudicatum solui contra fideiussorem quando cõmittatur 8.*
Sententia sine substantialibus non habet vim rei iudicatæ.
Citatio vbi non est, ibi nulla est sententia.
4 *Paria sunt, non esse iudicatũ. vel nulliter esse iudicatum.*
Citatio inualida nullus effectus, sicut nec litis cõtestatio.
5 *Exceptio carcerationis & spoliationis bonorum an impediat processum ad vlteriora.*
6 *Apocha per carceratum facta ex commissione iudicis, dicitur facta in figura iudicij.*
Carceratus pro læsæ maiestatis crimine ante condemnationem est integer homo, nec inculpandus ante sñiam.
7 *Carceratus an citari possit.*
Iudex sciens impedimentum an procedere possit.
8 *Carceratus cum spolio omnium bonorum æquiparatur deportato.*
9 *Confessio non contentatur habere vim sententiæ, vbi requiritur mysterium iudicis in sententiando.*
10 *Exceptio cedendarum cui competat.*
Fideiussores in instrumento possunt renunciare beneficio cedendarum, 12.
11 *Clausula renunciatoria omni legum auxilio &c. an includat exceptionem cedendarum. nu. 12.*
13 *Cautela pro contrahentibus, vel renunciantibus, vt caueant à verborum generalitate.*
14 *Creditor in instrumento liberationis confideiussoris reseruans sibi ius contra alios fideiussores, an videatur reseruasse ius faciendi cessionem in alijs fideiussoribus.*

QVia regia maiestas voluit mittere me pro certis negotijs tangentibus interesse suum in ciuitate Trani, fuit mihi iniũctum, vt in causa Iacobi de Rubeis cũ nobili Maczeo Arcella de sedili Capuanæ deberem relinquere votum meum in scriptis, visa discussione ipsius causæ cum dominis de consilio, & Regiæ cameræ summariæ fuit mihi visum, quod totũ fundamentum huius causæ stat in hoc.
1 † Vtrum committatur stipulatio de iudicato soluendo contra dictum Maczeum fideiussorem, si reus principalis nunquam fuit citatus ad instantiã Iacobi creditoris, nec lis fuit contestata inter debitorem, & creditorem, & per consequens nõ potest dici iudicatũ, ex quo principalis nunq̃ fuit citatus: & per consequens non potest dici condemnatus.

Dicebatur pro parte Iacobi, quod citatio contra debitorẽ nõ erat necessaria, ex quo notorium erat sibi non competere defensionem, ex quo constabat de debito trium milium, & vltra ducatorum per scripturam debitoris, videlicet illustris Hier. de S. Seuerino recognitam, vt dicit gl. in c. cũ olim. & ibi Abb. in 6. col. de re iud. & in c. ex insinuatione. in fi. de appell. cum concor. per Inno. Bar. in l. 2. §. quod de fru
2 mentaria. ff. de admin. re. ad ciui. pert. † Item dicebatur, quod non remansit per Iacobum, quin citaretur ipse debitor, qui erat carceratus pro crimine læsæ maiestatis. Sed noluerũt fiscales, quod citaretur, præsumitur ex iusta cã factum, iuxta plenè no. per Fel. in c. quæ in eccle. de consti. Item quia stante confessione d. Hieronymi ĩ dicto albarano recognito, potuit
2 sequi cõdẽnatio a cõtra cũ sine citatione, ex quo clara decisio est, quod ex processu nullo põt sequi cõdẽnatio ex cõfessione debitoris, secdũ Inn. in c. fi. de re stit. spol. & ibi Abb. in c. at si clerici. de iud. & Bal. in l. merealem. C. de cond. ob turpem causam.

Sed pro parte d. Maczei fideiussoris dicebatur, regula est, quod ad hoc, vt committatur stipulatio iudicatũ solui, requiritur, quod lis sit contestata cum reo principali post prestitam satisdationẽ, aliàs contra eum
3 absentem non posset ad diffinitiuam procedi: † & sic non committitur stipulatio iudicatum solui contra fideiussorem, nisi lata sententia premissa citatione contra principalem, & facta litis contestatione, & quòd sententia ipsa transiuerit in rem iudicatam, ita voluit Pau. de Cast. in l. cum quæreretur. ff. de iudi. solui. per l. 1. eodem titu. Vnde cum

in

in casu, de quo agitur, reus principalis nunquã fuit
citatus, nec lis cõtestata cũ eo, esto ꝙ per sñiam ma
gnæ cameræ fuit condemnatus ad dictum debitum
vigore suæ scripturæ recognitæ, talis sñia non ha-
bet vim rei iudicatæ: ex quo deficiunt substantialia,
vt res iudicata dicatᷣ: q̃s vbi nõ est citatio, q̃ est de iu
re diuino, & naturali, ibi nulla est sñia, no. i l. vir bo-
nus. ff. de iudic. solul. no. in Cle. pastoralis. de re iud.
4 † Nã paria sunt, nõ esse iudicatũ, vel nulliter esse
iudicatũ, l. 4. §. condemnatũ. ff. de re iud. Faciũt mul
ta similia allegata p And. de Iser. in c. 1. §. preterea.
& quæ ibi dixi, quæ sit prima cã. Sic ẽt dr: ꝙ inuali-
da litis cõtestatio, & inualida citatio. nihil operatur.
dixit Bal. in l. 1. C. ex delictis defunctorum. Et sic pa
tet, ꝙ non est cõmissa cõtra fideiussorẽ stipulatio de
iudicato soluẽdo. Nec obstat primũ motiuũ: q̃a ne
gatur, ꝙ sibi non cõpetebat defensio: imò d. D. Hie-
ronymo carcerato cõpetebat defensio, quia potuis-
set opponere, ꝙ ipse est in carceribus Castri noui,
& nõ potest exire ad se defendendum, vt dicit Spe.
in tit. de citatione. §. 1. versi. itẽ est, ꝙ detentus à ma
gistratu, & sic postea processus factus esset nullus, si
iudex sciuit impedimentũ: vt dicunt Bar. & Pau. de
Cast. in l. 2. §. 2. ff. si q̃s cau. Io. de Imo. in l. is q̃ reus.
vlt. char. ff. de publ. iudic. per l. quæsitũ. ff. de re iud.
5 † Itẽ opposuisset, ꝙ erat notoriũ, ꝙ absq; citatio-
ne, & processu fuit de facto captus, & spoliatus om
nib. bonis, & statu suo, & ideo potuit se defendere,
& clarũ est, ꝙ illa exceptio impedit processum ad vl
b teriora: ᵇ vt dicit Ant. de But. in c. olim. el ij. de re-
stitu. spol. ita intelligendo. c. frequens. el j. eo. tit. lib.
6. licet Abb. Sic. in d. c. olim. non sequatur dictum
Ant. in hoc tñ D. Ant. melius dicit, ex quo ratio in-
ductiua dispositionis d. capituli, frequens fuit calũ-
nia opponentis, ergo vbi constat notoriè, ꝙ cessat
dispositio d. capituli. Et idẽ reperio tenere Spec. in
titu. de citatione. §. 1. versi. item, ꝙ est spoliatus, &
Ang. in recollectis in l. si te bonis, C. de iure delibe-
ra. Item potuisset opponere exceptionem particula
ris solutionis dictę scripturæ, quę probata est in pro
cessu formato contra fideiussorem. Item potuisset
opponere, ꝙ dicta ratificatio scripturæ non est fa-
cta in iudicio, sed debitore existente in dicto carce-
6 re: † licet si appareret de commissione iudicis, dice
retur facta in figura iudicij: vt dicit Bal. in 1. vol. cõ
si. 128. secus qñ esset facta corã notario non de cõ
missione iudicis: vt no. gl. in l. iubemus. C. de liber.
caus. & sic multa potuisset opponere, si citatus fuis
set: & propterea non obstat primum motiuum. Nec
obstat secundum motiuũ, ꝙ fiscus non permisit, ꝙ
citaretur d. D Hieronymus, qui hoc non apparet le
gitimè ex processu. Nã carceratus pro crimine læsę
maiestatis, donec non est conuictus, & condemna-
tus, est integer homo: quia donec non sequitur sñia
præmisso ordine iuris naturę, nõ potest dici, quod
inculpatus de crimine læsæ maiestatis sit reus dicti
criminis, secundum Anto. in c. 1. quo tempore mi-
les. in c. 1. de feudo sine culpa non amit. cum con-
7 cordantijs ibi per me allegatis, † & ideo poterat ci-
tari: sed ipse potuisset allegare impedimentum car-
ceris, vt supra dictum est, & sic non potuisset pro-
cedi ad condemnationem, & si processum est non
valet ipsa condemnatio, vt supra dixi: cum ẽt Papa;
& Imperator inaudita parte dicunt se nõ posse con
demnare, vt in l. fi. C. de leg. c. r. de caus. poss. & pro
prie. & habetur in c. olim. & in c. cum in causa. de re
iud. & no. Io. And. in addit. Spec. in tit. de sent. pro-
lat. § iuxta. versi. est etiam. & per Lud. consi. 379. &
Old consi. 43. Item si iudices sciebant illum carce-
ratum, sciebant impedimentum, & per consequens
nõn poterant procedere, vt in allegata l. quæsitum,
& procedentes ad condemnationem, nihil valuit, &
sic non potest dici condemnatus.
8 † Nec obstat tertiũ motiuum, quia illa recognitio,
& confessio principalis debitoris non põt præiudi
care fideiussori iudicatum solui, q̃a illa cõfessio fuit
qñ d. D. Hieronymus principalis fuit spoliatus om-
nib. bonis, quo casu non põt esse in iudicio, vt dicit
Bal. in l. 5. C. de iurisd. omn. iud. & licèt Bald. loqua-
tur in deportato, qui est exutus oĩbus bonis, tñ di-
cta carceratio principis de facto cum spolio omniũ
bonorũ non esset peccatũ in Spiritũ sanctũ, si hoc
ęquiparetur deportato, licèt non sit conuictus, nec
cõdemnatus. Item per dictam confessionem in car-
cere factam per dictum debitorẽ licèt resultet noto
rium, qñ facta esset in iudicio, & sic haberet vim sen
tentię, vt no. Bar. in l. ictus fustium. ff. de infamib. &
in l. is qui bonis, de verborum obligatione, & in l.
si decesserit. ff. qui satisda. cog. tamen qñ requiri-
9 tur ministerium iudicis in sñiando, † non sufficie,
ꝙ confessio illa habeat vim sententiæ, vt dicit notã
ter Bal. in c. 1. qualiter dñs proprie. priuetur. vbi di
cit, ꝙ qñ requiritur ministerium iudicis in pronun
ciando, nunquam notorium habet vim sententiæ.
Sed ad hoc vt committatur stipulatio iudicatum sol
ui, requiritur ministerium iudicis, s. vt cõdemnet reũ
principalem, vt in l. fi. C. de vsuris rei iud. ergo dicta
confessio etiam ꝙ ex ea resultet notorium, non
potest facere committere stipulationem de iudica-
to soluendo, cum non sit iudicatum. Et in casu isto
non potest dici iudicatum, quia nulliter ex defectu
citationis, vt in Clem. pastoralis. de re iud. cum sim.
& per ea quæ supra dicta sunt.
Ex quibus concludo, quòd contra ipsum fideius
sorẽ non est cõmissa stipulatio iudicatum solui. stã
te ista cõclusione dictus nobilis Maczeus de libero
voto meo debet absolui ab impetitione d. Iacobi, &
non oportet venire ad discussionẽ. Sed quia allega-
tur pro parte dicti fideiussoris, ꝙ d. Iacobus credi-
tor liberauit magnificum D. Antonium Carrafam
à fideiussione iudicatum solui, quam fecit insolidũ
cum dicto nobili Maczeo Arcella. Et ideo pretendit
se liberatum pro medietate dictorũ triũ miliũ centũ
ducatorum, qñ prædicta non militarent. Iõ primò
formabo dubiũ deinde veniãad eius resolutionẽ.
10 † Creditor per instrumentum publicum stipula
tus est à duobus fideiussoribus insolidum de iudica
to soluendo cũ pœna, & obligationibus, & renun-
ciationibus, & iuramẽto; deinde creditor liberauit
à dicta obligatione vnum ex dictis fideiussoribus
insolidum obligatis, demum creditor agit insolidũ
contra alium fideiussorem: & in ipsa liberatione re
seruauit sibi ius contra alium confideiussorem inso
lidum obligatum, secundum theoricam Barto. in
repetit. authen. hoc ita, C. de duob. reis. iste fideius-
sor dicit, obstat tibi exceptio cedendarum actionũ:

quia si vellem tibi soluere totum debitum, teneris mihi cedere actioné, & iura cótra illú cófideiussoré insolidum obligatum, quá cessioné facere non pót, quia eum liberasti: ideo qñ essem obligatus, non te neor nisi pro medietate. Quæritur quid iuris. Dicebant aduocatis d. Iacobi creditoris, q dicti fideiussores renunciauerunt beneficio cedendarum in dicto instrõ, vt infrà dicetur, & tali beneficio à principio in ipso instrõ ipsi fideiussores potuerunt renunciare, per glo. in l. nisi hoc actum. ff. de pact. & gl. in l. si stipulatus, §. si ex duobus. ff. de fideiuss. vbi dicit gl. q renunciauit beneficio cedendarum, qñ intercessit, quod potuit, & voluit. Spe. in tit. de renun. & côclu.
11 §. 1. versi. postremò. † Quod auté dicti fideiussores renunciauerunt ét beneficio, & exceptioni cedendarum, vt patet per illa verba posita in instrõ, omni legum auxilio, & omni alio iuri, per quæ verba includitur exceptio cedendarum, vt illi videatur renunciatú à principio, & in hoc allegauerunt multa similia, quæ breuitatis causa omitto. Aduocati verò Maczei dicebát, q Bar. in l. si stipulatus §. si ex duobus. præallegato, dicit in sua distinctione, q qñ creditor liberauit vnum ex fideiussorib. si alius fideiussor non consentit illi liberationi, nec fideiussor renunciauit beneficio cedendarum, & fideiussit simul in vno, & eodem contractu cum alijs fideiussoribus non diuersis temporibus, tunc creditori obstat exceptio cedendarú, nec aliter tenetur ipse fideiussor nisi sibi fiat cessio valida, vt est tex. in l. cum aliter. C. de fideiuss. & in l. vt fideiussor. ff. eo. ti. & in l. Modestinus, & ibi Bar. & materia. ff. de sol. hác conclusionem approbant Ang. & Pau. de Cast. in d §. si ex duobus. per tex. in l. Stichum. §. fi. ff. de sol. Et ideo imputet sibi creditor secundum Pau. quare ademit sibi potentiá cedédi, quia ille non fideiussisset, si sci
12 uisset sibi non debere cedi actioné. † Et quia d. Iacobus in dicta liberatione facta D. Antonio confideiussori insolidum non reseruauit ius cedendi, meritò non censetur reseruata facultas cedendi: fallit, qñ vnus fideiussor alteri successit, de quo per Alex. in l. de die. §. si fideiussor. ff. qui satis. cog. Nec obstant in contrariú allegata de renúciationib. generalibus factis in instruméto fideiussionis, quia sub illis verbis generalibus nó includitur q sit renunciatum p fideiussoris exceptioni cedendarum, dixit Bal. in l. si diuisa. C. locati & tenuit hoc Lud. in consi. suo 472. incipiente, in eo q quæritur, bene fateor, q in specie exceptioni cedédarum potest renunciari, vt supra dictum est; vel qñ renunciatur beneficio de fideiussoribus, & beneficio nouarum constitutionú de fideiussoribus, de pluribus reis debendi: tunc ita renunciando renunciatur beneficio cedendarú, tá in hypothecaria, q̃ in personali, secundùm Bald. in l. 2. C. de fideiuss. & Vitalem in pen. char. suarú clau-
13 sularum, † ná ista exceptio cedendarum competebat de iure antiquo confideiussori insolidum obligato, vt in l. si fideiussores. §. fi. ff. de fideiuss. & ideo renunciando beneficio de fideiussoribus, renunciauit beneficio cedendarú. Sed melius considerando, idé vr̃ dicendú qñ renunciauit omni legum auxilio vt renúciare videatur ét beneficio cedendarú, quod est de iure côi, vt patet in d. l. si fideiussores. §. fin. & pp̃ea dicebat Bal. in l. pactú. C. de coll. i 16. q. caucát contrahentes, vel renunciátes à verbis gñalibus, ne effuso sermone in periculú incidant, vt in l. fi. C. de dotis promiss. faciunt multa q̃ inducit Alex. de virtute gñaliú verború. in 5. col. côsi. 68. incip. visis, & opportunè côsideratis, & maximè qñ interuenit iuramentú, vt consuluit Alex. in eo. vol. côs. 133. inci. super quæsitis. Et ideo in hoc dubio pp renúciationes appositas in instrõ fideiussionis sum in voto, q dictus Maczeus fideiussor non pót se iuuare exceptione cedendarum pp liberationem factam à creditore confideiussori cum protestatione de conse-
14 quendo totú ab alio fideiussore. † Dicebat D. Ant. de Alex. Viceprotonotarius, q ipse in recollectis suis qñ legebat l. nisi præallegatá dicebat, q ex quo creditor in instrõ liberationis confideiussoris reseruauit sibi ius côtra alios fideiussores, vr̃ in côsequétiam reseruasse ius faciendi cessionem alijs fideiussoribus contra ipsum fideiussorem liberatum, arg. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. tamé reliquit hoc cogitandú. Sum igitur in voto, vt supra in primo dubio. Et hoc voto consignato do. Iulio de Scornatis Locumtenéti Magnæ cameræ, & alijs Dominis de consilio accessi pro seruitio Regio, vt suprà: & postquá reuersus sui, reperi q dictus Maczeus mediátibus aliquibus dominis de Consilio ductus fuit ad concordiá cum dicto Iacobo pro ducatis quingentis.

ADDITIO.

a *Condemnatio.*] Stante processu nullo, si est confessio sequitúr condemnatio. Adde infra in decis. 372.

b *Ad vlteriora.*] Adde, exceptio spoliationis omnium bonorum impedit processum ad vlteriora. Idem tenet Ioan. And. in d. c. cum olim an fin. Ange. in l. si maritus quondam. C. de dona. inter vir. & vxo. Io. Pet. in l. si te bonis. C. de iur. delib. Inno. & Abb. in c. nnuit. de appell. Et ideo dicit Ioan. Fab. in §. fi. Instit. de actio. quòd si quis est spoliatus propter guerram, æquum & pium est, vt conueniatur eatenus, quatenus facere potest, quod etiam refert, & sequitur ibi Ias. Nec aduersus dictam exceptionem spoliationis, obstaret exceptio de iuramento præstito per debitorem, ita Ioan. And. in c. 1. de ord. cog. Quia non haberet locum, quando spolium esset factum post iuramentum, vt in specie declarat Imo. in d. c. 2. & in proprijs terminis Philip. Fran. in c. frequens. & assidua. de resti. spol. in 6. & Socin. in suis fallen. in regula 225. subdens, quòd periurium etiam euitatur per impotentiam soluendi, quæ excusat a periurio. c. breui. de iureiur. & sic omnes actiones actiuæ, & passiuæ essent in fiscum spoliantem translatæ ipso iure: & spoliatus esset á suis creditoribus liberatus, tex. est in l. 1. C. ad leg. Iul. de vi publ. per qué tex. dicit ibi Bal. esse notandum, quod baniti nostri temporis, quibus adimuntur omnia bona, sunt ab eorum creditorib. liberati. tex. est in l. si debitor. & in l. ñadépris. C. de sen. pass. & in l. si marito publico. ff. solu. matri. & in l. 1. ff. de duob. reis, & in dictis iuribus glo. Barto. & Dnõ. Th. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXXXII.

1 *Sententia lata contra principalem ita demum exequitur contra fideiussorem de iudicatum soluendo, quando ipsa sententia fuisset lata contra ipsum principalem præsentem citatum, secus quando contra ipsum contumacem t*

2 *Sententia lata contra vnum ex correis, vel contra vnum ex tutoribus, an alios afficiat.*

3 *Sententia lata contra principalem non exequitur contra fideiussorem, si ipse fideiussor à principio comparuit, & petijsset*

petijsset auditur, vbi est, quod fideiussor non potest condemnari, si principalis non potest.

4 *Fideiussor de iudicatum soluendo liberatur facta appellatione à sententia, & sic facta iudicis mutatione, & quid si est præstita fideiussio sub nomine dignitatis, & non expresso nomine iudicis.*

5 *An qualibet iudicis mutatio faciat hanc fideiussionem expirare, & quid si fideiussio fuisset alterata, & quando fuisset præstita in forma curiæ consueta, an expiret fideiussio ista.*

6 *De iure ciuili à sententia interlocutoria non appellatur, quando grauamen potest temperari in sententia diffinitiua, & fideiussio ista de iudicatum soluendo appellatur à sententia iudicis delegati.*

7 *Fideiussor de iudicatum soluendo eisdem modis tenetur, quibus principalis.*

8 *Declaratio iudicis requiritur, vt fideiussor de iudicatum soluendo teneatur.*

9 *Confessio facta coram notario non de iudicis mandato an praiudicet, item quando confessio extraiudicialis noceat.*

10 *Confessio facta in iudicio ex arrupto potest reuocari etiam ex interuallo.*

11 *Confessio facta in iudicio an probet inter alias personas.*

12 *Declaratio an requiratur in facto notorio, & quid si est notorium facti permanentis, & in notorijs factis in præsentia iudicis sedentis pro tribunali, & an hæc procedant in pœnis, quæ ipso iure committuntur.*

13 *Per renunciationem generalem omni legum auxilio, an videatur renunciatum exceptioni cedendarum, & casui fortuito.*

14 *Verba general. restringuntur quandoque, & sunt intelligenda ciuiliter, & non rudiser, & an ex eis veniat quid cogitari potest.*

AD confirmationem eorum quæ habentur per Afflict.
1 hic. † quòd ita demum sequitur sententia lata contra
reum principalem contra eius fideiussorem de iudicatum
soluendo, quando ipse reus principalis fuisset præsens in iu
dicio, & contra eum fuisset seruatus ordo iudiciarius, aliàs
antequam sententia fuisset lata ipso reo principali absente,
& non defenso, quòd non mereatur executionem contra
ipsum fideiussorem de iudicatum soluendo, conuenit Sali.
io d.l.2.C.de vsu.rei iudi.vbi ait, hos fideiussores posse op
ponere omnes exceptiones competentes ex personæ ipsorum
fideiussorum: quia fuisset factum pactum de non peten
do, & alijs modis, vt ibi per eum, quod dixit, quando prin
cipalis fuit præsens, & quando absens, conuenit etiam So-
cin.in consi.283.eleganter, & iuridice, nume.13. 2. volum.
2 vbi limitat hęc in duobus reis, & pluribus tutorib. † nam
sententia lata contra vnum, alium non afficit, sed tamen
in istis fideiussoribus de indicatum soluendo huic locum fo
re, ad quæ etiam faciunt notata supra in deci.94. vbi pactum
vnius alteri præiudicat, & quæ voluit Fel.in c.quamuis, nu
me.16.extra de re iudi.& Ias.in l.ex duobus.§.si quis.ff. de
iureiur. quod non oportet citare fideiussorem, quando fit
processus contra principalem, & sic sententia lata contra
principalem defensum vt supra exequitur contra ipsum fi-
deiussorem de iudicatum soluendo ex eodem processu, ta-
men fideiussor potest allegare se non promisisse, quæ om-
3 nia intelligit Ang.in l.si cognitione.ff.ad l.Silla. † nisi fi-
deiussor de iudicatum soluendo a principio comparuisset;
quia tunc deberet audiri pro suo interesse, aliter senten-
tiam non valeret. refert, & sequitur Felin. in loco supra
citato & sic fuisset modus liberandi fideiussorem de iudica
tum soluendo saltem ad tempus, cum quib. est conformis
Ayme. in consi. 287. nobilis Nicola, vbi ait, non posse cō
demnari fideiussorem, vbi nec principalis, alius autem mo
dus liberandi hunc fideiussorem, quando fit iudicis muta-
4 tio per appellationē vel aliter iuxta † text.vul.l. apud Sē-
pronium, ff. iudi.sol. de quo per Sali.in l.2. post alios.C.de
procur. Andr.de Iser. in titu. quæ sunt regalia. in verb. no-
ua vectigalia, 3.colum. Roma. consi. 210. circa primum.
468.in casu proposito. in quibus est, quod durat fideius-
sio, si alio modo ageretur, quàm primo, & deinde seque
retur sententiam, vbi si durat fideiussio, quando est præsti
ta nō nomine proprio, sed sub nomine dignitatis, de quo ėt
5 † per Ias. in l. Iulianus, in princip. ff. qui satisda. cogan.
qui ait, quòd quælibet iudicis mutatio facit hanc cautio-
nem expirare. hoc idem Aymo. in consi. 47. in casu præ-
misso. Socio. in consi. 62. visis conuentione, & 91. Con-
clude dictum. 4. volum. vbi de alteratione huius fideius-
sionis si fideiussores ipsi censeantur liberati, & per Abb. in
consi.23. ad petitionem Petri. 1. volum. vbi quando fideius
sio fuisset pręstita in forma curiæ consueta, de quo vltimo
per Hier. Gra. in consi. 102.1. volum. nume.6. quod nota-
rius non potest ponere clausulas, quod fideiussor coram
alio iudice teneatur, Paris. in verb. fideiussor, in vers. subij-
cio quæstionem. fol. 50. in fi. examinat verba in forma cu-
rię consueta, & quia de prædictis fuit mag.q. in sac.cons. in
quadam causa ad ipsum deuoluta per remedium appella-
tionis à quadam sententia interlocutoria per regiam au-
dientiam, per quam fuerat facta iudicis mutatio existente
grauamine dicebatur propter dictam iudicis mutationem
hanc fideiussionem esse extinctam, ex aduerso allegabatur
nequaquam esse mortuam, sed durare non obstante muta
tione hac, ex quo fuit facta ab ipsa sententia interlocuto-
ria, non autem à diffinitiua, vt loquuntur iura, & scriben.
supra citati; & non possunt loqui de sententia interlocuto
ria: quia de iure ciuili non appellabatur ab interlocutoria,
6 quando grauamen † poterat reparari in sententia diffiniti
ua. l. ante sententiam. ff. de appella. cum simil. tandem domi
nus Marinus Frezza motus inter alia ex quibusdam verbis
contentis in d. fideiussione, & ex doctr. Petr. de Bellapert.
in d.l.2.C. de procu. quem sua dominatio habebat ad pen-
nam, & ex doctr. dec. Bellameræ, num.251. quæ dicit, hu-
iusmodi fideiussionem durare facta mutatione iudicis dele
gati; alias in iudice delegato durare, facto verbo in sac. cō
si. decreuit dictam fideiussionem non esse extinctam in qua
dam causa cuiusdā And. Sic. cum Sigismundo de la yecza
de ciuitate Licij ann.1540. cuius causa actuarius tunc Ioan.
Florentia. quia pulcher casus, libuit hic inserere, cum qui-
bus intuere si expedit in facti contingentia Ay. in d. consi.
187. quòd fideiussor prædictus de iudicatum soluendo tene
7 tur eisdem modis † quib. principalis, & quod requiratur de
claratio iudicis: vt ista fideiussio committatur, declarat
Gu. Papa. decis. 215. an executio, num.8. & de istis fuit facta
mentio supra in decis.170.

8 Circa verò † aliud an huiusmodi fideiussio expiret pe-
rempta instantia. Affl. hic videtur sentire quòd sic supra in
d. decis. 148. istud etiam Alex. in consi. 209. 7. vol. licet Ro-
cen. aliter prædicta ibi intelligant.

Insuper quamuis Afflict. hic in verb. item potuisset, dicat
confessionē factam coram notario non de iudicis cōmissio
9 ne non præiudicare conuenit † Hyppo. in §. postquam. nu-
mero 17. in sua pract. crim. & in singul. 389. plures sunt
casus. & intellige prædicta, quando talis confessio non
præiudicaret extra iudicium; quia si faceret præiudicium
extra iudicium afferet etiam præiudicium in iudicio pro-
ut declarat, & tenet Ioan. de Plat. in l. cum scimus. in verb.
item nota hic glo. notab. C. de agr. & censi. lib. 11. sequitur
Hyp. in d. sing. vbi enumerat casus, num. 20. in quib. confes-
sio non præiudicat: sed inter alios nota vnum, quod quan-
do confessio fuisset facta in iudicio ex arrupto, quod po-
test reuocari etiam ex interuallo, prout affirmat Felin. in
proœ. decreta. 2. colum. quod exclamat vsque ad sidera Ar-
no. cau. sua prima. nota quia pulchra sunt, sed difficilia in
practica obtineri. quòd autem ex confessione in processu
nullo possit sequi cond. sunt annota. infra in decis. 191. & in
10 decis. 172. † est de prędictis tex. c. Pisanis. de restitu. spol.
Cęp. consi. 67. affirmat etiam Ang. in tract. malef. in verb.
comparuerunt dicti requisiti, & confessi fuerunt, in 8. col.
in versi. quæro an confessus. Dec. in c. at si clerici. in 4. co-
lum. de iudic. Corset. in singul. in verbo confessio. Bolo. con
11 si. 8. sed. †. confessio ista probet inter alias personas, quan
do est facta in iudicio vltra scribentes in l. is ad quem decla

rat

rat Gui.Papa in dec.254.confessio per aliquem facta, & de subiecto.c.frequens, sunt annotationes supra in decisi. 19.

Circa verò aliud tactum per Afflic.hic in verbo,item per dictam confessionẽ,ꝙ in notorio etiam requiratur ministerium iudicis in declarando,vltra adducta supra in deci.179.
22 † in verbo dubio,voluit ista Bal.in l.cum fratrum,in secunda col.in versi.vnum scias,quia notorium.C.de his,qui.vt indi.Idem in l.iubemus. §. sancimus. C. de sacrosanct.eccle. Fel.in c.sciscitatus,de rescri.istud an militet in notorio facti permanentis,vel iudicis sedentis pro tribunali.And.post ipsum Afflict.in c.sancimus. quo tem.miles. Vbi quod hæc procedunt etiam in pœnis quæ de iure committuntur per tex.c. cum secundum , de hær.in 6.per quæ ita voluit Abb. & Scrib.in c.verum.in fi.de foro comp.imo plus voluit Card.in consi.128.hunc punctum,quod requiratur etiam causæ cognitio loquens in vasallo,qui ipso iure debet priuari, & de his sunt nonnulla capitula regni relata per hunc in d. c.sancimus.no.etiam Gram.noster in dec.15.nume.6.quod etiam in rebellione notoria requiratur declaratio.

23 Circa verò aliud vltimum in versi.sed melius † quod per renúciationem generalem cum omni legum auxilio videatur renunciatum beneficio cedendarum.Socin. consi.200. quoniam ex forma statuti 2.volum.idem in consi.125.quoniam ex forma instrum.4.volum.Iaf.in l.de his, de transac. Nicosan.in tracta.de pign.in 4.memb.5.par.Cap.dec.87.nume.10.& melius 88.Goza.in consi.69.videtur prima facie, in fi.vbi ait, videtur renunciatum casui fortuito,sterilitati, iuri communi, & municipali, & exceptioni discussionis. Alex.7.volum.consi.29. licet Rec.ibi aliter sentiat tretus tantum sua auctoritate. Sed contra ꝙ requiratur specialis affirmant Rom.consi.472.in eo quod quæritur.Deci.in consi.27.pro virili.idem in consi.446.viso elegati. Alex. consi. 396.volum.6.& ibi Rec.sibi contrarius, pro quorum opi-
24 nione facit, quæ voluit Aym.in consi.3. † quod verba generalia restringantur, & quòd sunt intelligenda ciuiliter,& non ruditer.idem in consi.159.verba franchisiæ.nu.7. licet alibi in consi.105.dicat,in verbis generalib. venire ea, quæ excogitari tantum possunt, de quib. etiam per Scrib. in l.fi. §.idem quæsijt. ff. de cond. indeb.& quia ista materia est profunda propter veritatem, & contrarietatem opinionum scribentium, ideo me remitto ad Tiraq.quem posthac vidi in repe.l.si vnquam, numero 217.C.de reuo. dona. qui citat,& sequitur Afflic.hic,cum quo videtur tenendum maxime ratione iuramenti, quod facit valere actum omni meliori modo, & habet vim expressi, iuribus notissimis,

Cæsar Vrsil.

DECISIO CLXXXIII.

De tutoribus, & matre præferenda auo paterno in tutela filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Mater in tutela an veniat præferẽda auo paterno n.5.6.*
2 *Filiusfamilias nõ potest dare tutorẽ filiæ in potestate aui.*
Emancipatus quando præsumantur quis non probata emancipatione.
3 *Emancipatio requirit scripturam:*
4 *Filiusfamilias de bonis castrensibus potest testamentum facere.*

1 QVis debeat † præferri in tutela Faustinæ, an mater videlicet do.Trusiana de Borsis de Neapoli vxor Annibalis de Furgiano de Suexa filij Gasparis de Furgiano,vel ipse Gaspar auus dictæ Faustinæ.Et præsupponitur,quòd dictus Annibal fecit testamentum,in quo instituit hæredem dictam Faustinam eius filiam, & ei dedit tutricem. s. personę, & bonorum dictam Trusianam eius vxorem, & matrem dictæ pupillæ.

Prima facie vnusquisq; diceret,quòd dictus auus paternus debet præferri in dicta tutela, vt in authe.matri,& auiæ.C.qñ mul.offi.tu.fungi pos.& in l.nam ciuium, cum concord.ff.de his qui sunt sui, vel alie. iur. tum quia ipse habet dictam Faustinam
2 eius neptem ex filio in potestate: † tùm quia filiusfamilias in potestate patris non potest facere testamentum,nec dare tutorem filiæ in potestate aui. Insti.quibus non est permis.facere testa.§.1.& l.qui in potestate. cum si. Tamen his non obstantibus, fuit decreta tutela dictæ Trusianæ matri,ex rationibus infrascriptis. Et primò:quia fuit allegatum, ꝙ dictus Annibal fuit emancipatus à patre, & probatum fuit,ꝙ per 19.aut 20.annos vixit seorsum à patre vt filius emancipatus:licèt non sit probata aliter emancipatio , præsumitur emancipatus, secundùm Alb.de Ros.& Bald.in l.post mortem.ff.de adop. & no.gl.& Bar.in l.2.C.si aduer.rem iud.& not.Bald. in l.1.C.de pat.pote.dũ se remittit ad dicta per eũ in d.l.post mortẽ,no.Mod.in l.sciendũ.ff.de ver.obl.

3 † Nec obstat, ꝙ in emancipatione debet interuenire scriptura,secundùm Cy.& Bald.in l.de emancipatione,C.de fide instru. quia satis dr̃ præsumptã scripturam in emancipatione interuenisse,vbi scriptura allegatur,& probatur quasi possessio emancipationis per 20.annos, tunc præsumitur emancipatio,vt supra allegatum est,& sic ista neptis non est in potestate aui,sed patris;& pater potuit facere testamentum,& dedisse tutricem matrẽ suæ filiæ.Secũda ratio est:quia dictus Gaspar dedit pro alimentis dicti filij & nurus dicto Annibal, & eius hæredibus quoddam feudum della Roccha montis Draconis, & medietatem feudi de Saluatico, & tradidit & ipse Annibal,per se,& alios eius noĩe tenuit & posse-
4 dit vsque ad tempus mortis suæ, † quæ feuda sunt bona castrensia,vt dicit Bal.in l.cum multa,C.de bonis,quę liber.& in bonis castrensibus filiusfamilias potest facere testamentum, etiam, ꝙ esset in potestate patris,ex quo in istis bonis reputatur vt pater familias,vt in l.Macedoniani.C.ad Maced.& l. penul & fi.C.qui test.face.pos.& no.in l.fi.C.de inof. testa.intelligendo tamen secũdum disp.c. 1.de suc. feudi.s.quando disponit in immediatũ successorẽ.

Tertia ratio est,ꝙ dicta tutela dictæ pupillæ non debet dari dicto auo paterno,sed matri:quia dictus auus habet filium masculum secundogenitum, qui per mortem huius pupillæ succederet in omnibus dictis feudis,& probatur,ꝙ dictus auus odio habebat dictum patrem huius pupillæ,etiam vt cesset om-
5 nis suspicio, † fuit visum dictis Dominis, quòd tutelam ipsius pupillæ mater, quę est mulier honestissima & prudens administret,per tex.in l.1.ff.vbi pupil.educari debeat.vbi dicit, Solet prætor frequentissimè adiri,vt constituat, vbi filius vel alatur, vel moretur, non tantùm in posthumis, verùm omnino in pueris. Et solet ex persona, & ex conditione, & ex tempore statuere, vbi potius alendus sit,& nõnunquam à voluntate patris recedit prætor.Deniq; cum quidam testamento suo cauisset, vt filius apud substitutum educaretur, Imperator Seuerus rescripsit, prætorem existimare debere præsentibus cæteris propinquis liberorũ Id.n.agere prætorẽ oportet, vt sine vlla maligna suspicione alatur partus & educetur.

educetur, dicit gl in verbo, suspicione, quia forte cũ occideret propter substantiam, accedat ad hoc text. in l.pen.eod.tit.vbi dicitur, causa cognita debet id prætor statuere, vt etiam euitetur suspicio pudicitiæ, & alius tex.in l.1.C.vbi pupil.edu.debeat, dicit, educatio liberorum nulli magis quàm matri committenda est. & alius tex.in l.1.co.ti.dicit, ꝙ ille præferendus est, qui non est successionem pupilli speraturus propter suspicionem.

6 † Quarta ratio est, quia prouisum est per capitulum Regni, quod incipit, feudatarius &c. quòd mater præferatur alijs cõiunctis, quando mater est honesta, & sobria in ipsa tutela, quando feudatarius mortuus est ab intestato.

Quinto & vltimò ad dictam decisionem faciendam multum mouit authoritas And.de Iser. in consti.mino.in fi.vbi dici, quod si baiulus datus est pupillo per testatorem, qui nõn habet ipsum in potestate, & ille baiulus vult administrare, pater qui habet pupillũ in potestate contradicit, quia vult ipse administrare, concludit, ꝙ baiulus datus per testatorem præfertur. Et quia magna curia Vicariæ sic pronunciauit, & pro parte Gasparis fuit appellatũ ad Sac.C. auditis istis rationibus fuit decretum, ꝙ bene fuit decisum per magnam curiam Vicariæ, quòd dicta mater præferatur in tutela dictæ filiæ præfato auo paterno.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXXXIII.

1 *Mater præfertur auiæ in tutela, & omnibus tutoribus exceptis testamentarijs.*
2 *Filius non obstante suspicione an debeat educari penes matrem, & auiam.*
3 *Pater an possit in testamento prohibere, quod mater non sit tutrix suorum filiorum, & quid si non dedisset tutorem in testamento.*
4 *Mater si ex forma statuti excluditur à filij successione, an à tutela excludatur.*
5 *Mater quando transiuit ad secunda vota, an desinat esse tutrix, quomodo &c.*
6 *Mater an possit dare tutorem filio, & si dat, quòd debeat confirmari, & quando filius non fuisset factus hæres à matre. Sed tantum in legitima institutus.*
7 *Mater de iure nisi sit tutrix non habet administrationem bonorum filij.*
8 *Filius ad hoc vt sit emancipatus, oportet quod per annos decem seorsum vixerit à patre, faciendo actus conuenientes patrisfamilias.*
9 *Emancipatio facta à patre filio absente an valeat.*
10 *Emancipatio an possit fieri per procuratorem.*
11 *Filius disponit de castrensi. item de his in quibus patri non quæritur vsusfructus, & quid de consue. Neap.*

1 Cum conclu. huius dec. † ꝙ mater præferatur auó in tu-
tela, cõsentit Bal.in l.humanitatis, in versi.5 quæro. col.
16.C.de imp.& ali.subs. Bar.in l.ex facto.13.col.uer.5.quo, si
auus, ff.de vul.& pup.Bal.in consi.487.pupilla morari. in 5.
par. ꝙ mater honesta alijs præferatur in dominio, & pote-
state pupillæ, aliqua per Soc.in cons.153.pulchra & subtilis,
nu.37.2.vol. In quib. ꝙ præferatur omnib. exceptis testamẽ-
tarijs, ad quæ ét conueniunt ea quæ dixit Saly.in l.2.vbi pu-
pi.edu.de. quod filius non obstante suspicione successionis
2 † potest educari penes matrem. Sed melius & pulchre Bal.
in d.consi.487. post eum Gui.Papa in deci.539. Mater data.
vbi nisi mater transiuisset ad secundas nuptias, potest edu-
cari penes auiam. Parisius in cõs.56.nulla. nu.22.& per to-
tum, primó vol. vbi etiam, ꝙ vnusquisque pôt petere in fa-
uoré pupillæ prouisionem iudicis circa eius educationem,
3 & adeo verum † ꝙ mater præferatur, dico matrem hone-
stam, & frugis vitæ in tutela, vt inquit Bal.in d.consi. ꝙ pater
non potest in testamento prohibere etiam expresse, ꝙ ipsa
non sit tutrix, nisi ipse dedisset filio tutorem in testõ secun-
4 dum † Bal. etiam in consi.308. testator in testó, in 2.lib. re-
fert, & sequitur Dec.in regula fœminæ ff.de reg.iur.nu. 18.
Vbi ét plus affirmat, ꝙ & si mater ex forma statuti exclude-
5 retur à successione filij, † ꝙ tñ non excluditur à tutela. Soc.
ét in d.cons.153. quæ licet sint vera, ꝙ mater valeat esse tu-
trix, cessant quãdo transiuit ad secunda vota, Guid.Pap.in d.
decis.539. Cur.Iun.in consi.94.2.par. cum alijs signatis infra
in dec.281. non tñ potest mater dare tutorem filio, si tñ dat
in testamento, debet à iudice confirmari, si est idoneus, Bal.
6 consi.163. cuiusdam † puellæ, 5. vol. de quo etiam per Rom.
in consi.188. in hac causa. Vbi voluit ista procedere, quando
fuisset filius factus hæres à matre, secus quando tantum fuis-
set in legitima institutus à matre, quæ non habet admini-
7 strationem bonorum filij † de iure, nisi esset tutor, vt supra,
neque vim, & potestatem in personam, tex.est in l.in aliena.
§.quamquam, ff.de neg.gest.nu.hęc Aym.in consi.39. præpo-
nitur in facto, & quod mater præferatur nõ solum auó, sed
auiæ, sunt annot. infra & dec.281. Vbi alia. Circa vero aliud
8 ꝙ quando filius per † annos 10. vixit seorsum à patre eman-
cipatus secundum Bar.in d.l.3. sed si allegaretur emancipa-
tio & actus facti conuenientes patrisfamilias: vt testari, cape-
re mutuum, cessat tempus 10.ann. secundum Bal.ibi. in d.l.
2. qui melius declarat, & voluit Alex.in consi.vlt. clementis-
simi. col.5. versi.& adduco 4.vol. Dec.in consi.43.nu. 6. Vbi
sic valet, quando emancipatio fuisset facta coram iudice in-
9 competenti, † sed quod pater mandante notario et filio ab-
sente valeat ipsum emancipare, Cur.Sen.in consi.4. Vbi sunt
10 alia concernentia subiectum emancipationis † cum quo vi-
detur conuenire Cor.in consi.159. Vno puncto, 3. volu. sed
11 † quod non posset fieri per procuratorem ad vnum actum
tantum, voluit Cassa.in consue. Burg. fol.213. quod vltimum
non video obseruari. de istis etiam infra in deci.308.

Circa vero aliud, quod filius possit disponere de castrensi, & de his in quib. pater non habet vsumfructum. Roma. in consi.512. col.2. Aym.in d.consi.39. præponitur, de iure, verò consue. Neap. filiusfamilias testatur de bonis aduenticijs sibi vndecunque obuenientibus, ex linea materna, saluo bonorum subsidio patri, & ... commune, vt in consue. filiusfam. bas, & vide infra in decis.393. Cæsar Vrsil.

DECISIO CLXXXIIII.

De re aliena reposita in domo conducta ad tempus volente domino non obligata pro pensione tacitè.

SVMMARIVM.

1 *Executio pro pensione an possit fieri in bonis alienis in domo conducta repertis: & quid sit super hoc distinguendum, 4.*
2 *Illata vt tollantur ante finitam locationem non habentur pro inuectis.*
3 *Bona aliena inducta in domo, vt tacitè obligata habeantur, quæ requirantur.*
4 *Vesti locati an sint tacitè obligati pro pensione domus, & quid de veste penes sartorem.*

Nobilis quidam locauit domum pro certa mercede per annum, iste inquilinus patitur, quod in hac domo locata quidam amicus suus ponat aliqua mobilia, cuius custodiam ipse inquilinus recepit:

piti deinde ille suus amicus recesit alibi, eo existen-
te absente, ille nobilis aduenïente mense Augusto,
in quo tempore debet fieri solutio pensionis secun
dum consuetudinem Neapol vadit cum Alguzerijs
in domum prędictam locatam, & pro pensione fa-
cit executionem super illis bonis repositis per di-
ctum amicum inquilini: quia alia bona non erãt in
d. domo, vt de eis posset pro pẽsione fieri executio.
1 † Dubitatur, an super istis bonis inuectis, & illa
tis in domo conducta, quæ cõstat esse aliena, potuit
fieri executio pro pensione, vel veniat retractanda.
Fuit dictum, ꝙ istam quæstionem posuit Cy. Bal. &
Sal. in l. certi iuris, C. locati, vbi distinguunt, quod
aut res aliena est inuecta & illata domino rei scien-
te, & patiente, & tunc erit tacitè obligata pro pensio
ne: aut eo ignorante, & tunc non erit obligata, l. alie
na. ff. de pig. actio. Sed aduertendũ est, ꝙ illud, quod
dicitur, ꝙ si res aliena inducta est in domo condu-
cta de voluntate domini, ipsius rei, quod est tacite
obligata pro pensione procedit, si res illa perpetuò
idest, durante locatione erat mensura in domo.
2 † Secus si ad certum tempus ibi reposuit, tunc,
non est tacite obligata pro pensione, nisi aliter ap-
pareat de consensu domini ipsius rei illatæ, quod vo
luit rem illam obligari pro pensione, vt dicunt doc.
in l. si fine, C. ad Velle. Debet ergo fieri articulus
pro parte domini domus, ꝙ dominus rei illatæ im-
posuit in domo conducta res illas, vt toto tempore
conductionis ibi starent, aliàs illata, vt tollantur an
te finitam locutionem, tunc non habentur pro in-
uectis, & illatis, arg. l. 1. C. de verb. sig. secundũ Sali.
in d. l. certi iuris. post Bal. ibi. & pro hoc videt text.
in l. prædijs §. videndum. ff. in quib. cau. pig. taci. cõ
trahi. vbi dicit tex. videndum est, ne non omnia il-
lata, & inducta, sed ea sola quæ, vt ibi sit illata. s. per-
petuò, dicit gl. non temporis causa &c. Et pro hoc
gl. in d. §. videndum. allegat l. debitor ff. de pign. ibi,
eos duntaxat, qui hoc animo induci possent, vt ibi
perpetuò, scilicet quandiu essent ibi, non temporis
3 causa accommodarentur &c. † pro hoc text. in l. si
non inducta. C. in quib. cau. pig. taci. contra. vbi di-
cit gl. ꝙ tria requiruntur, vt bona aliena inducta in
domum sint tacitè obligata. Primò, vt res sit indu-
cta. Secundò, vt domino rei sciente, & patiente.
Tertiò, ꝙ sit inducta, quod perpetuò sit ibi, id est,
durante locatione, & si aliquid de tribus prædictis
deficiat, res illa non est tacitè obligata, vt declarat
Pau. de Cast. in l. item quia, ff. de pac. procedit ergo
opinio gl. d. l. certi iuris. quę dicit, quòd sola patien-
tia domini promittentis, quòd res sua introducatur
in domum conductam per alium, facit quòd res illa
est obligata, procedit, quando interuenit fraus, vel
apparebat de eius consensu, quòd voluit rẽ suam ẽẽ
se obligatam, vel fuit inducta, vt sit in domo, donec
durat locatio.
4 † Fuit ergo votatum, ꝙ res aliena reposita de vo-
luntate dñi in domo conducta ad tempus non est
obligata tacitè pro pensione domus, & sic fuit re-
tractata illa executio. Sed ex ista causa cecidit aliud
dubium: quia Vicentius Malfitanus inquilinus di
ctæ domus locauit duos lectos quos induxit in do-
mo locata. Vtrum isti lecti locati sint tacitè obli-
gati pro pensione domus, dicit Ioan. Fab. Institu. de
actio. §. item Seruia. quòd non: quia si conductor
rem alienam expresse obligare nõ potest inuito do
mino, multomagis nec tacitè, C. si res aliena pig. da
ta sit l. 2. tunc enim res aliena tacitè est obligata pro
pensione domus, quæ illata ibidem, quando inter-
uenit fraus ex parte domini ipsius rei, fortè quia cõ
modauit rem inquilino ad finem, vt appareret di-
tior, & locator alliceretur ad locandum &c. secun-
dùm Ioan. Fab. dicens idem esse si dedi sartori ve-
stem, vt arctaret, non est tacitè obligata pro pensio-
ne, quia non fuit tradita vestis animo, vt durante
locatione ibi esset, & ibi etiam per Aretinum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXXXIIII.

1 *Ad hoc vt inuecta, & illata sint tacitè obligata, post*
Afflict. hic ponuntur requisita. 1
2 *Merces hospitato sunt tacitè obligata, etiam quòd fuis-*
sent imposita, quòd ibi non sint perpetuo in loco.
3 *Nomina debitorem contenta in instrumento existente in*
loco non sunt obligata tacitè.
4 *Facto legato domus vxori, & omnium, quæ in domo*
sunt, non veniunt instrumenta nominum debitorum exi
stentia in domo.
5 *Bona vxoris reperta in domo an sint tacitè obligata pro*
locatione facta à marito, etiam quòd bona ipsa habeant
ibi perpetuò stare.
6 *Vxor, seu vidua mortuo marito existens in domo olim lo*
cata per virum an ad pensionem teneatur.
7 *Quando quis habet domum gratuitam ab aliquo bona in*
uecta per ipsum non sunt obligata.

1 AFflict. hic numerat requisita ad hoc † vt inuecta, &
illata in domo alicuius sint tacitè obligata. Habetur ẽt
de his per Ias. in l. item quia, in prin. ff. de pactis, & per Ni-
cosantium in tracta. de pign. fol. 56. qui non ita bene decla-
rat articu. sicuti. Afflict. hic, sed melius per eundem Ias. in
insti. de actio. in §. item Seruiana, vbi inter alia post Aret.
dicit, quod ex qualitate bonorum potest cognosci, si bo-
na ipsa inuecta fuerint asportata, vt ibi perpetuo sint, vel
saltem in dubio præsumatur, nisi reprobetur contrarium,
quod melius videtur procedere, nam probare, quod ali-
quis imposuit; vt ibi perpetuò sint, videtur admodum dif-
ficile, nisi vt supra ex rei qualitate vel ex confessione partis,
2 quæ omnia intelligas † exceptis mercibus hospitatis, nam
hæc sunt tacite obligata etiam quod in loco non fuissent po
sita, vbi etiam perpetuò starent, prout etiam testatur Ale
xan. in l. diuortio. §. donationes. in fi. ff. solu. matrim. & insu
per quod dicitur hic, quod bona inuecta modo quo supra
3 sint tacite obligata intelligas etiam † exceptis instru-
mentis, in quibus reperiuntur scripta nomina debitorum;
quia dicta nomina in dictis instrumentis contenta non sunt
obligata, tex. l. Caius. ff. de lega. 2. notat etiam Ias. in d. §.
itẽ Seruiana, qui copiose fuit loquutus in hoc subiecto, de
clarat etiam Corneus in consi. 49. 2. volum. qui consuluit,
4 † quod facto vxori legato domus, & omnium, quæ in ea
sunt, non veniunt instrumenta nominum debitorum ibi-
dem existentia. fuit latius notatum, supra in deci. 106. item
ẽt pdicta intelligas, tacitã hypothecã extẽdi in alijs bonis,
exceptis bonis ipsius vxoris, si bona ipsa sint, vt ibi perpe-
tuo sistant, s. donec duret locatio, nam non sunt tacite obli-
5 gata pro pensione † tex. est l. si aduersarius, & ibi Bald. C.
ad Velle. vbi an hæc procedant, quando locatio fuisset fa-
cta vxori, & viro, vel viro tantum, quę sunt notatu digna,
& semper quasi in facto accidunt, nam capiuntur bona vxo
6 ris pro locatione facta viro. † sed an hæc procedant, si
vxor post mortem mariti stat in domo locatam, per virum,
quod teneat ad pensionem pro rata temporis, pro qua in-
habitauit, nisi iure familiaritatis cum ipsis hæredibus eis
inhabitasset,

inhabitasset, declarat Bal.in l.contractus, C.de locati.Ias. in l.in summa § in frumento ff.de condi.inde.& ita fuit iudicatum in sacro Consilio in causa cuiusdam mulieris oomine Diana de Risis cum Fráciſco Lumellino ann.1563.actuarius Cæsar de Caro. Item prædicta etiam non procedunt, quando quis gratuitam habitationem ab aliquo habuisset, nam tunc ipsius bona inuecta, & illata ooo forent obligata.l.Pomponius scribit, si gratuitam ff.qui.mo.hypo. tacite contrahatur, notat Nico. in loco supra citato &c. Cæsar Vrsil.

DECISIO CLXXXV.

De causis non compromittendis inter consanguineos post litem contestatam.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia an repellat consanguineum petentem beneficium compromittendi inter consanguineos, secundum constitutionẽ Neap.lite cõtestata, & in termino dato.*
2 *Facultas eligẽdi iudicẽ durat vsq; ad litis contestationẽ. Facultas petendi, vt in arbitros compromittatur, durat ad litis vsque contestationem.*

DIctat Regia pragmatica Regis Ferdinandi Primi, quòd debeat causa compromitti inter cõsanguineos vna parte petente.

Consanguineus dedit supplicationem suam in Consilio, petendo actione reali, & personali aliquid à suo cõsanguineo: cõmittitur causa: commissarius eum citat in termino dato, citatus est contumax, & in contumaciam iudex dedit terminum ad probandum, & defendendum: intimato termino, ille citatus petit, quòd causa compromittatur iuxta formã pragmaticæ: replicat altera pars, ꝙ non debet compromitti: quia datus fuit terminus ad probandum
1 in consumacia. † Fuit determinatum in consilio,
ꝙ postquam est lis contestata, vel datus terminus
ad probandum, non põt peti, ꝙ causa compromitta
tur: quia ista allegatio, ꝙ causa copromittatur inter
consanguineos vigore dictæ pragmaticæ, est exce-
ptio declinatoria: vt dicit Bal.in auth habita, C.ne fi
2 lius pro patre, in §.verum, verſ.4. quæritur. † vbi
dicit, ꝙ qñ quis habet electionem eligendi iudicẽ,
ista potestas durat vsque ad litis contestationem: vt
C.de exceptio.l.fi.Sic ista facultas petendi, vt in arbitros compromittatur, durat vsque ad litis contestationem. Et ita in ꝓprijs terminis determinauit Lanfran.in suo tractatu de arbitris.in vlti. q.& dicit ista consuluisse famosum doctorem. D.Iaco.de Zochis de Ferra.qui optime scripsit super 4.lib.Decre. & sic postea pluries fuit determinatum in Consilio in diuersis causis.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXXXV.

1 *Dato termino ad probandum, quòd non possit amplius peti, qood compromittatur, quomodo procedat, si petatur incontinenti facta publicatione.*
2 *Compromissum an possit peti in causa appellationis.*

1 AFflict.hic concludit, quòd † dato terminn ad probandum non potest peti amplius, quod causa compromittatur ex forma regiæ pragma.idem Cap.in decis.48.nume.4.sed aduerte, quod si aliquis uellet tenere cootra has decisiones, quod incontinenti post terminum datum possit peti compromissum ultra ea, quæ adducuntur, infra in deci.306. quod ea, quæ incontinenti fiunt uidentur in esse, facit: quia licet exceptio declinatoria debet opponi ante litis coutestatiooem, tamen sufficit, quod opponatur incontioeoti post litis contestationem, prout est glo.ootabilis in l. Põponius §. Rati.ff.de procura.uoluit Ias.in l ita demum, in 1. colum.C.de procura.istud idem, noonulla similia coaceruando, affirmat in l.edita. C. de edendo, quæ si placent uidetur procedere, nisi quis forte ob cootumaciam fuisset à compromisso exclusus; qnia amittit priuilegium fori declinatorium, ut supra in decis.135.& quod facta publicatione in causa, siue liquidato negotio oõ possit am
plius peti compromissum. Alex.in l.si causa cognita, in fi-
ne.C.de transa.ubi Fran.Curtius, qui citat oonnulla consi-
2 lia.Bal.Pet.Anc.Rapha.& Alex. † & quod non possit pe-
ti compromissum in caus a appellationis &c. Cæsar Vrsil.

DECISIO CLXXXVI.

De reuocandis decretis quo ad pœnam pro tertiis possessoribus.

SVMMARIV.

1 *Creditor secundus præfertur primo quò ad pœnam.*
2 *Vsuræ præferunt secundum creditorem primo.*

QVidam tertij possessores fuerunt conuenti assistentia, & appretio, & adiudicatione super quibusdam bonis hypothecatis per prius pro debito principali, pœna damni, & interesse: qui quidem tertij possessores habuerunt causam onerosam à debitore, qui per prius obligauerat ipsa bona dicto agenti. fuit præstita assistentia per magnam curiam Vicariæ pro debito principali & pœna.

Dicti tertij possessores appellauerunt, dicentes, quòd pro pœna ipsi vt secundi creditores præferuntur primis, & ideo debet quò ad pœnam retractari dictum decretum magnæ curiæ Vicariæ.
1 † Fuit decisum in Consilio, ꝙ reuocetur dictum
decretum quò ad pœnam: per id quod voluit Spec.
in titu.de oblig. & so.§. ante omnia igitur. versicu.
Illud etiam quæritur. vbi dicit, quòd quò ad pœ-
nam secundus creditor præferatur primo, per l. Lu
2 cius. ff. qui pot. in pig. habe. † quæ dicit, quòd
in vsuris secundus creditor præfertur primo. Idem dicit Specu.in titu. de teste, §. nunc tractemus. & Ioan. And.in c. si propter.de rescrip lib 6 Saluo iure agendi dictis possessoribus condemnatis pro debito principali pro euictione contra suos autores.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXXXVI.

1 *Quò ad vsuras primus creditor præfertur secundo, & an hæc procedant quò ad pœnam.*
2 *In priuilegijs personalibus primus creditor an præferatur secundo. idem in fisco quò ad tacitam hypothecam.*

3 Quando

transactam in rem iudicatam non datur ius creditori secundo offerendi primo creditori, etiam quòd antea verbaliter obtulisset.

2 *Facta datione insolutum, & adiudicatione per iudicem, non est amplius locus iuri offerendi per debitorem, alioquin nullus foret litium finis.*

3 *Si est appellatum ab appretio expertorum, habet locum ius offerendi per debitorem pendente remissione, & an sufficiat oblatio verbalis.*

4 *Appretio & adiudicatio facta de re aliqua cum vno creditore q alteri concreditori non præiudicat, quominus valeat petere pro suo interesse quòd iterum appretietur.*

1 QVòd † facto appretio cessat ius offerendi, facit qđ in simili voluit Bald. in consi. 50. secundus creditor. 1. vol.
qui ait, q post sniam transactam in rem iudicatã
cessat secundo creditori ius offerendi primo, etiam q antea
ipse verbaliter obtulisset, hoc idem Loff. in cons. 32. quondam dominus, col. 9. nu. 14. circa f. Ias. in cons. 128. col. fi. volu. 4. Soc. cons. 121. 3. vol. in fi. late per Nico. in 5. par. in 3.
memb. & per Dec. in consi. 558. in causa Mag. & 592. in cau
2 sa domini And. qui inquit † q facta datione insolutum seu
adiudicatione per iudicem, non est amplius locus oblationi
per debitorem, alioquin nullus foret litium finis, vt voluit
tex. l. si finita. §. pœna. ff. de dam. infe. vbi Alexan. & cæteri
scrib. Hæc etiam sequitur Paris. in consi. 42. inhærendo 1.
3 vol. nu. 18. qui citat Affli. hic. cæterum † q fuit appellatum
ab appretio expertorum militet ius offerendi pendente remissione, conuenit etiam Capi. in alia decisione 44. & 202.
vbi limitat hoc ius cessare in multis casibus, & circa hanc oblationem, an sat sit, q fiat verbalis. Ias. in l. qui Romæ. in
princ. de verb. obl. videtur concludere q sic, quando fuisset
facta in iudicio, & per partem non acceptaretur. Sed in contrarium est consil. Alexan. in nu. 130. in causa stracciarolorũ,
in 3. col. vol. 4. vbi ait, quòd quando quis facit oblationem
verbalem, vt aliquid consequatur, debet habere pecuniam
in manu, vel rem oblatam actu offerre, si mobilis est, quæ
nota, nam multotiens accidit in facti contingentia, sed vide
melius, & latius, infra in deci. 205. q autem appretium istud
factum, siue adiudicatio cum aliquo creditore aliis concre-
4 ditoribus † non præiudicet, quo minus iterum fiat ad eorum
instantiam pro ipsorum interesse, Alc. in cons. 156. stantibus
his 2. vol. & nota insuper, q quando venditor rei cessit iura
sua emptori, qui forte conueniatur hypothecaria per venditorem, non habeat locum ius offerendi per venditorem,
& aliis multis ad propositum huius dec. declarat Ay. citãdo
Affl. hic in consi. 298. sit minus de doli. num. 6. 7. cum sequen.
Cas. Vrsill.

DECISIO CLXXXVIII.

De fructibus medio tempore cadentibus inter appretium factum & appellationem.

SVMMARIVM.

1 *Fructus existentes lite pendente in bonis an spectent ad tertios possessores, qui ab appretio appellauerunt, an ad actorẽ cui fuerunt adiudicata et appretiata bona 3 6.*

2 *Fructus rei uenditæ post venditionem spectant ad emptorem.*

3 *Fructus pendentes tempore sententiæ sunt pars fundi.*

4 *Appellare licet à sententia expertorum.*

5 *Appellatio suspendit pronuntiatum, quatenus respicit futurum, sed præsens extinguit.*

Ablatiui absoluti inducunt conditionem.

Fructus percepti per actorem ante completam æstimationem pro rata extinguunt sortem principalem.

6 *Appellatio debet esse præsidium innocentiæ.*

7 *Fructus sequestrantur, si dubium est de dilapidatione.*

Fructuum adiudicatio, ex sententia proborum pendet.

1 SI conuenitur † tertius possessor hypothecaria, assistentia, & appretio, & adiudicatione, & seruatis seruandis profertur sententia, siue decretum, assistentiam esse præstandam, qua præstita dicta bona esse appretianda, quibus appretiatis adiudicanda esse, prout præsenti decreto adiudicantur ad faciendum & disponendum &c. & hoc decretum transiuit in rem iudicatam, petitur pro parte actoris, q committatur dictum appretiatum tabulariis ciuitatis Neapoli, & facta commissione dicti deputati appretiauerunt dicta bona, & fecerunt relationem in scriptis quantum valent dicta bona. Illi tertii possessores ab ista relatione tabulariorum sentientes se grauari, quia minus appretiauerunt, intra legitima tempora appellauerunt, & reuisio dicti appretii commissa est aliis commissariis.

Dubitatur modò, quid de fructibus ipsorum bonorum existentibus in dictis bonis lite pendente, an spectent ad ipsos tertios possessores. An verò ad dictum actorem cui fuerunt dicta bona adiudicata, & demum appretiata, licèt à dicto appretio fuit appellatum.

2 † Dicebatur pro parte actoris, q fructus dictorum bonorum post adiudicationem iudicis spectant ad eum quia per dictam sententiam, & decretum dominium fuit in eum translatum: vt in l. 3. C. de iure do. impe. & l. ordo. C. de execu. rei iud. sic etiam dicimus, q facta uenditione fructus rei uenditæ post venditionem spectant ad emptorem: vt in l. fructus. & ibi Bal. C. de act. emp. no. in l. fi. §. fi. & ibi conc. ff. de iure fisci. Sic etiam dicimus, q fructus post litem contestatam ex re quæ petitur in iudicio, si fertur sententia pro actore, spectant ad eum vt in l. si fundus, §. in venditione. vers. interdum. ff. de pig. facit tex. in l. fi. §. fructus ff. de his quæ in fraud. credi. vbi qui possedit fundum plenum fructibus, fundum possidet, licet plus valeat fundus propter fructus pendentes.

3 Dicebat † conuentus tertius possessor, decretum dicit, q primò dicta bona, super quibus est præstita assistentia, debeant appretiari, quib. appretiatis adiudicamus &c. & sic antequam sit factum appretiatum, non est translatum dominium in agentem: vt dicit Bar. in l. Iul. in 7. col. ff. de condi. inde. & in l. Pomp. §. si iussu. ff. de acq. pos. & in l. excep. ff. de exce. rei iud. & in l. sunt & aliæ. §. ait prætor. ff. de pub. & in l. ordo. C. de execu. rei iud. iuncta d. l. 3. C. de iure do. impetran. quia isti fructus extantes tempore sententiæ siue decreti sunt pars fundi: vt in l. fructus pendentes. ff. de rei uend. & in l. lege Falcidia placuit, ff. ad leg. Falci. & sicut de fundo non est translatum dominium ita de fructibus pendentibus.

Replicat actor, imò factum est appretium: & sic translatum dominium.

4 † Respondet conuentus, q licèt sit factum appretium, a dicto appretio fuit appellatum, quod licuit: quia a sententia expertorum licet appellare: vt dicunt Bar. Bald. & Angel. in l. arbitro. ff.

qui satisd.cog. & Io. de Imo.in l. si. qui & a quibus. quę appellatio suspendit illam relationem tabulariorum l.j.in fi. ff.ad Turp.vnde sicut operatur pendentia inter decretum & appretium faciendum,quæ pendentia facit, vt non sit translatum dominium,nisi secuto appretio:ita operatur pendentia appellationis à relatione tabulariorum, secundùm Io.de Imo.in l. qui a latronibus, §. si quis incapax, per illum tex. iuncta l. si quis post. ff. de testa. & per consequens fructus sunt ipsorum possessorum, donec non est completum appretium.Et per hoc facit illud dictum Bal.in l.
5 tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.† vbi dicit, ꝙ appellatio suspendit pronuntiatum, quatenus respicit futurum. Sed quatenus respicit præsens,extinguit.

Secundò dicebant isti conuenti : decretum transfert dominium in creditorem sub conditione,videlicet bonis appretiatis, & sic sunt ablatiui absoluti,qui inducunt conditionem:vt in l.a testatore, ff. de cond. & demon. & sic non facto appretio dominium ipsorum bonorum remanet penes conuentum tertium possessorem, & sic fructus ipsorum bonorum sunt ipsius rei . Et si fructus,recipiatur per actorem ante completum appretium, illi fructus pro rata extinguunt sortem principalem,iuxta nota.in l.à diuo Pio.§.si pignora,ff.de re iud.

6 † Per totum sacrum Consilium fuit votatum, ꝙ si in causa appellationis à relatione tabulariorum censores ipsius appretii augent æstimationem, vel illam confirmant, fructus pendentes à tempore primi appretii erunt ipsius actoris, vt dicunt Io.And.& Abb.Sic.in c.fin.de seque.pos.& fru. quia appellatio conuentorum à dicto appretio non debet esse vinculum iniquitatis, sed præsidium innocentiæ:vt in c.cum speciali. §.porrò. & c.consuluit.el 2.de appel. Secus si illi reuisores pronuntiauerunt in eorum relatione,ꝙ malè æstimauerunt dicta bona:quia sunt maioris æstimationis : tunc ipsi conuenti possessores faciunt fructus suos, quia iuste appellauerunt,& appellatio illa iustè suspendit illam relationem Tabulariorum,vt in c.pastoral.§.verum,de appell.& c. ve-
7 nientes, de iurei. † Et interim dicti fructus possunt sequestrari, si est dubium de dilapidatione, vt dicitur in d.c.fi.de seq.pos.& fruct. Tamen dicti fructus non fuerunt sequestrati; quia actor & conuenti erant personæ diuites,& non erat timor dilapidationis, pendet ergo acquisitio fructuum ex relatione dictorum reuisorum, vt supra dictum est.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXXXVIII.

1 *Si appretium reprobatur, fructus non fiunt illius, pro quo est lata sententia, secus si fiat appretii approbatio, & sic res ex futuro euentu videtur dependere.*

2 *Pendente appellatione a sententia lata per officialem, ipse non potest conueniri sindicatu, donec sententia ipsa non fuerit reprobata.*

3 *Sententia etiam transacta in rem iudicatam officialis potest conueniri in sindicatu.*

4 *Emptor si percepit fructus pendente conditione non facit ipsos suos, & si partem pretii soluit existente venditione pura pro illa rata fructus ipsos lucratur, & pro rata temporis quis pensiones debet habere, quando alteri succedit.*

5 *Appellatio suspendit sententiam considerato futuro euentu, secus considerato præsenti statu, nam extinguit iudicatum.*

6 *Quando agitur de ligamine animæ appellatio non extinguit, neque suspendit rem iudicatam.*

7 *Lata sententia circa absolutionem iuramenti à quo fuit appellatum pendente appellatione potest in causa procedi.*

8 *Pro sententia arbitri non præsumitur appellatione pendente.*

Est conclusio in hac decisione, quòd si appretium fa-
1 ctum reprobetur; quia bona † reperientur maioris valoris, quòd fructus non efficiuntur illius qui habuit sententiam assistentiæ pro se, sed si confirmetur quòd sic,vnde istud videtur dependere ex futuro euentu, sic pro istis faciunt ea, quæ voluit Paris in tracta.sindi. in verbo appel-
2 latio, fol. 21. † quòd pendente appellatione à sententia lata per officialem, qui est in sindicatu, quòd non potest sequi condemnatio per sindicatores, nam si approbetur dicta sententia pro iudices appellationis, officialis ipse absoluetur, alias non. Bene verum, quòd etiam si sententia
3 fecisset transitum rem iudicatam, † quòd officialis potest conueniri in sindicatu, vt ibi notatur, & magis propriè, quòd emptor si percipit fructus pendente conditione non facit suos deficiente conditione, est text.l. necessa-
4 rio.§. † quòd si pendente. ff. de per. & commo.rei vendi. quod limitatur esse verum, nisi in casu deficientis conditionis ipse emptor perdat precium datum, & cedat lucrum venditoris . hæc enim in recompensationem precii perditi debet emptor fructus lucrari, secundùm casum singu.in l.quarta,§ sed quod ait. ff. de lege commissoria, secundùm Roman. singu. 544. fructus percepti, & vltra quòd si partem precii soluit emptor pro rata precii fructus ipsos facit suos, prout est text. l. fistulas. §. qui fundum. ff. de contrahenda emptione, consuluit Corneus in consilio 150. viso tenore, per totum quarto volumine, in materia contractus conditionalis, & Alexand.in consilio centesimnonagesimoprimo, viso themate quarto volumine, Socinus in consilio 170. in præsenti. numero decimotertio, tertio volumine,sed latius per Cagno.in l.secunda,de pactis inter empto. & vendi. ou. & Tiraque. in tracta. folio vigesimooctauo, in parua impressione, qui citat Afflict. hic, & dicit etiam inter alia, qđ res est preciosior, & plus valet ratione fructuum. idem in folio 385. in maxima impressione, vbi etiam quòd pro rata temporis quando quis succedit alteri fructus pensionis debet habere, declarat etiam ista Iason in l. filiusfamilias. §. cum fundum, de verborum obligationibus, idem in lectura filiofamilias. in fine de legatis primo, & circa aliud, quod tradidit Afflictus hic,in versiculo respondet conuentus, quòd pendentem reuisione iudicio expertorum suspenditur, vel extinguitur iudicatum, declarat Gramma. in consilio centesimodecimooctauo, in ciuili, & Capic. in
5 decisione ducentesimasecunda, † & veritas est, quòd appellatio suspendit sententiam futuro euentu considerato, secus si præsens status consideretur, nam extinguit dicta l. prima,in fine, ff.ad Turpil.ita Angelus quem refert, & sequitur Felynus in Rubrica de appella. qui limitat prædicta
6 latis singul. non † procedere, cum agitur de ligamine animæ, nam tunc non extinguit, neque suspendat ex docto. eiusdem Angel. in l. furti. ff de his qui notan. infam. per quam moltotiens in practica obtinui, quod quando est lata sententia absolutoria a iuramento & excommunicatio-
7 ne, & appellatur, quòd non obstante appellatione, † & exceptione periurii opposita quod potest in causa ipsa procedi, & declarat Curtius Senior in consilio vigesimotertio. Ego quoque, columna fina. in laudo, quòd pro eo
8 non præsumitur, sicut neque † pro sententia pendentibus reductione ad arbitrium, seu appellatione.
Cæs.Vrsill.

DECI-

DECISIO CLXXXIX.

De declaratione producentis testes, si velit vti depositionibus eorum.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio super depositionibus testium per vnam ex partibus productorum, qualiter fienda in vsu eorum 3.4.*
Aduocati cauti quam protestationem faciant super testibus producendis.
2 *Cautela circa instrumentum, & testium productionem, & qualiter ad illam se debeat habere iudex.*
3 *Instrumento vel testibus vtens cum protestatione, quando pœnam falsi non contrahat.*
Responsio super obscuris anceps an sufficiat.
4 *Testem falsum producens, vel eo vtens perdit causam.*

FActa publicatione in causa fuit petitum ab vna partium, quæ litigabat, ꝙ altera pars de-
a beat declare, [a] si uult vti depositionibus testium nominatim expressorum, ille respondet, ꝙ vult vti dictis testibus, si apparebit eos veritatem dixisse. Replicatur, ꝙ debeat præcisè sine dicta qualitate respondere, an velit vti dictis testibus, ita vel non.

1 † Quæritur, quid iuris. Dicebat Bal. in l. si aduersarius, C. de fid. instru. in fi. ꝙ cauti aduocati semper solent facere tales protestationes, ꝙ non intendunt vti depositionibus testium, nisi inquantum verum dicunt. Et ideo dicebat Spec. in titu. de instru. edi. §. 6. qui incipit, videndum restat qualiter. ver. quòd si velis &c. ꝙ si producatur instrumentum in iudicio, quòd altera pars habet suspectum de falso, producens poterit dicere, ꝙ si reperietur falsum, non vult eo vti, nec haberi pro producto, ac si vsus non fuisset, nec aduersarius potest partem compellere, vt sine dicta protestatione respondeat, arg. l. si quidem, C. de excep. & l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de ope. no. nun. & dicit Cyn. in l. si falsos. ꝙ talis protestatio pro-
2 dest, C. de falsis. † Sed contrarium tenuit Bar. in l. diuus. la 2. ff. ad l. Corn. de falsis. dicens, quòd quando iudex videt talem protestationem, debet dare terminum ei ad deliberandum, an velit vti dicto instrumento, & quod dicit de instrumento, idem dicit de attestationibus. Et cum Bart. transit Lapus alleg. 119. incip. quæro pone procurator. & Bar. Veronensis in suis cautelis, char. 9. ubi alleg. pro opin. Bar. vnum consilium Bal. & etiam Alex. in apostil. in d. l. diuus. Ego autem ostendi vnum notabile consilium Raph. Fulg. 177. inci. publicato processu &c. vbi post allegationes pro & contrà, dicit, videtur posse dici, horum doctorum non esse notas contrarias.

3 † Nam no. Bart. & Cy. procedunt, cum aduersarius producens instrumenta vel testes, ulterius post huiusmodi attestationem non instat apud iudicem, vt clarius & certius respondeat. Quinimò loquitur, quando nec vlla per iudicem vel producentis aduersarium interrogatio facta præcesserat, tunc namque verum est, ꝙ vtens instrumentis & testibus cum huiusmodi præmissa protestatione in pœnam falsi non incidit, & hoc aiunt dicti doctores, ubi supra. Cæterùm si interrogatio facta sit producenti instrumenta uel testes post publicationem, an eis vti velit necne, eò quòd aduersarius eos vel ca falsi suspectos uel suspecta habet, non arbitror secundùm Bartol. eam responsionem sufficere tanquam incertam & obscuram, & interrogantem rursus in incerto relinquentem, arg. l. de ætate. §. nihil. ff. de in-
4 ter. actio. † Sed si interrogatus se dicat dubitantem, dandum est spatium temporis, vt sic certioretur, alleg. d. l. si aduersarius, & tex. & gloss. in l. qui interrogatur, ff. de interroga. act. & l. iusiurandum quod ad pecunias, §. primo, ff. de iureiur.

Viso isto consilio fuit votatum per Sacrum Consilium, quòd producens dictos testes, si pars petit, quòd simpliciter respondeat, an velit ipsis vti, tenetur simpliciter respondere, & maximè, quia dictat Regia pragmatica Regis Ferd. primi, quòd producens falsum testem, uel eo vsus fuerit, ipso iure perdat causam, nisi intra octo dies post publicationem renuntiauit specificè &c. Et sic sicut specificè debet renuntiare vsui dicti testis, ita specifice debet dicere, si interrogetur an velit uti, nec ne, sine dicta protestatione.

ADDITIO

a *Debeat declarare.*] An debeat præcisè declarari, si quis vult vti testibus ita, vel non, uide plenè Felynus in capitulo præsentium. & quæ ibi addidi, extrà, de testibus. Thomas Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXXXIX.

1 *Quis tenetur specifice respondere, si intendit vti testibus nec valet dicere.*
Volo vti in talibus verbis, vel tali loco, & hoc ratione iuramenti, quod est indiuiduum.
2 *Stante statuto quòd quis teneatur specifice respondere, respon. debet fieri sine aliqua plica.*
3 *Quando quis petit declarationem fieri circa vsum testium, debet protestari, quòd ideo vult ipsam declarationem: vt deinde valeat testes & vtentes de falso redarguere.*
4 *Declaratio facienda qualis debet esse, vt declarans non faciat testem incidere in pœnam falsi.*
5 *Circa vsum testium falsorum quis mitius punitur, quàm circa fabricationem.*

1 QVòd quis † teneatur specifice respondere, si intendit vti testibus, & quòd non possit dicere, quòd vult uti in tali loco, vel in talibus uerbis ratione iuramenti, quod est indiuiduum, affirmat Bal. in c. causa, de offi. delega. idem in consi. 10. decreto cauetur. 1. uol. sentit Old. in cōs. 37. Cæpo. cau. 53. & uoluit Cotta. & d. consi Bal 96. Interdictis, in verbo instrumentis uel testibus ad quæ faciunt notata per Scrib. & maxime Ias. in l. pen. C. de transa. & per eundem Cott. in uer. iuramentum est quid indiuiduum, & per Socy. Inn. in consi. 41. secunda parte. & circa illud, ꝙ instrumentum in parte falsum an uitiet in totum, & notata per

et Lucas Peter in [illegible]

2 Scrib.in l.1.§.si quis.ff.de uerb.obl. † ꝙ stante statuto, quòd
quis teneatur similiter respondere, ꝙ respon.debet esse sim
plica.sequitur ista Maran.in tract.iudiciorum,num. 17. fol.
123.& secundùm ista aliàs fuit determinatum in sacro con-
silio in causa illorum de Ferrariis nomina Io. Antonius Fer
rarius cum suis fratribus, cuius est actuarius no.In. Portius
Comen. D. Felix de Rubeis anno 1555. sed cum aliàs idem
casus contigisset in facto in causa cuiusdam Vincentii Amal
fitani cum quodam Gulielmo Saluato,facto uerbo in sacro
consilio per iudicem magnæ curiæ Vicariæ, fuit decisum cō
trarium, uidelicet posse fieri declaratio. ꝙ uult uti in parti-
bus talibus,& ita dicti domini tūc retulerunt ad sacrum con
silium, usque ad dictum tempus esse in dicta quasi possessio
ne sic declarandi, licèt de iure foret contrarium ut supra, &
in instrumento noluit Io.Baptista Ferretus in consi.88.casus
adhuc non est totaliter decisus, adsunt enim nonnulla de
prædictis decisa hincinde in causa inter magnificum Iaco-
bum Mariam Franchonum & magnificum Balium de præ-
dictis, cuius causæ actuarius est magnificus Vinc. Cæsarius
secretar.sacri consi.& circa prædicta debet quis animaduer
3 tere † ꝙ ad hoc vt aliquis facta declaratione teneatur de
falso,ꝙ oportet, ꝙ fiat protestatio per partem petentem de-
clarationem fieri,ꝙ dicat,ꝙ ideo vult ipsam declarationem
quia vult testes & partem vtētem redarguere de falso, prout
ita docet Bar.fieri in d.l.diuus,in principio. & qualiter de-
beat concipi hæc declaratio,vt per ipsam testes,quibus pars
non incidant in falsum, nec causæ sub imagine falsitatis dā-
num inferatur, declarat tex.& ibi Bal.in l.si aduersarius. C.
4 de fide instrum. † videlicet quòd dicatur,nolo vti talibus
testibus:quia non expediunt,siue non sunt necessarii in cau
sa,sequitur Aymo.in consi.134.scripsi aliàs.num. 35.Capic.
5 in decis. 67. & insuper notes † quòd de vsu testium quis
mitius punitur,quam de fabricatione falsi secundum Anto
nium de Palmerio,quem ego habeo scriptum ad pennam in
dicta l.si ex falsis.in fine,& declarat Capi. in dicta decisione
67.qualiter quis excusetur,si declarauit, quòd vult uti, &
sumus in facto alieno &c. Cæs.Vrsill.

DECISIO CXC.

De primo creditore non reuocante solutum secundo.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia soluta posterior creditori per debitorem an re-*
peti possit per creditores anteriores. 5.7.
Creditor ille potior est, cui primò numeratum est.
2 *Ius commune scriptum est vigilantibus, & non pigris.*
3 *Intellectus & limitatio ad l. pecuniam. C. de priuileg.*
fisci.
4 *Hypotheca consistit in pecunia.*
Creditor primus quomodo agat aduersus secundum su-
per solutione à debitore facta de re prius sibi hypothe-
(cata.
Pecunia ad numerum soluta dicitur genus.
Genus perire non potest.
5 *Consulti valentissimi pro vtraque parte nominantur.*
6 *Hypotheca primo creditori pro pecunia soluta secun-*
do creditori in pecunia bona fide consumpta non com-
petit.
7 *Sententia Regis cum Consilio facit ius vniuersale in*
Regno.

PVlchrum fuit dubium in sacro Consilio, Vtrū
1 † Magdalena creditrix Francisci uigore publici
instrumenti cum hypotheca generali omnium
bonorum cum constitutione precarii &c. quę est
anterior creditrix, potuit agere contra dominum
Gulielmum, ad quem peruenerunt ducati qua-
tuor mille ex causa transactionis initę & firmatę
inter eum & dictum Franciscum hypothecaria
actione ad dictos quatuor mille ducatos per pri-
us obligatos dictæ Magdalenę, licèt dictus Guliel
mus dicat illos fuisse consumptos.

Pro parte dicti Gulielmi cōuenti allegabatur,
ꝙ contra eum non poterat agere hypothecaria
ad dictam pecuniam sibi solutam & consum-
ptam. Quia regula est, ꝙ quando sunt plures cre-
ditores vnius debitoris, ille est potior, cui primò
satisfactum est. l. si nō expeditur. ff. de bon. autho.
iud. possi. quia solutio facta à communi debito-
re mihi solerti, non retractatur per alium cre-
ditorem, qui fuit in negligentia non petendo sibi
debitum, ut probat text. in l. pupillus. ff. quæ in
2 frau.cred. ibi allegatur ratio; † quia vigilantibus
& non dormientib. ius commune scriptum est.
In contrarium multum fortiter allegabantur pro
parte primi creditoris istæ rationes & authorita-
tes. nam certum est, ꝙ ista pecunia soluta secun-
do creditori fuit prius hypothecata primo cre-
ditori, & sic in illis competit hypotheca vel con-
dictio indebiti, vel condictio sine causa, uel con-
dictio ex lege, ut dicit gl. in d.l. si non expedierit.
& voluit Bart. in d. l. pupillus. & in d.l. si non ex-
pedierit. §. 1. Secundò dicebatur de hoc esse ca-
sum in l. pecuniam. C. de priui. fisci. vbi. pecuniā,
quam creditor à debitore suo fuit consecutus.
fiscus, qui anteriorem hypothecam habebat, for-
tius ius habet in illa pecunia, quàm ille secundus
creditor, qui pecuniam fuit consecutus & dice-
batur, ꝙ ista l. ponit gladium ad radicem, nec est
3 uerum, ꝙ d.l. ponit priuilegium fiscale, † quia gl.
ibi dicit, ꝙ dicta lex habet locum etiam in cre-
ditorib. priuatis. & idem tenet ibi Salyc. & Ang.
qui dicunt hoc esse notandum & quotidianum.

Tertiò pro hoc bene facit text. in l. ex facto. §.
fi. ff. peculio. & l. deferre. §. fi. cum l. sequenti. ff. de
iure fisci. Et dicit Raphael Cum. in d. l. pupillus,
quòd est communis opin.

Quartò pro decisione huius dubii allegabatur
authoritas Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de obl. &
solu. in rub. uers. videamus generaliter, an vnus
creditor reuocare possit, ꝙ alter iam solutum est
&c. vbi concludit, quòd si primo creditori non
est consultum contra principalem debitorem,
quia non est soluendo, prout erat in isto casu, tūc
debet distingui, Aut ille secundus creditor, cui
satisfactum est, recepit vltra suum debitum, &
tenetur primo creditori restituere per condicti.
indebiti. ff. de condi. indebiti. l. tutor. Aut recepit,
quòd sibi debebatur, & tunc aut id quod recepit,
erat obligatum priori creditori, aut non. primo
casu reuocatur quod solutum est per hypotheca-
4 riam, † quia etiam in pecuniam consistit hypo-
theca. ff. qui potio. in pig. habeantur. l. idemque. in
fi. de pign. l. si fundus. §. in vendi. per quem. §. di-
cit. idem esse, si dolo desiit possidere secundus cre
ditor, cui facta fuit solutio. Si verò pecunia soluta
bona fide consumpta sit, tunc primus creditor
agere poterit condictione ex lege, vel actione in
factum. d.l. deferre. §. fi. cum l. seq. & d.l. pecuniā.
C. de iure delibe. l. si uerò creditor. quia cum
dicta pecunia soluta sit ad numerum, dicitur
genus, & genus perire non potest l. in ratione. §.
incertæ

incertæ.ff.ad l.Falci.& in l.incendium. & ibi Bal.
in fin. C.si certum petatur. Quintò allegabatur
ad hanc sententiam comprobandam authoritas
Iacobi de Arena doctoris Bononiensis, quem re-
fert & sequitur Bal. in l.fi.5.quæstione. C.depo-
siti.& aliqualiter Bal.in l. 1.in lect. antiqua ff. de
distrac.pig. Et authoritas Io.Fab. insti. de actioni
bus.§.item si quis in fraudem. 12. col. ubi etiam
refert uerba pręfati doctoris Iacob.de Arena, vt
latius ibi per eum, & per Bal.in d.l. 1.in lectura
5 antiqua. † Et iuribus in contrarium suprà allega-
tis.respōdebatur pro parte primi creditoris, quia
illa iura loquuntur, quando omnes illi creditores
erant pares, quia omnes habebant tantum actio-
nem personalem, nec vnus habebat maius priui-
legium altero, vt in l.priuilegia.cum ibi no. ff. de
priuile. creditorum. Sed in casu isto primus cre-
ditor habebat hypothecam anteriorem. Vltimò
allegabatur; quòd cum istud dubium aliàs con-
tigisset in facto inter quendam Heliam Hebræū
primum creditorem Dulcetæ Hebreæ, & secun-
dos creditores Dulcetæ, quę effecta fuit non sol-
uendo. Fuit per dicta iura consultum in fauorem
primi creditoris contra secundum creditorem,
cui soluti fuerunt floreni quingenti & ultrà, per
infrà scriptos doctores, videlicet do. Angelum de
Gambilionibus de Aretio, legentem tunc in stu-
dio Ferrariensi, & per dominum Alexandrum de
Tartagnis de Imola, & dominum Franciscum de
Acoltis de Aretio, & dominum Benedictum de
Medicis de Luca, & dom. Ciccum Antonium
Guidacium de Neap. & dominum Troilum de
Azaiolis de Florentia, aliàs de Firmo. & do. Anto
nium de Alexandro de Neap. & do. Nicolaum
Antonium Orilia de Neapoli.& fuit dictum con
silium cum dictis subscriptionibus dictorum do
6 ctorum præsentatum in Consilio. † Tandem die
9.Octobris, 4 ind. 1484. sacrum Consilium, in
quo erant infrà scripti Consiliarii, uidelicet do.
Ioannes Baptista de Bentiuolis, dom. Bartho-
lomęus de Vermo Maiorchinus, & dom. Anto-
nius de Alexandro tunc Vice prothonotarius, &
dom. Nicolaus Antonius Orilia, & dominus An
dræas Mericonda de Neap.& do. Antonius de Ia-
nuario, & do. Franciscus de Ana. fuerunt in voto
contrario, scilicet quòd pro pecunia soluta secun
do creditori non competit hypotheca primo cre
ditori, quando pecunia est bona fide consumpta,
nec est uerum, quòd Bar.in d.l.pupillus, dicit il-
lud ad qđ allegatur, quia Bar.loquitur, quando
concurrit primus creditor priuilegiatus. Sed in
casu isto creditor habens priorem hypothecam
non dicitur creditor priuilegiatus, de quib. cre-
ditoribus priuilegiatis loquitur titulus, de priuil.
credi. qui non loquitur de creditore, qui habet
anteriorem hypothecam, in quo non consistit pri
uilegium, vt patet in l. 1.ff.de priui.credit.& quan
do gl.in d.l.si pecuniam. dicit idem in priuato, in-
7 telligitur de priuato creditore priuilegio. † Et si se
cus dicetur, sequeretur vnum inconueniens, ꝙ si
essent plures creditores vnius debitoris falliti, &
ille debitor soluisset secūdis creditorib. tempore,
quo habebat creditum, quòd ille primus credi-
tor posset agere contra illum secundum credi-
torem, qui habuit suum, & totus mundus esset in
litibus, & mercatores non possent contrahere. Et
in hoc versatur equitas sacri Consilii. Et ita sub
nomine Regio fuit sententiatum, & dictam sen-
tentiam legit notarius Iacobus de Balneo de
Amalfia vnus ex actorum notariis sacri Consilii.
Hæc sic notaui in specie; quia iste articulus erat
dubius, & nunc est decisus per sententiam Regis
cum Consilio, quæ facit ius vniuersale in Regno,
ut in l.fina.cum concordan. aliàs allegatis in hoc
opere. C.de legibus.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXC.

1 *Primus creditor an aduocet pecuniam peruentam ad se-*
cundum creditorem posteriorem vigilantem & acci-
pientem pecuniam à sponte soluente, & quid si per gra
tificationem pecunia fuit soluta per debitorem.
2 *Re perempta, vel pręscripta non habet locum reuocatio*
contra prætendentem debitum ex causa onerosa in pi-
gnore vendito, vnde si mulier quæ dedit.
3 *Dotem marito, reliquit post eius mortem quasdam oues,*
si frater vendidit, agit ad pretium re perempta; nam ex
causa lucratiua frater mariti habet pretium, secus si
ex causa onerosa.
4 *Dote ab usurario marito suæ filiæ non fit reuocatio dotis*
datę in pecunia à creditoribus a marito filiæ.
5 *Quando secundus creditor exegisset pecuniam à nomine*
debitoris sui, primus creditor pecuniam non aduocat.
6 *Bona fidei possessor licèt faciat fructus suos omnes: tamē*
ipsis consumptis tenetur, quatenus fuisset effectus locu-
pletior. Vbi etiam declaratur opinio Barto. in l.pupil-
lus, de his quæ infra.
7 *Genus perire non potest, ideo si 2. creditor exigit primus*
aduocat pecuniam exactam contra opinionem Affl.
hic, ꝙ secus foret in creditorib. specierum, vel quando
omnes creditores instarent, & esset facta solutio per
gratificationem, faciendo conditionem illius meliorem,
postquam debitor decoxit.
8 *Ecclesia an habeat ius prælationis in bonis clerici.*

1 EST hic conclusio † quòd primus creditor cum hypo-
theca non potest agere contra secundum creditorem
ad id quod ad ipsum de pecunia debitoris peruenit con-
sumpta pecunia ipsa, & cum hac decisione conuenit text.
l.naue.ff.locati, ibi Paulus de Castro in fine. & Bald. in con-
silio 432. casus talis est. A. Campsor. primo libro, vbi ait,
quod quando vnus creditor inuigilauit, & a sponte soluen-
te est ei satisfactum, idem quando peruenit per sententiam
iudicis meliorem suam conditionem faciendo, quod non
teneatur aliis communicare, quod secus si per gratifica-
tionem, postquam debitor scit se fallitum, facit se debito-
rem alicuius, hoc est etiam quod voluit Roma. in consilio
111. Viso puncto. vbi etiam dicit, quòd illud, quod fuit so-
lutum secundo creditori, etiam quod sibi ipsi soluat, quan-
do habet hypothecam, nisi esset fiscus, vel quando fuisset
2 gratificatum † quia pluribus creditoribus instantibus debi-
tor vni soluit gratificando, non habet locum aduocatio, &
in specie quòd re perempta, vel præscripta in prætenden-
te causam onerosam, quia cessat reuocatio in pigno-
re vendito: hoc etiam affirmat Bartol.in l. 1.ff.de distra.pig.
Vbi ponit quæstionem, quam dicit habuisse in facto in qua
dam muliere, quæ dederat dotem cuidam marito pauperi,
qui in morte reliquit quasdam pecudes, quas frater mari-
3 ti vendidit. nam concludit † quòd mulier valebit factis
discussionibus de bonis mariti ouibus mortuis vel præscrip

tis agere ad precium perventum ad dictum fratrem ex ipsa
venditione; quia ex caosa lucratiua, secus si ex causa one-
rosa. nam tunc ad precium non agit in casu prædicto, refert
& sequitur Nicosantius in tracta. de pigno. in primo mem-
bro quintæ partis fol. 103. numero 48. Iason in l. si cum ser-
uum. ff. si certum peta. in fine, quod etiam approbat Paulus
de Castro in consilio 46. Viso puncto, quando non per grati-
ficationẽ fuisset facta solutio io casu, in quo oẽs creditores,
vel vnus, qui fuisset immissus in possessionem ooīe omniũ
in bonis debitoris noo soluentis instarent, quæ considera
si possunt procedere circa dictam immissionem, quæ olim
fiebat per vnum creditorem nomine omnium, ex quo per
pragmaticam hodie debitore non soluente noo fit immis-
sio nisi pro mensura debiti declarati, de quo subiecto per
Nicosantium in dicto tracta. in secundo membro tertiæ par
4 tis, folio sexagesimonono, ad quæ faciuot illa, † quæ no-
tat Hypo. in singu. 67. mulier recipiens. vbi ait, quòd con
signata dote ab vsurario marito suæ filiæ, mortuo ipso vsu
rario, quòd noo possit fieri aduocatio, qoando fuisset data
in pecunia, de quo fuit facta mentio supra in decis. 86. quæ
omnia etiam approbat Cap. in decis. 78. qoi inter alia citan-
do consilio Alex. 17. primo volumine prædicta extendit, quã
do secundus creditor exegisset pecuniam à nomioe debito-
5 ris sui, † quòd primus creditor non valeat aduocare, li-
mitans tamen prædicta, nisi ex causa lucratiua deuenisset
pecunia ad secundum creditorem, iuxta dictam doct. Bart.
in d. l. prima, in fi. de distra. pign. & ita supra dicta fuisse de-
cisa in sacro consi. refert Gram. nouiter in vltima decisio.
suarum decisio. & ego etiam habui prædicta in facto in cau-
sa Annibalis de Alexio cum quodam Garsiadello Castiglio.
qui erat secundus, & posterior crediter ipso Annibale io
bonis domini Ioan. Nicolai de Accia à quo habuit pecuoiã
etiam ad liberandum ipsum Annibalem, & non obstante,
quòd ipse Garsia. fuisset posterior creditor ipso Annibale,
tamen ipse Annibal non potuit obtioere aduocationem pre
dictam dictæ pecuniæ ab ipso Garsia. & fuit lata sententia
Die 10. Octob. 1556. Actuarius Hieronym. Boczauotra.

Et licet prædicta vera esse videantur, & sac. consi. vt cer-
nis semper fuerit secutum hanc opinionem, tamen contra
prædicta tenet quidam Modernus nomine Beneuenutus in
suo tracta. quem edidit de mercatore, in titu. de decoctori-
bus, folio 241. oumero 27. vbi dicit istam Affli. opinionem
siua Dominorum de consilio ounquam sibi placuisse, oe-
que placere, & respondet motiuis supra citatis, & maxi-
me dicit ista locum habere, quando fuisset data cautio per
secundum creditorem exigentem de restituendo, quæ opi
nio mihi homuncio, qui videbor sicut acus inter ferramen-
ta inter tantos doctissimos & sapientissimos patres, placuit
& placet rationibus adductis ibidem per ipsum, quibus nõ
video responsum, quam opinionem vltra videtur sequi Io.
Fab. in Insti. in §. item si quis in fraud. colum. 6. de actio. ad
quæ faciunt vltimò adducta per eum ea quæ dicuntur de
bonæ fidei possessore, qui licèt faciat fructus suos omnes
postquam ipsos fructus bona fide consumpsit. l. bonæ fidei
possessor. ff. de acquiren. rerum domi. cum similiter tamen
6 tenetur ad eorum restitutionem † quatenus fuisset effectus
locupletior, prout firmat Ias. in l. si me & Titium. ff. si cer-
tum peta. Socin. Iunior, in consilio 150. in primo lib. de qui-
bus latius similiter aonotationes infra in decisi. 240. quibus
non obstat doctri. Barto. in dicta l. pupillus, quæ secundum
Afflic. hic facit differentiam inter creditores priuilegiatos,
& non priuilegiatos, & sic cum hypotheca; quia primi &
sic priuilegiati possunt aduocare, alii verò & sic hypotheca
rii non possuot, nam sic concludit Barto. secundum Afflic.
hic. ego autem dico, quod, salua tanti patris reuerentia,
Barto. non facit in dicto loco talem differentiam, nam dicit
Barto. ibidem, postquam fuit loquutus de creditoribus hy
pothecariis, quòd creditores priuilegiati possunt aduoca-
re, & hoc non dicit Barto. simpliciter, quod possunt aduo
care, sed eum dixisse tamen, de qua supra loquutus fuit in
creditoribus hypothecariis, scilicet quod ii possunt aduo-
care, quando secundus creditor haberet ipsam rem, vel do
lo desiisset possidere, postquam habuit, sed si rem non ha-
beret, reuocatio cessaret, [illegible] quatenus ad eum deuenisset
ex re in subsidium vltra suum debitum, allegando in prædi
ctis Bar. tex. in dicta l. prima, ff. de distra. pigno. quæ reuera
loquitur, & omnia prædicta procedunt in specie vendita,
quæ nil faciont ad casum oostrum, sed dum Bartol. subiit,
& sic est casus noster. Si verò soluitur genus, prædicta di-
stinctio locum non habet, dicit ipse; quia genus perire non
7 potest, † allegando tex. l. in ratione. §. incertæ. ff. ad legem
Falcidiam. qui loquitur in pecunia, quasi velit Bart. quòd
quando soluitur pecunia, ex quo genus perire non potest,
semper habeat locum reuocatio in creditoribus priuilegia-
tis, & etiam habentibus hypothecam. In aliis verò non
habentibus hypothecam vel priuilegium possunt seruari su
perius allegata, quod si inuigilauerunt & per decretum iu-
dicis bona debitoris habuerunt iuxta text. l. quod autem. §.
apud Labeonem. ff. de bon. auct. iud. possi. quòd non habeat
locum aduocatio, nisi quentus facta fuisset solutio; post-
quam omnes creditores instarent; quia omnes fuissent im-
missi in possessionem bonorum, vel vnus nomine omnium,
prout olim fiebat iuxta titulum & leges qui. ex cau. in pos-
sess. ea. & debitor voluisset vni soluere per gratificationem,
vel forte quando debitor fuisset fallitus, voluisset soluendo
vel alter facere conditionem vnius meliorem, prout inquit
Bal. in dicto consilio 432. primo libro sequitur Aretin. in d.
§. item si quis in fraudem, de acti. colum. 4. ita videtur mihi
intelligenda hæc materia, & ita loqui Barto. in d. l. pupillus,
in h. & sic facere potius pro opinione contraria, super qui-
bus dum vales poteris cogitare, si bene hæc ego perpendi,
& consideraui in videndo, & Ias. in consilio 3. volum. 4. &c.
& quòd ecclesia noo habeat prælationem in bonis clerici
obligati ad censum & aliis. Vide Rom. singu. 357. clericus.
Casa. Vrsill.

DECISIO CXCI.

De re emphyteutica data in solutum ex causa necessaria irrequisito domino.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteutica res insolutum data ex decreto curiæ irrequisito domino an cadat in commissum ex causa voluntaria, & quid in necessaria.* 4.

Domini contemptus commissum in re emphyteutica contrahit.

Alienare prohibitus irrequisito domino, an excusetur ex causa necessaria.

2 *Solutio ex causa necessaria quando dicatur.*

3 *Emphyteutica in generali bonorum hypotheca veniunt.*

Emphyteutica possunt obligari sine domini consensu.

4 *Decretum sine suis solennitatibus an nullum.*

5 *Ordo iudicii seruatus decretum annullat.*

Differentia inter sententiam & decretum.

Instrumenti liquidi præsentatio vim habet libelli.

6 *Confessio debiti per debitorem in iudicio inducit litis cõtestationem.*

Citandus non est, qui impedimentum non præstat.

7 *Iudex de partium voluntate potest omittere, quòd sententia in scriptis feratur.*

Iuramentum testium per partium voluntatem remitti potest.

Libellus omittitur ad voluntatem partium.

8 *Ordo iudicii formalis de consensu litigantium remittitur.*

Confessio locum tenet libelli & litis contestationis.

9 *Sententia ex sola confessione sequi potest, licèt processus sit nullus.*

10 *Confiteri tripliciter quis potest.*

ABbas Russilus egit contra certos creditores Virgilii possessoris cuiusdam domus emphyteuticę pro eo; quia dictus Virgilius dedit dictam domum emphyteuticam in solutum & pro soluto mediante decreto magnæ curiæ Vicariæ sine consensu dicti Abbatis directi domini, ideò petiit declarari, ꝙ incidit in commissum, & facta

rela-

relatione in Consilio fuit de duobus dubitatum.
Primò, vtrum dicatur dicta datio in solutum alie
natio ex causa necessaria. Secundò, vtrum decre-
tum magnæ curiæ sit ipso iure nullum, cùm in eo
non interuenerunt requisita in ordine processus.
1 † Ad primum dubium fuit dictum, quod vera con-
clusio est ista, quod datio in solutum de re emphy-
teutica sine consensu domini si fiat ex causa vo-
luntaria non potuit fieri. Et ideò quia dominus
est contentus, incidit res ista in commissum, vt ha
betur in ca. potuit. de loca. & in l. fin. C. de iure
emphyteut. Si autem fiat ex causa necessaria sine
consensu domini non incidit in commissum, quia
prohibitus alienare sine consensu domini non vi
detur prohibitus, si alienat ex causa necessaria si-
ne consensu domini, vt probatur in l. pater fili. &
ibi per Bar. ff. de leg. 3. in l. 1. C. de fundo dota. &
per Bart. in l. 1. C. de prædiis mino. & in auth. res
quæ. C. commu. de leg. & Bal. in l. voluntas. & in
l. quoties. C. de fideicom. & in l. peto. §. prædium.
2 ff. de l. 2. † dicitur autem datio in solutum ex ne-
cessaria causa facta quando iudiciaria authorita-
te, & sic cum decreto iudicis est facta: vt dicit Bal.
in c. 1. in principio, & in 4. col. de prohi. feu. alie.
per Fede. allegat no. in l. si finita. §. de vectigalib.
ff. de dam. infecto, & ibi per Bart. & alios. hoc vo-
luit Alb. de Rosa. in secunda parte statutorum, in
2. q. & per Alex. in 1. vol. consi. 52. circa finem. &
per Spec. Ioan. Andr. ibi, in ti. de emptio. & vend.
§. nunc dicendum restat. uersi. sed pone, Sed hic in
teruenit decretum iudicis, & præcessit ista causæ
cognitio, quia contra debitorem productum fuit
instrumentum publicum de debito, in quo obli-
gauit omnia bona sua. Et licèt Lud. Ro. in l. si
3 constante, in princip. ff. sol. matr. † voluerit, quod sub
hypotheca generali omnium bonorum non ue-
niunt bona emphyteutica: Tamen eius opin. com
muniter non tenetur sed tenetur opin. Bar. ibi, quod
in generali obligatione bonorum ueniunt bona
emphyteutica: vt firmat Alex. ibi. Et bona em-
phyteutica possunt obligari irrequisito domino:
vt in l. tutor. §. fina. & ibi Bald. C. de pign. actio. &
tenet gl. Bal. & Saly. in d. l. fi. C. de iure emphy. &
in Spe. de loca. §. nunc aliqua. versi. 12. & secun-
dùm opin. Barto. vidi plories iudicatum fuisse.
Et quia fuit obligata dicta domus emphyt. & di-
ctus Virgilius non habens modum soluendi fuit
carceratus, vt euitaret carceres, confessus fuit de-
bitum, & dedit insolutum dictam domum em-
phyteuticam suis creditoribus, propter quam nõ
4 est eis integrè satisfactum. † & hoc videntes iu-
dices magnæ Curiæ interposuerunt decretum,
quod fiat talis datio insolutum, & sic fuit alienatio ne
cessaria, & per consequens dicta res emphyteuti-
ca non incidit in commissum, ex quo non interue
nit consensus dicti domini directi. Ad secundum
dubium aliquib. fuit visum, quod supradictum decre
tum magnæ curiæ Vicariæ fuit nullum, & per con
sequens quòd datio in solutum fuit sine decreto,
& sic ex causa voluntaria facta, nam in dicta cau-
sa non interuenit libellus, nec litis contestatio,
nec datio termini ad defendendum, nec conclu-
5 sio. & sic non fuit seruatus ordo iudicii. † & sic

sententia iudicum est nulla, ut in l. prolatam. C.
de senten. cum concordan. Sed in ueritate non
potest dici sententia illud decretũ magnæ curiæ,
sed decretum, vt dicit Bar. in l. nec quicquam. §.
ubi decretum. ff. de officio proconsulis, & in l. si
finita. §. Iulianus. vlt. col. ff. de dam. infect. & dicit
Alex. in 4. uol. consi. 73. in 6. col. In hoc decreto
sufficit prædicta causæ cognitio adhibita. Et si be-
ne consideretur, omnia solennia interuenerunt,
nam interuenit libellus, dũ per creditorẽ præsen-
tatum fuit instrumentum debiti, quæ præsentatio
6 instrumenti liquidi habet vim libelli. † Item in-
teruenit litis contestatio, quia debitor confessus
fuit debitum, & dixit non habere modum aliter
satisfaciendi, & de eius paupertate erat notoriũ,
& sic per ista inducitur litis contestatio secun-
dum Bal. & Pau. de Cast. in l. 1. C. de litis contesta
tio. Item constat dictam domum fuisse hypothe-
catam, vt suprà dictum est. fuit per ambas partes
imploratum iudicis officiũ super interpositione
decreti prædicti, nec dominus directus si fuisset
citatus potuisset dictum decretum impedire, &
ideò non erat citandus, vt dicit Bal. in d. §. vbi de-
cretum. in 3. cha. & Pau. de Cast. in consi. 224. per
l. recusare. in principio. ff. ad Treb. & no. doct. in
l. maiorem. ff. de pact. & sic non potest dici, quod di-
7 ctum decretum sit nullum. † Præterea nõne iudex
de uoluntate partium potest omittere, quod senten-
tia feratur in scriptis, ut dixit Bart. in l. quoties.
C. de priui. schol. lib. 10. & tamen de iure requi-
ritur scriptura in sententia, ut in l. 2. C. sen. ex bre
uicu. recitan.

Item de voluntate partium potest remitti iura
mentum testium, ut not. in l. 1. ff. de feriis. & in l.
2. §. sed quia. C. de iura. calum.

Item de voluntate partium potest omitti libel
lus, ut in authen. offeratur. C. de litis contest. licèt
quidam contrà, de quo per Abb. Sic in c. 1. de li-
belli obla. & per gl. in Cle. sæpe. in verbo, necessa-
rio. de uerbo. significatio. Item tacitè potest re-
mitti iuramentum calumniæ, licèt non expressè,
8 vt no. in d. §. sed quia. † Item possunt partes ex totò
remittere ordinem iudiciorum, non tamen sub-
stantialem, sicut est litis cõtestatio, ut in c. vnico,
de litis contestatio. & in dicta Cle. sæpe. in fi. no.
Io. And. & Abb. Sicu. in c. de causis. de offi. deleg.
in glo. in verbo, partium, allegat gl. in c. fin. de re
iudi. lib. 6. Cum igitur per confessionem instru-
mentalem cõstabat in iudicio de debito & hypo-
theca, & per confessionem debitoris in iudiciõ
de debito, & quòd non habeat modum satisfaciẽ
di, & quod sine alia solennitate, ut liberaretur à car-
cere petiit instanter interponi dictum decretum,
9 † non potest dici nullum ex omissione ordinis iu-
diciarii, hoc uoluit expressè Bar. in l. creditores
C. de pig. vbi dicitur, quod si facta est confessio, non
requiritur libellus, nec litis contestatio. Sicut etiã
dicimus, quod ex sola confessione potest sequi con-
demnatio, licèt processus sit nullus secundùm
Bart. in l. si confessus. de cust. reo. Bal. in l. merca-
lem. C. de condi. ob turpem cau. ista confessio nõ
potest dici solum sibi confitenti præiudicare, vt di
cit gl. in l. duobus. §. 1. & ibi per Mod. Papian. ff. de
iure-

idem exceptis cauſis mercatorum uidetur comprobare Cornaus in conſi.180.3.libro vbi dicitur, quòd in caſibus, in quibus non requiritur litis coorteſtatio, primus actus habet vim
8 litis conteſtationis. Quando autem quis poſſit præciſe † cogi ad litem conteſtandam vltra ſcrib. in l.1.C. de litis conteſta. declarat Iaſ. quòd ſic in l. inter ſtipulantem. §. ſi fundum. ff. de verbo. obli. Caſ Vrſill.

DECISIO CXCII.

De compenſationibus.

SVMMARIVM.

1 *Officialis duarum fiſcalium ſtationum an poſſit creditū unius cum debito alterius adminiſtratione durante compenſare, & quando.*
2 *Compenſatio peti an poſſit per hæredem adminiſtratoris duarum ſtationum unius cum altera.*
Limitatio ad l.1. C. de compenſatio.
3 *Abbas rem unius monaſterii vendens pertinentem ad aliud de menſa ſua, an illam reuocare poſſit.*
Præſes duarum prouinciarum, negotia unius in alia prouincia poteſt tractare.
4 *Conſuetudo in dubiis attenditur.*

MIchael Bonobaſſo ſocius omniū bonorum fratris ſui, q habuit pro regia curia adminiſtrationem olei in ciuitate Trani, & in dicta adminiſtratione per computa ſua repertus eſt creditor curię in certa ſumma per introitum, & exitū, & antequam recuperaſſet debitum a Regia curia, mortuus eſt iſte Michael, antequam decederet, fuit artendator gabellarum Regiæ Curiæ, & in dicto arrendamento per ſuum quinternum, in quo continebatur introitus, & exitus repertū eſt, quòd eſt debitor Regiæ Curiæ, hæres eius petit, ꝙ fiat compenſatio cum eo, in quo ipſe eſt creditor in adminiſtratione olei.

1 † Dicebat procurator fiſcalis, ꝙ non poteſt fieri compenſatio, per l.1.C. de compenſationibus. Dicebant omnes præſidentes Regiæ cameræ, ꝙ illud, quod dicitur, quòd officialis duarum fiſcalium ſtationum non poteſt compenſare creditū unius ſtationis & adminiſtrationis cum debito alterius ſtationis, donec durant ipſæ adminiſtrationes penes eum. Secus ſi ipſe officialis, qui habuit duas ſtationes, mortuus fuit, tunc eius hærede petendo, quòd fiat compenſatio, debet fieri compenſatio, & iſto modo limitabant l. prima. Fuit ſuper hoc conſultatum Regium Conſilium, aliqui ex dominis dicebant, quòd iſta limitatio
2 bene poteſt in iure fundari, † nam d.l. habet locum quando diuerſæ ſtationes eſſent penes diuerſos officiales. Sed ſi diuerſę ſtationes adminiſtrantur per unum: tunc poteſt fieri compenſatio cum debito unius ſtationis cum credito alterius ſtationis. pro hoc facit, quod dicit Bald. in l.1.C. ne fiſcus rem quam uend. euin. lib. 10. ubi dicit authoritate gloſ. ibi, † quòd ſi Abbas uendidit rem u-
3 nius monaſteria erant de menſa abbatis. Item facit, ſi aliquis eſt præſes duarum prouinciarum, negotia unius poteſt tractare in alia prouincia, ſecundum Innoc. in cap. nouit. de offic. deleg. not. Alex. in l. fi. 1. col. ff. de iuriſdict. om. iud. Alu dicebant, ꝙ iſtę inductiones ſunt multùm à remotis. Ego dicebam, ꝙ d.l.1. dat priuilegium fiſco, ut nō poſſit obiici compenſatio ex diuerſa ſtatione, ut no. Bal. in l.1. C. de hære. uel acti. uendi. niſi quando fiſcus ſuccedit debitori & creditori, ut dicit gl. in l.2. C. de ſolu. & in d.l.1. C. de compenſatio. Et ſic nō uidetur uera dicta limitatio domi-
4 norum præſidentium. † Et propterea ipſi recurrebant ad conſuetudinem dicendo, ꝙ ſemper ſic fuit obſeruatum. Et ideò domini de Conſilio decreuerunt, quòd fiat relatio domino Regi de prædictis, & facta relatione uoluit Rex, ꝙ fieret dicta compenſatio, poſtquam præſidentes dicunt ſic fuiſſe conſuetum fieri.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXCII.

1 *Debitor & creditor fiſci ex diuerſis ſtationibus non opponit compenſationem etiam in vectigalibus.*
2 *An doctori atteſtanti de conſuetudine ſit credendum, & quid ſi ſunt plures doctores.*
3 *Conſuetudo concernens ordinem iudiciarium qualiter probetur, an ſtetur dicto doctoris & de aliis &c.*

1 DEcernitur hic, quòd creditor † & debitor fiſci ex diuerſis ſtationibus ſiue cauſis non valet de iure opponare compenſationem, ſecus verò de conſuetudine. concordat Martinus de Laud. in tract. de priui. fiſci, in 2. priuilegio, vbi hæc ampliat in vectigalibus debitis ipſi fiſco, per tex. l. 10 ea. C. de compe. vbi etiam enumerat ample alia fiſci priuilegia, de quo etiam per ſcribentes in l. aſſiſtere, de an. & trib. li. 10.
2 Et quia hic in caſu huius † deciſionis licèt iuris fuiſſet admittere compenſationem: tamen quia contrarium fuit obſeruatum de conſuetudine oretenus habita a doctoribus practicantibus, & ſic ex dicta conſuetudine fuit deciſum, cōpenſationem fieri debere. igitur non immerito quæritur: & ſic incidit quæſtio, nunquid doctori ſeu doctoribus atteſtantibus de conſuetudine ſit credendum, & Alex. in l. poſt dotē, col. pen. ff. ſolo. matri. affirmat, quòd non doctoribus mortuis: hoc etiam poſt multa ſequitur Dec. in conſi. 472. teſtator legauit. Aym. verò in conſi. 325. plora mouebitur dubia. de quo etiam fit mentio infra in deciſio. 321. ait, quòd pluribus doctoribus teſtantibus de conſuetudine ita ſe habere, vel eis credi, vel ſaltem onus probandi contrarium in aduerſarium transferri, cum quo videtur conuenire Caſſan. in con-
3 ſuet. Burg. fol. 311. & iſtud videtur magnum † de iure dubium, quæ procedunt de conſuetudine probanda inter partes, & ſunt annot. infra in deciſ. 321 ſecus de conſuetudine concernente ordinem iudicii: nam illa ſufficit, quòd probetur ſummariè & ſine ſcriptis ſecundùm Bartol. in l. de quibus. num. 22. ff. de legi. Caſſa. in loco ſupra citato, fol. 311. plenius Goza in conſi. 101. audio dubitari. num. 27. Soc. Iunior in conſi. 60 in 2. parte Rochus de Curte in repe. c. fi. de conſuet. numero 569. aliter a prædictis, igitur non bene.
Cæſ. Vrſill.

DECISIO CXCIII.

De proteſtationibus ante litem conteſtatam faciendis in poſſeſſorio recuperandæ.

SVMMARIVM.

1 *Proteſtatio ante litem conteſtatam in actione poſſeſſoria recuperandæ non facta, locum præſtat iudicio ſuper proprietate.*
2 *Priuilegio per patientiam renunciatur.*
3 *Actor litem conteſtatus ſuper ex. eptione proprietatis*

tis videtur consentire.
Cautela pro aduocatis.

1 FVit decretum in consilio, † qꝑ si agens possessorio recuperandæ ante litem contestatam non protestatur, quòd non audiatur reus excipiēs de proprietate, & lis contestetur, & detur terminus ad probandum incumbentia, & facta publicatione tacet, & nihil actor dicit, & proceditur ad conclusionem, quòd iudicandum est etiam de proprietate. hoc voluit expresse Abb. iu c.fin.de ordi. cognitionum. Et est ratio: quia patiente, qꝑ aduersarius excipiat de proprietate,
2 renuntiasse uidetur suo priuilegio, † qđ uult, ut spoliatus ante omnia restituatur: ut in ca. s. & ibi Abb.Sic.de restit. spol. Vbi notāter dicit Bal. si consentit, qui restitutionem possessionis petit, potest quęstio proprietatis referri. & subdit. Et ideo caueat sibi actor, ne litem contestetur super proprietatis exceptione: quia tunc uideretur consentire: ut in l. sed si susceperit. in prin.ff.de
3 iudi. † unde actor contra excipientem replicet, qꝑ sua exceptio non debet admitti: ut in glos. quæ incipit, duo dixerunt, in aut.de testi. Idem dicit Ang.in l.si quis ad se fundum. C. ad l.Iul.de ui.& ideò dicit, Sit cautus aduocatus agentis, vt non permittat examnari testes super exceptione proprietatis.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXCIII.

1 *Agens possessorio nisi protestetur, quòd non admittantur articuli concernentes proprietatem, & si patiatur in omnibus fieri conclusionem, quòd super omnibus postea debeat determinari, an hæc procedunt in scripturis impertinentibus.*

1 CVm † hac decisione, quòd nisi agens possessorio protestetur, quòd non admittantur articuli, & alia concernentia proprietatem, & fiat publicatio, & conclusio, quód super omnibus mox debeat determinari. nam fit præiudiciū declarat tex.c.1.de resti.spolia. Alexan.iu l.naturaliter. §.nil commune. in 14. limitatione. l.si qois ad se fundom. C. ad l. Iuliam de vi. qui ita instruit aduocatum protestari de prædictis, sicut dicit Affl. noster hic, & faciat ante omnia reiicere articulos non admittendos, de quo per Cap. in decisio. 28.62. Luffred. in consil. 52. col. 11. In qoibus an protestatio de articulis impertinentibus sufficiat ad scripturas impertinentes, & quia prædicta non procedunt, quando pars diceret velle scripturas præsentare, & articulos concernentes proprietatem facere ad colorandam possessionem, prout fuit notatum latius in decisio. 7. igitur videtur ista hodie parum seruari, &c. Cæs. Vrsill.

DECISIO CXCIIII.

De restitutione dotis.

SVMMARIVM.

1 *Dos an restituenda ad monetam tempore contractus, uel restitutionis.*
Nomina doctorum collegii Neapolitani.
Moneta mutata in ualore post tempus contractus qualiter soluenda.
Pecunia in eadem bonitate reddenda.
Condemnatus soluit ad monetam tempore sententiæ & non executionis.
3 *Pecuniæ mutatio ex interuallo nocere creditori non debet, debitore etiam non moroso.*
4 *Tempus medium inter contractum & solutionem an considerandum non data mora.*
5 *Pecuniç bonitas est respectu usus principaliter.*

FIliusfamiliàs duxit uxorem, & eius pater recepit dotem mille & centum florenorum, quo tempore in ciuitate Aquilę ducatus Venetus ualebat baiocchos 70. & 70. baiocchi, sunt floreni duo, & baiocchi 3. cum uno terno: & sic illo tēpore ducatus Venetus erat ualoris duorum florenorum & baiocchorum trium cum uno tertio. Demum post mortem patris alii filii, & hęredes eiusdem patris ex alia vxore ipsam dotem per longum temporis interuallum restituunt, & soluunt eorum fratris & marito florenos mille & centú: & tempore restitutionis prędictæ dotis probatū elt, qꝑ ducatus Venetus erat ualoris centum & decem baiocchorum: sed centum & decem baiocchi sunt floreni tres & baiocchi decē, habuit ergo filius minus pro quolibet ducato Veneto florenū unum, & baiocchos sex cum duobus tertiis, & sic facto bono calculo filius restat habere usq; ad cō
1 plementum ducatos 200. de dictis dotibus. † Quęritur modò, utrum ista dos veniat restituenda secundum ualorem monetę quæ currebat tempore traditæ dotis, uel secundum ualorem monetæ, quæ currit tempora restitutionis & consignationis dictæ dotis. Istud dubium fuit decisum per collegium Neapol. cum subscriptione inlrascriptorum doctorum de collegio, uidelicet Domini Ioan. Autonii Carrafa. Domini And. Mariconda, Domini Thomæ vaxsllo. Domini Cicci Abbate, Domini Nicolai Carduino. Domini Antonii de Alexan. Domini An. Angrenli, Domini Rencii Copulæ, Domini Andreoli de Alexan. Domini Antonii Orilia, D. Nicolai Antonii Orilia, do. Paul. de Marcheliis, & ego qui de commissione collegii scripsi decisionem tanq̄ iunior, Quòd restitutio dictæ dotis debet fieri secundū ualorem monetæ tēpore, quo soluta fuit dos patri ipsius mariti. Et nou secundùm æstimationem & ualorem monetæ tempore restitutionis dictæ dotis, & hoc per id qđ uoluit Aud. de Iser. in c. s. in uerbo, monetę. in 2. colū. quę sint regalia. vbi
2 tenet, † qꝑ quando mutatur moneta in ualore post tempus contractus, debet solui secundum ualorem tempore contractus, allegat c.olim.de censi. & c.cum canonis. & quia tempus contractus inspicitur. ff. de euic. l.si fundum. & ff. de contrah, emp. l.Rutilia Polla. debet ergo reddi pecunia in eadem bonitate: ut not. in l.cum quid. ff. si cert. pet.& ibi Cyn.& Alb.de Rosa.& idem Cyn.in l. minorum. in quibus causis in integ. resti. non est necessaria. allegabatur ad hoc id, quod dicit Old. in consi. 31. ubi dixit, quòd condemnatus ad centum, debet soluere de illa moneta, quæ currebat tempore sententiæ, & non de moneta, quę currebat tempore executionis, allegat l.uxorem. §.testa

mento

mento.ff.de leg.3.& aliud consi.Old.13.& in alio consi. 250. uolens, quod si tempore legati currebat una moneta, & tempore solutionis alia, debet solui secundùm tempus legati. Item allegabatur Bald. in l.acceptam.C.de usuris, ubi dixit, quod si ista mutatio fiat ex interuallo, non debet nocere cre-
3 ditori, etiam si debitor non fuit mora; † quia cum debitor senserit commoditatem ante moram, & nemo debet lucrũ habere cum aliena iactura: ut in l.nam hoc natura. ff.de cond.inde. Item allegabatur Bald. in l. illud. C. de sacro.san.ecc. qui dicit. in 6. col. quod in contractibus inspicitur moneta, quę currit tempore contractus, alleg. Spec. in tit. de obl.& sol.§.nunc aliqua.uersi.fi.& quod no.in Cle.fin.de decimis. Idẽ Abb.Sicu.in c.olim. præallegato, de censi. post Io.And.ibi, in ulti.glo. Nec ob.id quod dicit Bar.in l.cũ quid.ult.co.uer. & hæc faciunt ad quęst. &c. & id quod dicit Bart. in l.Paulus.& ibidem Paul.de Cast.ff. de sol.quòd quando non mutatur pecuniæ bonitas, sed uariatur ualor, prout erat in casu, de quo loquimur, qua florenus ualebat plus tempore contractus,
4 quàm tempore solutionis, † si debitor fuit in mora, debetur illud plus secus si nõ fuit in mora. & idem dicit Bart. ff. de auro & arg. leg.l. cum certum. quia in facto constabat, quod filii & hęredes ex secunda uxore patris, qui habuerunt dotes uxoris filii primi patrimonii, fuerunt in mora in non restituendo dotem prędictam. & sic mutatio monete in ualore inter tempus contractus & solutionis non consideratur non data mora, & ita tenet Card in d.Cle.2.de cens. c 3.q.in fin. Sed quando mutatur moneta aliter quam in ualore, tunc siue sit mora debitoris, siue non inspicitur tempus solutionis, sed tempus contractus, ut suprà dictum est. Et dicebant dicti domini, quod etiam quando in hoc casu non fuisset mora, debet solui ęstimatio secundùm ualorem tempore contractus, prout firmant Odof. in d.l. in minorum. C.in quib.cau.
5 & Anto. de Butr. in c. quanto. de iureiur. † quia bonitas pecuniæ est respectu usus principaliter. Ideo in illa bonitate debet fieri restitutio: ut in dicta l cum quid. si ista diminutio ualoris habet durare in perpetuum, uel longo tempore. Si autem parum haberet durare, tunc consideratur, an fuit in mora soluendi necne, ut declarat dom. Abb. in d.capitu.quanto. 5.co.& sequen. Fuit ergo per dictum collegium uotatũ, quod dicti hæredes condemnentur ad dictos ducatos marito & fratri eorum secundùm ualorem monetæ tempore cõtractus. Collegium prędictum fuit electũ tanquam arbiter per ambas partes ad uotandum in dicta causa, quæ uertebatur inter filios quondam domini Colucii de ciuitate Aquilæ Prouinciæ Aprucij.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CXCIIII.

1 *Mutatio monetæ quando fit circa bonitatem intrinsecam, hoc est circa materiam, quia aurum siue argentum non sunt sic perfecta, semper solutio debet fieri habita consideratione ad tempus contractus, & illud siue mora debitoris pręcedat, siue non.*

2 *Quando fit mutatio monetæ circa bonitatem extrinsecam, hoc est circa ualorem, quod tempus attendatur an solutionis, vel contractus, hic latius.*

3 *Maritus qui recepit dotem extimatam omne commodum & incommodum est suum, postquam ipsa est dominus.*

4 *Quando quis scit mutationem monetæ debere fieri: quia forte habet intrinsecam amicitiam cum dominis vel aliter, & contrahit cum aliquo, habetur ac si tempore mutationis monetæ contractum perfecisset.*

5 *Qui spe futurę indulgentiæ deliquit, non gaudet ipsa indulgentia.*

1 Fit hic conclos. quod † quando fit mutatio monetæ circa bonitatem intrinsecam, hoc est circa materiam: quia forte argentum vel aurum non sunt ita perfecta sicut prius, tunc siue præcedit mora debitoris siue non, quod semper attendatur tẽpus contractus, & non solutionis, & sic pecunia debeat solui eadem perfectione & bonitate intrinseca, quando mutatio monetæ haberet durare non pauco tempore sed perpetuó, adde in prædictis circa illud, quod quando pauco tpe est duratura mutatio monetæ, quod non attendatur in præiudiciũ alicuius, affirmant Recen.in suo tracta.de vsur. nu.717.718. 720.a.verò aduerte, si placet, quod quatenus Affl.hic velit, quod facta diminutione monetæ debere fieri examinationem † va-
2 loris monetæ tpe contractus, quando fieret ista mutatio circa bonitatem extrinsecam, hoc est circa valorem ipsius monetæ auctæ siue diminutæ, quia licèt cum ipso nonnulli legũ vertices Scrib. conueniant, & maxima Corn.in cons.181.visis nonnullis, col.2 7.2.lib. Calc.in cons.14.15. Cur.Iuo.in cõsi.24.28.nu.12.Hier.Grat.in consi.13.14.& 15. & nonnulli alii relati supra in deci.90.& per Boer.in decis.327. hæc qđ, num.8.in verbo tamen plures Doct.& Rec.in d.tract.de vsuris.q.737.qui dictum Boer.dec.refert, & sequitur eum moderamine tamen, cum augumentum vel diminutio superuenisset statim post datam dotem, ita quod recipiens habuisset cõmodum augumenti, quia non potest illud deducere. pariter si decrementum statim superuenerit, quod non teneatur illud supplere, sed tamen contra prædicta est cõis opin.vt testatur Aret.in cons.11.præmittendum est breuiter.& 84.diligẽter ponderatis. Bologn.in cons.16 affirmantes, quod in his quæ in genere debentur, quod facta variatione valoris extrinseci attẽdatur tempus solutionis, siue varietas ista tendat ad augmentum, seu diminutionem, tam vt creditorem qui habet pecuniam recipere, quam circa debitorem ipsum, qui habet pecuniam soluere, voluit vltra Scrib. in l.cũ quid.ff.si cer. pe. Socin. ibi, qui tradidit in prædictis sex conclusiones, loquens etiam quod prædicta militẽt in momentanea mutatione, qđ videtur mirandum, & commodum, vel incommodum sit debitoris vel creditoris. Ro.in legato & promissione in sing.519.qđ tempus partes.l.cum certum.de au.arg.lega.in verbo preciũ præsentatis tpis.& Boer.in d.dec.327.qui nonnullos concomitãtes augent, & concludit hanc opin.esse magis cõem, licèt referat diuersimode iudicatum ibi in Curia parlamenti, quando secutus fuisset datus tpe cõsignationis ad rõnem librarũ vel solidorum, quia illa niet examinatio deberet reddi secundũm Bal.opin.consi.213.ponctus qõnis.5.vol.mouentur isti Domini ad firmandum hanc cõem opinionem inter cætera per tex.l.si inter virum.C.de iure dotiũ, & per ea quæ voluit Soc.in consi.56.consiliis nostris in 7.col.1.vol. quod postquã est data pecunia debitori, & per consequens translatũ dñiũ omne commodum, vel incommodum est cõe, sicut dicimus
3 de marito † qui recepit rem extimatam in dotem, quod omne commodũ vel aliud est ipsius, postquã habet dñium rei, prout & sunt anno.int.in dec.270.& in oibus prædictis concordat And.in titu.quæ sunt regalia, in d. verbo monetæ, videlicet quod in bonitate prædicta extrinseca attẽdatur tps solutionis & non contractus, licèt eũ Affl. vt vides, aliter referat & male. Quę licèt vera esse videantur, & magis cõia inter Scrib. quod tps solutionis attendatur circa valorem monetæ mutatæ, & sic circa bonitatem extrinsecam, tñ aliter vr decernendum esse sacrum consi.in simili qõne siue facti specie, videlicet quidã mercator ex partib. Romę, siue Florẽtię destinauerat quasdam litteras Banci Mathei Lauro de Neapo. quod haberet sol-

uere

uere ad visum octo dierũ tot ducatos, siue scutos aureos, aut valorem ipsorum in auro cuidam mercatori alio Neapoli residenti pro eo, vdẽ ibi p eum receptis, accidit φ tpe acceptationis istarum literarum ducatus aureus, siue scutus valebat ad rationẽ carlenorum 11. cum dimidio, seu 12. qui postea tpe solutionis faciendæ finitis octo diebus pdictis, vide licet 6. Mart. 1557. fuerunt aucti, siue diminuti ad rationem carlenorum, quindecim, siue quatuordecim p banna publica ob bella orta inter regem nostrum Philippum & D. Paulum Pont. IIII. & etiam omnis alia moneta similiter fuit aucta ad rõnem fore duca. 20. pro quolibet centenario, & hoc spatio quatuor mensiũ, & deinde donec bellũ ipsum fuisset duraturum, vnde cum venisset dictum tps solutionis, & sic post dictos octo dies ipse Michael debitor prætendebat soluere extimationem dictorum scutorũ de auro ſm monetam tunc currentem cum dicto augmento, quia primò Cianfronus ante mutationem monetæ valebat ad rõnem carlenorum quinque, & postea ad rõnem carlenorum sex, & sic ad numerum carleno. 14. siue 15. pro quolibet scuto siue ducat. mercator verò prætendebat dictam solutionẽ fieri debere ſm monetæ valorem antiquã, & extimationem ad rõnẽ carlenorum 12. cum dimidio pro ducato, & non cum augmento prædicto. Imo recte intuenti diminutione, & φ istud augmentum p consequens, si augmẽtum dici posset, fuisset, siue fuit determinatũ per sac. consi. pro ipso mercatore, hanc solutionẽ debere fieri ad rõnẽ prædictam carlenorũ 12. cũ dimidio ſm extimationẽ monetæ antiquæ, quæ currebat tpe acceptationis litterarũ cambii, qñ valebat Cianfronus ad rõnem Carlenorũ 5. vt supra, & p consequẽs istud augmẽtũ, si augmentũ dici posset vt supra, esset ipsius mercatoris, die 5. Nouemb. 1557. cuiusq; auctuarius est No. Ioã. Portius, & sic contra supra firmata ſm magis cõem. volentem vt supra circa mutationẽ monetæ in valore attendi debere tps solutionis & non contractus, nisi forte diceret sacr. consi. cõsiderasse tẽpus acceptationis litterarum, vel forte non habuit rõnẽ de d. prætenso augmẽto pauco tpe duraturo, vel quia hic debitor forte potuit, vel habuit notitiã de d. mutatione facienda in breui tpe, prout iam facta fuit, & ppea in prædictis, si obiectant, nota vnũ, φ qui scit mutationẽ monetæ † vel precii frumẽti fieri cito debere, quia forte hẽt intrinsecam conuersationem cum dñis. & contrahit cũ aliquo, φ tenetur ac si dictum contractum fecisset post mutationẽ monetæ, prout voluit Bar. in l. contra legẽ. ff. de leg. Fel. in c. 2. de consti. in 3. col. idem Bar. in l. quæro. ff. de act. emp. quæ nota, nam accidit illo tpe. ad quod facit, φ quando quis sub spe futuræ in-
5 dulgentiæ deliquit † quòd non gaudet ipsa indulgentia. Massue. in tit. de priuil. in prin. Cæs. Vrsill.

DECISIO CXCV.

De successione spuriorum in feudis.

SVMMARIVM.

1 *Feudorum specifica mentio in legitimatione fieri debet.*
Legitimatus nihil differt à legitimis & naturalibus.
2 *Legitimatio clausulã derogatoriã continere an debeat, & qualiter.*
3 *Legitimatus licèt sit uerè legitimus, non est tamen legitime natus.*
4 *Leges, quibus est derogandum circa legitimationes.*
5 *Actus medius non habetur in consideratione.*
Inuestituræ primæ tenor attendendus.
Extrema spectantur, non intermedia.
6 *Origo rei probanda.*
7 *Surreptitium quid, & quando dicatur.*
Feuda hæreditaria quæ sint.
3 *Spurius legitimatus per regis priuilegium, an gaudeat nobilitate paterna.*
9 *Spurius re & uita honestis fungitur muneribus & honore.*

DIcta capitulum Regni, quod incipit, ex præsumptuosa, quòd aliquo feudatario decedẽte sine prole legitima, quæ ad successionẽ eius de aperto iure claroq; uocetur, possessionem huiusmodi intrà annum computando ab obitu defuncti, nec fisco, nec priuato prodesse, sed possessio ipsa per modum sequestri sit penes fiscum, & c. Modò contingit, quòd magnificus D. Franciscus Brancacius utilis dominus castri Loriani & Trõtulæ fuit uiolenter occisus extra Neapolim superstite filio suo bastardo, sed legitimato etiam ad feuda prędicta specificè per Regem Ferdinandum primum, ut constabat authẽtico priuilegio
1 legitimationis, † prout de iure debet fieri specifica mentio in legitimatione de feudis: vt dicit Bal. in c. naturales. si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agnatum. dictus filius legitimatus supplicabat Regi Federico, φ uellet eum inuestire de dictis feudis, ex quo claro & aperto iure filius legitimatus succedit, ex quo nil differt à filius legitimis & naturalibus, ut dicit tex. in aut. quibus modis naturales effician. sui. §. si quis ergo filius. Fiscales dicebant, quòd fiscus debet facere sequestrum, prout incontinenti factũ fuit, dictus filius reclamauit à dicto sequestro ad Regem prędictum. Rex commisit sacro Cõsilio, ut uideret, si de iure dictum sequestrũ poterat fieri iuxta formam prædi. cap. Regni. Dicebat D. Ant. de Alex. Viceprotonotarius, quòd dictum sequestrum potuit de iure fieri, quia si dicta legitimatio præsentata ad feuda essent adeò certa, φ non haberet dubium, tunc nõ potuisset fieri dictum sequestrum.
2 † sed contra dictam legitimationem opponebat ipse D. Antoninus: quia iam dixerat Regis, quòd potuit fieri dictum sequestrum, ad id comprobãdum dicebat, quòd dicta legitimatio non continebat clausulam derogatoriam specificè non obstante cap. naturales. præallegato, quæ debet poni in tali legitimatione. ut inquit Bald. in l. eam quã. C. de fideicommissis, & ideo redditur dubia dicta legitimatio. Secundò dicebat, ipsa feuda pdicta erant antiqua concessa pdecessoribus pro se & hæredib. suis ex suo corpore legitimè descẽtib. & de hoc non erat facta mẽtio in legitimatione, merito legitimatio non extẽditur ad dicta feuda, ut uł tenere Bal. in l. Gallus. §. si eius. ff. de lib. & posthu. & doctores in d. c. naturales. & Petr. de Anch. in con. 301. & Bal. in d. l. eam quã. C. de fideicõmis-
3 sis. Et pro hoc bene fecit, φ dicebat ipse, † quia licèt legitimatus sit uerè legitimus, tamen non est legitimè natus, ut dicit Barto. in l. si is qui pro emptore. dũ loquitur de fictione inductiua. ff. de usucapio. Tertiò dicebat, in dictis feudis supererat agnatus, uidelicet domina Catharina Brancacia amita, quæ pretendebat se successuram in dictis feudis, licèt reuocaretur in dubium, ut patet ex notatis per And. de Isernia in c. 1. Imperator Lotharius, & per glo. in constit. Regni. Vt de successionibus, prætendebat dicta amita, quòd in præiudicium dicta legitimatio non ualebat, ex quo de agnatis non erat facta mentio, ut patet ex notatis per And. in d. cap. naturales. Ego autem & do. Marcellus de Gaieta, & quidam alii Consiliarii dicebamus contrarium, φ de iure dictum sequestrum non debebat fieri, & factum debeat re

uocari;

uocari, attento quòd iste filius legitimatus in promptu ostendit priuilegium legitimationis etiā in dictis feudis, & sic dicitur claro apertoq; iure
4 succedere. † Nec est in consideratione, q; non sit ibi mentio de clausula, non obstante cap. natura les. & §. fi. in au. quibus mod. natura. effici. sui. & l. qui contra. & auth. ex complexu. C. de incestis nup. & l. licet. C. de natura. liber. Quia in dicto priuilegio legitimationis sunt uerba equipollentia, videlicet, non obstantibus omnibus legibus, constitutionibus, & quibusuis in contrarium facientibus quę clausula derogatoria generalis tantùm operatur, quantùm clausula derogatoria specialis, dictis legibus, in materia ista legitimationis, ut expressè dicit Alex. in 5. vol. consil. 187. in 7. col. allega. gl. in l. 3. iuncto tex. C. de natu. libe. & ibi Bal. & Ang. & consilium Petri de Ancha. 323. & sic sublatum fuit in ueritate primum dubium. Nec obstat secūdum dubium, q; feuda prędicta erant antiqua pro se & heredib. ex suo corpore descendentibus, & in dicta legitimatione non fit mentio de ista qualitate dictorum feudorum. Et sic non uidetur, q; legitimatus per priuilegium veniat sub appellatione heredis ex suo corpore, secundum conclusionem Andr. in d. c.
5 naturales. Vbi latè etiam hoc examinat. † Quia ad hoc respondebamus alta voce, q; in facto clarè constabat, q; dominus Paulus Branchacius emit dicta feuda pro se & heredib. & successoribus. & prefatus dominus Franciscus mortuo patre habuit confirmationem à Rege pro se & heredibus absq; illis verbis ex suo corpore &c. Et licèt media confirmatio facta in personam domini Raynaldi Branchacii patris dicti domini Francisci diceret pro se & heredibus ex suo corpore, hæc media confirmatio non debet attendi, sed prima & vltima inuestitura. Nam dicit Bald. in conf. sanctissima & illustriss. do. Regina, & in preludiis feudorum, q; tenor primę inuestiturę debet considerari. Item, quia extrema consideratur, & non media, vt dicit Bal. in l. si plures, in 1. char. C. de cond. infer. no. in l. sed & si. §. si seruus. ff. de her. insti. & in concord. allegatis per Spec. in aureo re
6 pertorio suo, ult. char. † Nam prima inuestitura, q dicit. tibi, & heredibus, est potissima, per l. 1. ff. de orig. iuris, cum similib. allegatis per Alber. in l. qui de crimine. de accusationi. in 3. colū. inde dicit tex. in l. creditores. ff. de pignora. actio. si originem tei probare potes. de quo per Alex. in l. denique. §. si quis. ff. de minoribus, in apostillis. & in l. rogasti. ff. si cer. pet. Dicebat dominus Anto. q; propter dictam mediam inuestituram ipse dubitabat de dicta legitimatione. Tamen ego & do. Marcellus & dom. Carolus de Rogeriis, & dom. Iacobus de Gello dicebamus, quòd nos non dubitamus, q; ex isto capite legitimatio est ualida, licet nō fecerit mentionem, q; media inuestitura predicta, quę dicebat pro se & heredibus ex suo corpore legitimè descendentibus, ex quo prima & vltima inuestitura simpliciter dicebat pro se & heredibus, et ideo non potest dici legitimatio
7 surreptitia, † et hęc si fuissent expressa, non reddidissent Regem difficiliorem, et ideò non potest dici surreptitia, vt in c. super literis. de rescriptis. Nec obstat tertium dubium, quia posito, q; illa media inuestitura diceret, q; confirmat pro se & heredibus ex suo corpore legitimè descendentibus, secundum hoc dicta feuda sunt hereditaria, secundùm communem opin. Et sic pluries fuit iudicatum, ergo si sunt hereditaria, potuit pater facere à Rege legitimare filium suum spurium, etiam ad dicta feuda hæreditaria in pręiudicium agnatorum, qui poterant succedere, declarando, q; uult, q; succedat, ut firmant communiter doct. in l. Gallus, §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. & Prepositus in c. per uenerabi-
8 lem. 18. col. qui filii sint legit. † quando pater non habet alios filios, prout erat in isto casu, ut dicit Ale. in l. ex facto. 8. col. de vulg. & pup. & Bal. in l. nam ita diuus. 1. col. ff. de adop. Et bene firmat Pet. de Anchar. in cōs. 309. incip. prima facie & c.

Et ideo illa allegatio de amita est impertinens stante dicta legitimatione, hęc omnia fuerunt dicto Regi relata, commisit do. Ferdinando, attēto q; ipse desiderat, q; dicta feuda habeat Paulus Branchacius gener Iacobi de Grisono sui domestici & familiaris, q; procuret concordare dictū filium legitimatum cum dicto Paulo. Et sic facta fuit de uoluntate ipsarum partium certa concordia, vt in ea continetur. An autem filius spurius legitimatus per priuilegium Regis, & restitutus natalibus cum omnibus clausulis derogatoriis gaudeat nobilitate paterna. Bal. dicit, q; non est de stirpe nobili, in c. per tuas. de maio. & obe. & Ale. in l. ex facto in fi. prin. ff. de Trebel fateor, quòd non est de stirpe nobili, nisi per principem
9 restitutus est natalib † q; quidem facere potest ipse princeps, vt in auth. quib. mo. na. effi. sui, & in auth. quib. mo. na. effic. legitimi. Imò spurius, si est honestus re & uita ad decurionatum admittatur. ff. de decurio. l generaliter. §. spurij, ad quē plebeii non assumuntur, in eo. tit. l. honores. . 1. vt dicit Luc. de Pen in l. mulieres. C. de digni. lib. 12. vbi ponit nouem species nobilitatis.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CXCV.

1 *Habens priuilegium, q; dicatur habere ius euidens & apertum intantum, q; contra eum cessat cap. ex praesumptuosa, dispositio.*
2 *Quando legitimatio fit à principe, an sit necesse specialiter derogare dispositioni. §. naturales. ad feu. an verò satis sint verba generalia.*
3 *Imperator an sufficiat dicere in priuilegio legitimationis, quem illegitime natum etiam quòd non descendatur ad species illegitimitatis, scilicet q; sit filius presbyteri, vel monachi.*
4 *Quę sint seruanda in legitimatione, an extendantur ad feu. dignitatum, & alia, nisi exprimantur, & an oportet exprimere qualitates, an sint citandi coniuncti, quando legitimatio fit per patrem.*
5 *In legitimatione quae sint necessaria, an possit fieri, q; succedatur in partem bonorum tantum, & an pater possit legitimare in praeiudicium agnatorum.*

Tenor primae inuestiturae est attendendus, nisi sit contra-

ctio, siue contrarietas, vel nisi per secundam inuestituram declararetur prima.

7 *Inuestitura facta de feudo de legitime natis an comprehendat legitimatos.*

8 *Inuestitura facta pro se & cui dederit, an comprehendat spurios.*

9 *Bastardus an sit de familia, an portet insignia domus & arma.*

10 *Spurio non defertur iuramentum suppletorium, nisi sit bonæ conditionis, vt ducum & magnatum.*

1 PRo opinione Affl.† q qui habet priuilegiũ dicatur habere ius euidens & apertum, & sic cõtra eum cesset dispositio c. ex præsumptuosa. facit tex. c. licèt cã, in verbo priuilegiis imperatorum euidentissime constiterit, de proba. c. porrò, de priuilegiis, cum aliis quæ signantur infra in deci. 356. in illo subiecto, q habens instr̃m, vel priuilegium de nouo reperta per viam restitutionis in integrum impedit executionẽ suam, vna cum aliis congestis per Tiraq. in tetrac. consangui. fol. 120. nu. 20. §. 2. gl. 1. in parua vltima impressione, vbi ait, instrumentum probatio prompta, expedita, præsens, probata probatio, euidẽs, manifesta, manifestissima, liquida, patens, certa, indubitata, notoria, noli me tangere quæ oia sũt intelligenda, nisi instr̃m ipsum ex facie ipsius demonstraret inualidum, nam tunc quis non diceretur instr̃m hr̃e. & Bar. in l. 1. §. parui. 1. col. ff. quod vi aut clã. declarat Alex. in cõs. 166. viso præsenti. 2. vol. & sunt anno. infra in decisi. 197. & 283. q instrumentum validum mandetur executioni secundùm formam ritus. Circa verò aliud tactum per Afflict. hic in verbo nec est in consideratione, q non sit necesse specialiter derogare in priuilegiis legitimationis ad §. naturales, qñ legitimatio ipsa fit per principem ad feu. sed satis sunt verba æquipollentia, affirmat Fran. Cur. in tract. feudorum, fo. 25.

2 vbi etiam † an filius legitimans succedat in feu. tpe concessionis reperiebatur legitimatus, & vr̃ concludere q non in legitimato per priuilegiũ, secus verò qñ fuisset legitimatus per subsequens matrimoniũ. illud et q satis sit generaliter derogare ad d. §. naturales, sequitur Cur. Iunior in consil. 157. 2. lib. nu. 28. Alex. in consi. 195. 2. lib. nobilis vir. & ibi Recent. qui dicit in Imperatore satis esse exprimere illegitime natũ, non aliter descendendo ad species illegitimitatis; quia forte

3 spurius filius pr̃sbyteri † vel aliter, vt si esset monachi, & hoc cum clausula non obstante, de quibus et per eundẽ in cõsue. Parisi. in §. 8. gl. 1. nu. 39. & per Cottã in verbo legitimatio, quæ fit per subsequens, vbi ait, q non extendunt ad feu. dignitatum in dubio, vt est comitatus & ducatus, nisi exprimatur, de quo et infra in dec. 265. in tertia fallen.

4 † in aliis aũt, q oportet exprimere qualitatẽ filii, qui legitimatur, si est spurius, uel incestuosus, aliàs non valeret, consuluit Dec. in cõs. 338. in casu proposito. ubi qñ sunt citandi coniuncti, quãdo fit legitim. per patrem, & quæ sunt obseruanda, & q̃ contra possint opponi, notat plenissime Cur Senior in consi. 74. sũ meinor, & post eum Cassa. in consuet. Burg. fol. 291. cũ aliis

5 seque. † vbi si põt fieri legitimatio, q succedatur in parte bonorum, vel in nullo, & Parisius in cons. 1. 2. vol. nu. 135. vbi q pater põt legitimare filium in præiudicium agnatorũ, q secus vr̃ in ciuitate Neap nam non põt fieri ipsa legitimatio in pĩudicium eorũ, ipsis nõ citatis, vt voluit Neap. in cõsue. Neap. in tit. de succe. ab intesta. q̃ incipit, si quis vel si qua. in verbo ex parte patris, in fine, nu. 171. Ale. in cõs. 25. circa 1. lib. col. 3. & in l. Galius. § & quid si tñ, circa fin. ff. de libe. & posthu. Cassa. in consue. Burg. fo. 294. nu. 25. & secũdũ istã intelligas, q̃ voluit Soc in consi. 47. nu. 22. 4. vol. nã dicta ipsius non vr̃ procedere existen. d. consue. Neapo. licèt cũ eo concordet Goza. in cons. 6. & 85. Sed melius Dec. in cõs. 316. & 307. nu. 5. Sed optime p Parisiũ in consil. 14. 2. vol. qui dicit, qñ adest clausula, citra pĩudiciũ venientium ab intest. censeri dispensationẽ ppea necessariã citationẽ agnatorũ. in nu. 44. & seq. & hoc ex dictis oium, & secundũ pdicta hodie, qui est 14. Nouẽb. 1564. fuit determinatũ in sacro cõsilio in cã Io. Antonii Ferrarii, & eius nepotis, ipsũ Io. Antoniũ succedere in bonis paterni virtute cõsuetudinis Neap. nõ obstãte legitimatione ipsius nepotis noie Marcelli ab eius patre facta, q erat frater d. Io. Antonii. actuarius Io. Portius, & sic secundũ opi. Neap. & aliorũ. Circa verò aliud tactũ p Affl. hic in verbo, sed prima, & vltima, q tenor primæ inuestituræ sit attẽdẽdus. Cur. Sen. in cons. 49. memini. col. 8. vbi aliæ cõcor. q verũ intelligas, nisi esset contradictio, vel nisi p secũdã pri

6 mã declararet, † put cõsuluit Dec. i cõ. 195. in cã istorũ, nu. 3. in fi. vbi Recen. q citat Afflic. hic, & latius p eundẽ Dec. in cõs. 193. & p tenui facultate, p totũ. q adeo procedit, q feudi renouatio et simpliciter facta secundũ primã intelligitur, prout consuluit Goza. in cõs. 84. prima facie, nu. 5. idẽ Cur. Sen. in cõs. 35. col. 4. vbi late examinat, q inuestitura facta p legitime natis non cõprehendit istos legitimatos, ex quo nõ

7 vere legitimos, iuribus † & ronibus multis q non excludat sororẽ ex forma statuti, vide eũ ibidẽ, & in consi. 16. clarus, in fi. & in d. cõs. 74. col. 2. in fi. & in d. cõs. 49. pe. col. vbi de clausula ista, q non obstantibus legibus, & de dicto tenore inuestituræ attẽdẽdo q spurii non cõprehendunt, et q feudum

8 fuisset datũ † pro aliquo, & cui ipse velit. Bal. in cõs. 207. Qõ est. in 2. lib. & de hoc feudo dato p se, & hæredibus, & succes

9 soribus, q sit hereditariũ, sunt anno. in dec. 11. 140. † an aũt bastardus possit domus insignia, & arma ferre, an dicat de familia, & nõnulla ad subiectũ declarat Cassa. in cõsue. Burg. f. 287. los bastardos, Rub. 8. nu. 21. Butr. in cõs. 54. Iesu Christi, vbi q succedant in turri, qñ non deferunt rõne nobilitatis, sed tñ rõne sanguinis. Guido Papa in dec. 580. an bastardus, vbi non põt esse consiliarii principũ, neq; dñt nobiles, neq; arma portare agnationis de iure, secus de cõsue. eis nõ datur iur̃m suppletorium, nisi sit spurius bonæ conditionis, & famæ. Hyp. sing. 273. notissimi, in fi. ubi de spurio facto religioso, & de spurio ducum vel magnatum. Cæs. Vrsill.

DECISIO CXCVI.

De actione super feudi possessorio.

SVMMARIVM

1 *Possessorium recuperandæ in feudis, an possit post annum intentari.*

IN quadam alia causa fuit dubitatum. Ecce mortuo Barone sine filiis superstite sorore maritata a patre, quæ statim recepit possessionem Casalis uallis & ea tenente, & possidente intra annum fuit de facto priuata possessione, & intra annum fiscus Regius scripsit, q tenetur in sequestrum possessio, iuxta cap. Regni, quod incipit, ex præsumptuosa. deinde finito anno dicta soror egit possessorio contra fiscum. Opponebatur, quod non poterat agere possessorio, sed de proprietate tantum. Vtrum possit agi de possessione,

1 vel solum de proprietate. † Fuit per sacrum Consilium decisum & determinatum, q post annum non possit agere dicta soror de possessorio recuperandæ, sed solùm agere põt de proprietate. Et ita dictum capit. intelligit Andr. de Iser. in l. imperialem, §. illud. de prohi. feu. alien. per Feder. & idem dicit do. Bartho. de Capua in quadam apostilla sua super d. c. ex præsumptuosa, & de illo c. facit mentionem Luc. de Pen. in l. facultas 3. col. in uerbo, constitutis. de iure fisci. lib. 10. & dicit Lucas in quadã apostilla super d. c. q illud c. fuit sumptũ ex l. apud Iulianũ. ff. de iure fisci.

ANNOTATIO IN DECISIONE CXCVI.

1 *Regula cancellariæ defendit in possessione clericum beneficiatum, quando possedit per triennium.*

2 *Capitulum regni ex præsumptuosa, non habet locum in subfeudis, quæ à barone habentur.*

3 *Data ignorantia agnati non currit tempus anni iuxta capitulum prædictum, ex præsumptuosa.*

1 EST † hic conclusio, q capto feudo per fiscum virtute cap. reg. ex præsumptuosa, qd vult, q mortuo feudatario qñ superest

superest agnatus, qui aperto iure non venit ad feudum, possessionem ipsius feudi infra annum in modum sequestri debere stare penes fiscum, quo casu infra dictum annum summatim res apud iudicem terminetur, quo anno elapso q̃ tantum de proprietate agnatus auditur, est per prædicta hic inducta præscriptio annalis, nota q̃ in simili vt facere regula cancellariæ de triennali possessore, quo possidente beneficium per dictum triennium pacifice dicta possessio ipsum in possessorio defendit, licèt non in proprietate, notat Fel. in c. si eum, nu. 31. de re iudic. qui aũt, mox in petitorio hunc necesse habere probare titulũ, licèt in d. possessorio nil habeat probare de aliis præscriptionibus, quæ sunt in iure tam breuius q̃ quadriennii, & aliorum temporũ, & contra fiscum. declarat glos. const. regni quadragenalem. illud aũt Cap. ex præsũ-
2 ptuosa, limitat D. Marinus in suo opere de subfeudis, nõ habere locum in istis feudis, quæ à Barone habentur, & tenentur, & hoc fol. 24 in 15. q. diuarum, & ita refert fuisse iudicatum, sed iuxta hæc quæritur, an data ignorantia huius a-
3 gnati de possessione fisci currat: sibi hoc tẽps anni. Credo † q̃ non per ea quæ fuerunt notata supra in decisi. 175. q̃ nullũ tẽps currit ignoranti, nisi expresse caueatur in lege, vel statuto, & vltra scrib. in l. quandiu. C. qui admi. & per Alex. in cõs. 14. si ille qui scribit, 2. vol. col. 3. imprimis declarat latius Cassa. in consuet. Burgun. le dictat. §. 5. nu. 5. fol. 349. & ample ẽt per Tiraq. in retract. consangui. §. 35. gl. 4. in verbo ignorante, fol. 223. in parua impressione, vbi refert consuetudinem ita ibi se habere in materia retractus, q̃ tempus currat ignoranti contra minores præsentes, & absentes, quem vide, quia iura in omni casus contingentia citat. C. cl. Vrtill.

DECISIO CXCVII.

De feudi possessoribus sine Regio assensu priuandis.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus an possit possessores feudi priuare, qui illud possederunt sine Regio assensus.*

Feudum alienatum sine Regio assensu an possit penes fiscum sequestrari.

2 *Alienatio feudi sine Regio assensus etiam in contractu nullo non excusatur propter nullitatem.*

Qvædam mulier nomine Constanzella de Bilignano habebat duo feuda in prouincia Calabriæ, unũ uocabatur feudum S. Georgii, Aliud feudum de Iudica. Feudum S. Georgii donauit Nicolao suo marito per publicum instrumentũ, aliud donauit Io. Baptistæ suo nepoti consobrino, & tradit istis possessionem, demum ista Constanzella mortua fuit sine filiis, fiscus vult priuare dictos possessores dicta possessione vigore dicti c. ex præsumptuosa. quia non succedunt claro apertoque iure. Fuit dubitatum,
1 † Vtrum in hoc casu possit fieri dictũ sequestrũ, attento q̃ illi possederunt per annos ante mortẽ feudatarii dicta feuda, nullo tamen interueniẽte Regio assensu super dictis donationibus. Fuit desisum per doctores Regiæ cameræ & aliquos sacri Consilii, q̃ ex quo claro apertoq. iure constat, q̃ dictæ donationes sunt ipso iure nullæ: quia possessores interrogati an habeant consensum Regium, & dixerunt, quòd adhuc non impetrauerunt, q̃ potest per Regiam curiam fieri dictum
2 sequestrum. † Et sic notandum, q̃ dictum c. ex presumptuosa. habet locum, etiam si successor per uiam contractus inualidi habuit possessionẽ feudi etiam uiuente feudatario virtute contractus sine Regio assensu.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXCVII.

1 *Capitulum, ex præsumptuosa, an habeat locum quando quis hodie habet memoriale expeditum per verbum fiat, sed non est assensus registratus cum sigillo pẽdẽti in forma cãcellariæ, et notatur casus ĩ facto, etc.*

Virtute huius decisionis tpe tumultus huius fidelissimæ Ciuitatis Neap. qui fuit anno 1547. de mense Maii, & Augu. regius fiscus cæpit possessionem certorum introituũ feudalium qui fuerant Magnifici Cæsaris Mormilhi, & iam vẽditorum per eum Magnifico Matthæo Maiorana, qui ante fellonia m tunc d. Cæsaris impetrauerat assensum in omnibus super dicta venditione excepto sigillo, ex quo. dicebatur per regium fiscum ipsum Magnificum Matthæum non habere priuilegiũ, stante regia pragmatica principis tunc Ortigiæ Viceregis huius regni volente, secundùm eum debere expediri assensus cum sigillo pendenti in forma cancellariæ infra quatuor menses, aliàs assensus non faceret fidem expeditus per memoriale per verbum fiat, & nõ obstante q̃ fuisset demonstratum dictam pragmaticam hæc non disponere, & existente q̃ dictus Magnificus Cæsar non fuerat declaratus rebellis, noluerunt nobis facere restitutionem dictorum introituum per hanc decisionem, & si habebamus instrumentum prædictum venditionis ipsorum cum memoriale assensus expedito per verbum fiat, ex quo assensus ipse non erat expeditus cum sigillo pendenti in forma cancellariæ, nobis non opitulari secundùm eum, vt supra, propterea bene fuisse captam dictam possessionem, & sic fuit obseruatum, licèt postea prædictus Magnificus Matthæus obtinuerit in causa petitoris, vnde videmus fiscus q̃ recte intuẽti dicta prima pragmatica non loquebatur, q̃ nisi memorialis expedita p verbum fiat, super assensibus, nisi expediatur priuilegiũ cum sigillo pendenti post registratione in cãcellaria infra quatuor menses, non faceret fidem, vt ipse fiscus prætendebat, sed q̃ tantum dicta pragmatica ordinabat, q̃ infra quatuor mẽses post memoriale expeditum per verbum fiat, fieret registratio, & sigillatio assensus, sed tunc fecit aliam pragmaticam, q̃ nisi assensus expeditus in memoriali per verbũ fiat, infra mẽses octo, & nunc per vnum annũ registretur, & sigilletur in dicta forma cancellariæ cũ dicto sigillo pendenti, q̃ talia memorialia sic expedita per dictũ verbũ fiat, nullã fidem faciãt quæ pragmatica hodie sunt in viridi obseruantia, & fuit actuarius dictæ causæ Iacobus Antonius Gattula, & tunc dictam pragmaticam contra conclusa infra in decisi. 253. q̃ satis sit, quem habere memoriale in assensu expeditum per verbũ fiat, quia tunc dicitur gratia perfecta, vt ibi notaui.

DECISIO CXCVIII.

De solutionibus.

SVMMARIVM.

1 *Debitor, qui dimidiatem summam debiti solutam probat per apocham, alteram per testes, an liberandus in totum quasi numerauerit in dubius uicibus.*

2 *Pluralitas non præsumitur.*

Confessio debiti soluti probata per testes non est noua dispositio, sed probatio.

Qvidam creditor petebat centũ a suo debitore ex causa mutui vigore scripturæ propriæ manus. Ille debitor recognouit in iudicio illud chirographũ esse scriptũ manu propria. Sed dicit satisfecisse dato termino ad probandũ, aliàs ad soluendũ. Ille debitor produxit quandã scripturã manu p̃pria dicti creditoris, in qua cõtinetur q̃ dictus debitor in centũ ex cã mutui sibi soluit

ducatos 50. & ista scriptura est recognita per dictũ creditorẽ. Itẽ produxit depositionem trium testium, qui deponunt, ꝙ dictus creditor cõfessus fuit se recepisse a dicto debitore, ducatos quinquaginta, & isto modo dicebat satisfecisse dictos ducatos centum. Creditor dicebat, ꝙ solum habuit ducatos quinquaginta, vt constat per suã scripturam productam per dictum debitorem, & quod verum est, quòd postea confessus fuit recepisse ducatos 50. sic illos, de quib. in scriptura sua, & sic vna fuit summa.

1 † Quæritur quid iuris. Facto uerbo in Consilio de prædictis per unum ex iudicibus magnæ curiæ Vicariæ, in consilio fuit decisum & determinatum, quòd ex quo dictus debitor probauit per scripturam manu creditoris se soluisse quinquaginta, & per testes probauit, ꝙ dictus creditor confessus fuit, postea se recepisse & habuisse quinquaginta, ꝙ vna præsumitur quantitas so-
2 luta, & non duæ solutiones, † quia confessio illa probata per testes nõ est noua dispositio, sed probatio, vt in l. Publia. in fi. ff. depositi. Est ergo eadem summa probata per scripturam, & per confessionem probatam per testes, ut dicit Bar. in l. triticum, ff. de ver. oblig. per l. Sempronius, ff. de leg. 2. Idẽ tenet Flor. de S. Betio in l. quinquaginta. ff. de probat. & Alex. in 2. vol. cons. 4. in 3. col.

Fuit votatum, ꝙ contra dictum debitorem fiat executio pro ducatis 50. quia tantum 50. ducatos de centum soluit.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXCVIII.

1 *Quomodo procedat, quòd quando vna quantitas apparet soluta per testes, & alia per scripturam, quòd duæ quantitates solutæ præsumantur.*
2 *Quando sunt duæ diuersæ scripturæ, an semper præsumantur diuersæ summæ.*
3 *An in legatis & testamentis quando sunt relictæ plures quantitates, idem quando vna in testamẽto, & alia in codicillis, an plures debeantur &c.*

1 ESi conclusio hic per D. Affl. † ꝙ qñ vna quantitas recepta per creditorem probatur per scripturam, & alia eadem per testes, ꝙ vna summa censeatur soluta & nõ plures. Intelligas prædicta, quando præcederet confessio, & postea sequeretur scriptura, nam præsumitur ad scripturam deuentum ad faciliorem probationem, & non ꝙ sint duæ quantitates, prout declarat Floria. in d. l. quinquaginta ꝙ secus esset in numeratione, nam si apparet numeratio ex causa mutui per testes antea, & postea demonstraretur promissio p stipulationẽ factam de eadẽ quantitate, diuerso tpe, diuersa præsumeretur, sm Ias. in l. planè. §. si eadem. nu. 11. verbo capio pl ff. de leg. 1. post Bar. ibidẽ, & in d. l. triticũ. ff. de verbo. obli. ꝙ mihi non placet, ex quo militare vr̃ eadẽ rõ, de qua supra, nam si præcedit numeratio probata p testes, & deinde appareat promissio p scripturam, credendum deuentum ad scripturã vt supra ad faciliorẽ probationẽ sm Flo. in d. l. quinquaginta qui aliter tenet q̃ Bar. in d. l. triticũ. nec Alex. in d. cons. 4. 1. vol. adducto p Ias. concludit illud ad qđ ipse Ias. ipsum allegat, vt videri põt. qđ secus foret, vbi demon-
2 strarentur diuersæ scripturæ † quia semp præsumerentur diuersæ summæ & diuersæ quantitates, tex. clarus in d. l. quinquaginta. & si plus debito appareat ex eis hunc soluisse, posset repetere sm gl. singularem, & ibi Bar. & Ang. in l. 1. C. de discussoribus lib. 10. notatur p eundem Ias. in d. l. planè. §. 1. & in l. qui bis idem. ff. de verb. obli. qđ limitat Recent. in d. consil. Alex. 4. 1. vol. nisi istæ duæ scripturæ fuissent eiusdẽ datæ, quia eadẽ & vna quantitas præsumeretur, & citat Afflic. hic, quod nota, & sm hoc pñt intelligi, q̃ dñr per ipsum, in hac decisio-
3 ne † & ẽt in legatis ista procedere, vbi fuisset factum legatũ, alicui de eadẽ quantitate simul in testõ & codicillis, ꝙ verum que deberetur, qđ secus foret, si sub eadẽ cã, vt puta alimẽtorum, vel vt emat fundum, fiat legatũ, quia tunc nisi semel deberetur p tex. l. libertis quos. ff. de alimentis & ciba. legat. in princ. prout ita per illum tex. Abb. in cons. 4. oĩpotentis Dei, in 8. 2. vol. Ias. in d. l. planè. §. 1. Aym. in cons. 167. ancillinę. Vbi ait, maximam sequendam circa quantitates & non maiorem summam in prædictis, & habet p Ias. in consi. 87. col. 1. vol. 3. & secundũ prędicta ꝙ ex diuersitate scripturarũ diuersa quantitas intelligatur legata, audio iudicatum in sacro consilio anno 1563. in cã Magnifici Nicolai de Summa cũ Comite Brutiei, actuarius, qđ tu intelligas secũdũ superius allegata, & vide Rom. in sing. 519. qđ tps, qđ attenderetur in legato tempus solutionis & non testamenti, facta mutatio est pecuniæ, de quo latius supra in decis. 194. Ces. Vrsill.

DECISIO CXCIX.

De iure offerendi dotem mulieri per creditorem ob viri inopiam.

SVMMARIVM.

1 *Dotis restitutio constante matrimonio uiro ad inopiam vergente fieri an possit.*
2 *Creditor posterior an habeat ius offerendi dotem mulieri propter uiri inopiam.*
3 *Possessor tertius an habeat ius offerendi, quando uxor vult se assecurari constante matrimonio super bonis per virum alienatis priusquam ad inopiam vergeret.*

VXor habens instrumentum dotale vnciarũ centum & vnciarum quinquaginta de antiphato, qui maritus suus uergit ad inopiam, petit se esse curati pro dotibus & antiphato super quadam massaria ipsius viri hypothecata pro dictis dotibus & antiphato, quando casus obuenerit re-
1 stitutionis dotium & antiphati, † & quia viro vergente ad inopiam potest fieri dicta restitutio dotium & antiphati constante matrimonio, per l. si cõstante. in prin ff. sol. matr quę solũ loquitur in dote. & per l. vbi adhuc. C. de iure dotium, quę loquitur in antiphato, opponit se quidẽ creditor mariti, qui desiderat habere dictam massariam, licèt sit posterior hypotheca, & offert dictę mulieri integrè soluere dictas dotes & antiphatum, & petit, ꝙ cedat iura sua. vxor dicit, ꝙ ipsa vult illam massariam pro sustentatione sua, & viri &
2 filiorum. † creditor ille secundus dicit, ꝙ ipse habet ius offerendi debitum, ut in l. fin. C. si antiquior creditor &c. & ius petendi cessionem, & se ponendi in locum suum, ut in l. i. C. de his qui in prio credi. locum, & ibi Bald. & habetur in l. Modestinus. ff. de solut. cũ cõcor. Quęritur quid iuris? An dictus creditor contra dictam mulierem habeat ius offerendi dotem & antiphatum stante dicta inopia viri? Fuit bene discussum hoc dubium, & dictum, ꝙ super illo dubio doctores fuerunt uarij. Nam & Bar. in l. si constante. in princ. fuit in opin. ꝙ dictus creditor non habeat dictũ ius offerendi dotem & antiphatum, et per consequens nec potest consequi dictam massariam

a riam, [a] sequutus opin. Iac. de Are. & Cyn. in l. sibi. C. qui potio. in pig. habe. & in l. ubi adhuc. in 13. q. Et idem tenuit Ioan. Andr. in add. Spec. in tit. de donat. inter uir. & vxor. §. formatis instrumentis, in additione, quæ incipit, ut no. in l. vbi. idem in socero &c. & idem uoluit Bal. in d. l. ubi adhuc. in 3. col. in tex. ibi, quæ fuerit. & idem dixit in l. 1. vlt. col. ff. sol. mat. Et idem dicit Paul. de Cast. in l. 2. in prin. ff. sol. mat. Idem consuluit Bal. in 1. uol. cons. 282. inci. præmittendum &c. hanc opin. firmat etiam Bal. nouel. in tract. do-
b tium, in 7. parte, in priuilegio 47. [b] Sed contrariam opin. scilicet quod creditori competat dictum ius offerendi in dicto casu firmauerunt Bal. Ang. Ioan. de Imo. Lud. Ro. & Pau. de Cast. & Alex. de Imo. in d. l. si constante, in princ. & Bal. in auth. quod locum. C. de colla. & Bart. Veronensis in lib. cautelarum, c. 21. circa fin.

Sacrum Consilium bis pronuntiauit secundùm primam opin. quia tunc dicta assecuratio non est vera restitutio dotis, sed tenet dicta bona loco pignoris & hypothecæ, & ideo creditor non habet ius offerendi. Secus esset dicendum, quando mulier ageret hypothecaria & adiudicatione super bonis mariti, tunc creditor haberet ius offerendi, secundùm Cyn. in d. l. cum tibi.

3 † Quid autem si mulier vellet illam massariam uendere, quando super ea fuerit assecurata constante matrim. pro dote & antiphato, an tunc competeret dicto creditori ius offerendi, tangit Bald. nouellus in loco præallegato. Quid autem si uxor uult assecurari constante matr. super certis bonis alienatis per uirum antequam uergeret ad inopiam, an ille tertius possessor habet ius offerendi. Per iudices magnæ curiæ fuit iudicatum, quod ille tertius possessor & dominus habet ius offerendi per theo. Bald. in d. authent. quod locum. & per text. in l. Paulus. §. qui pig. ff. qui. mo. pig. vel hypo. soluitur.

ADDITIO.

a *Dictam massariam.*) Adde deci. Cape. Thol. num. 338. quæ idem tenet. & allegat Io. Pet. de Fer. idem tenere.

b *In priuilegio 47.*) Sed præterito anno 1530. fuit contrarium iudicatum per magnam curiam Vicariæ, & successiuè confirmatum per sacrum Consilium cõtra Sebastianum de Secca Serayolum, & hoc per consilium Bart. quod incipit, quæritur vtrum per viam retentionis, & per consilium Paul. de Cast. num. 119. quod incipit, in causa, quæ vertitur, & idem Pau. de Cast. in l. 2. in prin. ff. sol. mat. vbi tenent, quod mulier eo casu non poterit impedire creditores mariti, nisi prius agat contra virum. idem refert, & sequitur Hipp. de Mars. in sua pract. causarum crimin. in uer. aliàs. §. aggredior. in antepe. col. 61. char. Thom. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CXCIX.

1 *Quando mulier petit assecurationem super bonis mariti, an creditores habeant ius offerendi.*

2 *Quando mulier agit dicta assecuratione, an debeat dari terminus ad probandum inopiam, an verò mulier ipsa possit impedire executionẽ per creditores in bonis mariti, quod sic si sciatur practicari.*

3 *Quando possessor offert creditori agenti assistentia, an teneatur offerre totum debitum, an verò rei petitæ extimationem, magnum dubium sed decisum, vbi etiam quid si fuisset actum hypothecaria.*

4 *Iuri offerendi quanto tempore præscribatur, tam contra debitorem, quàm contra creditorem.*

1 DVm conclus. huius decis. † quod quando mulier agit super assecuratione in bonis mariti vergentis ad inopiam creditores non habeant ius offerendi in pecunia & ab ipsa muliere obtinere cessionem, conuenit Bal. in consil. 84. præmittendum est ad euidentiam. 3. vol. idem Soc. in consil. 111. visa consignatione dotis, in prin. 3. vol. Nicol. in tracta. de pig. fol. 86. & 98. num. 31. & latius per Castan. in consuet. Burg. fol. 183. le femens apres, rub. 4. §. 17. nu. 4. & 9. in quib. etiam quòd periculo mariti dictæ res sic consignatæ pereũt affirmat etiam Capi. in decis. 46. Vbi etiam quod mulier facta semel electione non potest variare, & insuper quod sententia lata pro vxore hoc casu non afficiat creditores. Gram. in consilio 107. in cini. Vbi ait, vxorem lucrari fructus etiam rerũ emphyteuticarum ad tertiam generationem. Sed in prædictis puto aduertendum, quod quãdo ista vxor compareret ad executionem impediendam contra creditores volentes exequi
2 in bonis sui viri, † nam si ipsa compareret virtute sui constituti & precarii quæ habet in instrumento dotali, tunc impediret executionem etiam non probata inopia in promptu, & sic non procederet doctr. Pau. de Cast. in l. 2. ff. sol. mat. vt tenet Gramma. in dec. cons. 92. & Vincen. Massilla in Commento consuetudinum Varisiensium fol. 73. quod secus si ageret condictione legis. vbi adduc. C. de iure dot. cum simil. Quia tunc non impediret executionem faciendam per creditores qui haberent forte ius executiuum contra bona mariti, nisi primò probaret de inopia ipsius mariti; quæ nota in modo practicandi; quia ego sic obtinui, quod impediatur executio in casu ipso etiam non probata in promptu inopia in quadam causa magnifici Vrbani de Georgio de Lirio, siue matris ipsius an. 1548. cuius cau. fuit commen. Magnifi. domi. Martinus Frecia, actua. Io. Ber. Balsamus, & vltra supra alleg. quòd isto casu creditores non habeant ius offerendi, voluit Lup. in repe. c. per vestras, de dona. inter vir. & vxo §. 21. nu. 159. qui dicit, secus quando pecunia potest bene collocari, puta ad rationem decem pro centenario forte, quæ vera sunt, licèt hic Affl. contrarium videatur voluisse infra in deci. 221. licèt incidenter hæc dicat, vt ibi notaui.

Sed data ista opinione pro vera, prout est, quod quando per mulierem agitur assistentia cum adiudicatione pro suis do-
3 tibus non in casu inopiæ, † quo casu nõ habet locum ius offerendi, vt supra, sed pro restitutione suarum dotium an creditores possessores vt liberent rem hypothecatam teneantur totum debitum offerre mulieri, an vero rei possessæ extimationem, magnum dubium de hoc alias fuit in sacro consi. vt audio inter Magn. Fran. Peres & Rosatam Carrafam, & quod totum debitum teneatur offerre dicta Rosata, allegabatur pro parte Fran. creditoris tex. l. si. C. si vnus ex pluribus, ibi. vel totum debitum reddat, idem tex. l. si. C. de iure domi. impe. ibi. vel creditori totã pecuniam offerat, & tex. l. qui prior, in prin. ff. qui pot. in pig. habea. Item doct. Bar. in l. Claudius. ff. eod. vbi dicit, quod si secundus creditor non vult offerre: quia forte es non expedit: quia debitum erat magnum, quod non auditur. Et vltimò pro his, quod totum teneatur offerre, allegabatur doctrina Nicolau. in d. tract. de pig. in 4. par. in 5. memb. vbi hoc certis rationibus decidit contra Soc. in consi. 224. in 2. vol. scilicet quòd oportet creditorem totum debitũ offerre & non rei possessæ extimationem tantùm. Ex aduerso pro parte dictæ mag. Rosatæ dicebatur, hæc omnia procedere, quando ageretur hypothecaria solùm, secus quando peteretur dominiũ rei adiudicari, prout in dicto casu, in quo fuit actum assistentia, cum adiudicatione, nam tunc possessor soluendo pretium rei, siue litis æstimationem liberat rem ipsã, per tex. l. ex aduerso. §. petitor. ff. de rei vend. Et pro hoc etiã adducebatur illud velle idem Nicol. in loco supra citato, in col. fi. & istam deci. Affl. hic, & supra 187. & 188. Et insuper
4 dicebatur † quod etiam quando ageretur hypothecaria, quod offerendo possessor dictam litis æstimationem liberat rem, allegabantur pro his iura, de quibus per Soc. in d. consi. 225. & præcipue tex. c. ea literis, & ibi Imo. & Abb. extra de pign. & ad adducta pro parte contraria respondebatur in specie, &

primò ad tex.l.ſi.C.ſi vnus ex plurib. quia ideo illud erat, ꝙ hæres totú debitum tenebatur ſoluere; quia res poſſeſſa per eum erat maioris pretii quàm debitum, propterea poſſeſſor tenebatur totum debitum offerre. Conſidera: quia iſta reſponſio meo iudicio eſt merum vaticinium ad illum tex.ſed melius patet reſponſio. prout ad tex.d.l.ſi.C.de iure domi. impetrando, quia ideo poſſeſſor in d.caſu tenebatur totum debitum ſoluere;quia ipſe erat debitor,& poſſeſſor, & ſic in caſu.d.l.ſi.ſi vnus ex pluribus,quia erat hæres, & ſic debitor, qui licèt in actione perſonali teneretur pro portionib.hæreditariis.l.1.C.ſi cer.peta.cum ſim. tamen quò ad hypothecã repræſentat perſonam defuncti inſolidum, prout ſnot ann. infra in deciſ.113.Igitur ad totum debitum videtur teneri,ſi vult rem hypothecatam liberari, & ſic etiam reſpõdetur ad allegata per Nicoſ.adducta per ipſum procedunt quò ad debitorem principalem poſſidentem,qui tenetur totum debitum offerre,vt ſupra.Cõſidera,quia punctus non eſt ſine difficultate, & licèt iſta opinio ſapiat æquitatem, ꝙ quis non teneatur ſoluere vltra quàm poſſidet, prout etiã voluit Ay. in conſi.198.num.16.verſi.2. reſpondeo,in fine. vbi ait vltra alia iura,quæ ipſe citat hæc procedere naturali ratione:nam quando agit creditor hypothecaria contra poſſeſſorem non cenſetur agere contra ipſum poſſeſſorem,vt totum debitum ab eo conſequatur,ſed tantum rei æſtimationem. Et ſic de iure iſta opinio etiam poteſt ſuſtineri, tamen quando fuiſſet dubia,quia reperitur quodam modo deciſa de iure can. per d.ca. ex litteris, igitur huic deciſioni videretur ſtandum per tex.vulgatum c.primi, de no.ope.nunc. Tamen audio fuiſſe iudicatum ſecundùm illam opi. ꝙ totum debitum teneatur offerre,actuarius tunc fuit Vincentius Falangonus, in cuius locum hodie ſucceſſit Nicolaus Vincentius Cæſarius.Et ſũt aliæ determinationes poſtea de prædictis per factum conſilium.

5 Et † quiuri iſto offerendi poſſit præſcribi, affirmat Bal.in conſi.342.ſuper eo,prima parte, licèt ſecus contra debitorem,vt ibi per ipſum. Cæſ.Vrſill.

DECISIO CC.

De dotis reſtitutione ſoluto matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Bona hæredum defuncti non ſint obligata pro dotis reſtitutione,niſi defunctus ſpecialiter bona hæredis obligaſſet,& diſtinguitur 3.*

2 *Defunctus an & quando rem ſui hæredis obligare poſſit.*

INſtrumentum dotale dicebat,quòd vir pro reſtitutione dictæ dotis receptæ obligauit omnia bona ſua, & ſe & ſuos hæredes, & ſucceſſores, non autem obligauit bona ſua & ſuorum hęredum. Soluto matrimonio vxor vel hęredes vxoris agunt hypothecaria aſſiſtentia, & appretio, & adiudicatione contra certa bona hæredum viri, quæ non fuerunt hæreditaria ipſius uiri ſed fuerunt acquiſita per dictos hęredes uiri,uel aliter eis obuenerunt.

1 † Quæritur, an dicta bona ſint obligata pro reſtitutione dictę dotis? Bis fuit iudicatum in Conſilio,ꝙ bona dictorum hæredum per dicta verba non ſunt obligata. hoc uoluerunt expreſſe Bald. & Ang.in l.aſſiduis.C.qui po.in pig.hab. vbi dicunt, ꝙ bona hæredis non ſunt tacitè obligata pro reſtitutione dotis, niſi defunctus expreſsè obligauit bona ſua,& ſuorum hæredum.Et dicit ibi Ang.ꝙ ſic iudicatum fuit Peruſii exiſtente aduocato.Idem tenet Cyn.in d.l.aſſiduis. Idem uoluit Bald.in l.ſi uxor.C.de bo.autho. ind. poſſ. & in l.vbi adhuc.9.col.C.de iur.do.Ita etiam tenuit Pau. de Caſt. conſulendo in conſ. 273. inci. uiſo puncto ſupradicto. Idem conſuluit Alex. conſil. 172.in 2.vol.& in conſil. 207.in 3.vol.conſil.11. & conſ.91.& in 5.volum.conſ.74.in 1.columna

2 † vbi dicit, ꝙ licèt bona patris ſint obligata pro reſtitutione dotis,non tamen ſunt obligata bona eius hæredis, ut eſt tex. in l. Paulus.aliàs incipit, generaliter.ff.de pig. Idem dicit Alb. de Roſ.in l. 2. C.commu. de ſucc.imò dico vnum, quod eſt fortius ſecundùm Alb. in l. 2. quòd defunctus non poteſt obligare rem hęredis acquiſitam per eum,nec competit hypothecaria, ſi obligauit bona hæredis ad ipſa bona acquiſita. Et idem tenet Bal.in l.1.C.communia de leg. & Franc.de Aret. in l.ſi hæredis ſeruus.ff.de leg.1.Idem tenet Cyn. & Sal.in d.l.aſſiduis. Io.de Imo. & Paul.de Caſt. in d.l.ſi hæredis ſeruus.Io.Fab.in §.fuerat.Inſtit. de actio.

3 † licèt Alex.in d.l.ſi hæredis ſeruus. diſtinguat, aut defunctus obligauit bona hęredis nomine hæredis,& potuit obligare,aut ſimpliciter obligauit bona ſua, & ſuorum hæredum, & non ſunt obligata bona hæredum,ut ibi per eum uide ad hoc Bal.in l.tabernam,in fi.ff.de pig.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CC.

1 *Quando & adhoc vt bona hęredum obligentur ex debito defuncti ſeu teſtatoris quomodo debeat concipi obligatio ſeu hypotheca, & quando obligatio dicatur concepta nomine alicuius.*

CVm hac deciſione, ꝙ ad hoc vt bona hæredum obligentur

1 † ꝙ oportet ꝙ bona ipſa expreſſe hypothecentur, vel ꝙ hæredum nomine de rato promittatur, concor. Dec. in conſi.184.pro tenui facultate,circa finem.Nicoſan.in tracta.pigno.fol.13.& 14. Vbi relatis omnium opinionibus cõcludit eſſe ſequendam opinionem Alex.in d.l.ſi hæredis ſeruus.ut ſupra amplectitur hæc Loffredus in conſi. 32.col. 10. num. 15. Vbi declarat,quando quis dicatur promiſiſſe meo nomine,& de iſtis fuit etiam notatum ſupra in dec. 111.circa ſi.vbi alia &c. Cæſ.Vrſill.

DECISIO CCI.

De bonorum obligatione pro dotis obligatione.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca an inducatur in bonis hęredum defuncti per clauſulam, cum poteſtate capiendi propria authoritate bona ſua & ſuorum hæredum.*

2 *Textus,qui non eſt alibi in toto corpore iuris.*

1 EVenit aliud dubium in dictis cauſis. † Quid ſi in inſtrumento non ſunt expreſſe obligata bona hęredis, ſed dictum fuit in dicto inſtrumento, ꝙ dictus vir dedit poteſtatem in caſu contrauentionis capiendi propria authoritate de bonis ſuis & ſuorum hæredum. An per iſta uerba uideantur obligata bona hęredũm.

Prima facie videbatur, ꝙ illla uerba, cum poteſtate capiendi propria authoritate bona ſua & ſuorum hæredum, inducant hypothecam, per tex.

tex.in l.creditor. §.post diuisionem. ff. qui po.in
pig. habe. qui tex. non est alibi in toto corpore
2 iuris, secũdùm Bar.io l.creditores.C.de pig.† Sed
certè fuit uotatum in consilio, ꝙ ille text. in §.
post diuisionem, non dicit, ꝙ important illa uer-
ba obligationem bonorum hæredis, sed ipsius
contrahentis, non autem important obligatio-
nem bonorum hæredis, quæ non sunt ex causa
hæreditaria, sed aliter acquisita per hæredem,
quod est multum not.& menti tenendum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCI.

1 *Hypotheca constituitur, quando creditori est data pote-
stas rem ingrediendi propria auctoritate, item quando
fuit data potestas alienandi de bonis ipsius debitoris.*

1 QVòd † constituatur hypotheca per licentiam datam
creditori capiendi bona propria auctoritate, tenet
Bal.cum hac decisione in l.2.§.fi.ff.qui poti.in pi-
gno.habe.refert & sequitur Nicosa fo.63. Vbi hæc extendit
ad pactũ factum per creditorem, ꝙ liceat alienare bona sui
debitoris, ꝙ etiam importet hypothecam. Vt ibi per eum, &
qualiter hypotheca constituatur, sequitur Crem. sing.2.per
tex.l.creditor.§ post diuisionem.ff qui poti.in pigno.habea.
& ibi Bar.& Crotus in l.filiusfamilias.§ diui.col.3.ff.de leg.
primo, loquitur hæc Cassa. in consue. Bur.de censes.Rubri-
ca 11.fol.357.in §.limitatione, quando pactum de retrouen-
dendo afficiat emptorem, secundùm quæ velim intelligas
consi.Bal.200 4.volum.tria possunt, & allegata per Tiraqu.
in gl.vnica §.3.num.8.fol.283.idem in fi.num.123.fol.314.
315.in re&tra.conuentionali.qui aliter videtur velle, ꝙ eo ip
so ꝙ quis facit pactum de retrouendendo, & promittit re-
trouenditionem facere, ꝙ ipsa res sit obligata, & sic afficiat
emptorem singularem successorem contra consi. Alex.10.5.
vol.bene verum, ꝙ testator potest legare rem hæredis, ut suã.
And.in c.1.§.si ad libellum.num.8.de alie.feudi paterni.alle
gat tex.l.vnum ea familia.§. si rem tuam, in glo.in verbo fa-
ciliores.ff.de leg.2. Cæl.Vrsill.

DECISIO CCII.

*De successione consanguineorum matris ab intestato per
consuetudinem nobilium Capuæ.*

SVMMARIVM

1 *Heres extraneus filii mortui post mortem matris ex-
cludit proximiores ex parte matris in ipsis dotibus.*
2 *Argumentum a contrario sensu militat.*

COnsuetudo nobilium Capuæ, & Nidi est, ꝙ
in contrahendis matrimoniis faciunt hoc
pactum, uidelicet, ꝙ si ex eodem matrimonio su
persint filii & decesserint in pupillari ętate, vel
ab intestato qoando cunq;, dos debeat reuerti ad
proximiores consanguineos matris, mortuis
illis coniugibus superstitibus duob. filiis hære-
dib. patris, & matris. Deinde moriuntur isti filii
vnus post alium cum testamentis ualidis. Et reli-
querunt in testamento multa legata vnus frater
vltimò moriens, qui fuit hæres fratris sui, fecit
hæredem quandam filiam suam naturalem in
1 ducatis mille & centum. † Vtrum consanguinei
ex parte matris possint petere restitutionem do-
tis prędictæ à dictis hærede & legatariis? Fuit iu-
dicatum in consilio, ꝙ non competit dictis con-
sanguineis ius petendi dictas dotes à dictis lega-
tariis, quia dictum pactum à contrario sensu ex-
cludit dictos consanguineos, quia consanguinei
possunt petere dotem, quando filii moriuntur ab
2 intestato, † ergo à contrario sensu, si moriuntur
cum hęrede testamentario, non possunt petere
dotem ab hęrede testamentario, per tex.in l.in-
ter socerum.§.cum inter ff.de pact.dota.firmant
scribentes in l. 1. § huios rei. ff. officio eius cui
man.est iurisdictio, & Bal.in l venditi, ff.de act.
emp. Et ita fuit dictum, ꝙ semper fuit obseruatũ.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCII.

1 *Consuetudo Neap. quæ vocat proximiores ex parte ma-
tris ab intestato, quòd non extendatur, quando quis fa-
cit testamentum, & sic extra casum.*
2 *Consuetudo quæ admittit fœminas in successione feudo-
rum non extenditur ad filias filiorum.*
3 *Consuetudo stricte & rigide intelligi debet, & in suis fi
nibus obseruari, & ad vnguem.*
4 *Quod importet formaliter & ad literam.*
5 *Consuetudo quę potest corrigere in duobus, satis est,
quòd in vno corrigat, quæ an habeat locum in fauora
bilibus & in aliis casibus ibidem.*
6 *Argu. à contrario sensu, quando sumatur in statutis
& aliis.*
7. *Stante statuto, quòd non extantibus masculis fœminæ
succedant, ergo masculis extantibus fœminæ exclu-
duntur.*

AD corroborationem eorum quæ habentur per Affl. hic
ꝙ consuetudo ista, quæ vocat proximiores ex parte
1 matris ab intestato, non habeat vires † quando quis facit
testamentum, & sic extra casum expressum est bonus text. &
ibi Bar. in l.3 § si quis hoc interdicto.ff. de iti.actu.priua.per
quem ita consuluit Aret.in consi.44. in proposita, colu.1.in
consuetudine ꝙ credatur dicto, aliàs libro mercatorum. hoc
idem, ꝙ statutum, siue consuetudo sint stricte intelligenda.
And.in c.1.§.sed si plures.num.8.per quos fiat inuesti.per gl.
in l.1. quæ sit longa consue. vbi ꝙ non extendatur ad similia
eandem rationem habentia, vt in plaustro vini non olei, ꝙ
non extendatur de casu ad casum, nec de persona ad perso-
nam, nec de re ad rem, nec de contractu ad contractum, idẽ
And.in Rubrica de consue.recti feudi, & consuluit idẽ Are-
tius in consi.132.In causa quæ.col.penultima, in verbo nec
obstat. & hoc ne ex largitate, siue extensione ipsorum aliquis
indebite damnum patiatur. ad quæ etiam faciunt, quæ vo-
luit Bald.in consilio 275. pro regula in feudo 2. volu. vbi ait
2 † ꝙ consuetudo, quæ admittit fœminas in successione feu-
dorum, non extenditur ad filias filiorum. alibi Oldra.in con
silio 194. & post eum Bald.in l.quicunque.col.2.verbo scias
autem.C.de seruis fugitiuis, inquiunt ꝙ consuetudo contra
3 ctus rigide & † in suis finibus obseruanda & ad vnguem,
ꝙ hoc maxime quando tertio fieret præiudicium, & dum is
4 patres in prædictis vtuntur hoc verbo ad vnguem. † nota ꝙ
importat, ꝙ obseruetur formaliter & ad litteram, prout ita
declarat Decius in consilio 347. videtur prima facie, num.2.
aliqua per Alexan.in priuilegio, ꝙ stricte debeat etiam in-
terpretari, in consi.52.2.vol.Curtius Senior in consi.13. col.
vltima. Cassa.in consi.32.stante consuetudine, nume.19. Vbi
etiam conueniendo cum istis, ꝙ consuetudo adeo est stricti
iuris, ꝙ si potest in duobus corrigere, satis est, ꝙ in vno corri-
gat, voluit etiam Fel. in c. audiuis, de præscri.col.6.num.15.
5 † Vbi ponit amplissimum campum de prædictis, ad quæ fa-
cit tex.l.iter.ff.commu.prædio.iunctis glo. & his quæ voluit

Roma.in sing.819. habeo seruitutem, ꝙ qui habet seruitutē haurendi aquam de die, non intelligitur de nocte, & sic qui habet seruitutem pascendi de die, non potest de nocte pernoctare, prout dicebam in quadam causa Iserniæ. multa pro his possint cumulari, de quibus post And. declarat hic auctor in c.1.de feud.cogni.in prin. vbi in quibus consuetudo non valet, & ꝙ omnis consuetudo contra regni consti.& consue. Neap. sit nulla & quæ faciat consuetudo. tamen econtra, ꝙ in fauorabilibus consuetudo extendatur, nonnulla cumulat Cotta in memo. in verbo statutum, sed latius Aymo post Rochum de Curte, in c.fi.de consue.in suo tracta. de antiq. tempo.in 4.parte, fol.129. ꝙ limitat prædicta 23. modis, in quibus consuetudo extendatur, & maxime quando agere- tur de veteris puniendis, & fauore piæ causę, de quibus infra tetigi in decis.226. Vbi si consuetudo Neap. extendatur extra territorium, & in deci.291. Vbi si consuetudo Neap. quę vult, ꝙ dos exigi possit insolidum a marito & eius hæredibus, similiter in antefato, quando autem sumatur argu.a con-
6 trario sensu, † post scribentes in d.§. huius rei, declarat ample Sylo nuptialis in verbo non est nubendum, fol.44. Goza.in consi.43. Alex.in l.si cum dotem, in fi.ff. sol.mat. vbi & declarat & ponit verum intellectum d.§. cum inter. & de statuto, ꝙ non extantibus masculis fœminæ succedant, ꝙ masculis extantibus fœminæ excluduntur. Cæs.Vrsill.

DECISIO CCIII.

De successione spuriorum.

SVMMARIVM.

1 *Nati ex vilissimo scorto & viro dignissimo sunt spurii.*
2 *Spurii ex ancilla in domo retenta vt concubina relictorum sunt incapaces.*

1 VVlt † dispositio l.1.C.de nat.lib. ꝙ nati ex concubinis vilissimis & parentibus in dignitate positi sint spurii & incapaces tam per uiam ultimę voluntatis, quàm contractus. modò euenit, ꝙ quidam nobilis, quem causa honestatis taceo, ex ancilla retenta in domo ut concubina habuit filium, & filiam, demum iste nobilis fecit testamentum, & reliquit libertatem dictę ancillę & dictis filiis suis, similiter reliquit libertatem, &
2 certa legata eis fecit. † Quęrebatur, an isti filii sint capaces talium relictorum. Aliquid doctores dicebant, ꝙ sic, per tex. Instit.de ser.cog. Per totum Consilium fuit conclusum, ꝙ dicti filii sunt incapaces relictorum. Nec ob. ille tex. quia intelligitur, quando dominus retinuit ancillam in domo, & cum ea de facto contraxit matrimonium, cum inter eos non poterat esse matrimonium, tunc tales filii succedunt vt filii naturales, quem tex. sic intelligit gl. ibi in uerbo, veniant. & Ang. & Ale.in l.ex facto.§.si quis rogatus, ff.ad Treb. & Fel.in c.in pręsentia.de prob. & Aret.Instit.de ser.cog. ubi ponit rationem, quare hoc est, & refert Matth.de Matesila. Idem tenet Io. Bapt.de S. Seuerino aduocatus consistoriali si in repe.auth. si qua illustris.in 7.char.ad Orfi.: & idem Areti. instit.de suc. agna.in §.vulgò.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CCIII.

1 *Pater non potest donare spuriis ex concubina.*
Item filius spurius non est in patris potestate.
2 *Filiis naturalibus potest pater relinquere binas vncias, & totam hæreditatem non existente legitima sobole. item nepotibus legitimis & naturalibus ex filio spurio.*
3 *Filii naturales rumpunt donationem factam à patre nō existente legitima sobole, iuxta tex l.si vnquam. C.de reuo.dona. licèt contra videatur sacrum consilium determinasse.*

1 QVòd illa lex prima non sit correcta, & sic † quod pater non possit donare filiis spuriis ex concubina, Azo in summa eodem titulo, Bar. in consi.199. dominus Dominicus Cassan.in consue. Burgun.de successions bastardos, Rubrica 5.fol.295.nume.37. Dec.consi. 306.& sunt alii quos enumerauimus supra in decisio. 96. & ꝙ ii non sunt in patris potestate, est tex.in Inst. de nup.in fi. Roma.sing.594. tu scis, ꝙ ego dixi. vbi etiam ꝙ legitimatio filii non potest fieri nisi consentiente vel data scientia siue contradictione,
2 quæ non procedunt in filiis mere naturalibus † quibus possunt relinqui duæ vnciæ hæreditatis. Imo tota hæreditas nō existente legitima sobole: arg.l.licèt.C.de natura.liber. Cassan.in consu, Burgun.in loco supra citato.§.1. fol.287. item nepotib.legitimis & naturalibus non existente legitima sobole, quando sunt ex filio spurio, Alex.in consi.74. circa primum dubium 3.vol. scriben.in l.Gallus.§.quid si is.ff.de liberis & posthu. Dec.consi.258. In casu domini Francisci, idem in consi.462. uisa legitimatione.in quib. an hæc procedant in nepotibus istis legitimatis, & vide etiam Aymo. in prædicto consi.200. cum subtiliter. ii enim & rumpunt donationē
3 † iuxta tex.l.vnquam.C.de reuocat.dona. prout declarat Ripa in repet.d.l.q.28.nu.74. quæ dicit procedere, & ꝙ concubinatus sit prohibitus de iure canonico. sed contra prædicta ꝙ nepotes ex filio spurio habeant legatum ab auo & existente legitima sobole, videtur determinasse sacrum consilium, in quadam causa Ioan. Antonii Ferrarii cum fratribus hodie, qui est 9. Nouemb.1559. cuius causę actuarius est Io. Portius. Vide etiam infra decis.392. Cæs.Vrsill.

DECISIO CCIIII.

De inofficioso testamento, & legitima fratris turpi persona instituta.

SVMMARIVM.

1 *Soror an possit testamentum fratris in toto expugnare turpi persona instituta, si quicquam est sibi relictum 3.*
2 *Querela inofficiosi, vbi est minus legitima, non expugnat in totum testamentum.*
3 *Legitima fratris turpi persona instituta quanta sit.*
4 *Ascendentium legitima quanta olim erat.*

QVidam Archie. fecit testamentū, & instituit certos fratres suos spurios hęredes, sorori uerò suę reliquit certū quid, & post eius mortem soror dicit testamentum fratris inoffi. & agit contra dictos fratres suos spurios. Quę-
1 ritur de duobus. † Et primò, utrum soror legitima & naturalis, cui in dicto testamento relictum fuit minus legitima, & expugnat testamentum prędictum ex toto, an solùm aget ad supplementum legitimæ. Paul.de Castr.in l. omnimodo. in princ. C.de inoffi. test. tenet, ꝙ si frater in testamento fratris habuit minus legitima, in quo fuit turpis persona instituta, ꝙ expugnat testamentum ex toto, ut dicit Gui.de Cu. & Bal.in l. fratres. C. de inoff. test. quod non est sic in descendentib. quib. ab ascendentib. relictum est minus legitima: quia non expugnat testamentum in totum

tum

rum, sed vsq; ad legitimam, vt in d.l. omnimodo;
& hanc opi. scilicet ꝙ rumpatur testamentum in
totum, dicit Paulus esse ueriorem, & idem tenet
2 Pau. de Cas. in cons. 61. & dicunt Mo. Pap. † quòd
cõmunis sententia est, ꝙ odio instituit rumpat
testamentum in totum l. Pantonius. in prin. ff. si
quis a par. fuerit ma. hanc opi. tenuit etiam Sal. in
d.l. fratres. in 3. q. Sed istorum opi. per sacrum cõ
silium non fuerunt approbatæ. Sed fuit approba
ta opin. Ang. in l. 1. ff. de inof. test. vbi tenet repro
bando dictas opin. ꝙ non expugnat testamen-
tum in totum, sed vsq; ad legitimam, quando est
aliquid relictum: quia non debet esse melioris
conditionis frater, quàm descendentes in bonis
ascendentis, vel econtrà. Secundò, quia est contra
casum in d. l. omnimodo. ubi apertè litera dicit,
ꝙ omnes illi, qui ad querelam vocatur, si non ha
bent legitimam integram, non expugnat testa-
mentum in totum, sed agunt ad supplementum.
Idem tenet And. in auth. res quæ. C. com. de suc.
3 † Et sic hodie in regno approbata per sententiam
Regiam transactam in rem iudicatam, ꝙ frater
uel soror turpi persona instituta in testamento
fratris, qui aliquid reliquit sorori, non rumpit te
stamentum in totum, sed aget solum per uiam
querelę ad supplementum legitimę. Secundò du
bitatur, quantum erat ista legitima fratris turpi
persona instituta, dicit Ang. in d. l. 1. ff. de inoff.
test. ꝙ non habemus in iure cautum. & subdit,
ꝙ gl. in auth. de her. & Fal. §. 1. tenet, ꝙ fratri de-
betur legitima. Vnde necessariò oportet nos di-
cere, ꝙ erit quarta illius portionis, quam habitu-
4 rus fuisset ab intestato. † Nam eadem erat olim
legitima ascendentium, vt in l. cum quęritur. C.
de inof. test. & ff. eo. titu. l. Papinianus. §. si quis
mortis, & §. quoniam autem quarta. Et sic legiti-
ma ascendentium & descendentium hodie est
aucta, & est triens vel dimidia secundum nume-
rum liberorum, ut in auth. de trien. & semis. §. 1.
& in auth. nouissima. C. de inoff. test. Tamen in
fratre legitima est quarta. & tenet Bartol. in d. l.
fratres. in 4. q. ista sunt verba Ang. in d. l. 1. licèt
aliud voluerit Ale. in 2. vol. consil. 63. inci. super
primo dubio. in 2. col. Tamen sacrum Consilium
die 27. Iunii 15. ind. 1497. in causa dictę sororis
de Mormillo de sedili Portę nouę iudicauit se-
cundum opin. Ang. in d. l. 1. ꝙ in sorore legitima
sit quarta illius portionis, quam habitura fuisset
ab intest. & sic dicta sententia fuit executa.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCIIII.

1 *Quando fratri est aliquid relictum in testamento fratris turpi persona instituta; testamentum fratris non rumpitur in totum, sed agitur ad supplementum legitimæ, secus si nil fuisset relictum; quia tunc testamentum ruit in totum.*

2 *Frater agit inofficiosi querela, quando frater instituit illum, qui habet uxorem & tenet concubinam; quia dicitur instituta turpis persona, item quando fuisset spurius institutus.*

3 *Frater habet querelam, quando suus frater instituit omnem infamem, videlicet homicidam, falsarium & in alio infami etiam infamia facti.*

4 *Legitima fratris est tertia pars eius, quod habiturus fuisset ab intestato, quãdo fratri est aliquid relictum, aliàs testamentum rueret in totum, etiam quòd in testamento fuisset clausula codicillaris, & quando testamentũ ruit in totum in casu prædicto, succeditur ab intestato, & legata nõ conseruantur p aut. ex cã C. de lib. præt.*

5 *Quando frater, qui vult intentare querelam, ipse fuisset turpis persona, quia fenerator spurius, vel periurus nõ auditur circa querelam.*

6 *Ius istud querelandi an competat fratribus legitimatis, & in fratribus naturalibus.*

PEr hanc decisionem (vt vides) approbatur opinio Ang.
1 in l. 1. ff. de inoff. testam. † ꝙ quando fratri est aliquid re-
lictum turpi persona instituta, testamentum non expugna-
tur in totum, sed agitur ad supplementum legitimæ, & valet
testamentum, & sic non succeditur ab intestato, iux. tex. l.
posthumus. §. si quis lanater decedens. ff. eo. de inoffi. testam.
cum similibus, & istud quia fratri fuit aliquid relictum in te-
stamento à fratre, qui instituit turpem personam, sed si nihil
fuisset relictum turpi persona instituta, tunc testamentũ ruit
in totum, prout consuluit Decius, qui alios refert, in consil.
561. sepe in eo reuocatur in dubium. vbi an, hæc etiam proce-
dere, dato ꝙ in testamento ipso adesset clausula codicillaris;
quia tunc institutioni non uidentur rogati de restituẽdo tur
pi personæ: hoc idem in consi. 530. viso puncto. & ibi Recen.
2 qui tenent hanc opinionem, vbi etiam declarat † ꝙ quando
à fratre est instituta persona, quæ habet vxorem, & tenet cõ
cubinam, ꝙ etiam dicitur turpis persona instituta, & frater
hoc casu agit querela, & testamentum ruit in totum, & secũ
dùm hanc opinionem consuluit etiam Curtius Iunior in cõ
silio 136. in 2. lib. ꝙ frater rumpat, quãdo frater instituit spu
rium; quia turpis persona, prout etiam ego dixi in expositis
diuæ Mariæ Annuntiatæ institutis in quadam causa. sequi-
tur prædicta etiam Iacobinus in d. l. 1. num. 9. ff. de inoffi. te-
stam. contra Manteam, qui videtur velle cõtrarium in cõ
silio 159. approbat etiam hæc Parisius in consil. 64. Iulius 3.
vol. vbi etiam dicit, fratrem non habere querelam, quando
est institutus ille, qui habet matrem turpem personam, &
3 Ruinus in consi. 5. 3. vol. extendens prædicta in omni † infa-
mi instituto, vt homicidario, & alio notato etiam infamia
facti. Et secundùm hæc intelligas, quæ vult Afflict. hic, ꝙ por
tio fratris sit tertia pars eius, quod habiturus esset ab intesta-
4 to, scilicet quando fratri fuisset aliquid relictum † in testa-
mento à fratre, qui instituit turpem personam, secus quan-
do fratri nihil fuisset relictum: quia tunc cum testamentum
ruat in totum vt supra, legata etiam non debentur, nec tunc
conseruantur per auctenticam ex causa. C. de libe. præte. Cũ
succedatur ab intestato, prout secundùm magis cõem fuit
conclusum supra in decis. 125. & ad limitationem eorũ quę
hic dicuntur, nota aliud quod voluit Hieronymus Gratus
5 in consil. 6. in 2. volu. ꝙ si iste frater, qui vult intentare hanc
querelam de inoffi. testa. ipse sit turpis persona: quia fenera
tor, vel periurus, aut spurius, ꝙ non habeat hanc querelam.
ibidem etiam, vt supra, ꝙ quando instituuntur spurii, dici-
tur turpis persona instituta, & ꝙ ista querela competat fra-
tribus legitimatis per rescriptum, consuluit Cur. Iunior, in
consi. 37. 1. volu. contra legitimatos non datur. Goza. in con
silio 85. plene, & ꝙ non habeat locum querela in fratribus
naturalibus, consuluit Aym. in consi. 138. decessit Martinus,
num. 61. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCV.

De mora non commissa in liquidandis.

SVMMARIVM.

1 *Mora an committatur, quãdo debitum non est liquidũ.*

2 *Oblatio debiti illiquati qualiter fieri debeat.*

Quidam

QVidam clerici nomine Cæsar de Borsis loca-
uit certum territorium beneficiale cuidam
Petro Burdono pro certa quantitate fru-
menti, & pro certis annis, quæ fumenta non fue
runt integrè soluta per dictum Petrum, tum pro
pter temporis sterilitatem, tū etiam propter guer
1 ras. † Dicebatur per dictum Clericum, quòd per
dictum Petrum fuit commissa mora in soluendo
quantitatem frumenti promissam, & ideò frumē
ta sunt soluenda pretio, quo plurimi ualuit post
moram, iuxta no. in l. uinum, cum concor. ff. si
certum peta. replicabat conuentus, q quantitas
debita non est liquidata, & sic non potest dici, q
fuit in mora. Queritur, an sit commissa mora,
quando debitum non est liquidum, sed uenit li-
quidandum. Fuit decisum in Consilio, q in liqui
dandis non committitur mora, antequam per iu
dicem sit liquidatum & declaratum; per l. 2. C. de
usuris. Ita dicit Bal. in l. acceptam. 3. col. uersi. 6.
opp. C. de usur. Idem consuluit Ale. de Imo. in 2.
uol. consi. 49. in 1. col. faciunt no. per Alex. in l. 1.
2 §. si stipulanti. ff. de uer. obl. † Qualiter aūt debeat
fieri oblatio debiti illiquidi, tangit Bal. ī l. si reli-
duum, C. de distrac. pig. & per Ale. in 4. vol. consi.
24. & in l. 4. §. ait pretor. ff. de re iud. & Ang. in l.
pretor. §. si quis paratus, ff. de ope. no. nunti.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCV.

1 *In illiquidis non committitur mora nisi facta liquidatione, & an dicatur in mora, si petantur a me centum de re implicita, priusquam negotium liquidetur.*
2 *Si quis petit plus debito ab aliquo, an hic habeat instante causam litigandi super toto, & actor teneatur se offerre partem recipere.*
3 *An quis possit negare totam positionem ratione partis, bene scribentes concludunt quòd non, Decius verò contra.*
3 *Minoritas sine læsione non sufficit in restitutione in integrum.*

PVpillus litigabat cum curatore dato ad litem, uel cum tutore, lite pendente moritur pupillus superstite suo hærede maiore ante conclusio-
1 nem, † iste hæres maior petit primum beneficiū ex persona minoris defuncti, an debeat sibi concedi.dicit Bald.io l. si infanti.in antepen.col. C.de iure deliberan.q̄ si minor succedit maiori, debet censeri secundum suam ętatem non secundùm ætatem prædecessoris, quantum ad beneficia consequenda, quæ sumunt originem ex persona, & non reperiebatur in persona prædecessoris conseruata, sed consumenda ff.de min.l. Aemilius.
2 † Item quia priuilegium ætatis non transit in successorem, ut in l. priuilegium.& in l.in omni ff.de reg.iur.& in regula, priuilegium.lib. 6. Sed in contrarium allegatur tex.in l.minor autē magistratus.ff.de mino.ubi dicitur, non solùm autem minoribus, uerùm successoribus quoque minorū datur in integrum restitutio, & si sint ipsi maio-
3 res.† Fuit uotatum in Consilio, prout dicit Bart. in l.interdum.ff.de mino.q̄ causa restitutionis in integrum non est principaliter fauore personæ minoris, sed est causa restitutionis deceptio,siue læsio, & ideo transit talis restitutio ad heredem maiorem.Idem dicit Bar.in l. non solùm ff. de in integ. restitut.mino. firmat Dyn.in d.regula,priuilegium.& firmat Oldr.in consil.224.incip.istę sunt allegationes.in 16.col.& tenet Bar.in l.quia tale ff.solu.mat. & ideo beneficium, quod competebat minori ratione læsionis, competit eius hæredi licèt maiori.Et ita concessum fuit hæredi maiori non quidem ratione personæ minoris, sed ratione, quia minor fuit lęsus.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXI.

1 *Restitutio in integrum, de minorem ad maiorem transit, nam læsio dat istud priuilegium.*

1 CAusa † in integrum restitutionis de minore transit ad maiorem, succedentem minori; nam minoris persona non est causa finalis sed læsio. vide quia Alex. in d. l. quia tala videtur sentire contrarium, sed melius Decius in reg. in omnibus causis. de reg. iur. quia probat hanc opinionem, vbi et declarat, quando priuilegium dicatur personale, & ad quos se extendat, vbi etiam Cagno. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCXII.

De restitutione in integrum minori non concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum an concedenda minori heredi maioris, qui litem inchoauerat.*
Minori succedens defuncto non vtitur iure suo, quod habet in restitutione in integrum.

2 *Priuilegiatus succedens non priuilegiato, an utatur suo priuilegio.*

1 LItigatur inter maiores, † & proceditur usque ad conclusionem. unus ex litigantibus moritur superstitibus filiis minoribus, per eius tuto rem petitur primum beneficium. Fuit uotatum & determinatum, quòd non sit concedendum. Quia minor non utitur iure suo, quando succedit defuncto, cui non competebat restitutio in integrum propter aliquam probationem non factam, ut not. Barto. in l. cum filius §. in hac. ff. de uerbo. obligat. & probatur in l. 1. & 2. C. si aduer. uend. pig. & in l. apud Iulianū. in princip. ff. quib. ex cau. in poss. ea. & not. doct. maximè Bal. in authen. quas actio. in 4. & 5. co. C. de sacr. sanct. eccle. in illa q.

2 † Vtrum priuilegiatus succedens non priuilegia to utatur priuilegio suo, dum allegat. l. Aemilius Largianus ff. de minor. Secus esset dicendum, quando fuisset datus terminis ad probandum cum ipsis minoribus, & sic aliquid esset factum per ipsos minores in causa, tunc competeret resti tutio in integrum, per doctrinam Barto. in d. §. in hoc. Et ita fuit determinatum in Regia camera summariè in causa filiorum & hęredum minorū Petri Colę de Alex. & in magna curia Vicariæ, & in sacro Consilio in diuersis causis, diuersis tē poribus.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXII.

1 *Restitutio non datur minori succedenti maiori, nisi cum minoribus aliquid fuisset gestum, sicut fiscus succedens priuato vtitur iure priuati.*

2 *Item instantia cępta cum laico an transeat in clericum, & ponitur communis opinio &c.*

1 REstitutio non datur † minori, quando succedit maiori, nisi aliquid fuisset gestum cum ipsis minoribus. ad illa faciunt, quæ fuerunt supra adducta in deci. præcedentibus, & tex. l. fiscus. de iure fisci. vbi fiscus qui succedit priuato vtitur iure priuati. l. eum hominem. & ibi Bar. ff. de fideiu. cap. quia. de iudici. ibi Felinus, qui post alios declarat, quod instan-
2 tia incœpta † cum laico non transeat in clericum ei succedentem, sed latius per Cagnolum in repet. l. 2. nu. 250. C. de pactis inter emp. & vend. & per Boerium in decisi. 69. super quæstione, nu. 32. cum seq. qui dicit hanc opinionem veram quia fauetur ecclesiis, sed de facto alteram dicit seruari. vide eum, qui videtur in prædictis se inuoluare in dando rationē opinionum. ego autem de facto obtinui secundùm hanc opinionem non transire instantiam inceptam cum laico ad clericum successorem etiam qui fecerat ante votum de se faciē do clericum, iuxta cautelam Ferrarii 23. post Ias. & scribentes in l. cum quædam puella, de iu. om. iud. in quadam causa in sac. cons. cuiusdam Hiar. Ricii, cum illis de domo rubea. cuius est actuarius Io. Hieronymus Balsamus, sed hodie pendat similis quæstio in causa Mutii, Macharii, & aliorum de Isernia, si ius executionis sententiæ transeat in clericum successorem laici, & est determinatum quod sic per magnificū Ioan. Vincentium Macedonium commissarium causæ tantum, & hodie qui est 12. Iunii facto verbo in consilio fuit cō firmata ann. 1564. actua. Io. Alfonsus de Capua. verum in dicta causa fuerat iudicatum cum laico, ideo causa remansit in sacro consilio, aliàs &c. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCXIII.

De beneficio minori debito non trahendo ad maiores eiusdem litis consortes.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum fauore minoris an extendatur ad maiores eiusdem litis consortes.*

2 *Restitutio in integrum quę iure minori conceditur in indiuiduis, trahitur ad consortem litis maiorem.*

3 *Connexorum electio in melioribus cadit quorū idem est iudicium.*

4 *Hypotheca ius est indiuiduum.*

AGitur hypothecaria, assistentia, appretio, & adiudicatione cōtra hęredes debitoris, qui diuiserūt inter eos bona obligata super quibus agitur hypothecaria & dictis remediis. Vnus istorū hæredum est minor, reliqui sunt maiores Minor
1 petit primum beneficium, & conceditur. † An isto beneficio gaudebunt alii litis consortes maiores. gloss. in l. vnica C. si in eo. eademque causa in teg. restit. postu. distinguit inter diuidua & indiuidua, ut in diuiduis restitutio, quæ conceditur minori, non trahatur ad maiores, Secus in indiuiduis, ut in seruitutib. &c. ut dicit ibi glos. & Azo in summa, eo. tt. Sed aduerte, quia Cyn. ibi approbat glo. inquantū dicit, quod in diuiduis non extenditur restitutio, quæ competit maiori ad maiores. Sed in indiuiduis, in quibus dicit, quod beneficium competens minori extenditur ad cō sortem maiorem. Cyn. ibi hoc non tenet, & reprobat glo. & contra glo. in hoc tenent etiam Guido de Suza. Alber. de Rosa. & Pau. de Cast.
2 ibi. † Sed reperio, quòd idem Albe. de Rosa. in l. 2. C. si unus ex pluribus. in fin. expressè tener, quòd in indiuiduis restitutio in integrum, quæ conceditur minori, extenditur ad consortem litis maiorem. per l. si cōmunem ff. quemad mo,

mo.serui.amit.quam allegauit glo. in d. l. unica.
Idem dicit Ang.in d.l. si communem. Idem Bal.
in l.ea.l. 6. col. C.de condict. ob causam. nam in
istis connexis eligendum est, quod magis ꝓdest,
quàm quod nocet ff.de iure fis.l. non intelligitur
ff.de lib.causa l.liberis.§.si duobus.faciunt ad hoc
multa, quæ alleganter per Alex.in l.præcipimus
3 C.de appella. † ꝙ de connexis idē est iudicium.
& quę alleg. Io. An.in c. 1. de iure patro.lib.6.&
Moder.Papien.allegant 17.similia in l. si emanci
pati. C. de collat. & alias concor.alleg.Felyn. in
ca.1.de præscriptio.Alex.in 4.uol. consi. 122. in
4.col.& seq. Fuit per sacrum Consilium conclu-
sum, ꝙ in indiuiduis & connexis beneficium
quod competit minori, extenditur ad consortes
eiusdem litis maiores, & hoc per doctrinam
Bal.in propriis terminis in l.2.§.sed utrum.in fi.
ff.de mino. Sed dubitatum, utrum istud iudiciū
intentatum sit diuiduum uel indiuiduū? Et fuit
conclusum & uotatum per omnes dominos de
4 Consilio, † quòd ius hypothecæ est indiuiduum
a [a] licèt res hypothecatæ sint diuiduę, & quot sunt
res obligatæ, tot sunt obligationes, ut in l. scire
debemus ff. de uerbo. obliga. Et quia dicti hæ-
redes diuiserunt sibi bona obligata, beneficium
quod competit minori, non trahitur ad maiores
b consortes eiusdem litis.[b] Secus esset si posiderēt
omnia bona obligata pro communi & indiuiso.
Et ita pòst bis uidi iudicatum per sacrum Con-
silium.

ADDITIO

a *Indiuiduum.*) Ius hypothecę est indiuiduum.
b *Litis.*) Et idem dicit idem Matth. in constitutione Regni, Obscuritatem. Tho.Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXIII.

1 *Iudicium hypothecæ indiuiduum, & ideo beneficio concesso minori vtitur maior, & si iudicium est nullum, istud erit tam respectu rei minoris, quàm maioris.*

2 *Si quis habet rem communem cum clerico, & aliquis vult in ea ædificare, an exceptione declinatoria competenti clerico laicus vti possit.*

3 *Ius hypothecę venit iuditio familiæ erciscundæ, tamen sit vnus ex hæredibus possideat rem hypothecatam, nō tamen prefertur alteri cohæredi, quod secus in creditoribus possidentibus, nam si vnus possidet rem obligatam insolidum præfertur alteri.*

4 *Ius hypothecæ adeo est indiuiduum, quòd si debitor habet rem cōmunem cum aliquo, & obligasset bona sua, & sic suam portionem quam habet communem, & deinde faceret diuisionem, etiam quòd vnicuique sociorum veniret dimidia: tamen huic creditori non solum est obligata ista dimidia sed alia dimidia obuenta socio pro indiuiso.*

5 *Hypotheca contenta si descendet ex legato facto per aliquem testatorem non aduocat rem in totum, & propterea si vnus ex hæredibus soluisset partem suam legati liberat rem, quam ipse possidet, & quæ fuit testatoris.*

6 *Quatenus aliquid respicit fauorem pupilli, quis vtitur priuilegio in connexis, secus si esset contra pupillum, vt quando quis vult se excusare à tutela, ideo tunc nō vtitur, quia forte haberet res communes cum ipso pupillo.*

7 *In inseparabilibus quis vtitur priuilegio alterius, secus in separabilibus, immo etiam in inseparabilibus quis non vtitur priuilegio alterius, vt quando conueniuntur clerici & laici de aliquo homicidio, clerici remittuntur ad eorum iudices retentis laicis.*

8 *Contra diuersas personas de eodem facto possunt plures sententiæ ferri in casu prædicto, & notatur casus in facto.*

9 *Si conueniantur de aliquo facto scolaris & non scolaris, hic non habet priuilegium propter scolarem.*

10 *In actionibus personalibus vnusquisque conuenitur, & maxime in hæreditariis pro parte fallit in dote, quia insolidum.*

11 *Si vnus ex hæredibus exigit partem suam à debitore hæreditario, cohæres non aduocat debitore ipso etiam effecto non soluendo.*

12 *Testator potest grauare vnum ex hæredibus, quòd ipsa soluat totum debitum hæreditarium.*

13 *Deserta appellatione minori & maiori, an ratione minoris maior ipse habet in integrum restitutionem.*

1 HAbetur conclusio † hic ex dictis Affl. iudicium hypothecæ fore indiuiduum, ideo beneficio concesso minori conuentus vti posse maiores, si rem pro communi & indiuiso possideant cum minore, cum isto conuenit Gram. in consi. 124. in ciuili, vbi dicit decretum datum cum maiore, & minore nullum. & Arc. in consi. 45. viso themate, in 2. du-
2 bio. † vbi loquens in re communi cum clerico, in qua aliquis prætendit ædificare, ꝙ valet ratione personæ ipsius clerici vti declinatoria fori. illud etiam voluit Soc. in consi. 13. omnipotens Deus, circa personas, num. 16. 1. vol. vbi etiam ista extendit in vniuersitate laicorum & clericorum, quando vt singulari conueniuntur, idem Fel. in c. ex literis 1. colum. de consti. Bologn. in consi. 34. col. 4. Ias. in consi. penu. in 2. libro, & in hypotheca Soc. in consi. 82. super quæstionibus, nume. 10. 3. vol. & Affl. in const. regni obscuritatem, num. 8. & latius per Nicosantium in tract. de pigno. fol. 113. nume. 32. & 35. vbi pro istis citat tex. l. 1. si vnus ex pluribus debito. li-
3 cèt affirmet ipsam hypothecam venire in iudicio † familiæ erciscundæ, & si vnus ex hæredib. possideat rem hypothecatam non propterea alteri præfertur, iuxta tex. l. si debitor. ff. de pigno. volentem, ꝙ quando vna res est obligata duobus insolidum, ille præfertur, qui reperitur in possessione, ꝙ illo tex. non procedat in pluribus hæredibus, nam si vnus possideat rem ipsam hypothecatam defuncto & sic ad ipsum ius hypothecæ spectaret insolidum, ꝙ non propterea excludit alios, & adeo dic. ius hypothecæ est indiuiduum, quòd
4 si debitor obligasset suam partem † quum haberet communem cum alio, & deinde diuisionem fecisset, & vnicuiq; sociorum deueniret dimidia, non solum fuisset obligata creditori illa portio, quæ obuenit suo debitori, qui rem hypothecauit, sed in obligatione erit dimidia cuiuslibet dimidię ꝓ indiuiso, prout de prædictis est tex. l. si consensit. §. fi. ff. quib. mo. ius pign. vel hypo. solu. notat idem Nicosa. in loco supra citato fol. 20. licet contra ista videatur tenere Capi. in decis. 173. in ipsa hypotheca, & non bene secundùm superius
5 adducta, quæ omnia volo intelligas in hypotheca † descendente ex contractu, secus in ipsa hypotheca veniente ex legato: nam si vnus ex hæredibus soluit, seu præstat partem suam legati sibi tangentis repellit legatarium ab ipsa re testatoris obligata, quam ipse possidet, & sic non agitur insolidum ad rem ratione dictæ hypothecæ. gl. notabilis cū text. in verbo io omnibus, in l. 1. C. commu. de lega. declarat ista vna cum ratione diuersitatis Lancellotus Decius in l. 1. col. pen. in fi. ff. de leg. 1. Cott. verò in memo. in verb. & connexorum, limitat prædicta, quando quis non potest vti priuile-
6 gio ratione connexitatis, quia fuisset clam oam pupillo † quia forte haberet res communes cum isto pupillo, & propterea

voluisset

voluisset se excusare à tutela, licèt in fauorabilibus dicat ipse in verbo sententia dicta, priuilegium vnius prodesse alteri. Vnde ipse inquit, si fuissent duo fratres, qui acceperunt feudum, fidelitas vnius supplet defectum alterius. Rec. verò in consi. Alex. 122. Viso puncto. col. antepen. in 4. vol. post ip
7 sum Alex. intelligit prædicta in non separabilibus † q maior gaudet priuilegio minoris, & sic cum Affl. nostro hic, sed latius hæc declarat Hyp. in sing. 180. plura. Silua verò nup. in titu. in dubio quomodo sit iudicandum, lib. 6. nu. 39. fo. 243. Circa personas delinquentium. l. quando deliquit clericus cum layco, q tantum clericus debeat remitti à prędictis dissentit & hoc non obstante ratione; quia possunt plures sententiæ contrariæ ferri. sequitur prædicta Aym. qui dictam Syluam refert, in prio. sui consil. 232. dominus Neuizanus. Vbi nonnullis iurib. & maxime text. l. denuntiasse. §. quæritur. ff.
8 de adulter. q possunt plures sententiæ ferri † contra diuersas personas & adulter condemnari, & adultera absolui ex eodem delicto. idem Nico. num. 206. & etiam auctoritatibus firmat, q commisso delicto simul per clericum & laycum posse claricum separatim conueniri a iudice ecclesiastico, & laycus coram suo iudice layco, & sic non fiat remissio, vt suprà quam opinionem puto veram, pro qua vltra eos allego tex. iuncta gl. quem si non me fallit memoria, nemo adducit in c. interrogatum. 2. q. 5. quæ ait prædicta, q confessio adulteri non nocet adulteræ, & quia ipse Ay. post Syluā respondet motiuis tenentium contrariam partem, ideo hic non curo aliter respondere, ne etiam longus fiat sermo: solum dico, q in simili fuit determinatum facto verbo in consilio per mag. cur. Vic. in causa illorum della lama marinarii qui cum commisisset quoddam delictum cum Neapolitano & prætendisset cognosci per magnam curiam ipsam Vic. nihilominus fuit de eo facta remissio ad cur. admirantiæ non obstante q Regius fiscus etiam prætenderet contrarium debere cognosci per ipsam mag. cur. Vic. ratione conuexitatis, quia deliquerat cum Neapo. vt supra, & hoc die 20 Septēbris 1559. cuius causæ actuarius in mag. curia fuit Io. Laurē. Coppula, quæ no. Bal. verò in cons. 370. ad euidentiam 5. vo
9 lum. † circa fin. limitat prædicta, quando priuilegium, quod habet consors, fuisset contra ius commune, vt si clericus & non scolaris conueniretur in eodem libello, quia tunc iste non scolaris, non valeret vti declinatoria, quem uide, & quę voluit Bertr. in cons. 315. & secundum ista intelligas quæ uoluit Alex. in consi. 55. quam causam 5. uolum. 3. col. in verbo circa secundum dubium. qui uult, q deserta appellatione ꝓ parte maioris non detur in integ. rest. aduersus desertionem, quod dicta sua procedant in diuiduis, secus in indiuiduis ut supra & insuper ad illud quod habetur hic, in fi. q contra hæ
10 redes in actione personali agatur † pro portionibus hæreditariis, intelligas nisi in dote: quia agitur insolidum, prout sūt ann. infra in decis. 332. & hoc adeo uerum, q agatur in actio
11 ne personali pro portionibus hæreditariis, † q si unus ex hę redibus exigat portionem suam, non potest molestari a cohæredibus in illa portione exacta. etiam debitore ipso postea effecto non soluendo. tex. est in l. fi. C. depositi. bene uerum,
12 q testator potest grauare unū hæredem suum, † q ipse omnia debita soluat. Rom. in cons. 49. inspectis testamenti. Ay. in consi. 174. nobilis Guido. declaratur etiam infra in decis. 240. in 3. dubio. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCXIIII.

De testibus Iudæis.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi testes in causa ciuili an faciant fidem contra Christianum.*
2 *Iudæi in actis iudiciariis nō admittuntur in testimoniū.*
3 *Iudæi, heretici, & excommunicati testes in quibus esse possint.*

QVidam Iudæi sunt debitores cuiusdam neophyti, & fuerit in mora soluendi, & pp dictā moram per eos commissam fuerunt exacti à certis Gallis. Conueniuntur à dicto neophyto ad dictum debitum soluēdum, ipsi debitores ad ostendendum, q non fuerunt in mora, allegant, quòd dictus neophytus creditor prorogauit eis terminum ad soluendū, & pendente termino fuerunt compulsi à dictis Gallis ad soluendum, & dictam prorogationem termini in termino probatorio probauerunt per quattuor testes Iudęos, qui non sunt contestes, Sed posito, quòd essent contestes.
1 † Fuit dubitatum, utrum in causa ciuili testes Iudæi faciunt fidem contra Christianū. dicit glo. in l. quoniam in uerbo augustetur. in fin. C. de hęre. q nulli Iudæo permittitur ferre testimoniū contra Christianum siue ortodoxum. alia gl. in capi. Iudæi. de testi. dicit, q nullus infidelis contra fidelem debet admitti in testimonium, ut in c. non potest. & in ca. si hęreticus 2. q. 7. & in c. miramur 24. q. 1. & not. in ca. cum sit. de Iude. & tenet Spec. in tit. de teste. §. 1. uersi. item q Iudęus. Dicebat do. Carolus de Rogeriis ualētissimus doctor, q Azo in summa C. de hæret. dicit, q in cōtractibus & in ultimis uoluntatibus Iudęi pos
2 sunt esse testes contra Christianum, † secus in probandis actis iudicialibus. & hoc voluit glo. in d. l. quoniam. in uerbo, iudicialia. Fel. in d. ca. Iudęi. ponit pro regula, q Iudæus non potest esse testis contra Christianum. Deinde ponit septem fallentias, ut ibi per eum, & aliam limitatio. posuit Paris de Put. in tractatu de sindicatu, in uerbo, testis. Bartolomęus de Capua in quadam apostilla, in d. l. quoniam, dicit, q de iure canonico Iudæus non potest esse testis contra Christianū, secus de iure ciuili, per tex. in l. quoniam. ubi
3 tex. dicit, † q Iudęus uel hæreticus in quocunque contractu inter uiuos est idoneus testis, sic excommunicatus potest esse testis in contractu, ut dicit Inn. in c. pia. circa fi. de excep. lib. 6. sed non ut testis de eo contractu cum iuramento in iudicio. Fuit tandem cōclusum per dominos de Cōsilio, q Iudæi non faciunt fidem contra Christianum, quando examinantur ut testes in iudicio regulariter, nisi in dictis casibus specialibus, & ita dicit Alexan. in 1. uol. consi. 35. in fi. & in con. 70. & in 2. uol. consi. 78. in fi. & Alb. in d. l. quoniam. & Io. de Ana. in d. c. cùm sit, de Iudæis.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCIIII.

1 *Iudæus non facit fidem contra Christianum, etiam quòd ipse iudæus fuisset effectus Christianus.*
2 *Iudęo non defertur iuramentum suppletorium contra Christianum, & non seruatur eadem æquitas, quę seruatur Christianis.*
3 *Quando omnes testes sunt iudæi, qui deponunt contra Christianum, tunc eis non creditur, secus quando testes sunt iudæi & Christiani.*
4 *Iudæi dicuntur in populo, & propterea comprehenduntur in prouisionibus & statutis, unde stante statuto quòd pro adulterio quis puniatur pœna pecuniaria, comprehenduntur etiam iudæi.*

In

5 *In crimine læsæ maiestatis iudæi testificantur contra Christianos.*

5 QVòd † iudæus testis non faciat fidem contra Christianum amplia, etiã quãd iudæus fuisset effectus Christianus Hyp. singu. 107. priuilegium. & 273. notissimum. & sic post baptismum hoc idem Bolo. in consi. 42. co- lum. 2. † etiam iudæo non defertur iuramentum suppletorium contra Christianum, idem Hypp. in singu. 41. iudæus, qui alios citat Aym. in consi. 73. dicendum videtur. num. 18. non seruatur eisdem æquitas Ias. in rub. ff. de iust. & iu. in fi. vbi etiam alia, & in l. si insulam. ff. de verbo. obl. nu. quæ om-
3 nia procedunt, quando soli iudæi deponerent † & sic omnes fuissent iudæi: secus si forent coniuncti cum testibus Christianis, aliàs teste Christiano. Bal. in d. c. iudæi. & ibi Fely. Aymo. in d. consi. 73. qui plus vult, quod faciant fidem cum aliis præsumptionibus seu argumentis, etiam quod non esset coniunctus cum Christiano, imò stante statuto siue aliqua prouisione factis hominibus hab. tantibus comprehendit iu-
4 dæos: † quia iudæi dicuntur de populo. Alex. in consi. 75. videtur. volum. 5. ibi Recen. idem in consi. 99. 6. vol. vbi etiam quòd stante statuto, quòd pro adulterio puniatur quis pœna pecuniaria, quod comprehendat iudæos, & alia fuerunt
5 notata supra † in dec. 151. quæ non procedunt etiam in crimine maiestatis, quia iudæus deponit contra Christianum. vlt. Fel. in d. c. iudæi. voluit Hier. Gig. in 10. q. tract. criminis læsæ maiestatis. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCXV.

De executione contra certos ex pluribus debitoribus insolidum pro rata facienda.

SVMMARIVM.

1 *Debitores plures insolidum obligati condemnati simpliciter tenentur pro rata.*
2 *Obligatio, quæ oritur ex sententia super aliquibus ex pluribus debitoribus, diuidit debitum per partes quò ad omnes.*
3 *Condemnantur non uocati, quando certum est eos non habere defensionem.*
4 *Sententiam interpretari & declarare speciale est in principe.*
Executio contra non condemnatum non fienda.

SExdecim Iudæi se obligauerunt soluere ducatos quadringentos cuidam nobili ratione cu-
1 iusdam debiti insolidum. † Ille nobilis creditor conueniri fecit quatuor Iudæos ex illis sexdecim in ducatis quadringẽtis insolidum cum protestatione, quod unica solutione erit contentus. Fertur sententia simpliciter per sacrum Consilium, & condemnantur illi quatuor ad soluendum ducatos quadringentos. Illi quatuor cõdemnati reclamauerunt à tali condemnatione, & dicunt per l. primam C. si plures una sententia. quæ uult, quod si plures debitores insolidum obligati condemnãtur simpliciter, unusquisque tenetur pro rata sua, quia licèt originalis obligatio sit insolidum, tamẽ illa, quæ oritur ex sententia, non est sic; quia
2 quilibet uidetur condẽnatus pro parte, † nisi cõtrarium iudex dixerit in sententia, ut declarat Pa. de Cas. ibi. Sicque isti quator debitores ex sexdecim condemnati, censentur condemnati pro rata habito respectu ad omnes sexdecim, & non respectu ipsorum quatuor conuentorum. Replicabatur pro parte illius nobilis, quod dicta lex prima, non dicit, quando alii debitores insolidum obligati non fuerunt conuẽti, sed loquitur, quando omnes debitores insolidum obligati fuerunt conuenti, tunc si simpliciter condemnantur, intelligitur pro rata. Per sacrum Consilium nemine discrepante fuit uotatum & decretum, quod illi quatuor debitores cõdemnati ad dictos quadringentos, intelliguntur condemnati pro rata, habito respectu ad sexdecim Iudæos obligatos, & non pro rata ipsorum quatuor condemnatorũ
3 ad dictos ducatos quadringentos, † quia licèt alii debitores non fuerunt uocati in iudicio, tamen illi non uocati non habent aliquam defensionem, ut pro rata non teneantur, & omnes in uirilem censentur condemnati, ut dicit text. in l. qui separatim §. quotiens. ff. de appella. Et sic fuit interpretata dicta sententia per dominos de consilio, licèt dictos quatuor condemnasset ad quadringẽtos ducatos, ut intelligatur pro rata respectu omnium obligatorũ. Nam speciale est in Principe, ut possit suam sententiam interpretari etiam corrigendo, secundùm Bart. in l. ab executore. ff. de appell. & Io. de Imo. in l. iudex postquam, cum fi. de re iudica. Et sic facta fuit executio contra illos quatuor pro rata habito respectu ad sexdecim obligatos ad dictam summam quadringẽto-
4 rum. † Sed contra illos alios non citatos nõ poterit fieri executio, quia non sunt condemnati, nec habuerunt scientiam huius litis, iuxta not. in l. sæpe. cum materia sua ff. de re iudi. Bene tamen ille nobilis creditor posset de nouo agere contra quem uelet insolidum obligatum, ut sibi soluat totum integrum debitum, secũdum glos. & Pau. de Cast. in d. l. 1. C. si plures. vna sententia. Et fuit mihi uisa ista decisio ita noua, quod nunquam aliàs legi, nec audiui. tamen habet æquitatem, & ideo menti tenẽnda propter authoritatem tantorum sapientium, qui sic declarauerunt, qui fuerunt d. Antonius de Alexan. do. Carolus de Rogeriis, do. Antonius de Palmerio, do. Iacobos de Gillo de Trano. & ego accessi ad eos: quia dicta declaratio habet confirmitatem cum dispositione rationis dictæ l. 1. & dicti §. quoties.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCV.

1 *Quando in sententia plures obligati insolidum condemnatur, singulariter unusquisque pro parte tenetur, etiam quòd fuisset dictum insolidum, si in sententia addcretur, quòd creditor sit unica solutione contentus, quia tunc posset opponi beneficium diuisionis, nisi in instrumento fuisset renuntiatum.*
2 *Quando per sententiam plures obligati insolidum condemnantur simpliciter cum clausula omni meliori modo, ratione dictæ clausulæ omni meliori modo, videntur insolidum condemnari.*
3 *Princeps valet suam sententiam interpretari, & alius iudex. item arbiter verbum ambiguum valet etiam declarare in laudo contentum parte tamen citata, idem de priuilegio quòd princeps valeat interpretari.*

Conclu-

1 Conclusionem huius dec. † quod quando plures obligari in solidum conueniantur insolidum, & postea per sententiam condemnantur simpliciter, quod videatur facta condemnatio pro parte, & sic quod quilibet teneatur pro rata sua, amplia procedere, et si iudex condemnasset insolidum hoc addito, quod vnica solutione sit creditor contentus. nam possent isti sic condẽnati opponere, quando vnus conueniretur exceptione, siue beneficio diuisionis secundũ Bar. in l. Paulus. la 2. ff. de re iud. quod intelligit ibi Alex. nisi in isto ii obligati renuntiassent beneficio predicto diuisionis, nam tunc poterit fieri executio contra vnũ insolidũ secundũ quod magis cõiter hẽt per scrib. ibi. licet Bar. velit, quod isto casu et sit locus prædicto beneficio diuisionis, & sic est vna limitatio ad d. l. 1. C. si plures vna sen. aliis modis limitat ibi Bal. & maxime quando essemus in indiuiduis & in plurib. obligatis ex maleficio, de quo p Alex. in consi. 11. vol. 7. & fuit tactũ supra, in dec. 213. & aliqua per Aym. in cons. 10. nu. 2. 188. magnificus senatus. nu. 6. qui citat dictum tex. d. l. 1. & dicit sniam iuris censeri, & oẽ omissum pro omisso, & secundũ iuris dispositionem iudicẽ censeri pronuntiasse, de quo et per Guido. Pap. in singu. 861. alio modo ista limitat Corn. in consi. 71. super primo consultationis art. 2. col. 2. in litera H. 1. vol. quando iudex condẽnasset plores

2 obligatos † insolidũ, similiter & poneret clausulam in fine sniæ oi meliori modo &c. nam tunc rõne dictæ clausulæ intelliguntur oẽs insolidum condemnari. vbi tradidit rõem, quare hoc casu snia non est conformis libello. s. quod non obstante, quod quis petiisset plures insolidum condemnari, quod tñ si snia proferatur simpliciter, quod videatur facta condemnatio pro parte, & sic non insolidum conformis libello. Circa verò aliud quod dicit Affli. hic, quod princeps valeat suam sniam interpretari, in alio iudice, quod possit verbum ambiguum declarare, & testificari de sua intentione, declarat Bar. in l. ab executore. de app. ff. vbi dicit, quod quando iudex vult declarationem hanc fa-

3 cere, † quod requiratur partis citatio. vbi Alex. in add. hoc idem Barba. in consi. 18. clementissimi. col. 9. nu. 17. 1. vol. in quibus et quod arbiter põt suum laudum interpretari, sicut princeps etiam interpretatur suum priuilegium, & per Dec. in consi. 43. & pro tenui facultate, circa fi. Cal. Vrsill.

DECISIO CCXVI.

Varia practicę super testium examinatione et eorum productione post publicationem.

SVMMARIVM.

1 *Testes post didicita testificata produci & examinari an possint 5.*

Articulos in causa appellationis similes primis an liceat ponere, & quid in directo contrariis 4.

2 *Minor, ecclesia, mulier per vim restitutionis in integrum possint ponere idem, & contraria articulis partis.*

3 *Pars admittitur ad probandum per rei euidentiam post didicita testificata.*

1 Quotidie habemus in facto, † quod facta publicatione in causa petitur repulsa contra testes, & dicta. Et partes formant articulos de directo contrarios articulis partis aduersę. interdũ ponunt illud idem, quod positum fuit in primis articulis, ex quo illi articuli non fuerunt probati. Et sine dubio hoc non licet etiam in causa appellationis, vt no. in Cle. 2. de testi. & in c. fraternitatis. eo. titu. in antiquis, & in auth. qui semel C. de probat. Et istud datur pro regula: tamen contra istam regulam dantur plures limitationes, de qui bus per Ioan. Andr. & post eum per Abb. in c. fraternitatis. de test. & per Spec. in tit. de teste. §. satis vtiliter. in princi. Et inter alias limitationes.

2 † Semper fuit practicata ista, quod minor, ecclesia, mulier per uiam restitutionis in integrum possunt ponere idem & contraria articulis alterius partis. Ista practica fuit sumpta ex theorica Inn. in c. auditis. de restit. in integrum. quem sequuntur dominus Ang. de But. Abbas Sicu. & Io. de Imo. firmant Bal. & Saly. in d. auth. qui semel. Bar. in l. 1. §. nuntiatio. 4. col. ff. de ope. nou. nuncia. & Bald. in l. eos. §. si quid autem. de appell. & Spec. in tit. de restit. in integrum §. uidendum. ver. quid si in causa minoris. &c. Item fuit practicatum in Consilio, quod perempta instantia & noua inchoata licet ponere idem & contraria articulis partis aduersæ. ita voluit Ang. in l. si quis in seruitute ff. de furt. & Abb. in d. c. fraternitatis.

3 in 4. fal. † Item fuit practicatum, quod post didicita testificata super eisdem & de directo contrariis fuit pars admissa ad probandum per euidentiam rei. puta rector ecclesiæ dicit rem ad se deuolutã: quia est deteriorata contra pacta. & hoc probauit, si pars dicit, quod per rei euidentiam vult probare contrarium, & illud idem, quod ipse posuit, debet audiri, per id quod dicit Bal. in l. si quis testibus. in fin. C. de testib. & in Specu. de prob. §. videndum. versi. hoc quoque. Bal. in l. de quibus. pen. char. ff. de leg. Anto. de Butr. in c. causam. in fi. de prob. facit quod no. Bar. in l. 1. §. fi. ff. quemadmodum test. aperi. & Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa consue.

4 † Item fuit practicatum in consilio, quod quando testes examinati super articulis datis in termino probatoria non plenè probant, pars altera in causa appellationis potest facere articulos de directo contrarios illi articulos partis aduersæ, & inducere testes super eis, secundum Antonium de But. in c. at si clerici. de iudiciis.

Item fuit practicatũ in Consilio, quod si pars probauit articulum suum per duos testes, & altera pars probauit contrarium, ego qui probaui per duos testes facta publicatione in termino repulsatorio, vel in causa appellationis, potero facere articulum illum eundem, & inducere alios testes ad probandum illud idem: quia non potest mihi imputari, quare in primo termino illos non produxi: quia confitebam de illis duobus, quos exa-

5 minari feci † & sic cessat præsumptio subornationis. ita dicit Inn. in c. cùm clamor. de testibus. & voluit expresse Abb. Sicu. in cap. fraternitatis. præallegato in 7. col. voluit etiam Bal. in l. prima, in fi. ff. de legat. 2.

Item fuit practicatum, quod si producit instrumentum, quod indiget aliqua probatione per testes ad concomitantiam ipsius instrumenti possum producere testes post publicationem a secundum do. Ant. de But. in cap. series. de testi. & ibidem per Abb.

Item fuit practicatum, quod facta publicatione & concesso termino ad repulsam, licet ponere articulum & de directo contrarium articulo partis aduersę, si articuletur quod testes examinati super articulo partis aduersæ falsum deposuerunt corrupti vel subornati. Ita volunt doctores in c. licet. de proba. & Abb. in d. c. series. in 3. col. in fi.

ADDI-

ADDITIO

Vide quæ annotata sunt suprà decisione 33. & decisione 89. in hac materia practicabili & quotidiana.

2 *Post publicationem.*) Adde Alex. in consi. 58. in 4. vol. Fely. in ca. fra. ernatatis. extra, de testib. vide suprà in decisi. 115. & infra 262. Thomas Grammaticus.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCVI.

1 *In repulsa licet ponere idem, & de directo contrarium, quando articulatur & deducitur, quòd testes subornati falsum deposuerunt probando tamen vtrunque, falsitatem, & subornationem.*

2 *Non obstante publicatione in causa possunt testes examinari super eisdem, vel de directo contrariis, quando aliquis non fuit admissus ad probandum in primo termino. item quando potuit cogitare de eo, quod altera pars articulauit in termino, item quando testes fuissent nulliter recepti, item quando testes deposuissent per verbum ambiguum, & per errorem aliqua omisissent deponere, item quando fuisset aliqua iusta cā iudici visa.*

3 *In foro mercatorum licet articulare & deponere idem, & de directo contrarium non obstante publicatione, et ponuntur remissiuè 60 casus, in quib. facta publicatione licet testes examinare.*

4 *In criminalibus cōis opinio est, quòd licet semper testes examinare, ad offensam verò distingue, vt hic: quia aut super eisdem, & non licet, aut super nouis & licet.*

5 *Iudex ex officio post didicita testificata pōt testes examinare de consuetudine potius quàm de iure.*

6 *Qualiter autem quis dicatur testificata didicisse ad hoc, vt excludatur ab examine testium, in fat. sic casu quodammodo legisse testificata di positiones.*

7 *Cautela examinādi post testificata didicita est, modo, quo hic inscribitur.*

8 *Quando testis iurauit dicere veritatem in primo examine super tota causa, an possit postea se corrigere.*

9 *Quando testis fuit simpliciter interrogatus, an videatur super tota causa interrogatus.*

10 *An possum reprobare testes semel per me in cā productos, quòd sic quò ad dicta, vbi etiam quid de instrumentis per aliquem productis, secus quò ad personas.*

11 *Pars quæ fecit testes aliquos citare an possit compelli ad illos examinandum quòd non, sed tamen hos testes sic citatos quoad eorum personas non possum amplius reprobare.*

1 AFfl. hic enumerat † septem casus in quib. licet ponere idē & de directo cōtrariū facta publicatione in cā, hoc idē tradidit in const. regni iuris peritorū, & circa sextā limitationem qñ liceat ponere idem & de directo contrariū, declara melius ut hē infra in dec. 27 ticū seq. qñ dicta per eum procedāt, & circa septimā limitationē in eo qđ dicit, quòd licet ponere idē & de directo cōtrariū in repulsa, qñ articulat, quòd testes subornati falsū deposuerūt aduerte rogo, quòd tūc demū ille admitteretur, qñ nō solum falsitatē probaret, sed ēt subornationē, alias articuli essent impertinētes, siue nō admittēdi, prout declarat Abb. in c. licet ex in t. li. eo. de pbs. voluit hic

2 auctor in d. const. regni iurisperitorum. adde octauam † limitationem, quæ est, quando pars in primo termino nō fuisset admissa ad probandum, prout affirmat Bald. in § item si vasallus, de contro. inuest. & item annotatione infra in decis. 266. item additur nona limitatio, quādo pars nō potuit cogitare in primo termino de eo quod pars articulauit in ipso termino, quia tūc admittitur probatio, prout affirmat Ar. in cōsilio 74. & fuit declaratū supra in decisione 33. Guido verò Papa in decisione 72. quoniā iudex, & Roma. in consilio 20. viso puncto, columna secunda in fi. verbo præterea, & in cōsilio 176. iste sunt responsiones, & Capi. in decisione 35. obscurè tamen tradunt alias limitationes, videlicet quādo iudex ipse procederet ex officio. item quia testes clare non deposuissent, vel fuissent nulliter recepti ante publicatū in causa, quod possit fieri repetitio, seu ipsorū examinatio non obstante public. seu conclusione. itē etiam quando testes omitterent per errorem, vel incuriam examinatoris aliqua deponere, quia non obstante quòd fuissent dedicta testificata possunt veritatē deponere, idem quando aliqua iusta causa moueret iudicem ad examen testium, restatur idē Guido

3 Papa in decisi. 201. renunciatione, & in foro † mercatorū quòd possunt testes produci etiam facta publi. amplectitur Paris in tracta. de Sindica. in verbo sententia. in versi. vtrū iudex. quosdam alios casus declarat Capi. in decisio. 62. And. in c. 1. § postquā in guardiā. de cōtro. inuest. in illa q. quòd postquā reus cōtestando litē negauit homicidiū, quòd potest dicere ad sui defensionem ipse, sed latius Firmanus in suo vberrimo indice, in verbo testes post publicatum processū, qui enumerat circa casus. 60. in quibus post publicatū licet testes examinare, idem Tiraquel. in tract. de pœnis, in prin. nu. 50. videlicet, in causa superueniente post conclusū, quod non videtur admittere regia pragmatica, de testibus post cōclusam causam nullo modo admittendis, licet in quibusdā partibus, vt erat in mea patria ciuitatis Theani, solebant testes recipi post publicationem, quādo pars iurasset de nouo superuenisse, & hec terminū ad noua iura probanda appellabant, quæ bene procedunt, quando quis per res easdem nō vellet probare aliqua, prout affirmat idē Tirequel. in tract. de cōsangui. § 4. gl. 1. in verbo admitteretur ad probandū, nu. 38. fol. 132. vbi plene tradidit de intellectu l. si irreptio. § ad officium. ff. de min. reg. & ista in ciuilibus casus autē, in quibus possunt testes examinari in criminalibus facta publica. & sic

4 quod ista nō recipiantur in causis ipsis criminū † vbi ad defensam testes quando q; admittuntur, declarat Ang. in verbo comparuerunt dicti inquisiti & negauerūt totū, fol. 113; declarat etiam hic auctor in constitutio. regni, terminum vitæ, nu. 43. pone Hyp. in praxi. in § sequens, & in cōsil. 137. ultimum quæsitum. nu. 35. Gramm. in consil. 76. in ciuitate le ... rem moter communis in prædictis ex dictis omnium est, quòd ad defensā possunt quandoque testes produci, per tex. l. diuifratres. ff. de pœnis, & ibi Bart. Hyp. in d. sua praxi criminali. in d. § sequēti, in principio q. cōcor. citat ad offensā autē distinguitur, aut super eisdē capitulis, in quibus fuit quis inquisitus, uel accusatus de crimine & nō licet, aut sup nouis, & est præmissum secundum doctri. Saliceti in l. hu. C. de quæstio. sequitur Alexan. in l. 4 § hoc autem iudicium in fine. ff. de damno infecto, vbi etiam concludit, quòd iudex ex officio, post didicita testificata, in criminalib. & valet testes inducere secundū communem opinionem, licèt de iure cōtrarium habeatur, sed iuxta ista quæritur, qualiter quis dicatur didicisse testificata, vt testes alios nō valeat examinare, dicas quādo quis ipsum examen cōsuluit & mature percunctatus fuit & perlegit, & non sufficit transumptione vidisse, seu obiter, prout voluit Bal. in c. constitutus. so secōdo, circa finē, de rescriptis. quē refert & sequitur Felin. in princip. glossæ decretalium, & Decius in cōsilio 82. viso processu. columna secunda, ... vnà cum aliis simple declarat Cotta in verbo legere. cautelā aūt examinandi testes post didicita testificata assignat idē Cotta in verbo testes communiter, vbi etiam dicit, quòd quando testis iurasset dicere veritatē

8 † super tota causa, quòd amplius nō potest se corrigere, uel deponere, ... contra testes, qui postquam deposuerunt super tota causa, volunt addere, uel detrahere eorum depositionem, ... possunt argu. de falso. imo dico plus, quòd testis simpliciter examinatus, seu interrogatus videtur super tota

9 causa † prout attestatur Feli. in cap. de testibus. extra de testibus, & ... etiam quæritur, an testes semel per aliquē pro-

10 ductis † possint per producentem reprobari. Alex. in consi. 133. vol. 7. Aym. in cōs. 100. Titius & Seius nu. 13. & in cōs. 188. magnificus. nu. 5. Curtius Senior in consi. 56. super processu, col. 4. Goza. in consil. 3. in fi. omnes concludunt quòd sic quò ad dicta, secus quò ad personam. l. si qui testium. C. de testi. quò verò ad instrumentum per me productum in vna causa an possim reprobare in alia causa, quòd sic in capitulo separato, declarat Guido Papa in decisi. 503. pone. an autem possit quis compelli postquam citari fecit testes, vt ipsos testes citatos examinet, declarat Capi. quòd non in

decisi.

decisi.39.quæ notâ quia de facili semper possunt occurrere, & non sunt multum à remotis à subiecto huius Afl. decisiones,& ideo apposui & notaui &c.

DECISIO CCXVII.

De nominatione domini in iudicium in causa possessorii recuperandæ.

SVMMARIVM.

1 *Possessorio recuperandæ conuentus,an possit euitare iudicium nominando dominum.*

2 *Conuentus de delicto ex facto proprio non potest iudicium declinare.*

3 *Nominatio domini in iudicium quando locum habeat.*

1 FVit dubitatum,† Vtrum conuentus possessorio recuperandæ possit euitare iudicium, dicendo,quòd ipse tenet & possidet nomine talis nobilis, & ipse ad euitandum iudicium nominat eum in dominum & possessorem. Bart. in l. 2. versic. quæro extra glo.C.vbi in rem actio.tangit istam quæst.& refert glo.contrarias.Item Abbas in c. quoniam frequenter §.in aliis. in 25. col. vt lite non contesta.vt ibi per eos.Fuit in hoc dubio votatum per omnes dominos de Consilio, quod conuentus possessorio recuperandæ,si in libello narratur, quod ipse est ille,qui spoliauit, vel mandauit spolium fieri, vel ratam habuit spoliationem, & quod non possidet nomine alterius,sed suo nomine, non habet locum nominatio domini in iudiciũ:
2 quia cõuenitur de delicto & facto proprio,†ideo non potest iudicium declinare. hoc tenet Abbas in loco prællegato.& idem Ioãnes de Imola ibi. Sed si ageretur cõndictione c.sæpe. de restitutione spolia. vel remedio constitutio. Regni, Circa violentiam,vel remedio c.reintegranda 3.q.1.in
3 quib.non agitur de facto conuenti, † tunc habet locum nominatio domini in iudicium, secundùm veram conclusionem dictorum in dictis locis. Et ita fuit determinatum in causa inter magnificum dominum Carolum licentiatũ in vtroque iure de Amotrano,& eius fratres.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CCXVII.

1 *Quando quis conuenitur ratione proprii facti.Vel ratione sui iuris præsentis,vt emphyteuta, feudatarius,colonus & cæteri huiusmodi non euitant iudicium domi num nominando.*

2 *Quando dominus nominatus comparet,an nouus libellus sit necessarius.*

3 *An quis excusetur, quando aliqua facit nomine alterius,vt sunt fabri cæteriue operarii.*

ISTud quod habetur in præsenti decisione,quod quando quis conuenitur possessorio recuperandæ ex facto suo, ex quo ipse spoliauit, vel spolium ipsum fieri fecit, vel ratum ha-
1 buit † quòd non euidenter iudicium dominum nominando, intelligas procedere in omni persona, quæ conueniretur ratione sui præsentis iuris: vt esset emphyteuta,feudatarius, commodatarius & cæteri qui conuenirentur super prætenso iure, quod ipsi prætendunt, non euitant iudicem alium dominum nominando,qui prætendit aliud ius,prout hæc post alios declarat Pau.de Castro in dicta l.a. C. vbi in rem actio.& pro ista decisione facit doctr.Iono.in capit.inter.de maiorita.& obed. quem refert & sequitur Cardinalis in clem.prima,de rescri.in octaua quæstione,dicentes quòd quando subditus conuenitur ratione suæ personæ,cessat nominatio in iudicio, quod declara,vt ibi per Fely. in dicto c. cum inter.vbi plura explicat,quando ex delicto alterius,puta prælati, vel capituli ecclesia ex facto eorum possessione suorum bonorum priuetur. sed iuxta hæc quæritur, an hoc
2 casu † quando dominus nominatur & ipse comparet, nouus libellus sit necessarius.dicas quòd sic, prout notat Bart. in d.l.a.& late Decius in consilio 62.in causa quæ, numero quarto, vbi aliter iudicet nullo reseruato iure agendi. iterũ
3 etiam iuxta † ista quæritur,an ii coloni,fabri cæteriue mercenarii, siue operarii excusentur, si aliqua faciunt nomine domini in 10.Glos.communiter citata quòd sic in l.si in rem §.tignum.de rer.diui.de qua vltra scribentes in l.de pupillo. §.nunciationem.ff.de nou.ope.nunciatio. & Calca.in consi.100.& Socin.in consi.54.visa,in fine,quarto volumine, qui declarat, quando prædictis fuit facta protestatio, quòd etiã non teneantur & Decius in regula non dicitur uelle.de reg. iuris.late uide Ioan.Baptistam Plotum in repetitio.l.si quando.C.unde ui.numero 280.aliâs 813. in prima impressione, qui declarat duodecim modos, in quibus prædicti excusantur,citatque Afflict.in hac decisione licèt à remotis.

Cas. Vrsill.

DECISIO CCXVIII.

De decreto interposito super bonis non obligatis.

SVMMARIVM.

1 *Decretum super bonis non obligatis an nullum, et quid si sit erratum in adiudicatione bonorum obligatorum.*

2 *Missio facta in vero debito in re maiori, quàm sit debitum,valet vsque ad concurrentem quantitatem.*

3 *Decreta tot sunt,quot sunt res.*

4 *Decretum iudicis est indiuiduum.*

5 *Fructus authoritate iudicis percepti non debent restitui.*

PEtita fuit assistentia & adiudicatio pro ducatis mille super multis bonis stabilibus, & ex processu constabat, quòd quædam bona ex illis nõ erant obligata: interponitur decretum, assistẽtiam esse præstandam, & dicta bona contenta in libello appretianda esse &c. ipsis appretiatis adiu
1 dicantur: † dicitur tale decretum nullum: quia interpositum super bonis non obligatis. & ideo decretum dicitur nullum, quãdo fecit obligatio. l.1.§.hæc verba ff. ne uis fiat ei.no. Bal.in repe.l. 2.ff.de iureiur.& est tex.in l.cum verò.§.subuentum ff.de fideic.lib.habetur in l.iuste ff.de acqui. pos. Dicebant aliqui domini de Consilio, quod tale decretum non sit nullum, per id quod dicit Bal. in ca. quoniam §. si autem. vt lite non contest. ubi dicit. Quid si missio facta est partim ex falso debito,partim ex vero? Respondeo, ipso iure nõ ualet in aliquo.
2 † Sed si totum debitum est uerum, prout erat in præsenti causa,sed facta est in re maiori,quàm sit debitum, ualet usque ad eius concurrentem quantitatem,casus est no.in l.si.§.1.de bon.auth. iud.pos.Ita dicebant domini dicendum esse in ista adiudicatione pro uero debito super bonis obligatis & non obligatis, ut ualeat pro bonis obliga-

obligatis tantùm. Et licèt Bal. in d. §. finautem. & Pa. de Cast. & Alex. in l. si non fortem, §. si centum. ff. de cond. in d. & Bal. in l. fi. 2. col. C. de iure do. impetra. loquantur, quãdo erratum est in æstimatione rei adiudicatæ, quo casu decretum non est nullũ, ut ipsi dicunt idẽ dicebãt dicti domini de Consilio esse, quando est erratum in adiudicatione bonorum obligatorum, & est erratum in una re, quæ non fuit obligata, ut remaneat decretum
3 ualidum, quantum ad bona obligata, † quia tot sunt decreta, quot sunt res, l. scire debemus. ff. de uerb. oblig. Ista extensio nunquam potuit reside re in animo, quia aliud est, quando est erratum in adiudicatione rei, quæ non est obligata, licèt sint adiudicata bona obligata, & in illa adiudicatione sit erratũ super vna re, quia in primo casu nõ errat iudex, qui interponit decretũ, sed errat ille, cui committitur apprętium. Sed in secundo casu errat iudex, qui interponit decretum, & illud est in parte verum, & in parte falsum, & per conse
4 quens in totum ruit: † quia iudicis decretum est indiuiduum: ut in d. §. hęc uerba, ut dicit Bald. in l. certi condi. §. quoniam igitur, ff. si cer. pet. Et ideo fuit iudicatum, quòd illud decretum in totum fuit nullum, nec est uerum, quòd tot sunt decreta, quot res, quando decretum latum est super pluribus rebus sub uno constructu uerborum indiuisibili, quia dicit, dicta bona petita adiudicanda esse, & sic uniuersaliter, quo casu non habet locum, dispositio, d. l. scire debemus. secundùm Bar. ibi, & ille creditor non fecit fructus suos illorum bonorum, ut uirtute nulli decreti perceptos, sed illi fructus medio tempore percepti iure creditoris debent computari in sortem, per l. 1. & fi. C. de pig. act. & no. in l. si dominium, C. de
5 pig. † nec obstat, quòd fructus iudicis authoritate percepti non debente restitui, ut est tex. in l. fi. C. de Carb. edi. quia illud intelligitur, secundũ Bal. ibi nisi authoritas iudicis sine ordine esset concessa. Idem similiter per l. non putauit §. non quęuis, ff. de bon. poss. contra tabu. cum concord.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXVII.

1 *Quando decretum est interpositum super bonis obligatis & non obligatis quòd sit nullum, & quando pro debito vero & non vero.*
2 *Quando decretum est interpositum inter personas creditorum, qui aliqui sunt veri creditores, & aliqui non, an decretum similiter dicatur nullum.*
3 *An validum sit argu. de personis ad res, & an decretum assistentię dicatur potius sententia diffinitiua.*
4 *Quando creditor vendit propter potestatem ei attributam à suo debitore vendendi tantum de bonis, an si est vendita res, quæ valet plus, siue est maioris precii, venditio in totum annulletur.*
5 *Qui tenuit rem virtute decreti nulli, an faciat fructus suos, & quando hic in iure errauit remissiue.*
6 *Mulier posita in possessione bonorum mariti ventris nomine faciat fructus suos.*

refert & sequitur D.Loffre.in d. consi.12.num. 13.

20 Circa tertiam subreptionem † ꝙ periurus non agat nisi ob
tenta absolutione à periurio incurso. Alex. in consi.83.inter-
rogatus sum.5.vol.col.2. & fuit notatum supra in deci.30.

21 Circa quartam subreptionem † ꝙ renuntians liti videatur
etiam causæ renuntiasse. Roc.in dec.509. si actor, in nouis.de-
clarat plene Goz. in d.l. postquam. qui amplectitur opinionẽ
Alex.quando videatur iuri suo etiam renunciasse, dat in præ-
dictis duas limitationes, & ponit quando quis renuntiando li-
ti videatur facere aduersarium dominum, conuenit etiam ibi
Curti.vbi etiam plus voluit, ꝙ ista exceptio renuntiationis li-
tis impedit processum ad vlteriora.

Circa quintam & ultimam subreptionem, quòd per confir
mationem ratificetur actus nullus, declarat Dec.in regula qd̃
ab initio.de reg.iur.& fuit notatum supra in decisi.118.an ge-
minatio promissionis maiorem vim inducat, sunt annot.in-
fra in dec.322.& vt uides, fuit conclusum in ista de.in fi. quòd
stantibus subreptionibus dictæ habilitationis e iuramento, ꝙ
huic qui volebat uenire contra transactionem obstabat exce-
ptio iurisiurandi & periurii, quæ exceptio impedit litis ingres
sum, prout sunt annota. supra in decisio. 63.

Cæs.Vrsill.

DECISIO CCXXI.

De dotis assecuratione in pecunia uiro debita.

SVMMARIVM.

1 *Vxor an possit assecurari in pecunia uiro debita marito ad inopiam uergente.*
2 *Dos in pecunia assecurata qualiter tractanda.*
3 *Intellectus & extensio ad c. per uestras, de dona. inter uir. & vxor.*

IN causa cuiusdam Franciscę petentis assecura-
tionem dotium super quadam pecunia debi-
1 ta uiro; quia alia bona non sunt, † dubitatur, an
marito vergente ad inopiam possit uxor assecurari
in pecunia prędicta. Vr̃, ꝙ nõ, quia si pecunia prę
dicta ueniret in posse vxoris, uel mariti, cõsumere
tur, & ipsa remaneret indotata. Per omnes domi
nos de Consilio fuit uotatum, ꝙ dicta uxor assecu
raretur pro dotibus, suis & Antipharo iuxta l. ubi
adhuc. de iure dotium, super dicta pecunia debi
ta uiro, dummodo pecunia ipsa deponatur penes
fidum mercatorum, ut ex lucro honesto alimente-
tur ipsa, & eius uir, argumento c. per vestras.de do.
2 inter uir.& uxo. † ubi vir inops agit, vt sibi trada-
tur dos promissa, dummodò deponatur penes fi-
dum mercatorem, ut de lucro alantur. Idem dicen
dum per eandem rationẽ, quando uxor petit asse-
curationem dotium super pecunia viri, vel debita
viro, & dictum c. per uestras. allegat Bal. in d. l.
ubi adhuc.in 6.col. uersi.sed pone, ꝙ vir non con
fidit, per rationem, l.si soluturus.ff.de solut. & etiã
Bal.Nouel.in 7.par.in 6.co.uersi.3.fallit ubi dicit,
quòd de dicta pecunia poterit etiam prędium, ut
deseruiant fructus oneribus matrimonii, ut no.in
c. conquestus.de usuris, cum simi. & in l. si con
stante.in ff.ff.so.ma.per Bar.& per Cyn.in d. l. vbi
3 adhuc.in 10.q. Et licèt † in propriis terminis non
sit inuenta decisio huius dubii, tamẽ ego allegauit
quod dicit Bal.in Auth.ꝙ locum.C.de eo ubi uiro
vergẽte ad inopiam si vxor constante matrimonio
agit hypothecaria super rebus obligatis, credito-
res

res mariti possunt dotem in pecunia consistente offerre, & sic fiet assecuratio super dicta pecunia, secundùm Bal. ibi, & l. si constante, in princ. & ibidem Ang. Io. de Imo. & Pau. de Ca. & Lud. licèt Bart. ibi teneat contrarium, per l. cum tibi. C. qui po. in pig. habe. & ibi per Cy. & alios. Tamen Ale. in d. l. si constante. dicit, quod uerior est prima opinio, & sic poterit fieri assecuratio dotis etiam in pecunia, iuxta rationem dicti capituli, per uestras, ut suprà dictum est, & ista decisio est menti tenenda; quia ista est noua, & non reperitur alibi tacta, & est noua extensio ad d. c. per uestras.

ADDITIO

a *Dotium.*) In hac materia assecurationis dotiom vide decis. Capel Thol. nu. 338. incip. Item fuit quæsitum, si mulieri, Ergo talis assecuratio dotium petatur per uxorem dum vir vergit ad inopiam & male utitur substãtia sua. tenet Luc. de Pen. in l. litibus pen. co. C. de agric. & cens. li. 11. Tho. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXXI.

1 *Mulier petit assecurationem in pecunia mariti pro suis dotibus & antefato: quia in obligatione bonorum venit pecunia ipsa, ideo super pecunia ipsa potest agere ad cõmoditates feudi & ad bona emphyteutica &c.*

2 *Merces venales, et qualiter pecunia debeat dari ad honestum lucrum.*

3 *Quando mulier agit ad dotes in casu inopia, creditores nõ possunt pecuniam mulieri offerre.*

4 *Existente pari inopia uxoris & mariti uxor actrix præfertur: quia actrix habens actionem, & pauper tractans de damno, vbi quando priuilegiatus concurrit cum alio quis præferatur.*

COncluditur mulierem assecurandam pro dotibus & antefato super pecunia mariti, de qua fiat emptio: vt seruiat d. res empta seu fructus ipsius oneribus matrimonii, cum hac
1 conclu. † q in generali oblig. veniat pecunia, & mulier super ipsa valeat agere, conuenit tex. l. cum tabernam. §. fi. ff. de pig. uoluit Alexã. in d. l. si constante. in 3. q. par. princ. Io. Crot. ibid. num. 81. ubi etiam dicit, q mulier ualeat agere ad bona emph. nõ ad feudum sed tantum ad ipsius commoditates, & ad mer-
2 ces, late Nicol. in trac. † de pig fol. 8. num. 12. cum seq. vbi declarat, quomodo veniant hæ merces venales in obligatione, sed qualiter debeat dari ista pecunia ad honestum lucrum, declarat Alex. in consi. 80. an illæ. in 3. vol. Ias. in d. l. si constante. num. 54. & aduerte in eo quod Affli. hic dicit, q uxore agente contra tertios bonorum possessores mariti, quòd ualent creditores, seu ii possessores pecuniam uxori offerre: quia secun-
3 dum magis † communem opin. hoc de iure non procedit, fuit notatum suprà in dec. 199. & comprobat ultra Soc. Iunior in consi. 55. in 2. par. de quo etiam glo. in c. præcipimus. 12. q. loquentem de d. c. per uestras. in uerbo multo magis, quòd cui committitur persona possunt etiam bona committi, & existen-
4 te pari † inopia mariti & uxoris, ipsa uxor quæ tractat de dote repetenda, sic de damno euitando, & est creditrix præferatur, licèt maritus habeat beneficium, ne conueniatur nisi in quantum &c. declarat Hyp. in sing. 99. priuilegiatus, & sic priuilegiatus actor præfertur alteri priuilegiato, de quo etiã fuit habitus sermo supra in decisio. 56. sed de istis contentis in hac decisio. latius per Lupum in repe. ca. per vestras. ubi in §. 3. in 10. amplia. d. c. ait ista procedere etiam in extraneo, qui dedisset dotem, quòd possit ipsam mulierem compellere vt dotem petat, & quòd habeat remedium l. in omnibus. ff. de iudiciis, scilicet quòd mulier teneatur cauere, & quando non præstaret cautionem dos ipsa sequestrabitur, & alia ut ibi per ipsum Cæs. Vrsill.

DECISIO CCXXII.

De iure dotium.

SVMMARIVM.

1 *Dotis restitutio qualiter fiat.*

2 *Maritus non conuenitur in plus quàm facere possit, nisi in uiginti casibus.*

DIctat cõsuetudo Neapolitana in scriptis redacta, quæ incipit, ubi dos. in tit. de iure dotiũ,
1 † q si dos in casu restitutionis dotis debet restitui ab eo, qui tenetur dotem restituere, fit condemnatio & exactio insolidũ, nec habetur respectus ad l. maritum, ff. solu. matr. & ad l. rei iudicatæ. eod. tit. & l. non tantum. ff. de re iud. quæ vult, q maritus non tenetur, nisi in quantum facere potest, nisi in 20. casibus, ut ibi per Alc. nec tali beneficio maritus potest renuntiare, vt in l. alia §. eleganter. ff. sol. mat. An dicta consuetudo debeat extendi ad casum, quando promissa est dos marito, ut promittens exigatur in solidum absque eo in quantũ facere potest. Fuit iudicatum in Consilio contra Fabricium de Zangonissa, qui promisit dotem pro filia Galeacio Carazulo, q insolidum exigatur, & non in quantum facere potest.
2 † Et idem fuit postea iudicatum per Regiam cameram summariæ pro filio Iuliani de la Foresta, contra Franciscum Torres, contra l. sicut autem. ff. de re iudica. Vbi socer, qui promisit dotem pro filia genero, matrimonio manente si agatur contra eum; non tenetur, nisi in quantum facere potest, Profectò ista est magna extensio & decisio, quare minimè sunt mutanda, quæ ab antiquis interpretationem habuerunt l. minimè. ff. de leg. cum concordantiis.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXXII.

1 *Consuetudo Neap. volens, quòd quando quis tenetur dotem restituere, quòd possit insolidum conueniri, & sic non habita consideratione deducto ne egeat, extenditur ad dotem promissam per patrem, & sic fit extensio consuetudinis.*

2 *Filius an exigat patrem vsque ad mendicitatem, & sic non teneatur alimenta præstare.*

3 *Quando concurrit priuilegiatus cum priuilegiato quòd præferatur magis priuilegiatus.*

4 *Quando fit exactio, in quantum quis facere potest, inspicitur valor fructuum.*

COnsuetudo Neapo. loquens quòd quando quis tenetur dotem restituere, quòd conueniri possit insolidum nulla habita ratione deducto ne egeat, extenditur hic ad dotem promissam per patrem, & sic fit extensio consuetudinis contra ius, & supracitata in decisi. 102. vbi fuit conclusum, consuetu-
3 dines † strictæ iuris non extendi de vno casu ad alium, & contra ista etiam videtur facere glo. Neap. in d. consue. de iure do. in uerbo facere potest. num. 45. & 46. cum seq. ubi Neapo. di-
2 cit, filium † non posse exigere patrem usque ad mendicitaté: nam si vna manu exigeret insolidum, idest vsque ad mendicitatem, ex alta manu teneretur eidem ad alimenta de iure naturæ, ad quæ potest responderi, ista vltima locum habere in filia, & superius adducta militare in aliis personis exigentibus dotem,

dotem, & ita limitat consuetudinem ibi Neapo. scilicet quòd filia non obstante consuetudine non exigat patrem in solidum ad dotem, & ad aliud potest similiter responderi, hic nos esse in fauorabilibus, & sic in dote, in quibus fit extensio consuetudine, prout fuit conclusum in d. decisio. 202. & habetur infra in decisi. 226. & consuluit Dec. in cons. 147. & pro tenui. ubi dicit, quòd quando concurrunt duo priuilegia specialia, præualet magis speciale, & in dote confirmat Hyp. in sing. 99. vbi
3 dicit † quòd existente inopia mariti & uxoris repetentis dotem ex causa præfertur mulier, quæ tractabat de damno euitando, de quo fuit facta mentio supra in præcedenti decisione, & secundùm ista etiam fuit iudicatum in quadam causa cuiusdam Ioan. Francisci Decisio me existente, aduocato, qui Ioan. Francis. promiserat dotes suæ filiæ, quòd exigeretur in solidū à marito, tamen an. 1545. tunc actua. Lauren. Manocta & nūc Ioā. Angelos Villa alta & excellens dominus præsidens sacri consilii dom. Hieronymus Seuerinus in Aula sacri consilii dū hanc decisionem allegassem uoluit ipsam inspicere, & propte-
4 rea domum nisi ipsam in d. aulam † asportandam, & circa prædicta nota vnum, quòd quando fit exactio, in quantum quis facere potest, quòd inspicitur ualor fructuum, & non bonorum, prout ita ex dictis omnium concludit Boerius in decisio. 19. quò ad secūdum nu. 7. quem uide quando expedit &c.
Cæs. Vrsill.

DECISIO CCXXIII.

De iure protomiseos.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui in vicinis qualiter se habeat.*
2 *Vicinus in re rustica preferatur uicino in urbanis per ius congrui.*
Rusticum non trahit ad se vrbanum.
3 *Coniunctus terræ tantum non habet ius congrui ad domū coniunctam dictæ terræ.*

1 IN ciuitate Neapol. est consuetudo de iure congrui † q̄ uicinus & collaterals rei immobilis uēditæ potest iure congrui rem illam petere intra annum, & soluere pretium, prout fuerit æstimata per appretiatores Nea. Euenit q̄ uenditur quædam domus, quæ est collateralis & coniuncta horto uel curti domus cuiusdam uicini, & coniuncta domui alterius uicini.

Quæritur, utrum dominus horti uel curtis, qui hortus uel curtis est de domo, quæ habet introitū & exitum ad dictum hortum, uel curtim, posit petere iure congrui dictam domum venditam.

2 † Bis fuit iudicatum, quòd uicinus horti, vel curtis non habet ius congrui ad domum coniunctam dicto horto, uel curti, quia dictus hortus uel curtis licèt sic de domo, tamen est res rusticus, & rusticum non trahit ad se urbanum. arg. ff. de actio. emptio. l. fundi. & ff. de lega. 3. l. Lucius §. collegis. secundùm gloss. Neap. in 1. consuetu. de iure congrui. in uer. domum. & alia gl. in uerbo, terrā,
3 in fin. ubi dicit, † q̄ coniunctus terræ tantùm non habet ius congrui ad domum coniunctam dictæ terræ, etiam si per ipsam domum habeatur aditus ad terram. Et sic postea fuit iudicatum per Regiam Cameram summariæ in causa appellationis Georgii Scarzæ cum Benigno de Spanochiis.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXXIII.

1 *Quando concurrunt ad ius congrui vicinus coniunctus mediante horto, & alius vicinus mediante domo...*
2 *Quando non adest coniunctus cum domo, coniunctus mediante horto habet ius congrui: quia hortus coniunctus domui pars domus habetur & dicitur.*

1 INtelligas hanc decisionem loqui in caso suo. s. quando † concurrunt ad ius congrui coniunctus domui venditæ, mediante horto, & coniunctus mediante domo, nam hic coniunctus mediante domo præfertur huic coniuncto mediante horto, & sic est casus Neap. in d. consuetudine in verbo domum, & tenet Ioan. de Amicis in 1. consilio in 3. dubio. sin autem nō existeret vicinus coniunctus cum domo, hic coniunctus cum horto bene haberet ius congrui: nam hortus seruiens domui pars domus habetur, & vendita domo regulariter hortus venit, vt est tex. l. ex prædiis. §. balneus. ff. de lega. 3, Alexand. consi. 213.
2 † viso testamento 2. volum. Dec. consi. 168. pro tenui facultate mea. Ias. in l. si. ff. de consti. prin. Soc. in consi. 47. consiliis nostris. num. 7. 1. vol. cum aliis citatis infra in dec. 298. & latius p dictum Ioan. de Amicis in d. consi. qui bene videtur loqui. verùm sunt aliæ concor. in prædictis per Tiraq. in lib. primogenitorum. q. 71. 73. qui refert de consuetudine Fraociæ & aliorum locorum domum magnam deberi primogenitis, vt dignitas familiæ seruetur. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCXXIIII.

De seruitutibus.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus fenestræ quomodo consideretur.*
2 *Extensio ad consuetudinem Neapolitanam super seruitute fenestræ.*

COnsuetudo ciuitatis Neapolis in titulo, de seruitutibus, quæ incipit, si quis habet do-
1 mum. dicit, † q̄ habens domum iuxta curtim, vel hortum domus vicini, & habet fenestram, uel aperturam, per quam habet aspectum ad dictam curtim, uel hortum uicini cum cantonibus modulatis. Si supradictam domum uelit fabricare, & facere aliud membrum, potest facere fenestrā cum cantonibus, prout est illa inferior per directum.

Fuit dubitatum in sacro Consilio, utrum sicut potest facere fenestram per directum fenestræ inferioris in membro superiori, ita posit facere fenestram per directum fenestræ superioris mem bri in mēbro inferiori, in quo non erat fenestra.
2 † Et fuit uotatum in pleno consilio doctorum, quòd licet in membro inferiori facere fenestrā per directum in membro inferiori eiusdem latitudinis, prout erat fenestra existens in membró superiori, & sic fuit extensa dicta consuetudo, ut non solum liceat facere apertura in membro superiori, prout est apertura in mēbro existente in medio duorum membrorum. Sed etiam licet facere aperturam similē in membro inferiori per directum suprà solum uicini, dum tamen illa cēcellet, ne de facili habeat introitum & exitum ad curtim, vel hortum uicini.

ADDI-

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXXIIII.

1 *An habens superficiem, siue solarium supra possit facere fenestras cum cantonibus, sicut potuisset facere ille, qui habet fenestras cum cantonibus supra solū vicini.*
2 *Vendendo quis superficiem seu partem superiorem domus, censetur vendere omne ius, quod ipse habet, & sic seruitutes actiuæ & passiuæ ad ipsum transmittuntur.*
3 *Superficies inhæret solo, adeo ꝙ superficiarius possessor non habet spolium contra dominum soli. item ædificium an possit cedi sine solo.*

HAbetur in ista decisio. ampliatio ad consue. Neapo. quæ
vult, ꝙ vicinus habens fenestram cum cantonibus habē-
tem aspectum ad curtim vicini sicut potest facere aliam fene-
stram per directum supra, ita etiam ex parte inferiori. sed iux-
ta hæc quæritur, an habens superficiem sine solatium cum cer
tis membris super alio solario, solo, seu membris vicini qui
habet fenestras cum cantonibus supra solum siue curti vicini
possit facere fenestras ex parte superiori, sicut posset facere
hic, qui habet fenestras ex parte inferiori quando ista superfi-
cies cum membris existens supra superficiem, fenestras & so-
lum suum, fuisset propria ipsius. hæc quæstio fuit de facto in
mag. cu. Vicariæ, & dicebatur pro parte conuentorum, non li
cere, nec dictas fenestras facere posse, ex quo consuetudo hīc
allegata, si quis habet domum, requirit, ꝙ iste qui vult facere
istas fenestras in parte superiori quēadmodum habet ex par-
te inferiori, quòd habeat domum iuxta curtinom vicini, sed
cum non habeat domum, neque fenestras supra domum vici-
ni, sed tantum superficiem sine solo, quod est alterius cū aliis
membris in medio, igitur istas fenestras facere nō potest: quia
non conueniunt verba, item nec legis dispositio. l. si seruum. §.
prætor ait. in verbo uno dixit prætor. ff. de acqui. hære. cum si-
milibus adductis per Aymo. io consi. 205. num. 17. ex aduerso
dicebatur, hunc dictas fenestras facere posse, seu saltem quasdā
aperturas, quas ibidem habebat sine cantonibus ratione præ-
scriptionis, & quibusdam rationibus allegatis. infra in decisi.
265. in fine potuisse retinere illa ratione, ex quo hic erat domi
1 nus dictæ superficiei † cum membris ratione venditionis fa-
ctæ ab istomet, qui habebat fenestras ex parte inferiori cum
cantonibus, vnde vendendo dictam superficiem, omne ius &
sic istud conficiendi fenestras, quemadmodum ipse venditor
facere poterat, alienasse videtur l. traditio. ff. de acquit. rerum
domi. ex quo vendita cum suis iuribus dicta superficie omnes
seruitutes actiuæ, & passiuæ in hunc emptorem transiuerunt,
2 per tex. l. peoul. †. § seruitutes. ff. de superficiebus, de decisio. hu
ius causæ saltem ex capite præscriptionis sunt annot. infra in
dec. 265. vbi declarantur personæ & alia in fine. vbi etiam tra-
3 ditur intellectus consuetu. prædictarum. & circa hæc nota † ꝙ
superficies semper cedit solo. Imo contra dominum soli quis
ratione superficiei spolium non valeat prætendere, decidit Ca
pi. in decisio. 117. Soc. iunior 10 consi. 76. in 2. parte. vbi etiam
si fuisset dictum, quòd cedatur ædificium sine solo, quòd ve-
niat ædificium. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCXXV.

De seruitute fenestræ.

SVMMARIVM.

1 *Fenestra quando veniat claudenda ad petitionem domini soli, vbi habet aspectum.*

EST consuetudo Neapolitana in titu. de seruit.
quæ incipit, & ubicunque, quæ vult, quòd
apertura, uel fenestra debet esse cum cantonibus,
quando est supra solum uicini, ad hoc ut uicinus
1 posit ipsam retinere supra solum uicini. † Fuit
dubitatum, quid si fenestra supra hortum uel so-
lum uicini non est cum cantonibus, sed est cum
cancella ferrea fabricata calce. & puteolana, utrū
posit claudi? Videtur quòd sic, quia est cum can
tonibus. Fuit facta fides in consilio, ꝙ semper
fuit obseruatum, ꝙ si apertura non est cum can
tonibus, sed cùm cancella ferrea, ꝙ illa cancella
ferrea uel de lapide marmoreo habetur loco can
tonum, secus si cancella est lignea.

Et ita fuit postea pluries iudicatū, secus si cancella esset de ligno in fenestra sine cantonibus; quia tunc deberet claudi ad petitionē domini soli, ubi habet aspectum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXXV.

1 *Circumscripta consuetudine Neapo. ꝙ quis valeat in loco facere fenestras, & si per illas aspiciatur domus vicini, dummodo quis nō faciat ad emulationem, ut videat interiora domus siue puellas.*
2 *Aedes suas quis potest extollere, dummodo faciat ad sui vtilitatem, etiam quòd obscurentur lumina domus vicini, quod an procedat in vasallo & censuario.*
3 *In suo potest quis facere clausuram, dummodo faciat ad sui vtilitatem, quæ omnia relinquuntur iudicis arbitrio.*
4 *In dubio quis in prædictis non præsumitur facere animo nocendi.*

ESt in materia istarum decisionum, ꝙ circumscriptis con
suetudinibus istis de iure communi valeat quis in suo fa
cere fenestras. & si per eas inspiciatur domus vicini, tex. l. al
1 tius ibi Bal. C. de serui. † hoc etiam si quis per mille annos non
tenuisset in loco fenestras, dum tamen aliquando non fuisset
prohibitus, declarat Cæpo. in tract. de serui. in tit. de fenestra,
vbi limitat, nisi quis non faceret ad sui vtilitatem sed ad æmu
lationem, vt puellas alicuius siue moniales aspiceret, quod ēt
concinit in tit. de ferratis. vbi etiam an quis possit tenere fene-
stras, per quas potuisset haberi accessus ad domos vicini, de
2 quo etiam per Alex. in consi. 174. oportune 2. vol. † qui consu
luit, licere vicino ædes suas altius tollere, etiam si obscuren-
tur lumina vicini, dūmodo faciat ad ipsius vtilitatem vt su-
pra, vbi Moder. in addit. qui citant Affl. hic, de quo etiam per
Las. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure, in 4. col. Hyppo. sing. 154. cui
libet, hæc omnia approbantem, limitantemque in tribus casi-
bus, & per Boerium in decis. 320. & præsuppono. num. 6. & se-
quen. qui etiam limitat in vasallo censuario. item quando
3 † via publica fieret deterior, hoc idem de prædictis Aymo in
consi. 4. num. 3. vbi ait, quòd in suo quis potest facere clausu-
ram, etiam quòd vicino officiat, si fiat ad vtilitatem facientis
vt supra, nisi probaretur præscriptio, & sic imposita seruitus
modo quo ibi per ipsum, quæ omnia Cæpo. io titulo prædi-
cto de fenestris reponit arbitrio iudicantis, quis habeat istas
qualitates considerare, si quis faciat ad sus vtilitatem, vel vt
vicino noceat tantum, quod arbitrium iudex secundùm iura
debet interponere, & non ex capite suo procedere, quia sic
vult tex. l. 1. ff. de vsu. c. super his. de accu. Andre. in c. 1. §. si. ou-
me. 29. de capitu cur. vendi. Roma. consi. 376. quæstio est. co-
lum. 2. circa finem, cum sit, quod in dubio quis non præsumi-
4 tur facere animo nocendi, de quo est † glo. in l. fluminum. §.
si. ff. de danmo infecto. Oldra. in consilio 43. in verbo circa sex
tam. cum aliis adductis per Gramma. in decis. 15. numero 5.
Cæs. Vrsill.

DECISIO CCXXVI.

De dotis exactione.

SVMMARIVM.

1 *Contractus matrimonialis in dubio an intelligatur factus secundùm*

secundùm loci consuetudinem.
2 *Consuetudo regionis in contractibus, an & quando considerenda.6.7.*
Doctor conductus ad legendum an possit legere per substitutum.
3 *Testandi facultas concessa, loci respicit consuetudinem.*
4 *Contractus interpretatur secundùm loci consuetudinem.*
Testator in dubio id uidetur uoluisse, quod statutum suę patria.
5 *Feudum concessum morem suę patrię trahit.*
7 *Dos est sequela matrimonii, quæ debet exigi secundùm loci ubi modum.9.*
Instrumentum dotalitium secundum consuetudinem loci mulieris, in quo fit contractus, celebrandum.
8 *Baldus uarius.*
Forus legis municipalis ibi est, ubi est forus solutionis.

SErenissimus Rex Ferdinandus Primus uoluit intelligere à doctoribus suis consiliariis decisionem huius dubii. Rex Alfonsus tunc dux Calabriæ, eius filius primogenitus cum eius uoluntate filiam suam dedit in uxorem illustrissimo duci Mediolani, & matrimonium per uerba de præsenti contractum fuit in ciuitate Neapolis, & ibidem fuit promissa fieri solutio dotis.

1 † Queritur, utrũ capitula matrimonialia debeãt
stipulari secundùm consuetudinem Neapolis, ubi fuit factus contractus matrimonialis, & ubi solui debet dos, uel secundùm consuetudinem Mediolani, cuius dominus est illustrissimus dux Mediolani, & ibi natus est. Per dictos doctores fuerunt allegata infrà scripta iura ad ostendendum, ꝙ contractus prędictus matrimonialis, & promissio dotium intelligitur in dubio factus secundum consuetudinem loci, ubi fuit factus contractus. Et primò allegatur tex. in cap. 1. de precario. ibi, antiqua consuetudo renouetur de quinquennio in quinquennium. dicit ibi Innoc. scilicet patrię, ubi
2 fit contractus. † Nam in contractibus ueniunt
ea, quæ sunt moris & consuetudinis regionis, ut in l. quòd si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edic. pro hoc. l. si finita. in princip. ff. de dam. infec. l. si quis reum. ff. de custod. reorum. l. si prius, ff. de aqua plu. arcen. nota. Abb. Sicu. in capitu. quanto. de iureiuran. cum concor. Hinc est, quod dixit Bartol. in l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. reis. ꝙ si doctor conductus est ad legendum in aliqua ciuitate, & de iure est, quòd non potest legere per substitutum, quia uidetur electa industria personę, ut in l. inter artifices. ff. de soln. tamen si est consuetudo loci, ꝙ doctores possunt legere per substitutum, intelligitur tacitè actum, ꝙ possit legere per substitutum, & sic secundum consuetudinem loci, ubi fit contractus. Et pro hoc facit, quod dixit Bal. in l. 1. ff. sol. matr. & contractus intelligitur celebratus secundùm consuetudinem, ubi fit. Et
3 idem Bal. in l. fin. C. de fideic. † dicit, ꝙ si alicui
data est potest testandi, intelligitur secundum cõsuetudinem loci, ubi fit testamentum. hinc est, ꝙ dicit Bar. in l. ut iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. lib. ꝙ si pater recepit rẽ in emphyteusim pro se & filiis suis masculis & fœminis, admittentur post mortem patris in dicta re emphyteutica pariter masculis, & fęminæ ut in §. emphyteusi. in auth. de non alien. sed si in loco illo erat statutum uel consuetudo disponens, ꝙ existentibus masculis filię fœminæ non succedant, tunc admittentur ordine successiuo, scilicet primò masculi, postea fœminę masculis deficientibus, quia uerba, dicti contractus intelliguntur secundum statutũ loci, ubi est factus, per notata in l. Gallus. §. quidam rectè secundùm quintã lecturam. ff. de lib. & post. Et de ista decis. fuit memor Alex. in 1. vol. consi. 127. inci. uiso testamento, &c. Semper enim contractus interpretatur secundùm consuetudinẽ loci, ubi celebratus est l. domini prædiorum. C. de agri. & censi. lib. 11. not. Bar. in l. nemo est qui nesciat. ff. de duo. reis. Io. And. in regula, qui lecit. in mercurialibus. Bal. in l. 1. C. pro soc. in. 3. q. & in l. huiusmodi. ff. de leg. 1. Sicut etiam dicimus, ꝙ testator in dubio uidetur id uoluisse, quòd uoluit statutum suę patriæ secundùm Dyn. ut refert Bar. in l. hęredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. Et hoc uoluit Ioan. de Imo. in c. potuit. circa fi. de locat. & Pet. de Ancha. in consi. 413. prout alleg. Alexã. in 4. volu. consi. 52. in 9. col. & ibidem Alex. in 5. uolu. consi. 46. in fi. & And. Baro. in c. ꝙ translationẽ. de offic. legat ubi multa circa hoc dicit. Secundò pro hac parte allegabatur Bal. in c. 1. §. si qua
5 controuersia, de pace Constan. † ubi dicit, quòd
si Imperator dat feudum in Alamania mihi Tusco, uidetur concessum secundùm consuetudinem Alamanię, & non secundùm consuetudinem Tusciæ. & sic econtrà. Et est ratio, quia pręstatio rei intelligitur secũdùm locum, ubi debet fieri traditio. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Io. Andr. in c. Rainutius. de test. aliud de iure Longobardo. secundũ Bal. ibi. Tertiò pro hac parte allegabatur Bald. in l. unica. §. taceat. C. de rei uxor. act. ubi dicit, ꝙ indefinita conuentio in matrimonio intelligitur secundùm consuetudinẽ regionis, ubi fit contractus, alleg l. ex ea parte. in princ. ff. de uerbo. oblig. Accedat ad hoc quod not. And. de Barulo in l. missi opinatores. C. de exacto. trib. lib. 10. ubi dicit, ꝙ mandatum Regium, ꝙ quis exigat pecuniam fiscalem, intelligitur secundum consuetudinem loci, ubi debet fieri solutio, siue exactio pecunię. hoc etiam retulit Bal. in l. 1. C. li pro-
6 pter pub. penlita. & Ludoui. in consi. 111. † Et li-
cèt regulariter consuetudo loci, ubi fit contractus, debeat inspici, p l. si fundum. ff. de euict. hoc uerum, quando agitur quòd ad originem, uel ordinem contractus, nam tunc in actu gerendo inspicitur consuetudo loci, ubi fit contractus, ut dicit Bart. in l. 1. in fi. ff. de uent. inspi. Sed si agatur quò ad resolutionem contractus, inspicimus locum iudicii, ubi debet conueniri, per tex. in l. exigere dotem. ff. de iudic. bene facit. l. contraxisse. ff. de act. & oblig. secundùm Guil. de Cun. & alios scribentes in d. l. exigere dotem. ut refert Bal. in l. cunctos populos, & ibi Bar. C. de summa trin. Idẽ dicit Alb. de Rosa. in d. l. exigere dotem. dicens, ꝙ si quidẽ tractaẽ de conficiendis instrumentis dotalib. & super pactis in eis apponendis secundùm ꝗ
7 debet celebrari instrumentũ dotale, † & tũc debet
seruari cõsuetudo loci, ubi celebraẽ matrimoniũ; ꝗa dos est sequela matrimonii, secus si tractatur de repetitione dotis, tũc inspiciẽ cõsuetudo uiri, p d. l.

d.l.exigere, ita etiã dicit Abb.Sic.in c. 1.de sponsa. Sed in casu, de quo quæsiuit Regia maiestas, tractatur de instrumentis dotalibus conficiendis, & non de restitutione dotis, meritò debet celebrari dotalitium instrumentum secundùm consuetudinem loci mulieris, vbi fit contractus. Et sic debet intelligi quòd dicit Bal.in l. fi. C. si à non compe. iudi. & in l. voluntas. C. de fideic. ꝙ in contractu dotis inspicitur cõsuetudo viri, si uxor traducitur in domum viri. Secus si uir ad domicilium vxoris, per d.l.exigere dotem. quę loquitur in repetitione dotis, & non in traditione dotis. licèt Bal. in auth. omnes peregrini .C.comm.de success.dicat, ꝙ tam in promittenda dote, quàm in restituenda inspici-
8 tur consuetudo viri. † Sed Bal.in hoc fuit uarius, quia aliter dicit in c.1.§.fi.de inuestit. de re ali. facta, ubi dicit, ꝙ tunc inspicitur consuetudo viri, quando contractus est celebratus in loco domicilii uiri, uel in quodam loco tertio. Sed si cõtractus est celebratus in loco domicilii vxoris, tunc inspicitur consuetudo loci, vbi fit contractus. Et ubi est forus solutionis, ibi est forus legis muncipalis. alle. Ioan. Andr.in c. 1. de sponsa. & dicit, quòd istud dictum est paucis notum, his sic discussis. Sumus ergo in conclusione in huiusmodi quęsito, ꝙ in dote exigenda attenditur consuetudo loci ipsius viri, per d.l.exigere dotem. quæ induxit hoc speciale, secundùm Bart.ibi, in dote, ut maritus non sortiatur forum in loco contractus, qui locus est domicilium uxoris, sed sortitur forũ in domicilio proprio. licèt Pau de Cas.ibi, in d.l.exigere dotem. di-
9 cat, ꝙ non est specialè in dote, ut ibi per eum † Tamen Bar. & Bal.dicunt, ꝙ si in loco domicilii mariti statutum disponit, ꝙ vxore decedente sine liberis, maritus lucretur tertiam partem dotis, sed in in loco domicilii vxoris, ubi celebratus est contractus dotis, est alia consuetudo, attenditur statutũ loci, in quo maritus habet domicilium, secus in aliis contractibus, ut in d.l.si fundus.cum similib. & ita tenet expresè Ang.in d.l.exigere.licèt ponat alias opi. Idem Bartol. in d. l. cunctos populos. & Arch.32.distin.c.illud. & hanc conclusionem firmant Ant. de But. & Abb.in d.c.1. de sponsali. & etiam Pręposítus sancti Ambr. ibi.& Abb. in c.fi. 12. col.do foro compet. firmat Alexan. de Imo.in 3.vol.cons.101.incipiente, ex inspectione dicto-
10 rum statutorum & c.† Quare nobis uidetur, ꝙ fiat stipulatio in restitutione dotium secundùm consuetudinem ciuitatis Mediolani inter magnates & illustres personas. Et ita scriptum fuit pręfatę Regię maiestati, & dicit ibi Ang.ꝙ hęc est ueritas, ꝙ est speciale, ꝙ in dote quis non sortitur forum in loco contractus. Et hoc tenendum est, & ita audio ꝙ factum fuit.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXXVI.

1 *In dote exigenda attenditur consuetudo loci mariti circa lucrum ipsius dotis, quod procedit etiam ꝙ maritus promittat dotem integram soluere more magnatum.*

2 *Quæ limitantur, quando mulier ignorasset maritum forensem, & nisi mulier traduxisset maritum in domum suam.*

3 *Quando quis cum aliquo contrahit, presumitur scire ipsius conditionem, & maxime in matrimonio*

4 *Domicilium consideratur habitationis loci mariti & nõ originis.*

5 *Quando quis habet duo domicilia, consideratur illud, in quo quis pro maiori parte habitat.*

6 *Consuetudo loci attenditur etiam in dote disponenda, vnde si extaret statutum, ꝙ vxor marito non possit nisi tantum relinquere, vel econtra, extenditur etiam ad bona extra territorium, cum loquatur in personam.*

7 *Ciues & habitante Neap. possunt per instrumenta curialisca contrahere etiam de rebus existentibus extra districtum Neapo. quia consuetudo loquitur in personam.*

8 *Consuetudo Neap. prohibens mulierem, ꝙ existentibus filiis non possit de dote & aliis disponere nisi de decem partibus vnam, cum loquatur in personam, an militet ad bona extra territorium, & similiter consuetudo, & si testator, quę vult, ꝙ quis non possit relinquere nisi vsque ad medietatem.*

9 *Consuetudo inducta in fauorem & vtilitatem ciuium, ne bona possint alienari, vt conseruentur in familia, an sit fauorabilis.*

10 *Statutum, ꝙ maritus nõ possit vxori legare, an sit odiosũ.*

11 *Constitutio regni excludens filias à successione an sit fauorabilis, vel odiosa.*

12 *Quando ii qui statuunt exprimunt de bonis, consuetudo non extenditur ad bona extra territorium.*

1 CIrca principalem conclusionem huius decisio. † ꝙ in dote exigenda attendatur consuetudo loci mariti circa lucrum ipsius dotis, amplissime sequitur Decius in consi.402.in causa Illustrissimi. ubi ampliat etiam prædicta procedere, dato quòd maritus dotem promittat integram more magnatum simpliciter contra statutum, & consuetudinem ipsius sui domicilii, quòd nihilominus potest dictum lucrum dotis retinere, nec per dictam promissionem uidetur sibi præiudicare uoluisse, quam opinionem communem esse attestatur idẽ Decius in consil. 19. Vbi limitat, nisi mulier ignorasset mari-
2 tum † forensem non dico statutum prædictum, prout tenet Barba.in consi.4.prope.uolum.2. quia tunc sibi non præiudicat secundùm Decium in dicto consilio 19. ubi etiam disputat, an ista præiudicent filiis primi matrimonii. hoc idem, quòd attendatur consuetudo loci domicilii mariti, affirmat Socin. iunior in consilio 14. prima parte, ubi ait, hunc casum de facto contigisse Fulgosio, qui fuit Placentinus, & duxit uxorem Papiensem. secundò limitat prædicta post alios Cassa. in consu. Burgu. des droitez, Rubrica 4.num.4. fol. 134. nisi mulier transduxisset maritum in domum suam, quæ sequi uidetur Barba. in dicto consil. quarto, in fine, dum ponderat dictam legem exigere dotem, & Iaso.in l.cum quædam puella.ff.de iurisd.omn. iudi. in pri.tertiò hæc limitat Hieronymos Gratus in consilio 113.2. uolu. quando maritus tempore matrimonii contracti habitabat in domicilio uxoris, & etiam quando mulier ignorabat statutum, quod ultimum displicet Decio in d. consi.19. quia quando quis contrahit cum
3 aliquo, præsumitur scire conditionem † personæ, & maxime in matrimoniis, iurib. ibi per ipsum adductis, & fuit etiam notatum supra in deci.170.sed hic quæritur, de quo domicilio mariti prædicta intelligantur. Alex.in consi.101.ex inspe-
4 ctione 3.uolum.declarat † ꝙ de domicilio habitationis mariti, quæ etiam notant Moder. ibi in addi.qui citant Affli. hic, & per eundem Alex.in consi.4. eisis quæ subtiliter. 5. uolum. sed latius per Ias. in l.si arrogator, de adopti.num. 14. ubi per duas colu. disputat articulum, & firmat, ꝙ attendatur locus domicilii & non originis. Vbi etiam, ꝙ quando sunt bona in diuersis locis, & si tempore matrimonii maritus habeat unũ domicilium, & postea aliud acquisiuit quid, de quo etiam per Cassa.in consu.Burg.des droitez, Rubrica 4. nu. 5. vsq; 8. fol. 133.134. qui declarat, ꝙ quando maritus habet diuersa domi-
5 cilia, esset considerandum † ubi pro maiori parte domiciliũ facit. Quæ omnia non solum uidentur procedere in dote exigenda, quòd attendatur consuetudo loci mariti circa lu-
6 crum, sed etiam in dote disponenda per uxorem † prout firmat Bar.in l.cũctos populos i 11.col. nu.32.C.de summ.tri.& fi.

Ee catho.

catho. ibi Signo. & cæteri scri. ben. in illa q. quòd uir non pos-
sit vxori legare aliquid, vel econtra, quæ consuetudo cuius lo-
quatur in personam, & sit personæ fauorabilis, ne maritus, &
uxor mutuo nimio amore bonis se spolient, extenditur ad bo-
na etiam extra territorium secundum Bart & scribentes in d.
loco, consuluit Roma. in consi. 39. in præposita quæstione no-
biles, de quo etiam per Alex. in consi. 41. 5. uol. ubi is quæ subti-
liter, col. 2. qui ait, quòd quando statutum loquitur in perso-
nam, & est fauorabile ei, ligare in omni loco, uel si exprimatur
illud per statuentes, cum quo conueniunt Moder. in addi. in
consi. Deci. 359. in causa donnoi. a quibus etiam non uidetur
dissentire Neap. noster in consue. Neap. pupillus. in uerbo bo
na, dum prope finem concludit, quod cives, & habitantes
7 Neap. possunt † per instrumenta curialisca contrahere etiam
de reb. existentib. extra territorium Neap. quia consuetudo
illa loquens de instrumentis curialiscis non est imposita re-
bus sed personis. And. in c. 1. in prin. in ultimis uerbis, de cap.
Corra. qui dicit, ꝙ potest qui facere leges subditis suis etiam
extra fines regni: quia potest iubere eos iudicare l. fi. ff. de offi.
præfe. vrbis &c. quæ sunt notabilia ad intellectum consue. si
8 qua moriens. in titulo de muliere habente liberos † quod ip-
sa de dote disponat de decem partibus unam, quæ consuetu-
do secundum ista uidetur loqui in personam, & sic traherε-
tur ad bona extra territorium, quæ etiam si uera sunt, uendica
rent sibi locum etiam in consuet. & si testator. & consuet. sed
si aliquis. in tit. de succ. ex testa. in quib. prohibetur quis ha-
bens liberos, uel non habẽs de bonis paternis & antiquis ultra
medietatem disponere, & hanc opinionem sequi etiam uide-
tur Cassa. in consuet. Burg. des successiones, Rubr. 7. num. 11.
fol. 279. ubi se remittit ad consilium Soci. 36. & licet referat
Alex. in consi. 16. 1. uolu. tenere contrarium, & sic esse magis
communem, & istud indistincte siue statutum loquatur in rẽ,
siue in personam, quòd non extendatur ad bona extra terri-
torium, tenet Gozadinus in consi. 49. circa principium. sequun-
tur Moderni in addi. ad dictum consilium Alexan. 16. 1. lib. &
Ias. in consi. 194. 2. uol. in odiosis Aym. in consi. 171. vel ba sta
tuti. Ruinus in consi. 195. 2. uol. qui dicit etiam tale statutum
non comprehendere clericum. Quid dicendum? Mihi uide-
tur totum istud deponere a prædictis, utrum istæ consuetudi-
nes quæ prohibent has personas disponere de bonis sint fauo-
rabiles uel odiosæ, quòd sint fauorabiles, faciunt quæ adducit
9 Alex. in d. consi. 41. 5. uol. ubi dicit † quòd quando prohibitio
est inducta in fauorem & utilitatem ciuium habitantium, ne
bona possint alienari, quod sint fauorabiles, istud idem Cur-
tius Senior in consi. 9. Tremensi. col. 5. circa finem. sed clarius
in terminis q. Bar in d. l. cunctos populos. in consi. 11. col. 2. in
medio, in uerbo, secundo me mouet. & in consi. 81. recte præ-
fatus. col. 3. qui dicit, quod dictum statutum, quò d bona con-
seruentur in familia & agnatione, fauorabile est istud et Affl.
in const. reg. in aliquib. nu. 10. & in specie Parisi. in consi. 16. ui
detur prima facie. 3. uolum. loquens in statuto prædicto prohi
bente uxorem testari quod sit fauorabile, ea inter alia ratio-
ne ut bona conseruentur in agnatione, sed contra hæc insur-
git Deci. in consi. 13. nu. 7. quod statutum admittens agnatos,
excludens fœminas licèt fiat ut bona conseruentur in familia,
vt supra, fore odiosum. Vbi etiam Moder. in addi. qui citant et
Deci. in l. si quis nec causam, & nonnulla alia. ff. si cer. pe. quod
etiam affirmat in consi. Alex. 141. nu. 9. lib. 7. & istud clarius
testatur Deci. in consi. 196. in casu proposito, quod statutum
10 prædictum † quòd maritus non possit legare uxori sit odio-
sum, mouetur ex d. consi. Alex. 41. qui hoc non dicit, immò vi
contrarium innuere. istud etiam ꝙ sit odiosum, sequitur Dec.
in cons. 314. pro resolutione. nu. 6. loquens in filia exclusa a sta
tuto propter masculos, ꝙ non extendatur ad bona extra terri-
torium statuentium. inter illas tantas contrarietates inter hos
patres ego minimus dicerem saluo saniori cõsi. unà cum Affl.
nostro in d. consti. reg. in aliquibus, statuta prædicta prohiben-
tia relinquere uel disponere nisi de certa quantitate, uel exclu-
11 dentia filias a successione fore odiosa † & fauorabilia: odio-
sa ex parte personæ prohibitæ disponere & succedere, cum sit,
ꝙ de iure habeat, disponat testator & fiat lex. in auth. de nup.
§. disponat. & in l. 1. de sacros. eccl. vbi tex. inquit. nil est enim
quod magis hominibus debeatur, nisi ꝙ ultimæ uoluntatis li-
ber sit stilus &c. & fauorabilia in personas illorum quibus bo-
na ipsa transferuntur conseruanda in ipsa agnatione, & quia
quando statutum continet fauorem ex persona unius & odiũ
ex persona alterius, & odium est rationabile: tunc. n. subiectum
fauorabile habetur, ideo fit extensio. sed contra ista uidetur fa
cere quæ uoluit Neap. in d. consue. iud. pupillus. in dicto ver-
bo bona, dum ait, quando ii, qui statuunt, exprimunt, de bonis
12 † super eis statuendo, ꝙ tunc consuetudo non extenditur, qđ
latius uoluit Ay. in cõs. 30. in contractu. nu. 4. & 6. Vbi inter a-
lia dicit, ꝙ etiam quando consuetudo disponit super contra-
ctibus. videlicet, ꝙ de acquisitis inter maritum & uxorem fiat
cõicatio, non extendi extra territorium. Vbi etiam quòd om-
nis recessus a iure communi dicatur odiosus. Vbi plus uoluit,
ꝙ quando consuetudo disponit principaliter circa bona, non
fit distinctio, an fauorabilis uel odiosa, sed cum hæ consuetu-
dines uideantur disponere de bonis, prohibendo quem de his
testari. igitur &c. sed ad ista põt responderi ex cons. eiusdem
Ay. 118. in hac causa. per totum max. nu. 9. & 10. qui declarat,
consuetudines istas prohibentes aliquẽ testari, ut bona conser
uentur in familia esse fauorabiles: ut bona deueniant ad ue-
nientes ab intestato, loquens quasi ad litteram nostrarum con
suetudinum, & concludit modo quo supra, ꝙ quando consue
tudo continet odium & fauorem, ꝙ tantum consideretur fa-
uor illorum, pro quibus fuit consuetudo inducta, citat Crot.
in l. omnes populi. de iust. & iure, col. 46. in uerbo ultima cõcl.
& Dec. in l. venia de in ius voc. col. 2. ad fin. cum quibus latius
conuenit Rub. Alex. in cons. 16. & 45. & nonnulla pro his etiã
cumulat Tiraq. in præfatione rectra. fol. 9. num. 50. propterea
uidetur concludendum ut supra, quæ omnia si placent uolo ꝙ
non intelligas in successionibus ab intestato, ex quo consuetu-
dines ipsæ loquentes de successionibus ab intestato principa-
liter disponunt de bonis, prout affirmat Neap. in prima con-
sue. de succe. ab intesta. in uerbo facultatem, & latius in d. con-
suetu. pupillus. in uerbo bona, & propterea non fit extensio ad
bona extra districtum, & ita fuit iudicatũ in mag. curia Vica.
prout fuit notatum supra in dec. 178. circa fi. Cas., Vrsil.

DECISIO CCXXVII.

De officio delegati.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio delegata non est prorogabilis ad personas non expressas.*
2 *Annexa veniunt in delegata iurisdictione.*
Citatio est de annexis ad litem.
Venditor in foro emptoris debet emptorem defendere.
3 *Ius exorbitans ratione connexitatis extenditur.*

Quidam nobilis agit petitorio & possessorio cõ
tra quendam tenentem & possidentem quan-
dam rem stabilem, & imperauit iudicẽ de
legatum à Rege. Citatur ille possessor, comparet &
laudat auctorem suum, & idem iudex delegatus
citat illum auctorem laudatum, qui non est no-
minatus in rescripto delegatorio. ille auctor lauda
1 tus est contumax. † Fuit dubitatum, vtrum iudex
delegatus prædictus potuit citare illum auctorem
non nominatum in rescripto. Videbatur dicendũ,
ꝙ non, per c. P. & G. de offi. deleg. vbi Iurisdictio
delegata non est prorogabilis ad personas non ex-
pressas, in tantum, ꝙ si est impetratum contra Ti-
tium, qui tempore impetrationis erat mortuus, nõ
transit in eius successorem, vt in l. Neratius. ff. de
reg. iur. not. Abb. in c. significauit. de rescript. in
2 fin. Tamen in contrarium fuit decisum, † videlicet
ꝙ iudex delegatus in dicta causa potuit citare illũ
auctorem laudatum non nominatum in rescripto
vel supplicatione; quia hoc venit in consequentia
primæ litis. & sic hęc citatio est de annexis ad di-
ctam litem, secundum Pau. de Cast. in l. venditor.
ff. de iudiciis. hoc etiam voluit Abb. Sicu. in d. c. P.
& G. & ꝙ hoc in consequentiã videtur sibi cõmis
sum. probatur in l. 1. C. vbi in rem actio, uenditor
in foro emptoris debet emptorem defendere, ad
idem l. venditor. ff. de iudic. & licèt do. Abb. in lo-
co præallegato dubitauit de hoc, tamen Andr.
Barba. ibi dicit istam decisionem esse uerissimam,

3 ex eo: † quia ratione connexitatis extenditur ius ex orbitans, vt in lege secunda. C. de consorti. eiusdẽ litis. & in Clem. si religiosus. de procurat. quòd not. in c. fin. de postu. facit c. prudentia. §. sexta. eodem ti. de offi. deleg. vbi fit extensio ratione accessorii ex iuris dispositione. & ibi allegat alia similia. & ideo quia constabat, quòd tenebatur de euictione, fuit condẽnatus, ut breui manu fiat executio contra eum iuxta formam Regiæ progmaticæ Regis Ferdinandi primi.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXXVII.

1 *Delegatus inter Petrum & Ioannem potest citare, & condemnare auctorem laudatum.*

2 *Rescriptum ad certum genus personarum ad alias personas licèt non se extendat, tamen quando certo modo alias personas tangit, in illas, etiam habet suas uires: quia de connexis idem iudicium, & notatur casus in facto.*

1 Habetur, q iudex delegatus in causa forte † inter Petrũ & Ioã. valebit citare, & exinde condemnare auctorem laudatum, contiuent Fel. in d. c. P. & G. qui in hoc subiecto facit regulam, & mox tradit sex limitationes, & inter alia secunda limitatio facit ad huius rei propositum dum ex dictis scriben. inquit, q licèt rescriptum ad certum genus personarum
2 non extendatur ad alias personas; tamen † quando quodmodo eas tangit, habet suas uires, cum quib. conuenium ea quæ fuerunt tradita supra in dec. 32. q iudex delegatus in causa inter duorum circa petitionem debiti faciat ipsa pignora restituere, & similiter signata supra in dec. 213. quòd de connexis idẽ sit iudicium, & ultra approbat ista Hyp. in sing. 491. & connexorum: & in l. 1. §. diuus Adrianus. §. denique. de quæst. a xcd. in uerbo, & horum ratio est. Volunt etiam, Maran. in suo Spec. fol. 2. & num. 9. col. 4. & per hæc obtinui in quadam causa in sacro consil. quorundam de insula Liparis de domo Matacha. q licèt rescriptum domini tunc pro regis traderet commissionem Capitaneo Liparis, q ualeret astringere quosdam debitores tendentes uirtute cuiusdam instrumenti donationis ad instantiam dicti impetratis dictum memoriale siue rescriptum tantum, quòd alii siue aliæ personæ prætendentes, ne fieret solutio huic, qui obtinuerat illud rescriptum cognitionis, debebant comparere in iudicio, prædicto modo contradictos debitores prætendentes & eorum iura demonstrare circa inualiditatem donationis ab alio factæ contra dictos debitores, & hoc quamuis Capitaneus prædictus Liparis non haberet aliã iurisdictionem in prædictis nisi uirtute dicti rescripti, & ita fuit determinatum referente domino Thoma Grammatico anno 1552. actuarius Volarus, Cæl. Vrsil.

DECISIO CCXXVIII.

De hereditatis possessione data contra possidentem titulo.

SVMMARIVM.

1 *Hereditatis petiti, & quando detur contra titulo possidentem.*

2 *Titulus nullus habetur pro nõ titulo.*

Qvidam egit petitione hereditatis contra Quentum, qui opponit, q ipse possidet cum ti-
1 tulo, † petitio hereditatis non datur contra titulo possidentem, vt in l. regulariter. ff. de petit. here. & not. in l. hereditatis. C. eod. tit. & ibi Bar. ponit rationem, quare petitio hereditatis non datur contra titu. possidentem, & est tex. in l. hereditatẽ. C. in quibus cau. cessat longi tempo. prescrip.

Fuit determinatum in Consilio, q ex quo repertum est, quòd ille titulus donationis fuit quæsitus post mortem illius, de cuius hæreditate agitur, quòd petito hæreditatis datur contra possidentem
a titulo [a] quæsito post mortem illius, de cuius hereditate agitur, ut bene firmat hoc Pau. de Cast. in cons. 6. idem quando ille titulus fuisset quæsitus ante mortem eius de cuius hæreditate agitur &
2 fuisset nullus † tunc titulus nullus habetur pro non titulo, vt in l. nec vllam. ff. de petit. hæred. & si titulus fuisset quæsitus uiuo defuncto, de cuius hereditate agitur, & esset ualidus, tunc petitio hæreditatis non datur cõtra titulo valido possidentem, ita Bal. in l. fina. 11. op. C. de edict. diui. & ibi Pau. de Cast. in dicto consilio, & Bart. ibi l. etiam. §. si quis sciens. ff. de petit. hæred.

ADDITIO.

a *Possidentem titulo.*) Petitio hæreditatis datur contra titulo possidentem. in contrarium tenet Alex. conf. 189. in 5. vol. cum seq. Thomas. Gramma.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXXVIII.

1 *Petitio hereditatis quando datur contra titulo possidentem, distingue ut hic.*

2 *Possidens pro herede & possessore si rem alienat, an ualeat emptorem conuenire petitione hæreditatis, q sic uide hic contra Bart.*

3 *Titulus nullus habetur pro non titulo, & non excludit agentem petitione hæreditatis, & q de actibus nullis nulla ratio habeatur.*

4 *Paris sunt titulum non habere, & inutilem. malus prælatus non est prælatus.*

5 *Papa illegitime electus non est Papa, sed diabolus, non habet claues cæli sed inferni.*

6 *Papa si res ecclesiæ vult consumere & dare consanguineis, an mortaliter peccet.*

1 Affl. hic, vt cernis indistincte comprobat † petitionem hæreditatis non dari contra titulo possidentem, acquisito post mortem defuncti, nec distinguit, si titulus fuisset acquisitus ab eo, qui non poterat conueniri petitione hæreditatis vel ne: ideo tu dicas contra hunc, qui acquisiuit titulum post mortem defuncti ab eo, qui non poterat conueniri petitione hæreditatis, ipsam petitionem hæreditatis nõ concedi, prout firmat Are. in Inst. de actio. §. actionum autem, circa finem. & in §. quadrupli, & in §. Sed istæ. illud etiam comprobat Alex. 5. volu. consilio 183. Viso puncto & 184 uiso processu ubi ait, ita se habere communem opinionem, declaratque, an petitio hæreditatis concurrat cum publiciana, quod etiam sequitur Corta in verbo hæreditatis petitio, idem Alex. in l. fi. C. de edicto diui Adr. tollen. circa finem. sed contra ista, quòd petitio hæreditatis non detur contra titulo possidentem, acquisito post mortem defuncti indistincte facit doct. Bar. l. 2. §. opus, de ali.
2 iudi. mut. causa, ubi ait, quod quamuis possidentem † pro hærede & possessore possum conuenire petitione hæreditatis, quòd tamen si iste alienat rem, non possum emptorem conuenire dicto iudicio petitionis hæreditatis ea ratione: quia hic habet titulum & possessionem, sed hæres habet possessionem, uel titulum defuncti tantum, igitur non præfertur d. l. quitem. §. dubbius. ff. de publi. cum aliis adductis supra in decisi. 40. sed dominus Iason in d. §. actionum autem, nume. 240. inquit, quòd si hic alienasset, dolo posse conuenire illum, qui habet causam ab eo, petitione hæreditatis, quasi dolo desierit possidere. quæ responsio non tollit difficultatem: quia quando probaretur, hunc dolo desiisse possidere. item quando pro-

 curasset

curasset titulum, ut fuit notatum in d. decisione 40. Sebastia-
nus autem Sapia in d.l.fin. in fine.C.de edi.diui Adri.tolle.ali-
ter respondet, quòd possessio huius, qui habet causam ab isto
vitioso possessore, qui possidet, & non allegat titulum, eū non
opitulari, & aliter non respondet dictæ doctrinæ Bar. sed tan-
tum dicit cogita. sed amantissime lector pro resolutione hu-
ius dubii & responsiona ad dictam doctrinam Bart. inspicias
Ias. in l.prima.C. de inofficio.testamen.qui ait, Bar. quatenus
velit hunc possidentem cum titulo habito ab eo qui poterat
conueniri petitione hæreditatis excludere illum hæredem a-
gentem petitione hæreditatis, non fore bene loquutum: nam
hic non debet esse melioris conditionis quàm auctor suus, qui
non poterat hac hæreditatis petitione conueniri, & contra
ipsummet Barto.adducit doctrinam eiusdem, uolentis con-
trarium in l.cogi. ad fi.C.de petitio. hære. & consilium suum
septimum, ubi contrarium de iure firmauit, ubi etiàm intue-
re nonnullas limitationes melius quàm alibi legeris, in qui-
bus petitio hæreditatis datur contra titulo possidentem. &
3 da hoc subiecto † quòd titulus nullus nullius momenti siua
cconsiderationis habeatur, & non caoset exclusionem peti-
tionis hæreditatis, foot concorda. ultra Andre. in cap.primo.
§. præterea, numero 15. quæ sit prima cau. bene. ami. in illa
quæstio. quòd existente primogenito rebelli & inutili in uita
patris, quòd faciat locum secundogenito, quando iure Fran-
corum, notat Alexan. in consil. 77. uisis dubitationibus, ter-
tio uolum. ubi de offendente nulliter bannitum, φ non excusè
tur, uoluit Falin. in cap. ex tenore, num. 9. de rescrip. hic Afflic.
in const. regni inter multa, Cotta in uerbo uidua. ubi mul-
ta coaceruat ad gloss. in l. ultima, in uerbo orbitates. C. ad
4 l.flauiam de plagia quæ ait, parem rem † esse mulieri uirum
non habere & inutilem, ad qua conuenit tex. in cap. factus. 7.
quæstio. prima. ubi habetur, quòd malus prælatus non est
5 prælatus. & dicit idem Cotta in uerbo Papa † ipsum illegiti-
mæ creatum apostatam & diabolum, cap. 2. 79. distinct. non ha
bere proinde claues cœli sed inferni, citat Bal. qui hoc dicit
in l. ultima, secundū nota. C. sent. resci. non posse. qui etiam
6 ait, si vult consumere res ecclesiæ & dare † consanguineis,
mortaliter peccare, Arch. in canon licet Papæ, in 12. quæst. se-
cunda. sunt de prædictis etiam annotat. supra in decis. 119. &
infra in decisione 271. 289. & 366. circa finem. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCXXIX.

De quæstione falsi incidenter cadente in causa ciuili.

SUMMARIUM.

1 *Falsum incidens an faciat supersedere in causa ciuili.*
2 *Accusatori nimium se arctanti imputandum.*
3 *Limitatio ad legem fi. C. de ordi. cogni.*
4 *Testes plures in una accusatione de falso possunt accusare.*

SAepe & sæpius euenit, quòd pendente causa
ciuili in sacro cōsilio accusat testes aliqui exa-
minati in dicta causa ciuili de falso principali.
qui eos produxit in Magna curia Vicariæ, & pro
parte accusatoris petitur in sacro Consilio, quòd
pendente dicta causa falsitatis non procedatur in
1 causa ciuili. † Dubitatur an pendente dicta causa
falsitatis sit supersedendum in causa ciuili. Fuit
per me ostensus Tancredus in sua compendiosa,
in titu. de iudiciis, in 10. q. qui tenet, φ ista causa
falsitatis est præiudicialis ad causam ciuilem. &
ideò debet supersederi in causa ciuili, per l.fi.C.de
ordi.iudi. & bene examinatur illa quæstio in l. 1.
C. qui accu. non pos. per Cy. & Bal. & dicit gl. &
Andr. de Iser. in constitut. Regni, si ciuiliter agens,
per dictam constitu. est correcta. d.l. 2. quia in Re-
gno pariter procedi potest super utraque causa.

Dicebant alii Domini, φ in hac quæstione est
sic distinguendum, Aut nomen receptum est in-
ter reos, id est, quòd sit lis contestata, & nō liquet
de causa, nec est causa conclusa, & tunc debet in
ciuili supersederi. Si verò liquet de causa, & est cō
clusum in causa ciuili, tunc per accusationem præ
dictam non debet supersederi in causa ciuili, ut in
l. neganda. C. qui accu. non pos. & dicebant dicti
Domini, φ ita dicit Bart. in l. is qui reus. in fi. ff. de
publ. iudiciis, licèt Bal. contrà in l. si quis testibus.
2 C. de testi. † quia imputandum est dicto accusa-
tori, qui nimium se arctauit, vt in l. 2. §. si quis. ff.
si quis cautio. Item quia vbi dicto accusatori po-
test negligentia, vel mora imputari, tunc per ac-
cusationem falsi prædictam non supersedetur in
causa ciuili, & hoc dicunt voluisse Cy. in d.l. 1. vlt.
quæstione. C. qui accus. non pos. arg. l. petendæ. C.
de temp. in integ. rest. & de temp. app. l. nemo. &
hoc tenet Salic. in l. si ducueris. C. de fals. Io. And.
in loco infrà allegando. do. Ant de Alex. & d. Ant.
de Baldaxi. subdebant aliam distinctionem, φ ubi
non potest mora, vel negligentia imputari, aut ius
totius causæ consistit in illis testibus accusatis de
falso, & tunc debet supersederi in causa ciuili, &
hoc per duas authoritates coniunctas, videlicet,
per id quod dicit Bal. in l. fi. C. de fide instru. & per
id quod dicunt Cyn. Richardus & Bal. in d.l. 1. C.
qui accu. non pos. & per id quod dicit Abb. Sic. in
1. uol. consi. 16. in can præsenti q. fratrum &c. &
sic intelligitur, quod dicit Bart. in l. si testamentū.
3 ff. de peti. hæ. † quòd si accusatur principalis, & te-
stis debet supersederi. & ad hoc faciunt omnia iu-
ra, quæ allegat Pet. de Anch. in cons. 61. incip. du-
plici respectu. Si verò ius totius causæ non cōsistit
in illis testibus accusatus, sed tantùm adminicula
tur in causa, & tunc non supersedetur in causa ci-
uili, vt dicit glos. 6. q. 1. in summa. & ita limitatur d.
l. fi. C. de ordin. cognitio. & sic intelligitur d. gl. in
dicta consti. Si ciuiliter. Et licèt istud dubium tan
gatur diffusè in d. l. 1. C. qui accus. non pos. & in
locis præalleg. & per Ale. in apostil. in l. 2. ff. vi bo-
no. rap. & in l. quod ait, §. quod ait. ff. de adul. &
per Ioan. And. in rubr. de crimine falsi, in addit.
Specu. vbi se remittit ad additionem suam, quam
posuit Specul. in tit. de offi. deleg. §. restat. in addit.
quæ incipit. Oldra. in sua disputatione, versic. &
quia &c. Tamen in dicto casu sic præposito in Cō
silio Regio, vbi fuerunt vndecim doctores Consi-
liarii. ita fuit conclusum vt suprà. ac approbata
4 sententia Ang. † quòd plures testes in una accusa-
tione possunt accusari de falso, ut ipse concludit
in l. hos accusare. §. lege Iul. ff. de adc. & Io. de Ana.
in c. 2. eo. tit. Et dicebat do. Andr. Maric. vnus ex di
ctis regis consiliariis, φ cum ista distinc. de qua su
prà fuit aliàs deliberatum in Consilio Regio Fer-
dinandi primi in causa castrorum Cogliani &
Sinerchiæ inter Rogerium de Icsualo, & eius uxo
rem ex vna, & Amelium de Cinerchia ex altera.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXXIX.

1 *Quòd non supersedeatur in causa principali accusatis te-*
stibus de falso, quando totum ius causa non consistet in
testibus, quod an hodie procedat virtute regia prag-
matica.
2 *In causa criminali ubi veniret pœna mortis vel membri*
abscissio, an supersedeatur accusatis testibus de falso, ubi
traditur cautela ad differendum iudicium mortis, quòd
accusentur testes de falso.

Cum

CVm hac decisione, quòd non super sedatur in causa principali accusatis testibus de falso, quando totum ius causæ
1 non consistit in testibus, conuenit Capi. in † decisione 25. idem Gramma. in dec. 66. Loffredus in consil. 6. idem Afflict. in con. sti. regni, si quis aliter agens, in glo. prima, circa finem, Abbas in consilio 26. in præsenti, numero 5. 6. 2. volum. ubi istud ait, quòd non supersedeatur per dictam testium accusationem de falso de ipsa causa principali, quando ad effectum iacturæ causæ hæc accusatio fieret. sed rogo aduertas quòd in prædictis nostris temporibus istud est diffinitum per Regiam pragmaticā regis Caroli, cuius est initium, Raimundus. fol. 12. siquidem nostro in libro, quæ dictat, in quacunque parte iudicij emerserit ista quæstio falsi, per eam non impediri cursus causæ principalis, sed in utraque procedi, & si prius fuerit determinata causa principalis, quàm ipsa causa falsitatis exequi posse sententiam ipsam cum cautione de restituendo &c. & istud etiam, quòd falsitas allegaretur ex eisdē actis, ut inquit prag-
2 matica ipsa, † quæ omnia si quidem mihi intelligenda uidentur in causis ciuilibus, secus in criminalibus, ubi ueniret pœna mortis, uel corporis debilitatio, seu ipsius cruciatus, etiam tunc nullatenus sententia ipsa ueniret exequēda, pendente huiusmodi causa falsitatis, & hoc maxime si ius causæ ipsum consisteret in testib. ipsis, prout ista late testatur Andr. in subiecto executionis faciendæ per iudicem laicum inuocato brachio per ecclesiam in cap. primo, columna ultima, num. 25. in uer. & quid si iudex, de contro. inter uas. & alium de uen. & Albericus in l. prima. C. si ex fal. instru. Ange. in suo tracta. malefic. in uerbo inchoata & facta, numero 18. ubi etiam declarat ista August. in addit. fol. 92. sequitur Aymo in consilio 280. in quæstione, numero primo, qui citat Afflict. supra in decisione 103. explanans nonnullos alios casus, in quibus propter causam præiudicialem, supersederi faciat, quæ pro cautela tradidit Cœpol. in cau. secunda, in fine, ut possit differri contra reum condemnatum iudic. seu mauis sententia executionis mortis. ubi etiam alios modos de hoc explanat, a quibus cautelis Deus omnem hominem bonum liberet, quod his non indigeat. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCXXX.

De clerico falsum deponente coram iudice seculari.

SVMMARIVM.

1 *Clericus falsum coram iudice laico deponens, qualiter & per quem puniendus.*
Intellectus ad l. nullum. C. de testibus.
2 *Clericus delinquendum quem sequitur forum.*
3 *Index causa ciuilis non potest criminaliter procedere.*
Opinio quæ magis adhæret conscientia tenenda.
4 *Conscientia didicit maledicta contemnere.*
Usurpare iura nemo debet alterius.

1 FVit per relatorē causæ dubitatum, † si clericus deposuit falsum corā iudice seculari, qualiter sit contra eum procedendum per iudicem secularem, fuit dictum, quòd super isto dubio sunt tres opiniones. Prima fuit opin. gloss. in l. nullum. C. de testibus. quæ uult, quòd iudex laicus potest punire testem clericum falsum deponentem coràm se. Et istam opinionem secuti sunt Cyn. Bald. & Salic. ibi. Secunda fuit opinio Host. videlicet, quòd d. l. nullum, non astringit clericos. & sic iudex laicus nec principaliter, nec incidenter poterit punire testem clericum deponentem falsum coram se. & pro ista opinione allegatur tex. in authen. statuimus. C. de epi. & cle. ubi dicitur, statuimus, ut nullus ecclesiasticam personam in ciuili vel criminali trahere ad iudicium seculare præsumat. concordat. c. si diligenti. de fo. compe. hanc opin. secuti sunt do. Ant. de Butr. post Inno. & Io. And. in c. verum. de foro comp. & Io. And. in c. at si clerici. de iudiciis, & communiter Canonistæ in c. dilectus filius. de pœnis. & in ca. 2. de crimine falsi. & ibi per Ioann. de Anan. post alios.
2 † Nec obst. id quod dicitur, quòd clericus delinquendo sequitur forum in loco delicti, quia intelligitur de foro ecclesiastico, & non de foro iudicis laici, ut in c. dilecti. de foro competenti. hanc opinionē Canonistarū secutus fuit Bart. in l. diuus ff. de fals. facit bonus text. in auth. de testibus. §. & licet. vbi ille iudex potest punire falsum testem, qui habet authoritatem super eum. hoc etiam tenet Arch. 5. q. 6. c. presbyteri. & Petr. de Ancha. in l. quoties. C. de iudic. Tertia fuit opinio Feder. de Senis in cōs. 93. incipiente, factum tale est. ubi voluit, quòd iudex secularis non ad accusationem partis, sed ex officio extraordinariè in pecunia vel contra fideiussores potest punire clericum. Sed extraordinariè & per uiam accusationis non potest, sed debet remittere ad episcopum suum. hanc opinio. dicit æquam esse Pet. de Anch. in regula, ea quæ. in 21. q. & eam tenet Ang. in d. l. quoties. C. de iud. & idē Ang. in l. si uacantia. C. de bonis uac. Bene facit, quod dicit Pet. de Anch. in cons. 172. inci. circa primum dubium, & c. ubi tenet, quòd iudex delegatus in causa ciuili beneficiali pro falsitate commissa coram eo potest punire iactura causæ, & imponere perpetuum silentium, & sic non ordinariè, sed extraordinariè, sed istud consilium parum facit, quia ille iudex erat ecclesiasticus, licèt causa
3 esset ciuilis, † quia iudex causæ ciuilis non potest criminaliter procedere, ut dicitur in dicto cōsilio. Quam opin. ex dicti tribus opi. elegerit sacrum Consilium, non possum cum ueritate decidere; quia uota erāt uaria, nec Viceprotonotarius strinxit Consiliarios ad uotandum, prout erat moris. Sed prout ego comprehendere potuit, domini de Consilio magis inclinabant in secundam opin. Et ex libero uoto meo concurro cum dictis doctoribus tenentibus opinionem Hosti quæ fuit secūda in ordine; quia illa est magis secura quò ad conscientiam. & ita uidetur inclinare Aret. in tractatu maleficio. in uerbo, falsario, & ibidem adiicio Augustini in duobus locis ibi, & dicit quòd in practica
4 ab opin. Bar. in d. l. diuus. la 2. non recedas. † Conscientia eum didicit maledicta contemnere, vt dicit Philosophus secundum Abb. in c. magnæ. 2. col. de uoto, quia, Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet, secundùm Virgilium. & alibi, Nolite tangere Christos meos, id est clericos, cum tota humana creatura diuisa sit in duas partes, scilicet in laicos, & clericos, vt in c. duo. 12. q. 1. & sic distinctos habet iudices. iura sunt vulgaria, ut in c. solitæ. de maio. & obe. & in toto ti. de fo. compe. & 96. dist. c. duo sunt, & nullus debet iura alterius vsurpare. 96. dist. c. cum ad uerum.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CCXXX.

1 *Clericus committens falsum testimonium coram indice laico quòd non possit ab eo puniri, immo hoc casu iudex ecclesiasticus potest inhibere iudici laico.*
2 *Publicatio bonorum debet fieri per iudicem clerici.*
3 *Iudex delegatus an possit testē falsum punire et torquere.*

4 *Testis falsus in causa capitali an possit pœna mortis affici.*

AFfl. hic ex dictis Dominorum colligit illos fuisse in secũ
5 da opinione Hostien. † quòd clericus omittens falsum
testimonium coram iudice laico non possit ab eò puniri, cum
qua opinione conuenit And. in cap. primo. §. de veteri. nume.
7. in §. qui testes sunt necessarii. dum dicit, quòd variatio cle
rici coram iudice seculari ei non præiudicat, cap. at si clerici.
de iudiciis. secus in minore 14. annorum doli capace, vt ibi
per eum. Bertachi. in suo tracta. què edidit de episcopo, quæst.
35. fol. 50. & si pro contraria opinione, quòd valeat per lai-
cum puniri, citet Lanfran. in cap. quoniam contra, in verbo
confessiones, de probat. & nonnullos alios scribentes huius
etiam opinionis, mox persistet in hac opinione, non posse per
laicum iudicem puniri, imo quod hoc casu episcopus valeat
inhibere iudice laico fortè procedenti, quod etiam attestatur
in suo vberrimo indice, in verbo falsarius, à quo nõ dissentit
Lucas à Penna in l. nullus. columne 2. C. de Vetera. libro 12.
2 Vbi etiam publicationem bonorum debere fieri † per iudicẽ
clerici. Capella Tolosa. 379. Guido Papa consilio quadrage-
simoquinto, numero 4. Capi. in decisione 5. numero 19. nulla
de Affl. facta mentione inquit clericum remitti debere, &
nonnullos etiam concordantes adducit, quod etiam fuit se-
quutus Sebastianus Ventius in suo tracta. nullita. fol. 80. nume
ro quinquagesimo, & Capra post Abb. & scribentes in c. licèt
ratio. de foro compet. Vbi limitet, nisi quis in alio loco fuisset
vsus testium depositionibus. Vbi etiam iste extendit ad in-
strumenta, quòd ibi quis puniatur, ubi falsè ipsa instrumen
ta confecit. sed iuxta hæc quæritur, an iudex delegatus possit
3 torquere † testem falsum, & punire. dubium faciunt duo iura
quæ adinuicem uidentur repugnare. uidelicet tex. dictæ l. nul-
lum. C. de testi. qui probat, quòd sic, & tex. l. diuus Pius. ff. de
falsis. qui dicit contrarium: tamen cõis resolutio est, quòd de
legatus non põt punire testem falsum pœne ordinaria dictæ
l. Corneliæ, & ita procedit tex. dictæ l. diuus. poterit tamen pu
niri pena extraordinaria, & sic transit tex. dictæ l. nullum, ita
hanc distinctionem comprobat Feli. & post ipsum Decius in
c. præterea, de testibus. refert & sequitur Sebastianus Sepia in
repe. l. fi. ff. de officio eius cui me. est iurisd. sed qualiter testis
4 falsum deponens possit puniri, quòd pœna mortis † quando
ex sua depositione aliquis fuisset condẽnatus ad mortem, imò
etiam quod si non fuisset condemnatus, debeat condemnari, si
in crimine capitali deposuerit, affirmet Guido Pepe in deci.
44. testis falso deponens. hoc idem in cons. 89. per tex. l. 1. ff. de
sicariis, in uerbo damnaretur. cõprobat Ias. in l. si duo patro-
ni. § si quis iurauerit, circa finem. ff. de iureiu. ubi etiam latè
exorditur, qualiter & quibus modis periurus puniri potest. Vl
tra tex. consti. regni eos qui scienter, & de prædictis est facta
per d. regem nostrum pragmatica quæ incipit. falsorum te-
stium, & declarat etiam ista ultra Ripa in ca. ex parte, de re-
scriptis. lo primo, quem uide. Cæl. Vrsilli.

·DECISIO CCXXXI.

Reuisionis materia.

SVMMARIVM.

1 *Reuisionis causa est ad instar causę appellationis.*
2 *Arresta parlamentorum non suspenduntur per recla-
mationem.*
3 *Reclamatio à reuisionali arresto non admittenda.*

DIcit regia pragmatica Regis Ferdinandi pri-
mi, ꝙ qui in causa principali nihil posuerit,
vel probauerit, cum in sententia condemnatus in
expensis, & condemnatus appellat, ꝙ non procedi
tur in causa appellationis, nisi prius reficiat ex-
1 pensas, ad quas fuit condemnatus, &c. † Fuit dubi-
tatum, utrum ista pragmatica habet locum in cau
sa reuisionis à sententia sacri Consilii, vt non au-
diatur in causa reuisionis, nisi prius refectis ex-
pensis, ad quas fuit condẽnatus in sententia sacri
Consilii, ex quo in prima instantia nihil posuit,
vel probauit. Dubium facit, quia causa reuisionis
est ad instar causæ appellationis, licèt in multis
inter se differant, ut patet in Specu. in tit. de sup-
plicatione. §. antepenultimo. Sed in contrarium
fuit decisum in Consilio, quòd dicta pragmatica
non habet locum in causa reuisionis à sententia
2 sacri Consilii. Est ratio; † quia sententia sacri Con-
silii non suspenditur per reclamationem, imò mã-
datur executioni non obstante reclamatione, vt in
l. j. C. de sen. pręfe. præt. & in auth. quę supplicatio.
C. de preci. imperato. offeren. & in authen. ut spon
sa. largi. §. illud. & notatur in c. suscitata. de in in-
teg. rest. præstita tamen fideiussoria cautione de re
stituenda executione in casu retractationis, vt in
dictis iuribus. non tamen fiet executio in expensis
contentis in prima sententia sacri Consilii, etiam
quòd nihil sit propositum uel probatum in prima
instantia. Et quando illa sententia confirmabitur,
3 tunc executio fiet in expensis. † Et ab illa sententia
lata in causa reclamationis non est licitum recla-
mare, nec admittitur, si reclamatur, ut in l. si quis.
C. de precib. Imperat. offeren. & in l. 1. C. ne liceat
in una eademq; causa tertiò prouocare, & sic sem
per obseruatum fuit.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXXXI.

1 *Sententia sacri consilii exequitur quò ad principale, secus
quò ad expensas, etiam quòd quis nil posuisset, vel pro-
basset in causa principali.*
2 *Quando dicitur de nullitate, sententia sacri consilii non e-
xequitur, & an aduersus tres sententias conformes
possit dici de nullitatibus euidenter.*
3 *Quando quis habet sententiam sacri consilii, ad hoc ut ha-
beat executionem, an satis sit iuratoria cautio, quando
non potest reperire fideiussores, & an pendente reclama
tione quis possit de persona capi.*
4 *Quando quis non habet bona, in quibus possit fieri satisfa-
ctio pro executione sententia sacri consilii, an sat sit, quòd
maneat carceratus: vt audiatur in causa reclamationis.*
5 *Exceptio satisfactionis in promptu an possit opponi aduer
sus executionem sententię sacri consilii.*
6 *Quando sententia sacri consilii in causa reclamationis
confirmatur, imponitur silentium, non auditur quis
vltra appellando.*
7 *Quando quis nil posuit vel probauit, & est condemnatus
ad expensas, an audiatur in causa appellationis, quando
est pauper, & expensas soluere non potest.*

EST conclusio, quòd sententia sacri consilii exequitur cum
cautione quoad principale non quoad expensas, etiam
1 ꝙ quis nil † posuisset uel probasset in causa principali, & sic
habetur limitatio ad Regiem pragmeticam. qui in causę, quę
vult quod qñ quis nil posuit vel probauit in causa principali,
& est condemnatus ad expensas, quòd non audietur appellan-
do, nisi prius refectis expensis, quòd non habeat locum, quan-
do quis prosequitur causam reclamationis à sententia sacri
consilii, & cum ista decisione, quòd sententia sacri cõsilii ha-
beat quoad principale executionem peratam, conuenit Gui-
2 do Papa in deci. 50. quia hæc. vbi etiam † quòd solum exce-
ptio nullitatis impedit executionem. Alex. in cons. 70. visis, ter
tio volumine, vbi quòd opponitur de nullitatibus euidenter.
Perisius in cons. 100. contractus, num. 82. sed iuxta hęc quę-
ritur, pone quòd non reperiatur cautio ista per hunc qui

petit

petit executionem sententiæ sacri consilii, an sufficiat dare
cautionem iuratoriam absque fideiussoribus. Guido Papa q
sic in deci. 189. circa materiam auct. sunt aliæ concord. quas
affert Tiraq. de prædictis in quibus sufficit iuratoria cautio
in retra. consangui. §. 1. in glo. 18. num. 49. fol. 112. in parua vl
tima impressione, sed an si non reperiantur bona pro execu-
tione sententiæ pendente reclamatione possit quis de perso-
na ca. dubium facit doctri. Pau. de Cast. in l. 4. §. condemnatū.
ff. de re iudi. in verbo prædicta vera. Vbi vult, quòd si non ob
stante nullitate sententiæ deberet fieri executio, ita demum
secundùm eum est facienda, quando deberet fieri in bonis, se
cus si in persona, quia tunc secus, nam irretractabilis & igno-
miniosa, sed dicas contrarium esse verum, prout cōsuluit De
cius in consilio 73. præstantissime doctor. qui multis modis
dat responsa dictæ doctrinæ Pauli, quę omittuntur studio bre
uitatis. sed vltra eum pro istis faciunt doct. Bart. in l. consenta
neum. C. quomodo, & quando iud. Hyp. sing. 398. dixi tibi.
idem in praxi. crimina. in fine, q creditor intentat vtrunque
remedium & personæ & captionis bonorum ex potestate ei-
dem attributa à suo debitore. bene verum, q ista non proce-
dunt in sententia sacri consilii in hoc casu: nam si quis non
4 existentibus bonis † pro executione sententiæ sacri consilii
fuisset carceratus, audiretur in causa ipsa reclamationis, sing.
Capi. in decisio. 169. sed iterum quæritur, an exceptio satisfa
5 ctionis in promptu † opponi possit aduersus dictam senten-
tiam sacri consilii, quòd sic idem Capic. in decisio. 52. sed tu
vide melius Decium in consilio 375. iuridicam, qui concor-
dantes affert. & de exceptione compensationis q possit etiā
opponi. fuit notatum supra in deci. 122 post eundem Capic
6 in decisione 167. sed in prædictis, si placet, volo † quòd ad
vnum animum applices: quia si sententia sacri consilii confir
metur, q quis vlterius non auditur reclamando, sed silentiū
imponitur. Guido Papa in alia decisione 345. sententia. fu-
sius autem inter reclamationem appellationem tradidit hic
auctor in præludiis consti. regni. in q. & sunt etiam annotatio
nes infra in decisione 340. sed iuxta hæc etiam quæritur, an
si quis in causa principali nil posset, nec probauit, in tantum
quòd non auditur, vt supra, in causa appellationis nisi solu-
tis expensis, ad quas fuit condemnatus, an si est valde pauper
in tantum quòd illas non possit soluere, audiatur in persecu-
tione appellationis, q sic. videtur facere doctri. Bal. in l. 2. §. si
7 quis inauditio. ff. si quis † cau. ubi ponit q. statuti cauentis, q
appellans debeat soluere certam gabellam, aliàs appellatio sit
deserta, & sic non auditur, si tamen propter paupertatem nō
potest soluere, non dicitur deserta, & sic auditur. refert &
sequitur Matthe. vltimo suo singu. & Cremen. in sing. 122. sta
tuto. quæ tanto magis sunt admittanda, ex quo pragmatica
refellit calumnias appellantium, & in causis ecclesiarum, mi-
norum, viduarum & misarabilium personarum vult rata cō-
munia obseruari &c. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCXXXII.

De remuntiatione hypothecę rei feudalis sine domini consensu.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio hypothecæ super feudis per creditorem feudatario, an teneat facta sine Regio assensu.*
Pactum omne est contractus etiam ordinatum ad distrahendum.
Contrahere prohibitus, an prohibitus sit distrahere.
2 *Liberatio est donatio.*
Remittere idem est quod donare.
3 *Commercium omne super feudis sine domini consensu est prohibitum.*
4 *Vinculum id soluere debet, quod ligauit.*
5 *Remissio iurium ad feudum dicitur donatio.*
6 *Alienatio feudi sine consensu domini quando teneat.*
7 *Remissio pignoris & hypothecæ non est probibita inter virum & vxorem.*
8 *Feudatarius non potest remittere minimum quid de feudo.*
9 *Refutatio non plus operatur, quàm carentia iuris à principio.*

Feudatarius habens feudum, quod alteri obliga
tum & hypothecatum pro certa pecuniarum
quantitate interueniente Regio assensu in forma
probante, uenit ad conuentionem cum dicto cre-
ditore, quòd dictus creditor dicto feudatario re-
nuntiet iuri hypothecæ, quàm habet super dicto
feudo, & super ista renuntiatione hypothecæ nul
1 lus interuenit assensus Regius. † Dubitatur, an talis
renuntiatio hypothecę super feudis valeat sine Re
gio assensu: Prima facie videbatur, quòd non sit va
lida, quia ista remissio hypothecæ facta dicto feu-
datorio est contractus, vt apparet ex instrumen-
tō, hinc est, quod dicit Bal. in rub. C. de pact. Om-
ne pactum est contractus, etiam si ad distrahen-
dum ordinetur, alleg. gl. ff. de act. & obli. l. 1.
Item quia prohibitus distrahere, secundùm
Bald. in dicta rub. Et idem Bal. in l. fi. in princ. C.
si tutor uel cura. inter. Et prohibitus contrahere,
est etiam prohibitus contrahere ad liberandum,
2 † quia liberatio donatio est, secundùm Bart. in l. si
unus. §. pactus 3. col. ff. de pact. per l. in ędibus. §. 1.
ff. de dona. cum simi. & tenet Barto. in l. si de certa.
C. de transact. etiam si remittatur hypotheca, ut
dicit Bart. in l. iubemus. C. ad Velle. & glos. in l. ff.
quib. mod. pign. vel hypo. solut. Item quia idem
est remittere quod donare. l. quinetiam. ff. de calū.
no. in c. veniens. lo 1. de testibus. Et uoluit Abb.
Sic. in consi. 82. incip. conditoris omnium postu-
lato suffragio, quanquam, & c. circa fi. in 1. vol.
3 † Præterea dicit text. in c. 1. de prohibi. feu. ali. per
Loth. q omne commercium super feudis est pro-
hibitum sine consensu domini. Sed sub prohibi-
tione commercii est etiam prohibitus contractus
resolutiuus obligationis feudi, quia per talem re-
solutionem fit commutatio de persona ad perso-
nam, quod non licet sine consensu domini, vt dicit
And. in l. Imperialem. in prin. de prohib. feudi. ali.
per Fede. nam verbum commercium, est generale
verbum comprehendens omnem contractum, vt
dicit glo. in l. ex hoc iure gentium. ff. de iustit. &
iur. & ideo dicit Ang. in consi. 262. inci. dictum sta
tutum, q magis lata est prohibitio commercii,
4 quàm prohibitio alienationis. † Præterea vnum
quodque vinculum, per quod ligatum est, eodem
vinculo debet dissolui, ut in l. nihil tam naturale.
ff. de reg. iur. Et ea solennitas quæ requiritur in cō
tractu, requiritur in distractu, ut not. in ca. cum
dilecti. de emp. & uend. Cùm eiusdem naturæ sit
distractus, prout contractus, secundùm Bar. in l.
& ideo. ff. de condict. fur.
Item ea solēnitas, quæ requiritur in conficien-
do, requiritur etiam in commutando, secundùm
Bart. in l. hæredes palam. §. 1. ff. de testa. sed in con
trahenda hypotheca super feudis requiritur re-
gius assensus, ut in consti. Regni, constitutionem
diuæ memorię. ergo & in remittendo hypothecā
inde text. in l. imperialem, præallegata, expressè
prohibet etiam distractus super re feudali. & idem
5 in c. 1. de prohi. feudi. ali. per Lotha. † Præterea do-
natio dicitur non solùm cum donatur feudum,
sed etiam quando remittuntur iura ad feudum,
ut dicit And. in constitutione Regni, præallegata,
constitutionem diuæ memoriæ. per l. quærebatur
ff. ad leg. Falc. & l. si mulier. ff. de condict. ob caus.
& l.

& l. magis puto. §. si pupillus. ff. de reb. eor. ergo
&c. Et pro ista parte bene facit dictum Bal. in l.
Iulianus. ff. de fund. dot. ubi dicit, quod ubi prohibe-
tur alicuius rei alienatio, prohibita est eius iuris
remissio. per illum text. & in l. 2. C. de au. præ. & l.
1. §. ait prætor. de his quæ in frau. credi. In contra-
6 rium dicebatur, quòd regula est in feudis, † quod licèt
feudum non possit alienari directè uel indirectè si
ne consensu domini, tamen in augmentum feudi
potest fieri alienatio feudi sine consensu domini,
ut dicit Andr. in c. 1. §. econtrario. de inuestit. de re
aliena facta. & in c. 1. an ille qui interfecit fratrem
domini sui. & in d. l. Imperialem, in princ. 10. col.
& in c. 1. §. fi. de capi. qui cur. uen. in add. & in l. 1.
§. præterea. de capi. Corra. creditor ergo renuntian-
do iuri hypothecæ, quam habet in feudo, feudata
rio, facit augumentum & utilitatem feudi, quia
eum liberat à dicta obligatione, ergo ualida est si-
ne assensu. Ideo dicit And. in dicta constit. Con-
7 stitutionem diuæ memoriæ. † quod alienationes tenet,
quando non præiudicant reipublicæ, nec ipsi do-
mino feudi. Et est ratio, quia non est alienatio, sed
potius consolidatio, hinc dicit tex. in l. si pignus. ff.
de his quæ in frau. credi. quod licèt sit prohibita do-
natio inter virum & uxorem, tamen remissio pi-
gnoris & hypothecæ non est prohibita, quia non
est donatio talis remissio. concordan. sunt ibi in
glos. & maximè tex. in l. 1. §. 1. & l. Lucius. ff. quib.
mod. pig. vel hypo. soluitur. vbi dicitur, quòd si est
prohibita donatio, non est prohibita remissio ob-
ligationis, do. Anto. de Alex. dicebat. feudatarius,
qui habet feudum, non potest remittere aliquod
8 ius feudale, † Imò redditum vnius gallinæ non po-
test remittere, ut dicit Andr. in dicta constitu-
tione, Constitutionem diuæ memoriæ. & sic intel-
ligitur omnia iura in contrarium allegata. Sed si
tertius, qui non possedit feudum, sed habet actio
nem ad feudum, quod ab alio possidetur, tunc ha-
bens istud ius potest liberare feudum ab illo iure
uel obligatione, & in hoc non requiritur assensus,
& dicebat quòd ita dicebat D. Bartholemæus de
Capua in quadam apostilla, quam ipse habebat in
libro suo in l. 4 §. fi. ff. de manu. uindi. per illũ text.
& hoc probatur per quandam literã Regis Caroli
secundi, quæ incipit, uniuersis præsentes literas in
specturis, & per quandam literam Regis Roberti,
9 vniuersis tenore præsentium. † Et per hoc facit, quod
non plus operatur refutatio, quàm carentia iuris
à principio, secundum Bal. in l. si mihi. ff. de seru.
rusti. prædio. & in ista ultima opi. remansit totum
Consilium, & sic fuit conclusum & deliberatum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXXXII.

1 *Tertius qui non possidet feudum quòd valeat remittere obligationem, siue hypothecam possessori feudi sine assensu.*

2 *Remissio pignoris valet inter personas prohibitas, quia non donatio, nam remanet obligata persona.*

3 *Cessio iurium licèt non subsistat, nisi quatenus appareat solutum tamen valet in fauorem possessoris, & quis eo casu non dicitur redemptor litium.*

4 *Pupillus valet stipulari in ipsius utilitatem sine tutoris auctoritate, & similiter absque mundualdo mulier stipulatur in sui fauorem.*

5 *Mandatarius potest facere actum, qui concernit meliorem modum, quàm sibi fuit mandatum, & valet argu. in mandatis à maioritate rationis.*

6 *Transactio de re ecclesiæ in ipsius utilitatem valet. itẽ quando ipsi ecclesiæ iura remittuntur, & remanet in possessione.*

7 *Usuarius an possit facere rem in qua habet usumfructũ meliorem contra domini voluntatem.*

8 *Quomodo procedat regula, quod tibi non nocet & mihi prodest, quod facere debes. ibi etiam, quòd vasallus remittit pactum de retrouendendo sine assensu.*

1 CVm hac dec. † quod tertius qui non possidet feudum & ha-
bet ipsum obligatum cum assensu, quod valeat ipsam obliga
tionem, siue hipothecam remittere possessoria absq; assensu,
conuenit d. Loffre. in suis para. feuda. fol. 57. col. 4. vbi late di-
scutit hunc articulum, & pro his inter alia postquam dat res-
ponsum in oppositum adductis citat tex. l. quòtiens. ff. ad Vel.
illud idem affirmat d. Marinus in suo tracta. de subfeu. in 36.
limit. ad consti. diuæ memoriæ. in quibus cessat reuocatio,
fol. 112. & similem distinctionem facit Capi. hæc approbans,
quando quis cedit liti & causæ possessori, in dec. 156. quòd
valeat absq; assensu. pro quib. vltra ipsos conueniunt, quod re-
2 missio pignoris valida sit inter personas prohibitas † ex quo
non donatio, cũ remaneat obligata persona principalis. Bart.
in l. 1. §. 1. ff. qui. mo. ius pign. vel hyp. solu. & item quod licet
aliàs cessio non sit valida, quando partim fit mediante pecu-
3 nia & sine † iuxta terminos l. per diuersas. & ab Anastasio. C.
mandati. quod tamen eius robur & efficaciam habeat, quando
fit possessori, & tunc non dicatur facta in fraudem litium re
dimendarum, prout affirmat glo. in d. l. per diuersas. in uerbo
ex his cessionib. item etiam & aliud, quia pupillus valet ad sui
4 vtilitatem † stipulari & acquirere absq; tutoris authoritate.
Inst. de auct. tut. in prin. & de inutil. stipu. in §. pupillus. quibus
non discrepant, quæ voluit Iaso. in l. si vnus. §. pactum. in 5.
col. ff. de pact. & in l. mutuum. ff. de acq. hær. idem Iaso. in l. Bar-
barius. col. fi. de officio præsi. in illa q. quod stante statuto quòd
mulier non possit contrahere sine mundualdo, quòd potest
facere contractus ad ipsius mulieris vtilitatem absque ipso
mundualdo, de quo etiam sunt annot. infra in deci. 2[illegible], & ea
quæ adducit Barb. in rub. de re. eccl. non alien. col. [illegible] quod qui non
potest facere actum facit ut supra, quatenus suam vtilitatem
5 concernat. item etiam illud † quod licet fines mandati diligenter
sint obseruandi. l. diligenter, cum simili. ff. mand. quod tamen mã-
datarius potest facere actum, qui concernit meliorem modũ
quàm ei mandatum fuit, de quo vltra illa quæ notaui. infra
in deci. 28[illegible] cumulat non pauca Ay[illegible] in cons. 274. in hac causa,
num. 9. vbi inquit, validum argumentũ à mente & maiorita-
te rationis, cum quibus etiam cócurrunt omnia adducta per
Dec. in cons. 474. Viso instrumento, in illa specie quæstionis
6 † quod licèt aliàs transactio de re stabili ecclesiæ non sit va-
lida, quando fit à prælato & capitulo sine assensu, quod tamẽ
obtineat, quando iura ecclesiæ remittuntur, vel quando ipsa
ecclesia remanet in possessione. citat inter cæteros Barto. in
l. nulli. de transactio. & Federicum de Senis in consilio nona-
gesimoquarto, de quibus ad aliud propositum fuit facta men
tio supra in decisione 168. sed contra illa & alia similia quæ
adduci possent videtur refragari doctrina Andr. in cap. 1. in fi.
7 an ille qui inter. fra. domi. qui per text. l. fin. ff. de † vsu, & ha-
bit. dicit, quòd vsuarius dicitur facere deteriorem conditio
nem domini mutando speciem in aliam formam & si me-
liorem contra ipsius voluntatem, pro quibus nonnulla Tira-
quell. in tracta. retract. consanguin. in præfatio. numero vigesi-
moquinto, folio 4 & latius folio 100. numero sexagesimoprì-
mo, cum sequen. in parua impressione. Vbi in illa quæstio. si
transactio valida sit in feudo absque assensu, si remanet feu-
dum possessori, & affirmat quòd non, quibusdam argumẽtis
meo iudicio leuib. facilis posset fieri responsio, vt lector ipse
inspicere potest, nam dicta per eum possent procedere, quãdo
de aliquo domini præiudicio posset tractari, aliàs secus: ve
sentit Aretin. in consilio 14. columna 7. vel hic speciem non
mutari, uel dictam l. fi. loqui in vsuario, qui satis minus ha-
bet in re quàm feudatarius, vt dicit And. in cap. 1. §. si quis de
manso. de contro. inuestitu. qui transmittit ad hæredes, & idẽ

in

in cap. 1. §. his consequenter. in fi. hic finitur lex quia habet utile dominium imponit seruitutem in re durante suo iure, prout sunt annot. infra in decisi. 380. vendidet fructus eius vita durante, ut infra in deci. 240. vltra q contra prædicta facit regula tex. l. 1. & ibi Bar. de met. lib. 11. de qua per doct. in l. a.
8 in fine principii, fol. maturismo. quod tibi † non nocet & mihi prodest, facere teneris, quæ saltem videntur procedere, quando cum augumento rei & personæ heret alienatio, quæ videntur vera, licet d. Camerar. aliter sentiet in l. imperialis, in littera b. fol. 6. de prohi. feu. alie. per Fed. qui citat And. in cap. 2. §. præterea, de cap. Corra. nu. 7. cōtra Affl. hic quem videas vnà cum notatis supra in decisi. 43. sed pro 1. opi. facit dictū eiusdem And. in c. imperialem. §. præterea si inter duos. 2. col. nu. 73. in fi. qui per tex. l. ut creditore. ff. de euict. dicit regulā esse, me posse facere in alieno quod mihi prodest & tibi non nocet. idem in rub. quæ sint rega. in fi. & q vasallus remittat pactum de retrouendendo sine assensu, affirmat hic auctor in d. consti. reg. diuæ memoriæ. col. 9. hoc idem Tira. in l. si unquam. in fi. retract. conuen. fol. 318. nu. 158. qui citat Affl. hic, & ponderat ipsum de se ipso ad seipsum contrarium in d. consti. regni diuæ memoriæ, quæ non procedunt respectu tertii concreditoris, oē ei non potest fieri remissio hypothecæ sine assensu, idem Came. qui dat exemplum in loco supra citato fol. 16. quod ego intelligerem, nisi hic creditor, cui heret remissio, forte possideret rationibus quibus supra, & vide infra in decisio. 286. nam secundum opinionem Camerarij videtur determinasse sacrum consilium, ut ibi notaui. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCXXXIII.

De confessione defuncti reuocanda per hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Heres an possit reuocare confessionem defuncti, & quando.* 3.

2 *Reuocatio non operatur effectum suum post concedentis mortem.*

3 *Hæres & defunctus pro una persona habentur.*

Limitatio ad legem, quæ à patre C. de testamen. mil.

Pater in quodam instrumento confessus fuit cū iuramento aliquid sic non esse enunciatiuè, eo mortuo filius & hæres in iudicio probat per veras probationes totum contrarium eius quod dixit
1 pater in dicto instrumento. † Quæritur, utrum dictus hæres posset dicere confessionem patris fuisse erroneam, & eam reuocare, sicut posset reuocare pater, si viueret. Bal. in l. erroc. in fin. C. de iur. & fact. igno. tangit istam quæstionem & dicit, casus est in l. non idcirco. eo. tit. Sed idem Bal. in l. 1. C. ex delict. defunct. in 3. col. dicit, quòd hęres potest reuocare confessionem defuncti, probando contrarium eius, quod defunctus fuit confessus, allegat not. ff. de appel. l. creditor. §. iussus. In contrariū facit l. fi. C. de reuo. dona. ubi ius reuocandi de sui natura non transit ad hæredem. ad. idem in c. fin. de donation. not. Bald. in l. cum antiquitas. C. de usufruc. in de dicit Alb. de Rosatis in l. digna uox.
2 C. de leg. † quòd reuocatio non operatur effectum suum post mortem cōcedentis. Ego pro decisione huius quæstionis vltra Bald. in d. l. 1. C. ex delictis defunct. allegaui Bald in l. Titia. §. Caius. ff. de leg. 2. Vbi dicit, q si sint verba negatiue prolata per modum abnegationis dominij, hæres potest probare contrarium. vnde si testator confitetur debitorem nihil debere, ista confessio præiudicat hę redib. testatoris, nisi hæredes probent cōtrarium.
3 Nam tunc præsumitur confessio erronea. † Omnes domini fuerunt in uoto, q talis confessio defuncti, eo q hæres per publicam scripturam probat contrarium, q potest ipsam reuocare, sicut posset defunctus, quia hæres & defunctus vna & eadem persona esse censetur, vt in auth. de iureiu. à mo. præst. §. 1. & quia hæres potest vti iure defuncti, ut in l. cùm quidam, §. fiscus. ff. de usuris. quod venit ad limita. l. quæ à patre. C. de test. mili. cum conc. & hęc decisio fuit in causa illorum de Mormilis de Neap.

ANNOTATIO IN DECISIONE CCXXXIII.

1 *Confessio erronea, non solum potest reuocari per principalem, sed per eius hæredem ex capite erroris.*

2 *Si testator fundauit aliquam suam intentionem super aliqua re hæredis, hæres qui non confecit inuentarium, non potest contrauenire, dicendo ipsum testatorem fuisse mentitum.*

3 *Sicut quis non potest allegare propriam turpitudinem, ita illius, cuius est hæres.*

4 *Fellonia non accusata per defunctum an possit per hæredem accusari.*

1 Quod confessio erronea † possit reuocari non solùm per illum, qui errauit, sed per eius hæredem, tenet Specu. in titu. de cōfessis. §. 2. Ias. in l. cum testium. C. de iuris & facti igno. ad quæ conueniunt illa quæ abundanter adducit Aymo in consi. 188. magnificus. nu. 9. cum seq. vbi de diuisione erronea facta quòd possit reuocari, & in consi. 221. emptores. num. 8. vbi declarat de generali quietatione erronea
2 etiam q possit reuocari, quod secus si hæres † non ex capite erroris valuisset venire, quia non posset. ita Bald. in consi. 88. dominus Thomas Asinarius, col. 2. lib. 2. vbi citando tex. l. cū res, cum ibi notatis. C. de probati. ait, si testator fundat aliquā suam intentionem super aliqua re hæredis, non potest hæres dicere, qui non confecit inuentarium, eum fuisse mentitum, de quo etiam per Aym. in consi. 265. de tribus. nu. 8. & 12. de de quo subiecto etiam per Ias. in l. iusiurandum. §. procura.
3 num. 5. de iureiur. vbi ample declarat † q sicut quis non potest allegare propriam turpitudinem. ita & illius cuius est hæres, secus si in ipsius damnum l. filios, & ibi Bart. C. de reuoc. his, quæ in frau. de quibus etiam per Cottam in memora. in verbo confessio, vbi etiam tractat de confessione iurata, & per Cassa. consue. Burg. des droictz rex. rub. 4. §. 7. nu 19. fol. 155. cum seq. vbi etiam de fellonia commissa & non accusata per
4 defunctum † vel delicto an valeat hæres improperare, de quibus etiam sunt anno. infra in deci. 255. 288. fuit aliquid tactū supra in deci. 83. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCXXXIIII.

De fideiussoribus de iudicio sisti.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de iudicio sisti ad quid teneatur.* 3.

2 *Intellectus ad gloss. l. fi. ff. si quis in ius uoca. non ierit.*

1 Fideiussor de iudicio sisti, † si non stetit principalem, agitur contra eum ad interesse, nisi pęna sit apposita, tunc ad pœnam solùm agitur. sext. est in l. fina. ff. si quis in ius vocan. non iērit. Sed quærit ibi glo. quid si interesse est plus quàm sit pęna. Verum fideiussor teneatur ad inter
2 esse, quod est vltra pœnam. ² Et dicit, q sic. & illam gl. communiter sequuntur docto. & dicit ibi Pau.

Pau.de Cast.ꝙ est in electione actoris, an uelit agere ad pœnam, uel ad interesse. licèt Paul. in l. 2. §. in fideiussorem. ff. qui satisdat. cogan. dicat, quod fideiussor de iudicio sisti ad certam quantitatem non
2 tenetur ad aliud interesse. † & respondet ad illam gl. uidelicet, quòd glo. illa loquitur in principali, qui est obligatus ad pęnam, non tenetur ad interesse, quod est plusquam in pœna, sed nō in fideiussore, & dominus Marcellus Cancella, de Gaieta Regius consiliarius, quem diligo ob eius conscientiam, erat in ista opinione. Sed dom. Iacobus de Iello de Trano similiter Regius Consiliarius dicebat, ꝙ Iaso, eius doctor reprobat Pau. de Cast. dicens Paulum non rectè dicere, ex quo illa glo. loquitur in fideiussore de iudicio sisti ad certam pęnam, & tamen tenetur ad interesse. Fuit tandem
3 conclusum per totum consilium, † ꝙ ex quo ille fideiussor promisit sistere in iudicio principalem pro causa criminali ad certam pœnam, quæ pęna venit applicanda fisco & non parti, ut dicit Bar. in l. si quis reum. ff. de custo. reorum, ꝙ vltra pęnam debitam fisco tenetur parti ad interesse, & hoc fuit in causa Manfredini cum uno Ianuense.

ADDITIO

a *Vltra pœnam.*) Fideiussor de iudicio sisti an ultra pœnam teneat ad interesse parti. Adde ꝙ idē quod hic d. An. de Alex. in additio. ad Bar. in d. fin. l. ubi firmat, etiam si interesse excederet pœnam, per gl. ibi. & hoc fuit seruatum in persona Mãfredini cū Vberto de Nigris Ianuense, Licet in contrarium allegaretur Pau. de Cast. in d. l. 2. in fi. ubi uide omnino Iason. Tamen præsenti an. 1531. fuit seruatum contrarium per magnam curiã Vicariæ in causa Francisci Peragalli cum Francisco da Vighena Hispano, qui promiserat sistere Hieronymum suum nepotem in causa criminali, qui aufugit, & ipse carceratus soluit pęnam fisco, & liberatus fuit. Tho. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXXXIIII.

1 *Fiscus agit ad pœnam contra fideiussorem, qui promisit aliquem in iudicio sistere sine libello & ordine iudiciario Sed tantum facta citatione quòd sistat.*
2 *Quando interesse est plusquam pœna, an pars agat ad interesse, quia fideiubendo quis intelligitur se obligare in omnem casum & causam, quæ natura negotii requirit.*
3 *Per pœnæ appositionem an hodie fiat nouatio.*

1 EST conclusio † ꝙ non existente reo in iudicio agitur p fiscum ad pœnam, & per partem ad interesse, quā ad primum, ꝙ fiscus agat ad pœnam reo non sistente, contra fideiussorem de iudicio sisti facta citatione contra ipsum fideiussorē, vt præsentet, est tex. l. si pro eo. C. ad sena. cons. Turpill. citatus per hunc auctorem in const. reg. clementiæ. in fi. vbi ait, iudicem posse procedere ad pęnæ exactionem sine libello & ordine iudiciario, sed tantum facta dicta citatione vt supra, & de hoc etiam per Dec. latius in consi. 2. vbi etiam affirmat, ꝙ quando quis promisit aliquem præsentare infra tempus octo dierum, ꝙ ad hoc vt pęna committatur elapsis illis octo diebus, & præsentatione non facta, ꝙ opus est, ꝙ hic fideiussor prius interpelletur, aliàs contra ipsum pęna exigi non potest,
2 & fuerunt notata supra in decis. 3. & 130. num. 10. † Quā ad secundum, ꝙ quando interesse foret plusquam pęna, ꝙ pars agat ad interesse, dubium facit, ꝙ postquam pars apposuit pęnam, videtur contra ipsum fideiussorem illa pęna fore contentus, cum sit, ꝙ fideiussio sit stricti iuris, & quidquid omittitur habetur pro omisso, iuxta notata supra in deci. sed potest dici hoc non verum, nam fideiubendo quis intelligitur se obligare in omnem casum & causam, quæ ex natura negotii procedit. l. si seruum. § . nunc videamus. l. si mora. ff. de verbo. obli. cum aliis citatis per Aym. in consi. 272. nu. 2. 5. & 7. vbi ꝙ licèt fideiussio sit stricti iuris, ꝙ tamen intellige vt aliquid
3 operetur, & maxime istud videtur procedere † quia per pęnæ appositionem hodie non intelligitur facta nouatio, prout fuit conclu. infra in decis. 297. & cum etiam pęna non exigatur, nisi quatenus cum interesse concurrit supra dec. 135. propterea bene contra Pau. est conclusum, qui secus dixit &c. sunt addenda hæc verba, & si diceres, neminem debere ex eodem delicto duplici pęna puniri. l. senatus. ff. de accus. glo. magna. in l. 2. C. de iure emphyt. circa medium, quæ concludit, dominum debere esse contentum pęna stipulata, vel detectione, sine expulsione amphyteutæ, & dominū non posse vtrūq; habere, nisi ita fuisset conuentum, vel nisi adesset clausula, rato manente pacto, nam respondet glo. in auctem. de iudici. §. quia verò, ꝙ hoc casu vtrumque potest peti pęna ratione contemptus, & interesse, idem tenet glo. in c. quicunque 25. q. 2. §. si ecclesiæ. in verbo obtineat. tenet Bar. in l. sanctio legum. 2. col. ff. de pen. videlicet ꝙ quando pęna vna fuisset imposita à lege, alia ab homine, ꝙ vtraque potest peti. super hoc potest cogitari, nam modo casus est in facto, & vide quæ sunt notata supra in decis. 190. in illo subiecto, an turpe sit hominem habere rem & pęnam petere. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCXXXV.

De tertio producente testes post publicationem in causa.

SVMMARIVM.

1 *Tertius veniens ad causam pro suo interesse an possit testimonia producere post causæ publicationem.*
2 *Tertius comparens pro suo interesse, an sufficiat, quòd sciat litem, & non publicationem.*
3 *Tertius post didicita testificata super articuli directo contrariis, an audiendus.*
4 *Tertius ueniens ad incitandum reum contra agentem approbare uidetur omnia per reum gesta, quæ sibi pariunt preiudicium.*
5 *Reus malitiosè introducens tertium ad quæ faciat ipsum admissum.*
6 *Tertius pro interesse suo ueniens in causa arctatur, & qualiter.*

1 AN tertius † veniens ad causam pro suo interesse posit producere testes, quos principalis non producit post didicita testificata. Bar. in l. si pro lusorio. de app. tangit hoc dubium, & sic determinat, ꝙ si istę tertius ueniat post dilationes datas ad probandum, uel publicationem testium factã, non potest de nouo testes producere, quia primū processum prosequitur, & non nouum allegat ad hoc Innoc. in cap. cum super. de re iudic. hoc verum dicit ipse, quando iste tertius sciuit illas dilationes dari, & testes examinari. Sed si ignorauit, tunc auditur, vt ipse plenè dicit se dixisse in l. sæpe, de re iud. non tamen tangit specificè Barto. an sufficiat scire litem, vel specificè debeat scire pu-
2 blicatum esse in causa. † Bene tamen do. Anto. de Butr. in d. c. cùm super. hoc tangit post Innoc. & dicunt, ꝙ sufficit, quòd iste tertius comparens ꝓ suo interesse sciat litem, licèt nesciat publicationem, & ita tenet Ioan. de Imo. in l. a sententia. de appel. allegas Anto. de But. in d. c. cum super. Et licet Bar. solum tangat, quando tertius venit post dilationes datas ad probandum, & post publicatum in causa, nihil tamen dicit, quando post didicita testificata. Fuit super dubio notatum per sacrum

Consilium

Consilium, quòd tertius venies pro suo interesse,
qui sciuit litem motam, licèt ignorauerit publica-
tionem, & ignorauerit didicita testificata, debet au
diri in terminis, in quibus reperitur causa. Et si
est publicatum, & didicita sunt testificata, non
3 poterit tertius audiri nisi super articulis nouis, †
non super eisdem vel directo contrariis, iuxta c.
fraternitatis. de testib. & in auth. qui semel. C. de
probat. uel poterit producere scripturas & instru-
menta, & testes pro eorum confirmatione & ap-
probatione, iuxta no. in c. series de testib. Sed si ter
tius ignorauit litem, tunc potest inducere testes
in causa, etiam quod sint didicita testificata, etiam su-
per eisdem, uel directo contrariis, ut dicunt doct.
in dic. capi. super. & in d. l. si prolusorio, & in l. si
quis libertatem. ff. de petitio. hæredita. inquan-
tum ibi dicitur, quod tertius, cuius interest, potest
opponere & facere differri illud iudicium. Sed me
lius hoc declarat Ang. in l. si instituta, ubi glo. ff.
de inoff. testa. ubi dicit, quod si tertius uenit ad causam
ad adiuuandum reum conuentum aduersus agen
tem, & hic est proprie casus noster, & admittitur
nec tenetur libellum offerre de nouo, nec litem
contestari, sed sufficit contestatio facta per reum,
4 secundùm Inn. in d. c. cum super. † & ideo tertius
approbare uidetur omnia gesta facta per reum, &
illa gesta pariunt sibi præiudicium ideò potest op
ponere exceptiones peremptorias, & producere
testes in causa, non tamen poterit producere testes
attestationibus publicatis, nisi in casu quo potuis-
set producere reus principalis. Idem dicit Bal. in
auth. nunc si hæres. C. de litigiosis. quod intelligen
dum est, quando sciuit litem motam, ut suprà di
ctum est. Sed quando ignorauit litem motam,
potest non obstante publicatione inducere te-
stes, quia licèt principalis sit exclusus propter
publicationem, non est exclusus ipse tertius igno-
rans litem, per text in capitulo. constitutus, de
testib. secundum Barto. in d. l. si prolusorio, &
5 Abbatem Sic. in d. c. cum super. † Fallit, nisi reus
principalis malitiose procurasset hunc tertium
ignorantem, ut deberet comparere, quia tunc ad
mitteretur solum in terminis, in quibus est causa,
ut in c. 2. in fi. ut lite pendente. lib. 6. & ibi glo. &
uoluit Card. Flor. in c. ueniens, in 2. & 3. oppo. de
testib. Et sic intelligitur, quod dicit Barto. in l. ita
tamen. §. quotiens. ff. ad Treb. ubi dicit, quod tertius
ueniens opponit exceptionem, quam conuentus
non potest opponere, ut in concor. ibi allegatis.
Cætera de materia uide in d. c. cum super scriben-
tes, & in iurib. allegatis per Bar in l. Titia. ff. sol.
6 mat. & Bal. in l. si eo tpe C. de remissio. pig. † dicit,
quod tertius ueniens pro suo interesse in causa arcta-
tur illis terminis, quibus vtuntur principales cita
ti, ut in c. ot circa. de elect. lib. 6. Sed si uenit, ut ex
se, bene potest post terminum comparere, & om-
nia fient de nouo quò ad eum, ut in l. a diuo Pio.
§. si super. de re iud. & habebit locum l. si is à quo.
ff. de rei uē. non tamen potest opponere exceptio-
nes dilatorias, uel declinatorias, secundùm Bal. in
d. l. si eo tempore. in fi. nec poterit opponere, quod di
cta acta sunt nulla, eò quia non citatus, ut dicit
Inno. in c. statuimus, ult. col. versic. sed si non est
appellatum, de elect. lib. 6. bene tamen poterit re-
cusare iudicem, ut suspectum, ut dicunt doc. in c.
cum super. de off. deleg. & doct. maximè Anto. de
But. Abb. & Phil. in c. cum speciali. 20. q. de ap-
pellat.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXXXV.

1 *Quando tertius venit ad causam, an audiatur in ter-
minis, in quibus reperitur, vel possit nouos testes in-
ducere, distingue vt hic, quia aut venit ad adiuuan-
dum, aut de per se principaliter, & quando venit ad
adiuuandum, vel sciuit, vel ignorauit litem, si sciuit,
non admittitur si ignorauit secus, quæ etiam procedunt
in criminalibus.*

2 *Quando tertius comparet, admittitur, si non calumniæ
causa comparet, & de suo interesse doceat saltem ap-
parenter.*

3 *Quando quis comparet ad infringendum iura competito-
ris, an faciat iudicium motum supersedere.*

4 *Mulier quæ prætendit paragium in bonis fratris, & cō-
paret vt persona tertia in causa cum fratre mota ab alio,
an debeat habere beneficia.*

EX dictis Affl. hic & supra in deci. 15. colligendo, & aliqua
addendo, in hoc subiecto tertii venientis ad causam an va
leat nouos testes inducere, dicas, aut tertius venit ad adiuuan
dum, aut de se principaliter pro suo interesse. 1. casu quando
venit ad adiuuandum tunc aut sciuit, aut ignorauit litem, si
sciuit, nihil potest facere, sed tantum valebit in lite assistere, &
in causa interuenire in eo statu, in quo reperitur. Ay. qui con
cordantes citat in consil. 14. procur. fisci. nu. 5. qui etiam decla
rat, hunc terminum posse quandocunque interuenire, ex quo
per legem non determinatur tempus, & insuper quod si non po
1 test nouos inducere, quod sibi debet imputare, quare non † com-
paruit in tempore sciens litem, quod ampliat in cons. 58. ac-
cusatur, procedere etiam in criminalibus, quod quis valeat ad ad
iuuandum fiscum comparere pro suo interesse, nō pauca pro
his adducendo. Quæ omnia quod tertius sciens litem non possit
nouos testes inducere, limitantur non eis locum fore in mino
ribus, mulieribus aliisque personis priuilegiatis, quibus de
iure competunt beneficia, prout fuit signatum supra in decis.
15. si verò litem ignorauit, Affl. hic dicit posse nouos testes in
2 ducere, nisi fuisse persona supposita † intelligas etiam nisi nō
calumniæ causa tertius comparet pro suo interesse. c. super eo.
cum ibi no. per gl. & scribentes, de offi. deleg. q. 76. Delfinatus
Francisci Marci. quæritur, quando lite pendente, nu. 6. item
etiam dummodo constet de interesse istius comparentis saltē
apparenter, etiam quod titulus non sit validus, prout singulariter
voluit Inn. in c. veniens. el. 2. in verbo intentionem, & ibi Feli
de testib. Hyp. sing. 274. licèt regulariter. Goza. in cons. 103.
uidetur. 2. nu. 10. idem Hyp. in sing. 295. clausula quod statutum
remouens appellationem in executionib. instrumentorum &
sententiarum non procedunt cum ter. quæ ego intelligerem,
nisi hic titulus fuisset procuratus lite pendente ab eo, cum quo
est lis; nam non potuit plus iuris transferre in hunc tertium
quàm ipsa habet, iuxta notata supra in deci. 228. & ista quan-
dò hic tertius comparet ad adiuuandum, si verò comparet
tertius principaliter pro suo tantum interesse potest nouos
testes adducere, prout etiam voluit Fal. in d. ca. veniens. lo 2.
nu. 18. & istud quatenus testes concernerent ipsius tertii fauo
rem, & causam suam tantum. Sebast. Vantius in suo tract. quē
3 edidit de nullitatib. nu. 18. fol. 23. † sed iuxta hęc quæritur, an
hic tertius faciat differre iudicium. Rota, quod non in titu. de iu-
diciis. q. tres veniunt ad causam, in antiquioribus, fol. 8. & hoc
quando constat de iure alterius competitoris & est in causa
conclusum. Alex. verò in l. si is à quo. ff. de rei vendi. videtur di
cere contrarium, quando quis comparet ad infringendū iura
alterius competitoris, quod non possit per neutrum ferri senten-
tia, nisi iura vtriusque discussa. citat Inno. in d. ca. veniens, &
Bal. in c. 1. § si duo, de pace tenen. quod nota, vt semper com-
pareas cum petitione ad infringendum si expedit, & veritas sit
pro te, vt boni doctique patroni causarum facere solent, & de
his

his etiam sunt notata per Cassa. in consuetu. Burgu. des rentes.§.3.fol.210.& ꝙ tertio priuilegiato prætendente interesse concedantur beneficia, quando in causa comparet, fuit determinatum in causa magnificorum Octauiani & aliorum de Nigris. vbi eius soror fuit admissa; quia prætendebat maius
4 paragium, non obstante, † ꝙ lis fuisset cũ dictis suis fratribus & aliis, & fuerunt eidem concessa beneficia non obstante ꝙ in causa fuisse facta publica. hoc anno 1555. die 3. Aprilis per Magnificum Io. Thomam de Minadoys, actuarius tunc Thomas Palumba, nunc Ascanius Copula. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCXXXVI.

De nato in octauo mense, cui non succedit pater in dote matris.

SVMMARIVM.

1 *Filius ex aditione facta per patrẽ succedit matri in dote*
2 *Pater succedit filio mortuo in bonis maternis exclusis ex parte matris proximioribus*
3 *Virginitas signa per maritum ostensa.*
Virginitas de præterito qualiter probetur.
Confessio geminata maiorem veritatem inducit.
4 *Mulieri se grauidam dicenti credendum.*
Natus in octauo mense non potest uiuere, 1.5. & habetur ac si mortuus natus sit 6.
Mortuus habetur, qui viuere non potest.
5 *Dos a patre profecta ad quem reuertatur.*

1 PEtrus de sancto Iuliano † petit in sacro Consilio a Georgius de Falco restitutionem dotiũ Caradoniæ suæ filiæ, quas sibi tradidit propter eiusdem Caradoniæ mortem sine liberis, dicit dictus Georgius conuentus, ꝙ non tenetur, restituere dictas dotes, quia dicta Caradonia mortua fuit superstite filio, qui successit matri in dotibus maternis, iuxta no. in l. post dotem. ff. sol. ma. & in l. dos à patre. C. eo. & in auth. defuncto, C. ad S. cõ. Tertul. Maximè ex aditione facta per patrem. Et licèt dictus filius post aliquos dies mortuus fuit, pater succedit ei in dotibus maternis, iuxta l. si infanti. C. de iure delib. & hoc tenet glo. Neap. in consue. si quis uel si qua. in glo. 1. in uersi. sed puto ue-
2 rius. in glo. in uerbo, præterquam, † vbi tenet, ꝙ pater filii sui defuncti succedit in bonis maternis ad ipsum filium spectantibus exclusis proximioribus ex parte matris, licèt Lucas de Penna faciat hoc dubium, per argumenta pro & contra in l. 1. in 5. col. C. de imponen. lucra. desc. lib. 10. Dicit pater dictę Caradoniæ, ꝙ ille filius natus habetur ꝓ non nato, quia natus fuit in octauo mense, & probauit hoc bene concludenter. Nam probauit, quòd dicta Caradonia fuit uirgo usque in diem festi S. Martini, quod est 11. die Nouembris, & hoc confitetur dictus eius uir. Item eo die cosummatum matrimoniũ per carnis copulam, & ostendit pannum sanguinolentum consanguineis, secundùm
3 morem Ciuitatis Nolen. † & iste mos erat in ueteri testamento, ut patet Deut. cap. 22. & de ista authoritate facit mentionem glo. in c. hęc imago. 33. q. 5. & Abb. in c. proposuisti. de probatio. Et in iudicio confitetur maritus dicta nocte, ꝙ habuit eam uirginem, ita probatur uirginitas de præterito, ut in c. requisisti. 33. q. 1. & in c. 1. & in c. laudabilem. de frigi. & male. & in c. continebat. de despõsa. impu. & maxime cum fuit pluries geminata cõfessio, ex quo præsumitur uera, ut dicit Io. And. in addit. in tit. de instrumen. edi. §. porrò. in addi. quæ incipit, hæc subscriptio, & qui bis uel sæpius dicit, videtur uelle, ꝙ contrà id nihil possit opponi, secundùm Bal. in consilio scismatis, posito. C. si quis aliquem testa. prohib. Item probatur per testes, ꝙ ab illa die fuit prægnans, & sic dicebat ipsa Caradonia, ad hoc allegabatur glos. Ang. in l. il-
4 lud. ff. si pars hære. pet. † ubi dicit, ꝙ creditur mulieri dicenti se prægnantem, etiam si non dicat ex quo sit prægnans, secundùm Bar. in l. 3. §. 1. ff. de lib. agn. Item probatur, ꝙ dictus uir semper dicebat, ꝙ vxorem suam impregnauit die prædicto festi S. Martini. Et de diem secuta & cõfirmata fuit dicta ingrauidatio; die 12. mensis Iulii peperit filiũ, & post partum per duos dies post mortua fuit mater, & sic patet, ꝙ dictus filius natus fuit in octauo mense, & clarum est in iure, ꝙ filius natus in octauo mense non potest uiuere, & ideo habetur pro mortuo, & sic non succedit pater filio, sed succedit pater filiæ in dictis dotibus. Et pro hoc alleg. Cyn. in l. septimo mense. ff. de statu hom. ubi refert epistolarem literã magistri Gentilis de Fulgineo tunc legentis in studio Perusino, ubi tenet, ꝙ natus in octauo mense, & etiam duobus diebus de nono, non potest viuere, hoc etiam firmat Pau. de Cast. in l. uxor. C. de posthu. hær. insti. & Bal. in l. ea quidem. 3. col. C. de accus. & multi Philosophi fuerunt super hoc dubio examinati, & pro maiori parte dixerunt, ꝙ natus in octauo mense non potest viuere, & sic dos profecta a patre liberis non extantibus debet reuerti ad patrem filiæ, per l. dos a patre. C. so. mat. & per iura supradicta stante isto dubio per sacrum Consilium fuit habitum iudicium à ualentissimis doctoribus in philosophia in scriptis, uidelicet à magnifico domino Siluestro Galiota protomedico Regis Ferdinãdi primi, à domino Luca Tonto, à domino Nardello, & quam plurimis aliis medicis, qui omnes uotauerunt, ꝙ
a natus in octauo mense non potest [a] viuere. † Et tã-
6 dem post longam deliberationẽ uotauerunt do. de Consilio, ꝙ talis filius habetur, ac si mortuus natus sit. Et fuit postmodum lata sententia in fauorem patris ipsius mulieris, condemnando dictum
b maritum ad restitutionem dictæ dotis. [b] Et licet fuisset reclamatum, fuit postea confirmata, & impositum perpetuum silentium.

ADDITIO

a *Viuere.*) Et idem tenet Michael Scotus in libris Phisonomiæ. c. 10. ꝙ natus octauo mense non potest uiuere vltra octauum diem. Tho. Gram.

b *Dotis.*) Vide dom. Ant. de Alex. in additionibus ad Bar. in l. septimo mense. ff. de stat. hom. Thom. Gram.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CCXXXVI.

1 *Natus in 8. mense an dicatur perfecte et legitime natus, in tantum ꝙ dicatur legatum fideicommissum deficere vel acquiri.*
2 *Modus probandi, quòd partus fuerit natus viuus, & perfectus, & an magis stetur duob. testibus dicentibus par*

tum

natum viuũ & perfectum, quàm quatuor asserentibus contrarium.

3 *An stetur assertioni mulieris contra aliquem, quòd ipsa fuerit virgo, item qualiter probetur mulierem fuisse virginem.*

4 *Mulier an præsumatur grauida ab eo, qui ipsã cognouit.*

5 *Mulier præsumitur cognita, postquam ex traducta ad domum mariti.*

6 *Dormiens cum aliqua puella præsumitur ipsam cognouisse, nisi fuisset persona coniuncta.*

7 *Quando procedit, quòd dos data à patre, quòd decedente ipsa filia in matrimonio sine liberis, vel cum liberis ad patrem debeat redire, ubi etiam si maritus fuisset stipulatus in omnem casum dotem restituere alias lucrari, vbi de aliis limitationib. in quibus opinio Martini nõ habet locũ, & si filia in aliquo casu valeat de dotib. disponere.*

8 NAtus in octauo † mense, est conclusio, quòd habetur, ac si
esset mortuus, & habet locum dotis restitutio, ac si sine
liberis mulier mortua fuisset. Aduerte rogo in prædictis, nam
Alex. in l. vxoris abortu. C. de post. hære. insti. & in l. quod di-
citur. ff. de lib. & post. Soc. in l. cum auus. ff. de cond. & demo.
nu. 110. Cassa. in consi. 13. iuxta prædicta. omnes concludunt,
quòd quando partus nascitur viuus tempore congruo, etiam quòd
statim moriatur, facit deficere fideicommissum, dummodo
partus non sit monstruosus, & quòd in totum sit extractus viuus
ex vtero matris, prout declarat melius quàm alius Soc. in d. l.
cum auus, & in consil. 275. in causa fratrum Bernardini de
Mus. in 2. parte, & in hoc omnes scribentes conueniunt. Si
autem partus viuus oriatur in 6. vel octauo mense. in hoc est
difficultas, nam Bal. in cons. 122. uerba testamenti, & 128. ad
intelligẽtiam quorundam verborum. tenet fideicommissum
valere, virum dotem lucrari, & sic contra hanc decisionem,
istud etiam affirmat Decius in consi. 623. in casu occurrente.
ibi moderni qui eum sequuntur. Corpo. in consi. 50. in ciuili.
Parisius in consi. 146. circa articulum. in hac. vol. quarto. Boe-
rius in deci. 226. puer nascitur, & alii per ipsum citati omnes
canentes, satis esse, partum natum esse viuum, & istud non
considerari, quòd non possit uiuere, econtra, & sic cum con-
clusione huius decisionis tenet idem Bal. in dictis locis, & Pau.
de Cast. Alex. in d. l. vxoris abortus. Soc. in d. l. cum auus, &
Cassa. in loco supra citato, scribentes in c. primo. episcopum,
vel abbatem. in §. 1. circa finem, post glosam ibi. Soc. Iunior in
consilio 35. in secunda parte, & pro istis est tex. in c. nam &
ego, extra de uer. sign. qui dicit, quòd non dicitur natus, qui sta-
tim decessit de quo gloriabar aliquantulum, credens non al-
legari ab aliquo ex scribentibus quos tunc videram, sed mox
reperii Tiraque. in repe. l. si vnquàm, in verbo susceperit li-
beros, nu. 141. & 167. qui adducit illum tex. sequiturq; Affl. in
hac decisione post innumeros alios quos adducit pro hac par-
te, voluit etiam hæc Parisius in consi. 56. agitur in præsenti 2.
vol. vbi ait de prædictis stari obstetricibus. Gram. in consil.
25. 4. in ciuili. Curtius Iunior in consil. 24. nu. 4. 5. lib. ubi dicit
etiam stari dicto matris, quòd si natus in 8. mense quæ etiam ap-
probat Cotta in verbo momentum. Modum autem probandi
partum vitium & non monstruosum, tradidit Cassa. in d. con
sil. 19. ubi quòd mater non præsumatur prius decessisse, & qui-
2 bus testibus magis credendum partum viuum † qualiter verò
probetur mulierem cognitam. Soc. Iunior in consi. 102. in 2.
parte. qui dicit, quòd per aspectum linteaminis in prima nocte
etiam per testes singulares, & per assertionem viri, licèt mu-
lier possit contrarium probare. c. continebatur. vbi omnes in
uerbo viri standum, extra de sponsa. impub. & de prędictis, &
quòd stetur iuramento, notat etiam Tiraquel. in tracta. retra. con
sangui. §. quarto. gl. prima, nu. 3. fol. 130. & vide Bal. in consi.
474. Titius habebat Seiam in uxorem. vol. 5. qui irridet il-
lum, qui ad dictum matris dicentis ipsum esse spurium &
non posse succedere a suo regno renuntiauit. item & alium cui
Papa dixit esse suum filium quem procreasse, dum ipse fuisset
scolaris, quare ei non credidit, dicendo mentiris; quia mea
mater fuit bona mulier &c. item per aspectum linteaminis
claustri pudoris, Barbatia in c. proposuisti. de probatio. Cotta
3 in memo. in verbo hæres suus, & statur † assertioni mulieris
contra delinquentem, quòd fuerit uirgo. Ale. in consi. 229. nu.
4 2. vol. 6. & quòd præsumatur grauida ab eo † qui ipsam cognouit.
5 Alex. in con .. vol. & quòd præsumitur cognita † mulier ad do-
mum viri traducta. Decius in cons. 368. in causa matrimonii.
6 nu. 3. item † dormiens cum aliqua muliere præsumitur etiam
ipsam cognouisse. glo. in l. cum. in princ. ff. de fidei. liber. Alex.
in consi. 77. col. 2. vol. 7. quod fallit in personis coniunctis.
Aymo in consi. 321. Federicus. quando palam & bona fide
cubant, quę nota: nam per prædicta defendi quendam iu-
uenem. ample hic auctor in c. 1. §. si clientulus, de ali. feu. col.
3. vbi enumerat plusquam 100. casus, quæ operetur coniun-
ctio sanguinis. Et insuper quatenus hic etiam habeatur in
7 verbo, & sic dos, quòd dos à patre profecta in matrimonio † de-
cedente muliere filiafamilias sine liberis ad patrem debet re-
dire, secus si cum liberis secundum opinionem Martini, quæ
vsu præualet, prout in quit gl. in d. l. dos à patre. C. solu. matri.
vide quia cum istis satis ample conuenit Soc. in consil. 9. pro-
sequendo. 1. nul. & ampliat Soc. Iunior in consil. 35. prima
parte, opinionem Martini locum habere etiam in dote pro-
missa, licèt Capi. nutet & nil determinet more quodam-
modo solito, in deci. 176. circa finem, quæ tamen limitat De
cius in consi. 358. placet mihi, quando fuisset conuentum, quòd
maritus lucretur dotem in omni casu, nam tunc habebit do-
tem etiam filiis non extantibus. Aymo verò in consi. 84. ma-
gister Anselmus, nu. 5. ea consi. Pau. de Cast. 372. & 419. præ-
dicta limitat, quando filia habuisset dictam dotem a patre
pro omni iure quod habet vel habere posset in bonis patris,
nam tunc dicitur dotem ipsam habere loco legitimæ, ideo
quæritur soli filiæ, & filii ipsius succedunt non ex consuetu-
dine Martini, & si fuisset etiam dictum non solum pro omni
iure quod competere possit de bonis paternis, sed pro bonis
fraternis, & sororis & patruelibus, tunc dicerem, quatenus est
ista summa dos aduentitia, filia possit disponere, quia in do-
te aduentitia patri nõ quæritur vsusfructus, vt ibi per ipsum.
Silua verò nuptia. fol. 74. ait opinionem Martini non pro-
cedere, quando matrimonium fuisset dissolutum morte ma-
riti, & postea decederet mulier vidua, superstitibus ex ea li-
beris, quia tunc dos repit ad patrem etiam; & tradit non-
nullas alias aduertentias, & quæstiones ad d. l. dos a patre, &
ad opinionem Martini, quam videas. Quæ an procedant de
iure consti. regni, quòd dotata à patre non succedit, neque dicit
testamentum patris nullum, fuit dictum sup. in deci. 179. in fi.
Cæs. Vrsill.

DECISIO CCXXXVII.

De aditione hæreditatis maternæ per filium hæredem patris inducente unionem bonorum paternorum, & maternorum, & non solutionem.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo Neapolitana super dote restituenda.*

2 *Dotes auctę sunt propter auctas diuitias.*

3 *Hypotheca qualiter extinguatur.*

4 *Aditio hereditatis vim solutionis habet inter creditorem, & debitorem, si alter alteri succedat.*

5 *Hæres succedens creditori, quando inducat solutionem.*

6 *Aditio hæreditatis quando habeatur pro solutione.*

NObiles Capuanę & Nidi habent istam cõsue-
tudinem, quæ instrumentis dotalibus expri-
1 mitur uidelicet. † Si dictum matrimonium dissol-
ui contingat per mortem uiri uxore superstite, li-
beris ex dicto matrimonio superstitibus, uel non
superstitibus dictę dotes datę, & per uirum rece-
ptæ restituantur, & earum restitutio & assignatio
realiter fiat dictæ uxori superstiti, seu eius hære-
dibus. Si uerò dictum matrimonium dissolui con
tingat per mortem vxoris superstitibus liberis ex
dicto matrimonio, dictę dotes solutę restituantur,
& eorum restitutio fiat ipsis liberis ex dicto matri
monio procreandis superstitibus. Et ubi & in ca-
su quòd non superessent liberi ex dicto matrimonio
superstites, uel etiam si tempore mortis dictę uxo
ris liberi ex eodem matrimonio superessent, & po-
stea adita hęreditate uel non adita per eos, uel aliũ,
seu alios eorum nomine liberi ipsi decederent uel
morerentur in pupillari ętate, uel post quandocun
que ab intestato sine liberis legitimis & naturali-

Ff bus,

bus, dictæ dotes modo prędicto receptæ ueniant,
& deuenire debeant, & ipſarum reſtitutio realiter
fiat & fieri debeat hęredibus & ſucceſſorib. dictæ
vxoris, ſeu hęredibus dotantis in pace, & ſine mo-
leſtia, & contrarietate quacunq; ac omni exceptio
ne & exceptione remota. Ita q eo caſu, quo, ut prę
dicitur reſtitutio eſt facienda de dictis dotibus hę
redibus & ſucceſſoribus uxoris, uel eius hæredi-
bus & ſucceſſorib. eius uiro, uel aliis quibuſcunq;
perſonis, eiuſdem liberis, ſicut prædicitur, decę
dentibus in pupillari ætatæ, uel poſt quandocun-
que ab inteſtato ſine liberis legitimis & naturali-
bus ex paterna linea, vel etiam ſuccedente eius ui-
gore pupillaris ſubſtitutionis, uel aliter, nullum
ius in eiuſdem dotibus, ſicut prædicitur, datis, &
receptis acquiratur. Sed ipſas dotes, ut prædicitur,
& quicunque hęres dictorum filiorum procrean-
dorum, ut ſuprà dictum ex matrimonio ſuprà di-
cto eis uel ab inteſtato, uel ex pupillari ſubſtitutio
ne ſuccedens, uel aliquo iure quocunque hęredib.
& ſucceſſoribus dictę uxoris reſtituere teneatur
abſque detractione alicuius portionis iure naturæ
forſan debitę ſeu debendę d. marito in eiſdem do-
tibus dictorum filiorũ ſuorũ exinde procreãdorũ
ex d. matrimonio, ſalua poteſtate teſtandi dictæ
vxori, iuxta uſum conſuetudinis Neap. in ſcriptis
redactam. Et ubi contigerit uirum pręmori ſuper-
ſtite uxore ac ſuperſtitibus liberis ex dicto matri-
monio vno uel pluribus. poſtmodum filii ipſi mo
rerentur, ſeu alter ipſorum moreretur in pupilla-
ri ætate, vel pòſt quandocunq; ab inteſtato ſinę
legitimis liberis, & naturalib. nullum ius eiſdem,
vxori & ſuis hęredib. & ſucceſſoribus ſeu matri
ſuę ex materna linea rõne ſucceſſionis debeatur,
nec ſit eis, vel alteri ipſorum quolibet acquiſitum
ſuper bonis paternis ipſorum filiorum, nec ei ſuc-
cedant, nec ſuccedere debeant, nec ipſa uxor ſuc
cedere debeat quo quomodo, nec de bonis ipſis
paternis ſuorũ filiorum detrahere poſſit trebellia-
nicam, Falcidia, etiam legatum debitum iure na-
ture, & ius aliquod portionis cuiuſcunque in quã
tum ipſam uxori uel eius matri, & alii quibuſcũq;
ex materna linea debeatur, quibus omnib. iurib.
ac ſucceſſionibus omnibus iurib. ac ſucceſſioni-
bus ipſis & legitimè debitis in caſu prędicto dicta
uxor & ſic partes adinuicem renuntiauerunt per
2 ſtipulationem, &c. & iurauerunt, &c. Stante † iſta
conſuetudine euenit inter dictos nobiles, q con-
tracto matrimonio, & ſolutis dotib. vnc ducenta
rum, prout olim ſolitum erat, In pręſentiarum au
tem dantur dotes exceſſiuæ, & ut plurimum non
ſecundùm dictam conſuetudinem, ſed ſecundùm
conſuetudinem baronum, quia anctę ſunt diui-
tiæ in particulari. Moritur vir ſuperſtite filio &
vxore, filius ſe immiſcuit in hæreditate paterna
abſque inuentario, & mater ſtetit in uiduitate, mo
ritur deinde mater ſuperſtite filio ſuo & hærede,
deinde hic filius deceſſit maior ab inteſtato ſuper-
ſtitib. ſibi proximiorib. ex parte patris, & proxi
miorib. ex parte matris. Sed proximiores ex parte
patris ſint ſibi magis coniuncti in gradu. Quęritur
in illis dotib. quæ fuerunt matris ſuæ, quis ſucce-
dat, an magis ſibi proximiores, uel remotiores ex
parte matris? Dubium facit, ex quo iſte filius ſuc

ceſſit patri, & ſic fuit debitor matris in dote. Demũ
iſte filius debitor dotis ſucceſſit matri creditrici,
per cuius aditionem uidetur induci ſolutio, q ip-
ſe filius ut hęres patris debitoris ſoluit ſibi ipſi ut
3 hæredi matris ſuæ creditricis dictarum dotium, †
& ſic ſolutione eius quod debetur extincta ſit hy-
potheca pro ipſis dotib. ut eſt tex. in l. grege. ff. de
pig. nec rei proprię cadit hypotheca, ut in l. neque
pignus. ff. de pig. cum conc. Et hoc eſt uerum, quã
do hæres nullum commodum, uel incommodum
patitur ex aditione, quia vnus eſt creditor, & vnus
eſt debitor, ut dicit Bar. in l. Vranius. ff. de fideiu. &
ibidem clarius Pau. de Caſt. Idem uoluit Bar. in l.
hęres a debitore. §. fi. ff. de fideiuſ. & in l. ſi is qui
pro emptore. uer. 7. principaliter. quæ fuit cauſa
introducendę fictionis. ff. de vſuc. col. 26. & pro
hoc eſt tex. in l. ſi ei cui. ff. de euic. & in l. Stichum.
§. aditio. uer. aliquando, ff. de ſolutionibus & Bar.
& Pau. de Caſt. in l. ſi ſoce. ff. ſol. mat. vbi ponuntur
4 duę concluſiones. † Prima concluſio, q ſi unus cre
ditor & vnus debitor, ſi alteri ſuccedit, habet uim
ſolutionis ipſa aditio hæreditatis, quia ex hoc non
ſequitur nec damnum, nec lucrum. Secunda con-
cluſio eſt, q ſi ſunt duo rei debendi. & creditor
vni tantũ eorum ſuccedit, uel econtra, eſſent duo
rei credendi, & alter eorũ ſuccederet creditori, tũc
aditio non habet vim ſolutionis, ſed confuſionis,
ut in l. fi. ff. de duo. reis. Et eſt ratio, quia ſi haberet
vim ſolutionis, liberaret correus, & ſic pareret dã-
nũ, nõ ſic ſi haberet vim cõfuſionis, quia tũc perſo
na tm̃ illius, cui ſucceditur, ab obligatione eximit.
& alter remanet obligatus, hoc uoluit tex. in l. Vra
nius. §. ſi cũ duo. ff. de fideiuſſ. hoc firmat, & ſic de
clarat Pau. de Ca. in conſi. 358. in c. notandũ eſt ad
euidentiam. Cum igitur aditio hæreditatis inducit
ſolutionem ipſius debiti dotalis, ut ſuprà dictum
eſt, quia vnus eſt debitor & creditor, & non pati-
tur damnum, nec lucrum, & per ſolutionem debi
ti extincta eſt hypothecata in d. l. grege. §. etiam, er
go proximiores ex parte patris ſuccedunt dicto fi-
lio excluſus cognatis ex parte matris remotiorib.
5 † In contrarium tamen facit id, quod dicit Pau. de
Caſt. in l. debitor. ff. ad Treb. ubi dicit, q ſi hæres,
qui ſuccedit creditori, nullum habet commodum,
uel incommodum, tunc demum inducit ſolutio-
nem, quando ad ipſum hæredem hæreditas illa
obuenit irreuocabiliter, tunc enim aditio hęredita
tis non extinguit illam hypothecam, quia illa hæ-
reditas materna quę filio obuenit, habetur pro nõ
ſua, eatenus, quatenus poteſt reuocari à conſan-
guineis ex linea materna, & tunc aditio non habet
uim ſolutionis, & ſic non extinguitur hypotheca,
& pro hoc l. ex ſextante. §. Latinus. ff. de excep. rei
iudica. & quod no. Cy. poſt glo. in 3. opi. et ſi anti-
quior credi. l. 1. & Bal. in l. ſi uxor. C. de bonis au-
tho. iud. poſ. & ſcribentes in d. l. debitor. vnde cũ
iſta dos ad filium poſt mortem matris peruenit re
uocabiliter in caſu, in quo non feciſſet teſtm̃, &
decedere ſine filiis, quia tunc debet peruenire ad
proximiores matri per dictam cõſuetudinem, abſ
que obſtaculo pręſcriptionis, Ideo dicta aditio nõ
habet uim ſolutionis, ſed confeſſionis. & ideo re-
manet ipſis proximioribus ex parte matris hypo
theca pro dotibus prædictis contenta in inſtrumẽ

to

6 to dotalis, si dos consistat in pecunia. † Quid dicē dum in hoc dubio? Aliqui ex Dominis pro solutione huius dubii dicebāt, prout vltimo loco dicebat Neap. Sebastianus in consuetudine huius ciuitatis Neapolis, quę incipit, si quis uel si qua, de successio. ab intesta. in glos. in uerbo, a matre, circa finem, ubi dicit, φ per l. si ei cui. §. si is qui, suprà al legatam, uidetur posse dici, φ aut debitor succedit creditori, & tunc aditio non habetur pro solutione, sed habetur pro confusione. Aut creditor succedit debitori, & tunc tollitur actio solutione, quasi ipse creditor uideatur sibi soluisse ante de bonis hęreditatis, arg. l. 1. §. si debitor, ff. ad l. Falc. Et hoc uerum, nisi sibi euinceretur hæreditas, quia tunc non est credendum, quod ipse sibi soluisset, à quo hęreditas euinci tur. ff. de fo. l. Stichum. §. sic creditor. Per alios Dominos uidelicet do. Ant. de Baldaxi, & alios, decebatur, φ d. l. si cui. §. si is qui, loquitur in casu diuerso à casu proposito, ubi erat vnus debitor, & vnus creditor, sed in casu dictæ. l. si cui. §. si is qui. erant duo debitores, uidelicet principalis, & fideiussor, ideo illa aditio nō inducit solutionem: ut liberetur correus fideiussor, ut supra dictum est in secunda conclusione. Fuit ergo per omnes Dominos sacri Consilii uotatum, φ dicta aditio hæreditatis maternę factę per filium, qui fuit hęres patris, inducat solum confusionem, & unionem bonorum paternorum, & maternorum, & non solutionem, ex eo, quia ista dos materna, quæ peruenit ad filium, peruenit reuocabiliter in casu, si post eius mortem sine filiis & ab intestato, quo casu adueniente proximiores ex parte matris huius filii decedentis sine liberis, uel ipsi liberi sine descendentib. ab intestato uirtute d. cōsuetudinis contentę in instromento dotali, possunt agere hypothecaria in bonis dicti filii ultimò morientis ab intestato contra eius proximiores ex parte patris eius hæredes, per iura pro hac parte inducta. Et dū iste casus iterum fuisset de facto in persona proximorum dominę Margaretę Capanæ, quę fuit mater nobilis Io. Thomasii Branchacii, & post mortem dicti Io. Thomasii sine filiis & sine hærede testamentario dicti proximiores ex parte matris egerunt hypothecaria cōtra bona uiri pro dotib. d. do. Margaretę, & fuit præstita dicta assistentia per S. C. & postea per ius offerendi fuit eis satisfactum. Matth. de Affl.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXXXVII.

1 *Mortuo patre, cui filius successit, itē mortua matre, cui similiter filius successit, item & ipso filio consanguinei ex parte patris admittuntur ad bona paterna, cognati siue attinentes ex parte matris ad dotem siue bona materna, & hoc casu actiones virtute consuetudinis Neapol. non sunt confusę.*

2 *Creditor quando succedit debitori, an hypothecæ extinguantur, sicut actiones personales.*

3 *Promittens ad bona antiqua censentur vocati virtute consuetudinis, ex quo consuetudo ipsa ipsos admittit per verbum, succedant, & sic inducitur fideicommissum.*

4 *Quando quis adit hæreditatem, absque beneficio legis & inuentarii efficitur dominus rerum hæreditariarum, & sic hypothecæ, quas prius habebat, extinguuntur, nam pignus in re propria consistere non potest.*

5 *Hæres adiens hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarii quatenus habet de bonis testatoris seu defuncti, inuentarium ei non opitulatur.*

6 *Successor bonorum virtute consuetudinis non obligatur ad æs alienum etiam non confecto inuentario, nisi quatenus de bonis habeat.*

7 *Contrahere matrimonium more magnatum quid sit, & quid more nobilium.*

1 DEcernitur hic, φ † mortuo patre, cui filius successit, & mortua matre, cui etiam filius ipse successit, & ipse filius deinde, φ consanguinei siue proximiores ex parte patris admittantur ad bona paterna huius filii, & cognati siue attinentes ex parte matris ad bona materna, & sic ad dotes per filium non exactas, & per consequens non sint confusæ actiones per aditionem hæreditatum tam patris, quam matris per filium factam. Aduerte rogo in hoc articulo, an per aditionē
2 † hæreditatis factam per creditorem hæreditatis sui debitoris hypothecæ extinguantur, sicut actiones personales. Nicosantius in tracta. de pigno. in primo membro quinta partis post Alexan. in l. debitori. C. de pactis, in tertia limitatione, facit longam disputationem, & inter alia fol. 103. declarat duos casus, aut hic hæres & creditor fuit grauatus de restituendo hæreditatem sui debitoris alicui, & tunc suæ hypothecæ nunquam extinguuntur ea ratione: quia dominium rerum hæreditariarum fuit eidem reuocabiliter quæsitum, per text. ultra alia. l. ex sextante. §. Lations largus. ff. de excep. rei iud. l. debit. ff. ad Trebel. & uoluit Soc. in d. l. debitori. C. de pactis. sunt concor. per Tiraq. in retract. consangui. §. 1. gloss. 7. fol. 31. nu. 70. Aymo in consi. 144. magnificus. & in consi. 316. Matthæus Brici. num. 4. qui dicit, quod deducit debitum suū & dotes maternas antea, quam faciat fideicommissi restitutionem. uerùm tenetur cū debito prædicto fructus perceptos ante restitutionem ex computare etiam quòd esset filius, & mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. Soc. in consil. 23. in proposita quæstione. prout sic audio sacrum Consilium pluries iudicasse, & maxime in causa mag. Ioan. Angeli Palmerii hodie, qui est 10. mensis Iunii. 1562. de qua fuit actuarius Ascanius Copula, & sunt etiam annotationes infra in dec. 367. ubi etiam, quod filius grauatus de restituendo post mortem deducit legitimam & trebellianicam & alia, & in isto casu quòd actiones, siue hypothecæ non confundantur, nullus doctor dissentit, quæ satis uidentur posse adaptari ad terminos huius decisionis, ex quo dominium rerum paternarum huic filio fuit reuocabiliter quæsitum, ex quo uirtute consuetudinis proxi-
3 miores ex parte patris in casu † mortis huius possunt aduocare, pro quibus ponderantur uerba dictæ consue. Neap. prima, de succes. ab intesta. in uerbo succedunt, ergo si proximiores uocantur per fideicommissum. gloss. in l. in testamento. C. de testa. milita. Soc. in consi. 12. præsens consultatio. nu. 5. 3. uolu. Alex. in consi. 23. oportune consideratis, in uerbo 5. mouet dubium. col. 4. in 1. uolum. cum sis, quod filii uidentur ista bona tenere sub quadam conditione uirtute consuetudinis siue ob causam, & adueniente conditione siue causa cessante cesset dispositio. l. si quis sub conditione. ff. si quis omi. cau. testa ut bona conseruentur in agnatione siue familia, ut fuit notatum supra in dec. 226. & propterea fauorabile statutum, prout etiam arguit Roman. in consi. 16. uiso themate. col. 2. in uerbo secundum autem. & sic uidetur indubitanter tenendū, actiones non confundi, prout etiam secundum istam decisionem fuit iudicatum omni tempore, & signanter in regia camera summarię in anno 1545. in quadam causa magnificorum Lucii & Fabii de Loffredo, cum magnifi. Io. Antonio Mātella & Regio Fisco, ubi dicti magnifici de Loffredo tanquam proximiores ex parte matris successerunt ad dotes matris quondam magnificæ Penelope Mantellæ tanquam bona materna, & hoc non obstante quòd ipsa magnifica Penelope fuisset hæres sui patris debitoris dotium prædictarum, & deinde successisset matri. commissarius dictæ causæ excellentiss. Franciscus Antonius Villanus, tunc præsidens regiæ cameræ, cum quibus etiam conuenit Capi. in decisi. 195. alios casus est quando creditor, q nō est grauatus de restituen. succedit debitori, qui

non confecit inuentarium, an secundus creditor posterior
possit & ualeat rem possessam ab isto herede aduocare, qui nō
possit se defendere sua priori hypotheca, & in hoc Cynus,
Paul. de Castro in d. l. debitor affirmant, actiones predictas hy
pothecarias huius hæredis non esse confusas, sequitur Hiero-
nimus Grasus in consil. 63. uitis elegantissimis, nume. 14. 2.
vol. ubi etiam, quòd quotiens potest dari alius titulus quam
hæreditarius, cessat hereditatis aditio. Alex. verò in l. debitor.
sentit contrarium ea ratione, de qua supra: quia sequuta hæ-
reditatis aditione hæres dominus est, & in re propria hypo-
theca non cadit. l. neque pignus, de regu. iuri. cum simi. no. su-
pra in deci. 8. & licèt Nicosa. in loco supra citato conetur fa-
cere responsum sequēdo opinio. Cini & Paul. de Castro, quod
etiam amplectitur Soci. in d. l. debitori. tamen paucnlo iudi-
cio meo, non bonæ sunt responsiones ad dicta Alexā. maxime
ad tex. l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. qui vult, quòd
4 hæres adiens hæreditatem † sine inuentario, omnes actiones
confunduntur, & ipse tenetur sicut defunctus, not. text. &
scribe. in l. quæ dotis. in fi. ff. solu. matrim. quod maxime pro-
cedit, ex quo hic hæres obnoxius est soluere huic secundo po-
steriori creditori habenti hypothecam, uel ratam habere ip-
sam hypotecam factam a suo auctore existente ipso herede si-
ne beneficio legis, vt fuit conclusum supra in d. 8. decisione. vn
de non uideo quomodo opinio dictorum Dominorum affir-
mantium contrarium valeat procedere, & hæc quæstio nul-
lius utilitatis, postquam hic hæres tenetur factum defuncti ua
5 lidum approbare, ad quæ conueniunt, quòd hæres † etiam cō
fecto legitime inuentario quatenus habet de bonis ipsius de-
functi tenetur factum eius approbare, & ei inuentarium non
suffragatur, sed pro eisdem eatenus, quatenus possidet, actio-
nes confunduntur. Fulgo. consil. 67. pater familias. colum. se-
6 cunda, Roma. cons. 18. visa facti. in fi. prout ita etiam † succes-
sor bonorum non obligatur etiam non confecto inuentario
ad æs alienum, nisi quatenus vires hæreditatis siue bonorum
se extendunt. Barto. in consilio 157. super his. Decius in l. pri-
ma. ff. si cer. peta. cum aliis adductis per Aymo. in consil. 139.
Titius, numero quinto. quæ nota: nam facere videntur ad di-
ctam consuetudinem, quæ uocat proximiores ad bona dece-
dentis ab intestato tanquam successores, ut supra, quòd non
teneatur, nisi quatenus &c. & insuper quia hic fit mentio con
suetudinis nobilium Capuanæ & nidi in contrahendis matri-
moniis, sunt anno. de prædictis supra in decisione. 226. & con-
suetudo ista nobilium sit diuersa a consuetudine more magna
tum, & quòd consuetudo ista more magnatum nil aliud sit,
7 vel † contineat nisi merum ius commune in contrahendis ma
trimoniis. Iuxta notata supra in præcedenti decisi. uoluit
Decius in consil. 408. in causa illustr. prout etiam audio de an
no 1563. ita fuisse iudicatum in sacro consilio in causa illustr.
Ducis Grauinæ cum don Fuluio Vrsino & fratribus in doti-
bus quondam Marchionisse Layni, quòd omnes fratres suc-
cedant in dictis dotibus, sicut de iure communi est successio,
non obstante consuetudine, actuarius Io. Vincentius de Sar-
no. Com. D. de Altomare. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCXXXVIII.

De locato & conducto, & nouo colono non expellente veterem.

SVMMARIVM.

1 *Colonus anni præcedentis pensionem uolente illam facere quam nouus, an possit per dominum expelli & quando 3.*
Casus omissus à consuetudine deciditur per ius cōmune.
Dominus fundi an teneatur inuitus relocare idem, si non vult.
2 *Emphyteusis finita denuo concedenda descendentib.*
4 *Inquilinus nouus an possit veterem expellere.*

DIcit consuetudo Neapolitana in scriptis redacta in titulo de locato, & conducto, quæ incipit. Sed & si fundum, quòd si conceditur fundus ad pensionem in pecunia, uel pro victualibus, debet dominus de mense Maii denuntiare, uel prohibere, quòd non uult pro sequenti anno dimittere sibi dictum fundum. Et similiter ipse locatarius debet intra mensem Maii domino fundi se presentare, & dicere, ꝙ pro sequenti anno non vult dictum fundum, & ꝙ illud assignabat in medietate mensis Augusti. Fuit dubitatum in Consilio, pone, quòd nec dominus fundi, nec colonus de mense Maii aliquid dixerunt, postea de mense Augu. dicit dominus fundi ipsi colono, ꝙ euacuet fundū; quia vult ipsum alteri locare, uel quòd locauit alteri, dicit ill colonus, tu nihil mihi dixisti in tempore debito, ego volo pro anno sequenti collere dictum fundum, & paratus sum pensionem soluere prout solui anno præterito, vel sicut alius conductor. dominus fundi dicit, ego volo fundum meum, & nolo vlterius tibi locare.

1 † Quæritur, vtrum dominus fundi pro ea mer-
cede, quam soluit anno præterito, teneatur con-
cedere, vel prout alius cōductor vere vult soluere:
vel dictus conductor teneatur restituere possessio
nem dicti fundi. Hic casus est omissus a dicta con
suetudine, ideo debet decidi secundum ius com-
mune, vt in l. si extraneus. ff. de cond. ob cau. & in
l. commodissime. ff. de libe. & posthu. cùm si. Sed
ius commune vult, ꝙ dominus fundi non tenetur
inuitus relocare eidem, si non vult, vt dicit text. in
l. ne cui. C. locati. & dicit l. cōductores, quę est pe.
eod. titu. ꝙ qui rem conductam non restituet ante
sententiam, post sententiam condemnatoriam te-
netur tanquam inuasor, ad idem in l. si quis con-
ductionis. eod. tit.

In contrarium allegabatur id, quod dicit Bart.
in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotidia. & æsti.
2 † vbi dicit, ꝙ sic emphyteusis est finita descenden-
tibus debet concedi, & si non conceditur, fieret eis
iniuria, & posset appellari ad superiorem, concor-
dantiæ sunt in apostillis Alex. ibi, eadem ratione
dicendum est in colono, ut si velit dare tantum,
quantum ab alio reperitur, fieret ei iniuria & pos-
set appellari. Ideo dicit Luc. de Pen. in l. congruit.
C. de locat. præd. ciuilium, lib. 10. ꝙ dicta lex, con-
gruit, probat, ꝙ colonus antiquus debet præferri
nouo, si tantundem pro prædiis soluere sit para-
3 tus. † nec d. l. ponit casum specialem in locatione
prædiorum publicorum, sicut in domo conducta
per scholarem, ut in c. 1. extra de locato, quia regu
lariter hoc est, ꝙ quando conductor nouus vult
veterem expellere, iniquū uidetur, vt si antiquus
velit tantundem exoluere, repellatur, nec per hoc
oneri perpetuæ locationis subiicitur, nā si neutri
locare vult, non compellitur, sed potest eam pro
libito retinere. Fuit ergo conclusum per sacrum
Consilium, ꝙ si colonus anni præcedentis vult tan
tum soluere, quantū nouus de pensione, dominus
fundi non potest ipsum expellere, secus si vult re-
tinere fundum pro se in dominio; quia tūc potest
5 ipsum expellere. † Quid autem in inquilino, an no
uus inquilinus possit expellere veterem inquilinū,
qui offert se paratum tantundem soluere de pen-
sione? & fuit conclusum, ꝙ nouus inquilinus po-
test expellere ueterem inquilinum, qui velit tantū
dem soluere, per d. l. nec cui. Dicta ergo consue-
tudo solum habet locum in fundis rusticis, non
autem in fundis vrbanis, vt dixerunt antiqui do-
ctores extra Consilium, & doctores Consiliarii di

cebant

cebant, ꝙ hoc expresse dicit gl. Neap. in d. consuetudine, sed & si fundum, ubi dicit, ꝙ sic fuit interpretata semper dicta consuetudo, ut nõ habeat locum in domibus suis in ciuitate.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXXXVIII.

1 *Prædiis rusticis si colonus antiquus vult tantum dare, quantum nouus, non potest expelli, idem in scolare.*
2 *Sunt etiam nonnulli scribentes, qui volunt, quòd etiam in vrbanis, quòd inquilinus vetus non possit expelli, si vult tantum dare. quod quomodo procedat, vide hic.*
3 *Intellectus l. primæ §. permittitur ff. de aqua quotidi. & æsti. an procedat in ecclesiis, quando pro se vult retinere, & an possit vnum agnatum eligere & alium excludere, & quid in emphyteu.*
4 *Emptori extraneo an debeat præferri socius rei communis, si vult tantum dare, quantum extraneus.*
5 *Inquilinus, qui bene soluit pensionem, & non male versatur in re locata, vel aliter domino ex aliqua iusta causa non est exosus, ꝙ non possit expelli, si vult tantum soluere, quantum nouus inquilinus.*
6 *Si emphyteuta vult locare rem emphyteuticam alteri, an dominus directus præferatur, sicut in venditione datur ius prælationis.*
7 *Dispositio l. quoties. C. de rei vendi. quæ vult illum præferri in venditione factæ duobus, qui primò accepit possessionem, an militet in locatione facta duobus, vbi an euictio veniat in prælatione.*

1 Conclusionem firmatam in præsenti dec. ꝙ colonus † antiquus si vult tantum dare quantum nouus in prædiis rusticis, ꝙ non possit expelli, secus in urbanis, limitat Io. de Platea in d. l. congruit. in scolare, qui vult tantum præstare, ꝙ non
2 possit expelli etiam in urbanis, imò etiã ꝙ in urbanis † antiquus inquilinus expelli non possit, quando vult tantum soluere, quantum nouus inquilinus, affirmat Calca. in consi. 8. nu. 36. sentit hic auctor in prin. consti. de iure prothomiseos. volu. Cotta in suis me. in uerbo locator primus. Ripa in tract. de peste. fol. 43. latius per Boerium in deci. 107. & uidetur, ꝙ nõn, & istud per tex. c. ad aures, & ibi Ant. de Butrio. de empt. & uendi. & hoc facit tex. de æquitate dic. §. permittitur. de cuius
3 intellectu † satis late declarat Gozadi. post alios in consi. 39. prima facie. num. 18. & in consi. 71. in causa. num. 3 & 86. uidetur prima facie, num. 23. quòd non procedat in ecclesia, quando vult pro se retinere, & quod possit unum agnatum el gere & alium excludere, & per Hieronymum Gratum in consilio 120. primo uolu. qui fuit opinionis, hæc non militare in emphit. sed copiosissime per Tiraquel. & si nihil firmet in prælatione retract. consangui. num. 41. fol. 7. & sunt etiam annota. infra in decisi. 392. num. 12. & quòd non possit expelli uetus inquilinus, quando vult tantum dare, Gram. in consi. 4. nu. 2. in ciuili. immo etiam plus volunt Gui Papa in sing. 780. & in
4 consil. 96. in fine. quod etiam emptori extraneo † socius rei communis præferri debeat, si vult tantum tradere, quantum emptor ipse extraneus, ad quæ faciunt uerba consti. regni. ut de successionib. in fine, quæ vult, non negari gratiam in ulteriori gradu positis in feudo curiæ deuoluto, & quando sunt competitores, consanguineus præfertur, quando offert tantũ, quantum ab extraneo est oblatum, sed quòd in urbanis antiquus inquilinus non præferatur nouo, & hæc dicta tantum militent in rusticis, est opinio Alex. in consilio 80. visis opportune colu. 5. prope fin. nu. 18. 1. uolum. Mantua in consil. 48. & sic est maxima rixa inter scribentes in supra narratis. mihi autem si daretur eodacta fandi inter tot patres legumq; procores, satis æquum videretur, quando dominus nullam iustam causam habet expellendi antiquum inquilinum iuxta tex. l. ædem. C. locati. & ea quæ no. Alex. in consi. 129. puto quod de iure 2. uolum. & Iasin auth. qui rem. C. de sac. san. eccle. ut
5 quia inquilinus male uersatus fuisset in re conducta † uel quia fuisset Malpagus effectus in non soluendo pensionem domino locatori suo tempore, vel aliter domino ipso exosus effectus iuxta tex. l. si conuenerit. in fi. ff. pro socio. de quo per Paridem nostrum in tract. suo sindi. in titu. de excessibus Baro. & per Curtium Senio. in consi. 66. sapienter optimus. col. 18. in uerbo capio nunc aliam dubitationem, quòd expelli non possit, & hoc etiam saltè illa æquitate, quod tibi non nocet, de qua fuit facta mentio supra in decisi. 232. in fine, & sic uidetur se
6 nendum. iuxta quæ quæro † de notabili quæstione, quam in specie non reperi decisam per aliquos quos legerim an si emphyteuta vult alicui locare fundum, uel domum emphyteuticam, teneatur potius domino directo, quam alteri complacere, & sic an sicut dominus directus habet ius prælationis iure emphyteutico, quando emphyteutica vult alteri uendere. ita etiam in locatione, iuxta tex. l. fin. C. de iure emphyt. de quo ibi per Ias. & scrib. Gui. Papa in decisin. 411. dominus directus, ubi quòd non potest pro alio amico capere, sed pro ipso tãtum habet hoc ius, de quo latius per Tiraq. in tract. retract. consang. § 26. glos. 1. in verbo non potest, fol. 191. no. 40. puto etiam fuit iudicatum in sacro Consilio in quadam causa Magnifici Federici Viualdi, tunc adolescentis, nunc iurisconsulti literis elegantissimi, expoliti summæq; inter iuuenes nostræ ciuitatis spei, cũ monasterio Sancti Seuerini anno 1562. cuius causæ est actuarius Io. Portius, quia licèt monasterium a principio fuisset prælatum per sententiam sacri Consilii in uenditione facta ab emphy. tamen ex quo postea demonstratum fuit, monasterium ipsum pro alio amico istud ius prælationis uoluisse, & non pro ipso monasterio, dum rem emphyteuticam alteri statim concessisset, fuit reuocata sententia prima sacri Consilii iure prælationis & confirmata uenditio facta ab emphyteuta. & redeundo ad quæstionẽ propositam omissis argomentis ad partes, dico quòd sicut argumentum quæ notat Are. in Institutin. de empt. & uendi. §. precium. colum. 2. ꝙ statutum loquens in uenditione habet locum etiam in locatione, & quæ volunt Alexan. in consi. 122. Viso processu causæ 5. volum. Soc. in consilio 29. uisis dubiis 4. uolu. qui concludunt, quòd dispositio leg. quoties. C. de rei uendi. quæ vult
7 † quòd factæ uenditione duobus ille præfertur, qui primò habuit possessionem, procedat etiam in locatione facta duobus ab uno domino sicut in ipsa uenditione, licèt Ias. in d. l. quotiens. colum. 4. in hoc dubitauerit, & dicat neminem habere, qui istum casum decidat, ad quæ faciunt superius allegata, & & maxime dicta per Boerium in d. decis. 107. tu autem lector amantissime, si hæc non placent, cum casus contigerit, poteris maturius cogitare, & melius inuestigatum eligere: sed an si primus colonus, siue inquilinus fuerint prælati, an hoc casu ueniat euictio seu relectio damnorum contra dominum, ꝙ nõ: nam ex iuris dispositione ii primi coloni siue inquilini fuerũt prælati, & cum de natura rei uenit euictio, ut est etiam in iure congrui, quis ad aliqua nõ tenetur gl. quam communiter scribentes sequuntur in l. si familiæ C. fami. erc. de que latiùs post alios declarat Tiraq. in retrac. consan §. 1. glo. 9. in uerbo aut consanguineus, nu. 55 fol. 46 & in hoc eiusdem retrac. consan. nu. 97 fol. 246. in uerbo 22. quæro, in parua ultima impressione, nisi expresse fuisset promissa euictio, ueniens de natura rei, quid non satis est promittere, quomodocunque res euincatur, ipsum legas. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCXXXIX.

De consuetudine Neapolitana, quòd ripa sit domini terræ superioris, & non inferioris.

SVMMARIVM.

1 *Ripa in terris confinium duorum ex consuetudine Neapolitana cui accedat, num 6.*
Titulum habere an præsumatur, si alleget, qui triginta annis possedit.
2 *Verbum eius est, qualiter exponatur.*
3 *Exceptio firmat regulam.*
4 *Consuetudo potest possessionem totius transferre ratione partis.*
Princeps committens causam sub verbo de iustitia, insinuat petitorium & possessorium.
Causa petitorii quando absorbeat causam possessorii.
Consuetudines Neapolitanæ sunt factæ per verba vsitata.
Genitiui casus, ut quis dominus præsumatur.

Consuetudo nō transfert possessionem sine actu corporeo.
6 *Possessio immemorialis vim habet constituti, & effectum publici instrumenti.*

ALia consuetudo ciuitatis Neapolis in scriptis dicit, Si duorum terræ sunt confines, & vna est in eminentiori loco, alia in inferiori, siue in loco depresso, ripa pertiner ad dom. superiorem, & non ad inferiorem, nisi contrarium probetur per terminos finales, vel instrumētum, &c. Quæritur in facto, quid si dominus terræ inferioris probat se possedisse ripam vsque ad summitatem & planitiem terræ superioris, & dominus superioris dicit, ꝙ dicta ripa est sua, quia ita dicit præsens consuetudo, & si dominus terræ inferioris possedit ipsam ripam, talis possessio est sine titulo & contra
1 dictam consuetudinem.† Quæritur modò, an sufficiat domino terræ inferioris probare solam possessionem ripæ, uel debeat probare etiam titulum. Prima facie videtur dicendum, quòd sufficiat domino terræ inferioris probasse possessionem ripæ absque titulo, quando possessio est antiqua cum allegatione tituli, sicut dicimus in c. si quis per 30. si de feud. fuerit contr. quòd probata possessione 30. ann. feudi, & allegato titulo, præsumitur, ꝙ inuestitura præcessit, accedat ad hoc not. per gl. in l. cū de in rem verso. ff. de usur. & notant Doctores. iuxta gl. fin. l. si certis annis. C. de pactis. In contrarium allegatur: nam dicta cōsuetudo dicit, ꝙ ripa est eius, cuius est terra in eminentiori loco, & sic ripa erit virtute consuetudinis quò ad dominium
2 & possessionem domini terræ superioris, † quia verbum istud, eius est, exponitur, idest, remanere debet: vt in l. si patronus. ff. de concubinis, & in l. Iulianus ait. in gl. ff. de iud. uel exponitur, id est, pertinet; ut in l. non solùm §. hęc actio. ff. de aliena. iudic. mutan. causa facta, uel exponitur, eis est, idest, esse præsumitur, ut ff. de iudic. l. si debitori. ff. de donat. inter uir. & uxo. l. vir mulieri. Item quia istud verbum, eius est, non solùm respicit pręsens tempus sed etiam præteritum, ut ff. de verb. signif. l. uerbum erit, sed propriè pręsens tempus significat, ut ff. de auro & arg. leg. l. inter uestem, §. idem scribit. Et sic consuetudo facit dominum, & possessorem ripæ illum, qui possedit terram ex parte superiori, nisi dominus terrę inferioris probasset, ꝙ termini diuisorii sunt in parte superiori, ita ꝙ propter dictos terminos apparet, ꝙ ripa esset domini terrę inferioris, uel probasset per instrumen-
3 tum,† hęc ergo exceptio confirmat regulam in nō exceptuatis. l. quęsitum. §. inde Neratius. ff. de fun do instructo. l. in his, ff. de legib. cum ergo duos ca sus excipit consuetudo à regula, uidelicet quando apparent termini in contrarium, uel instrumentū publicum. Ergo excludit possessionem antiquam. In contrarium dicitur, bene enim sciuissent dicere compositores consuetudinum, inter quos fuit ille magnificus doctor Bartholomęus de Capua, nisi ripa fuisset per longa tempora possessa per dominū terrę inferioris, non ergo excepit hunc tertium casum, ergo comprehenditur sub regula, ut non obstante naturali possessione dictę ripę domini terrę inferioris, ripa sit domini terrę superioris. Item ista consuetudo est realis, quia respectu rei loquitur, & sic dicit ripam esse domini superioris respectu dominij & possessionis ratione partis ter rę, quam possidet ex parte superiori, arg. l. a. in
4 prin. ff. de acq. pos.† Et consuetudo potest transferre possessionem totius ratione partis, iuxta nota. in c. a. de consue. Et sic dominus terrę superioris possedit ciuiliter, sed propriè loquēdo ciuilissimè, secundùm Bal. in rub. de can. poss. & propriè. dictam ripam, licèt dominus terrę inferioris natura liter possederit, ciuilis possessio est validior naturali possessione, per dictam consuetudinem, quæ transfert dominium, & possessionem in dominū terræ superioris ripæ prædictæ, & habuit respectum super mera iustitia. Sicut quando princeps committit causam de iustitia. sub isto verbo, de iustitia, comprehenditur petitorium, & possessoriū, vt dicit gl. in c. dilectus, de ord. cog. & in c. fi. eo. ti. & no. Bal. in l. li de proprietate. C si a non comp. iud. sic etiam dicimus, quòd quando constat de proprietate, de qua fuit cognitum, causa petitorii absorbet causam possessorii, vt habetur in c. cum
5 dilectus. de causa poss. & proprie. & in c. ecclesia, eōdem titulo, & in capitulo 1. de rest. spo. † Prę terea in dicta cōsuetudine dicitur, ꝙ ripa est eius, cuius est dominus terræ superioris, & sic statuit, quòd nō solùm dominium, sed possessio est eius: vt probat text. in l. quòd autem, ff. de lib. causa. ibi. in libertate fuisse, id est, in possessione libertatis.

Præterea istæ consuetudines Neap. sunt forma tæ per uerba usitata, ut dicit gloss. Neap. in proœ. dictarum consuet. in fin. Et Neap. dicit, ista terra est talis per genitiuum, significat, ꝙ talis ipsam possidet, & ꝙ est sua, accedunt ad hoc not. Bart. in rub. ff. de op. no. nunt. & ibi sunt multæ concord. Nec obstat illud, quod posset dici, quòd consuetudo non potest transferre possessionem sine actu corporeo, secundùm Bal. in l. 1. C. commu. de lega. Quia respondetur, quòd satis interuenit actus corporeus per possessionem terræ ex parte superiori, vt per eam videtur possidere ipsam ripam, vt supra dictum est. & sic consuetudo potest per istū actum transferre possessionem ripę, per nota. in d. c. 2. de consuetu. per Inno. & Doct. tenet Alex. in 2. uolum. cons. 82. incipiente uisa facti narratione.
6 Fuit tandem per doctores sacri consilii decisum & determinatum, quòd non obstante possessione probata 20. anno. per dominum terrę inferioris di ctæ ripæ, condemnetur ad restituendam ipsam ripam domino terræ superioris uirtute dictæ consuetudinis, quia non probauit per instrumentum, uel per terminos finales, ut dicit dicta consuetudo.

Bene tamen fuit dictum, quòd si illa possessio fuisset longissima tanti temporis, in cuius contrarium memoria hominum non existit, tunc haberetur ut constitutum, & tunc non esset opus allegare titulum, secundùm Ioan. And. in c. 1. de pręscript. lib. 6. cum concord. quæ solent ad hoc allegari. Et sic dicta possessio antiquissima haberet effectum publici instrumenti, secundùm Innoc in c. nouit, de iudiciis, & in c. super quibusdam. §. pręterea. de uerb. signifi. & Bal. in l. 1. de emancipa. liberorum.

AN-

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXXXIX.

1 *Per consuetudinem potest in aliquem possessio transferri, & per possessio. captam ab aliquo non impeditur huiusmodi possessionis translatio per consuetudinem.*
2 *Possessio, quę transfertur per consuetudinem, est uerissima, & per eam quis habet interdictum recuperandæ, & constituendo se possidere per alium per constituti transfert possessionem, & contra ipsum non datur pręscriptio.*
3 *Pręscriptionem allegans non solum ipsam tenetur probare, sed etiam negligentiam partis cum scientia rei suæ iuris agendi.*
4 *Quando quis fuit usus in parte, conseruat ius & possessionem in reliquo, unde in riuo faciendo quis clusam in parte conseruat ius in toto.*
5 *Ripa quòd sit terrenum, quod continet flumen secundùm eius naturam & quòd ripæ & fossata debeant mensurari, nisi aliter sit conuentum, ut quia fuisset venditum aratorium tantum.*
6 *Fouea, siue fossatum in medio duorum prædiorum quòd sint communia.*
7 *Quando causa est commissa, quòd fiat iustitia, quòd omnia veniat.*

FIt conclusio in præsenti decisione, possessorem ripæ debere condemnari ad ipsius restitutionem domino terræ superioris non obstante possessione 20. annorum domini terræ inferioris, ex quo dominium ripæ & possessio fuerunt translata in dominum terræ superioris per consuetudinem Neap. &
2 † vt per consuetudinem possit possessio transferri, ultra scrib. in l. cum hæredes. ff. de acquir. poss. affirmat istud ample Cassa. in consue. Burgu. de soccessione, Rubrica 7. fol. 225. Vbi in specie declarat, quòd per apprehensionem factam ab alio nō impeditur huiusmodi acquisitio facienda per consuetudinē, immo iste sic inuestitus per consuetudinem habet interdictū recuperandæ possessionis, quod etiam sequitur Tiraqu. in tract. de const. posses. in 4. limitatione, folio 64. uolens hanc
2 † possessionem traditam per consuetudinem esse uerissimam, vnde alienando hic, qui habet hanc possessionem per consuetudinem, & constituendo se possidere per constitutum transferat possessionem alteri. ex quibus infero, quòd postquam hic dominus terræ superioris possideat Ripam uirtute consuetudinis, quòd contra ipsum non currat præscriptio; nam præscriptio non datur contra possidentem, a quale agitur. & l. cum notissimi. C. de præscri. 30. vel 40. annorum cum aliis plene adductis per Aym. in consi. 75. in contractu. nu. . & in consilio 39. pro clariori, nu. 9 Vbi citando nostrum Affl. in decis. 265. colum. 2. videtur, quòd quando quis se fundat ex lapsu temporis tantum in præscriptione, quæ est odiosa, dicitur se fundare ex circumuentione. ad quæ faciunt allegata supra in deci. 23. in princ. immo præscripti onem allegans ultra quod teneatur eam probare, tenetur etiam demonstrare † negligentiam
3 partis una cum scientia iuris agendi sibi competere, prout attestatur idem Aym. in consi. 201. proponitur. nu. 29. ad quod facit, quòd ad tollendam præscriptionem sufficit, quod quis sit
4 usus in parte, ut conseruet ius suum in toto † ne ius suum tollatur per non usum. idem Aymo in conf. 124. Ioannes. nu. 5. Vbi loquendo in subiecto riui, quod quis faciendo clusam in parte uidetur conseruare possessionem totius, & sic non amittit ius suum, quod habet in riuo, & sic iste, qui habet terram superiorem otendo, siue possidendo terram, uidetur suum ius in omnibus conseruare, & secundùm hanc decisionem quòd Ripa sit domini terræ superioris fuit iudicatum in sac. consil. in quadam causa Magnifici Lucii de Loffredo cum Abbate Tanracina ann. 1559. actuarius Alfonsus de Capua, & de subie-
5 cto huius decisionis quid sit Ripa & aqua † ultra text. & scribentes in l riparum. ff. de re. diui. declarat Bal. in consil. 463. quatuor sunt 4. volum. & in consil. 78. aliquibus. in 3. volum. latius Alexan. in consi. 120. omissis argumentis 2. uolum. ubi diffinit ripam esse terrenum, quod continet flumen secundū eius naturam l. prima. §. ripa. ff. de flumi. quæ diffinitio uidetur facere ad propositum huius decisionis, ubi etiam quòd hæ ripæ & fossata debent mensurari, nisi aliter fuerit conuentum, de quo etiam per Fel. in c. quia iudicante. circa finem de præscri. Ias. in consilio 91. circa finem, uolumine primo. Paritius in consi. 105. circa præsentem, primo uolu. ubi concludit, ripam fluminis posse quem munire, & accommodare: uoluit etiam Paris in tracta. renunc. fol. 102. qui limitat, nisi fuisset uenditum aratorium tantum. nam tunc ripa non debet mensurari, & de iure fouea siue fossatum existentia in medio duorum
6 † prædiorum circumscripta consuetudine quòd sint communia, est tex. l. 2. §. præterea. ff. de aqua plu. arce. Alex. in consi.
7 54 5. uolumine, uiso processu. col. 2. & † quòd quando causa committitur, quòd fiat iustitia, omnia ueniant, declarat Bald. in l. iustitia. de iu. & iure. Ias. in l. causas. colum. 2. C. de transacti. Cæs Vrsil.

DECISIO CCXL.

De fructibus hæreditariis restituendis per hæredem in iudicio petitionis hęreditatis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus hęreditarii an veniant restituendi in iudicio petitionis hæreditatis.*
Hæres iustam habet ignorantiæ causam, ob id bonæ fidei possessor dicitur.
Possessor bonæ fidei cum titulo fructus facit suos.
Possidens triginta annis bona fide à restitutione fructuum excusatur.
2 *Iudicium petitionis hæreditatis est uniuersale.*
Fructus bona fide percepti in iudicio petitionis hæreditatis augent portionem.
3 *Mala fides allegari non potest triginta annos.*
Mala fides patris nocet filio successori uniuersali quò ad restitutionem fructuum.
4 *Testes discordantes in summa, an solum probent de minori, & qualiter concordentur.*
5 *Summa minor in testibus quando insit in maiori 6.*
Instrumenta duo diuersarum summarum ex eadem causa & eodem die confecta, an præsumantur duo debita.
7 *Dispositio nulla in feudis tenet sine Regis assensu*
Filius an teneatur acceptare omnem dispositionem factā per patrē, & illas possit reuocare, sicut potuisset pater.
8 *Hæres non tenetur approbare factum defuncti à iure reprobatum.*
Obligare ad uniuersum deditum vnum ex sui hæredibus, an quis possit.
9 *Legatum relictum creditori à debitore an ualeat.*
Dispositio feudalis sine Regio assensu procedit quò ad fructus feudi hæreditarii.
10 *Feudū hæreditariū ex forma inuestituræ deprehenditur.*
11 *Hæres etiam cum inuentario non uenit contra factum defuncti in feudo hæreditario.*
Defunctus hæredem suum obligare potest.

IN causa Cubelli Curialis de sancto Seuerino ex una, & Io. Ant. Curialis eius nepotis ex fratre primogenito prædefuncto. De trib. fuit dubitatū in sacro Consilio.

Et primò, ex quo dictus Cubellus egit petitionē hæreditatis petendo portiones aliquorum bonorum paternorum contentorum in inuentario, tā ex persona propria, quàm duorum fratrum, quibus ipse successit, contra præfatum Ioā. Anto. filiū & hæredem quondam Io. Curialis fratris dicti Cubelli ex parte patris tantùm,

Dubitatur

1 Dubitatur † utrum dictus Io. Anton. conuentus teneatur ad restitutionem fructunm dicto Cubello pro rata sua à tempore mortis patris, & à tempore mortis fratrum, & pro tempore, quo eis fructus portionis bonorum paternorum non fuerunt söluti ipsis fratribus. Dubium faciebat, ꝙ dictus conuentus fuit bonæ fidei possessor, ex quo fuit hęres, qui habet iustam causam ignorantiæ, ut in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & bonæ fidei possessor si habet titulum, facit fructus suos etiam naturales, ut in l. bonæ fidei. ff. de acqui. re. domi. & firmat Bar. in l. ex diuerso ff. de rei uend. & uoluit D. Ant. in c. grauis. de restit. spolia. & Ioã. de Imo. in l. Nesennius §. 1. ff. de re iudi. Itęm quia in materia d. c. grauis. ille qui possedit 30. ann. bona fide, excusatur à restitutione fructuum secundùm Bal. & Ange. in l. penul. C. in quib. non ob. longi temp. præscriptio. & ille conuentus bona fide possedit bona prædicta ultra 30. ann. ergo &c.

2 † In contrarinm dicebatur in iudicio petitionis hæreditatis, quod est iudicium uniuersale, ut dicit gl. in l. 1. ff. de euict. & probatur in l. si quo tempore. & l. cum hæreditatem. ff. de petit. hæred. not. glo. in ca. cùm ecclesia. de causa possef. & proprie. in quo quidem iudicio fructus etiã bona fide percepti augent portionem, ut in l. item ueniunt §. fundus ff. de petit. hæred. hoc uoluit etiam Bal. post glo. & Cyn. in l. non est ambiguum C. famil. erciscun. Imo fortius dicebatur, ꝙ etiam si essemus in judicio particulari, adhuc dictus conuentus teneretur restituere fructus dictarum portionũ, quia dicti fructus sunt consumpti, & ipse factns est locupletior, ut dicit Ang. in l. item ueniunt. in prin. per glo. ibi. ff. de petit. hæred. Fuit per totum Consilium uotatum, ꝙ dictus reus licèt si hæres patris sui, tamen pater suus fuit in mala fide, quia sciebat dictas portiones competere dicto Cubello, & sic tenetur ad restitutionem fructuũ, ut dicit Bal.
3 in l. post sententiam C. de sentent. nec obstat † ꝙ post 30. anno. non potest mala fides allegari, ut dicit Bar. in l. l. fi. C. unde ui. & Bal in c. sæpe. de resti. spol. quia quando incepta fuit hæc controuersia inter istos cõiunctos, adhuc non erant transacti 30. ann. Et illa mala fides patris nocet hüic conuento eius hęredi uniuersali, ut i l. uitia C. de acq. poss. & & not. Bal. in l. 2. C. de petit. hære. & tenet Bar. in d. l. & ex diuerso. circa finem, & illa mala fides patris sui nocet hæredi uniuersali, ēt ꝙ ipse sit in bona fide quò ad restitutionem fructuum, ut dicit Bart. in d. l. & ex diuerso. dum allegat l. a. in fi. C. de fru. & liti. excep. & maximè in hoc iudicio uniuersali. Secundò dubitatur, utrum testes uariantes super qnantitate fructuum, ex quo uariè & diuersimodè deponnnt aliqui de minori quantitate, aliqui de maiori fructuum quantitate, iudex possit condemnare ex depositionibus ipsorum testium deponentium de minori quantitate, ita ꝙ illi testes, qui deponunt de maiori qnantitate, possint dici contestes in minori quantitate. Bal. in l. ex facto §. item quæro. ff. de uulg. & pupil, de hoc dubitauit, & non
4 determinauit † Ioan. de Imo. in l. 2. §. si stipulanti ff. de uerbo. oblig. ponit istam quæstionem, quam dicit habuisset de facto, quidam dicit se mutuasse Titio 20. probat per duos testes, vnus dicit, ꝙ uidit numerari 10. isti testes non probant, quia sunt singulares. Io. An. in c. 1. de arbitris, in nouella pro ista parte dicit, si nõ ualet testimoniũ testiũ discordantiũ in loco uel tẽpore 3. q. 9. ca. nihilominus. multò minus cũ discordãt in re. c. cũ ecclesia. de causa pos. & propri. Idem concludunt Petr. de Aneh. & Lud. Ro. in d. §. si stipulanti. Idem tenet Archid. per uerbum fortè. in d. c. nihilominus.

Contrarium opi. tenuit Spec. in titu. de teste. §. postquam. uersi. quid si plures. ubi dicit, ꝙ si vnus testis deponat de 10. alter de 15. alter de 20. non uidentur adinuicẽ contradicere. Idem dicit Ang. in d. §. item quæro. dicens, ꝙ si nolo probare fructus perceptos ex uinea per testes. & nnus deponit, ꝙ recollegit 10. corbes, alter dicit de octo. Isti dicuntur contestes, quia de nouo recollectiuo uineę quęritur. Secus dicit in eo, qui agit ex mutno ad centum, & unus testis deponit de centum, alins de quinquaginta, ꝙ non probatur mutuum dę centum, sed non dicit an probent de quinquaginta. Sed bene Io. de Imo. in l. inter pares. ff. de re iudi. dicit, ꝙ probant de quinquaginta. & dicit ꝙ hęc pars uidetur uerior. Alexan. de Imo. in l. qui quartam ff. de lega. 1. dicit, ꝙ istud est magnum dubiũ, & ibi dat plures remissiones, ut ibi per eum.

5 † Dicebant domini Consiliarii, ꝙ Alexan. in 2. uolu. con. 44. inci. uisa consultatione pręmissa. post argumenta pro & contrà, tenet, ꝙ ad probandum, ꝙ ego passus sum damnum pro tali ad talem summam & unus testis deponit, ꝙ damnum est usque ad summam 10. alius usque ad summam 5 5. ꝙ isti testes non sunt contrarii in decèm, & multa allegat pro hoc, quæ omitto causa breuitatis, & ibi respondet singulis obiectis Accedat ad hoc aliud consilium Alex. in 5. uolu. consi. 75. inci. in causa uertente inter Ioannem. in pen. col.

Per totum Consilium fuit uotatum super isto dubio, ꝙ ex quo dicti testes deponunt de quantitate & ualore fructuum eiusdem anni, & de einsdem bonis, tunc in maiori summa inest minor in testibus. Et pro hoc allegatur Bald. in l. Imperator. ff. de sta. hom. ubi dicit quòd si producuntur duo instrumenta eodem die confecta diuersarum summarum ex eadem causa, non pręsumunť dno debita, sed ualebunt in minori summa, per l. Sempronius Proculo. ff. de leg. 2. & hoc uoluit Alex. in d. §.
6 si stipulanti. vbi sic concludit, † ꝙ aut ex diuersitate summarum resultat singularitas testium, & non probant etiam in minori summa. iuxta c. licèt causam. de proba. aut non resultat singularitas testium, & tunc in maiori summa deposita per testem inest minor, per d. l. Sempronius. Et sic testes sunt concordes in minori summa. vnde cum sic deponebant dicti testes, qui erant discordes de quantitate & ualore fructuum eorundem bonorum, sed respectu temporis & bonorum erant concordes. Ideo illi testes, qui diuersimodè de quantitate & ualore deponebãt, sunt concordes cum illis testibus, qui deponebant de minori summa, & secundum minorem summam fuerunt dicti fructus per sacrum Consilium taxati. Tertius dubium est, quia quondam Iaco. Curialis pater Io. primogeniti & Cubelli in suo testamento solenni grauauit dictum Io. ut ipse solus satisfaciat dotes,

ad

ad quas ipse testator tenetur, & nihil ab aliis cohę redibus suis petatur. Et demum dictus Io. hęres dictũ testamentum acceptauit, & in suo testamento, in quo instituit dictum Io. Ant. eius hæredem, & mandauit adimpleri omnia legata facta per quódam Iacobum patrem suum, Modò dictus Io. An. hęres cum beneficio inuentarii petit dictas dotes
7 pro rata à dicto Cubello, † & dicit, ꝙ dictæ dispositiones inquantum tangunt bona feudalia, non valent, ex quo nõ interuenit Regius assensus, quia dicit tex. in cã. 1. de succes. feu. in prin. ꝙ nulla dispositio manet in feudis, cum concor. ibi allegatis, quantum ad bona burgensatica non tenetur ultra uires hęreditarias, per l. fi. C. de iure delib. Item quia filius non tenetur acceptare ullam dispositionem factam per patrem suum, imò ipse filius potest reuocare, sicut potuisset eius pater, ut dicit An. in c. 1. §. donare. in 7. colum. qualiter olim feu. alie. pote. & in c. 1. in prin. in 16. co. in additione, de prohi. feu. alie. per Feder. alleg. auth. hoc amplius. ibi, lege repręsentatum. C. de fideic. & l. quemad
8 modum. C. de agri. & censit. ubi probatur, † ꝙ hæres non tenetur approbare factum defuncti à iure reprobatum, & ꝙ ipsemet, qui fecit, potest reuocare. facit ad hoc glo. in l. lucius. ff. solu. mat. quę vult, ꝙ hæres non tenetur approbare factum defuncti, ex quo contra illum non competebat actio, nec exceptio. Sic in proposito patris Io. Ant. qui acceptabat testamentum Iacobi, inquantum tangit bona feudalia, in quib. succedit Io. Ant. est ipso iure nulla, quia sine Regio assensu. ergo ipse non tenetur illam dispositionem habere ratam, & ideo cohæredes tenentur contribuere in dictis dotibus, quæ minuunt dictam hęreditatem. Pro parte dicti Cubelli replicatur, uam licèt aliàs in contractu quis non possit unum ex sui hæredib. obligare ad uniuersum debitum. ut in l. eum qui ita. §. 1. & l. continuus. §. fi. ff. de uer. oblig. tamen bene potest in ultima uoluntate, ad effectum, ut ipse hęres grauatus ab illis cohęredibus actione ex testamento uel familię ercis. ad uniuersum debitum compellatur, non tamen ad effectum, ut creditores agere non possint contra omnes hæredes l. seruo legato. §. si testator. ff. de l. 1. l. pacto successorum. C. de pact. hoc uolunt doc. in d. l. continuus. §. fi. per tex. in l. cum ab uno. ff. de leg. 2. & Cy. in l. pro hæreditariis. C. de hęre. ac. & ubi hęres damnatus est non petere à cohęrede, uidetur legata cohæredib. liberatio. l. 2. in prin. ff. de lib. leg. no. Bar. in l. 3. in prin.
9 ff. eo. ti. † Nec ob. si diceretur, ꝙ tale legatum, ꝙ hęres primogenitus non possit petere à cohærede dictas dotes, non ualet, quia hæres erat ceditor & nou debitor, & sic tale legatum tanquam relictum creditori à debitore non ualet, ut in l. si creditor ff. de lega. 2. Quia respondetur, ꝙ licet nõ ualeat quò ad ipsum primogenitum creditorem, ualebit tamen quòd ad ipsum Cubellum, quia ei pro hoc ui detur relicta liberatio dictarum dotium, per tex. in l. Aurelius. §. eum qui. ff. de lib. leg. & in l. si fide iussor. in princip. ff. de legat. 1. Nec obst. ꝙ dicta dispositio quantum ad feuda sine Regio assensu nou ualet, quia ualuit quò ad fructus feudi hæreditarii uiuenti ipso Io. qui acceptauit dictum testamentum Iacobi patris sui, de quibus potuit in eius ultima disponere, secundum And. in l. Imperialem. in prin. in 2. col. de prohib. feu. ali. per Fede. in const. Reg. Const. diuę mem. circa fi. & in c. 1. §. quid ergo. de inuestitu. de re alien. facta. & in constitutio. Regni, Si qui post litem. & sic tenetur ad dictas dotes relictas in testamento Iacobi virtute acceptationis factæ per eius hæredem de fructibus bonorum feudalium tempore Ioan. heredis Iacobi. Preterea ista feuda, quæ fuerunt dicti quondam Iacob. sunt feuda hæreditaria: quia inuestitura dicit, sibi & hæredibus ex suo corpore legitimè descendentibus.

10 † Etiam hodie decisum est, quòd inuestitura, quæ sic dicit, designat feudum esse hæreditarium vt dicit Neapoli. in consuetudine Neapolitana, quæ incipit, & si testator. super verbo, disponere. & And. in capitu. primo, de aliena. feudi paterni. & in capitu. primo, ex quibus caus. feud. amittatur. & in capitu. primo, de capitu. qui cur. vend. & patet ex notatis per Andr. in capitu. primo. an cogna. & in multis aliis locis. Et clarum est, quòd in feudis hęreditariis sicut potest fieri executio in fructibus feudi pro obligatione personali ipsius defuncti: ita etiam in persona hæredis, qui similiter est obligatus, sicut defunctus in fructibus feudi hæreditarii, potest fieri executio in fructibus dicti feudi, vt concludit Andr. in constitutio. Regni si quis post litem. & in dicto §. quid ergo.
11 de inuestitu. de re aliena facta: † quia in feudo hæreditario etiam quòd hęres fecisset inuentarium, non potest venire contra factum defuncti secundùm Andrę in cap. 1. an agnatus.

Nec obstat, si diceretur, quòd obligatio bonorum feudalium, & dispositio testatoris super feudis, & transactio hęredis est ipso iure nulla. & licet filio dicti Io. reuocare iure proprio, per constitu. Regni, constitutionem diuæ memoriæ, quòd non erat permissum per iura feudorum. Quia ad hoc facilis est responsio: quia fateor, quòd obligatio & dispositio tangens feuda non ualet line assensu domini. Sed bene defunctus potest personaliter se obligare & eius hæredem. Ita ut in fructibus feudi hę reditarii fit executio, quia defunctus potest obligare hęredem, ut notatur in l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habe. cum concordan. allega. in decisio. 26. & fiet executio in fructibus feudi hęreditarii, ex quo ipse hæres est obligatus, sicut defunctus est obligatus. Et per istas alllegationes pro parte Cubelli adductas fuit uotatum & conclusum, quòd d. Cubellus attenta dicta liberatione facta, ut non teneatur ad contribuendum in dictis dotibus in testamento Iacobi ratificato per patrem Ioannis Antonii: ut supra, absoluatur ab impetitione dicti Io. Antonii. Et ista decisio fuit bene ruminata per sacrum Consilium per multos dies, aliam decisionem super ista causa uide suprà decisio. 134.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXL.

1 *Error iuris, quia credit quis bona esse sua, an excuset, quòd non teneatur ad fructuum restitutionem, vt in*

in marito, qui habuit ex titulo nullo donationem ab uxore.

2 Qui possidet virtute decreti, quod mox fuit declaratum nullum, an ad restitutionem fructuum preceptorum teneatur.

3 Filius qui precepit fructus ex re nulliter ei donata per patrem, an faciat fructus suos in tantum, quòd ad ipsorum restitutionem non teneatur.

4 Bonę fidei possessor an adeo faciat fructus suos, quòd non teneatur ad ipsorum restitutionem, etiam q; fuisset effectus locupletior. item quis probet aliquem locupletē effectum.

5 Bonæ fidei possessor an saltem triennio tenendo fructus illos vsucapiat, q; non, quando titulus reducitur ad non titulum.

6 In vsucapione requiritur titulus uerus & non fictus causatus iuris errore.

7 Quando quis de iure possit condemnari ad fructus percipiendos, & qui de iure percipi possint.

8 Possidendo quis rem alienam absque titulo prædo præsumitur.

9 Defectus bonæ fidei potest allegari etiam aduersus præscriptionem, de qua non est memoria hominum in contrarium & quandocunque.

10 Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti, qui fuit malæ fidei, & casus in facto.

11 In testibus in maiori summa inest minor in tantum, q; statur testibus deponentibus de minori summa quod fallit, quando agitur de probanda aliqua summa siue quantitate relicta in testamento. item quando testes sunt discordes in prædicamento quantitatis, quia vnus testis deponit, q; res fuit vendita pro viginti, & alius pro decem. Item quando testes deponerent totam rem venditam & alius medietatem.

12 Venditio non specificato precio nulla est, neque valet.

13 Quando plus est probatum, quàm petitum, quòd debeat fieri condemnatio in quantitate petita tantùm.

14 Quando testes sunt discordes in precio, vel aliqua fructuum quantitate, fit coaceruatio omnium summarum testium examinatorum, mox capiatur tertia vel quarta pars habita consideratione testium examinatorum, & de diuersis summis deponentium, & secundùm illam quantitatem fit calculus à calculatoribus.

15 Feudatarius an valeat toto tempore uitę suæ fructus feudi alienare.

16 Bona subiecta restitutioni licèt non possint alienari, possunt tamen bonorum ipsorum fructus obligari & pignorari.

17 Condemnatus si nil aliud habeat nisi feudum, capitur feudum ipsum in causam iudicati, & retinetur, donec viuat vasallus.

18 Vasallus an possit personaliter obligari de vendendo feudum ad interesse.

19 Regula, quotiens aliquid probibetur, q; intelligatur prohibitum omne illud, per quod ad ipsum deuenitur, an semper sit vera de iure.

20 Statutum prohibens aliquem vendere rem suam, non habet locum in eo, qui uendidit rem, in qua quis habet solum actionem personalem ad vendendum.

21 Vasallus tunc potest fructus feudi alienare uita durante, quando ei relinquuntur tot fructus, q; possit viuere item seruitium debitum domino pręstare.

22 Alienatio fructus feudi in perpetuum non valet, nam alias proprietas quodammodo redderetur inutilis.

23 Vsusfructus relictus ciuitatis durat tantùm spatio centum annorum.

24 Alienationes fructuum, quæ fiunt per uasallum uita durante, vel donec vasallus feudum possideat vel ad decem annos, an perpetuę.

25 Alienationes factæ per prælatum ad nouem annos, & mox ipsis elapsis ad alios nouem annos, an prohibitæ.

26 Alienatio fructuum feudi an possit fieri in ultima voluntate, sicut in contractibus.

27 Ex debito contracto per clericum potest fieri executio super fructibus beneficiorum, dummodo clerico relinquatur certa portio, vt possit viuere, & ponitur casus in facto.

Circa primum dubium præsentis decis. quòd hic qui allegat iustam causam ignorantiæ, ex quo hæres, & sic errorem iuris; quia credebat omnia bona sua, sibi iste error iuris
1 non opitulerur † quominus teneatur ad fructuum restitutionē, facit primo text. l. fructus. ff. de usu. vbi marito non prodest allegare errorem iuris ex donatione ei facta per uxorem, quominus ad fructus ipse teneatur; quia titulus nullus, & ita
2 concludit Rom. † in consi. 454. in re præsenti quatuor. in 3. dub. quem refert & sequitur Fel. in cap. causam, quæ de re iu. colum. 6. & in cap. de quarta, de præscri. colum. 4. hoc idem, quòd error iuris non excuset a fructuum restit. uoluit Abb. in consil. 84. Iesu Christi Saluatoris. 2. uolum. in fin. ubi ponit casum de illo, qui possedit ex secundo decreto, quod postea fuit inualidatum. istud idem affirmat Aret. in consil. 17. consideratis diligentissime, uer. uenio ad secundum, colum. 8. ubi loquitur in filio † qui habuit donationem a patre, quæ erat nul
3 la, quòd filius sagax, qui sciebat d. donationem nullam teneri ad fructuum restit. & allegat inter alia d. l. fructus. ff. de usur. & de his etiam per Pau. de Cast. in consil. 289. 2. uolum. & per Calca. in consilio 68. nume. 6. & per Alcian. in consil. 73. viso themate suprascripto, in fin. 2. uolum. qui respondet ad tex. sed si lege. §. scire. ff. de peti. hære. quòd non procedat, quando ius resistit, de quib. per Ploc. in l. si quando C. unde ui. car. 153. nume. 6. & per Curt. iun. in consil. 28. nume. 3. Capol. in consil. 25. Cur. Sen. omnino in consil. 72. princeps defunctus. Soci. in consilio 29. omnipotens Deus adsit, circa fin. primo uolum. & istā quando quis errat in iure, & ius resistit, ita etiā intelligit in repe. l. Celsus, nume. 6. ff. de usuca. in uerbo istam conclusionem, de quibus etiam latius habetur sermo infra in dec. 374. † quando uero habet titulum bonæ fidei possessor,
4 tunc quod etiam fructus industriales tenetur restituere, quatenus fuisset effectus locupletior, ultra adducta supra in deci. sed istud, ut ibi fuit notatum, affirmat Alexan. in consil. 2 t. repetito in causa. 4. uolum. licèt contra sua dicta insurgat Rec. qui ait, istud etiam comprobasse in sua gloss. Paril. §. 22. quæst. 10. nume. 49. Sed tamen primam opinionem sequitur Soc. in consil. 251. quoniam in præsenti, nume. 25. in fine secundo uolum. & istud saltem de æquitate, affirmat Soc. etiam iuni. in consil. 150. primo lib. uidetur sa reddere conformem Franciscus Curtius Sen. in dict. consil. 72. in quadam additione ibi in fine, & istud saltem quando sumus in iudicio uniuersali, prout fuerat casus præsentis decisionis, uoluit etiam Ruinus in consi. 29. secundo uolum. qui plus ait, quòd in dubio quis præsumit locupletior, nisi ex aduerso probetur in malos usus conuertisse, & sic uidetur communis contra Rec. & tenendo hanc tanquam communem, secundum ita intelligas text. l. 2. C. si igno. rem mino. esse sine dec. compa. quæ uidetur uelle secus a prædictis, sequi etiam prædicta uidetur Couarruuias in suo tracta. uariarum quæst. cap. 3. fol. 63. & quòd semper præsumatur locuples, nisi aliter ea aduerso probaretur in alios usus pessimos conuertisse, ut supra, affirmat etiam
5 † Curtius senior in dict. consi. 72. sed iuxta ista quæritur, an saltem triennio iste bonæ fidei possessor, qui habet titulum a prædicto uerum uel putatiuum hos fructus consumptos usucapiat in tantum, quòd ex isto capite saltem non ualeat molestari, etiam quatenus fuisset effectus locupletior. glossa ait quod sic in l. sequitur. §. fructus. ff. de usuca. Sequitur Alciatus in regula tertia, pręsumptione 5. fol. 359. nume. 4. sunt enim concomitantes traditæ per Tiraq. in retra. consanguineorum. §. 15. in uerbo post litis contestationem. gloss. secunda, nume. 17. fol. lxxv. in parua ultima impressione. Sed Alexan. in consil. 44. uisa facti, tertio uolum. in fine citanda

Aug. in l. pen. C. qui non noc. longi tempo. præscri. affirmat, quod
si per decem annos, quod est longum tempus, quis hos fructus
consumptos possideat, quod usucapiat, saltem quando non fuis-
set effectus locupletior. Soc. uero in d. consil. 251. in secundo
lib. nu. 25. 26. inquit, hunc non usucapere, ea enim ratione, quia
hic non habet titulum, nam si quem habebat, an nihilum re-
dactus est, postquam fuit ad bonorum restitutionem condem
natus, etiam si allegaret titulum generalem pro suo, nam di-
cit ipse, quod oportet, quod titulus iste generalis pro suo proce-
dat ab aliquo particulari titulo, iuribus ibi per ipsum assigna-
tis, cum quo uidetur conuenire Soc. iunior in d. consi. 150. pri
mo lib. & affirmare etiã Curtius Senior in d. cons. 72. in addi.
quæ est in fine, siue in calce dicti consilii, qui citandu dictam
6 doct. Bart. in d. §. sere. dicit in usucapione † requiri titulum,
uerum, & non præsumptum causatum errore iuris. intelligas
tu, quando ius resistit, secus quando non assistit, ut supra dictũ
fuit, & declaraui latius infra in deci. prædicta. 374. ex dictis
Aymo. de antiq. temp. & Io. Ploti: & declarat etiam Balbus
in tract. præscri. in quarta parte, quartæ partis principalis q.
35. tollit & nec ... secundum illa opinionem, quod titulus puta-
tiuus non sufficiat ad fructuum acquisitionem, determinauit
sac. consi. in quadam causa Sanctæ mariæ de Gratia cum qui-
busdam de domo Maio. anno 1560. de qua causa est actuarius
Ioan. Petrus Iubenus, sequitur hæc etiam Grãma. in errore iu
ris in decisi. consilii 79. in causa Riuerenau. 7. cum seq. quan-
7 do autem quis debeat condemnari † ad fructus percipiẽdos,
& qui percipi possunt, declarãt doc. in l. apud Iulianũ, ubi po-
tissime Ias. ff. de lega. primo, & declarat et hic auctor in §. si quis
autem per triginta, si de feudo fuerit contro. latius Boerius in
deci. 268. uidetur esse intelligendum, & quod ex titulo præsuma-
tur bona fides, declarat Alex. in cons. 24. nu. 16. uol. 7. immo qui
8 titulum non ostendit † prædo intelligitur possidendo rem alie
nam. Aymo in cons. 87. Sempronius aromatarius, nu. 1. uoluit
etiam Parisius in cons. 100. primo li. n. 38. Ex quo habetur hic, quod
mala fides nõ potest allegari post triginta annos ex doctr. Bar.
in l. si. C. unde ui. hic noster Affl. affirmat cõtrarium & melius,
infra in deci. 368. in quarta col. ubi est conclusio, defectum bo
næ fidei posse allegari etiam aduersus præscriptionem, de quo
9 non est memoria hominum † in contrarium, obiurgato dicto
Bartoli ex consil. Aymonis 146. quod non procedat de iure cano.
secundum magis communem opinionem, & insuper quod
hæres obnoxius sit exonerare cõscientiam defuncti, ultra am-
ple nota. per An. ca. 1. §. porrò, nu. 27. quæ sit prima cau. bene.
ami. in illa q. quod hæres consentiatur ad amissionem feudi ex
delicto defuncti, notat Alex. in §. cum quis adminiculo. l. Pom-
ponius. ff. de acqu. pos. affirmat Decius in consi. 272. uiso pro-
10 cessu, † & in consi. 304 in casu occurrenti, nume. 6. Aym. in d.
cons. cxlvi. Capi in dec. consi. 4. nu. 6. ubi in prælato, & in alio
successore ecclesiæ, & secundum ista puto intelligenda nota
sup. in decisio. 59. ubi fuit dictum, bonæ fidei possessorem de-
bere condemnari ad fructus a tempore publicationis tantum,
& hodie, qui est 18 Nouemb. 1561. secundum ista fuit iudica
tum in sac. consi. in causa propria hæredem Vincentii Marti-
ni, Bartholomeum suum filium, qui indebite possederũt meã
massariam Treptulæ in ciuitate Theani condemnari debere,
prout fuit ipse hæres cõdemnatus ad restitutioné ipsius mas-
sariæ unà cum fructibus, sic ad exonerandum cõscientiam de-
functi, non obstãte quod fuisset allegatũ ad fructuum restitutioné
non teneri, ex quo massariam ipsam per annos triginta, & ul-
tra possederunt. Sentit hæc And. in cap. 1. colum. 3. in ultimis
verbis, qui concludit in hoc subiecto præscriptionis attendi
ius Cano. & ibi alia etiam hic tenet, est Actuarius causæ
Ascanius Copula, fit etiam mentio, infrà in decisione 249.

11 Circa † secundum dubium, an in testibus in maiori summa
insit minor tantum, quod credatur testibus in minori summa,
& Affl. hic tandem uidetur resedere quod sicquo testes de eodem
actu, siue negotio testificantur, cum quo ultra conuenit Ioã.
Croius in repe. d. §. si stipulanti. Anto. de Bui. in consi. 52. nota
ergo dubitatio. Areti. in consi. lxv. in præsenti consultatione.
Lancellotus Galliaula nu. x. in eodem. §. stipulanti, quando
omnes testes, ut supra deponunt de eodem facto, licet oppo-
natur, quod dictum testis censeatur indiuiduum, & propterea nõ ꝓ-
bare. Sed Alciatus in d. §. si stipulanti, aliter uidetur distingue-
re, quod quando fuisset modica contrarietas, seu diuersitas nõ ui-
tiaretur dictum ipsorum testium quãdo forte duo testes, unus
deponeret de una summa, & alius de alia, tunc enim quia qui
libet dictum de per se foret imperfectum, non probaret. item
quando adesset taxatiua de una summa, cum quo uidetur con
uenire Anto. de Butrio d. consi. 51. Sed quãdo plures testes con-
ueniunt in una summa statur, licet alii deponerẽt in minori,
quæ limitat dictus Lancellotus non procedere, quando ageret
de probanda aliqua summa relicta in testo; nam tunc indistin
cte non sufficeret aliquos testes deponere de maiori summa,
cæteros ut testes de minori, imo nisi præcise omnes concorda
rẽt in eadem summa non probant, & allegat Bal. in l. cum anti
quitas. ultima col. eodem de testa. itẽ prædicta limitantur, quando
testes sunt singulares in prædicamento quantitatis, ex quo u-
nus deponit, quod fuit uendita tota terra, & alius medietatis,
prout fuit notatum supra in deci. 72. quia tunc non probant,
item quãdo unus testis deponit uenditionem factam pro du-
catis decem, & alius pro uiginti, quod tunc et non probant, prout
post scribẽtes in dicto §. si stipulanti, tenet Roc. in additione ad
12 consi. Alex. 17. primo uol. † ibi ẽt, quod uẽditio facta sine pretio
specificato non ualet, insuper adde prædictis, quod quãdo plus est
probatum quàm petitum, quod debet sequi condemnatio in quã
titate petita tñ, sm. Bal. l. 1. de litis cõtesta. & in l. 1. C. si aduer-
13 sus rem iudi. in prin. Voluit Afflic. † in ca. 1. de milite uasallo
qui contumax est, & insuper nota, hodie practicam esse in istis
fundatam de iure, quod quñ testes deponunt de diuersis summis,
14 quod † fiat coaceruatio omnium summarum, uel omnes summæ
debent cumulari, & mox capitur tertia pars, uerbi gratia si
sunt tres testes, qui deponunt de diuersis summis, & quñ sunt
quatuor testes, qui deponunt de diuersis summis, facta coacer
uatione omnium summarum capitur quarta pars: prout dicit
tex. in l. ita, ut omnes ff. manda. uoluit Corse. in uerbo senten-
tia. lo penul. & Gar. in sing. 25. tenementi.

15 Circa † tertium dubium tactum per Afflic. hic, an feudata-
rius possit principaliter obligari, & an possit disponere de fru
ctibus feudi, ultra ea quæ fuerunt allegata supra in deci. 26. quod
fructus feudi alienari possint durãte uita uasalli, facit quia licet
16 bona subiecta restitutioni non possint † alienari possunt ta-
men iure pignoris capi, & eius fructus distrahi, prout uoluit
Bal. in l. fin. §. sed quia C. commu. de lega. ad quod et facit, quod
uoluit Albericus in consil. 37. ubi dicit, quod si condemnatus
17 † aliud non habẽti nisi feudum, potest illud in causam iudicati
capi, & retineri, donec uiuat uasallus, hoc etiam testatur in
consilio 3. pro his etiam facit text. l. Statius Florus. §. Corne-
lio Felici. de iure fisc. & quæ uoluit Neapoda. in consue. de ali-
mentis præstan. in uer. maternorum, ubi expresse dicit, quod licet
feudatarius prohibeatur de re feudali disponere: tñ de fructi-
bus nõ prohibetur, quia nulla lex hoc dicit. hoc et affirmat in
filio, & alio qui non pũt esse hæres, Capi. in decisi. 199. & Ti-
raq. in trac. retra. consa. fol. 28. nu. 47. § 1. glo. 7. & do. Marinus
in suo opere de subfeu. car. 113. nu. 16. limit. ad cõst. regni diuæ
memoriæ, nu. 43. licet in 12. limit. car. 112. dicat contra Afflic.
18 hic non posse feudatarium se obligare † de uendendo feudum
in actione personali ad interesse: quia quotiẽs prohibetur ali-
quid fieri, prohibetur et oẽ illud, per quod deuenitur ad illud
prohibitum. l. oratio ff. de sponsa. cũ simili. & diceretur deluso
ria propterea prohibitio facta in d. consti. diuæ memoriæ, quia
uasallus ductus timore ne solueret interesse, cogeretur uẽdere,
uoluit And. in c. 1. § cõmercium. de prohi. feu. ali. per Lotariũ.
ad quæ posset responderi, non esse uerã sempe regulam præ-
dictam, ut quotiẽs aliquid prohibetur; quia ubi diuersa ratio
19 † assignatur in re prohibita quã in eo per quod deuenitur ad
rem prohibitam cessat ratio, prout uoluit Alex. in consil. 194.
cõsideratis verbis. col. pen. 2. uolu. & cum diuersa sit ratio, qñ
quis se obligat ad uendẽdũ in actione personali quàm ipsa uẽ
ditio, quia aliud est vendere, & aliud promittere de venden-
do: cum sit, quod isto casu iste obligetur ad interesse tantum,
quando quis promittit vendere, prout notat Ias. in l. in bonæ
fidei. ff. de eo quod cer. lo. & fuit notatum supra in decisio. 61.
20 163. igitur debet cessare legis dispositio ex alio etiã, quia † sta
tutum, quod loquitur de vendendo rem suam, non habet lo-
cum in eo, qui vendit rem, in qua habet actionem persona-
lem, prout notat Bar. in l. Gallus. §. videndũ. ff. de lib. & posth.
& plene per Dec. consi. 300. visa petitione, nu. 6. & voluit hæc
late Losfre. in consi. 46. num. 16. & hic Affli. late in constitut.
diuæ memoriæ, num. 34. & consi. Ange. & Alex. propterea di-
cendum videtur, ut supra, valere obligationem quoad inter-
esse in obligatione personali, quando quis promisisset vende-
re feudum, sine assensu, & ad dicta And. posset responderi pro
cedere in casu suo, quando quis non familiaris regis promisis
ses, quód ipse rex consentiret alienationi feudi, quia tunc
non valeat, quia protestatio facti alieni, quæ non valet, ut in-
21 fra in decisi. 295. † & quæ omnia ego intelligerem, quod possit
vasallus fructus alienare vita durante, quando relinquuntur
tot fructus vasallo, quod possit viuere, & seruitium domino
præstare, argu. tex. constitu. regni. siue reali. ubi dicitur, quód
seruitium sequitur possessorem, hoc etiam sentit constitu. illa
diuæ

dinæ memoriæ, circa fi. dum dicit, ne nostrum seruitium minueretur. alias ista alienatio quodammodo dominiū tangeret circa illud, quod suum esset. senti. hic Afflic. in d. consti. reg. post litem, num. 9. in fi. item intelligerem, dummodo non sit facta uenditio omnium fructuum feudaliū in perpetuum; quia alias
82 † prop- ietas esset inutilis, per tex. l. an vsusfructus. ff. de vsu-
83 fructu. cum notatis per Ale. in consi. 60. 1. uolu. uolent. † usumfructum relictum ciuitati non durare nisi annis centum, ne proprietas sit inutilis, item quòd non fiat per modū locationis ad decem annos, uel dum uiuat uasallus, uel dum feudum retineat; quia omnes istæ continent alienationes in perpetuū,
84 prout † uolui. Dec. in consi. 204. qui multa cons. Alex. ad hoc allegat, & Paulus de monte Pico in repeti. §. Titia cum nuberet. l. Titia in testamento. ff. de lega. secundo. Oldra. in consil. 346. num. 13. & Cotta in uerbo prælatus locās, ubi dicit, quòd si est facta locatio p nouem annos per prælatum, & mox elap-
85 sis duobus annis primis † ad alios nouem annos, quòd præsumatur in fraudem, & non ualet, & Dec. in consi. 667. non consonat, num. 5. ubi ait, locationem ad modicum tempus fore ualidam, quod etiam sequitur Curt. in tracta. feu. fol. 34. nu. 92. licèt Andr. in d. consuetu. diuæ memoriæ. uelit posse ueri, donec fructus sunt penes uasallum: & contra ipsum uidetur tenere gl. in consti. regni hac edictali. nu. 1. in uerbo item crederem, & habetur etiam de istis per Alex. in consi. 18. attentis narratis, colum. 2. in uerbo hoc præsupposito. 5. uolum. ubi p prædicta admittit, posse fieri alienationem, donec uiuat uasal-
86 lus de † fructibus feudi per uiam contractus, secus in ulti. uoluntate, sunt an. infra in deci. 380. uerum hic non omittā, q dū alias in simili facti specie fuisset quæst. in sac. consil. in quadā cā cuiusdam abbatis Hiero. de Basio debitoris cuiusdam Iac. Bacharii, dum tractaretur de exequendo in fructib. beneficiorum dicti Abbatis Hieronymi debitoris, fuerunt ei relicti ducati 60. pro uictu de fructib. prędictis beneficiorum, & istud p
87 ea quæ uoluit † Abb. in c. peruenit, de fideiuss. & in cap. cum esset, de testa. Iason in l. commodis. de re iu. l. stipendia. & ibi glo. & Bal. C. de execu. rei iudi. cum istis uidetur etiam conuenire Bal. in c. quę in ecclesiarum, col. 8. de constit. qn̄ fuisset actum, q utile dñium non transferatur, & ista omnia uidetur sequi Camerarius in c. imperiale. fol. 20. 21. quem hodie qui est 25. Maii. 1560. aliquantulum præ manibus habui, excepto quòd possit uasallus ad uitam fructus feudi alienare, & no. prædicta Tiraq. in trac. consang. gl. 7. nu. 31. fol. 29. plene. Cæl. Vrsil.

DECISIO CCXLI

De restitutione fructuum beneficii ecclesiastici per patrē filio fienda.

SVMMARIVM.

1 *Filius beneficiatus an repetat à patre fructus beneficii perceptos.*

2 *Peculium clericorum dicetur quasi castrense, de quo possunt disponere, & in quo pater nullum habet usumfructum, nec confertur.*

Filius aduenientia non potest alienare patre uiuente.

3 *Beneficium ecclesiæ in filio familiàs iudicatur peculium quasi castrense.*

Fideiussor in quibus casibus contra principalem priusquam soluat, agere possit.

4 *Fideiussor pro euictione diu stans in fideiussione an possit petere liberationem.*

5 *Obligatio pro dote conditionalis an habeat effectum agendi ad liberationem obligationis.*

Qvidam notarius Iacobus habens Antonellū clericum beneficiatum filium suum, recepit fructus beneficiorum ecclesiasticorū dicti filii sui per plures annos. Demum dictus clericus duxit vxorem, & dictus eius pater fideiussit de dotibus restituendis in casu soluti matrimonii. post hæc petit à filio, ut libert eum a dicta fideiussione, filius dicit, quòd non tenetur, & reconuenit patrē, vt sibi restituat fructus beneficii per eum perceptos, pater dicit, q non tenetur. Quæritur de duo-
1 bus. † Et primò, vtrum pater, qui præcepit fructus beneficiorum ecclesiasticorum sui filii, teneatur ipsos restituere filio petenti ab eo.

Fuit deliberatum per omnes Cōsiliarios, quòd ex quo clerici dicuntur habere peculium quasi castrense, & possunt de ipso disponere iuxta glo. in ca. præsenti. de offic. ord. licèt fuerint & sint filiifamiliàs, & in potestate patris: & possunt succedere cum fratribus, & non conferunt dictum peculium, & in dicto peculio non habet pater aliquem vsumfructum, vt est tex. & ibi expresse Bal. in l. sacrosanctæ C. de epis. & cler. Nam filius clericus de fructibus sui beneficii potest facere aliena-
2 tionem, vt in dict. l. sacrosanctæ. † & clarum est, q si pater habet vsumfructum in bonis aduentitiis filii, filius non potest alienare illa bona patre viuente. text. est in l. cum non solùm §. filii. C. de bonis quæ libe. ergo in bonis ecclesiasticis pater nullum habet vsumfructum. Et ideo tenetur fructus perceptos ex bonis ecclesiasticis, quæ filius habebat in beneficium ecclesiasticum, restituere pro filio vel eius pretium, hoc firmauit expresse Abb. Sic. in c. quia nos. de testa. Card. Zabarel. ibi. dicit allegando, q in his pater non habet vsumfructum, quia in istis beneficiis est filiusfamil. extra patriā potestatem c. fi. de iud. li. 6. Azo in summa C. de bo. quæ lib. & text. in auth. de sanctis. epis. §. pre-
3 sbyteros. † q in filiosfamiliàs beneficia ecclesiæ iudicantur peculium quasi castrense & idem dicit Hostien. in summa, de peculio clericorum Et idē expresse dicit Cardi. in capi. indecorum. de ætat. & quali.

Secundò quæritur, an dictus notarius Iacobus debeat liberari à dicta fideiusione, quam fecit pro filio.

Et fuit votatum per omnes, q non, quia regula est, quòd fideiussor non potest agere contra principalem, antequàm soluat, uel ut eum liberet à fideiussione, nisi in certis casibus, ut est text. in l. Lucius Titius. §. fin. ff. mandati. vbi dicit gl. not. q in casibus antequam soluat fideiussor, agit actione mandati.

Primò, si condemnetur.

Secundò, si diu stetit in obligatione, qđ intelligitur iudicis arbitrio, secundùm gl. not. in d. §. fi. & l. li pro ea C. manda.

Tertiò si obtulit, consignanit, & deposuit, vt ff. manda. l. qui mutuam. §. fideiussor.

Quartò, si hoc actū est, ut ad tempus teneatur: vt C. mandati l. si pro ea.

Quintò, si cepit principalis sua bona dissipare: aliàs non, nisi soluat. ff. de cōdic. iode. l. iodebitam. & de istis fallentiis loquitur text. in capit. fin. de fideiusso. & in aliis casibus de quibus per doct. in
4 dict. l. si pro ea. & ibi per Salyc. † At in casu contingente in facto ille fideiussor non stetit diu in fideiussione pro dotibus restituendis, nec adhuc solutum est matrimonium, nec mora commissa per principalem, meritò non potest petere se liberari à dicta fideiusione. hoc uoluit Bal. in l. 1. C. de fideiuss. mino. allegat Iac. de Aret. in l. facere posse. ff. sol.

ff.sol.mat. Et pro hoc fuit allegata decisio Cyn. in d.l.si pro ea.ubi quæritur, Si datus est fideiussor pro euictione,& diu stetit in fideiussione, an possit petere,ut liberet à fideiussione? Et dicit,q̃ nõ, quia euictio non est secuta, ut dicit Iac. de Aret. Item quia sub conditione est obligatus, nam non venit dies,nec conditio,ut Inst.de verb.obli. §. ex. conditionali.Idem Bald. in dict.l.si pro ea. requiritur ergo, quòd principalis diu in solutione cessauerit, vt fideiussor possit petere se liberari à fideiussione,non autem si diu stetit in obligatione, ut bene declarat Anton. de Butri.& Ioan. de Imo.in dict. capitul. final. de fideiussor. Et hoc etiam sequitur Salycet.in dict.l.si pro ea.Bene facit ad hoc id quod dicit Bald. in l. ex prædiis.in fin. C. de
5 euict. † quòd si uendidi tibi rem meam frãcam & liberam,& illa erat per prius obligata generaliter, puta pro dote uxoris meæ, non potes agere cõtra me, ut liberem ab illa obligatione, si ego habeo alia bona, in quibus poterit dos satisfieri soluto matrimonio,ex quo obligatio pro dotibus est conditionalis,& non poteſtagi,ut liberetur à dicta obligatione, secus si esset pura. Idem voluit And.in additio.Spec.in tit.de iudiciis §.1.versi.si uerò fideiussor. & ideò uolunt doct. q̃ ille qui diu stetit in fideiussione, non potest petere se liberari, secus si diu stetit in obligatione,scilicet post moram principalis,secũdum Cyn.& Bal.in l.certum C. famil. ercifcun. & hoc volunt Alex. post alios doctores antiquos in l.facere posse.ff.solu.matri. quod tene menti,quia uidi aliquos errasse super isto dubio.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXLI.

1 *Clericus filiusfamilias potest de fructibus beneficiorum testari.*

2 *Clericus filiusfamilias non potest à patre ob famis necessitatem vendi.potest testari de bonis aliunde quæsitis etiã ex causa aduentitia.*

3 *Clericus filiusfamilias an possit disponere de fructibus bonorum feudalium in tantum,quò pater non habeat usũfructum.*

4 *Fideiussor quando potest agere, antequam conueniatur à principali, & inter alios casus est, quando esset obligatus ex instrumento guarentigio. item quando interuenisset inimicitia inter principalẽ & fideiussorem. item quãdo diu steüsset in obligatione & non in fideiussione.*

5 *Quando quis vendidit rem pro franca & libera, & mox reperta hypothecata, an emptor agere potest, & quid in obligatione pura & conditionali.*

6 *Quando emptor agit de euictione contra emptorem.*

a EST conclusio † in hac dec.clericum filiumfamilias posse testari de fructib.beneficiorũ,conuenit Cass.in consu.Burg. de entans.rub.6.nu.15.f.212.Boer.in dec.199.quò ad tertiam nu. 5. & 6.Beno verum, q̃ si pater iste alimentauit filium, q̃ possit in fructibus beneficiorum receptorum cõpensare, prout affirmat Pau.de Cast.in consi.416.viso & examinato.10 2.q. vol.2.sequitur Bertrau.in consi.34.vol.3. Alex.in cons. 110 volum.7.in fin. Lupus in repẽ.capituli per vestras.§ 42. 3. col.de do.inter vir.& vxo.vbi etiam,q̃ pater non amittit vsumfructũ per clericatum superuenientem.l.si patri.C.de vsufr. ibi gl.notãsans Dec.in consi.576.vbi dicit, q̃ si filius potest aliunde viuere etiam ex fructib.beneficiorum, q̃ non debet alia parte, de quo fuit facta mentio supra in deci.99.Item clericus filiusfamilias non potest à patre ob causam necessitatis famis alienari, affirmat Hyp.in sing.101.pf.De bonis verò aliunde quæ
2 sitis filiusfamilias † clericus testatur:quia patri non quæritur vsusfructus.Bar.in consi.61.filios presbyter, circa finem,& in aliis filiusfamilias q̃ possint testari de bonis aduentitiis sibi à patre vel aliis à linea materna obuenientib. ex consuetudo Neap.de filiisfamilias volẽtib.testari.sed iuxta hæc quæritur, an hæc procedant in fructib. bonorum feudaliuor. And.in c.1.
3 † post principium in §.ualuasores.qui feud. dare poss.tenet in his,patrem non habere vsumfructum, cum quo non conuenit Cur.in trac.feudorum,fol.26.in 3.par.nu. 46.in uersi. 4. circa intelligentiam,ea potissima ratione quia fructus postquã sunt à solo separati,non dicũtur feudales,atque faciunt ea quæ fuerunt notata supra in deci 26. & 240. in 3.dub. voluit Boer.in d.dec.199 nu 5.& 6.quando pater & filius stant in una domo & mensa q̃ nihil est dicere,sed magis placet ratio, de qua supra,quia fructus separati non sunt feudales,cum modificatione de qua in d.deci.240.q̃ fiat deductio debita,& secundum istam opi.q̃ pater habet vsumfructum in bonis feudalib.fuit iudicatum vt audio in consi.de mense Oct.1559. in quadam cã magni.Iac. Guerra sii cum q.limita trib.modis et per And. & Curtium in locis supra citatis.

Circa aliud, quod fideiussor vltra istos casus enumeratos
4 † per Affl.possit agere,quando est obligatus ex instrumento liquido declarat Roma.de eo qui volt ire ad studium,in singu. 101.quæro à te.Gui.Pa.in dec. 117.fideiussor. vbi et numerat istos casus traditos per Affl.hic, hoc idem Cass. in cons.Burgũdes tentes,rub.5.num.25.fo.208.ibi et, q̃ quando principalis vult ire ad alias longinquas partes , potest agere fideiussor, vt eũm liberet,declarat etiam Arno.in sing.81.Rom.uerò in cõsi.459 in proposita consolatione ponit alium casum, quando interuenissent inimicitiæ inter prin.& fideiussorem,quem vide,& ad illud qđ hic dicitur, q̃ quando fideiussor diu stetit in oblig.potest petere se liberari,intelligas hoc esse arbitriũ iudicis secundum Gui.Pa.in d.dec.117. & intelligas,quãdo diu stetit in obligatione, & non vt est in fideiussore, qui diu stetit in promissione de euictione: quia priusquam euenerit casus, non dicitur stetisse in oblig secũdum Bal.in l. facere posse.ff. sol.mat.& de eodem q̃ fideiussor obligatus ex forma instrumenti habentis executionem paratam q̃ valeat agere, declarat Alex.in consi.72.visis & consideratis his de quibus in themate,& ibi Re.2.vol.circa fi Circa aliud tactum per Affl.si vẽdo rem pro franca & libera , & postea reperiatur obligata, ad
5 quæ me agere † posse.& ipse ex doct.Bal.in l.pretiis.C.de euictionibus in obligatione pura me agere posse, secus in obligatione condition.d.quia nihil possum petere,si bona promittẽtis sunt sufficientia,aduerte rogo:quia Ang.in l.1.§ si hæres percepto fundo.videtur sentire contrarium, q̃ etiam in hypothecatione conditionali quem agere posse,quanto minus ex qua mente res cum illo onere hypothecationis,qđ licet Alex.in d. §.si hæres.indecisum relinquat,q̃ tamen in consi.67.fortificantur prædicta 3.vol.decidit cum Ang.in d.loco,& quamuis aliter velit in cons.65.om asis argumentis 5.vol. vbi dicit ista procedere tantum in obligatione pura,& q̃ ista exceptio obstet vẽditori agenti ad pretium in d obligatione pura,secus in obligatione siue hipothecatione conditionali:quia tunc satis est quem se obligare de euictione præstanda,si sua bona sunt sufficientia,& ista videtur veritas,prout hæc late amplectitur Nicol.in tract.de pig.fol.97 nu 24. cum seq.ubi etiam affirmat, q̃ si emptor habet bona huius obligata in instrumento uenditionis,sat esse,approbat Rec.in d.cõs.Ale.65.ubi plus uoluit, q̃ in oblig.pura emptor vale p. etium solutum repetere,qđ sequitur etiam in consuc.Parisi.tit 5 §.72. quando autem dicatur fundus liber, declarant docto.& max Ias.in l.si pro fundo.
6 C.de transa.q̃ † aũt emptor tunc demũ agat de euictione, quando res fuisset ablata, & non sufficiet lima lata contra ipsum, est tex.l.si seruũ.in verbo abesset.ff.de act.emp.l.habere licere. ff. de euictio.Cęp.cautela 71.an hęc procedant rõne possessionis euictæ.text.l emptorem. § idem Neratius.ff.eodem uidetur uelle q̃ sic,quod declarat,ut per Pau.de Cast.ibi. Cæs. Velis

DECISIO CCXLII.

De dotis promissæ tarda solutione.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias an debeatur dote promissa in termino non soluta.*

2 *Augmentum dotis promissum vel constitutum vxori mortuo uiro quando debeatur.*

3 *Matrimonium esse potest sine dote.*

Gg *Mulier*

4 *Mulier minus soluens de dote quàm promisit, dotariũ lucrari facit pro rata quantitatis solutæ.*

5 *Dos data donationem propter nuptias meretur.*

IN causa inter Lisam sororem quondam Berardinæ relictæ quondam Francisci filii dom. Gabrielis Pagensis de ciuitate Auersę ex vna, & dom. Gabrielem prædictum ex altera, Fuit dubitatum,
1 † vtrum si dos promissa uiro incerto tẽpore solui, non fut soluta, si quarta promissa constitui per mortem uiri vxore superstite sit debita vxori, vel
a solum pro rata dotium solutarum. [a] Iura apertè dicunt, quòd si uxor differt dotem soluere, non meretur donationem propter nuptias, ut in auth. dos data C. de dona. ante nup. & hoc uerum, quando antiphatum seu donatio propter nuptias fuit promissum, uel promissa, seu constitutum uel cõstituta, aliàs si non est promissum, uel non constitutum, non debetur; si non fuit petitum constante matrimonio constitui soluta dote: vt dicit glo. in d. authen. dos data. communiter approbata per doct. ibi. & tenet glo. Neapo. in consuetud. Neapol. quæ incipit, quartam autem. in verbo constitutam. & uidetur text. in l. si intra illum diem. & ibi Bart. ff. de pact. & Ange. in auth. de æqua. do. in princ. & Inno. & Abb Sic. in c. donat. de do. inter uir. & vxo. & Ang. in auth. de nõ eli. secũdò nu. §. fi.
2 † Pater ergo, quod antiphatum promissum uel cõstitutum tunc est debitum vxori per mortem uiri, quãdo dos fuit soluta: ita etiam dicit glo. in authẽ. de æqualitate dotis §. hoc igitur. in verbo, uirum. ubi dicit, quod si dotem promissam vxor nõ dedit, nihil ex pacto lucratur. Si verò partem dotis soluit, pro parte lucratur donationẽ propter nuptias. tex. est in §. illud quoque. in auth. de non eligen. secundò. nubẽ. & ibi Ange. & C. de pact. dot. l. ex morte. Sed si nulla dos fuit promissa, nec data, tunc antiphatũ promissum uel constitutum lucratur vxor, ut dicit
3 gl. in l. lege Leonis C. de pactis dota. † quia matrimonium potest esse sine dote ff. de relig. l. quòd si nulla. cum præceden. Et pro ista decisione fuit ostensa quædam apostilla domini Barthol. de Capus in cap. Regni, qđ incipit, dotarium. Et pro registro dictam apostillam, seu glo. de uerbo ad uerbum ponam. Intelligas hoc cap. quando dos non fuit data, nec promissa: tũc enim lucrifacit mulier dotarium, seu donationem propter nuptias, etiam si nullam dotẽ dedit. sic no. C. de pact. dota. l. lege Leonis. in glo. quæ incipit, quid si in dotem nihil pactus est &c. per quam legem ueterem determinatur nouum capitulum seu consti. ff. de leg. l. sed & posteriores. potest enim esse matrimonium sine dote ff. de reli. l. quod si nulla. cum ll. præceden. C. de dona. propter nup. l. fi. circa princ. Sed ubi dos promittitur, & de ea nihil datur, non lucrifaciat aliquid mulier de dotario, seu tertiaria, uel donatio-
4 ne ꝓpter nuptias. † Itẽ si minus soluit mulier quã promisit in dotem pro quantitate quam soluit, lucrari facit dotarium, seu tertiariam, vel donationem propter nuptias, & non ultrà: vt in auth. de non elig. secundo nu. §. fi. quæ signatur C. de pact. dot. l. ex morte in fi. Et sic videmus de facto pronũtiari in conflictu sapientum. Istorum autem diuersitatis ratio patet apertè; quia quando fit matrimonium nulla dote promissa per mulierem, quod plerunque fit cõtracto matrimonio sine dote, ut in dicta l. quòd nulla. cum ll. pręcedentibus, & maritus promittit dotarium, seu tertiariam, talis promissio dotarii nõ respicit dotem cùm nulla est promissa, sic intellige dictam l. lege Leonis. Sed ubi dos promittitur per mulierem & dotarium seu tertiaria per uirum, talis promissio dotis respicit dotarium
5 seu tertiariariam, † quia dos data donationem propter nuptias meretur C. de donat. propter nupt. authen. dos data. & promissio dotarii seu tertiariæ respicit dotem, unde dote deficiente in toto uel in parte debet deficere solutio dotarii seu tertiariæ pro modo seu quantitate non solutæ dotis, arg. l. ex morte. præallega. Et per ista iura fuit uotatum per omnes Consiliarios, quod ex quo dos promissa solui in tempore statuto non fuit soluta, & post moram vxoris in soluenda dote maritus mortuus fuit, quod pro rata dotis solutæ soluatur dicta quarta, & si nihil sit solutum de dote, uihil soluatur de antiphato seu quarta. Vide decisiooem 37. supra.

ADDITIO.

a *Solutarum.*) Vide infrà in decisi. 333. ubi loquitur, dum adhuc non venit tempus soluendi dotem, nam eo casu debetur totum antiphatum. Thom. Grammaticus.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXLII.

1 *Dote promissa & non soluta mulier non lucratur antefatum, etiam quòd extaret statutum de dote lucranda.*

2 *Quando maritus potuit exigere dotem, & non exegit, sibi imputatur, nisi fuisset pater mulieris, à quo maritus non ita de facili potuisset dotem exigere absque incommodo ipsius.*

3 *An autem satis sit dotem dare, ut mulier consequatur antefatum, absque quòd fuerit constitutum & promissum, auctor contra Affl.*

1 ET quòd dote † promissa & non soluta mulier non lucretur antefatum, declarat Sil. nop. l. 2. diuiti non est nubendum, fol. 73. num 64. vbi ampliat ista procedere, etiam quòd extaret statutum, quòd mulier debeat lucrari augumentum dotis, & citat Affl. hic. Casus autem in quibus mulier dote promissa & non soluta lucretur antefatum explanat hic auctor in cõnst. reg. mulier quæ dotarium. & in ca. 1 § donare, qualiter olim feu. ali. pot. col. 13. in ca. col. 16. nume. 79. de natura suc. feu. inter alios traditur, quando maritus potuit exigere dotem
2 † & non exegit. l. si extraneus. ff. de iure dot. quod intellige, nisi fuisset pater mulieris hic, qui dotem deberat, a quo non potuisset ita de facili absque suo incommodo dos extorqueri: quia tunc marito non posset imputari secundùm Alexan. post Pau. de Cast. in l. nupta. § quotiens. ff. solu. matrimo. & uoluit Boer. latius in dec. 329. ueniendo ad secundùm, qui extendit hæc etiam in aliis personis, quem inspicere ualebis: quia longum foret, & minime necessarium huc eius dicta transferthere, & uide infra in dec. 323. & insuper aduerte, quia licèt Affl. hic & in const. reg. licentiam. num. 6. & Gram. in dec. cons. 97. nu. 3. & 4. qui etiam allegat Neap. in consue. quartam. in uerb. con
3 stitu. velint † quód oporteat, quòd antefatum constituatur, vt mulier illud lucretur, & sentit And. in d. § donare. in addi. nu. 6. in uerb. hoc quod de dote. in uer. sicut donatio propter nuptias, quòd contrarium tenent scrib. & max. Sal. in d. auct. dos data, & Boe. in dec. 22. dico quòd licèt maritus, num. 7. de qua fit mentio infra in decis. 233. ubi etiam fit sermo, si fuisset datum tempus a marito mulieri, vel aliis ad soluendum dotem, quod si interim maritus decedat pendente dilatione, quòd mulier lucretur antefatum, & alia nonnulla circa subiectam huius dec. fuerunt etiam dicta aliqua supra in decisio. 61. circa finem. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCXLIII.

De suffeudo vendito cum baronis assensu & non Regis.

SVMMARIVM.

1 *Suffeudum cum consensu baronis & non Regis uenditum an valeat.*
2 *Feudum de tabula per consuetudinem Neapo. assensu baronis contentatur in alienatione.*
3 *Assensus baronis in alienatione feudi interuentus an legitimè probetur per testes sine scriptura.*
4 *Gratia principis scripturam uidetur exigere.*
5 *Stylus curiæ Neapolitanæ super processibus præsentatis ante pronuntiationem appellationis desertæ.*

NArdus Cocus emit medietatem cuiusdam suffeudi plani & de tabula à Suprano de Lagonissa cum consensu domini Francisci de Lagonissa domini castri sancti Martini cum assensu dicti Francisci directi domini dicti suffeudi publico instrumento mediante, ubi est precarium &c. Et omnes clausulæ consuetæ & iuramentum. Et per aliud instrumentum dictus, Nardus locauit dicto Suprano dictam medietatem feudi pro certis annis pro certa quantitate victualium, & pro primo anno dictus Supranus pro dicto affictu soluit dictam quantitatem victualium dicto Nardo. Deinum sequenti anno non soluit dictum affictum. Et sic Nardus vocari fecit in magna curia Vicariæ dictum Supranum agẽdo petitorio & possessorio, & seruatis de iure seruandis fuit condemnatus Supranus ad restitutionem dictæ medietatis fundi cum fructibus.

Procurator Francisci prædicti appellauit ad sacrum Consilium pro dicto Suprano. Et causa introducta in sacro Consi. & concluso, de tribus fuit excitatum principaliter.

1 † Et primò, Vtrum dicta emptio sit ualida, ex quo non interuenit Regius assensus, sed solum assensus baronis probatus per testes. Istam quæstionem ego plenè examinaui in l. imperialem. in princip. in 6. q. de proh. feudi ali. per Fed. ideo non me extendo, sed solùm referam, quid fuit decisum per sacrum Consilium. Fuit igitur decisum, ꝙ si alienatur feudum planum, & de tabula, quod dicitur excadentiale, vel attenasia, vel feudum rusticum solitum concedi per baronem, ut dicitur in constit. Regni, constitutionem diuæ memoriæ. in ista alienatione sufficit, ꝙ interueniat consensus ipsius baronis, & iste est sensus glo. in dicta constitutione, constit. diuæ memoriæ. in verbo licentia & dicit And. de Iser. in d. l. imperialem. ꝙ ita vtimur in Regno, licèt postea dicat, ꝙ uerius est, ꝙ requiratur consensus utriusque, scilicet Regis & baronis in alienatione feudi quaternati & non quaternati, & hoc sentit etiam in dicta consti. con

2 stitutionem. † tamen de generali consuetudine regni in istis feudis de tabula semper fuit obseruatum, ꝙ sufficiat consensus Baronis, nam in istis feudis non quaternatis, sed de tabula non habet locum dicta constitutio, consti. diuæ memoriæ, ut dicit gl. in d. constit. in uerbo, magistri iustitiarij.

Et ex hoc inferebant aliti do. de Consi. ꝙ dicta const. constitutionem, quæ permittit alienati sine consensu Regis feudum iure proprio reuocare, non habet locum, nisi in alienatione feudi quaternati, vel in feudis, in quibus Rex debet consentire, sed ubi Rex non habet consentire, sicut est in istis feudis rusticis, planis & de tabula, tunc non licet alienati iure proprio reuocari, quia non reperitur iure cautum, ut in istis feudis quando alienantur sine consensu Regis, liceat iure proprio reuocare, ex quo ualet contractus, si consensus Baronis interuenit. & pro ista decisione est capitulũ Papæ Honorii, quod incipit, si contingat subfeudatarium. & dicebant antiqui doc. Consiliarii, ꝙ ita semper fuit, impetrata dicta constitu. constitutionem. Et sic fuit uotatum per Consil. ꝙ sufficiat consensus Baronis in alienatione feudi plani & de tabula, nec licet reuocare alienationem, ex eo ꝙ

3 non interuenit consensus Regius. † Secundò dubitatur, an iste assensus Baronis sit legitimè probatus per testes, uel debeat in scriptis probari. Et fuit conclusum, ꝙ sufficit probare assensum Baronis per testes. Et ita firmant glo. And. & cõitèr doct. in c. 1. in gl. 4. de prohi. feu. ali. per Loth. Et licet And. teneat idem in consensu Regis, tamen mihi contrarium fuit uisum, ut patet ex scriptis

4 meis in d. capitu. 1. super glo. 4. † quia omnis gratia principis uidetur fieri hoc acto, ut inde conficiatur scriptura secudùm Bal. in capi. 1. colum 2. per quos fiat inuesti. Idem Dominicus post aliòs in proæ. Sexti, & Fcl. in rub. de consti. & glo. idem tenet in consti. Regni, si dubitatio, tamen quia casus iste non fuit necessariò tunc decidendus, non fuit tunc uotatum, utrum assensus Regis possit probari per testes, licèt secundùm And. in loco præallega. dicatur ꝙ sic.

Tertiò dubitatur. Ecce const. Regni, appellationum tempora, expresè dicit, ꝙ à die appellationis processus debeat præsentari contra iudicem ad quem, & responsum recipere intra quinquaginta dies, aliàs habetur, ac si non appellasset. & hæc cõstitutio per nouam pragmaticam Regis Ferd. primi habet locum etiam in sacro Consilio. Modò quæritur, præsentatus est processus per appellationem in sacro Cõsilio post quinquaginta dies, pars instat, quòd pronuntietur, ꝙ appellatio sit deserta.

5 † Fuit in consilio seruatum, prout de isto stylo capta fuit informatio, quòd si antequam pronuntietur, quòd appellatio sit deserta, processus repe ritur præsentatus in sacro Consilio, stylus est, ꝙ uidetur processus ex eisdem actis, & iudicetur prout iustitia suadebat an bene uel male fuit iudicatum.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CCXLIII.

1 *In feudis planis & de tabula quæ dicuntur excadentialia vel attenasia in alienatione ipsorum, quòd non requiratur assensus regis, sed satis esse baronis habere.*
2 *Subfeudatarii baronum non vocantur in consiliis, neque tenentur contribuere in donatiuis factis domino regni, nisi expresse promittant.*

priaretur, ut dicit glos. in auth. ex testamento. C.
4 de coll. † ut cum dicitur. Christus est crucifixus; & alii duo latrones, ut dicit Spec. in titu. de sponsa. in prin. & Alber. de Rosa. in l. non solùm §. quæritur. ff. de proc. Et sic essent plures ecclesiæ dicto rum sanctorum, legatum deberetur pauperiori, & si essent pares in paupertate, Episcopus posset gratificari, ut dicit Hostiensis in summa de testamentis. §. fin. & Spec. in titu. de instru. edi. §. decimoquarto, uersicu. quid si quis, & not. in authent. de ecclesi. titu. §. si quis in nomine. in multis enim iudex habet potestatem gratificandi, de quibus per Ludo. in l. 1. §. si cum omnes. ad Syllan. & Bald. in l. adoptione. C. de adopt. & not. in l. per agrum. uer sicu. in his, C. de seruit. & aqua. & in capi. uenerabilem, in §. obiectioni. de elect. & in capit. quòd autem. de iure patro. & in l. si. ff. de religio. Bar. in l. hoc articulo. ff. de here. insti. & in multis aliis legibus, quę omitto breuitatis causa. Quare concluditur, quòd legata facta dictis sanctis patronis debentur ecclesiis sub nomine dictorum sanctorum patronorum existentibus in dicta ciuitate, & non maiori ecclesię, ubi sunt corpora dictorum sancto
5 rum, † quia legatum factum Deo, vel sanctis, intelligitur factum ecclesię, secundùm Bar. in l. 1. §. ad municipium. ff. ad l. Fal. per tex. in auth. de ecclesi. titu. §. si quis in nomine magni Dei. & ita postea fuit factum & executum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXLIIII.

1 *Legatum factum alicui sancto nomine proprio, ecclesia illius sancti capit & non ecclesia maior, in qua sunt corpora.*
2 *Legatum factum canonicis sub nomine appellatiuo capit ecclesia, secus nominibus propriis expressis.*
3 *Si est factum legatum ecclesiæ Sancti Pauli, & duę sunt ecclesiæ S. Pauli, vna masculorum & alia fœminarum in eodem loco, in dubio capit ecclesia fœminarum.*
4 *Legatum factum ecclesiæ sanctæ Marię, & duæ reperiuntur ecclesiæ S. Mariæ, debetur pauperiori.*
5 *Facto legato ecclesię simpliciter non expressa ecclesia in dubio de parrochiali, & quę magis coniungitur.*
6 *Legatum factum omnibus conuentualibus ecclesiis, & deinde ecclesię, an ecclesiæ conuentuales bis debent habere.*
7 *Facto legato ecclesiæ in perpetuum, an intelligatur vsque ad centum annos.*
8 *Legato facto ecclesię de centum, vt fundum emat, in dubio censetur facta prohibitio, vt non possit alienari.*
9 *Priuilegia quę habent legata facta ecclesiæ nonnulla hic remissiue, & inter alia quòd facto legato ecclesiæ de aliqua re per alienationem non reuocatur.*
10 *Dictio aliis, quòd sit implicatiua similium & non aduersorum ab expressis.*
11 *Bonum est habere iudicem propitium inter alia, quòd data opinione scribentium varia æqualiter ad partes potest iudex vni parti, quæ sibi placet, gratificari.*

1 LEgatum factum alicui sancto † capit ecclesia illius & non
2 ecclesia maior, vbi sunt corpora † item legatum factum canonicis sub nomine appellatiuo capit ecclesia, secus nominibus propriis, de istis variis multum late declarat Soc. in d. l. 2. de rebus dubi. habetur etiam per Bal. in c. 1. §. quia etiam. ep
3 scopum vel Abba. dicentem † quòd quando est factum legatum ecclesiæ S. Pauli, si duæ sunt ecclesiæ eiusdem nominis, vna fœminarum & alia masculorum, quòd in dubio fœminarum ecclesiæ relictum intelligitur, prout refert & sequitur Petrucci. de Monte Sperello in l. alienam. in fi. C. de procur. Ias. verò in
4 lege si ita scriptum. nu. 37. ff. de legatis primo, inquit † quòd quando est factum legatum ecclesiæ S. Mariæ, & reperiuntur duæ ecclesiæ, quòd debeatur pauperiori, & non vitiatur propter incertitudinem, sed Bar. in l. quæ conditio. §. cum ita. ff. de condi-
5 tio. & demonst. voluit quòd facto † legato ecclesiæ non aliter specificata ecclesia, quòd in dubio intelligatur, quæ magis coniungitur, hoc est de parrochiali, voluit Alex. in consil. 133. 6. volum. vbi etiam quòd quando quis est parrochianus duarum
6 ecclesiarum, de magis coniuncta † quòd autem facto legato omnibus conuentualibus ecclesiis, & deinde ecclesiis, quòd ecclesiæ conuentuales bis nõ debent habere legatum, declarat Capella Tol
7 losa. in decis. 98. † quòd autem legatum factum ecclesiæ in perpetuum durat semper, non vsque ad cẽtum annos, prout voluit Bar. in l. annua §. Titia. ff. de annuis leg. affirmant scribentes & maxime Alex. in l. 2. in 2. col. ad finem. ff. solu. matr. declarat Cotta in verbo perpetuum, & insuper prædictis etiam nota, quòd
8 † facto legato de centum ecclesiæ, vt inde fundum emat, quòd intelligatur per hoc facta prohibitio, vt non possit vendi, voluit idem Cotta, qui concordanter citat, in verbo testator legando, qui etiam in verbo ecclesia, ponit octo priuilegia, quæ ha-
9 bet legatum factum ecclesię † inter alia, quòd facto legato ecclesiæ de domo, quòd per alienationem non reuocatur. declarat etiã prædicta & alia Bertachi. in tract. de epi. in quarta parte. l. 4. & Alcia. in præsu. 28. in tract. præsumptio. qui ait, quòd facto legato episcopo consanguineo in dubio ratione consanguinitatis &
10 non ecclesiæ. † De dictione verò aliis, quòd sit implicatiua similium & quòd proximum & consequens ea etiam cõprehendat, declarat Andreas in c. 1. §. nemo reti. in fi. de pace iuram. & declarat Alex. in consi. 34. viso themate suprascripto. 1. col. 1. volumine, quòd si est dictum de alio iudice, quòd videtur velle facere priuatum esse iudicem. idem Bolog. in consil. 84. & Bald. & Felan d. c. sedes. in fi. Deci. in consi. 86. viso puncto. in fine ad post scribentes in d. l. si fugitiui. Soc. in consi. 300. in causa interpellationis. ver. 3. principaliter, col. 3. 2. vol. qui dicit, quòd ista dictio includat similia & non diuersa ab expressis: quia nullum simile est idem nonnulla etiam de hac dictione bli quid tradidit Tiraq. in repeti. l. si vnquam, de reuocandis dona. in versi. partem aliquam. nume. 34. quæ cumulata tantum suffi-
11 ciunt. † De alio verò tacto per Afflict. hic, quòd bonum sit habere iudicem propitium, inter alia notandum puto voluit, quod declarat Abb. & post ipsum Deci. in c. 1. in fi. de constit. quòd quando communis opinio clare discerni non potest, est quæstio pro amico, & valet iudex gratificari, cui vult, quæ nota, & de aliis in quibus locus est gratificationi Tiraq. in libro primogeni. q. 17. in 2. opinione, fol. 165. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCXLV.

De instrumentorum cautela, & fide.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum temporis immemorialis an facit fidem stante negatione, maximè factum per notarium Apostolicum de reb. ad ecclesiam spectantib.*
2 *Iudex ad contractus non requiritur.*
3 *Notarius instrumenti antiquissimi non meretur probationem notariatus.*
Præsumptio ex actu antiquo oritur.
Sententia antiqua facit præsumptionem sine productione actorum.
4 *Factum antiquissimum ex quo tempore dicatur.*
Verba enunciatiua in antiquis probant.
5 *Notarium fuisse in quasi possessione notariatus, an sufficiat pro instrumentorum robore.*
6 *Nomen pluribus congruens oportet exponi cum duabus qualitatibus.*

7 *Notarius non potest facere instrumentum, nisi de his quæ coram se gesta sint.*

8 *Notarius de actibus iudicialibus scribere non potest sine iudicis mandato, nec deferre iuramentum in litem.*

Confessio facta in absentia iudicis non potest dici facta in figura iudicii.

Notarius irrequisitus per partem instrumentum sumere non potest.

9 *Notario asserenti se rogatum standum est.*

10 *Citatio debet antecedere in tractatu præiudicii partis.*

Citatio est solemnitas, iuris naturalis, quæ omitti non potest.

Syndicatus capituli ecclesiæ quando ualere debeat.

11 *Confessio non præiudicat nisi inter confitentes.*

Confessio prælati sine capitulo quando noceat ecclesiæ.

12 *Instrumentum temporis antiquissimi præsumptionem inducit.*

13 *Iuri petenti executionem alicuius decreti, vel iuri implorandi iudicis officium nobile quanto tempore præscribatur.*

MAgnifici nobiles sedilis Montaneæ ciuitatis
Neapolis egerunt in sacro Consilio contra
ciues de Platea Forcellæ stauritarios stauritæ S. Ar
pini de dicta Platea Forcellæ super eo, videlicet,
quòd ipsi magnifici nobiles prætendunt, quod in gu-
bernatione dictæ stauritæ debeat creari vnus no-
bilis stauritarius de sedili prædicto eligendus per
sex dicti sedilis, qui debet gubernare dictam stau-
ritam cum aliis quatuor stauritariis, qui creant per
homines dictæ Plateæ Forcellæ, & quod illi quatuor nihil
possunt facere sine illo quinto nobili, & illi qua-
tuor stauritarii habeant ponere rationem dicto no
bili de gestis per eos pro dicta staurita. Illi staurita
rii dato termino ad probandum. & defendendum,
dicunt, quòd dicta staurita S. Arpini semper atten
to tempore, in cuius contrarium memoria homi
num non existit, fuit recta & gubernata per qua-
tuor stauritarios amouibiles per annum per homi
nes dictæ Plateæ Forcellæ, & nunquam fuit a sex
dicti sedilis Montaneæ creatus, & electus dictus
quintus stauritarius cum dictis quatuor staurita-
2 riis, & hoc fuit bene probatum. † Pro parte dicto
rum nobilium nihil sufficiens fuit probatum per
testes sed solum fuit præsentatum vnum instrumentũ
quod fuit factum sunt anni 80. per unum assertũ
notarium Dionysium de Acerris, qui asseritur,
quòd erat notarius Apostolicus, qui dicit, quod qui
dam pauci de Platea Forcellæ dixerunt contra Re-
uer. quondam Archiepiscopo Neap. & quondam
asserto commissario Apostolico, quòd ipsi vide-
runt quoddam instrumentum, quomodo dicta
staurita fuit fundata, & dotata per nobiles sedilis
Montaneæ. Et deinde subiungit, quòd ipse atte-
statur ex parte dicti reuerendissimi Archiepisco-
pi, & commissariis in præsentia quondam Sere-
nissimæ Reginæ Ioannæ, quòd in gubernatione di
ctæ staturitæ debeant quatuor ab hominibus dictæ
Plateæ deputari, & unus nobilis de dicto sedili, à
sex sedilis prædicti, & omni anno hebeant pone-
re computum uni nobili à sex sedilis prædicti ordi
nando, facta conclusione in causa prædicta. Fuit
de duobus dubitatum. Et primò, utrum dictum
instrumentum faciat fidem stante negatione pro-
curatoris hominum dictæ Plateæ, quòd illud non
est instrumentum publicum. Et quando esset,
vtrum præiudicet hominib. dictæ Plateæ.

Secundò posito quod fidem faceret, utrum contra
dictum instrumentum pro parte hominum Plateæ
Forcellæ sit præscriptum.

2 † Ad primum dubium dicebatur pro parte dicto
rum magnificorum nobilium, quòd dictum in-
strumentum, ex quo est factum per notariũ Apo-
stolicum de rebus spectantibus ad ecclesiam, licèt
ibi non interuenit iudex ad contractus, nec testes
sint subscripti iuxta constit. Regni, instrumento-
rum robur. ualet & tenet, tum quia de iure com-
muni non requiritur iudex ad contractus, nec sub
scriptio testium, ut aliàs dictum est, tum quia no
tarius Apostolicus potest de rebus ecclesiæ facere
instrumentum in Regno, quia sic est consuetum.
imò Luc. de Pen. tenet, quod etiam in prophanis, in
l. fi. in 4. q. C. de loca. prædio. ciui. li. 11. Sed eius opi
nio in hoc non tenetur, sed opinio contraria. And.
3 io d. constitutione, instrumentorum robur, † tum
quia dictum instrumentum est antiquum; quo
casu uoluit Bal. in auth. quas actiones. in fi. C. de
sacrosanct. ecclesi. quod in instrumentis antiquissimis
non expedit probare, quòd notarius, qui scripsit,
fuit notarius, quia ex ipso actu ita antiquo oritur
præsumptio, ut no. in ca. ueniens. de uerbo. sign.
Idem dicit Bal. in l. Barbarius ff. de offic. prætor. si
reperiuntur plura instrumenta. & idem Bal. in l. j.
C. ad Mace. & in l. 1. col. 5. C. de fideic. & Abb. Sic.
in c. 1. de fi. instr. & Fel. in c. sicut. 18. col. de re iud.
Sic etiam dicitur, quod præsumitur, pro sententia an
tiqua sine productione actorum, & præsumitur
etiam citatio, secundùm Inn. in c. Albericus. de te
sti. secundùm Bal. in c. 1. col. 5. de milite. vasa. qui
contumax est. nisi altera pars neget, secundùm
Alex. in 3. uol. consi. 9. in fi. In contrarium diceba-
tur, quod illud instrumentum non potest dici anti-
quissimum, ex quo non excedit metam centum
4 annorum, † tunc enim dicitur factum antiquissi
mum, quando excedit metam centum annorum,
secundum Inn. in c. ueniens, de testib. & in c. quid
per nouale. de uerb. signif. & Spec. de probat. §. 1.
uersic. ualet. & Io. de Imo. in l. 2. §. idem Labeo. ff.
de aqu. plu. arc. & in dictis instrumentis proban-
tur ea, quæ ibi enuntiatiuè narrantur, ut dicunt
Bal. & Sali. in l. cùm aliquis. de iure deliberan. &
Alexan. in 4. uolu. consi. 12. in fi. & consi. 75. incip.
visis ponderatis. Et ideò. ut tale instrumentum an
tiquissimum probet, debet coadiuuari illis proba
tionibus, uidelicet, quod ille, qui scripsit dictum in-
strumentum, fuit notarius, ut dicunt doct. in c. 1.
de fid. instru. & Spec. in tit. de instru. edi. §. restat.
uersi. illud autem notandum, & ibi per Io. And.
& Io. de Imo. in l. ad testamentum. §. 1. ff. de testa.
5 & Ang. in cons. 274. † uel quòd fuit in quasi pos-
sessione notariatus, secundùm Bar. in d. l. Barba-
rius. Alber. ibi. & Ang. in auth. de tabellio. §. 1. &
Ang in l. 1. ff. ad maced. & Io. Fab. Inst. de testa. §.
sed cum aliquis, & Ang. in consi. 140. incipiente,
quidam Matth. Inn. in c. innotuit. de eo qui fur. or
dinem suscepit, quod non fuit factum in præsenti
causa. Ideò tale instrumentum non probat, maxi-
mè quod dicitur, quòd dictum instrumentum est fa-
ctum

ctum per manus notarii Dionysii de Seruo, quia
de eo non habetur aliqua notitia, nec est notus p
duas qualitates, uidelicet per cognomen, prout
de iure requiritur, ut in Spec. de instru. edi. §. bre-
6 uiter, & Ang. in consi. 274. inci. ex themate. † quia
ubi nomen potest pluribus congruere, oportet il-
lud exprimi cum duab. qualitatib. ut dicitur in l.
hac consultissima. C. qui testa. face. possunt. & Bar.
in l. demonstratio falsa, ff. de cond. & demonstra-
tio. ibidem concordantiæ. Sed posito, quòd dictũ
instrumentum esset uerum. Vtrum probet, quòd
ea, quæ ibi enuntiantur, faciant probationem,
pro parte dictorum nobilium de Sedili Montaneæ
dicebatur, quòd standum est enuntiatiuis uerbis
dicti instrumenti. Ex quo dicta ecclesia S. Arpini
sita est in ptinẽtis Sedilis Montaneę, & staurite gu
bernantur per laicorum personas Platearum, ut
dicit Neap. in consuetudine ciuitatis Neap. quę in
cipit, si ecclesię. in titulo de iure congrui. ideo quę
continentur in dicto instrumento, habent con-
comitantiam secundùm consuetudinem ipsarum
stauritarum, nam sedile Nidi habet stauritam S.
Trinitatis, quæ ita est iuxta domum quondam
magn. & excellentis domini Nardi de Afflicto le-
gum doctoris, Cancellarii Regni Siciliæ, & postea
locum tenentis magni Camerarii, & regitur & gu-
7 bernatur per nobiles sedilis Nidi. † Item quia asser-
tio dicti notarii asserentis, quod decretum fuit per
archiepiscopum Neapolitanum, quòd in guberna
tione staurite S. Arpini debeat esse quintus nobilis
de sedili Montaneæ & c. debet facere plenam fidem
de dicto decreto, ex quo interuenit etiam consen
sus commissarii apostolici, ut ipse notarius assertus
argumento eorum, quæ dicit Bal. in l. omnium.
C. de testamentis.

Sed profectò non est standum verbis dicti asser
ti notarii, quia notariatus non potest facere Instru
mentum, nisi de his, quæ coram se gesta sunt, ut
dicit Bal. in rub. C. de fide instrumentorum, in 5.
& 6. col. & in l. cum preci. C. de proba. & Inn. in c.
fraternitatis. de hereticis. Sed iste assertus notarius
attestatur, quòd quidam pauci de Platea Forcel-
læ dixerunt coram Reueren. Archiepiscopo, &
coram asserto commissario Apostolico, quòd ipsi
uiderunt quoddam instrumentum & c. & quòd ip
se assertus notarius attestatur ex parte dicti Reuer.
Archiepiscopi & c. & non dicit, quòd Archiepis-
copus fuit præsens, & quòd dicta confessio fuit
facta in præsentia do. Archiepiscopi, & sic iste no
tarius assertus nihil potuit scribere de istis actib.
iudicialib. sine mandato iudicis, secundùm Bal. in
l. 1. col. 8. C. qui accusa. non possunt, & uoluit do.
8 Ant. de But. in c. tuis. col. 1. de testib. ubi dixit, † quod
notarius non potest deferre iuramentum in litem,
nisi presente iudice, & mandaote, & tenet Fel. in c.
quoniam contra, in 7. col. de proba. Imò dicta con
fessio duorum de Platea Forcellæ facta coram di-
cto notario absente iudice contra dictos confiten-
tes non faceret plenam probationem, secundùm
Bal. in l. iubemus, C. de liber. causa. & ideò non po
test dici facta in figura iudicii, cum non sit facta in
psentia iudicis, ut dicit Bal. in l. interrogata eo ti. &
Lu. de Pen. in l. 2. C. de iur. fisc. li. 10. & Bal. in l. si ea.
C. qui accu. non poss. & in c. 1. §. item sacramen-
ta. de pace iur. firm. Prætereà, notarius non potest
conficere instrumentum de aliquo actu, nisi sit re
quisitus ab eo, cuius interest, vt dicit Bal. in rubri.
C. de fi. instrum. & in l. 1. vlti. colum. C. plus valere
quod agi. per text. in §. nos autem. in authen. de ta-
bellio. & Bal. in l. 2. C. quando fiscus vel priua. &
Bar. in auth. si quis in aliquo. C. de edendo, doc. in
9 l. sciendum. de verbo. obliga. † & si diceret se roga-
tum, staretur eius dicto de rogatu, vt dicit Alexan.
in 3. uol. consi. 110. circa finem. & in consi. 152.
incipien. uidetur prima cõsideratione dicendum
& c. dum allegat Inno. & alios in cap. 1. de fide in-
strumen. Sed iste Dionysius assertus notarius nõ
dicit ab aliquo se rogatum, vt de asserta confessio-
ne dictorum duorum de Platea Forcellæ conficiat
instrumentum, ac de illa asserta ordinatione archi
episcopi Neapolitani, meritò nullam fidem facit
dictum instrumentum. Prætereà, quando Archi-
episcopus fuisse presens in tali confessione duorũ
de staurita Forcella, non potuisset interponere ta-
le decretum enuntiatum in dicto instrumento,
non citatis ciuibus Platea Forcellæ, uel saltim stau
ritariis, ex quo in tali decreto requirebatur cau-
sæ cognitio, vt in l. fi. C. si per uim uel alio modo.
10 † Et ubi tractatur de præiudicio partis, semper de-
bet præcedere citatio l. de unoquoque ff. de re iu-
dicata, quæ quidem citatio est solennitas iuri na-
turalis, quæ omitti non potest, iuxta nota in Clẽ.
pastoralis. de re iudicata. Necũllã confessio duorũ
de Platea Forcellæ poterat nocere toti Plateæ, quę
consistebat in vocibus vltra 90. per nota. per do-
ctores in c. quanto. de his quæ fiunt à Præla. & no.
Bart. in l. fi. C. de prædiis curiali. lib. 10. vbi dicit,
quod si in instrumento dicatur, tales canonici consti-
tuunt talem syndicum, non valet syndicatus, nisi
dicatur, quod constituentes faciebant majorem par-
tem capituli. Meritò confessio dictorum duorum
de Platea Forcellæ non potuit præiudicare toti
11 stauritæ. † ideò dicitur, quod confessio non præ-
iudicat nisi inter confitentes l. duobus §. 1. & ibi
per Mod. Papien. ff. de iureiur. Bene facit id quod
dicitur, quod confessio prælati sine capitulo non no-
cet ecclesiæ, nisi habeat à capitulo mandatum litigã
di, vt dicit glo. in c. dudum. de elect. & in cap. fi. de
præscriptio. & ibi plenè per Abb. Sicu. & ibi con-
cordantiæ. Et propterea concluditur, quod confessio
illorum duorum non præiudicat toti Plateæ, per
no. per Bald. in l. 1. C. de confessis, cum concordã-
tiis, quæ ibi allegantur. Nec obstat, si dicatur, quod in
dicto instrumento enuntiatur, illos duos esse stau-
ritarios, quia illa uerba enuntiatiua nõ probarent
illos esse stauritarios secundùm communem con-
clusionem doctorum in auth. si quis in aliquo do-
cumento C. de edendo. & in capi. cum in iure. de
offic. delega. & in l. optimam C. de contrahend. &
committent. stipul. nisi inter se, non autem in præ
iudicium absentium. Bene facit id, quod dicit Bar.
in l. quod si forte ff. de castren. pecu. Vitalis in clau-
sula, verba enuntiatiua, in contractibus, & docto.
12 in d. l. optimam. & ibi concordan. † Et tantò ma-
gis; quia illa confessio non est uera, cùm constet
per inuentarium ecclesię & testes & antiquam fa
mã, quòd dicta ecclesia est staurit. dotata per ho-
mines Platæ Forcellæ, quod inuentarium excedit
metam

metam centum annorum. & sic pro eo præsumitur stante dicta antiquissima scriptura, per iura supra allegata. Et ex his concludebatur, quòd dictum instrumentum nihil præiudicabat hominibus de Platea Forcellę stauritariis sancti Arpini, Et in hoc voto fuerunt omnes Consiliarii per supradicta iura, & alias rationes, quas omisi breuitatis causa. Ad secundum dubium breuiter fuit
a responsum, quòd iuri petenti [a] executionem decreti archiepiscopi Neapol. contenti (vt asseritur) in dicto instrumento, est præscriptum spatio 30. anno. per l. fina. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. & no. Bald. in l. creditor. C. de pact. Ioan. And. in titu.
13 de execu. sententiæ §. post me. †nam & tanto tempore præscribitur iuri implorandi iudicis officiū nobile, ut in l. sicut. cum ibi notatis C. de præscrip. 30. vel 40. annorum, nota. in c. in nostra. de procuratoribus. etiam si quid pro parte nobilium cōtra præscriptiooem prædictam fuit allegatum, fuit per emptum per interemptionem facti, ideò non oportet aliter in hoe insistere. Et ex his & aliis longissimis discussionib. adhibitis.

Fuit conclusum & deliberatum per omnes dominos Consiliarios, q absoluaotur dicti homines de Platea Forcellæ ab impetitione prædicta dictorum Nobilium, sedilis Montaneæ, & sic lata fuit sententia.

ADDITIO.

a *Iuri petendi,*) Ius petendi executionem decreti, seu sententiæ præscribitur spatio 30. ann. vide infra in decis. 345. Tho. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXLV.

1 *Notarius Apostolicus in regno potest conficere instrumentum de rebus ecclesiasticis, & in ipso instrumento non requirit subscriptio iudicis & testium, sicut de iure communi notatur casus in facto.*

2 *In antiquis qualitas notariatus præsumitur, & in antiquis etiam in instrumento reassumpto auctoritas iudicis præsumitur cum citatione partis.*

3 *Antiquum secundùm magis communem opinionem illud habetur, quotiens res excedit spatium centum annorum, quamuis possit dici, quòd sit arbitrarium, verùm quando res excedit metam quadraginta annorum, minores seu leuiores probationes sunt necessariæ.*

4 *An pro sententia in antiquis præsumatur circa solemnitates, etiam si pars negat illas interuenisse.*

5 *Verba enuntiatiua quando probant. item an verbis enuntiatiuis stetur, donec probetur contrarium, & quando contingit principaliter dubitari de verbis enunciatiuis, licèt non stetur, tamen transfertur onus probandi in aduersarium.*

6 *Verba enunciatiua non solum probant inter partes, sed etiam inter hæredes & singulares successores.*

7 *Instrumentum quod dicit, tales & tales canonici fecerunt sindicum talem, non probat, nisi notarius attestetur, facientes maiorem & saniorem partem.*

8 *Notarius in instrumento procurationis debet scribere nomina omnium, & quid si nomina omnium bergamenum non capit, & hoc in ponderosis.*

9 *Instrumentum quod canit, canonici fecerunt talem rem, nihil valet: quia in dubio de duobus canonicis intelligitur, nisi addatur, totum capitulum, vel tota vniuersitas hoc fecit.*

10 *Instrumentum si dicat canonici concorditer hoc fecerunt, si vnus discrepauit, vel non est in instrumento, an instrumentum falsum.*

11 *Iuri petendi executionem sententiæ an præscribatur spatio triginta annorum.*

1 Circa primum dubium huius decisionis † quòd notarius Apostolicus de rebus ecclesiasticis in regno valeat conficere instrumentum, & in eo non requiratur descriptio iudicis ad contractus, neque testium, sed satis sit, quòd scribantur nomina ipsorum à notario, prout erat de iure communi, iuxta tex. in Authen. de instrumento. caute. & fi. §. sed si instrumenta, & notat hic author in constitu. regni instrumen. robur, in prin. volum. Sebastia. Vantius in tracta. nullita. fol. 32. num. 7. & fuit dictum supra in decisione 166. & hodie, qui est trigesimus mensis Martii 1555. fuit decisum in Regia Camera summariæ in quadam causa Magnifici Caroli Copulæ cum Reuerendo Episcopo Auersano, vbi fuit approbata quædam concessio facta per notarium Apostolicum de territorio Galdi, per olim Reuerendissimum Cardinalem de Aragonia Magnifico Alfonso Copula, & istud non obstante quòd fuisset ex aduerso allegatum instrumentum ipsum non probare, ex quo apparebat confectum per notarium Apostolicum, deficerentque subscriptiones iudicis ad cōtractum & testium, fuit actua-
2 rius causæ Ioannes Florius. & † quòd in antiquis qualitas notariatus præsumatur, vltra adducta per Afflict. hic & per eundem in constu. contiu. approbat Corne. in consi. 24. licèt in tempore 4. volumine. Deci. in consi. 36. pro tenui facultate, nume. 3. in quibus instrumento antiquo reassumpto aut. iudicis q præsumatur cum citatione partis, imó quod notarius præsumatur rogatus, idem Dec. in consilio 11. in secundo dubio. notat hæc & alia plene Aymo in tract. de antiquitate temporum folio 98. qui citat Afflictum hic, & eundem infra in decisione
3 251, & dicit communem esse cum eo. † Et quod dicatur antiquum in omni materia vltra scribentes post glosam in l. cum aliquis. C. de iure deliberandi, declarat idem Aymo in principio dicti tractatus, vbi dicit magis communem esse, illud nuncupari de antiquo, quotiens excedit metam centum annorū; tamen quando sumus in tempore quadraginta annorum, leuior probatio quàm in aliis de iure requiritur, & maxime quando non agitur de magno præiudicio, quod totum maxime arbitrio optimi iudicis relinquitur, de quibus etiam fuit facta mentio supra in decisio. 13. in decima præsumptione, & in decisio. 83. in quibus qualiter leuiores probationes dicantur, conco. etiam And. quòd leuiores probationes sufficiant in antiquis, in c. sancimus. quo tempo. miles, num. 7. vbi qualiter probetur mors de antiquo & de recenti. Et quatenus hic
4 Affl. dicat, præsumi pro sententia antiqua circa † solennitates, nisi altera pars neget, citando consilium Alexan. 9. 3. vol. in fi. Aduerte rogo: quia hoc idem sequitur infra in decisio. 345. contra quem insurgit Aym. in d. tractatu fo. 95. numero 10. & miratur de Afflict. quòd sic fuerit locutus, tu salua eum ab impugnatione sua, prout declaraui in dicta decisione 345.

Et de verbis enuntiatiuis, & sic circa secundùm dubium huius decisionis, quando eis sit standum, vltra ea quæ fuerunt notata supra in dicta decisio. 83. ex dictis Aymonis in prima
5 par. fol. 17. num. 30. nota duo. primò † quòd verba ipsa enunciatiua quoad tertium etiam inducunt præsumptionem, cui præsumptioni est standum, donec probet contrarium. Item quòd in casu, in quo verba enuntiatiua non probant, quando contingit principaliter de eis dubitari, quod saltem facient præsumptionem, per quam transfertur onus probandi in aduersarium, prout ibi etiam declarat in dicto loco, num. 55. fol.
6 20. quæ verba enunciatiua non solum † probant inter ipsas partes principales dominum, sed etiam inter hæredes & singulares successores ipsorum, secundùm Aymo. in consilio vigesimonono, pro clariori declaratione, in principio. vbi pro his citat consilio Aret. 112. in fi. Alexan. in consilio 112. columna prima, libro sexto, Soc. in consilio 9. columna 1. & in consi. 13. col. 2. lib. 3.

Et insuper quatenus Afflict. hic in uerbo riet illa confessio,
7 quòd instrumentum, quod cantat † tales & tales canonici nominibus propriis nuncupatis, fecerunt talem sindicum, non

probare

probare niſi per Notarium vltra dicatur, facientes ſaniorem
& maiorem partem, conuenit Fede. de Senis in conſilio 148.
Caſus talis eſt, & 227. ſi potero, & idem in conſilio 288. ca-
ſus talis eſt, in quodam publico inſtrumento. Alexan. in l. ſe-
cunda, ff. de albo ſcrib. qui multa verba effundit, & tandem
reliquit cogitandum. Sed Socin. in conſilio 93. in cauſa com
munis, num. 5. 3. volum. vult, quòd ſtetur aſſertioni notarii,
quòd homines congregati faciant ſeniorem & maiorem par
tem, quod etiam ſequitur Iaſ. in l. placet, de ſacroſanctis eccle-
ſiis, numero quarto, ſed oportet nomina omnium ſcribere,
8 niſi tot forent † quòd non poſſint nomina ipſorum in berga
meno ſcribi ſecundùm Ioanoem Fab. in §. fina. Inſti. de cura-
to. & Alexan. in conſilio primo, in quarto volumine, quos ci-
tat Petrus Rebuff. in ſua arbore exceptionum. voluit etiam
Hieronymus Gratus in conſilio 66. primo libro, numero de-
cimoquarto, ubi dicit, quòd in negotiis ponderoſis requi-
runtur omnium nomine deſcribi, & quòd ſi ſunt deſcri-
pti pauci, non ualet inſtrumentum. Alexand. in conſilio ſepti
mo, ſuper hac dubitatione, & ibi Rec. qui nonnullos citat
columna 3. viſis inſtrumentis. columna quinta, primo uolumi
ne, & ſecundum prędicta videtur voluiſſe Dec. in conſil. 221.
non patitur anguſtia temporis, prima columna, & Corſe. in
ſingu. in uerbo compromiſſum, & in verbo vniuerſitas, vbi de
clarat caſus, in quibus non ſufficit maior pars vniuerſitatis in
teruenire, vt actus valeat, hoc etiam Loffred. in conſilio 41.
qui decidit, quòd maior pars ſedilis non poteſt aliquem ad
ſedile admittere, niſi maior pars conſentiat, & per Ruin. in
conſilio 217. libro primo, qui conſuluit, quòd quando repe-
ritur inſtrumentum, quòd canonici fecerunt talem rem, nil
9 valet; quia de duobus tantum intelligitur. † Secus quando
dicitur, capitulum fecit hoc, quod ego intelligerem ſecúdum
ſuperius allegata; quando nomina fuiſſent deſcripta, niſi adde
retur per notarium, totum capitulum, uel tota vniuerſitas fe-
cit hoc ſecundùm Ioan. Fab. in loco ſupra alleg. & ſi fuit di-
10 ctum concorditer hoc fecerunt, † vno deficiente inſtrumen-
tum falſum. Alexan. in conſilio 124. in cauſa & lite vertente in
ter Franciſchinam ſecundo volumine, ſed latius per Fely. in c.
non poteſt. colum. quinta, numero octauo, in verbo concordi
ter, poſt Abb. de re iudi. qui inquit etiam, quòd ſtatutum re-
quirens pacem offenſorum concorditer, quòd omnium con-
ſenſus ſit neceſſarius, & uide etiam in prædictis Capi. in deciſ.
11 quarta, & 152. quando ſatis ſit, quod maior pars faciat † &
quòd iuri petendi executionem ſententiæ præſcribatur ſpa-
tio triginta annorum, affirmat Bal. in Rub. de præſcrip. vlt.
colum. Fel. in c. inter monaſterium, columna 16. in uerbo limi
ta. 16. de re iudi. Pariſius in conſilio 116. certum eſt, numero
6. 4. uolum. Cæſ. Vrſill.

DECISIO CCXLVI.

De contractu meticuloſo metu verberum inter virum, & vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Maritus eſt ignobilis, qui ſine cauſa vxorem verberat.*
2 *Hæredes mulieris qui probant per teſtes maritum eam uerberaſſe, an ſufficienter probent.*
Inſtrumentum meticuloſe factum qualiter probetur.
3 *Verba quando probent contractum meticuloſum.*
4 *Intellectus ad capitulo cauſam matrimonii, de officio delegati.*

1 QVidam † maritus nobilis origine, ſed non mo-
ribus, continuè ſuam vxorem nobilem ver
berabat ſecretè, tamen non poterat ita ſecretè ver
berare eam ſine iuſta cauſa, quòd vicini, & con-
ſanguinei, & aliæ perſonę non audirent uoces vxo
ris, & percuſſiones, quas recipiebat à uiro, non
uidiſſent & audiuiſſent, tandem vna die in publico
teſtimonio coram iudice, notario & teſtibus in
numero ſufficienti dicta vxor & dictus uir uene-
runt ad quandam conuentionem, ut dictæ vxori
præſtentur alimenta annuatim uſque ad tantam
ſummam, & hoc fuit in læſionem uxoris, & in di-
cto inſtrumento interuenerunt clauſulę conſue-
2 tę, & iuramẽtum. hęredes † mulieris agunt contra
virum, dicendo, illud inſtrumentum fuiſſe meti-
culoſè factum, & probant per certos idoneos te-
ſtes, ꝙ ante dictum contractum maritus verbera-
uit vxorem, non tamen probatur, ꝙ ex dicta cauſa
eam uerberauit. Vtrum præſumantur dicta ver-
bera eſſe facta pro dicto contractu faciendo. Ali-
qui nimium ſubtilizantes allegabant Inno. in c.
accedens. de conuerſi. cõiugato. hoc modo, dicitur
in d. c. accedens. quòd uir petebat ab uxore licen-
tiam, vt potuiſſet intrare religionem, vxor pro-
pter verbera annuit uotis mariti, nihil dicitur in
tex. quòd uerbera fuerunt facta occaſione, ut con
ſentiret vxor uiro volenti intrare in religionem, ſu
peruenit Innoc. & fecit ibi glo. quæ dicit, quòd ob
hoc verberabar, vt licentiam præberet intrandi
monaſterium, & ſic præſumitur pro ipſa, quòd
3 verbera ob hoc fuerunt. † Omnes alii Domini fue-
runt in contraria opinione ſcilicet quòd non ſuf-
ficit probaſſe vxorem eſſe verberatam, niſi probe-
tur, quòd fuit verberata, ut facere dictum con-
tractum, & hoc per authoritatem Inno. in c. acce-
dens. & ita dicit Bar. in l. ſi ob turpem, ff. de cõ. ob
tur. cauſam, & ita intelligitur illud, quod dicitur,
quòd ſufficit, quòd maritus ſemel verberauit vxo
rem, vt conſentiret contractui, tunc ſemper præ-
ſumitur durare idẽ metus, donec durat matrimo-
nium, vt in l. ſi per impreſſionem, C. quod met.
cau. & doc. & in l. interpoſita. C. de tranſact. & in
c. cauſam matrimonii. de off. de leg. & in c. perla-
tum, quod met. can. & pro hoc ego ſolus allegaui
ad hoc deciſionem Inn. & Ioan. And. in nouella.
in c. cum locum. de ſponſalib. ubi dicit iſta uerba
4 formalia. † ſi metus vel coactio interuenerit ſuper
eo, ubi conſenſus requiritur, v. g. ſi cogitur con-
trahere matrimonium, non valet, ſecus ſi ſuper di
uerſis interueniat conſenſus, & uis, vt ſic carcera-
uit quis alium, vt pecuniam ab eo extorqueat, ſi
alium contractum faciat valet & c. quia non ob il-
lum contractum fuit adhibitus metus, ut in l. qui
in carcerem, ff. quod metus cauſa, ut habetur in l.
qui à latronibus, ff. quod me. cau. cum igitur non
fuit probata cauſa, ex qua fuit verberata, non po-
teſt dici d. contractus meticuloſus, ex eo, quia fuit
verberata. niſi probetur, ꝙ fuit uerberata, vt fa-
ceret dictum contractum, qđ eſt menti tenendũ
pro intelligentia eorum, quæ ſcribuntur in d. ca.
cauſam matrimonij.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXLVI.

1 *Uxor verberata ſi facit inſtrumentum, an præſumatur feciſſe ex iſta verberatione, in tantum quòd metus cenſeatur probatus.*
2 *Mulier faciens contractum cum marito pręſumitur facere affectione maritali: & maxime quando eſt factus in præſentia concubinę.*
3 *Metus iuſtus qui dicatur, an ſoluens virtute guarenti-*

gia

gis videatur approbare contractum meticulosum.
4 *Metus probatur ex indiciis & coniecturis, & per testes singulares, est arbitrarium iudicis etiam per vnum testem.*
5 *Si contractus est celebratus in præsentia propinquorum, an cesset metus.*
6 *Si semel mulier fuit verberata, semper præsumitur durare eadem causa metus.*
7 *An per receptionem precii videatur approbatus contractus, si durat eadem causa metus.*
8 *An metus præiudicet tertio, qui contrahit cum marito, qui intuitu metum, si ipse de metu non participauit.*
9 *An stetur magis duobus deponentibus de metu, quàm pluribus de bona voluntate.*
10 *Quo tempore præscribatur contractus meticulosus.*

DEcernitur in hac decis. quòd vxor verberata a marito si facit deinde contractum, quòd non præsumatur ex hac causa verberum contractum fecisse, sed necesse est probare
1 metum in specie ad id † scilicet fuisse illata verbeta ad hoc, vt faceret dictum contractum., vide quia contra hanc decisio. tenet Aymo 10 consi.241 Princeps 10.col. in verbo alibi scribit, qui dicit, quòd hæc opinio nunquam sibi placuit, sed cum ista conclusione huius decisi.conuenit Hyp.in § expedita, nu. 20.in praxi crimi.idem in sing.325.dixi tibi..qui concor.citat.
2 quæ licet vera esse videantur † tamen mulier faciens contractum insimul cum viro præsumitur affectione maritali facere.Ias.in consi.53.1.vol. vbi etiam quando facit cōtractum in præsentia concubinæ.Soc.Iun.in consi. 116.& 77.1.parte, vbi
3 declarat subiectum iusti metus soluentis † virtute instrumenti guarentigiati, quòd non videatur approbate contractum,
4 propterea probatur metus ex indiciis & coniecturis † le. 3. ff. ex quib.cau.maio. And.in c.sancimus, quo temp.miles. col. 2. in fi.num.4.omnino Ancha.in consi.299. relatum per Dec.in consi.219.viso punctio.nu.3.vbi dicit arbitrarium iudicis, & per testes singulares, secundum Crotum in l. stipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.obli. num.46 Capol.in consil.2.in ciui.& per vnum testem cum aliis de auditu & coniecturis. Boer.in deci.101.& dic difficile.in prin.& Aymo melius in consi. 49.
5 † quia posset dubitari; licèt quando contractus fuisset celebratus in præsentia propinquorum non satis forent duo testes ad probandum metum secundùm Hyp.sing. 428.& 573.quos refert Boer.in deci.100.præsuppono, nume.8.Aymo in consilio 114. Ioanna filia, quæ intelligenda puto, nisi a principio mulier semel fuisset male tractata a viro; quia semper præsumitur
6 † eadem causa metus durare, donec permanet matrimonium, secundum Dec.qui similia adducit in d.consi.219.& Hypo.in d.sing.325.quod adeo verum, quòd nec per receptionem pre-
7 tii † videatur contractus meticulosus approbatus, si durat eadem causa metus. Ias.in d. l. si ob turpem.ff.de condi. ob tur. cau. Alex.in l.2.C.quod met.causa.Boer.in d.decis.100.nume. 16.Curt. Iuni.in consi.126.in 2.volu. nam uidetur recipere ex necessitate præcedentis contractus, ne careat re & pretio, quod procedit, siue totum, seu partem pretii recepisset secundùm Aym.10 consi.106. honoratus, vbi declarat, quando prædicta non vendicant locum, & notaui etiam infra in decisio.336. & secundùm hæc alias fuit iudicatum in sacro consilio in causa Iacobi Barnabæ cum Hieronymo Sarzuto de Capua, qui emerat podere terræ a Camilla Vittella similiter de Capua, tunc vxore Petri Vincentii Sarzuti eius fratris per metum, quod non obstante quod fuisset probatum de receptione partis pretii a dicta Camilla venditrice deinde recepti, dum etiam fuisset vidua, fuit declaratus ex his & aliis contractus nullus an. 1553. Cuius causæ Commiss.fuit Dominus de Altomare, Actuarius Io.Petrus Iubenus, verum fuit condemnata ipsa Camilla ad
8 pretii recepti restitutionem, quæ omnia negat procedere † Aymo in consi.120.confirmando, quando tertius qui contrahit cum marito fuisset ignarus de metu illato uxori, nam tunc nō affertur ei præiudicium, ex doctrina Bar.in l. nam & Seruius. ff.de neg.gestis, qui dicit, metum illatum vni per alium non nocere tertio, qui facit contractum, de quo etiam per Ias. in l. 1.C.si quis ali.testa.prohi.ubi inquit, quod metus adhibitus testatori per aliam non nocere tertio instituto, uoluit etiam Ray. in consi.113. 5.uol. quæ dura uidetur posse in pract. obtineri, prout sunt annotationes cum nota.casus in facto, infra in decisio.263.& 393.& supra 69.quæ an procedant existentē enormissima læsione cum metu reuerentiali notaui in decis. 263.
9 tradidit Aym.in d.consi.114.ubi etiam declarat † quando ista non procedant, & quòd stetur magis duobus affirmantibus de metu quam de bona voluntate ultra scribentes in l.interpositas.C.de transa.& Boer.in d. deci. 100.num. 3.no.Barba.in consi.54.illud efferam.col.12.num.20.1.uol.quanto autem tem-
10 pore præscribatur contractus meticulosus, quòd † spatio 30. anno.declarat Bal.in consi.189.punctas, quæritur 5.uol. scribentes in l.si cui, uel metu.C.quod met. causa. Cotta in verbo contractus mulierum, quæ breuiter nota: nam non sunt extranea à subiecto huius dec. coaceruata possunt in facto contingere semper. Cæs.Vrsill.

DECISIO CCXLVII.

De collatione cessante bonorum consumptorum sine dolo & culpa.

SVMMARIVM.

1 *Bona mobilia in dotem data & consumpta an expellant sororem à successione paterna.*
2 *Conferendum quid sit in restitutione dotis conferendæ marito ad inopiam redacto.*
Librorum collatio qualiter fiat.
3 *Bona in collatione veniūt, prout reperiūtur tēpore mortis.*
4 *Collatio cessat in bonis sine dolo & culpa consumptis.*

HAbuimus in consilio super quodam processu
1 fabricato in ciuitate Potentię, vtrum soror, quæ habuit in dotem certa bona mobilia inæstimata, quę vsu consumuntur, & sic debent restitui soluto matrimonio, prout reperiuntur. Mortuo pater ab intestato vult succedere ei vnà cum aliis sororibus suis in bonis Burgensaticis, dicunt illæ sorores, tu non potest succedere, quia non potes dotes, quas habuisti, conferre, quia dotes prędictę sunt consumptæ. Quæritur quid iuris? fuit votatum in Consilio, quod si illa bona mobilia data in dotem sunt consumpta non dolo, vel culpa coniugū, quod illa soror debet admitti ad successionem, etiam quod dicta bona non possint conferri, per tex.in l.2. §. de illis.ff.de coll.bonorum. Et pro hoc bene facit id, quod no. in aut. quod locum, C. de collat. in
2 vers.his cessantibus. † Accedat ad hoc illud, quod dicitur, quod si debet fieri restitutio dotis, & maritus non est soluendo, & dos debet conferri, solùm debet conferri illud, qd maritus soluere potest, vt in l.1.§.cum dos.ff.de colla.dotis. Licèt hodie per dictam auth.quod locum, conferat solum actionem ad dotem, licèt inanem. Et ideò dicunt doct.in l.illud.C.de colla.maximè Pau.de Cast. quod liberi conferunt, prout sunt tempore mortis patris, & non prout sunt empti.
3 † Item in collatione veniunt bona, prout reperiūtur tempore mortis, & non ea, quę fuot consumpta, secundùm Bal.& Ang.in l. ea demum.C. de colla. & Bal.in auth.ex testamento.uerf. 15. & 17. Nec obstat, quod æqualitas in materia ista collationis debet attendi, quia intelligitur, si bona reperiūtur tempore mortis defuncti. Sed si sunt consumpta sine dolo & culpa, cessat collatio, & admittitur ad successionem, ut in d.§.de illis.& d.l.ea demum
4 æstimata: † tunc pretium debet restitui, ut in l. quoties, et l.inter virum.et l.si cum dote, C.de iure do.& no.in l. æstimata.ff.sol.mat.

Et ita fuit iudicatum ex uoto Dominorum de sacro Consilio.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXLVII.

1 *Quando dos data filiæ sine culpa ipsius fuit consumpta, quòd sat sit ipsi inanem actionem conferre, ut valeat patri insimul cum sororibus succedere, & quando dicatur facta consumptio sine culpa filię.*

2 *Quando est facta donatio marito ad commodius onera matrimonii supportanda an ueniat in collatione.*

3 *Quando filia succedit patri cum extraneis, & non cum fratribus an tenetur dotem conferre.*

4 *Quando non esset ęqualitas inter fratres, an fiat collatio, & de expensis studii factis à patre an veniant in collatione, vel intelligantur donatę unà cum expensis doctoratus.*

5 *Collatio est facienda in casu, vt seruetur ęqualitas inter fratres, licèt non deberet fieri.*

6 *In rebus quæ consistunt in pondere, numero, & mensura datis in dotem fit æstimatio ipso iure, & venit precium ipsarum rerum restituendum, quod notatur in mulieribus rusticanis.*

COncluditur hic, quòd quando bona data in dotem filiæ
sunt consumpta sine dolo, & ipsa mox vult succedere pa-
1 tri † ꝙ sufficit manem actionem conferre, vt ualeat patri suc-
cédere, quę intelligas forte, nisi adesset renunciatio, prout fuit
notatum, supra 10 deci. 161. in 2. dub. Item secus de iure con-
sue. Neap. existente fratre, quia soror maritata patri non suc-
cedit, vt in consue. 1. de successionibus ab intestato, in verbo ꝙ
autem, in versi. in præmissis, quando autem dicatur dolo fa-
ctum, & sic quòd filiæ possit imputari, declarat tex. in d. auct.
quod locum, videlicet quando filia potuit exigere virum &
non exegit, prout declarant scribentes in loco supra allegato.
& similiter videmus, ꝙ si maritus confessus fuit recepisse do-
tem, quam non recepit, ꝙ si mox facit instrumentum mutui
pater pro filia, quæ si vult succedere, sufficit cedere actionem,
quam habet: prout sunt annotationes infra in deci. 323. vbi de
2 claratur, qualiter hoc procedat: quæ etiam intelligas in † dote,
secus in simplici donatione facta marito ad vtilitatem & cō-
modum ipsius mariti ad onera matrimonii supportanda,
prout consuluit Aym. in consi. 75. Ioanna Borsete, nu. 4. Item
intelligas quando filia voluisset cum sororibus succedere, &
tractaretur de seruando æqualitatem, secus si filia voluisset
3 succedere † cum extraneis institutis a patre, prout de prædi-
ctis est tex. legis fi. C. commu. vtri. iudi. prout plene notat Dec.
in consi. 59. licèt, nu. 2. in fi. & habetur per Cassa. in consuetu.
Burgun. succe. rub. 7. nume. 4 fol. 243. & 246. num. 54. qui tra-
dunt plene subiectum collationis in quibus casibus procedat
& in quibus denegatur, & per Aym. in consi. 125. quęritur, an
4 excellens dominus. nom. 7. qui dicit ex dictis aliorum † ꝙ quã-
do insurgeret magna inæqualitas inter fratres, collatio esset fa
5 cienda, dato ꝙ fieri non deberet. vbi ēt cōcludit † ꝙ nisi expē
sæ studii & doctoratus expresse fuissent donatæ, venirent cōfę
6 rendæ, qui etiã declarat quõ hæc procedant. Et † quod hic dr̃,
ꝙ quando bona dantur marito æstimata pretiũ soluto matri-
monio restituitur, intelligas in aliis rebus quam in his quæ in
pondere, numero, mensura consistunt, nam hoc etiam quod
non dentur æstimatæ, à iure fit æstimatio, & periculo viri sūt,
prout est tex. l. res datæ in dotem. ff. de iure dotium. voluit glo.
in l. exti. & ibi Pau. de Cast. qui loquitur in mulieribus rustica
nis. ff. solo matr. Nea. po. in consue. Neap. viro mortuo, in ver.
& pernis, de iure dotiom, num. 70. Tiraq. in retrac. consangui
neorum. §. 1. glo. 14. in ver. aut æqui pollentem, num. 42. fo. 97.
sed dic latius infra 10 dec. 270. vbi etiam quando extimatio fa
ciat emptionem. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCXLVIII.

De feudo nouo noniter obuento per legat. unacum Regio assensu.

SVMMARIVM.

1 *Feudum antiquum an possit alienari sine consensu primogeniti.*

2 *Soror succedit fratri in feudis, quibus viuitur iure Francorum.*

Soror dotata fratre non succedit fratri in feudis iure Longobardorum 6.

3 *Ius speciale allegatum est probandum in feudis.*

4 *Feudatarii in feudis iure Francorum quando dicantur viuere.*

5 *Testis de auditu non probat.*

7 *Personam primitiuam inficiens, deriuatiuam vituperat.*

8 *Feudum nouum causa non facit, item & noua forma.*

9 *Legatarius largo modo hæres dicitur.*

10 *Clausula in fine contractus posita quando extendatur ad præcedentia 12.*

11 *Conditio apposita in principio orationis censetur repetita in tota oratione.*

Dictio, ita, qualiter stet.

13 *Qualitas vnius facti aliud factum quando non qualificet, licèt ambo regantur eodem verbo.*

FVit diu in consilio dubitatum. Verum casale
sancti Nicolai de Vnfredis in persona dominę
Catharinæ de Castiglono, in persona Gulielmi de
Griphis sit feudum nouum, & antiquum. Ex quo
istud feudum olim fuit quondam magnifici Anto
nelli de Castiglono, quod habuit ex successionem
materna: cui Antonello successit Iacobus eius fi-
lius primogenitus, qui maritauit & dotauit do-
minam Catharinam eius sororem carnalem vtrin
que coniunctam de bonis maternis & fraternis.
Vidēs postea dictus Iacobus, ꝙ nō habebat filios,
supplicauit Regi, ut concederet sibi facultatem, ꝙ
possit in vita, uel in morte donare, vel legare di-
ctum feudum, cui voluerit, & Rex Ferdinandus
primus fecit talem gratiam, post hæc dictus Iaco-
bus fecit testamentum, & codicillum, & legauit
præfatæ suæ sorori, & Gulielmo de Gripho eius
filio, & nepoti dicti Iacobi dictum feudum, & sic
mater, & filius virtute dicti legati præcedente di-
cto Regio assensus receperunt possessionem dicti
feudi, et soluto releuio habuerunt cōfirmationem
à Rege Ferdinando primo. deinde dicta do. Ca-
tharina cum Regio assensu donauit suam medieta
tem dicti feudi cuidam Iacobo Gripho, filio suo
secundogenito, cum hoc pacto, quòd si ipse dece-
deret sine filiis, in d. feudo, succedat Guliel. Gri-
phus. Et euenit casus, ꝙ dictus Iacobus fuit mor-
tuus sine filiis, superstite d. Gulielm. qui uirtute
dicti pacti succedit in dicta medietate dicti feudi,
& sic totum dictum feudum supradicto modo
peruenit in posse dicti Gulielmi, qui Gulielmus
tenens & possidens dictum feudum Regio assen-
su donauit inter viuos Alberico de Griphis eius
1 filio quartogenito, & tradidit. † dicit Ioannes Gri
phus filius primogenitus dicti Gulielmi, ꝙ dictus
eius pater non potuit donare dictum feudum di-
cto Alberico eius filio quartogenito in eius præ-
iudicium, quia dictum feudum est antiquum, in
quo uiuitur iure Francorum, & ipse tanquam pri
mogenitus debet succedere. In cōtrarium dicitur

pro

pro parte Gulielmi & Alberici, ꝙ dictum feudum est nouum. & ideo potuit d. Gulielmus cum Regio assensu illud alienare in d. Albericum, sicut in extraneum, ut concludit And. in c. 1. de alie. feudi pater. & in constit. Regni, constitutionem, & in c. 1. de natura succe. feudi, in 4. col. & Bart. in c. 1. de vasal. decre. ętatis, & Ioan. de Imo. in l. si filiusfamilias, §. cum pater. in princ. & in l. si domus. §. fin. ad fi. de leg. 1. & in c. potuit 10. col. de locato, & Alex. in 4. vol. cons. 55 in 8. col. & in 5. vol. consil. 28. Secus si esset antiquum, & viuitur iure Francorum, tunc non potuisset alienare in praeiudicium primogeniti, ut in d. c. 1. per And. & c. 1. an agnatus, & in c. 1. ad finem, qui succ. teneantur, & in c. 1. §. hoc quoque. de succe. feu. & in ca. 1. §. quid ergo. circa fi. per And. de in vestitu. de re ali. facta. Alex. in 4. vol. cons. 106. & sequenti, & est producta super hoc quaedam declaratoria Regis Roberti, & quędam alia Regis Alphonsi primi. Et dubium faciebat, ꝙ esset dictum feudum antiquum, quia dicebatur, ꝙ domus de Castiglono viuebat iure Frācorum, & sic soror, uidelicet do. Catharina, tanquam viuens iure Francorum succedebat de iure fratri suo Iacobo, etiam sine legato, vt dicit declaratio Reginę Ioannę secundę, quae fuit facta cum consilio valentissimorum doctorum ad instantiā dom. Catharinę Filigiię vxoris quondam excellentis do. Ioannis Carazoli magni Senescali regni
2 Sicilię. †vbi dicitur, ꝙ soror succedit fratri in feudis, in quib. viuitur iure Francorum, secus si viuitur iure Longobardorum, quia tunc maritata & dotata a fratre non succedit fratri. Et sic intelligitur gl. Marini de Caramanico in constit. vt de successionibus, in uerbo, dotatas, & sic intelligitur id quod dicitur, ꝙ dotata à fratre non succedit fratri, per l. quoniam nouella. C. de inoff. testa. & no. And. in c. 1. de natura succe. feud. & tenet Luc. de Pen. in l. fi. C. quando & quibus quarta pars debeatur, lib. 10. & iudex Blasius de Morcono in Longobarda, de succe. l. pater filiam. & dicit ita tenere do. Bartholomaeum de Capua. Et ego ita cō clusi in c. 1. §. quinetiam. episcopum, vel abbatem, vbi allegaui alias sententias Regias sic esse latas, & isto casu fiscus excludi sororem a successione fratris in feudo, in quo viuitur inter Longobardorū, & istam distinctionem dicta domina Regina mādat seruari in causis praesentibus & futuris, & hoc factum fuit per viam legis condendę. Et sic in eius persona feudum fuerat antiquū, & ipsa tanquam in antiquo feudo debebat succedere, & ideo si erat antiquum, non potuit ipsa donare in alium, quàm immediate successurum, qui erat Gulielmus suus primogenitus, qui debebat ei succedere in feudo paterno. Et in illo feudo materno debebat succedere Ioannes primogenitus dicti Gulielmi vigore consti. Regni, ut de successionibus. In contrarium dicitur, ꝙ dictum feudum S. Nicolai in persona do. Catharinae de Castiglono & Gulielmi fuit nouum, & non antiquum. Quia dom. Catharina tanquam dotata, & maritata a dicto suo fratre de bonis paternis & fraternis non poterat succedere dicto fratri in dicto feudo fraterno, ex quo non est probatum, ꝙ dominus de Castiglo-
3 no vixerit iure Francorum, ꝙ de iure † debuit probare dictus Ioannes, quia ꝙ iure Francorum uixerit, debet probari, quia est speciale ius, ut dicit tex. & And. in constit. Regni, ut de successionibus, & in l. Imperialem, §. praeterea ducatus, de prohi. feudi alie. per Fede. alias pręsumitur, ꝙ iure Longobardo uiuat, vt dicit And. in praeludiis feūdorum, in 3. q. principali. & idem And. in constitutione Regni, puritatem. ubi dicit, ꝙ fallit Neapoli & Auersae, et in medietate Salerni, bene facit quod not. idem And. in d. §. praeterea ducatus. Non apparet per priuilegia, ꝙ dicta domus uixerit iure Francorum. Nec apparet, ꝙ in dicta domo fuerint plures fratres, quia semper fuit vnus primogenitus, quo casu non potest probari per testes, ꝙ uiuitur iure Francorum, ut dicit And. in d. l. Imperialem §. praeterea ducatus. & in constit. Regni, constitutionem diuae memoriae. & in constit. vt de successionibus.

Nec obstat, ꝙ dictus Ioannes probauit, quòd omnes barones montis Fusculi uiuunt iure Francorum, & ideo praesumitur, quòd sic uiuatur in isto Castro, ut in c. 1. §. & quia. per Andr. de his qui feu. dare possūt. & sic res sequitur conditionē personae, ut ibi. & in l. 1. C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. & ibi per Lucam. de Penna.
4 † Quia responsum fuit, ꝙ per hoc non probatur, ꝙ domus de Castiglono uixerit iure Francorum, ut dicit Andr. de Iser. in §. praeterea ducatus, pręallegato. in additione in dicta consti. Constitutionem. Bene tamen uerum est ꝙ si probetur, quòd talis uiuat iure Francorum, sed dubitatur in quibus, pro tunc recurritur ad consuetudinem uicinorum, ita dicit And. in d. additione. & pro hoc c. sopitae, & c. super eo. de censibus. Vnde probato ꝙ barones montis Fusculi viuunt iure Francorum, non probat consequenter, ꝙ domus de Castiglono uixerit iure Francorum in successionibus, stante hoc quòd in domo de Castiglono nunquam fuit, nisi unicus primogenitus. Item dictum castrum per auth. priuilegium fuit separatum à pertinentiis montis Fusculi in omnibus. & per omnia, & sic non potest restringi dictum castrum cum consuetudine montis Fusculi, ut dicit And. in consti. in aliquibus. in 9. colum. & melius 10 capitu. 1. §. similiter 3. colū. de cap. Corradi. per l. 1. C. quae longa consuetudo. Nec obstant testes deponentes de auditu, quòd domus de Castiglono uiuat iure Francorū,
5 † quia testes de auditu non probant l. testium C. de testi. l. solam. eod. tit. no. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arc. Inn. in c. pręterea. & in capi. causam quę. de testib. & tanto magis, quia ratio quare hoc audiuerunt est; quia barones montis Fusculi in successionibus uiuunt iure Francorum, prout audiuerunt. Et tamen productum est unum instrumentum, in quo domina Catharina dicit se uiuere iure Longobardorum. Secundò dicebatur, quòd posito, ꝙ dicta domina Catharina uixerit iure Francorum, ex quo fuit maritata à patre, & postea dotata à fratre, ut confitetur dictus Ioannes in 12. exce. Alberici sine dubio dotata à fratre, repellitur à successione bonorum fratris, ut dicit And. in consti. Regni. in aliquibus, in 12. col. ubi dicit. non obstat l. si pater filiam. in Longobarda, à qua sumpsit originem tex. in consti. ut de successioni-

ſionibus.ibi.coniugatę & dotatę à fratrum ſucceſ-
ſione repelluntur, quia ille tex. debet referre ſingu
lis, ut quod dicit de paterna ſubſtantia, referatur
quando pater dotauit, quod ſequitur de fraterna,
6 qñ frater dotauit, ſemper † enim ut repellatur ſo-
ror à ſucceſſione propter dotem, requiritur ꝙ ſit
dotata de bonis eius, de cuius hęreditate agit, per
d.l.qm̃ nouella.in fi. C.de inoff.teſta.C.de colla. l.
ut liberis. & idem dicit idem And. in conſtitu. ut
de ſucceſſionib.& Lucas de Pena in loco pręallega
to.Alex.in 1.uolu.conſi.29.in 3.col.Et ſic patet, ꝙ
domina Catharina tanquam ſoror poſt mortem
fratris non poterat ſuccedere in feudo. Cùm ergo
præcedente Regio aſſenſu dictus Iacobus de Caſti
glono ei reliquit feudum pręd ictum pro medieta-
te dictę dominæ Catharinæ, dicitur habuiſſe me-
dietatem dicti feudi de nouo uigore dicti legati cũ
Regio aſſenſu, per quem aſſenſum dicitur habuiſſe
medietatem dicti feudi à Rege: ut dicit And. in ca.
1.qui ſucce.ten. & in l. imperialem. in principio,
de probib. feudi alie. per Fede. & in ca. 1. de alie.
feudi. allegat l.lege obuenire.ff. de uer. ſignifi.bo-
nus eſt tex. quem non allegat And. in ſi liqueat C.
de inoffic. dona.& in auth. de defen. ciuit. §.inte-
rim. & uoluit Cy. in l. neque C.de confirm. tuto.
Et ſimiliter alia medietas dicti feudi legata dicto
Gulielmo per dictum Iacobũ de Caſtiglono eius
patrum erit feudum nouum in perſona dicti Gu-
lielmi, ex quo ipſe non erat immediatè ſucceſſu-
rus dicto Iacobo, nec ex perſona ſua, nec ex per-
7 ſona matris, quæ non † poterat ſuccedere fratri,&
qui primitiuam inficit, deriuatiuam uituperat, ut
dicit Bal.in l.fi.C.de uer. ſig. & in l. maximũ uitiũ
C.de lib.pręteritis.& in l.quoties C.de ſuis & legi.
& in auth. quas actiones C. de ſac.ecc.& in c. 1. §.
quia.de his, qui feu.da. poſſ. Et ideò de neceſſitate
dicendũ eſt, ꝙ in perſona do. Catharinæ in perſo-
na Gulielmi d. caſale de nouò obuenit non uirtute
ſucceſsionis, ſed uirtute Regii aſsenſus, ut Bal.in
c.j.§.hoc quoq. de ſuc.feu. & in c.j.de fratri.de no-
uo ben.inueſt.& in c. 1.de gra. ſucc. in feud. & in
cap. 1.de natu.ſuc.feu.& in ca.j.in prin.de ali.feu.
pat & in capi. 1.de uaſ.dec.æt. & in capitu. 1. qui
teſtes ſint neceſſarii ad probandum nouam inueſt.

Quare fuit notatum per maiorem & ſanctiorẽ
partem dominorum de Conſilio, quòd dictum
feudum ſancti Nicolai in perſona dominæ Catha-
rinę, & Gulielmi fuit nouum feudum nouiter eis
obuentum per legatum cum Regio aſſenſu. Et iſta
uota habet notarius Vincentius Saponus, & tanto
magis, quia princeps in confirmatione facta di-
ctæ Catharinæ & Gulielmo expreſsè dici, quòd
uirtute legati pręd icti cum Regio aſſenſu admittit
eos ad ſucceſſionem, & ſic ex noua cauſa uirtute
8 legati cum Regio aſſenſu, & noua † cauſa facit eſſe
nouum feudum, ut dicit Bal.in c.1.8.col.an agna-
tus. & vult, ꝙ illud habeant tanquam noui domi
ni, & ſic dicitur feudum nouum, ut dicit And. in
c.1.de eo qui fidem fecit agnatis. & uoluit Pau.de
Caſt.in conſi.154.incipiente, circa pręſentem ca-
ſum. & ibi allegat ad hoc c.1.de duobus fra.à e.in
ue. Et ideo dicebat Bal.in d.l. Imperialem §.inſu-
per.de prohi. feudi.ali.per Fede.ꝙ noua forma fa-
cit nouum feudum. Et idem dicit Oldra.in conſi.
169.incipiente, quidam nobilis tenebat quoddam
caſtrum &c. Nec obſtat, quòd dicitur, ꝙ fuit per
dominam Catharinam & Gulielmum ſolutum
releuium, quod non ſoluitur niſi per ſucceſſionem
habeatur feudum, ut no. per And.in c.1.§.ſimili-
ter.de cap. Corradi. & uſus curię eſt quòd legato
feudo cum Regio aſſenſu pręcedenti ſoluitur rele-
9 uium. Et iſte fuit bonus mos, † quia legatarius
largo modo dicitur hęres, ſecundum Bal. in d. l.
Imperialem. in principio pen. colum. & Bar. in l.
in conuentio.ff.de uerbo.ſignifi.& Bal. in l.inſtru-
menta.uerſi.opp. quod imò inſtrumenta C. de fi-
deic.& non tenetur ad releuium ſecundùm And.
in d.§.ſed & res. no. And. in conſtitut. Regni poſt
mortem.

Sed quia poſt dictum uotũ aduocatus dicti Io-
annis hoc ſentiens, dixit quòd etiam ſi feudum
pręd ictum fuiſſet nouum, non potuit dictus Gu-
lielmus donaſſe cum Regio aſſenſu dicto filio ſuo
quartogenito in ſui pręiudicium pro eo, quia iſtè
Gulielmus donauit dictum feudum per prius Ia-
cobo illi tertiogenito cum certis cõditionibus, &
cum tali declaratione, quòd in omni caſu & euen
tu & omni tempore debeant maſculi de domo de
Griphis ſuccedere in dicto feudo, ſeruata pręroga
tiua pręd icta, ſcilicet ætatis & ſexus, igitur per
iſtam clauſulam ultimam quæſitum eſt ius dicto
Ioanni primogenito, ſcilicet ut ipſe ſit futurus ſuc
ceſſor poſt mortem patris. Et hanc clauſulam pa
ter non potuit reuocare donando poſtea Alberico
4 prædicto, quia † dicta clauſula in fine contractus
prædicti appoſita extenditur ad omnia pręcedẽtia
ſcilicet ubi dictum eſt, quòd pater mortuo Iacobo
ſuccedat, &c. per l.talis ſcriptura. & ibi Bartol.ff.
de leg.1.in l. final. ff. de rebus dubiis. & Bartol. &
Doc.in l.ſi idem cum eodem.ff. de iuriſdi.omn.iu-
di. & Bal.in l. 1. C.de libe.pręte. & Abb.Sicu.in c.
ſedes.de reſcript. & in c. 2.requiris. de appella. &
Abb.& Innoc.in c.cùm dilecti.de donat.cum mul
tis ſimi.& ſic uirtute dictæ clauſulæ poſitæ in in-
ſtrumento donationis factæ Iacobo fuit quæſitũ
ius dicto Ioanni primogenito, & non potuit Gu-
lielmus mortuo Iacobo donare Alberico in præ-
iudicium iuris quęſiti uirtute dictæ clauſulę dicto
Ioanni primogenito. Ad pręſens motiuum ego
reſpondebam, quòd dictus Gulielmus in dona-
tione, quam fecit dic. tertiogenito appoſuit duas
conditiones. Prima ſi ipſe donatarius moriatur ſi-
ne filiis, uiuo Gulielmo patre, pater ipſe ſuccedat.
Secunda conditio, ſi ipſe Iacobus moriatur poſt
mortem Gulielmi, ſuperſtitibus filiis, filii ſucce-
dant, ſeruata ſexus & ętatis prærogatiua. Si mo-
riatur ſine filiis maſculis, ſuccedat Albericus &
eius filii. Si Albericus moriatur ſine filiis maſculis,
ſuccedat Antonellus frater dicti Gulielmi. Ità ꝙ
in omni caſu & euentu, & in omni tempore de-
beãt maſculi ſuccedere ſeruata ſexus & ętatis prę-
rogatiua, & ſic hęc clauſula, in omni caſu &c.
intelligitur repetita in omnibus uerbis in præſenti
ultima conditione appoſita, uidelicet ſi Iacobus
11 mortuus fuerit poſt mortem Gulielmi † patris,
nam conditio appoſita in principio orationis cen-
ſetur repetita in tota ipſa oratione continuatiua, vt
voluit Bar.in repetendis. ff.de l.3.& glo. in l.auia.

ff. de condi.& dem. & in l. Seiæ. §. Caio. ff. de fun. inst.& in l. si tibi purè. ff. de lega. 3. Dictio enim illa, ita quòd in omni casu &c. est continua, ut patet in d. l. si tibi purè. ubi de dictione, ita. & tenet expressè Bar. in l. quib. dieb. §. Termilius. ff. de con. & dem. & est tex. ad literam in l. Libertus. §. 1. ff. de man. test. & in l. ita tamen. ff. ad Tre. cum ergo euanuit conditio, quia Iacobus tertiogenitus mortuus fuit sine filiis, superstite Gulielmo patre, nullum ius pôt prætendere d. Io. fuisse sibi quæsitum ex d. clausula. Nec illa clausula, ita quòd in omni casu, censetur repetita in conditione, si tertiogeni
12 tus moriatur sine filiis superstite patre, †quia clausula apposita in una conditione, non censetur repetita in alia conditione, ut no. in c. cum dilecti. de dona. & tenet Bart. in d. l. talis scriptura. de lega. 1. Et ideo dicit Bartol. in consilio, quod incipit, testator requirit &c. quòd si testator dixit, relinquo uxori meę habitationem domus meæ, & si castè & honestè uixerit. Item, lego ei omnes pannos, non intelligitur repetita illa conditio seu qualitas, si castè & honestè uixerit, quia si uoluisset, dixisset, ut in l. 1. §. fin aût. C. de cad. toll. & firmat hoc D. Bart. Soc. de Senis in côs. 10. in 6. col. Bene ad hoc facit qđ dicit Abb. Sicu. in c. ecc. uestra. nu. 10. de elect. quòd clausula in fine apposita non refertur ad præcedentia capitula, quando ex tali relatione sequeretur absurdum, uel aliud inconueniens, seu iurium correctio, uel posset reddi ratio diuersitatis, & idem dicit Alex. in 2. uol. consi. 213. Item clausula in fine posita non refertur ad omnia pręcedentia, quando est posita ad dispositionem aliam qualificandã, tunc nunquam refertur ad omnia pręcedeutia, secundùm Bar. in l. fin. ff. de rebus dubiis, & Ale. ubi suprà.

13 † Item ad hoc facit, ubi plura facta iunguntur in eadem dispositione, qualitas apposita inter aliqua vnius facti, non qualificat aliud factum, licet ambo facta regantur eodem uerbo. glos. est in Cle. ne Romani. in uerbo cœtus. de electio. Abb. in c. secundò requiris. de appel. Bato. in d. l. talis scriptura. & in l. prętor. ff. ui bon. rap. Et ideo talis clausula non refertur ad primam conditionem, quando tertiogenitus mortuus esset superstite patre, prout euenit, & sic nullum ius quæsitum fuit per dictã clausulam dicto Ioanni. Et pendente decisione huius dubii mortuus fuit Ioannes & eius filius, & deinde mortuus est ipse Albericus post mortem patris. Et sic dicta causa nô fuit determinata per sententiam, tamen ex prædictis patet decisio dictæ causę. Matth. de Afflicto.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXLVIII.

1 *Feudum in quo viuitur de iure Francorum, quod defertur primogenitis, an possit fieri alienatio cum assensu regis in præiudicium ipsorum, & quid si est facta concessio primogenitis cum qualitate, hæredibus & successoribus, vt maior natu præferatur masculus fœminæ.*

2 *Feudum concessum pro se & descendentibus pro se & illis de domo & de aliis, an dicatur feudum ex pacto & prouidentia, & quid si adest dictio masculi, cum qualitate hęredibus, & si Affl. bene dicat, qui voluit hoc casu dici feudum ex pacto & prouidentia.*

3 *Feudum an veniat in petitione hæreditatis, & si filius potest uenire contra factum patris, quando adest qualitas pro se & hæredibus, quid in emphyteusis concessa cum eadem qualitate hær.*

4 *Feuda quando sunt hæreditaria vt supra, oportet quòd filius sit hęres patris, aliàs feudum non potest habere.*

5 *Pater an stipulando simpliciter videatur filiis stipulatus vt filiis vel vt hæredibus, & quid si fuisset adiectum verbum masculus, vel fuisset facta mentio de filiis certi matrimonii.*

6 *Feudum concessum pro se & suis an intelligatur pro hęredibus, & an feudum simpliciter acceptum intelligatur hæreditarium.*

7 *In feudo hęreditario an habeat locum ius accrescendi.*

8 *Feudum antiquum paternum quando est ex pacto et prouidentia, non potest alienari, secus si esset cum qualitate hęredibus, quia tunc non consideratur, quòd sit feudum antiquum paternum non potest alienare.*

9 *In feudis hæreditariis filiis non prodest conficere inuentarium sicut in feudis ex pacto & prouidentia, quia quando filius conficit inuentarium, prodest, & in hoc filius est deterioris conditionis quàm agnatus.*

10 *Feudum non in eo solum quòd est antiquum, quia uenit ab ascendentibus, dicitur feudum ex pacto & prouidentia.*

11 *Pater potest cum assensu filiis præiudicare in feudis hæreditariis alienando.*

12 *In feudis an illud quod seruatur in capite debet obseruari in membris, & illud quod obseruatur in ciuitate, an debeat obseruari in castris & villis.*

13 *Noua qualitas an faciat nouum feudum.*

14 *Quando est diuersa ratio, quòd non videatur facta repetitio clausulæ, quòd militat in omnibus, & quando eadem ratio, quòd disponitur in vno censetur etiam in alio dispositum.*

15 *Repetitio non censetur facta clausulæ, quando sunt res diuersæ naturæ, & conditionis.*

SEntit Affl. hic, quòd quando in feudo viuitur iure Francorum, hoc est quando feudum ipsum defertur primogenitis, quòd non possit fieri alienatio etiam cum assensu Regis
1 † in præiudicium primogeniti in feudis antiquis, & non se declarat, si concessio prima fuisset facta primogenitis simpliciter, vel cum qualitate hæredibus, hoc est, quod cõcessio dicat. Francisco, filiis hæredibus, & successoribus, vt utatur iure Francorum, quòd maior natu, præferatur masculus fœminę. Aduerte, quia magna est differentia, quando concessio facta fuisset primogenitis simpliciter, vel cum qualitate hæredibus, nã primo casu Oldra. in cons. 224. quem refert Loffred. in primo cons. num. 93. col. 25. videtur asserere ex pacto, & prouidentia licèt ibidem citet eundem Old. in consi. 93. sequutum contrarium, & etiam isto casu sit hęreditarium, hoc etiam in consil. 93. nume. 13. sed quod in casu isto feudum ipsum sit ex pacto, & prouidentia, conueniunt ea quæ affert idem Loffr. in cons. 24. num. 38. qui concinit. quòd quando feudum fuisset concessũ pro se & descendentibus sine li hæredibus, esset ex pacto & prouidentia, ad quæ videntur conuenire illa, quæ voluit Soc.
2 Iuni. in cons. 103. in 2. par. † quòd feuda concessa pro aliquo, & illis de domo ex pacto & prouidentia, istud idem Parisius in consi. 23. prima in huiusmodi, uol. 1. nu. 136. cum sequentib. & quasi per totum sed latius per Tiraq. lib. primogenitu. q. 61. num 2. fol. 300. quando uerò feudum ipsum appareret concessum cum qualitate hæredibus, & quod uiuatur in eo iure Francorum, tunc licet hic noster Afflic. in capitulo 1 §. hoc quoque. de succes. feu. fuerit opinionis, quòd feudum hoc casu dicatur mixtum scilicet partim hæreditarium & partim ex pacto & prouidentia, & quòd non possit fieri alienatio in præiudicium primogeniti ét cum assensu, quem videtur sequi Dec. in

consi.85.in casu isto,& ibi Rec.qui hoc ét affirmat propter di ctionem adiectam masculis tantum,& dicit cõem, & male vt infra,quod ét videtur tenere vna cum Affl. idem Dec.in cons. 445.in casu ad me.& in aliis locis citatis,supra in decis.112. & 240.videtur huius opinionis esse vna cum Affl. ét Parisius in consi.65.paternum feudum 3.vol. sed tamen q hoc casu feudum sit hæreditarium propter illam qualitatem hæredibus, non obstante q in ipso feudo viuatur iure Francorum, voluit idem Loffre.in d.1.consi.amplissimo longoq; stilo & apparatu ex plurib.authoritatibus Andreæ & rationibus multis,imo q in casu illo huiusmodi concessionis posset fieri alienatio do hoc feudo, cum assensu in præiudicium primogeniti, idẽ in d.consi.46.sequitur Alex.in consi.19.5.vol.Hieron. Gratus in consi.4.nu.41.42.& in consi.6.& 7.1.vol.Cur. Iunior in consi.
3 2.3.& 4.1.vol.vbi dicit †feuda ipsa hæreditaria venire in petitione hæreditatis, & filium non posse impugnare factum patris,quod ét clarius testatur in consil.138.nu.18.19.13. & 14. cum sequentibus,vbi etiam ait,illud procedere, dato q feudum fuisset antiquum, quod etiam approbat in consilio 155. eodem volumine,tam in feudo, quàm in emphyteusi, quòd dicantur hæreditarii, propter li hæredibus, quod confirmat Recen.in cons.Alea.44.Viso themate.primo volum.quod re
4 quiratur vtrunque,vt filius possit in eo succedere.s.†quòd sit filius & hæres, quod apertius testatur in consil. Decii 395. in causa Magnifici, qui obiurgat Decium ibidem, concludentem feudum hoc loco esse ex pacto & prouidentia, quando fuisset facta inuestitura pro aliquo,heredibus,et successoribus, & Decium, inquit, decepisse iudices, quia And.aliter dicit, quàm ipse refert,sequitur Gozadi.in consi.8.in hac causa,nu. 30.licèt in consi.26.in causa illustrissimorum, aliter sentiat, sed primum sequitur Soci.Iunior in consil.112.in 2.parte,vbi aperto loquitur feudum hæreditarium,quando pro se & hæredibus,secus quando pro se & liberis,sed in cons.72.& 76. 1. par.tenet opinionem Decii, q sit ex pacto & prouidentia, qñ adest dictio masculis,non obstantib. verbis hæredibus & non bene,vt supra,idem in cons.137.q quando feudum fuisset cõcessum pro se & hæredibus simpliciter, q sit ex pacto & prouidentia;quia illud verbum hæredib. de liberis interpretari dét secundum eum & non bene secundum Loffred. in d. 1. consi. contra quem vltra faciunt,quæ volunt Rec.in consi. Alex.87.
5 6.vol.†q qñ pater est simpliciter stipulatus filiis,videtur stipulationem concepisse vt hæredib. in dubio, quam opinionem dicit cõem.& ueram, licet secundum eum Alex.in seruiendo causæ potius quàm aliter,quandoq; contrarium dixerit.vbi limitat & bene, quando esset adiectum verbum masculis, uel fuisset facta mentio de filiis certi matrimonii. immo fortius
6 † q quando fuisset dictum pro se & suis, q intelligatur pro hæredibus,videtur sequi idem Dec.in cons.217.in casu proposito 1.col. vbi etiam Rec. Istud idem, q feudum sit hæreditariũ hoc casu affirmat Ans.Rubeus Alex.in cons.18.ubi ait contra Decium esse cõem,& in consi.83.vbi etiam dicit ista procedu re in feudo concesso pro se & suis,vt supra, & in consi.84. vbi etiam plus voluit ista militare in feudo simpliciter cap.roiquia hæreditarium in dubio,& in consi.164.& nouissime hanc opinionem amplectitur dominus præceptor meus Marin. in suo opere de subfeudis, in 1.q.s.121.& Paris.melius in consil.1.3. 4.5.6.13.nu.159.1.uol.vbi etiam dicit in feudo ex pacto & prou
7 idencia habere †locum ius accrescendi & alia multa,propterea tenendum vt supra,prout sic etiam fuit iudicatum in Regia Camera summariæ in causa illorum da porta de Neritona cum illis de S. Blasio, de qua fit mentio infra in decis... Et ex prædictis apparet, q non obstante q feudum fuisset antiquum,q si concessio fuisset facta pro se,& habet q possit fieri alienatio cum assensu in præiudicium successoris, & secundũ prædicta intelligenda puto quæ voluit Cur.in tracta. feudo.in 4.parte,nu.146.fol.41.qui voluit,non posse fieri alienationem
8 de feudo †antiquo paterno in præiudicium agnatorum per capitulum primum,de alienatione feud.pater. q intelligatur de feudo ex pacto & prouidentia pro se & liberis & non de feudo hæreditario pro se & hæredibus nam dum scribentes dicunt de feudo antiquo paterno,intelligunt de feudo ipso ex pacto & prouidentia,prout explanat And. in c.1.§. hoc quoque.de succe.feu.cum aliis adductis per Loffre.in consi.10.num.22.& in prædicto cons.14.nu.50.& 51.item in nu.62.vbi citat Ale. in consi.26.29.5.vol.& clarius idem Loffre.in consi.52.nu.53.
9 vbi ait † q in his feudis hæreditariis paternis confectio inuentarii filiis non prodest,sed secus in feudis ex pacto & prouidẽtia non hæreditariis, nam in illis oportet filium conficere inuentarium, quod aliter est in agnato,& in hoc filius est deterioris conditionis quàm agnatus.c.1.& ibi And.2.col.an agnatus.fuit notatum supra.in dec.112. sunt aliqua ét infra in dec. 282.in fi.quæ notabilia puto cẽ́ĕnda pro declaratione aliquorum terminorum, nam vidi multos circa hæc errare,creden-
10 tes †q quando feudum fuisset antiquum, qđ est, qñ venit ab auo supra,paternũ, qñ venit ab auo infra,prout declarat Bal. in d.§.hoc quoque,latius Cur.Senior in consi.49.memoriæ recolendæ.1.col. q etiam esset in eis qualitas in concessionibus de hæredibus,q non possit cum assensu alienare in præiudiciũ agnatorum,q non est verum,vt supra dixi,immo plus in feudo nouo etiam ex pacto & prouidẽtia,q ualeat pater filio præ
11 iudicare,affirmat idem Loffre.d.consi.52.in prin.& †istud qñ patris contemplatione & non filii ét fuisset facta concessio, & habetur etiam per Gozadinum in cons.75.2.facie, num.13.& sunt annotati supra in decis.prædicta 123. & latius infra,in decis.393.quæ vera videntur, licèt Tiraq. aliter videatur affirmare,& male in retra.consangui.gl.1. & vlt.nu.2.§ 32.f.207. in parua ultima impressione,in allegatione multorum scribẽtium terminos prædictos etiam quodammodo cõfundendo.
12 Circa vero aliud † q illud quod seruatur in capite debet ét obseruari in membris,conuenit idem Loffre.in consi.39.num. 33.in verbo his etiam accedat,vbi pro hoc citat Pau. de Cast. in cons.102.in 2.par.& Dec.in consil. 389.in 8. col. & pro hoc est gl.not.in l.ex ea causa.ff.de postul quæ dicit, q illud,quod seruatur in ciuitate, debet etiam obseruari in villa & castro, seruat etiam episcopus,late And.in rub.de consue.recti feudi, ubi citat text.l.1.§, sed si quæ leges. C.de veteri iure enucl. q prouinciæ & ciuitates debent sequi consue. Romæ tanquam caput urbis,hæc quando consuetudo foret rationabilis, & nõ contra ius.c.omnia.12.dist.& uoluit etiam hæc Ayul.in tract. de antiq.temp.4 par.nu.49.qui citat Affl.hic. q quando aliq uiuunt iure Francorum,vbi dubitatur in quibus bonis id procedat,inspicitur consuetudo vicinorum,& idem nu.53.& latius Cur.Sen.in consi.57.super eo.col.4.ver.super præmissis, q idem iudicatur de principali sicut de augumento.l.si fundus cum tibi.ff.de pig.sunt etiam aliæ cõcord.per Tiraq.in supra citato.§.1.in gl.28.in uerbo pretium quo res,nu.59.fol.113.& no.And.in c.1.§.si quis de manso.de con.inuest.nu.14.circa fi.
13 Circa verò †aliud,an noua qualitas, siue causa faciat nouũ feudum,vltra ea quæ fuerunt notata supra in d.dec.212.circa fi.declarat Loffre.in d.consi.52.nu. 4. qui dicit,q si ob delictũ feudum fuisset ipso iure reuersum ad dominũ,si dominus mox concederet,nouum feudum diceretur,nisi ex eadem causa fieret concessio. Et propterea ut ex dictis omnium notaui in d. dec.112.uerba ipsa inuestituræ sunt inspicienda.
13 Circa vero vltimum,q non † videatur facta repetitio,quãdo est diuersa rõ clausulæ,not.Are.in consi.1.in vers. secunda rõ,& per Dec.in cons.190.circa primum,nu.8.& p Ay.in cõs. 326 dominus Iacob.nu. 14.ad nia, quando in oib.militat par ratio.Idem Ay.in cons.70.in cõtractu.nu.10.Ibidem q cõtra voluntatem disponentis non fit relatio,& q nunquam,quãdo
15 sunt res diuersæ naturæ & conditionis †idem in consi.151.nominem.nu.5.& per Abb.in consi.78.circa primum 2.uol. Sed latius per Boe.in dec.146.& dico vltra scrib.in l.talis scriptura de leg.1.per quæ aliàs fuit determinata quæstio in sac. consil. an.1561.in causa Petri Iacobi de Piccinlo,cuius est actu.Ioan. Alfonsus de Capua,q per clausulam in fi.testa.positam nõ videntur legata facta a substituto repetita a filio instituto, contra tex.l.quotiens.in 2.C.de fideicommiss. Cas.Vrsill.

DECISIO CCLXIX.

De alienatione rei stabilis pupilli.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei immobilis pupilli ut ualeat, quid requirat.*
2 *Decretum iudicis in alienatione rei minori interuenire debet.*

FVit in Consilio in quadam causa pupilli dis-
1 cussum, † quę sunt necessaria, ut ualeat alienatio rei stabilis pupilli. Et fuit pariter cõclusum, ad hoc ut ualeat & tenet dicta alienatio,quòd requiruntur ista, Videlicet, primò, ut existet causa
2 urgens alienandi, ut in l. ob æs. C. de prędiis min.

& in l.magis puto. §. ne pasſim. ff. de reb. eorum. Secundò, quòd debitum pupilli ex bonis mobilibus non poſsit ſolui, ut in d. §.ne pasſim.& in §. in primis. in eadem lege. Tertio, quòd hoc liqueat judici per diſcuſsionem bonorum, ut in d. §. ne pasſim.& in d.§.in primis. Quartò, quòd uendatur res minus damnoſa, ut in dictis iuribus. Quintò, quòd pro paruo debito non uendatur res magna, ut in l.& ſi ſine §.1.ff.de minori. & in d. §.ne paſsim. Sextò, ut interueniat tutoris authoritas l. neq; & l. eum qui.;C. de authori.tuto.& Inſtit.de auth.tuto.per totũ, & debet conſtare de tutela, iuxta no. per Barto.in l. legitimos. de leg.tuto.& de inuentario tutoris, de quo in l. tutor qui repertoriũ. ff.de admi.tuto.Septimò, quòd omnia iſta præcedant decretum iudicis,& his præcedentibus interueniat iudicis decretum in dicta alienatione rei ſtabilis ipſius minoris, vt in l.1.ff.de reb.eorum. & in l.lex q̃ tutores.C. de admi.tut.& in l. ſi pupillorũ. §. 1.ff.eod.tit.& no.in l. cum lex ff.de fideiuſſ.& in d.l.ob æs.C. de prędiis mino.firmat Ludo. Roma. in conſi.321.inci.in caſu prępoſitę conſultationis.

2 † & dicit Spec.in ti.de procurato. §.1.uerſicu.quid ergo ſi conſtituerit, quòd ſi iudex ſine dictæ cauſę cognitione interpoſuerit decretum prędictum ꝙ ualet decretum. Sed in contrarium allegat.l.cum hi. §. ſi pretor. ff. de tranſactio. & l.in teſtamento. ff.de teſtamen. tute. & lege quamuis. ff. de rebus eorum. de quo dixi in l. Imperialem. in princip.in 13.not.in 16.quęſ. de prohibita feudi ali.per Fede. Octauò, ꝙ poſt decretum interueniant ſubhaſtationes, ut in l. ſi ſine. §. 1. in ncta. glo. & ibi Barto. ff. de mino. & in Specu. de emptio. & uenditio. §. nunç diçendum. uerſic. ſi igitur tutor, & uide in tractatu de emptione & uendit.in quęſtione principali, uerſi.ſequitur tertia pars de forma & ſolennitate contractus.de quo per Bar.in l. alio.ff.de alimen.& ciba.leg.& in l.ſi tempora C. de fide inſtrumen.& iure haſt. lib. 10.& quia iſta ſunt neceſſaria, & continuæ accidunt. Ideò mihi fuit viſum, ꝙ hęc ſunt digna annotatione.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXLIX.

1 *Requiſita in alienatione rerum minorum vſque ad numerum 15 & an decretum iudicis poſſit iſta ſupplere, & an ſi minor iurat, ſibi pręiudicet circa iſta requiſita, & an ſi fuiſſet decepta religio pretoris circa prædicta requiſita præiudicet, & quis faciat fructus ſuos reuocato decreto.*

2 *An decretum, quando venditur res minoris, debeat præcedere, vel ſubſequi, & quid ſi non fuerit obſeruatus ordo tam legis, magis puto. §.ne paſſim.ff de rebus eo. quã legis, à diuo Pio §.in venditione ff de re iu. de capiendo primò mobilia, ſed primò fuiſſent capta ſtabilia, an venditio ſit nulla.*

3 *An in venditione rerum minorum requiratur ſubbaſtatio tam in loco originis quàm bonorum.*

4 *An ſi eodem momento, quo quis creatur tutor, ſit decretũ venditionis rerum minoris, venditio ſit nulla, & quid ſi tutor non adimpleuit adimplenda, & an in nomine debitoris hæc requiſita ſint neceſſaria, & ſi iuratur contra tutorem, qui vendidit non adimpletis prædictis.*

5 *An quando allegaretur, mobilia non extare, & poſtea fuiſſet demonſtratum contrarium, venditio ſit nulla.*

6 *An quando debitum minoris debetur ſub vſuris etiam nemine inſtante poſſit prędium pupillare vendi, & propter donationem ob cauſam ſcilicet remunerationem.*

7 *Quando teſtator dedit licentiam tutori de vendendo res ſtabiles pupilli, vel dediſſet plenam adminiſtrationem, poſſit tutor abſque decreto alienare.*

8 *Annullato contractu minor ad pretium tenetur, & ſic emptor valet rem retinere, donec ei pretium fuerit ſolutum.*

9 *An minor recipiendo pretium videatur ratificare venditionem. item ſi recepit aliquid de re vendita ſibi præiudicat exiſtente venditione facta à tutore cum fraude et dolo, quia dicebat tutor facere venditionem, vt ſatisfaceret dotes matris pupilli, quòd non erat verum, & quando non eſt facta ſolutio de pecunia emptoris.*

10 *An ſi minor per quinquennium tacuit, poſtquam fuit effectus maior, ſibi pręiudicet: & de intellectu text. l.fi. C.ſi maio.fact.li. 5.*

11 *Receptio pretii ex falſa cauſa non præiudicat, & errans ius ſuum non amittit, & in renunciatione quamuis generaliſſima non veniunt erronea, & ea de quibus non fuit cogitatum, etiam ſi dicatur ex certa ſcientia.*

12 *Confeſſio non ſolùm poteſt per principalem reuocari, quãdo eſt erronea, ſed etiam per hæredem demonſtrando veritatem aliter ſe habere, quàm ſit ſcriptum.*

13 *Aduerſus præſcriptionem etiam centum annorum ex ea parte ignorantia datur reſtitutio, vt quando ſcripturę fuiſſent reperta penes partem.*

14 *Ad hoc vt quis cenſeatur approbaſſe aliquam ſcripturã, non ſufficit ſimplex ſcientia, ſed oportet, quòd ſcriptura eidem legatur.*

15 *Quando in ratificatione adeſt dolus, non videtur quis ratificaſſe.*

16 *In generali liberatione quietationes tutelæ, calculi, & aliorum ꝙ non valeat, & dolus non cenſeatur remiſſus, etiã ſi adeſſet iuramentum, niſi in ipſis rationibus reddendis ſit poſitus calculator, qui viſis partis per introitum & exitum & diſpunctis rationibus & cum laceratione ſcripturarum deinde fiat liberatio.*

17 *Quando minor expreſſe ratificat venditionem factam per tutorem, poteſt etiam agere de læſione, & emptor tunc tenetur reſtituere rem cum fructibus, vel ſupplere iuſtum pretium.*

18 *In molendinis alienandis an requirantur ſolennitates, de quibus ſupra, quando molendina ſunt ſuper flumina, an dicantur mobilia vel immobilia.*

De iſtis requiſitis in venditione rerum ſtabilium minorũ vſque ad numerum ſexdecim, & quæ debeat adimplere

1 tutor priuſquã adminiſtret, declarat† Rom.in conſi.425.quo ad primum, Curti Iunior in conſ.19.1.par.nu.16 Cap in dec. 50.Decius in conſi.403.quamuis.infra allegando, vbi etiam tãgit, ꝙ oportet ꝙ creditor inſtet, & ſi decretum poteſt iſta ſupplere, ꝙ non, & ꝙ ſi minor iurauit, non præiudicat, & quando fuiſſet decepta religio iudicantis; quia dicebatur, creditorem inſtare, & non erat verum, ꝙ omnia nulla, hoc idem de iſtis requiſitis in conſi.556.viſo conſilio, ubi ꝙ non ſtetur decreto iudicis prædicta interueniſſe aſſerenti, qđ ét declarat in conſilio 479.in controuerſia, & habetur per Aym.in tract.de antiqui. temp.in 3.par.nu.35.ſ.101. & Iacobinus in l. Titia cum eſſet. ff.de iure dot.Paris.in conſi.49.contractus iſte 98.circa præſentem 99.contractus & tranſactio, & 100.1. vol.ubi etiam ꝙ ſi fuiſſet interpoſitum decretum ex falſa cauſa, ꝙ faciat fructus reſtituere, & cum ſorte principali compenſare.Sed an hęc omnia debeant præcedere decretum iudicis, tex.l. magis puto.§.

2 ne pasſim, videtur dicere, ꝙ ſic.contra.† affirmat Iaſ. in l.ſi qs

mihi

mibi bona.§.iussum.ff.de acq.har.sed latius per Abb. in q.sua
Augerius,quasi per totum,in materia iuris patronatus, q. as-
sensus episcopi non possit interuenire ex post facto in donatio
ne iuris patronatus,quod impugnat Rochus de Curte in suo
tract.in uerbo ex eo q. Diocesani consensu.in verbo 4.quæro,
idum episcopos Isolenis in 17.q.2.lib.fol.110.& q. si non fue-
3 rit obseruatus † ordo iste de capiendis primò mobilib.sed fue
rint capta prius stabilia,venditio nulla, declarat Bal.in consi.
55.quidam tutor.1.uol. Corn. in cons. 92.licèt in hac.& 185.
4 soper duob.4.vol.debereque fieri subhastatio† quando fit ven-
ditio.idem Corne.in cons.29.consilio supra reddito 4. vol.sed
tu dicas,subhastationem debere fieri non solùm in loco domi
cilii sed etiam bonorum secundùm Caldari.in consi.1.in titu.
de emp.& vend.licèt Bal.in auct. hoc ius porrectum,col. 3.C.
de sacrosan.eccl.videatur asserere ista non procedere,quando
venditio ipsa fieret palam & bona fide in caso licito , & insu-
per nota in prædictis,q. si eodem momento,quo quis creatur
curator,fiat decretum de vendendo rem stabilem minoris,vē-
ditio etiam esse nulla,prout consuluit Alex.in cons.167.aliàs
consultus 5.val.in fi.& ibi Rec.immo si tutor vel curator non
adimplet ea quæ continentur in doctrina Bar. in l.legitimos,
de legitimis tut.& his quæ continentur in præsenti decis.non
adimpletis solemnitatib.vendidit dicitur esse in dolo,& iura-
tur contra eum in litem.Dec.in consi.178.in hac q.nu.2.1.col.
Soc.consi.46.col.2.ver. circa secundum 1.uol. sed latius Ploc.
in repe.l.si quando.C.vnde vi.nu. 199. in 1.impre. Sed an hæc
procedant in nominè debitoris.Alex.declarat in cons.179.nu
5 me.3 6.vol. q. si prætor † fuisset deceptus quia dicebatur non
extare mobilia,& postea fuisset repertum q. sic, q. venditio sit
nulla,declarat Bal.in consi.376.q. præsumantur,vol.1.ualet ēt
uenditio,quando debitum fuisset sub vsuris etiam nemine in-
6 stante,pulchrè declarat Imo.in consi.98.quæ etiam†procedūt
su dona.remone.Are.in cons.24. quatuor.in 3.dub.declarant
Tiraq.latius in repe.l.si vnquam.in gl.donatio. largitus,num.
7 23.fol.147.quæ omnia modificantur, quando testator†dedis-
set licentiam alienandi tutori,vel administrandi sine decreto
Bal.in consi.287.q. dicta mulier 1.col.4.vol. Ang.in cons.175.
viso dicto statuto,& hoc quando sina fraude & dolo. l.credi-
tor.§.Lucius.ff.mand.Alex.cons.62. visa facti 2.vol.Barba.in
cons.42.allud,nu.31.1.vol.Ias.in cons.14.pen.col. col.3. Hyp.
sing.465.aliqua Gram.in cons.15.in ciuil.& notatur infra qn̄
testator tradidisset in testamento administrationem tutori in
8 dec.262.† Sed q. rescisso seu annullato contractu tanquam fa-
cto sine solemnitatibus minor ad pretium teneatur , declarat
Bal.in consi.376.& præcedent.vol.1.Dec.cons.60.uiso thema
te,col.2.nu 2.in fi. q. non possit rem detinere,donec pretium
soluatur,quando petitur restitutio.Aym.in cons.7.sed melius
declarat,ut per Rui.in con.91.5.vol.& per Soc.in cons.115.cir
ca primum.nu.13.in fi.1.uol.qui distinguit,quando cōtractus
annulletur vel rescindatur,& si minor fuisset effectus locuple-
tior,q. tu hæc omnia intelligas,prout in præcedenti q.& ideo
9 iuxta prædicta† quæro,an minor recipiēdo pretium, iux.tex.
l.quidam.ff.de euict.uel tacendo per quinquennium ipso effe
cto maiore post uenditionem sibi præiudicat,iux.tex.l.fi.C.si
maior factus.lib.5.q. sic uidentur uelle dicta iura,& Bal.in cō
silio 184.ad intelligentiam,in 2.uol.hoc idē Dec. in cons. 232.
dura admodum,nu.4.ubi plus uoluit,q. recipiendo aliquid de
re uendita,q. sibi facit præiudicium,q. etiam approbat in reg.
qđ ab initio.ff.de reg.iur.sed latius Tiraq.in retra. consang.§.
1.gl.1 o.in uerbo.consanguineus,nu. 158.fol. 57. & in trac.de
const.posses.in 30.limit.nu.12.fo.10.& nonnulla ad propositū
q. quis faciendo actum contrarium uel petendo aliquid q. ri
præiudicat,ad propositum cumulat Ay.in consi.237.frater,p
tot.& 276.subtilius,nu.5.& 6. Sed ego prædicta limitabam in
quadam mea cā,quam habui in fac.consi.cum Magni.Barto
lomæo Martino de ciuitate Teani de massaria Trentulæ olim
uenditæ per meum tutorem sub falsa cā,& non uera prætensa
rum dotium maternarum,hæc non procedere in plurib.casib.
& primò,q. tunc per receptionem pretii uidetur approbatus
contractus , qñ solutio pretii fieret de pecunia emptoris,secus
si uenditoris , prout in casu meo in facto , quia tunc uenditio
nulla,& sic nec tacita approbatio.l.si seruos,ubi aliæ concord.
q. emptor teneatur soluere de pecunia propria,& facere num
mos accipientis uenditoris.C. de act. emp. & per prædicta ita
Ay.in consi.142.Clau.num. 10.ex quo prætenlus emptor reti-
nuit rem & pretium in casu meo.

Secundo dicebatur, tunc per pretii receptionem censeri ap
probatam uenditionem, qñ uenditio ipsa fuisset celebrata ab
ipso minore,& non a tutore cum fraude seu dolo,prout de p-
dictus est tex.l.1.& ibi gl.ad literam in uer.dolo.C.si maior fa-
ctus,li.2.quæ citat tex.in terminis.l.tres fratres.ff.de pact. con
suluit ita Barb.in d.cons.42.1.uol.qui ait ista etiam procedere
si forte in approbatione fuisset renuntiatum exceptioni doli,
metus,prout cōiter solet fieri,& idem in cons.70.illud in mu
dium 3.uol.Paris.in cons.20.in persona Guidonis,nu. 105.&
106.& max.107.cum multis seq. usque ad fi.li.1. & melius in
d.consi.49.nu.48.& hoc in dolo vero in hærede ignorante ma
xime qui rescindit sniam per instrumenta nouiter reperta,
prout post alios cumulat Hyp.sing.229.snia,& idem Paris.in
d.cons.c.nu.54.co.1.vol.qui citat cons.Rom.54.& nonnulla p
Aym.in consi.160.in hac causa.nu.5.qui sentit illa procedere,
etiam si actus fuissent geminati, & ratio secundùm omnes p-
dictorum est,quia dolo etiam de præterito nō pōt nisi expres
se renuntiare,etiam si fuisset dictū ab aliquo, & non credidit.
l.si id inquit,qđ falso tut.auto.& quietatio quantumcunq; ge
neralis nō ad dolosu extorta & retenta extenditur, idē Rom.
in consi.108.idem supposita in fi.oēs per d.l.tres fratres,& scri
ben.in l.sub prætextu. la 2. & ibi Ias.col. 5. in verbo ego puto,
& sunt ann.infra in dec. 285. etiam in expressa per receptionē
pretii.Paris.in d.consi.95.nu.24.3.uol.& in consi.89.1.vol.nu.
40.per quæ respondebatur ad consi.Alex.117.viso processu 5.
vol.& ad alia adducta per Dec.in cons.prædicto 132.quando
minor ipse fecisset venditionem,& sine fraude & dolo,sed tā-
tum deficeret solemnitas decreti,q. tunc per receptionem pre
tii tacita approbatio,vt infra.

Tertio dicebatur,tunc induci tacitam ratificationem, quā
do nō fuisset ab aliquo erratum in eo qđ ratificat , prout erat
in dicto casu , nam recipitur pretium , si pretiū dici posset, de
venditione facta per matrem, quæ non erat vera, nec reperie-
batur,& idem in quietatione,sed tantū erat eruditio facta per
tutorem modo quo supra,& omissis regula tex.l.si per errorē,
& qđ ibi per scrib.ff.de iurisd.om.iud.quia aperte canit,nihil
magis contrarium voluntati quàm error, nam qui errat non
consentit.adducebam in terminis casus consi.Corn.207.vide-
tur prima facie 3.vol.de venditione facta per tutorem de re pu
pilli,asserendo vella satis facere dotes maternas,q. non valeat
quia subreptum prætori,& minor ratificando non præiudicat
10 vbi respondet ad tex.d.l.fi.C.si maior †factus.lib.5.q. tunc mi
nor factus maior,si post quinquennium tacet,sibi præiudicat,
quando adesset iusta causa alienandi, & in venditione defice-
ret tantum solemnitas decreti, quæ non erat in casu;nam em
ptor retinuit rem, & pretium,emptioque fuit facta per generū
& sic quodammodo per filiam,contra tex.l.cum ipse.C.de cō
trahē.emp.cum aliis notatis per And.in c.1.de feudo guardiæ,
nu.10.de quibus supra mentionem fecit in dec. 13. nu.21.per
Soc.in consi.160.in 2.par.quæ omnia sequi,& approbare vide
tur Cor.Iun.in cons.50.& 51.in læsione re ipsa,quæ æquiparatu
11 tur ex†proposito , & in receptione pretii ex falsa causa; quia
credit paternum qđ erat maternum,vel econtra,quod non p-
iudicat,& errans ius suū non amittit.l.si mater decedens. ff.de
inof.test.l.cum te,& ibi aliæ concor.ff.de pact.l.mater.ibi Al-
ber.C.de rei uend.l. post diuisionem.l.cum falsa. C. de iuris &
fac.igno.Ias.in l.si Titius & Seius. ff.de uerb. obl.col.1.q. etiā
snia erronea in his quomodocunq; rescindatur, iux.tex.l.cum
putarem.ff.fam.erci.agitur etiā condictione indebiti, tex.l.fi.
& ibi Pau.de Cast.in §.item,quæ sit,de condictione ind. Cur.
Sen.in consi.3.& in consi. ... & in renunciatione ex falsa cā q.
non præiudicat , & q. iuramentū non officiat, pluries consul.
Dec.& maxime in cons.318.in cā istorum.circa fi.370.visis al
legatio.351.in præsenti consultatione.530.viso pra senti, Ias.
in cons.107.4.uol.col.4.Rui.in cons. 135.1. uol.latissimè Ay.
in omni subiecto renunciatio.ēt generalissimæ, q. non veniat
erronea,dolosa,& de eo qđ non fuit cogitatum,& q. verisimi
liter quis non fuisset reuocaturus,in cons. 188. Magnificus,
nu.9.idem in cons.221.per totum, max.nu.8.Paris. in d.cons.
95.3.uol.& per Tiraq.l.si vnquam,de reuo.dona.u o.96.& per
ea quæ fuerunt notata supra in dec.233.q. hæc confessio erro
12 nea non solum potest reuocari †per principalem errantē , sed
ēt per hæredem demonstrando aliter veritatem se habere per
13 scripturam,quādo sit dictū,immo huic errāti,& ignorāti† da-
tur restitutio aduersus præscriptionem in infinitum,prout se-
cundū magis cōem,vt affirmat Aym. qui omnes congerit,in
trac.de antiq.temp.in 4. par.nu. 57.& 67. fol. 167. ut quando
scripturæ forte fuissent repertæ penes partem , & mox inuen-
tæ,vt erat casus noster,qui fuimus minores hæredes,hoc idem
Hier.Grat.in consi.125.1.uolumine.

Quartò dicebatur vltra prædicta,quòd requiritur scientia
venditionis,vt censeatur facta tacita approbatio per receptio
nem pretii,prout videtur rectè inuenti dicere tex.d. l. quidā
ff.de euict.cum aliis adductis per Tiraq.in retractu, nu.158.f.

24 57.imo plus dico † q in scriptura sine fraudu & dolo, ad hoc
vt quis sibi faciat præiudicium approbando, requiritur quod
eidem legatur, & non sufficit simplex scientia, per tex. in proœ
mio Institut. in uerbo omnes, vbi Imperator inquit, legimus,
vidimus, cognouimus, & ipsis robur, & authoritatem accom-
modauimus, per quæ ita voluit Gram. in consi. crimi. 47. num.
2. & secundum Pau. de Castr. in consi. 352. dic. casu loquens pro
priè in ratificatione de contractu, & maxime dolosa, quod ni
si legatur tenor approbanti non præiudicat, quod corrupte ci
tando, & nonnulla consilia Oldradi cumulando refert & se-
quitur Aym. in consi. 197. quanquam & abunde, nu. 14. a qui-
bus non discrepant scribentes, & maxime Alex. col. . . . in
l. qui Romæ. §. Grisogonus. ff. de verb. oblig. quando scriptura
approbata nõ fuisset partis, quæ erat in casu nostro: quia pars
habebat scripturas pro causa facientes, & tacebat, quas mox
præsentauit, prout ex processu.

25 Quintò † adducebantur ea quæ fuerunt notata, supra in de
cis. 220. in 3. dubio, q quando in ratificatione adest alius do-
lus, quod non sit ratificatio, prout vltra superius allegata hæc
approbat tex. l. fi. C. plus valere quod agi. vbi si in una scriptu-
ra quis se subscribit, credens suasioni aduersarii esse locatio-
nem, cum sit venditio, quod nõ ualeat, sequitur illa vltra scri-
bentes Berta. in tract. de episcopo, prima parte car. 14.

26 Sextò † vltra hæc adducebans omnia infrascrip. cons. Soc.
uidelicet 159. in præsenti 190. mem ini 213. consiliis nostris u.
vol. & consi. 90. 1. uol. & Parisi. in consi. 33 t. in 1. vol. cum alus
cumulatis per Didacum Couarruuiam, fol. 587. omnes con-
cludentes, generali liberatione quietationes tutelæ, calculi nõ
valere, & dolum non censeri remissum, etiam si fuisset iuramẽ
tum, nisi in ipsis rationibus reddendis fuisset positus calcula-
tor, qui omnis partitis per introitum & exitum, discussis ratio-
nibus hinc inde; & laceratis etiam postea scripturis, fuisset fa-
cta liberatio & quietatio, quæ non in casu nostro. Per quę &
alia & maxime per dictum consi. Cornei. 207. 3. lib. & per di-
ctum consi. Decii 403. quamuis quidam ponebant casum meũ
in terminis de uenditione facta per tutorem sub prætextu so-
lutionis dotium maternarum, quod non erat verum, ex quo
mox fuit datum tempus emptori ad soluendum pretium uen-
ditori ipsi tutori: & cùm demonstrabatur de collusione inter
generum, & socerum in uenditione prædicta, vt daret massa-
riam genero absque pretio, prout declarat Dec. in d. consi. per
totum, maxime, num. 18. fuit per sacrum consilium lata sen-
tentia referente Magnifico V. I. D. Domi. Felice de Rubeis,
per quam fuit condemnatus sub die 18. Nouemb. 1561. præfa-
tus Magnificus Bartholomæus ad restitutionem dictæ massa-
riæ, vna cum fructibus compensandis cum meliorationibus,
& mox fuit capta possessio sub die 20. Iulii 1562. expeditis li-
teris exequutorialibus in forma Cancellariæ, ex quo fructus
liquidati satis superabant, prout superant & excedũt melio-
rationes. Actuarius causæ Ascanius Copula, quæ omnia Deo
volente sic fuerunt gesta, cui innumeras gratias agimus, iuxta
tex. l. quas gratias. C. de offi. præfe. præ nam fuit placitum suæ
diuinæ maiestati, post tot annos agnita veritate per dominos
de consilio, nos nostras antiquas fortunas paternas adipisci. de
his hactenus. solum duo circa ea quæ dicta fuerunt notanda
27 puto, primò q etiam si minor expresse † ratificasset, quòd ad
huc ipsi non fuisset sublatum remedium. l. 1. C. si maior factus,
lib. 5. qui vult, quòd minor post ratificationem expressam va
leat agere de læsione, emptorem esse obnoxium restituere rẽ
com fructibus uel supplere iustum pretium cum interesse. Se-
quitur Couarruuias li. 2. c. 3. qui bene hoc declarat, & insuper
q isto casu non requiritur tanta læsio, secundum quod hæc re
28 quisita non procedunt † in molendinis. Ang. in l. non solum. ff.
de petit. hæred. Rubeus Alexandrinus in consil. 138. sed latius
per Tiraq. qui distinguit, aut molendina sunt super flumina
posita, & tunc quia continuo periculo exposita possent aliena
ri, & sic mobilia, circa quę considerat, si procedunt, uel locum
habere possunt in nostris molendinis. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCL.

De temporis declaratione in interdicto unde vi.

SVMMARIVM.

1 *Tempus spolii an per actorem debeat declarari, quando agitur interdicto vnde vi.*
Remedium famosum tam ciuiliter, quàm criminaliter intentatum expressio loci, & temporis requirit.
2 *Libellus ciuilis quo casu non ualeat sine temporis declaratione.*
Exceptio continens infamiam sine tempore declarato non tenet.
3 *Remedia c. reintegranda. 3. quæst. 1. cap. sępe. de restitu. spol. quæ remedia sint, & cui competant.*
4 *Iudicium summarum temporis expressione non eget.*

SAepe & sępius per aduocatos conuentorum su
per possessorio recuperandæ possessionis peti-
tur, quòd declaretur tempus spolii, & actor dicit,
quòd non tenetur.

1 † Fuit determinatum pluries in consilio in diuer
sis causis, q qñ agitur interdicto vñ vi, tunc debet
declarari tempus spolii, quia tale interdictum pro
ducit infamiam, saltem facti. l. honori. & l. licet. ff.
de obsequi. & in l. 1. §. interdictum hoc. ff. de vi &
vi ar. & not. in glo. in l. neque. eo. ti. & ideò quando
intentatur remedium famosum, etiam si ciuiliter
agatur, requiritur expressio loci & temporis, sicut
quando criminaliter agitur. l. item exigit. de dolo.
l. prætor edixit. in princip. & ibi Bar. ff. de iniuriis.
& expressè firmat Bar. istam conclusionem in l. 1.
§. siue autem. ff. de vi & vi arma. habetur. in capitu.
tuæ de procurato. & in l. edita. C. de edendo.

2 † Semper enim quando libellus ciuilis continet
infamiam, debet declarari tempus, ut dicit Bart.
in l. inde Neratius. ff. ad legem Aquilium. & in l.
1. ff. de edendo. & in l. uiro atque uxore. ff. solu.
matrim. & Saly. in l. atrocem. C. de iniur. & Barto.
& Bal. in d. l. item exigit. & Petr. de Anch. in cap. ut
circa. de elect. in 6. & in ca. pręsentium. §. testes. de
testi. eod. lib. & Barto. in d. l. prætor edixit. Item
quando exceptio continet infamiam debet decla-
rari tempus, secundum Barto. in d. l. prętor edixit.
& in d. l. 1. de excep. Sed quando agitur remedium
capitu. reintegranda 3. quæstio. 1. uel remedio c.
sępe. de restitu. spoliat. uel constitutionis Regni,
circa uiolentiarum, tunc non requiritur, quòd de-
5 claretur tempus, † quia ista sunt remedia ad recu-
perandam possessionem, & infamiam, quia, agitur
condictione ex dicto canone, uel ex dicta consti.
uel ex d. c. sępe. quæ condictiones intentatæ non
infamant, ut in l. cessat. ff. de actio. & obli. & fir-
mant hoc doct. post glo. in c. cum ad sedem. in uer-
bo, interdictum. de restitu. spol. & Archi. in d. c.
reintegranda. & Ant. de Butr. in c. sollicitæ, de re-
sti. spol. & Alexan. de Imo. in 3. uol. con. 6. in c. cir-
ca processum causę. in 1. colũ. ubi dicit unum uer-
bum multum notandum isto Regno, ubi est c. Re
gni, quod incipit, detestantes. bene glossatum
per Paridẽ de Puteo in suo tractatu de sindicatu,
per quod mandatur iudicibus, q causę expédiatur
summariæ, simpliciter & de plano, sola ueritate,
4 inspecta, quòd † attento, quòd istæ solennitates,
q declaratur locus, & tempus, sunt inductæ de
iure ciuili, ut in d. l. pretor edixit, & in l. libello-
rum. ff. de accu. & per dictum c. sunt sublatæ solen
nitates iuris ciuilis, ut not. in clem. sępe de uerbo.
sig. & per Bar. in extra. ad reprimendum, in uerbo,
sine figura, q ubi deberet exprimi tempus, non est
de necessitate exprimendum, quando iudicium est

summarium ; & istud dictum fuit approbatũ per Consilium , quando agebatur causa inter Gasparem de Strotiis, & nobilem Iacobum Senezarium super spolio certurum montium ad faciendum alumen , in qua fuit commissarius do. Ioann. Bapti. Branchacius.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCL.

1 *Quod etiam quis agendo ciuiliter de delicto teneatur exprimere locum & tempus , quando aliqualiter libellus arguit dolum.*

2 *In actione iniuriarum, quando reus excipit de delicto, tenetur exprimere locum & tempus.*

3 *In criminalibus quis tenetur exprimere locum & diem commissi delicti, quando reus istud petit pro sua defensione .*

4 *Expressis tempore seu die , si non probetur eo tempore vel die delictum commissum, quòd debeat sequi absolutio.*

5 *In crimine falsi non tenetur quis exprimere locum & tempus, sed bene speciem falsitatis.*

6 *Domino feudi dicente vasallum commisisse felloniam, an teneatur declarare speciem , locum & tempus.*

7 *In ciuilibus etiam quis tenetur declarare locum & tempus, quando reus petit dictam declarationem ad effectũ fundandi exceptiones etiam præscriptionis .*

8 *In causis mistis an tenetur quis declarare locum & tempus, & in criminalibus sit stricta interpretatio libelli, nõ sic in ciuilibus.*

9 *In ruralibus & rusticanis an possit quis esse iudex & actuarius.*

1 CVm hac decisi. † quando agitur ciuiliter de delicto quod non teneatur exprimere locũ & tempus, cõcordat Rom. in consi. 193. spectabilis domine. verum inquit, quòd quando quomodo põt argui dolus in libello: quia forte in eo diceretur conuentum, negare rem restituere sciens se teneri: quia tunc arguerentur dolus, locus & tempus deberent declarari, quod affirmat Alex. in consi. 6. circa processum 1. col. 2. vol. amplectitur Soc. ista in consi. 309. clarum 3. vol. licet dicat, quod de iure canonico non requiratur expressio loci & temporis secundùm magis cõem . idem in criminalibus, quod oportet, quod petatur expressio loci & temporis, aliàs libellum procedere tam secũdũ magis communem (licet cõis , sed non magis sit.) quod etiam si non opponatur, si nõn declaretur locus & tempus, quod reddatur
2 libellus nullus: istud de iure cõi, tamen † & secundum prædicta volo intelligas dictũ. And. in c. 1. §. si verò vasallus, de mil. vas. qui contu. est. in fi. qui dixit, quod interdictum vnde vi non infamet, per tex. l. neque. ff. de vi & vi ar. ideo sine tempore poterit aliquis dicere se deiectum ab aliquo , quod non est verũ secundùm gl. ibi & Affl. ibi, quæ ampliantur procedere etiam in actione iniuriarum, prout consuluit Alex in consi. 2 ta. vilis & discussis, 2. vol. & in reo excipiente de delicto quòd teneatur similiter declarare locum & tempus. Cald. in consi. 1. in tit. de excep. & non solum locus & tempus debet designari in li-
3 bello, sed etiam † dies patrati delicti, si reus petit talem diem exprimi ad sui defensionem ; quia forte vult probare illa die alibi fuisse, iuxta tex. l. optima, cum sion. C. de contrah. stipul. nam tunc accusator fuit obligatus diem exprimere, decidit Barto. post eum Ias. qui attestatur hanc esse communem in l. arbitraria. §. si quis Ephesi. ff. de eo , quod certo loco, latius Io. Baptista Plotus in l. si quando. num. 824. C. vnde ui. vbi aliæ consonantes, nisi quis forte dicat ex iusta causa ignorare tempus, quod est notabile, licet male obseruetur aliter in magna cur. vicariæ nam semper quasi denegatur diei commissi delicti expressio. And. in c. 1. §. in actionibus, de pace tenen. per tex. l. libellorum. ff. de accusationibus. cui respondet Ias. in loco supra citato, ad
4 quem breuitatis studio me remitto. † & insuper in prædictis nota , quod facta expressione diei delicti patrati , quod si non fuerit probatum illa die delictum fore commissum , sequi debet absolutio, prout affirmat Aymo in tract. de antiquita. tempo. 4. parte fol. 156. numero primo, cum sequẽti, qui nonnullos coaceruat Iacob. in l. edita. C. de edendo, nume. 12. And. in loco supra citato, & rei qualitas debet exprimi in criminalibus, circa quod est commissum delictum, nam non sufficit dicere subtractum sericum, nisi exprimatur qualitas eius, & alius declarat Alex. in consi. 71. clarissime domine 1. col. 3. vol. & species spoliationis si per vim vel aliter quis arguatur spoliasse. Hyp.
5 sing. 600. quæ non admittuntur in crimine falsi, nam in eo † quis non astringitur ad declarandum locum & tempus secundum eundem Hyp. qui cæteros adducit in singu. 173. in crimine falsi, & Capicius in deci. 29. sed bene species falsitatis, vbi etiam quando legatur falsitas in reassumptione instrumenti , de quibus etiam per Tiraq. in retract. consang. §. 1. in gl. in verbo aut æquipollentem. 14. nu. 59. 60. 99. vbi quod sunt declarandæ species
6 fraudum † item prædicta limitantur in domino feudi prætendente vasallum commisisse felloniam, quod non teneatur declarare tempus & locum, affirmat Iacob. in tract. feu. in verb. dicti que vasalli, nu. 3. . . Et quod dictum est, quod in ciuilibus quis non teneatur exprimere locum & tempus, limitat Alex. in l. 1.
7 col. 5. ff. † de edendo, post Bal. in l. edita. C. eod. nisi conuentus petat tempus declarari ad effectum defendendi fundandique exceptiones etiam præscriptionis, quod etiam sentit Rom. in d. consi. 193. & Soc. in d. consi. 109. sed clarius in c. significa. de libelli oblatione, in 4. fallen. quæ enim omnia circa declarationem prædictam facienda etiam in ciuilibus, quando petitur tempus declarari ad effectum fundandi exceptiones præscriptionis multotiens practicaui in sacro consilio, & vera sunt, licet Maran. in suo Spec. nu. 38. fol. 17. & fol. 22. nu. 94. simplici-
8 ter † circa prædicta pertranseat , dicendo solum in causis mistis fore necessariam temporis expressionem , & quod libellus in
9 criminalibus sit strictè intelligendus, non par † interpretatio sicut in ciuilibus declarat Cotta in verb. libellus, vbi etiam quod in ruralibus siue rusticis villis libellus non est necessarius, & quis potest esse iudex & actuarius in prædictis. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCXLI.

De tabellionibus & fide instrumentorũ propter notarium,

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum extra Regnum factum , quòd qui fecit, non probatur notarius, an sit vllius momenti.*

2 *Instrumenti publica forma præsumptionem inducit pro notario.*

3 *Notarius pro præsumptione sui tabellionatus, quid ut probet , sufficiat.*

Fama & communis opinio quem fuisse notarium, dat vires officio.

4 *Tabellio de longinquis partibus reputationem tabellionis satis habet.*

5 *Notario sufficit notariatus quasi possessio.*

6 *Instrumenta antiquissima non requirunt notariatus probationem.*

Antiquitas operatur, quòd fletur probationi imperfecta.

1 DEterminatum fuit in Consilio, † quòd si producatur vnum instrumentum factum extra Regnum, & non est facta fides per officialem loci, ubi factum est instrumentum, quod ille est notarius publicus, bonæ famæ & opinionis, prout requiritur per ritum magnæ curiæ Vicariæ, charta mihi 95. in 1. col. & not. Card. in Cle. 1. de procur. in 3. q. & potest probari in Regno per testes idoneos, quod ille est notarius publicus existens in quasi possessione notariatus conficiendi publica instrumenta, & hoc offertur probari, quod debet dari terminus ad uerificandum per testes, quod ille est notarius & bonæ famæ, aliàs dictum instrumentũ non

probat

probat, nisi probetur, ꝙ ille sit notarius, hoc te-
net And. in consti. Regni, instrumentorum robur.
& Ioan. And. in tit. de instru. edi. §. restat. uer. quid
si producatur, & Ant. de Butr. in capi. 1. de fide
instru. & Ang. in auth. de tabellio. & Bald. in auth.
2 sed nouo iure. C. si cer. pet. in 3. col. † Licèt contra
rium tenuerit Goffre. in sum. de fide inst. §. ꝙ tale
instr̄m probat, licèt non constet notarium, qui
scripsit, esse notarium, quia præsumitur, ex quo
apparet in publica forma, in qua dicit se notariū.
& idem tenuit Ange. in auth. de hęredibus & Falc.
§. hinc nobis. Bene tamen conclusum fuit in con-
silio, ꝙ sufficit probare, ꝙ ille fecit plura instru-
menta tanquam notarius, & fuit in longa posses-
sione conficiendi instrumenta, vt dicit Innoc. in
d. c. 1. de fide instru. & Spec. in tit. de probat. §. 1.
& Bal. in l. 2. col. 19. C. de serui. & aqua. & Bal. in
l. Barbarius. ff. de officio prętо. licèt Bar. in l. actua
rios. C. de nu. actu. lib. 12. & in l. Herennius. ff. de
decurio. dicat, quòd hoc non sufficit, & idem di-
cit Ale. in 5. uol. consi. 138. inci. uidetur circa pri-
mum. in 4. co. Sed potest intelligi dictū Bar. quan-
do est quęstio inter ipsum notarium, & alium, qui
3 neget ipsum fuisse notarium, † tunc debet proba-
re de titulo suo, quòd est notarius, ut dicit Alex.
in d. l. Herennius. & ibi uide multas remissiones.

Ad hoc accedat, quod dicit Paul. de Cast. in l.
scriniarios. C. de testa. mili. quòd præsumitur no-
tarius ex eo, quòd est descriptus in matricula no-
tariatus. & Bald. in l. 2. C. de sent. & interlocut. om
nium iudic. de quo per Felyn. in d. cap. 1. de fide in-
strumento. & idem dicit Bal. in l. Barbarius. dicens
plus, quòd fama, & communis opinio, quòd est
notarius, dat robur officio. Et post longam exa-
minationem Albericus de Rosa. in dicta l. barba-
rius. concludit, quòd ipse uidit obseruari, quòd
4 † si tabellio est de longinquis partibus, sufficit,
quòd probetur, quòd reputatur tabellio, & quòd
adhibetur eius instrumentis fides, ut publicis.
Si autem tabellio est de loco, de quo agitur, suf-
ficit, quòd probetur eum esse, uel fuisse in quasi
possessionem notariatus, & quòd publice reputa-
tus sit notarius. Et dicit Bal. in l. 1. col. 4. C. de fidei
cō. ꝙ ille, qui fuit in possessione notariatus pro
decem annis, præsumitur notarius, secus si pro
tribus annis, nisi inter contrahentes. uide ad hoc
multas remissiones positas per Alexā. in d. l. actua
rios. C. de numerariis & actua. lib. 12. tamen Ang.
in authen. de tabellionibus in 2. colum. expressè di
5 cit, † ꝙ sufficit, quòd notarius sit in quasi possessio
ne officii notariatus, allegat Innocen. in c. dilectus.
de fide instru. & Spec. eodem titu. in §. postremò.
versi. quid ergo, si tabellio. Et dicit Bal. vnum ver-
bum notandum in l. comparationes. C. de fide
instru. quòd si instrumentum esset multum anti-
quum, & notarius dicit, se illud fecisse, sed non po
test probare propter antiquitatem temporis, ne-
que per famam, neque per alia instrumenta, quæ
ipse scripsit, quòd credendum est ei, sed in d. l.
Barbarius, dicit, ꝙ sufficit, si reperiantur plura in-
strumenta confecta per eundem notarium, nam
ex hoc præsumitur notarius. Quid autem, si vnum
instrumentum producatur excedens metam cen
tum annorum, uel ducentorum, & non est fama,
ꝙ ille fuit notarius, neque sunt alia instrumenta
eiusdem notarii, nec aliter potest probari, ꝙ ille
est notarius, an præsumatur notarius ex eo, ꝙ re-
peritur se nominare notarium, & ibi sunt sub-
6 scriptiones testium? † Dicit Bal. in auth. quas actio
nes. C. de sacrosan. eccle. ꝙ in instrumentis ita
antiquissimis non expedit probare, ꝙ notarius
fuit notarius, vel in quasi possessione notariatus,
quia ex ipso actu ita antiquo oritur præsumptio,
vt not. Innoc. in c. ueniens. de verbo. signifi. Nam
propter temporis antiquitatem pręsumuntur om
nia solenniter acta, etiam quando solēnitates sunt
extrinsecæ, ut probat Ale. in 1. vol. cons. 79. in 3.
col. & in cons. 112. 2. col. uam & propter dictam
antiquitatem statur probationi imperfectæ, dicit
Alex. in 4. uol. cons. circa fin.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLI.

1 *Instrumentum confectum extra regnum, ad hoc ut in re-
gno fidem faciat, oportet ꝙ habeat fidem officialis illius
loci, ubi fuit confectum instrumentum, & qualis &c.*
2 *Si produco instrumentum, & dico me esse illam perso-
nam, quæ in ipso instrumento continetur, an credatur.*
3 *An stetur instrumentis confectis per notarium putatiuū.*

1 PRo conclusione † huius decisionis, ꝙ quando instrumen-
tum est confectum extra regnum, ei non adhibeatur fides
in regno, nisi adsit fides officialis illius loci, ꝙ ille sit notarius,
conuenit decisio Boer. nu. 154. & dicendum est, qui citat Affl.
hic, & insuper dicit cautelam esse, ꝙ faciat quis dictum instru
mentum signari tribus signis aliorum notariorum, & fides de
bet esse cum sigillo illorum officialium, qui etiam in fine con
2 cludit † ꝙ si produco aliquod instrumentum, in quo fit men-
tio, aliquem esse procuratorem alicuius, ꝙ in dubio debet sta
ri instrumento ipso, prout de prædictis est gl. sing. l. fi. C. de pa-
ctis conuentis, prout notant Pau. de Cast. & doct. in l. postquā
pignus. de pactis, de aliis uerò tactis per Affl. hic an instrumen
3 ta confecta per notarium putatiuum probent, † si sumus in an
tiquis vltra ea quæ fuerunt notata supra in dec. 245. declarat
Corn. in consi. 132. videtur prima facie 3. vol. Hyp. in l. si quis
nec quæstio. col. pen. ff. de quæst. Alcia. reg. 1. præsump. 33.
Cæs. Vrsill.

DECISIO CCLII.

*De vita & militia secundogenito debita. Et de solutione
adoæ per primogenitum.*

SVMMARIVM.

1 *Vita & militia qualiter deducatur, & an primogenitus
teneatur ad solutionem adoæ.*
2 *Adoæ solutio an sit perpetuæ utilitatis, uel temporalis.*
Secundogeniti an debeant contribuere in adoę soluenda.
Vsufructuarius quas expensas tenetur subire.
3 *Adoæ quid sit, & qui ad illam teneantur.*
*Usufructuarius manibus propriis, & non alienis vsum-
fructum recipit.*
4 *Vxor ad quas expensas pro re dotali factas teneatur.*
Maritus constante matrimonio rei dotalis est dominus.
Euentus tristis non consideratur.
*Vsufructuarius ad collectas & tributa rei, in qua habet
vsumfructum, tenetur.*
Fisco contra nō soluentē collectas quomodo subuenitur.

5 *Vita & militia equiparantur alimentis.*
6 *Alimenta vitę & militiæ secundogenito de quibus præstanda.*
Feudi fructus veniunt, deductis expensis.
7 *Exp. nsæ omnes non minuunt fructus.*
Adoę solutio fauorem publicum respicit.
8 *Alimentorum pręstatio est pia causa.*
Quæstio indecisa, differenda.
9 *Iudicium in rebus ambiguis quando non debeat esse absolutum.*

MAgnificus do. Anto. de Alex. Vieeprotonota-
rius proposuit in Consilio differentiam or-
tam inter Marinum de Alex. ex una, & Robertum
& Iulium filios quondam Iacobacii de Alexan. sui
fratris carnalis, quæ talis erat. Verum stante te-
stamento dicti Iacobacii, qui de nouo acquisiuit
feudum casalis Cardeti cum potestate testandi de
eo inter dictos filios, habita à Regia maiestate Re
gis Ferdinandi primi, dicti filii secundogeniti, qui
bus pręstatur certa portio fructuum dicti feudi
ex dispositione testatoris, debeant contribuere in
solutione adoæ, ad quam tenetur Regiæ Curię di
ctus Marinus.
1 † Et quantum ad istum casum omnes Domini
fuerunt in voto; quòd dicti fratres secundogeniti
2 non tenētur contribuere in solutione adoæ: [2] sed
totum onus soluendi adoam pertinet ad dictum
Marinum primogenitum, quia dicti fratres secun
dogeniti non habent illam portionem fructuum
Castri Cardeti pro uita & militia, sed pro alimētis
eorum legatis per dictum Iacobacium, & post
mortem Iacobacii per instrumentum actum fuit,
φ dicti fratres capiant dictam partionem fructuũ
à manibus ipsius Marini, & sic non sunt vsufru-
ctuarii pro illa portione castri Cardeti, sed legata-
rii, iuxta doctrinam Barto. in l. fundi Trebatiani.
ff. de usufruct. leg. & nn. in l. defuncta. §. fi. ff. de
vsufruct. & sic cum dicti fratres non percipiant vi
tam & militiam à primogenito, sed tantum dictũ
legatum pro alimentis, non tenentur contribuere
in dicta solutione adoæ, nec in releuio, quia limita
ta causa legati limitatum producit effectum. l. in
agris. ff. de acquirendo re. do. & in l. age cum Gemi
niano. C. de transac. not. Felyn. post gloss. in c. cum
ordinem. de rescriptis.
Sed ponamus, φ feudum esset antiquum, in
quo viuitur iure Francorum; quo iure solus pri-
mogenitus debet succedere, & habet fratrem secũ
dogenitum, cui debet præstare uitam & militiam
per consti. Regni, comitibus. Et contingit guerra
in Regno, propter quam Rex imponit adoam in
Regno.
Verum in solutione huius adoæ debeant con-
tribuere alii fratres secundogeniti, quibus præ-
statur vita & militia. Dicebat pręfatus do. uicepro
tonotarius, φ totum dubium consistit in hoc. Vtrũ
2 † solutiõ adoæ fiat ad perpetuam vtilitatem feudi;
vel sit temporalis. Si enim fiat ad perpetuã vtilita-
tem, sine dubio fratres secundogeniti non debent
contribuere. Sed si fiat ad temporalem vtilitatem,
fratres secundogeniti debent contribuere. Nam
idem dicimus in vsufructuario, qui expensas tem-
porales debet ipse subire, & non proprietarius, ut
in l. hactenus. & l. si pendentes. §. si quid cloacarii.
ff. de vsufr. Sed expensas concernentes perpetuam
rei utilitatem debet subire proprietarius, & non
vsufructuarius. Et pro hoc est glo. not. in l. pe. §. fi.
ff. de leg. 3. & firmat Bar. in l. quæro. ff. de vsufru.
lega. & glos. & Bart. in l. qui concubinam. §. qui
hortos. ff. de leg. 3. Et firmat Ludo. in consil. 228.
incip. præmissorum doctorum conclusionem. Et
dicebat dictus Dom. Viceprotonotarius, φ ipse est
in opinione, φ adoa, quæ soluitur Regi, respicit
perpetuam utilitatem feudi, pro eo, quia adoa est
seruitium, quod præstatur pro feudo, quãdo prin-
ceps declarauit velle seruitium prædictum in pe-
cunia, debet vasallus interpellatus præstare illud
seruitium, ut in c. 1. §. sed nec est alia iustior. quæ
sit prima causa bene. amit. Nec vasallus potest di-
cere. ego nolo seruire personaliter, ut dicit And.
in l. Imperialem. §. firmiter. de prohibi. feu. ali. per
Feder. & in c. 1. vlti. colum. quis dicatur dux, co-
mes, vel marchio. & ibi declaratur, quantum est
3 ista adoa. † Et si non soluitur adoa, quæ est serui-
tium feudi, uasallus debet perdere feudum, ut di
cit text. in d. §. sed nec est alia iustior. non tamen
ipso iure, sed per sententiam; ut dicit ibi And. dum
allegatur, quod not. in l. si quis in tantam. C. vnde
vi. & dicit And. in d. §. firmiter, φ hæc est culpa
cõtra dominum indirectè: scilicet in nõ iuuando,
& ideò constitutio Regni, si uasallus. dicit, si vasal
lus non præstat seruitium, potest diffuasiri, nisi
quando propter paupertatem non præstitit serui-
tium, tunc dominus per sententiam ponetur in
possessionem feudi pro adoa non soluta, vt decla-
rat Andr. in d. §. firmiter. in vlt. col. ergo ista adoa
soluitur pro perpetua utilitate, & sic vsufructua-
rius non debet participare de dictã impersona, &
per consequens nec frater secundogenitus. Ego di
cebã, φ ista uita & militia, quæ præstat fratri secũ
dogenito, nõ põt æquiparari vsufructuario, quia
usufructuarius nõ recipit usumfructũ à manibus
alterius, sed ipse recipit manibus propriis, ut dicit
Bartholomæus in d. l. fundi. Trebatiani. sed frater
secundogenitus recepit portionem sibi tãgentem
de fructibus feudi à manibus primogeniti, ut pa-
tet ex scriptis per Andr. in prædicta constit. comi
tibus. & per Hostien. cap. licet. de uoto & uoti
redempt. Nec etiam videtur mihi, φ sit bona æqui
paratio, si vellemus ęquiparare fratrem secundo-
genitum recipientem vitam & militiam marito,
qui recipit fundum dotalem, qui pręstabit expen-
sas temporales, sed si facit expensas ad perpetuam
4 utilitatem, tunc vxor soluet istas impensas, ut per
Alex. in l. diuortio. §. impendia. ff. sol. mat. quia ma
ritus est constante matr. dominus rei dotalis, ut in
l. doce Ancillam. C. de rei uend. & in l. in rebus. C.
de iure dotium. Similiter non uidetur, quòd culpa
in omittendo soluere adoam post requisitionem
faciat censeri solutionem adoæ esse factam ad per
petuam feudi vtilitatem; quia iste casus non est in
consideratione, quia ex quo vasallus iurat præ-
stare fidelitatem & seruitium, nõ est presumendũ
in dubio, quòd velit deietare, arg. l. meritò. ff. pro
socio. & quia tristis euentus non est in considera-
tione, ut in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de ver
borum oblig. Item, quia vsufructuarius debet sol-
uere

uere collectas & tributum rei in qua habet usumfructum, ut in d.l. hactenus. & in d.§. si qđ cloacarii. qnia iudicatur ista solutio temporalis. Et tamē si non soluitur, procurator fisci mittetur in possessionem rei pro tributo nō soluto, ut scribit Lucas de Penna in l.fi.C.de exacto: tribu. lib: 10. & in l. obsistere. C.de anno. & tributis, eodem libro. Et ideò ego dicebam, quòd Andr. in prima constit. comitibus. ante constitutionem, in aliquibus. dicit, ꝙ fratres minores tenentur facere seruitium curiæ de ipso feudo ad expensas, & equos, & arma fratris maioris, semper tamen debet maiori tantum remanere, & tantum dare minori, vt inde
5 possit uiuere, sicut primogenitus. † & sic tenet Andr. ꝙ frater minor debet seruire Regi ad expensas primogeniti, & sic primogenitus etiam alimentabit eum, non solum quando seruiet, sed etiā quando non seruiet, & tamen de istis alimentis nihil detrahendum est, arg. l. cùm hi. ff. de transactio.

Et propterea sat est, ꝙ teneatur seruire personaliter, & si Rex non vult seruitium personale, sed solutionem adoæ, ipsam soluet primogenitus, & præstabit alimenta fratri, nec detrahet aliquid de eius alimentis, quia ista uita & militia æquiparatur alimentis secundùm Andr. in dicta constitutione comitibus. Sufficere debet primogenito, ꝙ ipse est honoratus in succedendo in feudo, cuius ipse est dominus, nec inuideat fratri secundogenito, qui solum ab eo recipit alimēta, & tenetur seruire personaliter Regiæ curię, quando est guerra in Regno. & dominus vult seruitium personale, nec detrahendum est eius alimentis, quando dominus vult seruitium in pecunia, quia sufficit, ꝙ lex granit in hoc, quòd non succedit. Item granauit, ꝙ in aliis alimentis nihil in morte potest disponere, ex quo finitur illa uita & militia cum persona, & non transmittit ad filios suos, secundùm glo. & And. in d. constit. comitibus. & ista alimenta licèt sint loco portionis feudi, secundùm
6 And. in dicta cōsti. comitibus. † tamen ista portio est ita exigua, quòd non potest supportare aliud onus, arg. l. Titia. §. qui in uita. ff. de leg. 2. & l. nauis onustæ. ad legem Rhodiam de iactu. quæ iura allegat And. de Iser. in c. 1. in uerbo, extraordinaria, quæ sint regalia. & facit illud generale, qui in uno grauatur, in alio releuatur, ut in l. eum qui. in princip. ff. de iureiurando. cum concor. ibi alleg. Nec obstat illud, quod posse dici, ꝙ ista alimenta præstando secundogenito prestantur de fructibus feudi, ut colligitur ex mente glo. & And. in dicta consti. comitib. & fructus feudi intelliguntur deductis impensis, ut in l. fructus. & in l. diuortio. §. impendia. ff. solut. matrim. cū aliis iurib. allegatis per Specul. in titulo de expensi. §. 1. unde si feudū ualet ducentis, portio uitæ & militię erit 33. & tertium, secundum And. in dicta constitutione. Si frater soluet centum pro adoa, nonne minuitur portio illius uitæ & militię? prima facie diceretur,
7 ꝙ sic. Et tamen non est sic dicendum, † quia non omnes expensæ minuunt fructus, sed illæ quæ fiunt gratia fructuum, ut dicunt gl. & doct. in d. §. impendia. Item vbi datur fauor diuinus uel iuris publici, qui ęquiparantur, ut in l. fi. C. de sacr. san. eccle. non considerantur expensę, quę necessariò fiunt pro habendis fructibus, ut in c. tua nobis. & c. pastoralis. de decimis. sed solutio adoę respicit fauorem publicum, quia pręstantur tempore guerrę, ut Regnum sit securum. & ideò dicit Paul. de Castr. in d.l. fructus. ff. solut. matri. ꝙ stante statuto, ꝙ de fructibus soluatur gabella, debet solui absque deductione expensarum ratione iuris publici. Idem dicit Bal. in l. si à domino. §. fi. ff. de peti. hæred. in d.l. fructus. & Salyc. in l. 1. C. de fruct. & liti. expen. & licèt Ang. teneat contrarium in gabella, tamen in solutione adoæ non est dubitandum, ꝙ soluitur ratione iuris publici, vt patet in c. 1. §. similiter. per And. de cap. Corradi. Sed posset dici, ꝙ ista consideratio militat inter primogenitum soluentem adoam & Regem, non autem inter primogenitum & secundogenitum, cui soluit ui-
8 tam, & militiam. † Dico, ꝙ ex quo præstatio alimētorum est pia causa, consideratio iuris publici militat ratione piæ causæ. Cui piæ causæ iura concedunt etiam priuilegia iuris publici, ut patet ex scriptis per Lodou. in authen. similiter. C. ad leg. Falci. Præterea dicit Hostien. in d.c. tua nobis. quē refert ibi Abb. Sic. ꝙ quando tractatur de restitutione quotæ, uel alicuius partis, tunc fructus deducuntur sine aliqua deductione expensarum. Idem dicit ibi And. post Inn. & Spec. in tit. de locato. §. postquam. vers. quid si tibi, & si tamen certa portio fructuum soluitur secundogenito, non est in consideratione, ꝙ frater debet soluere adoam, quando est guerra. Pro hoc bene facit, quod dicit Io. An. in d.c. tua. referendo Inno. ꝙ ubi pręstatio soluitur pro aliquo seruitio, vel custodia, vel defensione dantis, vel simili causa, non consideratur, ꝙ decimauit, ita non consideratur in fructibus, quando feudum soluit adoam. Hæc motiua placuerunt dicto insigni doctori, & multis dominis
8 de Consilio. † Et dicebat do. And. Mariconda, ꝙ ipse nunquam vidit hoc in quæstione deductum, sed semper uidit primogenitum soluere adoam, & non petere à fratribus minoribus, ꝙ diminuātur eorum alimenta, propter solutionem adoę, & postea dum ueniret ista quæstio inter Ant. Puldericum primogenitum, & Iacobum secundogenitum, fuit propter eius dubietatem per sacrum Consilium reseruata deliberatio, sed ꝙ interim primogenitus soluat adoam. Quia non reperitur ista quæstio tacta per aliquem doctorem. Ideo non est nunc decidenda, sed differenda. sic facit And. qui non determinauit, quantum erit ista uita & militia, ut patet ex scriptis ejus in d. const. comitib. inde dicit tex. Gregorii 33. d.c. fin. in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, quando de pręiudicio alterius tractatur, secundùm gl. ibi, & text. in c. graue. 11. q. 3. Et suprà dicta q. iam apparet decisa per alia media, & rationes, placuit tamen hæc inserere, quia in lectura mea in l. Imperialem. §. prętcrea ducatus. de prohi. feu. alie. per Fed. aliud sensi legendo illam l. sed hic credo scripsisse veritatem.

ADDITIO.

a *In solutione adoę.*) Adde do. Ant. de Alex. super And. de Iser. in const. comitib. sub ti. de adiutorijs pro militia fratris ubi dicit

facere ad quæstionē, de qua sæpe uidi dubitari, an in adoa seu seruitio militari, quod imponitur in Regno, teneatur contribuere secundogenitus pro uita & militia, quam habet à primogenito super feudo. Et uidi decidi, ꝙ non, per Regiā cameram summariè in causa filiorum Iacobacii de Alexādrā si hoc dictum intelligatur, post habitam uitam & militiam, quod non minus debet habere equos & arma, & expensas secundogenitus a primogenito pro militando, ergo nō tenetur contribuere ei, a quo ipsi deberet contribui, si militare uellet, si non intelligimus, ꝙ uita & militia detur secūdogenitu pro omnibus his, quæ hic dicuntur, sequeretur, quòd ipsi debet pro sua rata contribuere, sicut deberet in persona seruire, quoniam hoc militare seruitium, quod soluitur in pecunia, succedit loco seruitii, quod personaliter debet præstari, & sic probarent verba And. contra dictam decisionem. Th. Gra.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLII.

1 *Quando frater secundogenitus habet alimenta ex testatoris dispositione, ꝙ non teneatur ad contribuendum fratribus in solutione adhoæ.*

2 *Alimenta integra debentur, licèt fundus, in quo sunt relicta alimenta ipsa, non producat tot fructus, qui sufficerent pro ipsis alimentis, & fundus est obligatus pro alimentis.*

3 *Fundus in quo sunt relicta alimenta est obligatus pro ipsis alimentis.*

4 *Quando sunt relicti usufructus & alimenta, ꝙ utrunque debeatur, & alimenta debentur pro quantitate redditum & non bonorum.*

5 *Frater secundogenitus, qui habet vitam & militiam à fratre primogenito, an teneatur ad contributionem adhoæ, & an uita & militia legitimæ æquiparetur.*

6 *Legitimam filius debet habere absq; onere, deducto ære alieno & funeris impensis.*

7 *Pensionarius beneficiorum tenetur ad decimas pro rata fructuum quos perce[illegible] & foret iniquum, quòd si quis non percepit omn[illegible]s, quòd pro omnibus teneatur soluere.*

8 *Qui percipit fr[illegible] vel pro rata ipsorum tenetur soluere tributa & [illegible]ta.*

9 *Vasallus no[illegible]tur ad totum seruitium nisi pro rata, qua fruct[illegible]udi percipit.*

10 *Si rex no[illegible]lt adhoam, an teneatur feudatarius præstare seruitium personale.*

11 *Si feudatarius interpellatus non soluit adhoam, an feudū amittat. quòd sic, nisi ex impotentia hoc fecisset, quia sunt ei nati multi filii.*

12 *Vasallus quando uidit dominum periclitantem etiam sine interpellatione tenetur ei subuenire.*

13 *Interpellatio qualis debet esse, ut vasallus feudo priuetur in non præstando adhoam, & an unica interpellatio sufficiat.*

14 *Quando feudum soluit pecuniam, si per mille annos vasallus non solueret, quia non interpellatus, feudum non amittit.*

1 QVod quando frater † secundogenitus habet alimenta ex dispositione testatoris, sic ex legato, non teneatur ad contribuendum in solutione adoæ, facit text. l. Lucius. ff. de alim. & ciba. leg. uolens alimenta ipsa integra deberi,
2 etiam si fructus fundi, in quo sunt † relicta alimenta, non
3 sufficiant, unde ꝙ fundus ipse sit obligatus † debentur etiā pro præterito, quando ex dispositione testatoris, & si alimentarius stetisset per annos 20. ad petendum facta legato pro necessitatibus, Bal. sing. in consi. 235. 1. vol. Bartolo. & quando fuisset relictum usufructus bonorum & alimenta, ꝙ uxor deberet utrū-
4 que consequi † de iuris rigore concludit idem Bal. in consilio 237. Titius. eodem 1. vol. & hoc licèt alimentarius non præstet cautionem, & voluit Goza. in consi. 47. 1. quæritur. col. 11. licèt nō possit fundus vendi nisi cum ea causa, prout declarat Alex. l. Imperator 1. col. ad Trebel. debentur secundùm quantitatem redditium & non bonorum patrimonii, idem Goza. qui cæteros adducit consi. 95. 1. facie. nu. 4.

5 Circa secundum dubium, an † frater secundogenitus, qui habet a fratre primogenito vitam & militiam, teneatur ad contributionem adoæ. I. offr. disputat istam quæstionem in suis Parafr. feuda. in c. imperialem § scriba. & post multa argumenta pro & contra firmat hanc partem, fratrem secundogenitum non teneri, licèt dicat istam quæstionē adhuc non fore decisam: eo quia semper frater primogenitus absque contradictione solet adoā soluere. istud idem firmat dom. Marinus Freria in suo opere de suffeu. in 34. autori. fol. 226. & 19. q. fo. 265. licèt dicat hanc vitam & militiam non æquiparari legitimæ, ex quo feudum, ꝙ habet primogenitus, totum est legitima, igitur filius secūdogenitus legitimam non potest habere in feudo, ex quo legitima unius non pōt esse alterius, quod videtur posse teneri non verum salua reuerentia tanti patris, ex quo quatenus procederent adducta per eum forent vera, quando feudum ipsum daretur simpliciter primogenito pro legitima, sed quia nō sic traditur, sed cum onere soluendi vitam & militiam secundogenito, ut infra notabitur, igitur &c. & ideo licèt hæc vera esse videantur, quod frater secundogenitus non teneatur ad contributionem adoæ, pro quib possunt conuenire ea quæ supra in deci. 138. ubi fuit dictum secundum aliquos, ꝙ feudum, quod habet secundogenitus virtute legati a patre, non teneatur excomputare in hanc vitam & militiam, sed eam etiam debere consequi in aliis feudis possessis per primogenitum, & sic habet secundum ista frater iste secundogenitus hāc vitam & militiam præcipuam absque excomputo aliquo. tamen acuendi causa ingenium pro fratre secundogenito possunt hæc adduci. & primo si tenemus vitam, & militiam legitimæ æquiparari, prout sentit hic Affl. dum dicit, ꝙ si feudum valet ducentis, vita & militia erit triginta trium cum dimidio, sentit Loff. in §. quid ergo, da inuit. de re ali facta Guliel. Amuferrat in tracta. de succ. regum in 3. dub. habetur in vol. tractat. 12. ergo vita &
6 militia solueretur ad instar legitimæ. † Quæ debet solui deducto ære alieno l. pater & filia. ff. ad l. Falc. l. Papinia. § quartam autem. ff. de inoffi. test. Bar. & scriben. in l. in quartam ff. eod. & cum sit, ꝙ adoa sit onus feudi, iux. c. reg. aliena actus, & fuit notatum supra in dec. 162. sequitur ergo, ꝙ cum illo onere adoæ frater secundogenitus hanc uitam & militiam debet habere. Corroborantur prædicta ex consti. reg. Comit. in §. quia uolo, ꝙ de bonis patris frater secundogenitus hanc vitam & militiam debet consequi, & cum bona intelligantur deducto ære alio l. subsignatum. §. bona. cum si. ff. de verb. sig. cum istud ius adoæ sit onus feudi, ut supra ergo &c. Pro quibus & tertiò videntur facere, quæ voluit Dec. in consi. 256. statutum cathedralis. &
7 ibi Rec. qui dicunt † pensionarium beneficiorum teneri ad decimas pro rata fructuum, quos percipit, & dicit contra Affli. hic, cum citando, esse iniquum, ꝙ qui non percipit omnes fructus, ꝙ pro omnibus ac si omnes percepisset contribuat seu soluat. & pro his etiam & quartò viget iura adducta per Dec. in d. loco videtur facere tex. l. neque stipendium. ff. de impen. in re.
8 dot. Alex. in consi. 35. 4. vol. viso processu. col. 1. † ꝙ ille qui percipit fructus pro rata ipsorum teneatur ad collectas & tributa. sentit And. in §. & plaustratum, quæ sint rega. pen. col. qui citat d. tex. sunt nonnulla supra in decisio. 95. & pro prædictis etiam faciunt illa quæ voluit glo & And. in consti. reg. consua. in fi. ꝙ vasallus nō teneatur ad integrum seruitium feudi, nisi pro ea parte, quā feudi commoditatem percepit & possidet.
9 cum igitur frater primogenitus totum feudum † nō possideat saltem ratione deductionis vitæ & militiæ, igitur &c. Et sentit hæc Tiraq. quem mox vidi in li. primogenito. q. 74 nu. 9. dum concludit, si habet portionem feudi secundogenitus, ꝙ cum ipso onere adoæ debet habere. & in hoc bene vertitur dum dicit, ꝙ si habet alimenta, ꝙ ea diminui non possunt, nam aliter nō posset uiuere, nam hoc de iure non procedit: quia clarum est, per tex. l. 2. & 3. ff. ubi pup. edu. ꝙ alimenta augentur, & ideo eis fit taxa siue diminutio secundum quantitatem patrimonii, & personarum: igitur &c. & sic supra narratis nōn obstat. Corroborantur prædicta & ultimò, ex quo frater secundogenitus tenetur præstare seruitium personale, si rex non vult adoam,
10 prout concludit Loff. † ubi supra expensis tamen fratris maioris, & notaui infra in dec. 320. quod seruitium personale plus est quàm solutio pecuniæ, argum. l. in seruorum. ff. de pen. licet Andr. contra videatur in d. §. firmiter. & cui licet quod est maius utique quod est minus licet. l. in suis, cum si. no. per Alex. ff.

de

de lib.& post. And.in c.imperialem.2.col.io prin.in illo subiecto, quòd cui licet vendere, potest pignorare. hæc dixi, poterit io prædictis curiosus lector maturius cogitare. †Circa verò aliud, ꝙ si feudatarius interpellatus non soluit adoam, seu dum amittat, prout concludit Affl.hic, nisi ex impotentia hoc fecisset, conuenit Cur.io trac. feu.in 4.par.in 28. q.fol. 51.qui
21

22 limitat, nisi vasallus se res †dominum periclitantem, & seruitium non præstat etiam sine interpellatione, vel nisi certa dies in præstatione seruitii fuisset positus.limitatque illud, qđ dicitur de impotentia, nisi sua culpa ad minus potens deuenisset, conuenit And.io d. §. sed oec alia iustior, vbi inter alia dicit, quando fuissent nati multi filii vasallo, vt dixi etiam supra in dec. . . sequitur ista Ioan.Crot.in emphyteuta io l. 4 §.Cato.nu.53.& 54.ff.de verb.obl.Et qualiter debeat fieri ista inter

23 terpellatio, & quòd †vnica in reg.sufficiat, affirmat Cass.post alios in consu.Burg.des droitex, rub.3.nu.10.& 11. f. 200.qui citat Affl.in consti. reg. mulier quæ datarium, circa quæ vnũ

24 notes † ꝙ sine interpellatione si vasallus per mille annos non præstitisset debitam solutionem ipsi feudo in pecunia, nunquã caderet a feudo ipso, secundùm Hyp.in sing.446.magna profecto. licèt aliter ex dictis omnium, ꝙ forsan melius concludat Ias.in prælud.feu.fol.mihi 195.quando solutio, quæ esset facienda pro feudo, fuisset maior seruitio personali, nam tũc si feudatarius non soluit per triennium vel aliud tempus constitutum, quod ab ipso feudo cadat absque alia interpellatione, quem vide. Cæs.Vrsill.

DECISIO CCLIII.

De assensu Regio super alienatione feudi per verbum, fiat.

SVMMARIVM.

1 *Assensus regius in alienatione feudi factus per uerbum, fiat, an valeat.*
2 *Sigillum est substantiale literæ Regiæ.*
3 *Literæ principis materialiter consideratę, est tantum tituli probatio, secus si intellectualiter.*
Gratia sine scriptura non valet.
4 *Scriptura ad effectum gratiæ principis non requiritur, sed ad eius probationem.*
Stylus Cancellarię Regiæ habet uim legis.
Usus causarum longæuus pro iure potest allegari.
5 *Styli principis uirtus & efficatia, remissiuè.*
Rescriptum aut priuilegium principis an expediat, quòd mandetur scripturæ.
6 *Verbum, fiat, quid importet.*
Sensus regalis non contemnendus.
7 *De ueritatis effectu, & ipsius laudes nonnullę.*
8 *Scientia certa principis probari potest per testes.*
9 *Gratia an possit valere sine bulla.*
10 *Artifici cuique experto in sua arte credendum.*
11 *Virtus, vt alicui sine literis credatur, facit.*

DVo Regii Consiliarii, videlicet domi. Ioan. Baptista de Bentiuoglio, & Dom. Bortholemęus de Verino fuerunt Regii delegati in causa cuiusdam Castri inter Ioannem Baptistam Branchacium filium domini Masellí Brãchacii ex una, & dominam Antonellam Deriticem. Et propo-

1 fuerunt dubium in Consilio, † vtrum si Rex in memoriali oblato, in quo supplicant, quòd pręstet assensum super alienatione feudi dicat, fiat, per scripturam suę proprię manus, & antequam expediatur assensus in forma cancellarię Regię, ipse idem alienans reuocat ipsam alienationem uirtute constitutionis Regni, constitutionem diuę memorię.& contrahit cum alio de dicto feudo, & Rex assentit, & sigillatur assensus. Vtrum stante dicto memoriali expedito per fiat, potuit, vel non potuit fieri dicta reuocatio? Et videbatur, ꝙ dicta reuocatio fieri potuit, quia non dicitur in alienatione feudi interuenisse Regium assensum, nisi quan

2 do Regius assensus in scriptis fuit sigillatus, † quia sigillum est substantiale literę Regię, ut dicit And. in c.1.in additio.de prohi.feud.alie. per Lothariũ. Et pro hoc facit l. Tribunus.§.fi.ff.de test.mi. Vbi attenditur tempus sigillationis. Secundò pro ista parte facit id quod dicit Bald.in l.falsus.in 10.col. C.de furt.vbi dicit, ꝙ licèt in priuilegio inspiciatur tempus datę quò ad nuntiationem gratię, tamen quò ad eius executionem requiritur, quòd literę exierint de cancellaria, cum non contineant in se actum perfectum statim signata supplicatione. & prò hoc l. bene à Zenone. & ibi Bald. in 2. lec.C.de quadri.pręscript.Idem firmat Card. Flo. in procem. Cle. §.nec sanè.in Cle. 1.§.1. versic. 2. quęro.de priuilegiis. Tertiò adducitur, supplicatio seu memoriale porrectum uel oblata Regi fuit signatum uel signata per uerbum futuri temporis, videlicet per fiat, & supplicatum, ꝙ assensus expediatur in forma, tunc de ui sermonis requiritur actus secundùm eiusdem loquentis explicatum, & sic habet in seipso intrinsecus debitam substantiam, scilicet ꝙ expediatur assensus. Ista sunt uerba assumpta ex Bald.in c. 1.in finalibus verbis, de his qui feud.dare pos.Idem Bald.in l.fin. C.de cõ-

3 mu.seru.manu. † Quartò allegatur id quod dicit Ant.de But.in c.in nostra.de rescript.ubi dicit, ꝙ si consideretur litera principis materialiter, ipsa non est titulus etiam remotus, sed probatio tituli, sicut charta testamenti non est testamentum, sed probatio testamenti. Si uerò consideretur ipsa litera ratione contenti intellectualiter, & tunc si princeps facit gratiam in [illegible]ma literarum, & in qua communi stylo literę effici solent; dicit ipse, credo, ꝙ scriptura sit de esse, & tũc effectiuè litera est titulus, de esse enim gratię est litera, ex quo sic se habet stylus, vnde non valet gratia, nisi ad sit scriptura, ut not.glo.de censi. cap.1.libr. 6. & Ale. in l.contrahitur.ff.de pig. & hęc procedunt tenẽdo id, quod curiales tenet, ꝙ literę sunt de substantia gratię, de quo latè per Archidi. & Ioan. And.in dicto procemio. lib. 6. vbi allegat multa bona iura prò ista parte, quem refert Dominicus de sancto Gemi.ibi, & per gloss. in constitut. Regni, si dubitatio. Quintò allegatur, quod dicit Bal. concludendo in l.si qua per calumniam. C.de epis.& cle.

4 & in l.humanum.C.de legib.†vbi voluit, quòd ad effectum gratię principis nõ requiritur scriptura, sed ad eius probationem sic, unde si Papa interim moritur, antequam literę fierent, non expirat gratia, sed debent de illa gratia expediri literę sub bulla successoria, faciendo mentionem de gratia facta per prędecessorem, ergo si literę non expediantur per successorem, illa gratia non probatur per illam signaturam. Sextò stylus Regię curię est, ꝙ assensus Regii fiant cum sigillo magno Regis, & stylus cancellarię Regię habet uim legis, quia dicit Card.Flor.in Clem.sæpe. §.& quia de uerb.sig. quòd longęuus vsus causarum potest allegari pro iure, siue tendat ad litem ordinandam, siue decidẽdam, unde lex appellat stylum usum Imperatoris,

ut

ut in l. 3. in fin. ff. de supel. lega. Et propterea actus principis non dicitur consuetudo, sed stylus, ut dicit Alb. de Ros. in l. de quibus. col. 46. ff. de legibus. Innoc. & Abb. in c. bonæ. el. 2. de postu. præla. glo. est in l. circa. ff. de prob. & Rota in antiquis, in tit. de consuet. fol. 13. & not. Cyn. & Bald. in l. 2. C. quæ sit longa consuet. & Card. Flo. in cap. fin. 5.
5 colum. de consuet. & de effectu † & potentia styli principis multa cumulat Fel. in c. 2. de rescrip. Sed Regii assensus expedit per fiat, de stylo est, quod expediantur literæ cum sigillo magno Regis, ergo omisso styli prædicti facit, quòd non probatur assensus per dictam signaturam Regiam, nisi ad effectum; ut expediantur literę in forma cancellariæ. Ad hoc accedant omnia illa, quæ allegat Luc. de Pen. in l. vnicuique. C. de proxi. sacro. scrin. in 3. colum. lib. 12. dum probat, quod nihil de solennibus est omittendum, maximè quæ sunt consuetudinis, iuxta not. in l. semper. ff. de reg. iur. cũ concor. In contrarium adducitur id, quod dicit Pau. de Cast. in l. 1. C. ut lit. penden. vbi dicit, quod rescriptum habet vim à tempore signaturę supplicationis, licèt ex post literæ expediantur, & hoc in gratiosis, per c. tibi qui. de rescrip. lib. 6. Secũdò adducitur authoritas Ang. in l. 1. in fi. C. de sent. passis, vbi dicit. nam hic videtur casus, quod priuilegium principis non sit necesse, quòd redigatur in scripturam, eodem modo nec Papæ, & pro hoc videtur mihi, quod sit casus in Clem. 1. de sepult. Et ideò si Papa concessit ecclesiæ sanctæ Mariæ Angelorum, & Beato Francisco de Assisio, & etiam ecclesię beati Dominici de Perusio illam indulgẽtiam. quę ita notariè proclamatur in Calendis Augusti, sufficit, licèt priuilegium non appareat
6 in scriptis. † Tertiò adducitur c. Regni, qđ incipit, detestantes, quod dicta quod indices debeant iudicare so la veritate suspecta, secundum veritatem princeps
a suum prestitit assensum, per verbum, fiat [a] qđ verbum, fiat, importat de pręsenti, et nõ de futuro, idest, quod nunc assentimus, ut voluit Ioan. Cald. in c. quisquis. de elect. & istud dictum refert Fel. in c. 1. de constitutioni. & per consequens nullus debet dicere, quod princeps non assensit pro eo; quia eius assensus non est sigillatus, quia nullus regalem sensum debet contemnere, dicit tex. in l. fi. C. de legibus. & in l. 2. C. de crimi. sacrilegii, & si opponatur de stylo, replicatur de veritate, quę uincit stylum.
7 c. veritati. 8. distinct. † Veritas enim est res solidissima, & murus inexpugnabilis, ut dicitur in 2. lib. Esdræ. c. 3. & sic not. Bald. in c. sicut. de probatio. inde Isidorus de summo bono, ita exclamat. O quã magna est uis veritatis, quę omnia ingenia, astutias, & calliditates superat, quę contra ficta simulataque figmenta seipsam defendit, quæ denique post Deum colenda est, quia proxima Deo est. Imò Deus est via, veritas, & uita. Et quia dicebat Bald. in c. licèt causam, in 5. charta. de probatio. quod qui confidit in ueritate, non vadit per mendicata suffragia, sed festinat, ut veritas inquiratur. Fuit per dictos commissarios veritas reperta, quòd memoriale illud fuit vere per Regem expeditum, per
8 fiat, ex certa scientia, scilicet Regis, † quę certa sciẽtia pricipis potest etiam probari per testes, secundum Bal. in c. 1. in princ. per quos fiat inuesti. & not. And. de Iser. in consti. Regni. dignum, de iurę cur. obseruando. Et pro hoc est una optima & singularis decisio Rotę 33 a. quæ incip. licèt Romana curia. de quo dixi post Bal. in c. 1. §. sed & res, per quos fiat inuestitura. Et sic assensus potuit probari per testes secundũ And. in ca. 1. de prohib. feudi ali. per Lotha. & Luc. de Pen. in l. si quos. in verbo, consensum. C. de decurio. lib. 10. igitur dicta reuocatio fieri non potuit. Quartò pro hoc allegatur gl. Io. An. in Cle. dudum §. nos etenim, in verbo, verbo. de sepu. vbi dicit, quòd ibi videtur casus
9 expressus, † quod priuilegium, vel gratia Apostolica valet, de qua cõstat, licèt scriptura super ea cõfecta non sit, allegat gl. 25. q. 2. c. institutionis. quę vult, quòd princeps sine scripto dat priuilegium. Quintò adiicitur authoritas Inn. in c. constitutus. in uerbo iuramento. de rescrip. qui dicit, quòd exceptio, quòd in rescripto non est facta mentio, quod canonici iurauerunt non recipere canonicum vltra numerum, semper potest opponi usque ad diffinitiuam sententiam, tãquam uerè peremptoria, quia hęc exceptio non afficit literas, sed gratiam Papę, quę potest fieri sine literis. Patet ergo, quòd princeps potest facere gratiam, & ualet gratia etiã
10 sine literis. Sextò adducitur, † si de iure credẽdum est unicuique de arte sua, ut l. distin. cap. ut constitueretur. nam & notario creditur de suo officio. C. de falsis. l. si quis decurio. & not. Inno. in c. cum in iure. in glo. hoc uidere, de offi. deleg. et plene per Bar. in proœ. ff. Veteris, in 4. col. & And. in constit. Regni, terminum vitę, & plenè per Alex. 9. dist. c. ut ueterem. Luc. de Pen. in l. curiosi. C. de curiosis. lib. 12. Bald. in l. compensatione. de fid. instrum. in 6. colum. & Alex. in 1. uol. consi. 15. & in 2. uol. consi. 1. & consi. 107. & in 3. uol. consi. 117. & in 4. uolum. consi. 55. & Bart. in l. 1. §. fin. ff. de uentre in spi. cum concor. quę ibi allegantur. Septimo magis credendum est scripturę principis asserentis in memoriali per verbum, fiat, quando cõstat, quòd
11 illa est scriptura principis, † cùm & legato principis sine literis legationis credi debet, ubi ipse est uir magnę uirtutis 97. distin. cap. nobilissimus. Igitur maiori ratione credendum est scripturę principis asserentis per verbum, fiat, in memoriali super assensu eiusdem Regis impetrãdo. Quare fuit uotatum & sententiatum per Regiam maiestatem Regis Ferdinandi primi, dictam reuocationem fieri non potuisse post memoriale signatum per Regem super alienatione castri per uerbum fiat, licèt adhuc non fuerit sigillatum, ex quo constabat de ueritate, quòd dictus Rex assensit dictę alienationi per scripturam suam, fiat. Nec obstant in contrarium allegata, quia habent locum in alia materia, quam in materia assensus Regii, qui non requirit scripturam, sicut requirit scripturam eius priuilegium. Hęc sunt digna memorię commendanda, quia fortè quilibet diceret contrarium prima facie.

ADDITIO

a *Verbum fiat.*] Et quòd gratia dicitur perfecta ex solo uerbo, fiat, uo. Bal. in l. fin. in princ. C. de com. ser. manu. & in l. fi. 2. col. uersi. & ideò fuit. q. C. sent. resc. non posse. facit, quod not. Bal.

Bal. in l. humanum. in fi. C. de leg. & consuluit Dec. in consi. 75. inci. in causa falsitatis. 7. col. Th. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLIII.

1 *Memoriale expeditum per verbum fiat, q̀ faciat gratiam ipsam perfectam. item verbum fiat iustitia, in memoriali contentum importat, quòd iudex cognoscat & decidat.*
2 *Verbum contentum in memoriali executiuo iustitiæ, si dicat. iustitiam fieri non negamus, tunc videtur concedi executio iustitiæ, per quæ verba contenta in rescripti Papa fuit decapitatus Corradinus.*
3 *Quando sigillum fuisset impositum in regio assensu & deperditum, an valeat assensus.*
4 *Hodie secundùm nouellam pragmaticam oportet assensū registrari cum sigillo pēdenti infra octo menses, aliàs memoriale expeditum non valet.*
5 *Veritas & veritatis verbum quid significat.*

1 HAbetur in tota ista longa deci. † q̀ verbum fiat, in memoriali contentum faciat gratiam perfectam. hoc etiam affirmat Fel. in c. Rodulphus, nu. 26. de rescri. vbi inter alia citat Bal. in d. l. fi. qui ait, q̀ posteaquā gratia fuit expedita per istud verbū fiat, nihil est, q̀ ipsam suspendat. quod etiā voluit Cass. in cōsu. Bur. des iustices droictz. rub. 2. nu. 180. §. 5. f. 61. Rip. in respon. 1 t. de quo verbo fuit facta mentio supra in decisio. 218. vbi fuit conclusum, q̀ hoc verbū fiat iustitia, nil iuris parti tribuit in rescripto, sed tm̄ per ea datur potestas cognuscendi & causam decidendi. Dec. in consi. 198. pro tenui facultate,
2 col. fi. † circa si. bene verum est, q̀ quando rex diceret in rescripto executiuo iustitiæ, iustitiam fieri non negamus, q̀ tunc uidetur cōcedere exercitium iustitiæ secundùm Ang. in l. generaliter. C. de secun. nup. vbi refert per tale rescriptum Papę ita expeditum, aliàs fuisse decapitatum Corradinum, q̀ fuit in foro magno Neap. in loco, vbi adest hodie quædam domuncula vndique clausa, & hoc vt nemo haberet decætero aditum in
3 d. loco tāquam malefacto siue consacrato regali † sanguine, vt fertur. Et insuper in prædictis addi, q̀ quando sigillum fuisset impositum & deperditum, q̀ nihilominus assensus valeret de iure, quando ista constarent secundùm Abb. in c. innotuit. in
4 gl. 2. de electio. † sed hæc omnia hodie cessant secundū nouellā pragmaticam, per quam fuit inductum assensum prędictū expeditum per uerbum fiat, in memoriali cōtentum nullam fidem facere, nisi infra octo mēses expediatur, & registretur priuilegium cum sigillo pendenti in Regia Cancellaria, & causa huius pragmaticę fuit quædam causa Mag. Matthei Maiorana cū regio fisco de quibusdam introitibus feudalibus Mag. Cæsaris Mormilli tunc rebellis, de qua fuit facta mentio supra in dec. 197. quod etiā olim erat per ca. reg. incip. item quū ad petitionem. fol. 54. quod dicit, q̀ literæ sine sigillo pendenti non ualeant. sequitur hęc Io. Bap. Ferr. consi. 127. sola. licèt hic auctor in c. imperialem. in prin. nu. 90. dicat sufficere subscriptionem sine sigillo, & quia hic auctor multa uerba effundit de ueritate, de qua etiam nonnulla trascribit Neap. in proœ. consuet. Neap. fol. 7. & plenius quam alibi legerim post And. & hunc auctorem in c. 1. de contentio. inter dom. & uas. de inuest. feud. per Albe. in l. cum ita legatum, sumpta occasione à uerbis iurisconsulti, qui ibi dicit, si uerum amamus. ff. de cōd.
5 & dem. † declarat nonnulla Alex. de ueritate qui dicit secundùm Philosophum esse adæquationem rei ad intellectum, in consi. 56. in præsenti. 4. vol. ibi Recen. qui citat diuum Thomā de Aquino, quæ adæquatio rei ad intellectum aliter sapientibus & vere fit, & aliter insipientibus: cum vnica sit veritas, & scriptum est, scienti & ignoranti omnia sunt plana.

Cæs. Vrsill.

DECISIO CCLIIII.

1 *De communione nulla propter defectum Regii assensus.*

SVMMARIVM.

1 *Communio inter duas ciuitates sine Regio consensu præscribi an possit longissimo tempore.*
2 *Feudum inter priuatos ut feudum an præscribatur longissimo tempore.*
Præscriptio longissima omnem tollit actionem.
3 *Præscriptionis patientia alienationis est species.*
4 *Feudi pars nullo tempore præscribi potest.*
Possessio immemorialis vim Regii assensus & priuilegii habet.
5 *Clausula, nulla præscriptione obstante, non excludit præscriptionem immemorialem.*

SAepe fuit iste casus in sacro Consilio, quòd inter duo castra, uel inter duas ciuitates est contracta communio super aquis, herbis & pascuis lignis, & in tali communione non interuenit assensus Regius, & sic communiter uixerunt per 80. an
1 nos. † Demum vna pars non vult stare in dicta communione, & altera pars vult stare in communione.

Vtrum ex possessione, 80. annorum sit quæsitum ei aliquod ius super dicta communione. In isto Regno est declaratio Reginæ Ioannæ secundæ, quæ incipit, pondus ęquum &c. Quę dicit, quòd talis communio continet speciem alienationis, quę in feudalibus absque superioris licentia est penitus interdicta, & ideò talis communio non ualet. Fuit dubitatum, utrum per pręscriptionem prædictam longissimam allegato solum assensu dicta communio dicatur pręscripta & non possit rumpi? Dicebant quidam doctores de Consilio Regio, quòd text. in capitu. 1. §. præterea. de capi. Corradi, qui dicit, nulla præscriptione obstante. intelligitur de præscrip-
2 tione longi temporis, non de longissima; † quia feudum inter priuatos ut feudum potest præscribi præscriptione longissima, quia per eam omnis tollitur actio, l. sicut. C. de præscri. 30. annorum ne dominia rerum sint sub incerto, & ita tenet gl. in d. §. præterea, quam sequuntur Bal. & Iacob. de Bel. & pro hoc facit capi. si quis per 30. si de feud. fuerit controuersi. Et hanc opinionem firmant Iaco. Aluerot. & Mart. de Laude, & Prępositus in d. §. pręterea. & pro hoc And. in capi. 1. §. illud. de proh. feu. alien. per Feder. Sed illi non uiderunt And. in d. §. præterea, qui dicit, quòd nulla præscriptio etiam longissima habet locum in feudis contra dominum, hęc opinio approbatur in summa Iacobi de Ardi. 10 rubr. Vtrum currat pręscriptio in feudis, & hoc probatur per tex. in l. Imperialem, quę dicit, q̀ nullo tempore præscribitur feudum, quia sicut vasallus prohibetur alienare
3 feudum † ita uidetur prohibitus pati pręscriptionem, cum in frandem domini uideatur fieri. l. alienationis uerbo. ff. de uerbo. signifi. Et dicit, quòd propterea emanauit constitutio Regni, consuetudinem, de præscriptionibus, quę dicit, quòd omnis præscriptio est sublata contra dominum Regem in feudis, nisi centenaria, & pro hoc facit quod dicit Bar. in l. cum satis. C. de agric. & censi. lib. 11. ubi dicit, quòd illud uerbum, nulla pręscrip-

ſcriptione obſtante, comprehendit etiam præſcriptionem 30. uel 40. annorũ. Alii dicebant, quòd prima opinio glo. quam ſecuti ſunt prędicti doctores, loquitur, quando tractatur de prẹſcribendo feudum inter priuatum, & priuatum prẹſtito ſeruitio, prout loquitur tex. in capi. ſi quis per triginta, allegato.

Secunda opinio procedit, quando eſſet quæſtio inter fiſcum & priuatum. Sed nunc non eſt quæſtio inter fiſcum & priuatum, ſed inter priuatos de iſta communitate, ideò iſta communio poteſt præſcribi allegato titulo, & præſtito, iuxta d. c. ſi quis per triginta. Ego dicebam, quòd iſta com-
4 munio non eſt quota feudi, † ſed eſt pars feudi, & pars feudi nullo tempore poteſt præſcribi, quia in dicta communione nullum eſt certum ſeruitium taxatum, dicit expreſsè text. in conſtit. Regni, conſuetudinem. in §. cęterùm. prælle gata. Vnde omnes Domini uotauerunt, quòd dicta communio eſt ipſo iure nulla propter defectum Regii aſſenſus, non obſtante dicta præſcriptione longiſsimi temporis, ſi tamen fuiſſet probata poſſeſsio centum annorum, uel tanti temporis, cuius initii memoria hominum non exiſtit, iſta prẹſcriptio operatur uim Regii aſſenſus & priuilegii, & conſtituti, ut in capi. ſuper quibuſdam. §. prætereà, de uerbo. ſignificationibus, cum concordan. ibi allegatis in glo. & not. in l. hoc iure. §. ductus aqu. ff. de aqua quot. & æſtiua. & in capitu. ueniens. & in capi. quid per nouale. de uerb. ſigni. & in l. ſi arbiter. ff. de probat. & in l. 1. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. uoluit And. de Iſer. in l. Imperialem. §. prætereà, ducatus, de prohib. feu. alie. per Federic. & in titu. quæ ſint rega. in uerbo.
5 flumina. & Bald. in l. de quibus. ff. de leg. Et ſic † illa uerba, nulla præſcriptione obſtante, non excludunt prẹſcriptionem tanti temporis cuius initii memoria hominum non exiſtit, ut dicit Ange. in l. 1. C. ne rei dominicæ uel templorum. ut patet ex no. in capi. 1. de prẹſcrip. lib. 6. & de hoc eſt glo. in authen. ut de cætero rerum eccle. commut. & c. in §. de cętero. quam ad hoc ponderauit ibi Angeli & alleg. ipſum Bal. in l. 1. C. de annalli excep. & idẽ tenet Ludo. Roma. in l. 1. ff. de uſucapio. & Bal. in authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccle. Vbi autem in communione prędicta interueniſſet Regius aſſenſus, uel poſſeſsio centenaria, & poſtea unum ex dictis caſtris effectum eſſet inhabitatum, ut ſolet contingere in guerris, tunc dominus illius caſtri inhabitati poſſet dicere, quòd non vult vlterius ſtare in communione, ut dicitur in d. c. pondus equum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLIIII.

1 *Communione inter duas vniuerſitates probata de territorio & iure paſculandi an valeat cum regio aſſenſu, vel ſine, & ſi Affl. bene dicat, quatenus velit, quòd cum regio aſſenſu valeat.*

2 *Pactum vel conuentio, quòd ſemper ſtetur in communione, quod non valeat, & maximè quando ſocius fuiſſet effectus rixoſus, vel aliàs moleſtus.*

3 *Res particularis feudi non poteſt prẹſcribi, ſiue quis velit rem ipſam particularem feudi præſcribere vt liberam, ſeu cum ſeruitio.*

4 *Quotam feudi poteſt quis præſcribere ſpatio 30. annorum præſtando ſeruitium.*

5 *Per ſpatium centum annorum, vel per prẹſcriptionem, de qua non eſt memoria hominis in contrarium, an inducatur communio inter duas vniuerſitates.*

6 *Qualiter autem probetur prẹſcriptio, de qua non eſt memoria hominis in contrarium.*

7 *Sublata præſcriptione nunquam videtur ſublata prẹſcriptio centum annorum.*

Conclusio in præſenti dec. eſt, quod hæc communio inter iſtas
1 vniuerſitates ſic † probata non valeat: quia adeſt defectus regii aſſenſus, nam agitur de præſcribenda re particulari feudi, quæ non poteſt prẹſcribi, niſi præſcriptione centenaria, vel ea de qua non ſit memoria hominum in contrarium per conſtit. reg. conſue. in verbo cæterum. adde in prædictis circa primum, ne fallaris, quatenus Affl. ſe fundat, quod ex defectu regii aſſenſus non valeat iſta communio, quaſi velit, quod ſi regius aſſenſus interuenerit exiſtente validitate communionis, quod nõ poſſit fieri diuiſio, nam hoc non eſt de iure verum, per tex. inter alia. l. in hoc iudicium. §. ſi conueniant. ff. communi diuid. per
2 quem cauetur, non valere pactum, neque conuentionem † quod ſemper ſtetur in communione, declarat Iaſ. poſt alios ſcriben. in Inſt. de actio. vbi citat nonnulla conſi. Alex. §. quædam nunc. Et conſuluit in propriis terminis Corne. in conſi. 49. quoniam in præſenti 3. vol. in communione perpetua inter duas vniuerſitates. & Dec. in conſi. 265. in inſtrumento. in conſilio 442. in cauſa in qua, nu. 74. Hyp. in ſing. 9. nemo. Cur. Iun. in conſi. 111. 112. & 125. & melius hic Affl. in c. 1. § econtrario. circa fi. de inueſt. de re alie. fa. vbi uidetur inducere iſta procedere, etiam ſi interueniſſet regius aſſenſus; quia hoc poteſt iſta operari; quod quis cogatur ad ſtandum ſemper in communione maxime in prædictis, ſi ſocius fuiſſet effectus rixoſus, vel aliàs moleſtus & inimicus, iux. tex. l. ſi conuenerit. §. fi. ff. pro ſoc. de quo per Cur. Sen. in conſi. 66. ſapienter optimus, col. 17. in uerbo capio nunc. & fuit notatum ſupra in dec. 238. nu. 5. & per Tiraq. in retr. conſang. §. 1. in gl. 18. in uerb precium, num. 40. fol. 112. Nam tunc nullatenus quis cogitur in communione ſtare, hoc idem Dec. in conſi. 349. conſuluit excellentiſſimus, qui loquens in minoribus, qui prohibentur prouocare ad diuiſionem, maxime exiſtente præcepto teſtatoris quòd poteſt recedi ex cauſa & fieri diuiſio. refert & ſequitur Gram. in deciſi. 7. nu. 5. qui citat d. conſi. Dec. retortum contra quendam iuuenem, qui ipſum pro ſe allegabat, & nonnulla alia ſimilia pro iſta parte adducit, & voluit hęc Loffred. in conſi. 25. per totum, max. nu. 7. qui facit differentiam inter communionem & ſeruitutem, vt primo caſu eſſe non poſſit, in ſecundo ſic. & hæc paſſim & indiſtincte hodie ſeruantur in regia camera ſummariæ. Nam quando duæ vniuerſitates vna ex eis non vult ſtare in communione, & petit diuiſionem prædictam, ſtatim fit, prout fuit mihi de facto hodie, qui fuit 30. Aug. 1550. in cauſa vniuerſitatis Litii cum caſale Squinzani: nam petita diuiſione in regia Camera per dictum caſale ab vnione in omnibus cum dicta vniuerſitate Litii fuit interpoſitum decretũ, ſeparationem prædictam fieri debere, & ſi vnio ipſa fuiſſet per tantum tempus, de quo memoria hominum nõ extabat, eſſetque roborata quibuſdam literis regis Ferdinãdi primi, actua. dictæ cauſæ Io. Fran. Palomba, de qua fuit facta mentio ſupra in dec. 128. Circa aliud quod vult Affl. hic, quod res † particularis
3 feudi non poſſit præſcribi, adde quod Luc. de Penna in l. vſu. de aquæ ductu, li. 11 nu. 4. & in l. ſi quis ab emphyteuticario. C. de omni agro deſe. eo. li. 11. videtur voluiſſe prædicta non procedere, quando quis voluiſſet etiam dictam rem particularẽ feudi præſcribere, & dominum ipſum feudi pro illa re particulari recognoſcere, præſtando eidem aliquid nomine ſeruitii, & hoc per tex. d. conſt. reg. conſue. dum quando loquitur de re particulari feudi præſcribenda dicit velut libera ſecundũ eũ, quaſi ſecus velit, quando quis vellet etiam rõne rei particularis feudalis ſeruitium præſtare, quæ dicta per eũ videtur aperte contra dictam conſt. quæ licèt dicat, velut libera, tamen nõ ſtat in prædictis verbis ſed ſubiicit, vel qualitercunque, quod eſt verbum generale, prout eſt textum l. fideiuſſor. §. prætor ait. ff. qui ſatiſdare cogantur, cum ſimilibus, & ſic quo-

modocunque, quòd qui voluissent rem particularem feudi præscribere, hoc facere non potest, siue velit rem ipsam particularem feudi præscribere vt liberam, siue cum seruitio, hoc etiam testatur Gl. in const. diuæ memoriæ, in verbo reuocari, in fine, dum dicit. fundus verò vel domus feudalis nullo tempore potest præscribi, citando dictam constitutionem con suetudinem. in fine. hoc idem Paris in tracta. reinteg. fol. 145. in capitulo, quod incipit consuetudo, nu. 5. & melius fol. 151. nu. 15. & dum ista quæstio fuisset mihi de facto in causa magnificorum Lucii & Fabii de Loffredo in anno 1542. cum quidam rusticus tenuisset quandam rem particularem feudi ipsorum fratrum per annos 70. & soluisset annuatim ipsis fratribus redditum ducatorum quatuor, fuit sententiatum per sacrum consilium, dictum rusticum condemnari debere ad restitutionem dictæ terræ reintegrandæ feudo ipsorum fratrũ. & hoc non obstante dicta solutione facta per dictum tempus, actuarius egregius Ioannes Portius, & hoc de re particulari,
4 de quota verò feudi † ꝙ possit præscribi, quando quis possidet spatio triginta annorum cum præstatione seruitii, vltra scribentes in locis communibus in vsibus feudorum affirmat Dec. in con. 144. & mature, nu. 2. Ias. in con 209. col. 1. & in 2. vol. latius Cassa. in cons. 11. nu. 88. vbi etiam citat Ale. in cons. 316. in prin. in 2. uol. dicens in prædictis non sufficere possessionem decem annorum cum allegatione tituli, de quo etiam per Parisi. in consi. 27. in præsenti. num. 67. 91. & 92. sunt etiam an
5 notationes inf. de. 324. De alio verò tacto per Affl. hic † ꝙ ad inducendam istam præscriptionem inter istas vniuersitates requiratur spatium centum annorum, vel præscriptio, de qua non sit memoria hominum in contrarium. Soc. in consi. 15. in causa & quæstione. vol. 3. in seruitute pascendi in alieno territorio Dec. in cons. 550. iuridicam, latius Cassa. in cõsue. Burg. de forest. rub. 13. §. 2. fol. 370. qui cæteros concordantes adducit, & ista præscriptio causat possessionem & dominium directum. Corneus in consi. 22. in præsenti. col. fi. 3. vol. habet vim constituti & priuilegii, And. plenè in c. imperialem. §. nec dominus feud. col. 3. nu. 50. vbi etiam ꝙ demanalia regis per ipsam præscribantur. Idem Corneus in consi. 287. Dominus Iachinus. 6. col. vol. 3. militat etiam vbi ius commune resistit. idẽ Cor. in cons. 368. uol. 5. probatur ista præscriptio cum aliis per testes de auditu. Corne. in consil. 304. vol. 3. rem arduam. qui dat intellectum ad glosam. l. at qui natura. §. qui absentem. ff. de negotiur gestis, quæ simpliciter dicit, per famam probari do
6 minium. Cur. Iun. in consi. 61. nu. 11. & in consi. 20. nu. 6 † modum autem articulandi hanc præscriptionem post gl. in c. 1. de præscriptio. in 6. declarat idem Corne. in consi. 47. in præsenti consultatione. in fi. vol. 3. latius per Aymo. in trac. de antiqui. tempo. fol. 108. ibi, si dicat ista communio inter istas vniuersitates præscriptio uel consuetudo. Capici. in deci. 163. Ista præ
7 scriptio † centum annorum nunquam videtur sublata. Bert. consi. 98. nu. 12. uol. 1. Cur. Iuni. 158. nu. 12. Cassane. in consue. Burg. des main mortes, rub. 19. §. 1. & seq. fol. 401. & per hunc Affl. in præludiis consti. reg. q. 2. vbi concludit, uniuersitatem carentem iurisdictione non posse facere huiusmodi statuta; notaui etiam de prædictis infra in dec. 277. & 290.

Cæs. Vrsill.

DECISIO CCLV.

De alienatione feudi, ut rei Burgensis.

SUMMARIUM.

1 *Feudum, tanquam res Burgensis alienatum, an sit deuolutum.*
Feudalis res qualiter probanda.
2 *Venditoris culpa an transeat in singularem successorem.*
3 *Feudum ipso iure deuoluitur non petita inuestitura.*

HAbens feudum rusticum sine uasallis in baronia baronis sub certo paruo annuo reditu, stetit per multos annos, quòd non præstitit domi- § dictum reditum, nec dominus petiit. demum iste habens hoc feudum alienauit magno pretio recepto illud tanquam rem burgensatica emptori ignoranti rem esse feudalẽ, & tradidit, isto emptore tenente, & possidente dominus baronię facit conuenire in Consilio istum emptorem, dicẽs feu
1 dum ad baronem spectare, † quia fuit alienatum tanquam res burgensatica, ideò feudum est diuolutum iuxta materiã ca. si uasallus feud. si de feudo fuerit controuersia inter do. & agna. dato termino ad probandum & defendendum. dominus probat, ꝙ illud territoriũ est infra fines feudi, & quòd est scriptum in publico inuentario authentico, ꝙ est feudum de sua baronia, & quòd fuit solitum con cedi in feudum sub annua prętatione per unum instrumentum. Item ꝙ est fama publica, ꝙ est feudum. Item probat, quòd semel ipse uenditor prętitit reditum, & sic probauit, quòd uenditor sciebat esse feudum. Item probauit, quòd dictus uenditor dixit extra iudicium, quòd dictum territorium est de feudo baroniæ. Ille emptor conuentus laudauit suum authorem, & ille comparuit & suscepit in se iudicium, sed nihil fecit. Sed emptor dedit articulos suos dicendo, quòd ipse emit dictũ territorium ut rem burgensaticam, & nunquam
2 sciuit, quòd erat feudalis, † quòd illa culpa uenditoris non transiuit in singularem successorem; qui non fuit in culpa, quia culpa unius non debet esse pœna alterius, ut notatur in capi. venerabilem, de ele. qui per ignorantiam contraxit, puniri non debuit, arg. ff. de admi. tut. l. chirographis. §. fi. cum ipse non debuit diuinare. ff. ad leg. Aquil l. si putator. cum concor. & offert soluere reditum præteritum & futurum. Dicebat dominus Baroniæ, quòd rei uendicatio intentata contra emptorem prædictum competit ipsi auctori contra quemlibet possessorem, secundum Bal. in c. 1. §. porrò. quæ sit prima causa benefi. amitten. alleg. C. de dona. quę sub modo. l. 1. nam illud directum dominium domini sufficit ad vendicandum, nec emptor replicare potest de vtili dominio, quia replicatur de culpa, & in modum replicationis priuabitur iure suo. verba sunt Bald. ibi, facit id quod dicit Bal. in l. Imperialem in §. insuper. de prohib. feu. alien. per Feder. dũ dicit, ꝙ partis demeritum ponderatur, & non oblatio competentis satisfactionis. Fuit per omnes Dominos votatum, quòd ex quo per dictam alienationem feudi alienati ut burgensatici à vasallo,
3 qui habuit notitiam, quòd erat feudum, † ipso iure feudum est deuolutum ad dominium, per tex. in d. capi. si uasallus feudum, ubi dicit tex. ex hoc feudum amittat, exponitur. i. ipso iure, ut not. in c. 1. §. 1. porrò. præallegato. & not. And. in c. 1. quo tempore miles, & in capi. 1. de feudo sine culpa non amit. & tunc quia iniuria commissa in dominum ex dicta alienatione, ut in §. fin. quę sit prima causa bene. amitte. trahit secum execu tionem & transit illa pœna etiam in singularẽ successorem, sicut in hęredem, ut in l. 3. quod ait. ff. quod quisque iuris, & not. Bald. in d. §. insuper. Et pro hoc melius facit id, quod dicit And. in d. §. porrò, ubi dicit, quòd ista pœna est rei persecutoria, & sequitur rem; & transit penes quemcunque res transit. Et sic fuit iudicatum, quòd dictum feudum debeat dicto baroni applicari cum fructibus a tempore

dictæ

dictę alienationis, & breui manu fiat executio contra uenditorem pro euictione promissa, iuxta formam dicti instrumenti ad instantiam dicti emptoris.

ANNOTATIO IN DECISIONE CCLV.

1 *Vasallus habens feudum etiam sub paruo redditu si ipsum alienat vt francum scienter, domino aperitur. idem in re emphyteutica & in annuis redditibus, & tunc non habet locum reuocatio. & idem in feudis quaternatis, & ponitur casus in facto.*

2 *Quando quis ex scripturis per eum præsentatis se ipsum excludit, non opus est, quòd ab alio excludatur.*

3 *Si dominus permisit aliquem inuestire de feudo, si hic commisit culpam, antequam à domino inuestiatur, dominus non tenetur eum ad inuestituram admittere.*

4 *Culpa quando dicatur placitata in vita, quia dominus non fuit conquestus de delicto vasalli, distingue ut hic.*

5 *Feudum non dicitur francum, nisi expresse dicatur, & si in instrumento inuestituræ habeatur ad vendendum, & alienandum.*

1 HAbetur in præsenti dec. ꝙ † quando vasallus habens feudum rusticum etiam sub paruo redditu, si illud vt francũ scienter alienat, aperitur domino. vide: quia cum in decisione conuenit Guido Papa in dec. 305. si vasallus. Aymo in consil. 112. in causa magistri. no. 11. qui citat Affl. hic, & extendit prędicta locum vendicare etiam in emphyteuta distrahente rem emphyteuticam pro franca & libera, approbat dñs Marinus Frecia in trac. de subfeu. fol. 105. cum sequenti, extendens ista procedere etiam in feudis quaternatis: nam si ea alienentur veluti franca & libera, ꝙ etiam domino aperiantur, & non habet locum reuocatio iuxta const. diuæ memoriæ, quæ vult, vt omnibus notum est, ꝙ ipsemet, qui alienauit, possit reuocare, sequitur hæc etiam Gram. in cons. 151. in ciuilibus, in annuis redditibus feudalibus, nam si alienentur pro franchis, ꝙ deuoluantur, quæ vera videntur, & secundum ista intelligenda puto quæ voluit hic auctor infra in dec. 178. qui concludit, ꝙ filius valeat reuocare alienationem factam de re feudali veluti franca, vbi præstatur seruitium personale, scilicet ꝙ possit reuocare, quando dominus non egisset ad amissionem rei feudalis alienatæ scienter pro franca & libera iuxta terminos istius decisionis, ꝙ procedit in ol feudo vendito pro franco & libero scienter, vt ibi notaui licèt Capicius aliter videatur voluisse in dec. 103. contra quem aliter fuisse decisum in cons. mentionem feci supra in dec. 129. in quadam causa illorũ de Circello cum Comite Murconi, de quo Gram. fecit aliam dec. nu. 77. Et ego sic vltra supradicta his diebus proxime decursis habui hunc casum de facto cum mag. Paulo Poderico & Nicolao Cioffo, qui Nicolaus vendicabat quandam terram feudalem feudi delo Oriano redditiriam pro d. feudo unum par chirotecarum, & illud ex capite restitutionis in integrum ex præsentatis scripturis nouiter repertis, in quibus demonstrabatur, rem ipsam feudalem esse dicti feudi delo Oriano: tamen quia ex aliis scripturis per partem præsentatis apparebat dictam rem feudalem scienter bis fuisse alienatam pro franca & libera per And. Cioffum primum concessionarium seu feudatarium, qui acceperat illam rem in feudum, fuit d. Nicolao agenti suo suc-
2 cessori obiectum, audiri non debere: quia d. scripturæ † per eũ præsentatæ ipsum excludebant per iux. l. mercalem. C. de cód. ob turpem causam, cum sim. & per ea quæ notat And. in c. imperialem. §. insuper. in verbo item quæri, de prohib. feu. alien.
3 per Fede. vbi concludit, dato † ꝙ dominus promisisset aliquẽ inuestire de feudo, ꝙ si constet hunc petentem inuestituram commisisse culpam, dominum non adstringi inuestituram facere, voluit Paris in trac. reint. fol. 147. in c. quod incipit, an si vasallus. ad quæ faciunt etiam quæ voluit Rom. in consi. 459.
4 in proposita duo una causa inimicitiæ ortu † ꝙ quis non teneatur promissa adimplere inimico. & quamuis diceretur ex aduerso, culpam placitatam, ex quo per prædecessores dominos feudi non fuit facta reuocatio secundum opi. aliquorũ, de quibus per And. in c. 1. §. porrò. quæ fu prima cau. bene. amit. col. 3. & per Cuma. in cons. 164. prælatus. & Rui. in cons. 10. & & 128. 1. uol. Tñ fuit dictum tn contrarium esse com. opi. secundum And. in d. §. porrò. col. 4. in ver. alii dicunt & melius, ꝙ detur actio hæredi & cõtra hęredes indistincte, licèt Cur. distinguat in trac. feu. in tit. ex quib. cau. feu. amit. fo. 42. tamen vera est opinio vt supra, ꝙ quãdo fit deuolutio ipso iure, siue defunctus habuit tempus querelandi, siue non, non dicatur culpa placitata, et ꝙ defunctus non accusasset in vita, tñ hæres poterit accusare data maxime ignorãtia, prout ita etiam tenet Ias. in l. omni modo. C. de inoffi. test. & per Ale. melius in l. rei iud. ff. soluto matr. in prin. Rip. in l. si. C. de reuocan. dona. q. 61. & per Tiraq. latius, ad quem me remitto, in repe. l. si vnquã, in verb. reuertatur, num. 8. cum seq. & secundum istam opin. iudicauit Sacr. consi. declarando dictos actores, qui vendiderant rem feudalem pro franca & libera, non esse audiendos, absoluendo cõuentos ab impetitione an. 1555. die 14. Iulii, de qua causa fuit actu. egr. Hannibal Cæsareus, & insuper in prædictis nota, ꝙ quatenus hic habeatur de feudo franco, ꝙ feudum non dicitur francum unquam, nisi expresse dicatur, etiam ꝙ in inuestitura habeatur ad vendendum, alienandum & ad vnum par sopaliorum, & si alia seruitia non exprimantur secundum Capi. in decis. 64. per tex. c. prioni. in fi. ubi And. & Affli. per quos fiat inuesti. ubi etiam de ratione differentiæ; sed vide infra in dec. 361. num. 4. 5. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCLVI.

De curatore ad litem pupillo conuento dando.

SVMMARIVM.

1 *Curator ad litem pupillo conuento an dari debeat 3.*

2 *Intellectus ad §. si pupillus. l. qui habet. ff. de tutelis.*

MAter vidua egit cõtra tutorem pupilli si pro dotibus suis, quia uolebat transire ad secũda uota, & petiit, ꝙ compellatur tutor ad producendum solennia, ut iudicium ualeat. ille tutor non curat producere solennia, & sic causa dilatatur, pro parte matris fit instantia, quòd postquam non possunt haberi solennia, quòd huic pupillo
1 detur curator ad litem. † Quęritur, utrum possit hoc de iure fieri? Videbatur prima facie dicendũ, ꝙ hoc non potest fieri, per tex. in l. qui habet. §. si pupillus. ff. de tutelis, ubi dicitur, sciendum est, siue pupilli agant, siue conueniantur, dari his curatorem posse: sed non aliter, quàm si ipse petat, cui dari cum oportet. ergo si infans non petat sibi curatorem dari, iudex non potest sibi dare curatorem ad litem. Item tunc iudex potest dare curatorem ad litem pupillo, quando pupillus non habet tutorem præsentem uel absentem. Sed si habet tutorem prę sentem, uel absentem, non ualet datio curatoris, ut in l. curatorem. ff. de tuto. & curat. datis ab his, & not. Bar. in l. curator. ff. eo. tit.
2 & ibi Alex. in Apostillis. † Pro intelligentia iurium
2 prædictorum fuit conclusum in Consilio, quòd dictus §. si pupillus, intelligitur solum in casu suo, scilicet quando tutor agit cõtra pupillum. Sed quãdo alius non tutor agit in iudicio contra pupillum maiorem infante, tunc datur per iudicem curator ad litem, etiam quòd ipse pupillus non petat, seruata tamen forma. l. 1. C. qui pet. tut. uel cura. quæ forma est, vt ad instantiam actoris iudex faciat mãdatum pupillo maiori infantæ, ꝙ veniat ad petendum curatorem ad litem, & si comparuit, dabitur curator ille, quem petierit. Sin autem sit contumax, iudex dabit sibi curatorem ad litem,

Idem dicit ibi Saly. aliàs si pupillo conuento Iudex non posset eo non petente curatorem ad litem prouidere ei de curatore ad litem, sequeretur, quod nunquam pupillus non habens tutorem non posit cóueniri, nisi prius ei prouiso de tutore, cum ipse nũquam peteret sibi curatorem dari ad litem, quod non est dicendum secundùm Sali. ibi, & idem dicit Bal. in l. ait prætor. §. permittitur, ff. de minorib.
3 † Ad secundam dubitationem dicebatur, quòd satis dicitur pupillum non habet tutorem, si habet, & non potest exhibere solennia. l. eleganter. §. si seruus. de dolo, cum conc. allegatis per And. in ca. 1. §. præterea. quę sit prima causa bene. amit. & ideò quia habetur, ac si non esset tutor, potest eo non petente, dummodò primò precedat dictum mandatum per iudicem, potest dari ei curator ad litem, & ita tenet Mod. scribentes post Io. Fab. Insti. de curatorib. §. item inuiti. & cum ista doctrina ita fuit prouisum in consilio de curatore ad litem, & non secundùm illum ritum antiquum magnæ curiæ corrupte intellectum a procuratorib. quòd sine difficultate datur pupillo curator ad litem. uerũ est. f. secundùm dictam. intelligentiam, aliàs processus esset nullus est defectu personæ inhabilis in iudicio sine dicta solennitate.

ADDITIO.

a *Consilio.*) Vide etiam infra in decis. 262.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLVI.

1 *Quando alius non tutor agit contra pupillum maiorem infante, tunc datur ei curator, etiam quòd ipse non petat.*

2 *An infanti iudex ex officio in aliquo casu potest dare curatorem ad litem, & hoc quando nullus comparet pro infante.*

3 *Quando iudex dat curatorem hæreditati iacenti, & quid de bonis captis a turpis, an dentur magis coniunctis.*

4 *Exceptio non confecti inuentarii repellit tutorem.*

1 QVod §. si pupillus, solum intelligatur in casu suo, scilicet quando tutor † agit contra pupillum, vel quando pupillus ageret contra tutorem, nam tunc si pupillus nõ petat, non datur ei curator, sed quando alius non tutor agit contra pupillum maiorem tamen infante, tunc datur curator per iudicem, etiam quòd ipse non petat, conuenit sub inuolucro uerborum tamen Rom. in cons. 454. uidetur præsentu. in 3. col. in 2. dubio, & Alex. in cons. 123. videtur prima facie. 1. uol. ubi plene concludit quasi per totum consilium, & maxime in versiculo octauo, pro hoc quòd maior infante agens contra aliũ cogatur inuitus curatorem accipere, quod etiam approbat Marant. in Speculo, parte 4. fol. 69. nu. 56. & hæc quando pupillus est maior infante, secus si minor, secundùm Maran. ibi, & Affl. infra in deci. 262. vbi ponunt remedium, omnia acta reintegrari, quando fuisset nullum processum, uel ei dare tutorem
2 debere, secundum Maran. in d. loco. Sed quòd isto † casu etiã possit dari curator ex officio iudicis ad litem, tenet Bald. in l. nec quicquam §. vbi decretum, col. 7, de offi. procõ. istud etiam videtur affirmare idem Bal. in d. c. 1, de mili. vasa. qui contu. est, ubi dicit dari debere in subsidium, licèt Affl. in d. dec. 261 contrarium videatur velle allegat Bal. dicere, vt ibi notabitur, sed quòd detur tutor isto casu, quando est infans, uel minor infante, tenet Ioan. Fab. in d. §. inuiti, citatis agnatis & cognatis, iuxta tex. l. hæc autem. § non defendi. ff. ex qui. cau. in posse. ea. & dicit Io. Fab. quòd si nullus côpareat, qui pupillum minorem infante defendat, fiat immissio in bonis, quod vltimum non uidetur uerum, ex quo infans & minor infante non possunt citari, neque patiuntur primum decretum, neque secundum, prout no. in d. decisi. 262. & habetur per Roma. in d. cons. 454. & tenet Imo. in l. contra pupillum, de re iud. considerabam etiam,
3 si isto casu poterit dari curator hæreditati † iacenti, quando nullus comparet, qui infantem defendat, iuxta no. per Ang. in consi. tu 3. præmitto. Areti. consi. 109. clarissime. Capi. in deci. & per Dec. in consi. 575. in casu, qui dicit debet dari magis cõiunctum ut curatorem hæreditati iacenti etiam capto à turcis prout fuit practicatum exclusis aliis concurrentibus in causa cuiusdam Andreæ de Cocotillo de Surrento cum Cæsare eiusdem cognominis anno 1559. Cuius fuit actuarius. Et quòd exceptio non confecti inuentarii repellat tutorem, qui cœpit ad-
4 ministrare. † Cum. cons. 15. quia paterna. Ian. de Cast. in cons. 354. postquam iste 2. col. Curti. Sen. in cons. 67. col. 17. in uersicu. modo ex istis quod incipit, sapienter optimus. & aliqua supra in dec. 75. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCLVII.

De priuilegio eligendi forum miserabilium personarum.

SVMMARIVM.

1 *Miserabiles personæ quæ sint.*

Ecclesiastica persona an habeat priuilegium eligendi forũ, sicut miserabiles personę.

2 *Ecclesia quando habeat fori electionem.*

3 *Feudi quaternati cognitio ad quem pertineat.*

4 *Fori electio miserabilibus personis non datur ad eligendum incompetentem iudicem.*

5 *Fauor miserabilium personarum iniustitiam operari non debet.*

6 *Causa utentis in iure communi fortior est, quàm qui eligit forum secundùm priuilegium.*

DIcit constitutio Regni statuimus, quòd miserabiles personæ habent priuilegium eligendi forum magnæ curiæ uicariæ, si iurant se aduersariorum potentiam perhorrescere id loco iudicis
1 ordinarii. † Et miserabiles personę, secũdùm Azo. in summa. C. quando Imperator. in pupill. uidu. uel miserab. perso. sunt pupilli, uiduę, miserabiles personę, ut senes & decrepiti, & diuturno morbo fatigati, & debiles, & omnes hi de quibus natura mouetur ad miserandũ. Fuit dubitatum, utrum ecclesiastica persona pro bonis ecclesiæ habeat hoc priuilegium eligendi forum magnæ curiæ Vicariæ, hoc non dicit constit. Regni, nec lex unica, C. quando Imperator. Sed bene And. de Iser. in d. constitutione, statuimus. dicit, quòd de hoc uidit dubitari. Et determinatum fuit in consilio quòd sic, & exinde facta fuit declaratio Regis Roberti, quando fuit Vicarius Regis Caroli secundi patris sui. Et pro hoc facit c. cum sit generale. de
2 foro competenti. † Sed illud capi. intelligitur data uiolentia, vel rapina, vel fraude, aliàs cessantibus his ecclesia non habet fori electionem, sed debet sequi forum rei, ut dicit ibi expresse Io. And. in nouel. quem sequitur Alex. in 5. uol. consi. 103. in fin. Et dicebant Domini de Consil. quod istud quod dicitur, quòd miserabiles personæ & ecclesia, per declarationem prædictam sacri Consilii Regis Roberti, ut refert And. possunt eligere, si uolunt agere, iustitiarium regionis, est uerum, si iustitiarius regionis est iudex competens conuenti aliàs si reus non potest conueniri coram eo, puta quia conueniebatur de feudo quaternato, cuius cogni-

3 cognitio † non spectat ad iustitiarium regionis,
sed ad magnam curiam vicariç, ut in consti. Regni.
iustitiarii nomẽ & normam, tunc ecclesia noo po
test eligere iustitiarium regionis. & hoc expresse
firmat Andan d. constitutione. statuimus, in uers.
item quid si pupillus & vidua. Et eadem ratione,
si pupillus, uidua, ecclesia, uel miserabilis perso-
na uellet conuenire aliquem nobilem curialem,
qui non potest conuenin ex priuilegio, nisi coram
Illustri magno Seneschallo coram iustitiario pro-
uinciç, uel in magna curia Vicariæ, uel in S.C. non
posset, quis illa electio fori, quç datur miserabili-
bus personis, intelligitur, & impetratur, si ille
iudex electus per miserabilem personam habeat
4 iurisdictionem in ipsum conuentum † quia non
datur electio fori dictis miserabilib. personis eli-
gere iudicem incompetentem, ut firmat And. in d.
consti. statuimus. in uersi. generalia tamen uerba
& c. sic etiam debet intelligi dictum c. cùm sit gene
rale. ut ecclesia data uiolentia, uel fraude posit fo
rum eligere secularem, uel ecclesiasticum, dummo
do ille iudex electus sit iudex cõpetens ipsius con-
uenti. Et ita fuit pronuntiatum per sacrum Consi-
lium tempore Regis Feder. de uoto omnium Con
siliariorum, in quo tunc pręsidebat ille doctissi-
mus iurisconsultus do. Anto. de Alex. qui me ob
suas uirtutes nimia charitate dilexit, & me co-
ram nostris superioribus extollebat, qui multum
ingenium meum erudiuit, & ab eo multa didici,
cuius anima requiescat cum S. Angelis, & præsen
5 tiam Dei uideat. † Et naturalis ratio hoc suadet,
quia propter fauorem impensum miserabilib. per-
sonis in tribuendo eis priuilegium eligendi forum
conueniẽdorum, vbi illi rei habent plures iudices,
non est ipsis reis iniustitia facienda, ut no. in capi.
ex tenore. de foro compi. & in ca. uolentes, de pri-
uil. lib. 6. ibi, quia certus iudex datus est. Dicit ta-
men Dominicus in d. c. volentes. §. & idipsum, ꝙ
istud, qđ dicitur, ꝙ miserabilis persona habet ius
eligendi iudicem rei, ubi reus habet plures iudices,
procedit, quando reus habet plures iudices de iure
communi, ut est uidere exemplum in auth. habi-
ta. C. ne filius pro pa. Si uerò reus habet plores iudi
ces de iure cõi, & alium ex priuilegio sibi, & actori
tributo, vt in miserabilibus personis, tunc ille qui
elegit forum secundùm ius cõe, pręfertur eligendi
6 forum secundum priuilegium, † quia fortior est
caosa venientis iure communi, quàm eius qui elegit
forum secundùm priuilegium. C. de codic. d. l. fi. &
in auth. de consang. & ute. fra. §. fi. & sunt concor.
in c. suggestum. de decimis, & per alias rationes,
ut per Dom. in d. §. & idipsum, & cessante priuile
gio d. constitutionis, statuimus, & d. l. vnicç, quan
do Imperator si reus habet plures iudices, electio
est rei, secundum Bal. notanter in l. clericis. C. de
epis. & cle. & idẽ Bal. in l. cum longi. C. de præscri,
longi tempor. siue agatur actione personali, siue
reali, de quo in Spec. de comp. iudi. ad. §. j. uersi. sep
timus, & habetur in l. fi. C. ubi in rem actio. & per
Io. And. & Ant. de But. in capi. si dilectus. lo 2. de
resc. & per Abb. Sicu. in capitu. si diligenti. de foro
compe.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLVII.

1 *Ecclesia & persona ecclesiastica pro bonis tantum eccle-
siç habet fori electionem, & quid in uniuersitate.*
2 *Quæ dicatur persona miserabilis, ut habeat fori electionẽ,
& an huic priuilegio possit renunciari. & sic habet locũ
variatio semper, etiam post iudicium cœptum.*
3 *Quando legatum factum viduæ dicatur pium, & in qui
bus casibus aliquid dicatur remissum iudicis arbitrio.*
4 *An persona miserabilis possit trahere aliquem, qui non
non esset competens iudex respectu rei conuenti, ut quan
do sumus in causa feudi quaternati, cuius cognitio perti
net ad magnam curiam vicariæ.*
5 *Quando est expresse derogatum priuilegiis miserabilium
personarum per priuilegia concessa a rege Baronibus, ꝙ
tunc cessat dispositio dictç legis primæ, ut est in priuile-
gius Ducis Suessæ, & aliorum.*
6 *Quando est quæstio inter duos vasallos, dominus feudi nõ
habet cognitionem de iure constitutionem regni, sed ma
gnæ curiæ, nisi Baro istud haberet in priuilegiis cogno-
scenti de suis subfeudatariis.*
7 *Personæ priuilegiatæ agentes iure cesso an habeant priui-
legium istud, & quando concurrunt, quis præferatur.*
9 *In causa feudali an habeat istud priuilegium.*

Decidit hic Affl. ecclesiasticam personam pro bonis eccle-
1 siæ † habere fori electionem, & bene dicit, ꝙ pro bonis ec
clesiæ habeat istud priuilegium; nam non pro propriis, prout
affirmat Fel. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, col. 4. in verb sic gl. 2.
in ver. sed nihilominus, vbi concludit, ꝙ solum habet locum
in casibus suis à iure expressis, ꝙ clericus habeat priuilegium
in bonis patrimonialibus, in aliis uerò minime. Vnde inter
alia clericus nõ habet in integrum restitutionem in prædictis
sicut in rebus ecclesiæ. sequitur Rochus de Curte in repetitio-
ne c. fi. nu. 506. de constitutio. Cur. Seni. in cõsi. 2 2. Magnificus.
col. 1 1. 10 ver. sed inferior Ampliat Capicius in dec. 160. quod
istud priuilegium non solum habeat persona ecclesiastica, sed
ipsa ecclesia, vt ibi per eum. hoc idem in uniuersitate secundũ
Gram. in consi. 56. in ciuilibus, quia est æque priuilegiata sicut
minor & mulier, videtur sentire, ad quod faciunt, quæ dicam
in sequenti quæstione, ideo quæro quis dicatur persona mise
2 rabilis, iuxta constitutio. reg. statuimus, † quæ dat priuilegium
personis miserabilibus. Fel. in c. significantibus, nu. 6. de officio
delegati, post Bar. in d. l. 1. quando Imperator inter pup. & vi.
dicit hoc esse arbitrarium iudicis. Gui. Papa deci. 566. istud et
ex dictis omnium concludit Silua nup. in ii. quomodo in du-
bio sit iudicandum, li. 6. nu. 34. fol. 243. & ꝙ vna regina inspe-
cta qualitate personæ possit dici miserabilis persona, & ꝙ
huic priuilegio non possit renuntiari, imò ꝙ admittatur va-
riatio, & nonnulla alia adducit citando Affl. hic. Voluit etiam
ista Tiraq. in trac. de nobilitate, fol. . . & idem in repetitio.
l. si vnquam, in verbo facultatem, nu. 1. circa finem, qui citat
tex. ex parte, de foro competẽti, qui ait, viduam reginam An
gliæ gaudere priuilegio miserabilium personarum, & propte
rea si est arbitrarium, bene potest iudex arbitrari ex causa sibi
visa vniuersitatem habere istud priuilegium, cum ipsa ciuitas
pupillos, viduas, & alias personas miserabiles comprehendat. l.
veluti, & quod ibi per scribentes. ff. de iustitia & iu. & habetur
per Tullium. consuluit in specie Alex. in consi. 122. viso puo-
cto. 4. col. in fi. vol. 4 omnium societatum, cum omnia ratione
animoque lustraueris, nulla est gratior, nulla charior, quã ea,
quæ cum republica est vnicuique nostrum, chari sunt parentes
chari liberi, propinqui, familiares, sed omnes omnium chari-
tates patria vna complexa est, inquit Cicero lib. 1. officiorum,
c. de gradu humanæ societatis. facit etiam tex. l. minime. ff. de
reli. & sump. fune. Gira. sing. primo, & secundo, text. l. postli-
minii. §. filius quoque. de cap. & postli. reuer. docidens patriam
parentibus præferri. notat An. in c. 1. in princ. de forma fideli.
idem in cap. 1. in prin. quæ sit prima causa bene. amit. & quod
admittatur variatio, etiam si primò vidua elegit iudicem cõ-
petentem, coram quo cœpit agere, & m x accessit ad magnã
curiam Vicariæ, & deinde iterum conuolauit ad primum iu-
dicem

dicem ordinariũ, quòd possit facere, determinauit mag. cur.
Vic. in causa illorum de Sessanu hodie, qui est 17. Maii 1564.
actuarius Mig'iadus, quæ uera videntur, quamuis Marã. in
suo Spe. in 4. par. nu. 195. fol. 56. ex cons. Alc. 121. 1. vol. dicat
prædicta non procedere in viduis & pupillis diuitibus; quia
hi non habent prędictam fori electionem & malè, quia relin
quitur arbitrio iudicis, ut supra, secundum Silu. in l. supra al-
lega. quæ etiam declarat ista procedere, etiam quòd istæ per-
sonæ miserabiles valeant petere hanc remissionem coram iu
dice ecclesiastico, & coram præside alterius iurisdictionis,
cum quo concordat etiam Tiraq. qoòd ista remittantur ar-
bitrio iudicis, quæ sit persona miserabilis, iterum in repetitio.
d. l. si vnquàm, in uerbo omnia, vel partem aliquam, num. 30.
circa finem, qui citat Firmanum in tracta. de gabellis, parte.
7. q. 27. & quando dicatur legatum pium hoc remisit arbitrio
iudicis. Sed aduerte, quatenus Silua dicit, posse variare coram
præside alterius iurisdictionis, nam contradicit dictis Affli.
hic, qui concludit, hanc personam miserabilem non posse tra
4 here aliquem coram † alio iudice, qui non est competens rei,
vt si essemus in causa feudi quaternati, cuius cognitio spectat
ad magnam curiam Vicariæ, nã tunc coram ipsa magna curia
debet istum hæc persona priuilegiata cõuenire, quę sequitur
Paris in tract. reintegra. fol. 109. in c. qđ incipit, an citatus, nu.
46. qui dicit, ꝙ licèt viduæ & pauperes, & alii priuilegiati
possint forum declinare, & eligere iudicem, non habet locũ
5 in causis feudalibus, quem videas, † & secundum hæc Silua
non bene circa prædicta. bene verum est, ꝙ solent Barones ha
bere in specie, prout de iure requiritur, derogationem istis
priuilegiis miserabilium personarum, & tunc stante dicta de
rogatione in specie facta hę miserabiles personæ non possunt
forum declinare, prout concludit Cy. in d. l. 1. sed latius Fel.
in c. nonnulli. de rescri. col. 25. nu. 19. verbo restat, & est de
prædictis decisio Gramma. 20. contra Capuanos, quam de-
rogationem in specie & ego vidi in priuilegiis Ducis Suessæ
& aduocationem hanc obtineri, & insuper nota. de eo quod
fuit hic habitus sermo, qoòd coram Iudice magnæ curiæ
egitur causa feudi, amplia procedere, etiam si fuisse quæstio
6 † inter duos vasallos, prout concludit Andr. in d. constit. Iu-
sticiarii nomen & normam, in verbo de feudis, & in c. impe-
rialem. § præterea si inter duos, nu. 81. de prohi. feu. alie. per
Fede. & Dominus Marinus in suo opere de subfeu. fol. . . li-
cèt de iure communi fuisset secus per dictum. §. præterea, &
voluit Cassa. in cons. 45. factum tale, nume. 1. vbi etiam quid
in feudo ecclesiæ, declarat Ias. in consil. 60. primo vol. sed ad
uerte etiam: quia Barones hodie solent habere in priuilegiis,
quòd possint cognoscere de subfeudis, de quo per Iarobinum
in tracta. feudo. in uer. & dicti vasalli pro dictis rebus feuda-
lib. in princip. fol. 95. vbi etiam tractat, quando pares curiæ
sunt eligendi, habetur etiam per Curtium in eodem tracta.
fol. 44. & ꝙ quando istæ miserabiles personæ agunt iore cesso
7 gaudeant hoc priuilegio † declarat hic autor in dicta constit.
statutum. quando autem concurrunt istæ personę æque pri-
uilegiatæ, quid faciendum, declaraui supra in decisi. 56. &
22 1. secundum quæ etiam conuenit Lucas de Pena in l. ne ad
diuersa. C. de silentia. in lib. 12. per pulchram distinctionem, et
ꝙ ista electio fori procedat etiam existente rege in loco, ꝙ
nihilominus possit vidoa eligere iudicem inferiorem etiam
in facie ipsius regis, declarat Affli. in d. consti. statum, post
Andre. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCLVIII.

De pensione inquilinis non remittenda propter pestem.

SVMMARIVM.

1 *Pensionis remissio propter pestẽ an inquilinis fieri debeat.*
2 *Consuetudo & pactum parem uim habent, & tenet argumento de vno ad aliud.*
3 *Dictio inter, intelligitur sine diminutione.*
Locatio non ad lõgum tempus an mereatur remissionem propter pestem.

POstquam cessauit pestis in ciuitate Neapoli
superuenit lis inter inquilinos, & dominus do
morum locatarum. Nam domini domorum pe-
tebant pensiones domorum, inquilini dicebant,
ꝙ ipsi non potuerunt inhabitare propter pestem
1 superuenientem. † Fuit dubitatum apud Regem,
& eius sacrum Consilium, an propter pestem su-
peruenientem debeatur inquilinis fieri remissio
a pensionis? [a] Videbatur aliquibus, quòd sic, per l.
habitatores. ff. loc. & per Alex. in l. si vno. §. item cũ
quidam. ff. eod. Philippus in ca. ex parte. de appe.
per id, quod dicit Bat. in l. 1. §. pensio. ff. de migran
do, & per consilium Gasparis de Calderino in tit.
de locato, quinto in ordine. Alex. in 5. uol, con. 30.
& idem dixit Abb. Sic. in ca. propter sterilitatem,
de locato. licèt dicat, quòd vix potuit obtineri in
practica. Concordantię sunt in d. apostilla Alex. &
idem Alex. in apostilla in l. inquilino. ff. de damno
infect. & per Alex. in 1. vol. consi. 112. & in 2. vol.
consi. 106. & in 3. vol. consi. 108. & vltra vide tra-
ctatum de gabellis, editum per do. Ioan. de Firmo,
in 2. parte, quæst. 24. Et profectò bene dixit Ab-
bas, quòd in practica non potuit obtineri. Nam
temporibus nostris Rex Alfonsus secundus decla
rauit, ꝙ nulla fiat remissionis accedentibus uotis
dominorum de Consilio propter pestem superue-
b nientem ipsi inquilinis. [b] Et de dicta determinatio
ne patent literæ dicti Regis registratæ in magna cu
ria Vicariæ expeditæ die 13. mensis Iunii, 1494.
quia sic fuit solitum & consuetum pro preterito.
2 † Et pro ista determinatione facit, quòd consue-
tudo & pactum parem vim habent. glo. est in rub.
C. de decretis decuri. lib. 10. & uoluit Bal. in l. liber
ti. 15. col. versi. queritur, C. de oper. liberto. & Bal.
in l. 1. C. de seru. fugi. Sed clarum est, ꝙ si fiat pa-
ctum, ꝙ etiam in tempore pestis soluatur pensio,
uel ꝙ integrè fiat solutio pensionis, nõ est facienda
remissio pẽsionis pp pestẽ; quia bona fides exigit,
vt qđ conuenit, fiat. dicit tex. in l. cũ uenderẽ. ff. lo
3 cati. † & uerbum, integer, intelligitur sine diminu
tione, ut in l. 1. §. cum dicitur. ff. si cui plus, quam
per l. Falci. Alex. in 2. uol. conf. 141. in fi. Idem dicẽ
dum est, si consuetudo hoc dictat. Maximè hoc
procedit, si locatio fuisset perpetua, ut in l. male
agitur. C. de præscr. 30. vel. 40. anno. & Alb. de Ro
sa. in l. 1. C. de iure emp. Quid de locatione non ad
longum tempus, tangit Bal. in d. l. 1. & Ang. in §.
quia uerò Leonis. auth. de non alien. rebus eccle. &
Luc. de Pen. in l. quicunque. C. de fundis patri. lib.
11. Ale. in 1. uolu. consi. 113. & in 2. uolu. con. 6. &
in 4. uol. consi. 28. in 2. col.

ADDITIO.

a *Remissio pensionis.*) Adde in hac materia deci. Guid. Papæ in parlamento Gratianopo. nume. 630. incip. thesaurarius Delphin. ubi pulchre, & magistraliter loquitur, & concludit, ꝙ non recordatur uidisse decidi hunc casum pestis.

b *Ipsis inquilinis.*) Adde ꝙ Io. Bap. de S. Seuerino in repetitione l. diem functo. ff. de offic. assesso. tenet, quòd ad hoc ne inquilinus teneatur ad pensionem tempore pestis, debeat consignare claues domus domino locatori, & sic excusabitur à solutione, ita consuluit ipse. Et idem refert & sequitur Io. Franc. de Sancto Nazario in tracta. de peste, in 4. char. in 1. colum. in uersi. incipiente, secundò dubitatur, in uerbo, sed subtiliter dubitatio, & alle. Io. Bap. ita dicere in 40. q.

Thomas Grammaticus.

ANNO-

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLVIII.

1 *Remiſſio penſionis ſiue mercedis propter peſtem vel bellum debet fieri in contractu locationis.*
2 *Fallit, quando fuiſſet vendita gabella, & vnica ſolutio pretii fuiſſet facienda.*
3 *Secundò fallit, quando nullus iuſtus metus fuit migrãdi.*
4 *Tertiò fallit, quando morbus non fuiſſet vniuerſalis, ſed in vna terra tantum, vel in vno loco.*
5 *Quartò fallit, quando fuiſſet renunciatum morbo peſtis, vel alii caſui fortuito, vel omni legum auxilio, an poſſit tunc iſte renuncians hanc remiſſionem petere.*
6 *Quando excipitur caſus peſtis, & belli, de quibus quis nõ vult teneri, an veniat penuria, vel famis & alii caſus.*
7 *Quando aliquis aliquem fructum percipit, quia ipſe inhabitauit, licèt non potuiſſet alios hoſpitari, & quando quis de fundo percepiſſet tot fructus, quot ſufficerent ad penſionem deductis expenſis, quòd non poſſit petere remiſſionem, & ſic & quintò.*
8 *Quis non poteſt petere remiſſionem & ſextò, quando conſuetudo fuiſſet in contrarium, cui conſuetudini poteſt renunciari, & notarius non poteſt apponere denunciationem de ſtilo notariorum.*
9 *Quando tempore locationis imminet periculum, non poteſt petere quis remiſſionem, & ſic & ſeptimò.*
10 *Quale damnum debet eſſe, vt fiat remiſſio mercedis conductori; & eſt ſecundùm Alex. quando quis non percepiſſet dimidium eius, quod ſolitum eſt percipere.*
11 *Emphyteuta ſecundùm communem, quando res perit in totum, liberatur, ſi verò pro parte, & penſio ſit magna habens correſpondentiam ad fructus, fit pro rata remiſſio, & ponitur caſus in facto.*
12 *Qualiter fiat remiſſio mercedis, & qualiter probetur ſterilitas, & quòd oporteat probare, fuiſſe tantum ſterilitatem, quòd non fuit perceptum dimidium eius quod ſolet percipi propter cauſam ſterilitatis & mortalitatis.*

1 TV verò † in hac materia, an propter peſtem debeat fieri remiſſio mercedis ſiue penſionis, facias regulam q̀ ſic. d.
l. habitatores, verbo iterum interrogatus, ibi Raphael, voluit Gui. Pa. in deci. 630. Theſaurarius, & Hyp. ſing. 615. vbi al-
2 legat etiam tex. l. ſed ſi lege §. domus, † locati, hoc primò fallit, quando eſſemus in incorporalibus, quia fuiſſet uendita gabella, & ſolutio vnica precii eſſe facienda, Bar. in l. cotem ferro. §. qui maximos 34. ff. de publ. Alex. conſi. 3. 1. vol. Dec. in conſi. 4. in fi. vbi dicit etiam omne augumentum poſtea venient fore iſtius, Caſſa. in conſue. Burg. in tit. de gabell. nu. 32. fol. 389. verſ. prima concluſio eſt, & latius per Ripam in tract.
3 de peſte, in princ. nu. 46. † 2. fallentia eſt, quando nullus iuſtus metus fuiſſet migrandi. d. l. habitatores. nam ſi iuſtus metus, ſactus eſſet, quia idem timor belli, q̀ & ipſum bellum l. Pedius. ff. de incen. rui. & nau. cum ſimili. notatis per Hyp. in l. 1. ff. de quæſt. & in ſing. 497. ſepiſſime. Cotta in verbo. condu-
4 ctor 3. fall. † quando morbus non fuiſſet vniuerſalis, ſed in una terra tantum, & in alio loco potuiſſet quis officium ex-
5 ercere, prout declarat Gui. Papa in d. dec. 630. † 4. fall. quandò fuiſſet renunciatum morbo peſtis, vel alii caſui fortuito, iuxta tex. & notata per ſcribentes in l. cum quis. §. quæſitum ff. ſi quis cau. Alber. in l. licet C. locati. in fin. qui dicit de facto Bergami obtinuiſſe. voluit Corn. in conſ. 128. videtur 1. 2. vol. Are. in conſ. 239. quia conſultatio. Cognolus in repe. l. diem functo, no. 151. ff. de offi. aſſeſſo. Capic. in deciſi. 88. vbi dicit ſatis eſſe in prædictis, quem renunciare omni legum auxilio, vt non poſſit remiſſionem prædictam petere, contra quæ dicta per ipſum vltra notata per ſcribentes in d. §. quæſitum, videtur affirmare Bal. in conſ. 247. ſi propter guerram 3. vol. Ripa vbi ſup. nu. 67. qd̄ limitat Aym. in conſ. 95. in facto ſuperioris. q̀ concludit, adeo caſum fortuitũ inſolitum, q̀ nũquã ueniat, immo q̀ non poſſit renunciari. q̀ tu intelligas, prout fuit notatum ſup. in dec. 54. & 150. in 1. conclu. bene tñ verũ
6 eſt in prædictis † q̀ ſi excipiantur caſus fortuiti peſtis & belli, de quib. quis non vult teneri, quòd venit penuria, ſiue famis,
7 affirmat Dec. in conſ. 555. licèt in caſu, nu. 9. † Quinta fallẽtia, quando aliquem fructum, quis percepit, quia ipſe inhabitauit, licèt non potuiſſet alios hoſpitari, ut declarat Caſſa. in loco ſupra citato. Quę omnia procedunt in domo, in aliis verò, ut in feudo locato, quando quis percepiſſet tot fructus, q̀ deductis expenſis ſufficerent ad ſoluendam penſionem, nõ fieret remiſſio ſecundum Soc. Iunio. in conſ. 78. in 2. parte, & per Gozad. in conſi. 74. vt ordinarie. ubi declarat poſt alios, quando dicatur ſterilitas, & per Pariſ. in conſi. 38. 1. vol. con-
8 ductor iſte. † 6. fall. quando conſuetudo fuiſſet in cõtrarium, vt hic, cui conſuetudini poſſunt partes renunciare ſecundum Cottam in d. verbo conductor. uerum licèt de conſuetudine regionis ſit renunciare ſterilitati, tamen ſi notarius intelligatur rogatus apponere omnes clauſulas, prout ſunt annotationes infra in deciſi. . . . poterit apponere hanc renuntiationem iſtius conſuetudinis. Alex. in conſ. 28. Viſo & præhabito 2. uolu. prout ita ibi declarat Rec. Septimò fallit, quando tem-
9 pore † factæ locationis imminerer metus, & hoc non obſtante fuiſſet facta conductio; quia ſi poſtea damnum eueniret, non fieret remiſſio, vt ſunt annot. infra in deciſio. 365. ſed iuxta prædicta quæritur, quale debet eſſe damnum, ut fiat remiſſio
10 mercedis † conductori declarat Alexan d. conſ. 3. nu. 6. uol. 1. ubi concludit, quando conductor non percepiſſet dimidium eius, qd̄ ſolitum eſt percipere, quę approbat ibi Rec. & Capi. in d. deciſi. 88. q̀ oportet probare prædictam diminutionem introituum & ſterilitatem fuiſſe tantam, q̀ non fuit perceptũ dictum dimidium, qd̄ ſolet percipi propter hanc cauſam ſte-
11 rilitatis & mortalitatis, quæ an procedant † in emphiteuta, declarat An. in c. 1. in fi. nu. 18. de conſer. inueſti. & Ale. in d. conſil. 6. videretur. vol. 2. Iaſ. in l. 1. de iure emphiteu. circa finem. Idem Alexan. in l. interdum. §. qd̄ ex naufragio. ff. de acquirenda poſſe. Cotta in verbo emphiteuſis regulariter & communis ex dictis omnium uidetur eſſe, q̀ ſi res perit in totum, ſiue penſio quæ ſoluitur fuiſſet magna, ſeu parua, emphiteuſis extinguitur, ſi verò res periiſſet non in totum ſed pro maiori parte, & penſio fuiſſet magna, habens correſpondentiam ad fructus, qui ex ea percipiunt, tunc fieret pro rata remiſſio mercedis, nam tunc aſſimilatur locationi, prout declarant ſcribentes in locis ſupra allegatis, & maxime Alexan. in d. conſ. 6. 2. vol. Sed clarius in conſi. cxii. videtur præſenti 1. vol. & voluit Andreas in re feudali, q̀ ſi pereat in totum, non debeatur ſeruitium, in c. 1. nu. 3. fol. 2. circa medium, ſi vaſſ. pro feudo ab aliquo interpella. fuerit. & ita p prędicta audio fuiſſe factas nonnullas emendas, ſiue remiſſiones quibuſdam rem ædentibus de domibus exiſtentibus in platea vlmi huius fideliſſimæ ciuitatis Neapolis, dum in anno 1547. tempore tumultus nonnullæ domus prædictorum rem ædentium fuiſſent combuſtæ ea ratione, quia illod qd̄ ipſi rendebant, erat notabilis quantitatis, de prædictis nihil præter auditum habeo, & ſi fuiſſent diſcuſſæ renunciationes contentæ in inſtrumentis. Qualiter autem debeat fieri iſta remiſſio, declarat etiam Abbas in c. propter ſterilitatem Ale. in d. conſ. 6 in fine
12 † & iterum qualiter probetur ſterilitas, declarat Gratus in conſ. ccli. in pręſenti caſu 2. vol. qui poſt alios dicit, debere attendi vulgi opinionem, & vt ſupra. Cæſ. Vrill.

DECISIO CCLIX.

Qui potiores in pignore habeantur, & de iure offerendi.

SVMMARIVM.

1 *Creditor primus, an & quando teneatur rem hypothecatam ſecundo creditori tradere.*
2 *Oblatio per ſecundum creditorem an habeat locum creditore priore poſſidente.*
3 *Offerendi ius ſuperueniente cuilibet poſſidenti competit.*

1 FVit deciſum in conſilio in facto † contingente, quòd ſi fundus reperitur duobus obligatus & hypothecatus, & ille cui ſecundo loco fuit obligatus, offerat debitum illi primo creditori, qui fundum

dum ipsum possidet, tenetur iste primus creditor dare & tradere fundum huic secũdo creditori. Nisi ipse primus creditor & possessor dicti fundi pro dicto suo debito offerat illi secundo creditori soluere debitum suum, si fundus ille est sufficiens pro debito primi, q secundi creditoris. Hoc probatur per l.1.C.qui potio. in pig. habeant. ubi dicit tex. qui pignus secundo loco accepit, ita ius suum confirmare potest, si priori creditore debitam pecuniam persoluat, aut cum obtulisset, isque accipere noluisset eam obsignatam deposuit, nec in
2 suos vsus conuertit, † dicit ibi glo. quòd si prior creditor possideat rem hypothecatam, an habeat locum oblatio per secundum creditorem, & dicitur, quòd sic, nisi ipse primus creditor offerat secundo, nam tunc poterit retinere, sicut quilibet possessor, vt in l.Paulus.§.qui pignoris.ff.qui mod. pigno.uel hypothe.soluitur, quia ius offerendi cõpetit cuilibet possessori, ut in l. Paulus & l. mulie. ff.quis pot.in pig.habeant. & in l.Sempronius.§.1.
3 eodem tit. Et in tantum hoc est uerum, † quòd etiam si possessor esset iniustus, haberet ius offerendi, ut tenet gloss.in d.l.mulier. quam sequuntur ibi Bar.& Sal. & communiter doctores. Et ita fuit iudicatum in sacro Consilio. Licèt aliud uoluerit Paul. de Castr.in l.si res obligata. ff. de lega.1. Matthę. de Afflict. I.V.D.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLIX.

1 *Quando secũdus creditor possit offerre primo.item quãdo primus secundo.item quando possit cessio impetrari per omnes creditores possidentes vel nullum. item & in quibus casibus cessat ius offerendi, & qualiter petatur cessio, quomodo sit facienda.*

2 *An omnis possessor etiam iniustus habeat istud ius offerendi cessionemque impetrandi, an ista cessio possit fieri post solutionem factam à creditore.*

3 *Quando autem creditor emit rem obligatam à suo debitore, sua hipotheca an extinguantur.*

1 ET quòd secundus creditor † possit offerre primo. item primus secundo, item quando possit ista cessio impetrari, quando omnes possident, aut nullus, & in quibus casibus cessat istud ius offerendi, & in quibus iuribus succedetur per hãc cessionem, & qualiter petatur ista cessio, & quomodo sit faciende, & de aliis nonnullis circa subiectum huius decisionis declarat emplissime Nicosantius in trac. de pigno. in 3. mem
2 bro, quiotę partis fol. 120. vbi inter alia † nu.25. approbetur opinio sac.cons. hic contra Paul. de Castro, q omnis possessor etiam iniustus habeat ius offerendi, per tex.l. Paulus. §. fi. ff. quibus mo. ius pigno.vel hipo.solua.ibi, qualiscunque possessor. sequitur Decius in iusto possessore in cons.446. viso elegãti. vbi etiam declarat, q cessio ista possit peti post solutionem, quando ipsa fuisset facte mentio proprio, vt sa liberet quis, & hæc vera, quamuis Bal.in consilio 84. præmittendum. & in consilio 109. tertio volum. sentiat contrarium, quòd iniustus possessor non habeat istud ius offerendi, & de istis etiam nòteus infra in decisio.343. in principio, quando autem primus
3 creditor emit rem hypothecetam † à debitore, an ius hypothecæ extinguatur, & sic en tuoc habeat locum ius offerendi, sunt annotationes supra in decis.16.

Cæs.Vrsill.

DECISIO CCLX.

e testamento mulieris sine mundualdo ex iure Longobardorum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens, quòd mulier non possit testari sine viri consensu, an valeat.*
2 *Vidua uel uirgo plus habet conditionis in iure testandi per Longobardam, quàm nupta.*
Mulieres minus, & precibus facile inducuntur ad alienandum.
3 *Mulier soluta in vita sua longiores habet habenas, quàm coniugata.*
Filiusfamilias potest in morte pro anima disponere.
4 *Maritus est legitimus vxoris Mundualdus.*
Alienare prohibitus, an vllum possit actum facere, per quem dominium transferatur.
Testamentis factio requirit personam integrum.
5 *Personam integram nõ habet, qui est in alterius potestate.*
6 *Testamentum continetur appellatione contractus.*
7 *Mulieris consilium fragile.*
8 *Statutum rationabile patitur interpretationem extensiuam.*
9 *Lex prohibens contractum sine consensu alicuius, an extendatur ad testamentum, & ultimam uoluntatem.*
10 *Mundualdus mulieris quis dicatur, remissiue.*

NVnquid mulier de iure Longobardorum sine mundualdo possit facere testamentum? De hoc fuit satis dubitatum apud Regios con-
1 siliarios.† Et per aliquos insignes Dominos dicebatur, quò vbi conceditur alicui posse disponere cũ cõsensu alterius, non intelligitur de actu testandi, quia talis actus non potest pendere ab arbitrio & potestate alterius l.captatorias. & l. illa institutio. ff.de hære.institut.not.in l.tam is.§.j.ff.de donatio. causa mor.&l.senium. C.qui testamenta facere possunt. In tantum, quòd dicit Paul. de Cast. in l. ex facto.in prin. ff. de vulga. & pupil. q statutum disponens, quòd mulier non posit testamentum facere sine consensu uiri, non valet., & ita tenet etiam Alex.in a.volum.consil.155.incipiente, visis actis &c. Sic dicendum est in isto dubio, ius Longobardum dicit, quòd mulier sine mundualdo nõ potest contrahere, & si dixisset, nec testari, non ualeret. In contrarium allegebatur glo. Caroli in Lõgobarda de sanctimonialibus in l.si qua mulier.in gl.in verbo, cæterum. quæ dicit, quòd mulier coniugata nec pro anima, nec aliter potest sine mundualdo de rebus suis in vltima voluntate aliquid iudicare. Hoc idem tenet alia gl.ordinaria in Longobarda, qualiter mulieri alienare permissum sit. l.1.in 1.glo. Mulier enim sine mundualdo nec potest viuere, uec uitam ducere. Imò dicere potest, morior sine mundualdo, sicut piscis sine aqua, ut
2 in d.l.1. Subdit autem Carolus ubi supra, † quòd mulier virgo, vel uidua potest sine mundualdo usque ad tertiam partem bonorum suorum disponere pro anima in vltima voluntate, per casum in allegata l.si qua mulier. in uer. nam si in domo remanserit. Rationem diuersitatis cur hoc tam uariè, ipse ibi non dicit. Sed ratio diuersitatis est ista.

Nam

Nam ius Longob. ſtrictios prohibuit alienation€ rerum ſuarum mulieri coniugatæ, quàm ſolutæ, quod patet ex eo, ꝙ de ipſo iure, ut alienatio rei mulieris coniugatę valeat, requiritur conſenſus Mundualdi,& debent eſſe pręſentes conſanguinei dno,vel tres mulieris, aliàs non valet, ut eſt tex.in Lõgobarda,qualiter mulieri alienare permittitur. l.ſi qua mulier. & hoc ideò quia eius maritus minis & precibus facilè induceret ipſam ad alienandum. Sed in alienatione bonorum mulieris non maritatæ ſufficit conſenſus Mundualdi tantùm, quia in ea ceſſat talis formido.ita not.Carolus gloſ
3 ſator in allegata.l.ſi qua mulier. † Nam mulier ſoluta in vita ſua longiores habet habenas, quàm cõiugata, nimirum ſi tn morte etiam. Et pro iſta opinione gloſſatoris prædicti optimè facit, quia in caſu ſpeciali permittitur mulieri non coniugatę pro anima diſponere in morte ſine mundualdo. Ergo in contrarium eſt ius in aliis, ut in l. 1. ff. ad muni. l.ius ſingulare. ff. de leg. Sicut in ſimili dicimus, filiua familiàs in poteſtate patris cõſtitutus poteſt pro anima ſua in morte diſponere. ca.licet § ſi.de ſepul.lib.6.& tamen de iure regulariter teſtari nõ poteſt. Et pro hac parte conſuluit doctor egregius dominus Petrua Picculos de Monte Forti, ſepultus tn eccleſia ſanctæ Mariæ Donneromatæ in ſedili Nidi, prout repertum fuit in Longobarda domini Anelli Arcamoni, V.I.D.& Regii conſiliarii, ubi tenet, ꝙ teſtamentum molieris ſine conſenſu Mundualdi factum ex iuris Longobar. cenſura ſit ipſo iure nullum, maximè mulieris coniugatæ, quia tunc de ipſius munduali præiudicio tracta-
4 tur,†hoc eſt mariti,qui eſt legitimus Mundualdus uxoris,ut in l. 1.qualiter mulieri ali.permiſit ratione ſucceſſionis &c.

Confirmatur prędicta opinio, quia mulier de rebus ſuis non poteſt aliquid alienare ſine mundualdo,ut in dict.l. 1.Et qui eſt prohibitus alienare, intelligitur non poſſe facere actum aliquem, per quem dominium transfertur l. fin. cum ſimi. C.de rebus alie.non alienandis. Sed per teſtamentum transfertur dominium recta uia, ut in l.cùm hæredes.in princ.ff.de acquirend. poſſeſſio.l.à Titio.ff.de furtis.ergo &c.Ad idem adducitur,teſtamenti factio requirit perſonam integram, vt ualeat teſtamentum, ut dicit Iac. But.in l.ſenium C.
5 qui teſta.facere poſſunt.†Sed qui eſt in alterius poteſtate,non habet perſonam integram,ut dicit glo. in l.cùm non ſolùm §.neceſſitate.C.de bonis quę lib. Sed de iure Lõgobardo mulier eſt in poteſtate mundualdi,nec poteſt ſine eo viuere,ut dicit text. in allegata l. 1. ergo ad hoc vt mulier de iure Longob. teſtari poſſit, oportet interuenire cõſenſum mundualdi,qui habet ſuam integrae perſonam, vt dicit gloſſa in ſimili in allegato §.neceſſitate.

Prætereà, lex Lõgobarda mandat,quòd mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu mundualdi, ut in dic.l. 1.Sed de contractibus ad ultimas volũtates & econtrà validum eſt argumentum l. ſeruũ filii.§.eum qui chirographum ff.de leg.a.

6 † Item appellatione contractos continetur teſtamentum, ut in l.eandem.ff. de duobus reis. & not.gloſſ.de qua Bal. alibi facit magnum feſtum, in titu.de pace iuramento firma. §.item ſacramenta.in glo.magna,ultra medium.uerbom enim,cõtractus latum eſt, ut in l.omnem ff.de indiciis. Et ꝙ latè dictum uerbum intelligatur, probatur per id,quod alibi dicit Bar. Si ſtatutũ dicat, ꝙ mulier non poſſit ſine conſenſu duorum cõſanguineorũ contrahere, certè nec poterit hęreditatem adire, & ſic iſtud verbum cõtrahere,largè interpretatur, ut comprehendat omnem obligationem,& etiam quaſi contractum, qui cauſatur ex aditione hæreditatis.ita dicit ipſe Bart.in l.mutum. §. 1. & in l. more ff. de acquir.hære. Pro hoc bene facit glo. in conſtitu. Regni, inſtru.robur. quã tenet ibi And. ꝙ conſtitutio illa loquens de contractibus extenditur etiam ad teſtamentum. Et potiſſimè hæc deciſio debet habere locum in præſenti dubio, ex quo iure Longobardo mulier non poteſt con-
7 trahere ſine Mundualdo† propter ſexus fragilitatem ac imbecillitatem cõſilii mulieris, ut no.gl.in l.a.qualiter mulie.permiſ.aliena. ergo dictum iua eſt extendẽdũ potius, quàm arctãdum l.cum quidam ff.de lib.& poſthu.Nec talis extenſio dicitur fieri per hominem,imò eſt legis interpretatio,propter verbum alienandi,poſitum in allegata l. 1.qđ uerbum lex interpretatur in omni actu,per quem dominium transfertur, ut in l.alienationis verbo. ff. de verb. ſign. Sed per teſtamentum transfertur dominium, ut in l.ſi quis ita.§.ea lege.ff.de uerbo. obl.& ita in ſimili facit lex, quę legem loquentem de ſeruo,extendit ad filium,ut dicit glo.in l. ſi quia ſeruo extendit ad filium, vt dicit glo. in l. ſi quia ſeruo.C.de furt.& tamen non eſt extẽſio, ſed legis interpretatio,ut in l.qđ uerò.ff.de legib.quã alleg.gl.in d.l.ſi quis ſeruo.Nam nedum ius Longobardum,quod eſt ius ſpeciale in Regno, vt in con
8 ſtit.Regni puritatem. † Sed etiam ſtatutum rationabilem patitur interpretationem extenſiuam, vt not.Iaco.de But.& Bal.in d.l.quod verò. & Bar.& alii in l.omnes populi ff.de iuſti.& iu. Sed lex prædicta Lõgobardorum rationabiliter prouidet mulieri, de mundualdo propter eius fragilitatem & conſilii imbecilitatem ratione ſexus, ſicut prouidet ius commune pupillis & adultis de tutore & curatore propter imbecillitatem iudicii intellectus ratione ętatis. Et tantò fortius, quia magis timetur de conſilii imbecillitate in ultimia uoluntatibus,quàm in contractibus.Nam humana fragilitas mortis cogitatione turbata &c.dicit text.in l.hac conſultiſsima §. at cùm humana C. qui teſtamen. fa.poſ. Si ergo eſt eadem ratio, ſeu maior imbecillitatis conſilii, ſequitur neceſſariò, ꝙ eadẽ debet eſſe iuris diſpoſitio, per iura vulgaria. Et ſi diceretur, ꝙ hoc eſt introductum de iure Lõgobar. in fauorem mulieris, ergo ſi uult, poteſt renũtiare in contrarium diſponendo, ut in l. ſi quis in conſcribendo C. de pactis,cum concordan.

9 † Reſpondetur, ꝙ ex quo lex Longobardorum prohibet, & vetat verbis prohibitiuis, huic fauori introducto per d. l.Longobar. non poteſt renũtiari per mulierem, in cuius fauorem hoc fuit introductum,ut voluit gloſſ.in l. 1.C.ne fideiuſſo. dotium dentur, nec poſſet talis renuntiatio iuramento firmari. Prætereà, quando lex prohibet contractum fieri ſine conſenſu alicuius, extenditur lex etiam ad teſtamentum & ultimam uolontatem,ut §.cal-

in c.1.de prohibi.feu.alie.per Loth.& Limperialē. §. callidis. de prohi.feud. alie. per Federic. & pro hoc bene facit, quod no.Bal.in c.1. §.donare. qualiter olim feud.alie. poterat. & in l.vxor patrui C. de legat. Et hic rationibus consideratis Domini de Consilio inclinabant in hanc partem, ꝙ mulier uiuens iure Longobardo sine Mundualdo non potest testari, & hoc propter sexus fragilitatem, ut suprà dictum, quicquid dixerit Pau. de Cast. in d. l.ex facto.qui non considerauit fragilitatem sexus.

10 †Quis autem dicatur Mundualdus mulieris an pater, vel frater, vel maritus, plenè hoc examinat Lucas de Penna in l.quicunque.in prima glo.C.de re milita.libro duodecimo.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLX.

1 *Appellatione contractus an veniat testamentum. an mulier prohibita contrahere prohibeatur facere testamentum sine mundualdo.*

2 *An verba contraxerunt, pertineant ad ius testandi.*

3 *An si authoretur ille, qui est factus hæres in testamento, testamentum valeat.*

4 *Voluntas tunc dicitur captatoria, cum dependet à mera voluntate alicuius, vt si diceres, facio te hæredem, si talis voluerit.*

5 *Voluntas captatoria. item testamentum an valeant, quando est instituta pia causa.*

6 *Mulier an possit testamentum reuocare sine autho. Mundualdi, quando cum eius autho fuit confectum.*

7 *Verbum alienare, omnem contractum significat, per quē dominium transfertur, verbum verò contrahere non cōprehendit liberationem.*

8 *Statutum prohibens mulierem contrahere sine Mundualdo an comprehendat donationem causa mortis.*

9 *An statutum prædictum prohibens mulierem contrahere sine Mundualdo comprehendat, quando contractus fuisset vtilis mulieri, & quando interuenisset iuramentum.*

10 *Item an statutum prædictum militet, quando mulier ageret alieno nomine, & quando secundò nuberet, & omnia bona sua dat in dotem marito, & quid in aditione hæreditatis, & in testamento ad pias causas.*

11 *An assensus siue interuentus Mundualdi debeat esse in ipso actu, vel sufficit, quòd postea interueniat, aliàs quòd actus non valeat.*

12 *Quando consanguinei nolunt consentire ex aliqua causa, quid faciendum.*

13 *Qui sunt illi propinqui, qui debent interuenire pro Mundualdis, & an possit interuenire illi, de quorum commodo tractatur.*

14 *An illud quod fit in præsentia coniunctorum dicatur palam & bona fide fieri.*

15 *Filia de iure longobardorum an sit in patris potestate, & valeat testari.*

1 APpellatione contractus an veniat testamentum, & si mulier † sit prohibita alienare sine Mundualdo, an extendatur ad testamentum, & an tale statutum, quòd mulier non possit testari sine Mundualdo valeat, nota: nam ista est dubia quæstio, & scribentes in ea fuerunt varii, nam Ias.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb. obli.tenet, quod istud statutum non valeat, secutus opinionem Pau. de Cast. & Alex. in l.ex facto.ff.de vulg.& pupi.quod etiam affirmat Ias.in l.a.
num.&.ff.de lega. 1. quòd non valeat istud statutum, & quòd
non extendatur ad testamentum, quia verba contraxerunt &
2 gesserunt † non pertinent ad ius testandi. l. verba contraxerunt.ff.de uerborum signi. hanc partem, quòd hoc statutum
non valeat, affirmant quidam moderni, nomine Vincentius
Maxilla in commento consuet. Barii.motus, quia si valeret
statutum istud, fuisset voluntas captatoria, & si testamentum
confectum cum Mundualdo mulier voluisset mutare, requireretur eadem solennitas de Mundualdo, prout hæc & alia ibidem affirmat dictus doctor fol.97. Sed quòd valeat, & sic ecōtra affirmat idem Ias.sibi quodammodo contrarius in l. ex facto.ff.de vul.& pup.vbi improbat opinionem Pau. de Cast.&
Alex.istud etiam videtur sequi hic noster Affl.in consti.regni
instrumentorum robur, vbi ait, sacrum consi.votasse secundū
hanc opinionem, statutum istud validum, & extendi ad testamentum, amplectitur etiam ista modernus Appulus Maran.
colum.19.in 3.parte sui operis, quam opinionem, quòd statutum valeat, fuit etiam secutus Dec.in consi.455.placet conclu
3 sio.vbi ait, testamentum nullum, si non † seruetur forma à statuto tradita, vbi etiam declarat, quòd si instituatur ille qui
debet auctorari, quòd testamentum non valeat, quòd etiam
approbat in consi. 612. conclusionem supra firmatam, quòd
valeat istud statutum, & quòd quando loquitur per verbum
alienare, sicuti videtur loqui Longobarda, quòd comprehendat testamentum, quòd etiam attestatur in consi. 660.reuocatur in dubium, & quòd valeat & extendatur, comprobat Cassan.in consuet.Burg.des drottex rub.4.§. 1.fol.121.130.sequitur etiam Cotta in memo.in verbo statutum, quòd vxor. &
in verbo statuta per Italiam, & Rec.in consuetu.Parisi.§.105.
cum quibus videtur tenendum. quibus non obstant rationes
4 Barusiensis, & primò dicitur, quòd ista voluntas † non sit captatoriæ, nam non dependet a mero arbitrio alicuius, vt ipse
dicit: nam illa voluntas dicitur captatoria, quoties dependet
a mero arbitrio alicuius, vt si diceret, facio aliquem hæredē,
si Titius voluerit, iuxta text. una cum notatis ibi per scribe.l.
captatoria.C.de milita.testam.quod non est in casu isto, nam
additur præsentia coniunctorum tantum, ne mulier decipiatur propter sexus fragilitatem, vt dicunt scribentes in locis suprascitatis, & maxime Cotta, qui concor.adducit in loco supra
citato in verbo statutum, quòd vxor. ꝯ maxime quòd de io.
re potest etiam fieri, quod voluntati captatoriæ statur, prout
5 † quando essemus in milite, & ad pias causas, notant scrib.in
d.l.captatoria.& sunt annota.infra in dec.171.vbi citatur consilio Pari.18.3.uol.si potest fieri institutio.eligas vnum de mea
familia, quem facio hæredem, & in consi.45.nu.12.eod.3.vol.
6 & ad illud, quod ipse dicit, quòd non possit mo a reuocari † sine præsentia Mundualdi non bene diceret, secundùm Bald.in
consi.2 n°.licèt consulenter 4.vol.qui concludit, mulierem posse facere hanc reuocationem absque Mundualdo, vnde concludendum paruo meo ingeniolo vt supra, & hoc maxime cum
7 Longobarda loquatur † per verbum alienare quod verbum
omnem contractum per quem dominium transfertur cōprehendit.l.fi.C.de reb. alie. non alie.cum simil. traditis per Decium in d.cons.660.nu.8.Ias.in l.quæ de legato. ff.de leg. 1.nu.
27. Nico.in tra.de pig. 1.parte.nume.28.fol.10. & latius in 3.
membro d.2.partis, fol.24 num.69. And.in c.1.in uerbo ut ad
transactum, in fi.qui.mo.feu.ami. ꝙ secus de verbo contrahere, nam non comprehendit liberationem. Ale.in l.more 2. col.
ff.de aeq.hæred.ut plene declarat idem Ias. in l. si unus. §. pactus ne peterer.ff.de pact.qui ampliet hoc statutum etiam pro
8 cedere in donationes causa mortis, no.scrib.in l.2.de leg.1.Decius in consi.279.placet mihi, quòd statutum limitat Ias.in d.
9 § pactus ne peteret, † sex modis. & inter alios, quando contractus ipse fuisset vtilis mulieri. item quando interuenisset iuramentum, nam tunc præsentia propinquorum non foret necessaria, & voluit hæc etiam Lucas de Penna in l.curiales. C.de
prædi.curi.lib.10.col.6.nu.14.fol.84.& Alex.in consi.27.viso
libello 1.vol.& in consi.22.2.vol.quibus videtur contradicere
Cotta in d.verbo statuto Italiæ, limitat etiam Maran. quando
10 mulier ageret nomine alieno † in suo Spe.nu.124.fol.12.Cotta in verbo mulier regulariter, vbi concludit, mulierem non
obstante hoc statuto valere officium procurationis exercere
extraiudicialiter, item non comprehendere causam dotis secundum opinionem aliquorum, de qua sunt annota. supra in
decis.111.ad quæ conueniunt illa, quæ consuluit Soc.in consi.
80.præsens consultatio.vol.4 dicens, hoc statutum non habere vires, quando mulier 2.nubet, & tradidit omnia sua bona
in dotem 2.viro. sequitur etiam Cotta in verbo statutum requirens consensum, vbi loquitur de dote consignata filiæ, vbi
etiam & ut supra, quòd hoc statutum non militat circa ea quæ

forent

forent vtilia ipsi mulieri, non procedit etiam in aditione hæreditatis. Alexan. in l. more maiorum. ff. de acqu. hæred. sequitur Gramma. in consi. 28. in ciuil. item non procedit in testamento ad pias causas. Dec. in d. consi. 455. ibi Recen. qui citat beatum Hiero. in quadam epistola volentem secundum ipsũ non posse clericis relinqui, qui nimium tunc bonis abundabant, & sic affirmat contrarium, & male, quia contra text. inter alia l. prima, C. de sacro sanct. eccle. Sed latius Tiraq. in tracta. de leg. connubi. qui omnes congerit, gl. 3. num. 94. sed alias limitationes de prædictis tradidit Firmanus in suo vberrimo indice, in uerbo, testamentum de contractibus &c. & Ripa in tract. de peste, in priuil. contractum, nu. 165. qui ex dictis aliorum decit hanc solennitatem cessare tempore pestis, sed circa
31 prædicta nota vnum, quòd statutum † istud quatenus requirit assensum consanguineorum, quòd debeat interuenire in ipso actu, aliàs si mox, ex post facto interueniret, non validaret actum requisitum, secundum Alex. in l. 1. §. fuit quæsitum
32 ff. ad Treb. in l. si cum dotem. §. eo. † autem tempore. ff. solut. matrimo. vbi etiam, quòd quando consanguinei nolunt consentire absque iusta causa, quòd iudex interponit partes suas quod etiam tradidit Cassa. in loco supra citato fol. 130. & Ias. in l. vniuersa. C. de pre. impe. circa fi. de quibus fit mentio infra, in decis. 335. in fi. vbi ex consi. Rom. 64. hæc limitantur, quando contractus fuisset vtilis mulieri vt supra, & aliud etiã notatum esse volo, quatenus fuit dictum, propinquos inter-
33 uenire † debere, quòd intelligitur de his propinquis, qui non tractant de propriis commodis, prout declarat Cotta in d. verbo mulier regulariter, & Parisi. in consi. 59. considerata, num. 19. tertio volum. de istius statuti etiam intellecto declaras nonnulla etiam Cotta in verbo palam, & in verbo præsen-
34 tia, quòd illud, quod fit in præsentia † coniunctorum, dicitur palam & bona fide fieri, & dicta præsentia coniunctorum excludant metum reuerentialem, de quo fuit factus sermo supra in decis. 246 circa quæ nonnulla alia occurrunt notanda,
35 quòd filia de iure † Longobardo non est in patris potestate. Gramma. in consil. 87. in ciuil. & non bene secundùm prædicta, & quòd maritus non sit legitimus Mundualdus in subsidium, declarat Lucas de Penna in l. quicunque. de re milita. lib. 12. numero decimo, vbi quòd istud ius Longobardum sit sus asininum. Cæl. Vrsill.

DECISIO CCLXI.

De executione appellatione non obstante.

SVMMARIVM.

1 *Executio appellatione nõ obstante, in quibus casibus fieri possit, ut decretis, & numerantur plures casus.*

Est ritus in magna curia Vicariæ, quòd à decreto ipsius curiæ non appellatur, vt in illo ritu, qui incipit, item in causis duarum vnciarũ. deinde superuenit Regia pragmatica Regis Ferdinandi primi, quæ decis magnæ Curiæ Vicariæ ritum, quòd à decreto super assistentia affirmatiuo non appelletur, intelligitur, quòd non appelletur ad effectũ retardandi executionem. Sed bene potest appellari ad effectum reuocandi decretum, si est iniustè latum.

1 † Fuit in Consilio iudicatum, idem in quocunque alio decreto magnæ curiæ affirmatiuo, ut si appelletur, mandetur executioni, præstita idonea cautione de restituendo executionem in causa retractationis dicti decreti, & facta executioni proceditur ad vlteriora in causa appellationis.

Quæ autem sunt ista decreta, patet ex not. per Bald. in l. nec quicquã. §. ubi decretum. ff. de offic. proconsulis & lega. & in Spec. in titu. de 1. & 2. decreto, & vt aliqua perstringamus. Est decretum super alienatione rei stabilis minoris, ut in l. 1. & in l. ob æs C. de prædiis mino. & C. de administ. tuto. l. lex quæ tutores. quod interponitur ob æs alienum, ut in d. l. ob æs. Item in dote & donasione propter nuptias, vt in d. l. lex quæ tutores. & C. de prædiis mino. l. prædia. Item propter famem ff. de tu. & rati. distra. l. 1. §. sed nonnullos. Item decretũ iudicis, quando est discordia inter creditores de remittenda debitori parte debiti, secundùm Bal. Pau. de Cast. & Moder. in l. iurisgentium. §. hodie. ff. de pactis.

Decretum iudicis in tutela, secundum Bar. in l. legitimos. ff. de legi. tut. Decretum iudicis in transactione, quæ fit super re stabili minoris, ut per Bald. in l. præses C. de transact. Item decretum super alimentis futuris, ut in l. cum hi. de transact.

Item decretum ad confirmationem actus. Bald. in l. non aliter C. de adoptio.

Item decretũ insinuationis, vt dicit Bar. in l. Modestinus. ff. de sol. Item decretum iudicis in reuocatione curatoris; arg. l. si ut proponis C. de nuptiis. Item decretum in inuentario tutoris. Bald. in l. si tutor. in prin. C. ex qui. cau. integ. rest. non est neces.

Item decretũ emancipationis, manumissionis, adoptionis, ut in propriis titulis.

Item in omni contractu potest peti interponi iudicis decretum, secundùm Bar. in l. si quos. in princip. C. de curio. lib. 10.

Item decretum in diuisione, quam petit pupillus, ut in l. inter pupillos. ff. de autho. præstã. Item decretũ in constitutione actoris, vt insti. de curato. §. fin. Item in alienatione rei stabilis dotalis vbi requiritur causa in alienatione, vs dicit noster Sebastianus in consuetudine Neapolitana, quæ incipit. Et si mulier iustam.

Item decretum super tutela matris, de quo in auth. matri & auiæ C. quando mu. tu. officio fungi potest. Item decretum iudicis in contractu filiifamiliàs habentis procuratorem insanum, ut per Bald. in l. si furiosi. C. de nup. & in subr. C. de contrahen. empt. in fi. Item decretum in causis, ubi imploratur iudicis officium, vt in d. §. ubi decretum, in aliis casibus notatis per Luc. de Penna in l. ordinis C. de decr. decurio. lib. decimo.

ANNOTATIO IN DECISIONE CCLXI.

1 *Casus in quibus non licet appellare, & in quibus non obstante appellatione sententia demandatur executioni.*
2 *In causis desiderantibus celebritatem, & in causa dotis denegatur appellatio.*
3 *In causa dationis tutorum, & in causa alimentorum quando est instans fames, denegatur appellatio, secus in alimentis de præterito, & quid si alimenta debeantur diuiti.*
4 *Quando factum consilium decidit causam; an eius decisio obtineat vim legis.*
5 *Appellatio semper censetur permissa, nisi sit prohibita.*
6 *A iudicio fortis appellatur, quando est magnus excessus in quo quis reperitur grauatus.*
7 *In quibus casibus ad iudicium fortis sit recurrendum.*

1 Aflictus † hic enumerat casus, in quibus non obstante appellatione sententia mandatur executioni. tu dicas in primis, quod ille ritus in libro meo nouarum constitutionum regni est fol. 10. Casus autem in quibus non licet de iure appellare, declarat Speculator in titulo de appella. §. in quibus autem, in 2. par. fol. 307. Casus autem in quibus licet innouare pendente appellatione tradidit idem Speculator in eod. tit. in §. nouissime. fol. 319. & Firmanus in suo reper. in uerbo appellatio permittitur, & in uerbo appell. tollitur, & in uerbo appellatione pendente, fol. 53. & ibi etiam maxime in uerbo appellatione fiat, eodem fol. 57. vbi declarat, ꝙ in causis desiderantibus

2 bus celeritatem † denegatur appellatio, & Maran. in suo Spe. in par. 6. num. 174. fol. 152. vbi enumerat 22. casus in quibus non appellatur, & in quibus licet innouare appellatione pendente, vbi in nu. 185. simpliciter sequendo hanc Affl. decisionē non aduertit, ꝙ nō omnes hi casus, qui enumerantur per Affl. in hac decisi. sunt veri de iure, prout ego potui in prædictis reperire, quòd denegatur appellatio ad effectum retardandæ

3 executionis † nisi in causa dotis, de quo per Bald. nouellum in tract. dotium, in 7. speciali, fol. 47. & in casu dationis tutoris. Bar. in l. 2. ff. de tuto. & cura. datis ab his. item in causa alimentorum, quando interponeretur decretum officio iudicis ex cā instantis famis, vt hic, secus si fertur sententia iure ordinario in causa alimentorum secundùm Spec. in loco superius citato in d. §. in quibus autem, fol. 309. & fuit notatum supra in dec. 252. vbi fuit conclusum, ꝙ a sententia alimentorum in futurū etiam debendorum tunc non appellatur ad effectum retardandæ executionis, quando pauperi deberentur, ex consi. Aretini 96. & 97. nisi dicas omnes istos casus enumeratos per Affl. hic quodammodo desiderare celeritatem, & propterea non impediri ipsorum executionem per appellationem, vel sacrum con

4 silium fecisse hanc extensionem intentione legis † conden. ꝙ potest facere, iuxta tex. l. fi. C. de legibus, de quo fuit dictum su

5 pra in dec. 190. in fine, quæ dixi, quia appellatio † semper censetur permissa, nisi reperiatur de iure prohibita, capitulo om

6 nis oppressus, cum similibus, 2. q. 1. Sed iuxta ista † quæritur, an hæc procedant in iudicio fortis, ꝙ liceat ab ea appellare. Bal. affirmat ꝙ non in l. fi. 1. col. C. com. de leg. quia fortuna non habet superiorem, ꝙ tu intelligas, nisi fuisset magnus excessus læsionis. idem Bal. in l. 3. C. com. vtri. iudi. Ias. in d. l. fi. Cotta in uerbo fortis. in quibus etiam quòd istud iudicium fortis non

7 † militat nisi in quæstionibus iuris, & in casibus à iure expressis. Caes. Vrsill.

DECISIO CCLXII.

De curatore ad litem infanti dato.

SVMMARIVM.

1 *Tutor testamentarius infantis an possit dari curator ad litē.*
Infans an citari possit, vt legitimè compareat.

2 *Agnati & cognati citandi pro infante quando tutorem non habent.*
Pupillus maior septenio potest citari, ut legitimè cōpareat.

3 *Processus quando possit valere, licèt citatio sit nulla.*

4 *Processus cum tutore factus infanti an noceat.*
Curator infanti non conceditur.

5 *Curator ad litem non datur, nisi petenti.*

6 *Constitutus à tutore dicitur actor.*
Administratio bonorum pupilli quando à iudice tutori non decretanda.

7 *Tutor ante litem contestatam procuratorem quando possit constituere.*

8 *Practica ad reualidandum processum nullum.*

1 FVit in consilio dubitatum, † si citatur per iudicem delegatum sacri Consilii pupillus, qui in ueritate est infans, quòd legitimè compareat, & pro eo comparet tutor testamentarius, sed non adimpleuit solennia. Ideò petitur, quòd prouideatur sibi de curatore ad litem, iudex delegatus fecit illum tutorem testamentarium curatorem ad litē, & iste curator ad litem constituit procuratorem, & cum eo processus est conclusus, dicitur ꝙ iste processus est nullus, ex multis.

Et primò, quia iudex non potuit citare infantem, ꝙ legitimè compareat, per id qd' dicit Io. And. in tit. de reo. §. 1. in additione quæ incipit, quærit Goffre. vbi tenet, ꝙ ille qui vult conuenire hæredes alicuius, debet prius diligenter inquirere, si aliquis hæres est infans intra septem annos, & si

a ibi sit infans, non faciat citationem [a] contra ipsum vt hæredem, ꝙ legitimè compareat, quia ci

2 tatio esset nulla. † Sed citari faciat tutorem pro eo, si habet, per text. in l. 1. §. sufficit ff. de administratio. tuto. & tenent hoc Bar. & Pau. de Cast. in l. 1. ff. de condictio. fur. Et si non habet tutorem, citari facit agnatos & cognatos, vt veniant ad ipsum infantem defendendum, vt dicit Bald. notanter in c. 1. de milite vasallo, qui contumax est. Et idem dicit Bar. in d. §. sufficit. Tunc enim citabitur pupillus, ꝙ legitimè compareat, quando est maior septennio, secundùm Io. And. ubi suprà, & Bar. in d. §. sufficit. & Bald. in l. donatarum C. de acqui. poss.

3 & in tantum hoc est uerum, † ꝙ si citatur ille qui est infans, ut legitimè compareat, non potest procedit ad primum decretum, ut dicit Io. de Imo. in l. contra pupillum. ff. de re iudicata, qui refert de facto ita fuisse decisum, licèt aliter uelit Bar. in d. §. sufficit. & in l. qui habent. §. si pupillus. ff. de tutelis. Sed in hoc cadit una dubitatio, pone, ꝙ est citatus infans, ꝙ legitimè compareat, & sic nulliter est citatus. Tamen pro eo comparuit tutor, & ipsum defendit, an valeat processus. Paul. de Cast. in d. l. contra pupillum. tangit, quando pupillus nulliter est citatus, & comparet pro eo tutor, & ipsum defendit, ꝙ ualebit processus, licèt citatio fuisset nulla. Idem firmat ibi Alex. Sed ista decisio non facit ad hoc, quando citatur infans nulliter.

4 † Vtrum processus factus cum tutore noceat infanti. Bene tamen Ang. dicit in l. 2. §. 1. ff. de in ius vocan. ꝙ citatio facta infantis est ipso iure nulla, etiam si citetur ut maior, & in ueritate apparet, ꝙ sit infans, vt dicit Alex. in d. §. sufficit. & in l. si ex legati causa ff. de uerb. obl. & in l. 2. & in l. neque ff. de in ius vocan. & uide ad hoc Bal. in l. si quis fundum C. sine cen. uel reliquis. & in l. si mino. ff. de bo. authoritate iud. posiden.

Concludit ergo, ꝙ infans non potest citari, ꝙ legitimè compareat, sed solùm maior infante, & sic minor potest sic citari, ut notat gloss. in dict. l. si minor. quam ad hoc allegat Bald. in l. non eo minus C. de procuratoribus.

Secundò dicitur, ꝙ dictus processus est nullus, quia iudex dedit curatorem infanti, qui non potest petere curatorem sibi dari. Quia illa ætas quic

5 quid videt, ignorat, † & curator ad litem non datur nisi petenti, ut in d. §. si pupillus. Et firmat Alex. in 1. volu. cons. 22. in fin. & Bal. in dict. capit. 1. de milite vasallo, qui contumax est.

Tertiò ille procurator constitutus ab illo tutore dato per iudicem curatore ad litem, non est legitimus actor uel procurator, ex quo in eius cōstitutione ante litem contest. non interuenit decretum iudicis, prout de iure requiritur in §. fi. Insti. de cur. inde dicit tex. in l. solet ff. de tutelis, solet præ-

tor

tor permittere &c. intelligitur de promiſsione per
decretum, ut dicit Anch. de æta. & quali. capi.1.
& nota. Barto. in l. actor. ff. rem ratam haberi, de
curatore. Nec eſt uis in nomine, ſiue dicat, conſti
6 tuo actorem, ſiue procuratorem, † quia conſtitu-
tus à tutore dicitur actor, vt dicit Barto. in l. neque
C. de procu. In contrarium dicebatur, quòd licèt
ille tutor teſtamentarius non adimpleuiſſet ſolen-
nia, tamen ex teſtamento apparebat, quòd pater
infantis non ſolum fecit eum tutorem, ſed etiam
adminiſtratorem bonorum pupilli quo caſu non
requiritur, quòd ei à iudice ſit decreta adminiſta-
tio, ſecundum Barto. in l. legitimos ff. de leg. tuto.
& firmat Anto. in con. 103. dicens, quòd idem eſt
in curatore, qui non adimpleuit ſolennia, ut ſuf
ficiat, ſi ſibi fuit in teſtamento conceſſa libera ad
miniſtratio. Et tunc potuit conſtituere procurato
rem ad litem prædictam ſine decreto ſecundùm
Bal. in 2. oppo. l. j. C. de bonis maternis, ubi dicit,
quòd ſi in teſtamento tutori data eſſet libera admini-
ſtratio, poteſt ad litem conteſtatam conſtituere
procuratorem, ſi fecit inuentarium uel non fecit,
7 † & ſibi fuit remiſſa confectio inuentarii, ut in l. fi.
C. arb. tute. & ibi per Bar. Sed in d. teſtamento,
non fuerat remiſſa inuentarii confectio, nec di-
ctus adminiſtrator fecit inuentarium, ideo iſtud
motiuum, parum operatur.

Domini de Conſilio uidentes uincula dictę litis
non poſſe diſſolui per regulas iuris, niſi pronuntia
retur proceſſus nullus, ac videntes, quòd ipſe aſſertus
tutor fecit quicquid potuit, & iuſtitia erat contra
ipſum pupillum. Magni. do. Ant. de Alex. vicepro-
tonotarius inuenit hanc viam, quòd dictus pupil
lus factus maior infante petat curatorem ſibi dari
per ſacrum Conſilium, & ſic factum fuit. Et cum
illo curatore ad litem omnia acta fuerunt reinte-
grata, prout dixit Barto. in l. ſi ut proponis, in ſecū-
da col. C. quomodo & quando iudex, & unico cō
textu dicendo, recipio libellum, conteſtor litem,
recipio terminū ad probandum, & ſic omnia acta
repotantur, ut in ſimili dicit Barto. in l. 1. col. 2. C.
de ſent. interloc. omn. iud. & idem Bar. poſt glo. &
Guil. de Cun. in l. mutari, ff. de procu. Idem tenet
8 Bal. ibi & Ang. & in d. l. 1. † Et dicebat ipſe uicepro
tonotarius, quòd ipſe uidit hoc practicari, quan
do proceſſus redditur nullus ex defectu; quia fa-
ctus cum minore, licèt glo. & doct. in d. l. mutari.
non loquantur in iſta nullitate proceſſus, quia fa-
ctus cum minore ſine ſolennibus, uerum fuit data
ſibi reſtitutio in integrum ad ponendum, & pro-
bandum quicquid uoluerit, & ſic facta fuit con-
cluſio cum dicto curatore, & fuit lata ſententia in
fauorem actoris contra pupillum, & in alia cauſa
ſic uidi fuiſſe ſeruatum, & iudicatum poſt mortem
dicti dom. Anto. Hæc ſunt notanda, quia non repe
riuntur ſcripta à doctoribus, ſed ſufficit, quòd ſic
bis fuit extenſa glo. & doc. in d. l. mutari. & in d. l.
1. per doctores Sacri Conſilii.

ADDITIO.

a *Non facias citationem.)* Quomodo citabitur pupillus, & proceſſus reneat, uide etiam ſupra in deciſione 156.
Thom. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXII.

1 *Pupillus poteſt citari, ut legitime compareat, ſecus in infante.*
2 *An creditore vendente pignus debitor ſit liberatus, quando creditor ipſe promittit euictionem.*
3 *Adultus quando habet curatorem, an poſſit ipſe citari, quando acta facta abſque ſolennitatibus debeant reintegrari, ſi vitium appareat ex ipſa ſententia.*
4 *Quando infantis citatis agnatis nullus eſt, qui uelit defenſionem ſiue tutelam capere, poſſit iudex ex officio curatorem eidem dare in cauſa, & an omnes agnati hoc caſu ſint citandi.*
5 *Quando conficitur inuentarium, creditores certos, qui non fuerunt citati, non afficit.*
6 *Tutor ante litis conteſtationem non facit procuratorem, ſed actorem, valent tamen acta, quatenus concernunt fauorem pupillorum.*
7 *Pater poteſt aliquem adminiſtratorem facere, ſiue tutorem, etiam quòd non adimpleat ea, quæ notat Bar. in l. legitimos.*
8 *Valent geſta per tutorem, qui non adimpleuit adimplendo, quando geſta per eum concernunt pupilli fauorem.*
9 *Teſtator an poſſit tutori dare poteſtatem faciendi remiſſionem de morte propria auctoritate abſque deciſio.*
10 *Datio tutoris an faciat præſumi quem minorem quoad alias perſonas.*

1 QVod infans nō valeat citari † vt legitime compareat ſed
adultus, & ſic cum iſta deciſione videtur conuenire
Abbas in conſilio 29. in quæſtin. præſenti. nu. 4. in
fi. ſecundo volum. & quaſi iſtud idem affirmat Decius in con
ſilio 446. viſis duobus, nu. 11. quod conſilium compilauit De-
cius ipſeortis nonnullis de iure controuerſiis inter Nicoſan-
tium & Carolum Ruinum, in quo conſilio (ut uides) in omni
bus approbatur opinio ipſius Nicoſantii excepto in vno du-
2 bio, ſcilicet, an creditore vendente † pignus & promittente eui
ctionem debitor ſit liberatus, & ipſe tandem concludit quòd
ſic contra Nicoſantium, qui affirmabat contrarium, quod du
bium mox ipſe Nicoſan. pro ſua opinione defendit, debitorē
hoc caſu non liberatum in ſuo tract. de pig. in primo membro
ſextæ partis, num. 43. in uerbo & dum dicta conſultatio, folio
3 162. quem vide. & quod dictum fuit de adulto † quòd poſſit cita-
ri, intelligit Recen. in dicto conſilio Decii 449. ſi non habet cu
ratorem, aliàs ſi curatorem haberet, quòd non poſſit citari, non-
nullos pro hac opinione adducit, quod confirmat Tiraque. in
retra. conſangui. §. 1. glo. 13. num. 13. vſque 25. fol. 91. in parua
vltima impreſſione, ſed quòd acta hoc caſu nulla indigeant hoc re
medio reintegrationis, firmat Decius in conſi. 549. requiſitus
qui etiam citat Affl. hic, Maran. in tract. iudiciorum, num. 25.
fol. 65. Bolognīnus in conſi. 37. col. 7. circa finem. Iaſ. in conſil.
91. 3. uolum. Ruinus in conſi. 36. uolu. 5. Grammaticus in con-
ſilio 14. in ciuil. Vbi ait, acta non debere reintegrari, quando vi
tium demonſtraretur ex ſententia ipſa, bene uerum in prædi-
ctis, vt dixi ſupra in deciſi. 256. quod Bal. in d. c. primo, de mi-
lite vaſallo qui contu. eſt, & in l. nec quicquam. §. vbi decretū,
colum. 6. affirmat hoc caſu, quando aliquis eſt infans, & habet
4 tutorem, & † iudex citatis agnatis & cognatis, & aliis iuxta for
mam traditam tex. l. hęc autem. §. ſi nō defendi. ff. ex quib. cau.
in poſſ. ea. & iuxta notata per Aym. in cōſi. 225. de tribus prin
cipaliter, numero primo & quinto, qui dicit, etiam omnes du
bere citari, & non ſatis eſſe vnum citare etiam tutorem, aliàs
nil ualeret, ſicut in confectione inuentarii, nam ſi non citantur
5 omnes creditores certi † quoad non citatos inuentarium nil
ualet. Bar. in conſi. 154. maritus. prout de prædictis plene no-
tat ipſe in dicto conſilio numero 6. & tunc ſi nullus foret, qui
uelit pupillum infantem defendere ſaltem ex charitate, vt di-
cit ibi tex. dic §. ſi non defendi. qui chriſtianè loquitur, quan-
do diuus etiam Paulus dicat, charitatem omnia vincere, Deū
charitatem eſſe, qui manet in charitate, in Deo manere &c.

quòd tunc iudex ex officio potiusquam de iure dat curatorem ad litem huic infanti, & solet dari prædicto infanti curator ad litem procurator pauperum in magna curia Vicariæ, uel potest dari curator hæreditati iacenti, ut notaui supra in dicta decisin.256.

6 Circa uerò aliud tactum † per Affl.hic, quòd tutor ante litis contestationem factam cum ipso non faciat procuratorem ad litem sed actorem, iuxta tex.l.neque tutores.C. de procur. notat Alexand.in consil. 86. Visis dubitationibus, in secundo volumine, colum.secunda.Corneus in consi. 164. quarto vol. Soc.in consi.255.in causa,secundo vol.Capella Tholo.in dec. 43.in quibus plene, quòd debeat actorem constituere, & q valeant tamen acta, quatenus concernunt fauorem pupilli, nisi fuisset procu cum decreto iudicis constitutus, de quo etiam infra in dec.

Circa verò aliud tactum per Afflict.hic in uerbo in contra
7 rium, quòd quando pater † facit tutorem etiam administratorem bonorum pupilli, quòd potest administrare etiam non adimpletis his, de quibus per Barto.in l.legitimus.ff.de legat. tuto.nota quia cum ipso conuenit Capella Tholo. in decisione 188.& quod ibi late per Auphre.in addi.imò quòd valeãt
8 gesta per eum † etiam non data potestate administrandi, sed tutor remouetur vt suspectus. Iason in l. nemo potest facere. colum.tertia.ff.de leg.primo, Soc.Iunior in consilio 184. prima parte.quatenus tamen sunt in fauorem pupilli & non aliter, licèt contra velit Socinus sibimet contrarius in consil. 22. in secunda parte, sed pro prima opinione iudicauit magna curia Vicariæ, quòd acta valeant, anno 1555.die 13. Augusti in causa Io. Tho.Salmmne cum Regio fisco, quòd dictus Ioan. Tho.debeat gaudere regio indultu generali concesso a domino nostro Rege Filippo die 25.Nouemb.1554. de quodam homicidio, ex quo dictus Ioannes Thomas habebat remissionẽ homicidii prædicti a quodam tutore pupillorum mortui, qui licèt non adimpleuisset solennia, tamen quia testator in suo te
9 stamento † concesserat eidem potestatem faciendi dictam remissionem propria auctoritete absque decisi. ideo ualida fuit remissio; nam quis non dicitur alienare, quando sequitur id, quod testator uoluit & ordinauit.l.secunda, C.si adno.uen.pigoo.not.And in capitulo primo, in princip. per quos fiat inuestitura, actuarius causæ fuit Ioannes Dominicus Tramontanus in magna curiæ Vicariæ, quæ nota, nam faciunt ad ea quæ fuerunt etiam notata supra in decisione 249.quòd tutor ex potestate attributa potest alienare sine solemnitatibus cum modificatione de qua ibi, & quòd ex datione tutoris vel curato-
10 ris facta alicui † præsumatur quis minor etiam quoad alias personas, declarat Cotta, qui alios citat in uerbo decretum iudicis, quæ nota ad intellectum glo. in l.de ætate. ff. de minoribus. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCLXIII.

De iuramento per metum extorto &c.

SVMMARIVM.

1 *Renuntians & cedens ius suum cum iuramento an possit agere.*
Periurium incurri an possit veniendo contra iuramentum absque absolutione, si constat de ui & metu.
2 *Iuramentum per uim, & metum, an sit ipso iure nullum*
3 *Iuri canonico in materia iuramenti standum.*
Absolutio a iuramento quando requiratur, priusquam iurans agere possit.
Iuramentum accumulat forum foro.
4 *Iuramenta illicita an seruanda.*
5 *Iuramentum per metum extortum an, & quatenus sit obligatorium, & quotuplex ex eo obligatio oriatur.*

1 IN causa Lucillæ de Appena, † in qua contra eam opponitur exceptio iurisiurandi pro eo, quia renuntiauit & cessit omne ius suum, prout patet publico instrumento. Et ideo non potest agere.

Pro eius parte replicatum fuit, quòd tale iuramentum fuit ab ea exactom per uim, & metum illatum ab eius marito. Et de talis vi & metu cõstat in sacro Consilio per alium processum factum inter easdem partes, & sententiatum per sacrum Consilium.

Dubitator, utrũ dicta Lucilla constito de ui & metu possit dici periura veniendo contra dictum iuramentum absque ablolutione à iuramento?

[a] Dicebant domini de Consilio, quòd licèt doct. Legistæ, ut est Cyn. Bar. Pao. de Cast. & Saly. &
2 communiter alii teneant, † quòd iuramentum præstitum per uim & metum sit ipso iure nullum, & non obligat tale iuramentom præstitum, ut dicunt ipsi in aut. sacramenta puberum. C.si aduersus uend.& Bal.in cap.1. §.item sacramenta.de pa.iur. fir. Tamen doct.Canonistæ tenent, q de mero iure iuramentum exactom per uim & metum obligat, licèt possit peti absolutio, ut tenet Inno.in capi.ad aures. qood me.cau.& Ioann. And.in capi. si verò de iureiur.& eodem titu.cap. uerum. & in capi.ad audientiam.quod met.causa. & Abb. Sicu.in d.ca. si uerò ubi allegat beat. Thom.idem tenentem 2.2. qoæst.89.arti. 7.& hoc tutius est secundum Arch. in c. quamuis. de pact.lib.6.& est glo. in ca.autoritate 13.q.6.& Io.de Imo.in c. cum cõtingat.in 2. col.de iureiur. Et in materia iuramenti tanquam rei spiritualis standum est iuri cano. & non ciuili. per Io.And.& doct.in ca.1.de oper.no.nun. & per Legistas in l.priuilegia.C.de sacrosan.eccle.& Ale. in 1.uol.con.27.in 5.col.& in 3.uol.consi.53. cum concor.

Dicebat do. Anto. de Alex. & tres domini uel quatuor secuti sunt eum, sicut sunt dominus Marcellus Cancella.& D. Iaco. de Iello, & D. Carolus
3 da Rogerio, & D. Ioannes Bap. Brancacius; † q prædicta habent locum, quando vis & metus non esset detecta & directus, tunc requiritur absolutio à iuramento, aliàs agere non potest secundũ opio. Canonistarum. Secus si de ui & metu legitimè cõstat, prout erat in præsenti causa, tunc ex quo constat de ui & metu, iudex secularis potest compellere partem, cui iuratum est ex eius uiolentia & metu illato ad relaxandũ dictum iuramentum, per l. illicitas ff.de offi.præsi.secundùm Bal. in d. §. item sacramenta.Ideò dicit Abb.Sicu.in c.cum sit generale.de fo.comp.quòd si agitur, q iuramentum seruetor, uel non seruetur, & constat q iuramentum est licitum, & tunc potest esse iodex, iudex ecclesiasticus, & sic iuramentum accumulat forum foro, ut in c.cum C.laicus. & ibi Domin.de foro cõpet. lib.6.qoando uerò constat, q iuramentum est illicitum, Abb.in ca.cum sit generale, multum dubitat. sed potius inclinat, q debet adiri iudex ecclesiasticus pro absolutione. Sed in c. uenerabilem. ulti.col.de elect.tenet expresse, quòd quando iuramentum constat esse illicitum, q tunc propria authoritate poterit cõtrauenire, allegat 22. q. 4. quali per totũ.Sed ego dicebam, q si constat iuramẽtũ esse exatũ per uim & metũ, hoc nõ põt cognoscere, nisi iudex ecclesiasticus, secundùm opi.Canonist.
4 secũdum quam est iudicandũ in foro ciuili. † Nec obstat, q probatum est de ui & metu, quia fateor, q maritus posset compelli ad relaxandum per iudicem secularẽ per d.l. illicitas. Sed ex ista renuntiatione

ctione iurata quęsitum est ius tertio uidelicet ei, cui facta est renunciatio ob uim & metum illatum vxori, cui tertius nullam uim & metum commisit. Et ideò ego fui in uoto contrario solus, quòd etiam quando detectum est de ui & metu, quod iudex ecclesiasticus debet cognoscere, an constet de ui & metu, & ipse habet absoluere à dicto iuramento. Néc obstat, quod iuramenta illicita non sunt seruanda; quoniam iuramentum per uim & metum exactum, de iure canonico de mero iure obligat, sed potest peti absolutio, tamen hoc meo uoto non obstante fuit processum ad vlteriora, dicta exceptione periurii opposita non obstante. Omnes Domini secuti fuerunt opinionem Legistarum in d. authen. sacramenta puberum. Accedat pro opinione dominorum de Consilio consilium Raph. Comen. 180. incipiens, uidetur prima fronte. & consilio D. Francisci de Zabarellis consi. 127. incipiens, & fuit quę
5 stio Regis Cypri † ubi dicit, quod licèt iuramentum per metum extortum obligatorium sit, ut in capitu. r. & in capitu. Abb. quod met. cau. & de restitu. spoli. cap. solicite, & in d. c. si uerò. ubi hoc tenet glo. tamé hoc non est simpliciter uerum; imò quo ad extorquentem non obligat & alle. B. Tho. in loco prę allegato, q. 39. argu. 7. in responsione ad tertium argu. quod ex iuramento exacto per metú duplex oritur obligatio una qua obligatur homini, talis obligatio tollitur per coactionem, alia autem est obligatio, qua quisquis Deo obligatur, ut impleat, & in illa requiritur absolutio. Sed ego in his non consentio in causa, de quo agitur, quia ille tertius, cui ius quæsitum est ex renuntiatione meticulosa, nullum adhibuit metum, uel uim dictæ Lucillę, cui fuit uis & uiolentia illata per maritú, ut renuntiaret ius suum illi tertio, per no. in l. qui in carcerem. ff. quod me. cau. cum concordan. nisi dicatur, quòd postquam detectum est de ui & metu dictæ renuntiationis, ipse qui commisit uim & dolum, scit quod eius contemplatione fuit illatus metus & uis, & sic potest compelli ad relaxandú d. iuramentum exactum per uim & metum. Tamen salubrior est mea opinio.

ADDITIO.

a *Iuramento.*) Iuramentum præstitum per uim & metum an sit ipso iure nullum, & an requiratur absolutio, uide infra in deci. 322. & in deci. 363. Thom. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXIII.

1 *Quando constat iuramentum esse illicitum, an possit propria auctoritate sperni absque absolutione à iuramento.*

2 *Iudex laicus an teneatur parere iudici ecclesiastico, quando de facto processit ad absolutionem à iuramento.*

3 *Iudex laicus quando uidit de iniquitate iuramenti an procedat, & an compellat partem ad dimittendum iuramentum.*

4 *Clausula, omnia & singula vera esse, licèt excludat agentem ratione iuramenti, tamen si constat de iniquitate iuramenti parte non opponente sibi præiudicat etiam non obtenta absolutione ab ipso iuramento, quia detectum est hunc non esse periurum.*

5 *Quando magna est iniquitas contractus facti cum minore & aliis, quia viget in loco, quòd homines de facili decipiuntur, tunc princeps habet vim apostolici in absoluendo à iuramento, immo parte etiam inuita potest detegi iniquitas iuramenti.*

6 *An violentia facta uni per virum noceat tertio, qui emit vel aliter contraxit, qui uim aliquam seu metum non intulit.*

1 CVm opinione Affl. hic † quòd etiam si constet iuramentum esse illicitum, non possit propria auctoritate sperni, sed debeat obtineri absolutio, siue habilitatio ab ipso iuramento de iure cano. conuenit idem Affl. infra decisio. 322. in primo dubio, quod etiam sentit in deci. 393. circa finem. Ancha. in consi. 382. retento ordine, in quarto dubio, dicens huius rei cognitionem tantum ad iudicem ecclesiasticum attinere, ergò
2 si iudex † ipse ecclesiast. cui male absoluit sine causa cognitione in isto & aliis ab eo male gestis laicus iudex, quando imploraretur eius brachium, non tenetur parere, quod etiam affirmat Capra in consi. 29. col. fin. & Soc. Senior. in consi. 38. In causa dominorum, prima colum. vol. 2. vbi ita communem esse de iure ait. sentit Alex. in consi. 17. 1. col. vol. 3. quod incipit ponderatis his. Sed pro opinione contraria, & sic aliorum dominorum de consilio, quod quando constat de iniquitate iuramenti, quod quis valeat agere etiam non obtenta absolutione à iuramento, & sic non habito recursu ad iudicem ecclesia
3 sticum, imò † quòd iudex laicus cogat partem ad dimittendum iuramentum; affirmat Barbatia consi. 21. & equidem. col. 2. 1. volum. vbi late Franciscus Curtius in repe. auth. sacram. puberum. num. 16. 17. Vbi citando pro istis tex. c. sacris, quod me. cau. ait nullibi de iure reperiri, quòd quando iuramentum fuisset per vim, vel metum extortum & sic illicitum, foret absolutio necessaria, quod etiam sequitur Fel. in c. si verò. in quinta limitatione, quòd de iure cano. requiratur absolutio a iuramento, de iureiu. Vbi ait, quando côllet, quem opus fuisse obligari, quod non obligetur, pro quibus videntur conuenire ea quæ fuerunt adducta supra in decisione 60. & quod voluit Aret. in l. nemo potest facere. col. pen. ff. de leg. 1. quod valde exclamat hic auctor ignorari ab aduocatis iuuenibus in
4 rubrica consti. regni iurisgentium † quòd licèt aliàs clausula, omnia & singula vera esse, cum iuramento excludat quem ad probandum de simulatione, tamen si non fuisset opposita exceptio prędicta simulationis, & sic altera pars passa fuisset probari de simulatione non opponendo de dicta exceptione periurii; quòd ei debet imputari, nam fuit detectum hunc non esse periurum. conuenit etiam Parisius in consilio 45. satis cócludenter, nu. 9. 10. primo volumine, quam opinionem, quòd non sit necessaria in eo casu absolutio a iuramento, affirmat
5 etiam Capit. in dec. 174. num. 17. & Cors. in memora. † in verbo statuta Italiæ. Vbi inquit, quòd quando fuisset magna iniquitas inter homines in aliquo loco, ita tantum quòd personę & maxime minores de facili ibidem deciperentur etiam cum iuramento, princeps tunc haberet vim apostolicam in relaxatione iurament. l. adigere. §. si. uncta gl. in uerbo lege Iulia de iure patro. de cuius veritate habetur per Alex. in consi. 38. Visa petitione. col. 2. 3. vol. Ferra. in cau. 16 communis, imo quòd parte inuita possit detegi iniquitas iuramenti, affirmat Rece. in consi. Alex. 36. 2. vol. & Gramma. in consilio 95. in ciuili, vbi loquens in instrumento vi & metu confecto per impressionem superioris, illa locum vendicare. Ruinus in consi. 60. nu. 43. & 170 primo volumine. cum quibus videtur de iure conueniendum, ex quo patet hunc nolle obligari, vt ait Fely. in loco supracitato, & est tex. l. prima. §. adeo conuentionis verbum. ff. de pactis, & in d. auth. sacra. puberum. quæ dicit, per vim vel metum extorta nullius esse momenti iubemus, deficiente igitur consensu obligatio etiam nulla est, iuribus supra citatis & ad illud quod habetur per Affl. hic, hæc procedere quo ad illum, qui intulit metum, secus quoad tertium de metu non participante de ipso metu. Ego dixi supra in decisi. 246. quod, alias in quadam causa adducebam consilium Aym. 114. 120. confirmando, in principio & 253. responsiones, numero 6. Iasonis in consilio 10. mortuo, numero 6. ii volumine r. pro hac opinione tamen sacrum consilium nunquam tempestate mea fuit sequutum hanc opinionem, nam satis est, contractum fore meticulosum, vel per vim confectum, igitur deficit consensus, ergo & oblatio, vt supra, & sic voluit obseruari, & signàter in quadam causa cuiusdam Hectoris Fatigati de Afragola, cum quadam muliere de domo de Cuntio anno 1558. cuius fuit Actuarius Ioan. Ber. Balsamus, & sic etiam contra ea

que notaui infra in deci. 265. de represaliis factis alicui ex causa alicuius iniusta, & sine dolo istius, quòd iste non teneatur damnum reficere seu emendare. Caes. Vrsill.

DECISIO CCLXIIII.

De silentio perpetuo post binam monitionem imponendo.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus & practica ad l. diffamari. C. de ing. & manu. Contumaci, an & quando possit imponi perpetuum silentium.*
2 *Claritas amica legibus.*
3 *Ius quaesitum illi, qui se iactat ad agendum infra tempus à iure statutum, an possit tolli per sententiam, nisi bona praecedat solutio.*
4 *Silentium perpetuum non imponit vnica monitio.*

QVidam baro habens nonnulla feuda quaternata dedit supplicationem in sacro Consilio, quòd quidā nobiles se iactant habere ius in quo-
1 dam suo feudo, † petit quòd compellantur ad agendum, aliàs imponatur eis silentium, iuxta nota. in l. diffamari C. de Ingenu. & manu. & Cyn. & Bald. in l. si ea quae, C. qui accusa. non pos. no. per Inno. in cap. cum in tua. qui mat. accu. pos. iudex delegatus, cui commissa est causa, citat illos nobiles ad dicendum & allegandum, & illi sunt contumaces, & in contumaciam iudex statuit terminum dictis conuentis ad agendum infra 30. dies, & infra illos dies minimè illi nobiles egerunt. Quaesiuit commissarius causae, si poterat imponere silentium perpetuum illis contumacibus. Et dicebat ipse, quòd sic, & portauit declarationem Regis Roberti, quae erat huiusmodi tenoris, Robertus &c. regenti curiam Vicariae Regni & iudicibus eiusdem curię Consiliariis, familiaribus, & fidelibus suis &c. Bartolomęus de Capua, miles & Logotheta & protonotarius Regni Siciliae &c. Nobis nuper exposuit, quòd ipse baroniam Iohe cùm casalibus, hominibus, iuribus, & pertinentiis suis omnibus sitam & positam in iustitiariatu prouincię terrae Laboris & comitatus Molosii, tenet & possidet ex celsitudinis nostrę dono. Claricia tamen de Franco consors Serui de Palmerio de Capua se iactat in baronia iam dicta ius sibi competere, quam dicit se uelle suo loco & tempore uendicare, propter quòd Logotheta praefatus nobilis supplicauit humiliter, vt ad succedēdum circa hoc cuiuslibet confusionis inuolucrum & dubietatis incertum ius declarari praedictum mandare humanius dignaremur. Nos autem nostrorum fidelium ingesto praesidio, finem uolen-
2 tes imponere, † illudque in amicam legibus reddere claritatem, praecipuè cum in hac parte nostrae curiae similiter ius uersetur, qui baroniam ipsam in feudum Bartholomaeo concessimus memorato, fidelitate uestrae praesentium tenore committimus & mandamus, quatenus si ueritas concordat expositis, mulieri iam dictae certum competentem & peremptorium statuatis terminum, quòd ipsa ad curiam ueniat, & ius suum, si quod in baronia ipsa sibi credit competere, corā nobis ostendat, facientes super hoc uocatis, qui uocandi propter ea fueriot, nec non procuratoribus & aduocatis fisci nostri, qui in his iura nostrae curiae inquantum exinde tangitur, teneantur, quod iustitia suadebit. Quòd si fortè dicta Claricia in statuendo per uos praefato termino ad curiam ipsam non curabit accedere, & de suo iure legitimè in illa docere. Vos ei & sui posteris, & quibuslibet aliis ab ea super hoc causam habentibus circa petitionem iuris ipsius perpetuum silentium imponatis, ut refraenetur praesumpta calumnia, & nubilata iustitia notis terminis praemissis, & circa praemissa audientiam denegamur tenore praesentium uestrę iurisdictionis & magistratus alterius cuiuscunque praesidium, ut per hoc coram quocunque tribunali nullatenus audiatur. praesentes autem literas &c. da-
3 tum &c. † Fuit dictum per aliquos dominos de Consilio, quòd dictus Rex potuit fecisse dictam literam. Sed de iure nisi iudex moneat bis illum, qui dicitur, quòd se iactet, vt agat infra dictum terminum, non obstāte lapsu termini potest agere, quia ius quęsitum illi, qui se iactat ad agendum infra tempus à iure statutum, non potest sua interlocutoria tollere, nisi bina monitio interueniat ita egregiè firmat Ang. in auth. de haeredibus & Falcidia. §. si quis autem. & idem dicit in §. si quis autem. de ecclesiasticis titulis. licèt in fine dicat, hoc tamen non firmo, & hanc doctrinam Angeli secutus fuit Alexan. in 1. volum. consi. 108. incipien. viso thema. in fin. & Marianus Socinus in ca. licet. de accusatio. & idem Alexan. in l. Titia. C. de accusatio. Sed Ludoui. Roma. in l. quamdiu. §. 1. ff. de acqui. hęreditate, reprehendit haec dicta Ange. per rationes, de quibus ibi per eum, quibus rationibus non obstātibus iudex pronuntiauit secundùm dictam sententiam Ange. ut ipse Ludou. dicit. ista dicta Ang. refert Ale. in l. fin. ff. de feriis. & dictum consi. Ludo. Roma. refert Aug. in apost. super Angel. in tracta. de ma. in uer. nec non ad querelam & Fely. in capitu. ex literis. de constitut.
4 † Alii Domini dicebant, quòd ante dictam sententiam ipsi seruarent opi. Ange. sed post dictam sententiam ipsi non annullarent dictam sententiam, ex quo non interuenit nisi vna monitio. Et sic fuit conclusum, quòd iterum dicti nobiles moneantur infra dictum terminum assignatum ad proponendum iura sua, aliàs imponetur silentium, & quia posteà non comparuerunt.

Fuit eis per sententiam impositum silentium, & quòd non audiantur ulterius.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXIIII.

1 *Quando aliquis se iactat habere ius super aliqua re possessa ab aliquo de iactantia constituto, valet iudex statuere terminum ad proponendum ius, & elapso termino praetenso iure non proposito imponitur silentium.*
2 *Ad hoc vt iudex statuat terminum ad proponendum ius debet prius constare de iactantia.*
3 *Emptor non potest de iure nomine diffamante inuito venditore procurare, quòd fiant banna, quòd quicunque praetendit habere ius super re vendita, quòd illud proponat, an haec procedant, quando ius istius diffamati non efficeretur*

ceretur deterius, quòd cogetur ad proponendum iura ip sius.

4 *An à sententia silentii in isto casu possit appellari, & an hic audiatur, si docet de impedimento.*

5 *Venditor cum pacto de retrouendendo auditur elapso tempore, si iusto impedimento fuisset impeditus.*

6 *Quando aliquis assumendo partes actoris petit declarari ius ei competere super aliqua re, vel se liberatum, & aduersario ius non esse in prædictis, quòd tunc non oportet docere de iactantia, siue de diffamatione, & procedit iudicium.*

7 *Pragmatica loquens de conseruatoriis qualiter procedat.*

1 COncludit Affl. quòd quando aliquis † iactat se habere ius
super aliqua re alicuius, quod iudex ad petitionem illius debet
statuere terminum eidē ad proponendum sua iura, & traditis
in prædictis duobus terminis iuribusque non propositis impo
ni silentium, concordat Maran. in Spec. in nona diffinitione
iudicii, nu. 2. fol. 73. vbi late exordiendo subiectum quæstionis
affert nonnullas quæstiones circa prædicta, & vltra scripta per
ipsum, quod bina monitio sit necessaria, vt possit obtineri huius-
modi sententia silentii. Affirmat Bertachinus in tract. de epi-
sco. folio. Sed latius hæc tradidit Boer. in dec. 255. & circa pri
mum. Et insuper in prædictis puto aduertendum, quòd non
statim quòd quis comparet coram iudice, & allegat, quòd ta-
lis iactat se habere ius super tali re sua, iudex ipse debet statue
re terminum ad dicta iura proponenda, vt videtur in aliis ex
dictis Afflic. hic, & sentit Maran. in loco supracitato circa for-
2 mationem libelli. Sed † priusquam iudex constituat hunc ter-
minum propositionis iurium negata iactantia ex aduerso de-
bet terminum dare huic, qui allegat iactantiam ad illam pro-
bandam, & in termino prædicto constito de iactantia debet
iudex tunc statuere dictum terminum parti iactanti se habere
ius ad illud proponendum, & non aliter, prout affirmat Bar.
in d. l. Titia, per verbum ibi positum minaretur. & Bal. in 1. op
posi. d. l. diffamari, sentit Rom. in consi. 53. visis themate, vbi ex
dictis Baldi in d. l. 1. §. huius autem interdicti. ff. uti possidetis.
& aliorum istud affirmat, & insuper quòd emptor de iure
3 nullo diffamante non potest inuito † venditore procurare, quod
fiant bannimenta, quòd quicunque prætendit ius super re
vendita, proponat & agat, hoc idem Ripa in l. rem quæ nobis.
col. . . ff. de acquir. poss. Ias. in consi. 167. vol. 2. qui dicit, quod
dicitur actor ille, qui petit res poni ad cridas. & ita ego vidi
in praxi obseruari, & prædicta habui de facto in causa illo-
rum de Guarrilio de ciuitate Litii in anno 1540. in sacro con
silio, dum tunc fuissem iuuenis aduocatus, cuius causæ fuit
Actuarius E. Vincentius Vozauotra, immo dico, quòd plus
voluit hic auctor in constit. regni inquisitiones generales, quā
refert Maran. in loco supracitato, quòd si ius istius diffamati
non efficeretur deterius, quod non cogeretur iste diffamans
siue iactans agere, quæ extendit Lucas de Penna in l. si appari-
tor. col. 5. num. 21. postquam posuit ample materiam, de co-
hortalibus lib. 11. quando aliquis prætendit aliquem debito-
rem suum, quòd cogatur ad proponendum iura, vt supra, quod
sequitur etiam Cæpo. in caut. 239. vbi etiam tradidit, posse in
prædictis examinari testes ad futuram rei memoriam, iuxta
doctri. Bar. in l. lege Aquilia. ff. ad leg. Aquili. voluit etiam ista
Costa in verbo iudex potest statuere terminum, vbi ait, iudi-
cem ad excludendum agentem debere comminari, quòd nisi
proponat, quòd amplius non audiatur, hoc idem Paris in of-
ficiali existenti in sindicatu, quod quando fuissent emanata bā
na ad proponendas querelas, cum clausula prædicta commi-
nationis, quòd decætero non audiantur, quòd quis excluda-
tur etiam in patria ad proponendas querelas in verbo officia-
lis, fol. 11. sequitur Ferrar. in cautela 14. num. 6. quando adest
comminatio prædicta, vel post fuisset interpositum decretum,
quòd accusatores amplius non audiantur, & sic intelligen-
dam concludit additionem Alexan. in l. 2. ff. ad leg. Iuli. repet.
quòd aliquis amplius non audiatur statutis terminis, vt supra
4 & in propria patria. † Sed iuxta ista quæritur, an ab hac sen
tentia silentii possit appellari, & quòd sic concludit Alber. in
d. l. Titia qui dicit, quod si iste docet de aliquo iusto impedi-
mento, quod audietur, ad quod facit consi. Rom. 435. de uen-
5 ditore iusto impedimento † impedito redimere rem vendi-
tam infra tempus, quòd admittatur, prout fuit notatum, su-
pra in decis. 73. & declarat nonnulla Zasius in feudis, circa im
pedimenta prædicta, fol. 63. quæ omnia sane intelligas, si pla-
cet; quando iste agens super iactantia vult, quòd iste prouoca
6 tus proponat iura sua, aliàs ei imponatur silentium † aliàs ergo
si ipse agens assumendo partes actoris petat implorando offi-
cium iudicis declarari ius sibi competere super aliqua re, vel
se esse liberatum, vel non posse molestari in aliqua re sua, quia
tunc bene procedit iudicium, secundum Alex. in l. si finita. §.
elegantrer, qui ita ex dictis omnium concludit. ff. de dam. in-
fect. & Hyp. singu. 280. licet quæ nota in modo obseruandi in
praxi, nam melius videtur, quòd agatur hac uia quam dicta
lege diffamari, quia non erit necesse agenti probare de iactan
tia secundùm ea quæ fuerunt supra allegata, voluit etiam hec
Gramm. in consi. 64. in ciuilibus, & secundùm hæc intelligas
7 Pragma. † quæ incipit conseruatoria, de conseruatoriis non
concedendis nisi parte citata. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCLXV.

De obligationibus vasalli ad dominum, & econtra.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus vices domino reddere debet, qui ad inuicem obligantur.*

2 *Dominus & Vasallus an & quando iudicantur ad paria. 13.*

3 *Vasallus fidelitatem domino iurat, non econtrà.*

4 *Dominus vasallo non tenetur iurare, nec astringitur ad eum iuuandum, nisi ex vrbanitate.*

Superior agere potest pro subditorum suorum iniuria, & illis auxiliari tenetur.

6 *Dominus inquirere non tenetur contra subditum de maleficio commisso extra suam iurisdictionem.*

7 *Preceptum cadit domino in vasallos.*

8 *Vasalli ad dominum qualiter se habeant.*

9 *Prælatus precepto non efficitur, sed obedientia.*

10 *Filius ab obsequendum parentibus obligatur, nō econtrà.*

Iurisdictio per solum preceptum non probatur, nisi interueniat obedientia præcepti.

11 *Obedientia per obedientiam possidetur.*

Subditi præsentiam Regis desiderant, & ipso multùm lætantur.

12 *Vascones dicunt, quòd non subsunt Regi Angliæ, nisi ipso præsente.*

13 *Dominus in vasallum delinquens non cadit à feudi proprietate, sicut econtrà.*

14 *Papa est omnia, & super omnia.*

15 *Personæ magnæ non veniunt in generali locatione.*

16 *Episcopatus non includitur appellatione dignitatis.*

17 *Feudorum titulatorum qualis natura.*

18 *Feuda titulata in quibus differant a quaternatis.*

19 *Differentia adueniens generi ponit speciem.*

20 *Prelatus appellatione capituli non includitur.*

21 *Rei vendicatio an competat, si quis comitatum vel marchionatum iure dominii petat.*

22 *Mentio specialis de eo, quòd est notatu dignum facienda.*

23 *Generalitas, non comprehendit, quod alterius est naturæ.*

24 *Ecclesia proprietatem feudi non perdit propter prælati delictum.*

25 *Pactum per dominum fractum an mereatur eandem pœnam, cui obnoxius est vasallus.*

26 *Extensio de personam ad personam in contractibus nō fit.*

27 *Reuerentiam respicit vasallum & non dominum.*

Vasallus contra fiscum Regium sine licentia non agit.

28 *Vasallus cuius cogitationis aduersus dominum suum esse debet.*

Rex

29 *Rex potest aliquid de facto, & quæ priuilegia habeat, remissiuè.*
30 *Adulterum vasallum occidere, an domino permissum.*
31 *Delictum domini in vasallum non transfert feudi proprietatem in vasallum; sicut econtrà*
32 *Vasallus non excipit de dolo contra dominum suum.*
33 *Feudi alienatio sine consensu, an cadat tàm in vasallo quàm domino?*
34 *Pugna iudici potest per dominum vasallo, non econuerso.*
35 *Licentia domini an requisita, vasallo conuento coram alio iudice?*
36 *Vasallus non vocabit in ius dominum sine venia.*
37 *Rex effectus monachus non transfert Regnum in monasterium.*
Feudum transit in ecclesiam quandoque viuente vasallo.
38 *Iuramentum legitimum præstatur regi.*
39 *Vasallus Burgensis ad fidelitatem iurandam tenetur.*
40 *Iuramentum fidelitatis quid contineat?*
41 *Iuramentum fidelitatis effectus.*
42 *Reuelare secretum hostib. est cri læsæ maiest. 84.*
43 *Vasallus non debet obstare negotio domini.*
44 *Malefactorem quando quis teneatur iudicare.*
45 *Vasallo non sufficit abstinere à malo, nisi faciat bonum pro domino.*
Vasallus aduocare contra dominum non potest.
46 *Iudicium dicitur iudiciale certamen.*
47 *Dominus vasallum fidelitatem iurantem feudo priuare non potest stante fidelitate.*
48 *Ingratitudo arguit vasallum.*
Donatio propter ingratitudinem reuocatur.
49 *Vasallus præstans opem domino excusatur etiam à bello iniusto, si iussus eat.*
50 *Vasallus an teneatur iurare extra patriam.*
51 *Adoa dicitur seruitium pecuniarium.*
52 *Vasalli in quibus obligentur erga dominum præliantem.*
53 *Vasallus feudum remittere non potest domino nolente.*
54 *Vasallus in quibus teneatur adiuuare dominum.*
55 *Simulatio reprobatur.*
56 *Barones sine literis Regiis subsidium non exigunt à subditis.*
57 *Burgenses vasalli, an teneantur ad subsidia.*
58 *Pudicitia seruanda per vasallum etiam in concubinam domini.*
59 *Iniuria vasalli dominum afficere non debet.*
60 *Crimen læsę maiestatis quot modis committatur?*
61 *Linguam compescere contra dominum tenetur vasallus.*
62 *Disputare de factis Regis non licet.*
63 *Proditio vasallum maculare non debet etiam contra fratrem domini.*
64 *Proditorè occidere, quando quis dicatur?*
65 *Animus magis venit in consideratione, quàm factum.*
66 *Iudas animo erat cum Iudæis, & corpore cum Christo.*
Animus ex coniecturis multis deprehenditur.
67 *Assensus domini requiritur in feudi alienatione.*
68 *Dominus an semper teneatur consentire in feudi alienatione.*
69 *Dominus vasallis inuitis an possit feudum alienare?*
70 *Reædificare caducum an possit vasallus sine licentia?*
71 *Fideiubere dominus an teneatur pro vasallo.*
72 *Feudo priuatur vasallus in male tractando rem feudalem.*
73 *Domino suo abutens, eo se facit indignum.*
74 *Arbores incidere fructiferas non licet vasallo.*
75 *Vasalli angarii & perangarii à feudo possunt compelli ad reuertendum.*
76 *Iustitiam vasallo facere tenetur dominus.*
77 *Resistere impune an quis possit propter iustitiæ defectum?*
78 *Principem tyrannum peccata populi faciunt.*
79 *Pax per iustitiam acquiritur.*
80 *Rex obligatus est ad iustitiam faciendam.*
81 *Semen Regis iniquas leges condentis non durat.*
Regnorum redditus Regum fiunt stipendia pro administranda iustitia.
82 *Rex terras suas quomodo concedat?*
83 *Clausula apponi consueta, si non exprimitur, videtur expressa.*
85 *Secretum dicitur etiam id, quod quinque homines sciunt.*
86 *Testimonium dicere contra dominum vasallus an possit?*
87 *Titulum possessionis ostendere tenetur vasallus domino requirente.*
88 *Varietas in ore vasalli à domino interrogati esse debet.*
89 *Receptor exulum acriter punitur.*
90 *Iuramentum fidelitatis non ex contemptu dimissum leuius punitur.*
91 *Temporis angustia vasallos iuris ignaros non debet afficere.*
92 *Fidelitatis iuramentum propria authoritate per dominum exactum feudum perdere facit.*
93 *Contumax per tertiam citationem feudi possessione priuatur.*
94 *Vasalli qualitates.*
95 *Potentioribus nostris pares esse non possumus.*
96 *Arma prohibita an liceat baronibus portare.*
97 *Barones vasallos impedire non debent ad quærendam iustitiam.*
98 *Vasallus filium delinquentem domino præsentare debet.*
99 *Literas domini sui tenetur honorifice vasallus recipere.*
100 *Vasallus alium vasallum coram iudice ecclesiastico trahere an debeat.*
101 *Barones qui sine priuilegio vsurpant merum et mixtum imperium qua puniantur pœna.*
102 *Inuestitura vim contractus ostendit.*
103 *Inuestituræ tenor omni feudorum natura derogat.*
104 *Vasallus tractare dominum tenetur opere & sermone.*
105 *Dominus res proprias vasallorum vendicare potest pro necessitate.*
106 *Bona vasalli pro domino debitore capi possunt.*
107 *Vasalli baronum etiam contra barones tenetur regem adiuuare.*
108 *Intellectus ad l. si quis sepulchrum. ff. de relig. & sump. funer.*
Viam domino per prædium tenetur pręstare vasallus.
109 *Vasallus feudum perdit, qui viam hostibus domini facit.*
110 *Vasallus cedere bonis an possit, vt euitet collectas, & debita fiscalia.*
111 *Vasallus ad hospitium pro familia Regis tenetur.*

ILlustrissime do. Dux, quoniam ex parte uestrę illustriss. dominationis mihi commissum fuit referente Antonello Piczulo domestico & familiari V. illu. D. vt cunctos casus in quibus uasallus de iure est domino obligatus. Et econtra, in quibus dominus tenetur vasallo, colligere, & vestræ Illu. sapientię transmittere debeam. Cuius votis uolens summo amore & affectione parere, statim calamum assumpsi, & plus solito me implicui. Et incipiens de prępositis quęstionibus attingere, necessarium imprimis putaui regulam ante oculos ponere, demũ limitationes ad regulam, & posteà
1 ad solutionẽ oneris iniuncti pertingere. † Regula est,

eſt, ꝙ dominus debet reddere uicem vaſallo. Nam
ſicut dominus habet uaſallum obligatum in mul-
tis, vt infrà dicetur, ita vaſallus in eiſdem habet do
minum obligatum, ut l. Imperialem. in fi. & ibi
per Andr. de Iſer. de prohib. feu. ali. per Fede. Sunt
enim iſta quaſi correlatiua, dominus & uaſallus,
vt diſpoſitum in vno, cẽſeatur diſpoſitum in alio,
ut not. per Iaco. de Aluaro. in capi. 1. §. præterea.
in 2. not. quid ſit inueſti. Ideo dicit tex. in c. 1. de
2 for. fide. circa fi. † ꝙ dominus & vaſallus inducan-
tur ad paria. & dicit Bal. ibi, ꝙ iſte text. debet ui-
deri dominis terribilis, qui text. eſt canonizatus
in decretis 22. q. 5. cap. de forma. & patet in ca. 1.
§. ſi enim. in fi. quid ſit inueſti. & in c. 1. §. fi. de mi-
lite vaſal. qui contu. eſt. per And. & in c. 1. §. por-
rò. in fin. quæ ſit prima cauſa bene. amit. in §. quĩ
domino. eo. titu. & in cap. 1. §. fi. hic finitur lex.
Feder. & no. Bal. in l. ſi is, qui ff. de adopt. & in c. 1.
qualiter dominus propri. feu. pri. Sed hæc regula
3 habet 15. fallentias. † Et prima fallentia eſt, quia
vaſallus iurat fidelitatem domino ſuo, vt in ca. 1.
qua. vaſal. iu. debe. fide. cum duobus ſe. ti. Sed do-
minus non iurat fidelitatem ſuis vaſallis, ut in c. 1.
de for. fide. & in capi. 1. qua. do. proprie. feu. priue.
& in c. domino. li de feu. fue. contro. inter do. &
agna. & in cap. nulla. per quos fiat inueſtit. licèt
enim dominus teneatur vaſallo, prout uaſallus te-
netur domino, tamen ſtrictius tenetur uaſallus do
4 mino, quàm econtra, † quia vaſallus iurat domino,
& dominus non iurat uaſallo. hæc ſcribit And. in
c. 1. de for. fide. in fi. & in d. c. 1. quali. do. proprie.
feu. priue. ſicut etiam dicitur, quòd vaſallus tene-
tur iuuare dominum, ut in c. 1. in princ. qui. mo.
feu. amit. cum concor. ibi alleg. Sed dominus non
poteſt aſtringi ad iuuandum vaſallum, niſi ex
vrbanitate, ar. leg. creditores. & l. ancillæ. C. de
pign. no. doct. in c. breui. de iureiur. licèt Bal. in c.
1. §. conuenticula. in princ. de pace iur. fir. dixerit,
ꝙ dominus debet iuuare vaſallum, etiam iniuſtè,
in tantum, quòd non debet ipſum tradere ſuo ini-
5 mico, etiam ſi feciſſet mille delicta. † inde dicit
Old. in conſ. 221. inci. in cauſa Carnonenſi. ꝙ ſu-
perior agere poteſt pro vexatione, quæ ſubditis
infertur, arg. c. licet. in fi. & ibi per Hoſt. de proba.
& dicit Bald. in cap. 1. §. iudices. de pace tenen.
quòd dominus non debet eſſe beccarius ſui ſubdi
6 ti, quem tanquam pater debet fouere. † nec tene-
tur inquirere contra ſuum ſubditum de maleficio
commiſſo extra ſuam iuriſd. ſecundùm Bald. in §.
iudice. & Alex. in 5. vol. conſ. 15. col. 2. uerſi. ſed do
minus feudi. vbi dicit, ꝙ dominus debet auxiliari
uaſ. quemadmodum uaſallus domino, ut ibi per
eum. Secunda fallen. eſt in materia imperatiua &
7 iuriſdictionali: † nam dominus præcipit vaſallo, &
in eum habet iuriſdictionem, vt in l. Imperialem.
§. præterea inter duos, de prohib. feu. ali. per Fed.
& in c. domino committ. li de feu. fuer. cõtro. per
And. & in c. 1. quid ſit Inueſti. per And. Sed uaſal-
lus nihil poteſt domino præcipere, nec iuriſdi-
ctionem aliquam habet in eum imperatiuam, ſed
8 ſubiectiuam: † Nam uaſalli & ſubditi habentur lo-
co materię, cuius natura eſt ſubiectum paſſionis,
domini habentur loco formę, cuius natura eſt
actiua in ſubiacentem materiam. Et ſicut in natu-
ralibus materia debet eſſe obediens formæ, quia
actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito,
vt dicit Philo. ſecundo de anima. Sic in arte iuris
9 ciuilis: † vnde præceptum non facit quem præla-
tum, ſed obedientia ſuppoſitorum. hęc notanter
inquit Bal. in ca. 1. 12. col. de his, qui feu. dare poſ.
& ſic etiam dicimus, ꝙ filius debet obedire paren-
10 tibus, † & non econuerſo, ut not. in l. veluti ff. de
iuſti. & iure. Et propterea dicimus, ꝙ per ſolum
præceptum, quod facit dominus, non probatur
iuriſdictio domini, niſi probetur, ꝙ ſubdit obedie
runt præcepto. & id dicebat Bal. in c. 1. de maio.
11 & obe. † ꝙ obedientia per obedientiã poſſidetur.
& qui præcipit, & ſibi non paretur, nihil in alium
poſſidet. ſubdens, ꝙ ſubdit deſiderant pręſentiam
12 Regis, & multum lætantur de ipſo. † Et ideò Va-
ſcones dicunt, ꝙ non ſubſunt Regi Anglię, niſi ip-
ſo pręſente, ut not. in l. 1. ff. de offic. præſid. nam vt
ait Inno. in c. quapropter de elect. dulcius eſt bi-
bere de aqua fontis, quàm de aqua torrentis.
13 † Tertia fallentia eſt; quia illud, quod dicitur, ꝙ
dominus & uaſallus iudicãtur ad paria, ut ſi vaſal-
lus delinquat in dominum, perdat utile dominiũ
rei, quam habet à domino in feudum, ita ſi do-
minus delinquat in uaſallum, perdat directum do
minium, ut in d. c. 1. qualiter dominus proprie.
priuetur. ut non habeat locum, quando dominus
directus eſt Rex, uel dominus non recognoſcens
ſuperiorem, ut ſi delinquat in vaſallum, non pro-
ptereà cadat à proprietate feudi, uel Regni, & ſic
in hoc non iudicantur ad paria. hęc eſt concluſio
Lucæ de Penna in l. in ſacris C. de proxi. ſacro. ſcri
nio. lib. 12. circa fi. Idem firmat Bal. in c. 1. qualiter
dominus proprie. priuetur. ubi dicit, ꝙ ille tex. nõ
habet locum in dominis magnis, prout ſunt Re-
14 ges, † ſicut dicimus in Papa, qui eſt omnia & ſuper
omnia. & ſic ille text. loquens de dominis, non ha
15 bet locum, † quia in generali locutione non ue-
niunt magnę perſonæ, ut firmat Lucas prędictus
in loco præalleg. ideo in alia materia dixi iſtis pro
ximis diebus veſtræ illuſt. D. ꝙ aſſenſus Regis prę
ſtitus ſuper obligatione bonorum feudalium fa-
cta per illum ducem, non intelligitur pręſtitus, ut
ſit obligata ciuitas, quæ eſt titulus illius ducatus,
niſi expreſsè dictum ſit in obligatione bonorum
feudalium & ciuitatum, quæ ſunt tituli dignita-
16 tis. † Sicut dicimus, ꝙ dignitas epiſcopatus non ve
nit appellatione dignitatis, quia eſt culmen digni-
tatis, vt dicit glo. in ca. 2. de pręben. lib. 6. & not.
Cardin. Floren. in Clemen. 1. in 5. not. de renuntia.
per illum text. & Abb. Sicu. in ca. ſolitę 3. col. de
maiori. & obed. & pro hoc bonus text. in ca. quia
periculoſum. de ſent. excom. lib. 6.
Item quia iſta feuda titulata habent aliam & di
17 uerſam naturam ab aliis feudis, † quia de iure feu
dorum feudum ducatus, comitatus, & marchiona
tus non diuiditur, ſicut diuiduntur alia feuda, nec
omnes filii ſuccedunt, ſicut in aliis, ut in c. 1. de
feud. mat. & in cap. 1. quis dicatur dux. & in d. l.
Imperialem §. prætereà ducatus. & not. in c. om-
nes. ſi de feud. fuer. contro. Bald. in l. ſi plures. C. de
cond. inſer. Item quia differt in titulo, item in di-
18 gnitate, item in honoribus, & ſeſſionibus. † & ſic
eſt dare magnam differentiam inter iſta feuda ti-
tulata

tulata & alia feuda,& sic cum feuda simplicia qua
ternata sunt diuersa à dictis feudis titulatis, nõ cõ
prehenduntur sub appellatione inferiorum ma-
sora,quia dicit Bald.notanter in l.1. C. de success.
19 edict. † q differentia adueniens generi constituit
speciem ff. de adop.l.1. Bene facit glo. in c.ut hi,
qui de æta.& qual.in verbo.in eisdem. quæ dicit,
q cum prælatus & capitulum sint diuersa, appel-
latione capituli nõ includitur prĕlatus.Item quia
licèt prĕlatus & capitulum faciant vnum corpus,
20 † non per hoc seqnitur, prĕlatum includi appel-
latione capituli, & sic cùm uerbum sit simpliciter
prolatum in obligatione feudorum, videlicet obli
gando feuda simpliciter in materia differenti, cũ
ergo de feudis titulatis nihil actum sit, debet so-
lùm intelligi de feudis non titulatis, & sic non in-
cluduntur feuda titulata.& pro hoc faciunt no.in
c.sedes. de rescript. bene facit ad hoc quod dicit
21 Inno.in cap.cum uenerabilis.de re.do.† q si quis
petat comitatum, uel marchionatum ad se spe-
ctare iure dominii,& sic agit rei uendi.non com-
petit sibi rei uendicatio. Sed solùm iudicis officiũ
ad petendum illa,& tamen pro feudis qnaternatis
sine dignitate competit rei uendicatio,nt patet in
c.abbate sanè.de re iudic. & in multis iuribus al-
22 legatis per And. in vsibus feudorum.† Et ideò de
eo, qđ est no.dignum debet fieri specialis mentio,
& non in genere, ut in l. apud Labeonem. §. hoc
edictum ff. de iniur. & istum text. alleg. glo. in d.
cap. quia periculosum. & not. in c. cum in gene-
rali. de offic.vica.lib.6.& Io.Mo.& Io.An.in ea.in
23 generali. de reg.iur.lib. 6. † nec uenit sub genera-
litate id qđ est alterius naturę,ut dicit Ioan. And.
io c.ex literis, de iur. patr. hoc scripsisse imper-
tinenter aliqualiter uolui, quia de hoc pridie ue-
stra illustrissima D.me interrogauit, & promisi in
hoc tractatu scribere,quę mihi occurrunt.

Quarta fallentia est,quia non habet lncum dis-
positio d. ca.1. qualiter dominus propriet. prine-
tur,in domino ecclesiastico,ut in prælato habente
24 vasallos, †vt si prælatus delinquat, non propterea
ecclesia perdit proprieratem feudi, sicut si illud de
lictum commisisser vasallus, vt concludit And.in
c.1.§.fi.de capi.Corra.Et ibi sunt plures remissio-
nes in lectura mea.Quinta fallentia est, ut dicta re
gula non procedat in pœna conuentionali,nam si
uasallus promisit certum determinatum seruitiũ,
soluendum in tempore determinato, sub certa pœ
25 na, & dominus aliquid ei promisit. † Si dominus
uenit contra pactum, non tenetur ad similem pœ
nam,ad quam tenetur vasallus, si contrauenit, vt
dicit Bal.in d. c. 1.qualiter dominus proprie priue
tur.uolens q dictum c.non habet locum, nisi in
26 pœna legali & non connentionali, † quia in con-
tractibus non fit extensio de persona ad personam
l.miles.ff.de testa.mili. l.ita stipulatus. §. Chryso-
gonus.cum si.ff.de uerb.obli.

Sexta fallentia est, quando in domino concur-
rit diuersa ratio, quàm in uasallo, tunc non in-
dicatur ad paria, & dispositum in uno de eis, non
censetur dispositum de alio. arg.l.inter stipulantẽ.
§.sacram.ff.de uerb.oblig.ibi, hæc dissimilia sunt.
faciunt no.in l.si conuenit.ff. de pact.& not. Cyn.
27 & Ang.in l.fin.C.de indict.vid.tol.† Et propterea
dicimns, quòd vasallus debet domino reueren-
tiam, sed dominns non debet reuerentiam uasal-
lo, ut dixit Luc. de Penna in l. 2. C. in quib. cau.
colo.lib.11.& ideò vasallus nunquam poterit age-
re contra fiscum Regium, nisi prius habita licen-
tia, secundùm And.in c. 1. de lege Corradi, quod
28 non est sic in domino. Item vasallus † semper de-
bet cogitare dominnm suum esse bonum & san-
ctum, sicut libertus, vt in l.honori. ff. de obseq. à
lib.patro. præstan.& hoc idem voluit Spec. in tit.
de accusatore.§.1.uersi.item libertus. Et debet ip
sum Regem timere, quia potest aliquid de facto
agere, ut dicit And. in titu. quæ sit prima causa
29 bene.amit. † quia habet Rex multa priuilegia, de
qnibus dixi in titu. quæ sint regal. & in tract. do.
Mar.de Lau.de principibus.

30 Septima fallentia, † quia dominus non potest
occidi à uasallo, si eum reperit adulterantem vxo
rem suam, uel eius filiam, sicut potest. dominus
econtrà,argu. l. marito.§.1. & l.adulterium. §.li-
berto.ff.ad leg.Iul.de adul.nam doctores æquipa-
rant vasallo liberto, ut pluries hoc faciunt And.
& Lucas de Penna in l. 2. C. in quibus cau. colo.
lib.11.

31 Octaua fallentia,†quia si dominus delinquat in
vasallum,proprietas feudi non acquiritur vasallo,
sicut acquiritur illud utile dominium feudi do-
mino propter delictum uasalli,ut concludit And.
in d. ca. domino committente, si feu. sue. contro.
inter d.& agna.

Nona fallentia est, nam dominus litigans cum
suo vasallo non iurat de calumnia, sicut tenetur
iurare vasallus litigans cum domino suo,ut in c.1.
§.in quibus.de consuet.rect. feud. & not. Bal.in c.
1.§.sinautem.de contro.inuestituræ.

32 † Decima fallentia, quia vasallus non potest
agere contrà dominum de dolo, nec etiam exci-
pere de dolo, sicut agit & excipit dominus contra
vasallnm de dolo,arg. l. apud Celsum. §. aduersus
parentes.ff.de dolo.iuncta l.3.C.de arbitris.

Vndecima fallentia est, quia vasallus non po-
test alienare feudum sine consensu domini pari,
uel superiori, vel inferiori, ut in l.Imperialem.in
33 prin.cum concor.præalleg. † Sed dominus potest
alienare proprietatem feudi pari,vel ęquè idoneo,
vel maiori, sine voluntate vasallorum, ut voluit
And.in c.1.§.eadem lege.de lege Corradi. & habe
tur in l.2. C. de iure emphy. & in Spec.de loca.§.
nunc aliqua.versi.93.

34 Duodecima fallẽtia, † quia dominus potest offer
re pugnam uasallo, sed non est econtra, ut dicit
And.in ca.1.§.fi.de alie.feu.paterni. & in ca.1.§.si
miles.de pace tenẽda. Decimatertia fallentia, quia
dominus Rex habet ordinariam iurisdictionem &
merum & mixtum imperium in uasallos suos, &
tenentur stare iuri coram eo, & suis officialibus,in
capi.1. quę sint regalia.& in constitutio.ea quæ ad
decus, ut dicit Spec. in ti. de feudis. §. quoniam.
uersi.& no.quòd vasalli. & not.And.in constit.Re
gni, cùm satis. & in capi.1.quid sit innesti.& in l.
Imperialem.§.præterea si inter duos, & no.in Cle.
35 pastoralis.de re iudi.† In tantum,quòd uasallus nõ
potest conueniri etiam eo uolente coram alio iu-
dice sine licentia domini, vt dicit Bal. in l.1.§.1.de
offic.

offic.pręfecto. urb. & not.doc.in l.1.§.& post ope
ris.ff.de ope.no.nunt.& Bald. io dict. §.prætereà si
inter duos. Sed vasallus nullam habet iurisdictio-
nem in dominum nisi subiectiuam, ut suprà dixi,
Decimaquarta sallentia, quia dominus uocabit in
36 ius uasallum suum sine uenia, † sed uasallus non
vocabit in ius dominum suum sine uenia, ut dicit
Spec.in pręallegato §. quomiam. in uersi. 17.& ha
betur in c.1.de mili. vasal.qui contu.est. Decima-
quinta fallentia est, quia si rex efficiatur mona-
37 chus,† Regnum nō transit in monasterium etiam
uiuente Rege, ut dixit Bald. in l. Deo nobis. in 6.
col.C.de episc.& cler.Sed si uasallus habet feudū,
propter qđ prętatur seruitium in pecunia uel alia
præstatione, secundum conclusionem Alexan. de
Imo.in 5. uol.in consi.10. si efficiatur monachus,
feudom transit in monasterium eo niuo, posteà
redibit ad agnatum vel dominum, sicut etiam dice
bat Bal.in ca.quæ in ecclesiarum, de consti. & in
auth.nisi rogati C.ad Treb. Sed in Regno hoc cre-
do, ꝗ non procedit per consti.Regni, quæ incipit,
errores. de his qui debēt accedere ad ordi.cleri.vbi
statim dimittunt feuda, & nihil transit in monaste
38 rium, † & hoc est propter iuramentum ligii, quod
præstatur Regi, prout ego firmaui in c.j.de milite
uasal.qui ar.belli.depo.& in capi.j.de bene.fratris.
Et ex his patet, ꝗ in prædictis dominus & uasallus
non iudicantur ad paria, & in multis aliis, ut patet
ex priuilegiis datis Regi, quę non competunt eius
uasallis, vt dixi in capi.1.in priuil. princi. quę sint
regalia. & in tract. Martini Lauden. de prin.& per
Lud.in l.imperium. ff. de iurisdict. om. iudi. & in
tractatu de priuileg.fisci. His præmissis descendo
ad dubium. in quibus uasallus est domino obli-
gatus, & apparebit ex infrà dicendis, in quibus do-
minus est obligatus uasallis. Et in primis dico,
ꝗ uasallus est domino obligatus iurare fidelitatē,
quam iurare debet non solum uasallus ratione feu
39 di, † sed etiam uasallus burgensis, vt declarat An.
in capi. 1. qualiter vasallus iurare debet fideli. Sub
quo quidem iuramento sex principaliter continen
tur; ut patet in capi. 1. de forma fide.& in capi.1.
de noua forma fidelita. & in decreti 22.q.5. capit.
de forma. & sic est obligatus ad ea, quæ subsunt
sub iuramento fidelitatis, ut dicit Alex. in 5. volu.
consil.79. in 5.col.

40 † Primū contentum est, quia uasallus iurat ser-
uare dominum incolumem, idest, ut non offendat
eum in corpore suo, nec per alium: imò curare &
facere iuxta suū posse, ut alius eū non offendat; &
nedū ꝗ non offendat eum, sed etiā, ꝗ non offendat
filium uel fratrem domini, ut hoc extenditur per
41 And.in capi. 1. de forma fidelita. † Et sub isto ver-
bo incolumem, continetur, ꝗ vasallus non accuset
dominum suum, nisi suam, uel suorum iniuriam
prosequatur. Item, ꝗ non dicat testimonium in
causa criminali contra dominum. Item, ꝗ non sit
in consilio vel in facto, vt dominus vitam, vel mem-
brum amittat, uel in persona recipiat lęsionem, in-
iuriam, vel contumeliam, uel amittat honorem,
quem habet, uel habebit, ut ibidem dicitur.

Secundum contentum est; quia iurat dominum
tutum, idest, ꝗ non reuelabit secreta domini in
42 damnum domini. † Nam crimen læsę maiestatis
est, reuelare secreta hostibus, vel dando signum,
vel nunnium, aut literas mittere hostibus, vt in l.1.
2. & 3. ff. ad leg. Iul. maiest. secundùm And. vbi
suprà.

Tertium contentum est; quia iurat esse hone-
stum, idest, ne sit in damnum de iustitia domini,
& quòd ei faciat iustitiam, ut infra dicetur. & est
tex.in ca.qui domino, quæ sit prima causa benefi.
amit. Item quòd seruet honestatem circa vxorem
domini & filias, & nurum, & sororem domini, &
alias personas, de quibus in capi.1.§.item si fidelis.
quia, mod. feu.amit.

Quartum contentum, quia iurat esse vtilem,
idest, ne sit in damno in bonis domini, vel in aliis
negotiis. puta uolebat dominus facere matrimo-
nium cum aliquo domino.
43 † Vasallus non debet seminare zizaniam, ut ne-
gotium utile domini non concludatur, ut ibidem
per And. Et sub hoc etiam continetur, ꝗ non cō
sentiat, si aliquod malū paratur contra dominum,
imò obuiabit & auxilium pręstabit, ut latius decla
rat ibi And. unde si vasallus sciens secretè, ꝗ domi
nus passurus est à suo inimico magnam iacturam
sui patrimonii, aut ꝗ sibi parantur insidiæ, uel ali-
quod malum, tenetur domino suo reuelare, ut
not.in capi. 1. §. item si uasallus. & §. qui delator.
quę sit prima causa benefi.amit.& in c.1.si à mor-
te.de aliena. feudi paterni. Bene facit l. vtrum. &
ibi Bar. ff.de parrici. Et dicit And.in ca.1.§.præte-
44 reà. quę sit prima causa beneficii amit. † ꝗ quili-
bet vasallus tenetur iudicare quamcunque offen-
sionem domini, contra regulam, quę dicit, quòd
nullus tenetur iudicare malefactorem, ut habetur
in l.inciuile. C.de furt.

Quintum contentum; quia iurat esse facilem
& possibilem, idest, quòd rem facilem non faciat
difficilem domino suo, uel non faciat rem diffici-
lem facilem, uel ꝗ sit possibile non faciat impossi
bile, uel econtrà, ut sonant verba text.

Sextum contentum, qui iurat præstare in præ-
45 dictis auxilium & consilium, † quia non solùm
vasallus tenetur abstinere à malo. sed etiam tene-
tur pro domino facere bonum, ut dicitur in text.
in d. capitu. 1. de for. fideli. Et ideò uasallus non
potest aduocare, vel procurare in aliqua lite con-
tra dominum suum, quia tenetur ipsum defende-
re. Nam si tenetur uasallus dominum suum defen
dere & adiuuare in prælio campestri, ut dicit tex.
in capi.1.in princi.quib.mod.feud.amit.cùm con-
cord. Ita tenetur adiuuare in prælio iudiciali,
46 † nam iudicium dicitur iudiciale certamen l.aduo-
cati. C.de aduo.diuer.iudi.cum simili.no.per And.
ubi suprà. Et si vasallus est requisitus, ut præstet
iuramentum fidelitatis & recusat iurare, debet per
dere bona feudalia, quę tenet ab eo, vt in capi.1.§.
47 est & aliæ in quib.cau.feu. amit. † Et si iurat fide-
litatem, stante fidelitate, dominus non potest eum
priuare feudo, vt in d.c. de forma.& no.Bal.in c.1.
de natu. feud. & notauit Abb.in c.quę in ecclesia-
rum. de consti.cum simil. Et dicit Barto.in ca.1.§.
hæc sunt. de pace tenen. ꝗ comes tenetur facere iu
rare suos vasallos illi, cui ipse iurauit. Idem dicit
And.in d.l.imperialem §.præterea. & Bal. in capi.
omnes.si de feud. fuer.controuer.inter do.& agna.

&

& Bat.in l.de pupillo §. si pluribus. ff. de ope. no-
num. Bal. in l. 1. ff. de re. diui. & Barto. in l. cum
unus ff.de alimen. & cibar.leg. Et ista est prima
obligatio prægnans, ad quam tenetur uasallus do-
mino suo.

Secundò, tenetur vasallus domino suo, si domi
nus Rex mouet bellum iussum cōtra aliū,vel mo
uetur sibi bellū illicitè, tenetur vasallus dominum
suū adiuuare.& ei pręstare auxiliū,ut in tex.in c.j.
48 in princi. quib mod.feu.amit. † esset enim uitium
ingratitudinis,si vasallus non defendat dominum,
à quo habet beneficium, ut in d. ca.de forma. Sic
etiam de iure communi reuocatur donatio pro-
pter ingratitudinem, ut in l. 1. & fin. C. de reuo.
dona. Et si est dubium, an bellum sit iustum vel
49 iniustum, † standum est, quantum ad excusatio-
nem vasalli præstantis opem uerbo principis, ut
23.q.1. ca. quid culpatur. ut bene concludit And.
in d.c.1.in princip. quib.mod.feud. amit.& in ca.
1.hic finitur lex Corradi.de quo per docto. in cap.
sicut. de iureiur.& in ca.olim 1.de restitut.spoliat.

Quid autem, si Rex habet guerram extra Re-
gnum, an teneatur vasallus adiuuare? Dicit And.
50 in d.c.1.quib. mo.feud.amit.† quòd quando per-
sona Regis est extra Regnum & inuocat auxilium
vasallorum, vasalli tenentur iuuare, quia ubi est
Rex, ibi est territoriū, secundùm And. ibi & Bal.
ibi, qui allegat Cyn.in l.3.ff.de offic. præsi.& Iaco.
But.in l. cunctos populos C. de summa trin. Et di
cit, quod ita seruatur de facto. vnde si Rex accederet
extra Regnum pro uendicanda iniuria sua uel sui
vasalli, tenentur uasalli dominum adiuuare, secū
dum And.vbi suprà & in capi. 1. §.sed non est alia
iustior.quę sit prima causa benefi.amit.& hoc quā
do elegit Rex, quod uult dictum seruitium personali-
51 ter. † sed si elegit uelle seruitium in pecunia, quæ
dicitur in Regno adoa, tunc uasalli ratione feudi
præstata tenentur illud seruitium in pecunia, se-
cundum And.in ca.1. quis dicatur dux. & in d. §.
sed non est alia. & in c.1.§.similiter.de c. Corradi.
& in d.l. Imperialem §.firmiter. & in ca.licet.si de
feud.fuer. controuer. inter do.& agna. & Bald. in
l.1.C.de oper.lib.& habetur in constitutio. Regni,
52 quàm plurimùm. † Hic caderent multę quæstio-
nes, quę tangunt etiam obligationem vasalli ergą
dominum suum prępliantem, de quibus, ut sim bre
uis, ex quo de illis non quæsiuit vestra Illustr. D.
ideo remitto me ad An.in d.ca.1.in princip. quib.
mo.feud.amit.& ad scribentes in d.c.sicut.& in d.
ca.olim. & ibi sunt concordantię, ex quo ista mate
53 ria belli requireret tractatum de per se.† An autē
si uasallus vult remittere feudum potiùs, quam ser
uire domino, dominus teneatur recipere renuntia-
tionem? Et concluditur quòd non, quia feudum
datum est gratia utriusque, secundum Bald. in c.
1.de noua forma fidelitatis, & And. & Bald.in prę
ludiis feudorum. & And.in ca. 1.de vasal. qui cō-
tra constit. Lotha.per docto & ibi remissiones in l.
is cum quo ff.de aqua plu. arcen.& Cardina. Flo-
renti.in Cle. pastoralis §. denique de re iudica.
54 † Tertiò est obligatus domino suo vasallus.ad prę
standum adiutorium & præsidium moderatè, quā
do esset capta persona domini ab inimicis domini.

Item pro faciendo filio milite, vel pro faciendo
eius fratre milite, vt constitutio. Regni comitibus,
& habetur in capitulis Papæ Honorii, ut infrà
dicam.

Item pro emenda terra. Item pro maritanda fi-
lia vel sorore. Item, vt dictum est, pro seruitio Re
gis vel sui exercitus, ut in dicta consti. quàm plu-
rimum. & habetur in Spec.in titu.de feudis §.quo
niam.versicu.& not. quod vasalli.& per capitula Papę
Honorii prouisum est, quod si contingat Regnum in
55 uadi inuasione notabili, † non procurata, non si-
mulata, non momentanea, seu transitura, sed ma
nente, aut si contingit in eodem Regno notabilis
rebellio, similiter non simulata, non momentanea
sed manens, tunc Rex potest exigere adiutorium à
vasallis, & ipsi tenentur per collectas dominum
adiuuare. Idem, si persona Regis esset capta ab ini-
micis pro redimenda eius persona, tenentur vasal
li adiuuare in pecunia. Item pro militia fratris
sui uel alicuius ex liberis suis. Item pro maritanda
sorore uel maritandis filiabus, uel nepotibus, uel
qualibet alia de genere suo ex linea descendenti, &
ibi dicitur, quòd tale adiutorium erit pro inuasio
ne, vel rebellione, aut detentione prædictis quin-
quaginta millium vnciarum, pro militia verò 12.
millium, pro maritagio verò quindecim millium,
56 ut latius in dictis capitulis continetur. † Sed baro-
nes in casibus permissis in dicta consti.quàm plu-
rimum.exigere à vasallis adiutorium sine literis Re
gis non possunt, vt cautum est in capitulis Regis
Roberti, char.54. licèt Rex Carolus secundus vo-
luisset, quod non requirerentur literæ Regis, ut in ca.
57 item statuimus.char.22.† An autem vasalli burgē
ses teneantur ad hoc adiutorium. glo.& And.in d.
constit.quàm plurimum. dicunt, quòd non.& di
cit, quod ita seruatur. Idē dicit And.in c.1.§.fi.de pa-
ce iur.fir.de quo per And.in capi. 1.in verbo, extra
ordinaria: quę sint rega. Et si est quæstio inter do-
minum & vasallum super isto adiutorio præstan-
do, iustitiarius prouincię cognoscit secundùm or-
dinationem Regis Caroli secundi, quæ incipit, Co
mites.char.28. Sed ego semper uidi, quòd Regia
summarię cognoscit & taxat. Et prædicta sunt ue
ra, nisi dominus fuisset excommunicatus ab eccle
sia, uel damnatus de publico crimine, ut dicit Bal.
in capit. 1.penul. colum. quo tempore miles.& in
ca.1.hic finitur lex Corra.Ioan. And. in capi. pia.
de excep.lib.6.Bal.in capi. 1.in fin.per quos fiat in-
uestitura. Inno.& Io. And. in capitu. ueritatis. de
iureiur.
58 † Quartò est obligatus vasallus domino suo, vt
dictum est in prima obligatione, ad seruandam
honestatem circa pudicitiam uxoris, filiarum, nu
rus, neptum, sororū, & matri, & etiam concu-
binæ domini, vt probatur in §.item si fidelis.quib.
mod.feud. amit. ibi quæruntur plures quęstiones
super hoc, videlicet. Quid si uasallus non seruauit
honorem vxoris domini, quæ transiuit ad secun-
da vota, & quid si uxor domini esset una fœmina
inhonestissima? Et quid si ignoranter concubuit
cum vxore domini, vel filia vel sorore, de quibus
ibi per And. Ita econtrà dominus tenetur abstine-
re, vt non committat adulterium cum vxore sui va
salli, nec defloret eius filiam inuitam, vt in consti.
si uasallus. de fideius. dominorum à vasallis.

Quin-

59 † Quintò, tenetur vasallus abstinere ab omni iniuria & in omni malo contra dominum suum ca. 1. §. similiter, quib. mod. feud. amit. unde debet abstinere, ne lædat in aliquo dominum suum in persona, vel in bonis. & si dominum læderet in per sona, uel in bonis, faceret contra iuramentum fidelitatis, vt dicit Iac. de Belui. in d. §. similiter. & And. ibi. & in capi. 1. §. porrò. quæ sit prima causa benefi. amit. Et generaliter debet abstinere, ne aliquo modo incidat in crimen læsę maiestatis,
60 † quod multis modis committitur, ut patet in l. 1. 2. & 3. ff. ad leg. Iul. maiesta. & dixit in capitu. 1. in uerbo, & bona commit. crimen læsæ maiest. quæ sint regalia. & aliquid p And. in ca. 1. §. porrò. quę sit prima causa bene. amit. Ita econtrà, dominus debet abstinere, ne suum vasallum verberet sine causa, nec atrocem iniuriam ei facere debet, in dicta consti. si vasallus.
61 Sextò, † tenetur uasallus abstinere, ne malè loquatur de domino suo, & eius linguam in hoc cō primere, ut dicit Iac. de Ardi. in sua laudabili summa, in rub. quib. mod. feud. per multa iura, quæ ipse alleg. Idem dicit Cato, Virtutem primam esse puto compescere linguam.
62 † Nam de factis Regis nō licet disputare, ut not. in consti. Regni. disputare. per Andr. olim. erant constituti certi officiales, qui corrigebant eos, qui malè loquebantur de principe, vt est gloss. singu. in rubri. C. de præpositis laborum. li. 12. licèt tex. in l. 1. C. si quis Imper. maledixerit. dicat, quòd in hoc mulrum versatur iudicis arbitrium, an leuitate vel insania, & ex qualitate personarum dicta pensantur, secundum Bal. in c. 1. ex quibus cau. feu. amit. & not. Ang. in l. famosi. ff. ad leg. Iul. maiest. Et bene facit ad hoc exemplum, quod refert reuerendus domi. Anto. archiepiscopus Flor. in prima parte sui historialis, ti. 6. cap. 21. §. 3. Quòd Agrippa, qui affectabat imperiū pro Caio nepote Imperatoris Tiberii dixerit, utinam videremus mortem importuni senis, scilicet Tiberii, & Caium dominum totius orbis. fuit de hoc accusatus apud Imperatorem prædictum de crimine læsæ maiestatis, quia orauerat Deum pro morte Imperatoris. & Tiberius Imperator eum carcerari fecit, & ibi stetit per sex menses usque ad mortē Tiberii, & succedente Caio in Imperio liberauit & sublimauit eum.
63 † Septimò, vasallus tenetur cauere à proditione, non solùm contra dominum, sed etiam contra fratrem domini sui, ut in capi. 1. §. item si fratrem. quib. mod. amit. & in capi. 1. de eo, qui fratrem domini sui interfecit, & etiam à subditis partialibus Regis, vt dicit Bald. in c. 1. §. Opizoni, de pace Constan. bene facit l. quisquis C. ad leg. Iuliam
64 maiest. † dicitur tunc proditoriè occidere, quando sine diffidatione occideri, secundum And. ubi supra, & habetur in capi. 1. de homicid. lib. 6. Sed Bar. in extraua. ad reprimen. dicit in verbo, rebellis. ꝙ proditorie dicitur fieri quando fingo me amicum, & tracto te ut inimicum, & sic unū ostendo in animo, & aliud in corpore, de quo latè per Lu-
65 cam de Penna in l. fi. C. de fer. lib. 10. † plus enim consideratur animus, quàm factum, ideò dicebat Bal. quòd partialis consideratur ex animo, & non ex loco, ut in l athletas §. calumniator ff. de his qui not. infa. Bene facit, quod dicitur in Psal. 61. Ore suo benedicebar, corde uerò maledicebat. & ad hoc bene faciunt quę scribit Ang. in con-
66 silio 156. † dum dixit, quòd Iudas animo erat cum Iudæis, & corpore erat cum Iesu Christo Deo omnipotenti. & iste animus ex multis coniecturis percipitur, ut per Alexan. in secundo uolum. consilio 130.

Octauò, tenetur uasallus domino suo, quando uult feudum alienare, petere eius assensum super ipsa alienatione.
67 † Aliàs uidetur ipsum contemnere, & ei iniuriam fecere, & de iure feudorum sic contrarium faciebat, debebat perdere feudum, ut in capitu. 1. §. final. quæ sit prima causa benefi. amit. & in cap. 1. de ali. feud. & in cap. 1. §. aut si liuellario, quib. mod. feud. amit. & in d. l. Imperialem. & in cap. 1. de prohib. feud. ali. per Loth. Sed in Regno hoc non procedit, quia ipse idem qui alienauit sine consensu Regio potest reuocare, per constitutio. Regni, constitutionem diuæ memoriæ, & si ipse non reuocare, poterit dominus reuocare, ut bene declarat And. in cap. 1. de uasal. qui contra con-
68 stitutio. Lotharii. † Nec tenetur semper dominus consentire, ut dicit Andr. in d. l. Imperialem. in princip. Nisi in quatuor casibus, uidelicet, quando uasallus contraxit debitum pro domino suo, puta quia fideiussit pro eo.

Secundò, si uellet alienare feudum pro adiuuādo dominum.

Tertiò, si uellet alienare feudum pro maritanda filia, uel sorore, uel pro dando militiam fratri.

Quartò, si uellet alienare feudū pro liberando se ab aliquo onere, quod esset huius feudi, ut dicit And. in cap. 1. §. quid ergo. de inuestit. de re ali. fa-
69 cta. & in constitutio. Regni, si quis post litem. † Ita econtrà, dominus uasallis inuitis non alienabit feudum, secundùm glo. in l. inuitus ff. de fideicom miss. lib. not. per Bartol. in l. debitorum C. de pact. Bald. in l. 2. de nouatio. & in cap. in generali. si de feud. fuer. controuer. Bar. in l. prohibere. §. planè ff. quod ui aut clam, de quo tamen per Bal. in l. 1. C. de furt. & per And. in d. l. Imperialem. §. præterea. & per Lucam de Penna in l. 2. C. de censib. & in l. generali. de decurio. libr. 10. & And. in d. §. item si
70 fratrem. † Nonò, uasallus habens castrum in Regno non potest, si est dirutum, illud reędificare sine licentia Regis, ut in constitutione Regni. castra, & multò fortius nec castrum facere de nouo, ut expressè dicitur in dicta constit. sine licentia Regis.

Decimò, tenetur uasallus a domino requisitus esse fideiussor pro eo, & si non fideiubet, poterit
71 eum priuare feudo, quod tenet ab eo. † Et econtra, si dominus pro uasallo suo nolit fideiubere in causa criminali, præterquàm si inquietatur de crimine, quod ad Regiam Maiestatem pertinet, perit ius uasallagii, quod habebat in eum, ut est tex. in consti. Regni, Si uasallus, de fideiussione dominorum à uasallis.

Vndecimò, vasallus tenetur domino bene tractare res feudales, quas tenet à domino, nam si
72 † malè uersatur in feudo, puta malè tractando uasallos,

a vasallos, potest eum priuare a arg.c.ad Apostolicę. de re iudi.lib.6.facit l. 3. C.locati.& no.in ca. 1.qualiter dominus proprie.priuetur. Idem si destrueret uel dissiparet bona feudalia, secundùm Io.And.in nouel.in d.c.ad Apostolicę.& Bar.in l. eleganter.in fin.ff.de pign. actio. & Lucas de Pen-
73 na in l.fundi.C.de loca.prædi.ciui.lib.11.†quia ille qui abutitur domino suo,se facit indignum dominio,secundum Bald.in d.ca.1.per l.a.ff.de his, qui sunt sui vel ali.iur. Inde dicimus, ꝙ vasallus non potest incidere arbores fructiferas, vt dicit Barto.in l.in fraudem §.fina.ff.de iure fisc.

Duodecimò, vasallus est obligatus domino, quia tenetur,quando opus est ire pro seruitiis Regiæ curiæ, ubi ualt Regia Curia expensis curiæ,
74 †non autem pro seruitutiis priuatis, puta pro mercantia,vel alio priuato commodo, ut est text. in constit. Regni. sicut nostra. & Bal. in l.fin. in princip. C.de bonis,quę libe. nisi esset vasallus angarius, uel perangarius, de quibus loquitur constit. Regni,si contingit.& const. Regni,prosequen
75 tes.†isti enim vasalli angarii & per angarii si recedunt à feudo, dominus potest ipsos compellere,ut reuertátur ad habitandum,ar.l.omnes.C.de agri. & censi.lib.vndecimo, secundùm Bal. in pręludiis feudorum,octaua colum.& idem Bald.in l.prima. & in authen. ibi posita C. de Lati. liber. tollen. & Lucas da Penna in dict. l.omnes. & in l. prima, C. de collo.palestinis.li. vndecimo. & in l. prima. de colle.illici.lib.vndecimo. & in l.fin.C.de censib.& est capitulum Papę Honorii, quod incipit,ad nonas communantias. & Bal. in l.si plures. quinta colum.C.de conditio.inser.et And.de Iser.in cap. primo,in uerbo,perangarię.quę sint regalia.

Decimotertiò, tenetur vasallus domino suo facere iustitiam.capitu.1.§.item quòd domino suo. quę sit pri.cau.benef.amit. & in ca.1.de noua for.
76 fidel.Sic etiam econtrà, dominus tenetur † uasallo suo facere iustitiam, & eum contra ius non grauare, nec ab eo aliquid auferre iniustè, ut in constit.Regni, pręsenti.de homi. baro. & not.And.in const.Regni,vt participatio, circa fi. nam qui iudicat, dominus est, dicit And.in constit. Regni ab officialibus nostris.in 1.lib. Et dicit And. de Iser.
77 in c.1.de mil.uas.qui contu.est, †ꝙ Rex debet facere iustitiam suis subditis, aliàs potest ei resisti impune de iure, ut in l.prohibitum. C. de iur. fisc. lib. 10. cum conc. Caueant tamen à resistentia &
78 occasione,ne faciãt de facto † quia dicit Deus per os prophetæ Oseę, 8. c. dabo Regem in furore meo. & no. Andr. in pręludiis feudorum, in 1. char.& dicit, ꝙ sic faciunt Catalani, quia Rex est
79 debitor iustitiæ, † & per iustitiam acquiritur pax, vt dicit And.in consti.Regni ,pacis cultum, & in constitutione,non sine, de obseruat. iustitię, & in consti.ut participatio.& bene facit ad hoc, qđ dicit Bal.in c.1.in uers.in nomine domini. de pace Constant.& ad hoc faciunt omnia illa dicta, quę allegat Paris de Puteo in t. char. sui tractatus de syndicatu, per quę apparet, regem esse debitorem
80 iustitię,†& obligatum esse ad iustitiam faciendã, vt 33. q. 5.c.regnum. & plenè per Lucam de Penna in l.neminem.de susce. & arca.lib.10. Caueant etiam Reges, nec condant leges iniqua, quia semẽ eorum non durat super terram, vt dicit And.in constit.Regni,quanto dum allegat exemplum Im
81 peratoris Federici, † cuius semen etiam tempore suo non est super terram, quia reditus etiam Regni, quos haber Rex, sunt stipendia quasi ad hoc instituta, ut iustitiam soluat, ut dicit sanctus Thomas 2.2.q.63.secundùm And.in constitu. Regni, super incisionibus, & in c.1.de pace tenenda.& in c.1.in uerbo, vectigalia. quæ sint regalia.in constit. si damna clandestina. in pen. col. Decimoquartò,tenetur uasallus terræ demanialis Regis, si uadit ad habitandum in terra baronis redire ad terras demaniales Regis, & barones tenẽtur illos dimittere sub pœna unius libræ auri, vt in constitutione Regni, quisquis de burgensibus. Et econtra vasalli baronum, si accesserint ad terras demaniales, vel alterius baronis, tenentur redire, ut dicitur in dicta constitu. & talis vasallus debet punire
82 iuxta constitutio.Regni, personas.†nam Rex solet concedere terras baronibus & nobilibus personis cum vasallis, & sic cum hac conditione, quòd uasalli non recedant à terra, unde sunt, et quia hęc
83 clausula est consueta appo. † si non exprimitur, uidetur expressa, nisi aliud cõstet, secundùm And. in dicta constitu. quisquis. Faciunt ad hoc not. in l.si prius.§.placuit. ff. de aqua plu.arc. & not. in l. generaliter.C. de fideiuss. & ea quæ habentur in l. quòd si nolit. §. quia assidua.ff. de ędil. edic. cum concor.quæ ibi allegantur, etiam per Alexan.in 2.
84 uolum.cons.107.penul.colum. †Decimòquinto, tenetur vasallus domino suo tenere secretum consilium & occultum, & non manifestare sub pœna priuationis feudi, per tex. in c. 1. qui. mod. feud. amit.& notauit hoc Bald.in c.1.§.credentia.de pace Constan.nec posset uasallus se excusare reuelã
85 do, quòd alii hoc sciebant, † quia secretum etiam dicitur, quod quinque homines sciunt, ut in c. ueritas.§.econtrà.de pęni.dist.1.Decimosextò, est obligatus uasallus domino suo in hoc, ꝙ non potest ei imponere defensam ex parte regis, si ei dominus facit aliquam violentiam, vt eius uirtute possit agre criminaliter contra dominum suum iuxta constitutio. Regni, iurisgentium. secundùm Ant.ibi, & pro hoc facit text.in cap. 1. §. sed qui
86 debito.quæ sit prima causa bene.amit. †ubi uasallus non potest accusare dominum suum criminaliter, nec etiam contra eum potest dicere testimonium, ut ibidem per Andr. & Bald. & in ca. 1. §. similiter. de consuetu. recti feudi. Nec etiam potest esse aduocatus contra dominum suum, ut dicit Iacob.de Ard. in dicta summa in ti. quib.mod. feud.amit.10.char.§.item si dixerit uasallus.quòd not.in.§.causas.in auth.ut cum de appellat.cognoscitur. Decimoseptimò, tenetur uasallus domino interpellanti eum, ut demonstret bona feudalia, pro quibus præstant seruitium, dicere & demonstrare,ut not.in c.1.§. cùm autem. & ibi dixi in 3. not.de contro. inuesti. & not.Andr.in c. 1. de con tro.inter mas. & fœminam. & Lucas de Penna in l.2.C.de fund.limit.& per Bald. post Ia.de Bel. in c.uasallus si feudum.si de feud. fuer.controuer. &
87 per Pileum in cons.19.charta.86.†Nam licèt aliàs nemo teneatur ostendere titulum suæ possessionis, ut in l.cogi.cùm concor.C.de petitio.hære. tamen fallit

fallit in feudalibus, si dominus hoc requirit, & ille
qui est requisitus, fatetur se esse uasallum eius se-
cundùm Iaco. de Ardi. in dicto tit. §. quòd si domi
nus. per l. quicunque. C. de fund. limi. & bene in
Longobarda firmat hoc Bald. in l. 2. C. quomo. &
quan. iude. de quo latè per And. in constit. Regni,
circa uiolentiarum. & in d. l. Imperialem. §. illud.
& per Bal. in c. si uasallus feudum, si de feud. fuer.
contro. inter domi. & agna. & per Io. And. in ad-
ditio. Spec. in titu. de feud. §. quoniam. in prin. &
Barto. in l. j. C. de conducto. & procu. lib. 12 bene
ad hoc facit tex. in cap. 1. §. si aliquis. de contro.
inuest. & in d. cap. si uasallus feudum. si de feud.
88 fue. contro. † vbi vasallus interogatus à domino
super feudo, semper tenetur dicere ueritatem,
& abstinere se ab omni mendacio. Idem dixerunt
Ant. de But. & Io. de Imo. in c. cæterum. de iudi.

Decimooctauò, tenetur vasallus domino,
quia si potest capere malefactores & exbannitos,
debet illos capere & ducere ad curiam, aliàs dice-
89 retur infidelis, † & multò magis si ipsos recepta-
uerit: ut dicitur in Longabarda in l. iudices. de
feudis, & bene. in l. qui latronem. & de hoc ha-
betur in cap. 1. §. receptatores. de pace iur. fir. &
not. Andr. in consti. Regni, receptans. de pacta-
renorum receptationibus. Et idem Andr. in con-
sti. Regni, si damna clandestina. & habetur in ca.
Regni, quod incipit, nuper apud Tranum. & in
alio c. Regni, quod incipit, dudum contra.

Decimononò, tenetur vasallus uolens suc-
cedere in feudo paterno uel materno, aut fraterno,
vel suo patruo petere inuestituram, & confirma-
tionem à domino feudi, & sibi soluere releuium,
iuxta no. per And. in cap. 1. §. sed res. per quos fiat
inuestitura. & est text. in ca. primo, quo tempore
miles, & ibi sunt concor. Et facere iuramentum
fidelitatis aliàs secundum ordinationem Regiam
positam in capitulis Regni incip. In nomine Dei
æterni. die 8. mens. Maii, &c. cadit ab omni iure,
90 quod habetur in feudalibus. † Et super hoc suf-
ficit quædam simplex declaratio, quæ possit ab-
sentib. & non citatis his, qui prætendunt ius ha-
bere, fieri, licèt dicat And. in cap. 1. quo tempore
miles: quod in regno isto consueuerunt remitti istæ
pœnæ, dummodò non ex contemptu non petie-
91 runt infra dictum tempus; † quia Rex munificus
non debet angustare vasallos iuris ignaros per
angustiam temporis, quia dicitur se defendere ex
circumuentione, qui se defendit se ex tempore, ut
in auth. de his, qui ingre. ad appella. §. volumus. so-
let ergo curia pro istis culpis, uidelicet pro serui-
tio non præstito in tempore requisitionis, pro
releuio non soluto, & non petita inuestitura in-
fra annum & diem de benignitate non priuare
vasallos bonis feudalibus, sed eos admittere ad
compositionem, ut patet in declarationis Regis
Roberti; quarum una incipit, significamus uobis
Marino de Diano. Alia incipit, supplicat Pe. de
Stella. charta 35.

Vigesimò, tenetur hodie in Regno Baro, ut ha-
bens feudum quaternatum à Rege, si vult à suis
uasallis habere iuramentum fidelitatis, non aliter
ab eis potest illud recipere, nisi prius imperauit
92 à Rege literas pro assecurandis vasallis, † & au-
thoritate propria exigit iuramentum fidelitatis à
uasallis suis, debet perdere ipsum feudum, ut est
constit. Regni, quæ incipit, comite vel barone. de
successionibus nobilium feudorum, hoc etiam di
cit Andr. in cap. si minori. si de feudo fuerit con-
trouer. inter dominum & agnatum.

Vigesimoprimò, vasallus tenetur domino suo
93 ad obedientiam, † nam si citatus tribus uicibus à
domino, sit contumax, dominus potest priuare
eum possessione feudi, quam per purgationem
contumaciæ infra annum comparendo recupe-
rabit; ut dicit text. in cap. 1. de milite vasal. qui
contumax est. & in constit. Regni, edictorum.
& ibi dicit And. quòd dominus potest citare uasal
lum, ut præstet seruitium pro feudo sub pœna
priuationis feudi. Et idem in constitutione, si
94 uasallus. de fide. à vasall. † debet ergo vasallus esse
obediens, humilis, & fidelis domino suo, ut not.
Andr. in cap. 1. in 1. col. ex quibus cau. feu. amit.
Et hoc intelligitur cum grano salis, scilicet, ut ua-
sallus non sit nimis delicatus erga dominum
suum, nec econtra dominus sit nimis onerosus
suis vasallis, secundùm Bald. in l. seruos. C. de pig.
actio. & And. de Iser. in proximo allegato cap. 1.
§. 2. Debet ergo vasallus dominum curialiter tra-
ctare. Aliàs dominus quærit occasionem contra
suum vasallum etiam non de iure, sed de facto:
95 † quia potentioribus nostris pares esse non possu-
mus, secundùm Andr. ibi suprà. Debent ergo
subditi & uasalli esse deuoti domino suo secun-
dum Bal. in cap. 1. in uerbo, deuotionis. de pace
Constantiæ. Ideò caueant uasalli domini Regis,
ne faciant guerram in Regno, quia incidenter in
pœnam magnam, de qua in constitut. Regni, co-
mes vel baro, de guerra non mouenda, nec etiam
duella, quæ sunt prohibita sub pœna criminis læ-
sæ maiestatis, ut in constitu. Regni, monoma-
chiam. & de hoc habetur per Andræam in cap.
1. §. si quis hominem. de pace tenenda. & ibi sunt
96 concordantiæ. † An autem baronib. liceat por-
tare arma offendibilia, quæ regulariter sunt pro-
hibita portari, ut in l. 1. de gladiato. lib. 11. & in
auth. vt armo. vsus. & in constitu. Regni, inten-
tionis, patet in cap. Regis Caroli primi, quod inci-
pit, dum Regiæ considerationis. Caueant etiam
barones Regni, ne faciant sibi recomendatos in
terris demanii, quia est eis expresse prohibitum,
ut patet in cap. Regis Caroli secundi, quod inci-
pit, prædecessorum nostrorum.
97 † Vigesimosecundò, tenetur Barones Regni do
mino Regi permittere & non impedire aliquo
modo directè uel indirectè eorum uasallos uolen-
tes venire ad curiam Regis pro querelis, quas
uolunt facere Regi. Nam si hoc facerent, incide-
rent in pœnam legis Iuliæ maiest. per l. cuiusque.
in 5. resp. ff. ad leg. Iul. maiest. secundùm Lucam
de Pen. in l. 1. in fi. C. ut nemo ad suũ patroci. li. 11.
98 Vigesimotertiò, tenetur vasallus † ducere filium
suum delinquentem ergo dominum suum ad præ-
sentiam domini, ad satisfaciendum delicto com-
misso erga dominum, uel a se filium separare, aliàs
debet perdere feudum, quod habet à domino. tex.
in d. l. Imperialem. §. insuper. Bene ad hoc facit
tex. in l. qui cũ uno. & l. milites. ff. de re milita.

Vigesimoquartò, tenetur vasallus honorificè re
cipere literas sibi missas à domino suo, & illas
99 nou despicere, vel paruipendere, † & si aliter facit,
potest ex ista iniuria priuari feudo, in Lonbar. de
feud. & bene. l. si liber homo. hic inoleuit mos,
quòd in receptione literarum assurgitur, & po-
nuntur literæ suprà caput in signum honoris mit-
tentis literas.

Vigesimoquintò, vasallus tenetur conuenire
alium uasallum de causa, quæ pertinet ad forum
seculare coram iudice competenti Regni secula-
100 ri. † Et si in foro ecclesiastico facit conueniri de
causa prædicta pertinenti ad forum seculare,
punitur pœna priuationis omnibus bonorum,
ut in constitutione Regni, quæ incipit, cum iusti
tiæ. de foro compe. Sicut punitur, qui trahit scien-
ter prrsonam ecclesiasticam in uetito examine,
101 vt in cap. si diligenti. de foro compet. † Sic etiam
puniuntur pœne omnium bonorum Barones, qui
sine priuilegio Regis vsurpant merum & mixtum
imperium, ut in constitutione Regni, ea quæ ad
decus. & not. in cap. Regis Roberti, quod incipit,
ad regale fastigium.

Vigesimosextò, tenetur vasallus domino suo
obseruare omnia quæ sunt de natura feudi, &
omnia pacta apposita inuestitnra feudi, ut in cap.
1. §. ex eadem. de lege Corradi. & not. in d. l. Im-
perialem. §. illud. qui nil tam natursle est, quàm
pacta seruare. l. 1. ff de pactis, cum concord. Ideò
dicit Bald. in præludiis feudorum, ultima charta.
102 in 1. colum. † quòd semper ad tenorem inue-
stituræ recurrendum est, quia uim contractus
ostendit, vt in cap. 1. de duobus fratribus a cap. in-
uesti. & in cap. si cui de extraord. cap. al. compila.
Et idem dicit Bald. in suo eleganti consilio in-
cipiente, Sanctissima & illustrissima domina Re-
gina, & tanta est uis inuestituræ, quòd dixit Bald.
consilio 70. in 1. volum. quòd potius inspicitur
tenor inuestituræ, quàm natura feudi. Nam na-
tura feudi est genus, inuestitura est species, quæ
103 derogat generi, † & ideò tenor inuestituræ de-
rogat omni naturæ feudorum, secundum Bald. in
cap 1. de duobus fratribus à cap. inuestitis.

Vigesimoseptimò, tenetur vasallus, quando
est requisitus a domino rege, ut veniat cum eo
honorificè ad eum associandum pro suscipienda
corona Regni a summo Pontifice, siue in Regno,
siue extra Regnum, aut ad voluntatem Regis mit-
tere alium domino Regi acceptabilem, ut ha-
betur in capitulo 1. §. fi. de pace iuram. firmanda.
104 Vigesimooctauò, † tenetur vasallus ope &
sermone tractare dominum vt dominum, dixit
Bald. in cap. 2. in fine. C. de operis liberto. Et ideò
si dominus venerit in necessitate aliqua, tenetur
uasallus ei subuenire, secundum Baldum in l. 1.
iu fine. C. de operis libertorum, & not. in cap. 1.
§. similiter. de capi. Corradi. Et ideò secundùm
Dyn. & Bartolum in l. alimenta. ff. de liberis agno-
scendis. si dominus deuenerit in paupertatem, est
105 alendus a vasallus. † Et pro hoc bene facit, quod
dicit Spec in titu. qui filii sint legitimi, versi. sed
nunquid. & ea quæ habetur in cap. nobis. de iure
patro. & quæ dixi in cap. licet. si de feud. fuer. con-
trouer. inter dom. & sgnat & dixit Alex. in 2. vol.
consilio 35. quòd pro necessaria causa dominus
potest ueudicare res proprias uasallorum.

Vigesimononò, tenetur vasallus domino suo,
106 † quia possunt pro domino suo debitore capi
bona sui uasalli pro represaliis, vt doct. in cap. 1.
§. similiter. de cap. Corradi. de his tamen plenè
per Barto. in suo tracta. de repres.

Trigesimò, nedum vasalli demaniales sunt
subiecti Regi, sed etiam principaliter omnes va-
107 salli baronum sunt subiecti domino Regi, † in
tantùm quòd principaliter tenetur adiuuare Re-
gem, etiam contra baronem dominum suum, &
non adiuuare barouem contra Regem, sed bene
contra alium adiuuare baronem, ut in Specu. de
feu. §. quoniam. versi. vasallus vasalli. & not. And.
in d. l. Imperialem. §. præterea inter duos. & gl.
in constit. Regni, probationum defectum.

Trigesimoprimò, tenetur vasallus pręstare uiā
domino suo per sua prædia, si domino hoc ex-
pedit, ut dixit Andr. de Iser. in cap. 1. §. si quis de
manso. & ibi dixit in tertio notabili. de controuer.
inuest. ar. l. si qui sepulchrum. ff. de reli. & sump.
108 fuu. † quæ lex habet locum non solùm ratione
religionis, sed etiam ratione publicæ vtilitatis, vt
dicit Andr. iu cap. 1. §. similiter. in 5. col. de cap.
qui curi. uen. & Luc. de Penna in l. 2. C. de bon.
uacan. libr. 10. Guid. iu l. binas C. de ser urb. prę-
di. & glo. 12. q. 2. cap. religiosam. & Specu. in tit.
de emptio. & uendit. §. 1. uersi. ad euidentiam. &
iam uidimus de facto, quando Rex ueuit Neapo-
lim, & expedit ei habere bonam uiam per funda
priuata, eius iussu adaptantur uiæ, vt Rex tran-
109 seat. † An autem si vasallus præstat uiam inimi-
cis domini debeat perdere feudum, uide con-
silium Raph. Cuma. consilio 61. per totum.

Trigesimosecundò, tenetur vasalli domino
Regi soluere tractas, & antiquas gabellas, & iura
doanæ, & fundi, & collectas debitas, & consuetas,
& omnia alia iura regalia, ut in cap. 1. quæ sint
regalia. Et iuxta ritus magnæ cameræ summarię
compositos per And. de Iser. bene facit. cap. tribu-
110 totum. 23. q. 8. † Et pro istis iuribus fiscalibus
soluendis nou potest uasallus dicere, ego volo
cedere bonis, ut euitet collectas & alia iura, &
debita fiscalia, secundùm Bald. in l. 1. post Cy. in
3. q. C. de cessio. bon. & Bartol. in l. 1. ff. eo. titu. de
quo tamen per Sal. in d. l. 1. iu uersi. 6. quæro. &
per scribentes in §. fi. Instit. de actio.

Trigesimotertiò, tenetur uasallus domino suo
ex delicto, & ex contractu vel quasi, dummodò
conuincatur de culpa, iuxta not. in cap. 1. de feud.
sine culpa non amit. cum concor. ibi alleg. Sunt
enim 65. causæ, per quas uasallus debet perdere
feudum, de quibus per Iac. de Ardizo. in dicta
sua summa. Et ego dictas causas enumerauit in c.
1. §. fi. quibus mod. feu. amit.

111 † Trigesimoquartò, tenetur uasallus domino
Regi dare hospita pro familia Regis, ut patet in ca
pitulis Regis Caroli primi, de hospitiis pręstandis.
& no. Bal. in l. obseruare. in prin. ff. de off. procō. &
And. in cap. 1. in uerbo, ex ordina. quę sint regalia.
Hęc enim sunt quę mihi occurrunt iu ista ma-
teria ꝓfunda, in qua multa causa breuitatis omisi
per longum examinare, ne tædio uestram Illu. D.
afficiam.

sificiam. Sed non repetitur per alios scribentes sic cumulata, credo tamen ueras conclusiones scripsisse sub correctione uestræ Illu. D. & doctorum de Consilio Regio. Matth. de Afflic. V.I.D. Non est meum dicere, quantum hęc scripta fuerunt laudata & approbata per suam Illust. D. & per Cōsiliarios suæ maiestatis.

ADDITIO

a *Potest eum priuare.* Si domieus male tractat vasallos, potest feudo priuari. Et ideo Bal. in c. 1. § publici latrones, de pace tenenda, dixit, quòd si habens castrum in feudum malè tractat burgenses castri, ꝙ dominus potest ipsum monere, vt eos tractet debito modo & cōsueto, aliàs curia domini potest sibi castrū auferre. Et ratio est, quia male vtitur substantia domini, arg. l. si cum dotem. § si uerò dotem. ff. solut. matr. & uide omnino Barth. Soc. consi. 292. incip. not. primò sequendo. uersi. 6 ista conclesio. in 2. uol. & dixit Flor. in l. si filia nupta. in prin. ff. fa. ercis. ꝙ licèt quis plus solito grauetur a superiore, quod tamē per hoc non poterit plus solito grauare suos subditos. Alibi tamen Bal. in 1. rub. ff. in si tenet, ꝙ licèt subditi non possint expellere dominum tolerabiliter eos opprimentem, tamen interim non tenentur obedire. Et dicit Alb. in l. bene à Zenone. C. de quad. præsc. ꝙ potest talis dominus priuari ab Imperatore vel Papa. Imò mirabilius dicit S. Thom. in 2. senten. art. penul. quòd licitum & meritorium est subditis interficere dominum ipsos intolerabiliter opprimentem. Sed contrarium tenet Aug. de Anch in tract. de potestate ecclesiasti. q. 54. art. 3. ver. omnia autem ista. & contra B. Tho. fuit decisum in consilio Constantiensi, secundum Brixi. in repert. in uerbo Tyrannus, & ita refert & transit Fely. in c. cum nobis. col. 3. extra, de præscrip. & uide omnino Franc. Cur. in tracta. feud. in 6. parte principali, in 1. col. uersi. quæro ergo. Et dixit Bal. in c. 1. qualiter dominus proprie. priu. & est tex. in leg. 2. de his, qui sunt sui uel alien. iur. quòd dominus, qui abutitur dominio, facit se indignum dominari. Idem sequitur Iacob. de S. Geor. in tract. de homag. per sex. col. ante ult. col. & uide infra in hac met carta. Adde retrò scriptis, quòd si dominus grauaret suum uasallum atrociter in carcere, uel aliàs, dominus superior potest ipsum totaliter eximere à sua iurisdictione & subiectione, & hoc faciet ex officio, etiam quòd talis oppressus non conqueratur. Ita Io. Fab. in § fi. Insti. de his, qui sunt sui uel alie iur. & sequitur Guido Papæ in suis deci. parlamenti Grationapolitani, in decis. 62. incip. si quis baro. Et aduerte, quia loquitur, si dominus atrociter tractat, & quò ad hoc moderata sæuitia videtur permissa dominis in suos subditos, arg. 1. q. 1. not. Ang. de Aret. in § in potestate. 3. col. uer. in ea gl. ibi. Insti. de his qui sunt sui uel alie. iur. faciunt ibi uo. per Christoph. Porc. in eod. titu. 2. col. in additione. Adde quòd hodie, & ibi Ias. de May. in additione incipiente, not. etiam. Thom. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXV.

1 *In correlatiuis non semper dispositum in vno censetur in alio dispositum, vnde licèt dominus & vasallus sint correlatiua, tamen in quindecim vasallus est obligatus domino, in quibus dominus non obligatur vasallo.*

2 *Maritus si prohibetur relinquere vxori. ita erit econtra.*

3 *Dominus licèt non iuret vasallo, an tamen teneatur ad tantundem sine iuramento.*

4 *An dominus teneatur adiuuare vasallum, quando est in periculo vitæ constitutus, & an quis tam de iure ciuili, quàm canonico teneatur aliquem iuuare.*

5 *Vniuersitas an teneatur resistere & acclamare latronibus, aliàs punietur. & Dominus an possit vasallos burgenses cogere ad seipsos armandum pro capiendis malefactoribus, quòd sic hodie iuxta pragmaticam sanctionem.*

6 *Potest statui premium capientibus malefactores, & transfugæ, vt alios adducat possunt premiari, & de furto quis non punitur, quando facit ob bonum publicum.*

7 *Vniuersitas sine licentia superioris potest se congregare pro capiendis malefactoribus.*

8 *Dominus vt reddat vicem vasallo tenetur eum adiuuare in bello iusto.*

9 *In obligatione bonorum feudalium an ueniant feuda titulata, & quæ sunt capita dignitatum.*

10 *Data potestate legitimandi ad feuda non intelligitur data ad feuda, quæ sunt capita dignitatum.*

11 *Si rex concedit alicui castrum cum iure quod ipsę habet, non venit ius regium.*

12 *In feudo dignitatis non fit immissio ex primo decreto, nec substantia dignitatis transit ad successorem, sicut in aliis feudis.*

13 *Feuda dignitatum non diuiduntur, oportetque ꝙ obligentur in specie dicendo feuda dignitatum titulata & nō titulata.*

14 *Si dominus non obseruet vasallo illa octo, de quibus capitulo primo, de noua for. fide. an priuetur proprietate feudi.*

15 *Vasalli burgenses ob delictum domini efficiuntur liberi, & hoc quando dominus deliquit contra eos in faciendo, scilicet sæuiendo & male tractando, secus in omittendo.*

16 *Si dominus deliquit contra vasallos, an tantum priuetur dominio illorum, cum quibus exercuit sæuitiam, an aliorum, & dominus directus potest hoc cognoscere etiam vasallis non conquerentibus.*

17 *Dominus tenetur vasallos tractare vt filios, et non debet interuenire in ratione reddenda.*

18 *Vasallus ꝙ priuetur feudo, si interfecit fratrem suum, secus si fratrem domini.*

19 *Vsufructuarius si alienet rem, in qua habet vsumfructum uel male fuerit versatus in re; quia ipsam rem tanquam propriam alienauit, priuatur.*

20 *Vasalli qui accedunt ad bellum nihil à subditis exigunt pro expensis factis, aut faciendis.*

21 *Prælatus delinquens in acquisitis nihil præiudicat ecclesię, secus in aquirendis.*

22 *Prælatus non potest facere deteriorem conditionem ecclesiæ infeudando, nec remittere fellloniam, quando concessio non pertinet solum ad eum.*

23 *Prælatus solus non potest remittere caducitatem rei emphytheuticæ ecclesiæ collegiatæ, nec facit compromissum, priuat tamen ecclesiam dominio rei relictæ sub conditione de faciendo aliquid in casu contrauentionis.*

24 *Dominus directus non obseruans promissa in contractu emphyteutico an priuetur proprietate rei, & an volens alienare dominium directum teneatur emphyteutam requirere in tantum, ꝙ si alienat sine eius consensu, priuetur proprietate rei.*

25 *Vasallus an teneatur ad reuerentiam domino, & quando fuisset priuatus re ob inuestituram infra tempus statutum non petitam, dominus admittendo ipsum ad obedientiam videatur caducitatem remittere.*

26 *Loquens an dicatur irreuerenter, quando quis loquitur per dictionem tu, & hoc quando loquitur cum aliquo superiore.*

27 *Officialibus debetur reuerentia, ideo loquens quis eisdem irreuerenter maxime cum percussione manus ad bācum iustitię punitur.*

28 *An vasallus vocet dominum in ius sine venia.*

29 *Vasallus an possit occidere dominum repertum adulterare filiam vel vxorem, quòd non secus econtra, & quid si vxor domini fuisset pellex.*

30 *Validum est argumentum de liberto ad vasallum, & de*

feudo ad peculium.

31 *Vasallus & dominus adinuicem litigantes, an unus alteri, vel alteri, unus iurent de calumnia.*

32 *An iuramentum calumniæ possit tacite vel expresse remitti, ita quòd faciat iudicium nullum ipsius omissio.*

33 *Vasallus an proponat actionem famosam contra dominũ, & eum accuset.*

34 *An dominus possit esse iudex in causa propria, & an vasallus Burgensibus.*

35 *An quis possit cognoscere, si aliquis est suus vasallus.*

36 *An Dominus valeat vasallos inuitos alienare, hoc est proprietatem, quam habet, & quid in casu necessitatis.*

37 *Si vasalli inuiti alienantur, an dominus proprietate priuetur, quòd non de æquitate, ubi si duellus est permissum.*

38 *Rex habet iurisdictionem ordinariam, & eius vasalli non valent coram alio iudice conueniri, nec iurisdictionem prorogare.*

39 *Domini possunt facere mandatum subditis, ne coram alio iudice litigent.*

40 *Vasallus tenetur præstare domino iuramentum fidelitatis, & quid in vasallo, qui habet feudum familiare, & in eo qui tenet terram aratoriam tantum in loco domini.*

41 *Qui habet feudum consistens sub aliquo annuo censu, an teneatur præstare iuramentum fidelitatis.*

42 *Iuramentum fidelitatis, quod continet aliquem incolumem, quid operantur ista verba, an comprehendant, quòd non teneantur accusare vel iudicare dominum. Item nec submittere aliquẽ, qui accusat dominum, vel fideiubere pro illo, qui dominum accusat.*

43 *Verbum, tutum, quid importat, et quid de verbo honestum.*

44 *An si vasallus concubitasset concubinam domini, teneatur pęna amissionis feudi.*

45 *An si vasallus cognouit pedissequam domini, feudo priuetur.*

46 *An iuramentum fidelitatis possit præstari per procuratorem.*

47 *Verbum, potest, denotat possibilitatem, iudex ex causa etiam in ciuilibus potest cogere principalem ad comparendum personaliter.*

48 *Vasallus non potest aduocare contra dominum, aliàs feudo priuatur.*

49 *Vasallus tenetur dominum adiuuare in bellò, & hoc expensis propriis.*

50 *Expensis clerici petentis remissionem fit remissio ad iudicem ecclesiasticum.*

51 *In feudo franco an vasallus teneatur dominum adiuuare, & quid in bello extra territorium, & ob nouam terram acquirendam.*

52 *Quod dicatur bellum iustum, & an ad defensam dicatur bellum iustum.*

53 *Vasallus an possit feudo renuntiare nolens domino seruire, & distingue ut hic de feudo cum seruitio, vel sine.*

54 *Emphyteuta an possit etiam emphyteusi renuntiare.*

55 *Vasallus qui habet duos dominos, quòd antiquiorem adiuuet.*

56 *Vasalli quando teneantur ad adiutorium, & quid de vasallis burgensibus.*

57 *An pro maritanda filia spuria, & quid in moniali, quod teneantur vasalli ad adiutorium.*

58 *Quòd subuentio debeat præstari emptori etiam cum pacto de retrouendendo.*

59 *An subditi tantum in iurisdictione teneantur dominum concomitari suis expensis.*

60 *Vasallus tenetur domino suo seruare honestatem, & an vidua amittat dotem propter stuprum, & quando amittit, cui debet applicari.*

61 *In pęnalibus & odiosis an fiat extensio, ne delicta remaneant impunita.*

62 *Tunc vidua propter stuprum amittit dotes, quando sponte passa fuit se cognosci, secus si per uim, quia tunc non solum non amittit dotes, sed etiam filii nascuntur legitimi.*

63 *Vidua tunc amittit propter stuprum, quando sunt testes de visu, qui viderint mulierem se commisceri cum amasio, aliàs non, & an ista procedant in uxore putatiua.*

64 *An mater amittat successionem filiorum propter stuprũ, quòd non.*

65 *Vasallus tenetur abstinere à crimine maiestatis, & quibus modis committatur tale crimen.*

66 *Vasallus tenetur abstinere à mala loquutione, & qualiter puniatur maledicens dominum.*

67 *Quę sit differentia inter blasphemare & maledicere, nam blasphemare est optare alicui malum.*

68 *Verba hæc dicens, Deus non potest facere hoc, vel ad dispetto de Dio, qualiter debeat puniri.*

69 *Verba sunt capienda in bonam partem, unde si quis dicat, hominum suum esse dominum hominum & bestiarum, an puniatur.*

70 *Proditor quis dicatur, & quis dicatur quem proditorie occidere, & quòd proditor puniatur pæna mortis, & proditor dicitur ille, qui sub figmento amicitiæ aliquid contra dominum, vel alium machinatur.*

71 *Vasallus non amittit feudum hodie ipsum alienando, cum ipsemet reuocat. quando est reseruatus assensus cum clausula, non aliter nec alio modo, quòd non amittatur feudum.*

72 *An dominus præferatur, quando adest clausula in alienatione, si dominus voluerit, et quid si non fuerit tradita possessio.*

73 *In feudis quaternatis in quibus casibus non habeat locũ reuocatio, et an reuocatio ipsa militet tã in emptore quàm in venditore, & quid in dote, & in quibus casibus cessat reuocatio, notatur hic remissiue, et in dote an habeat locum tertiaria.*

74 *Vasallus habens castrum dirutum an possit illud reædificare.*

75 *Vasallus tenetur res feudales bene tractare aliàs ipsas amittit, idem in emphyteuta, qui male utitur rebus emphyteuticis.*

76 *Angaria est, quando quis cum pecunia tenetur aliquem alicui seruire, perangaria quando sine pecunia.*

77 *Vasalli Baronum angarii & parangarii possunt aduocari à Barone in terram suam, & quomodo.*

78 *Angaria & parangaria non inducitur per confessionem vasalli, sed per priuilegium vel tempus de quo.*

79 *An ius reuocandi vasallum transeat ad Baronem vendita Baronia.*

80 *An ius reuocandi vasallum transeat, & intelligatur venditum, quòd possit aduocari ab ipso rege.*

81 *In generali sermone non venit persona loquentis.*

82 *Vasalli obligati ad dandum Camerlingum an dicantur angarii, & parangarii in tantum, quòd possint à Barone aduocari, vide contrarietatem inter Capitium, & dominum Marinum in dicto numero.*

83 *Rex tenetur facere iustitiam. aliàs potest resisti, & quando fuisset tirannus, & non haberet superiorem, an possit*

sit interfici.

84 *Vasallus an possit interficere dominum bannitum impune.*

85 *Vasallus tenetur secretum tenere consilium domini sui, vnde dictum est, secretum regis abscondere bonum est, opera autem de omni reuelare honorificum, & iudex siue consiliarius reuelans sententiam priuatur officio.*

86 *Vasallus qui fatetur se vasallũ tenetur ostendere titulũ suę possessionis ratione vicinitatis., secus si neget. hoc idem in emphyteuta, & clerico actore agente ad fructus beneficiorum, quòd tenentur ostendere titulum suę possessionis, an procedat tantum, quando possessio beneficii fuisset recens.*

87 *Tutor qui agit tutorio nomine, quòd non auditur, nisi ostendat solemnia, quæ an procedant etiam si non excipiatur.*

88 *Quando quis agit vt hæres, an à princ. teneatur ostendere se hęredem.*

89 *Venditor ad instantiam emptoris an teneatur ostendere titulum siue instrumenta.*

90 *De iure quis præsumitur possidere ex titulo præcedenti ad excludendum delictum.*

91 *Vasallus maior de iure tenetur infra annum mortem denuntiare, & iurare fidelitatem, soluereq; releuium, quando fuisset minor excusatur.*

92 *Verbum releuium, iure communi feudorum, neq; Romanorum reperitur solum per constit. regni post mortem.*

93 *Quantum sit releuium, an medietas fructuum illius anni, et qualiter solet obseruare in predictis Regia camera summariç.*

94 *Quando baro dat listam minorem de fructibus, cum sint maiores, qualiter puniatur, & quid emphyteuta, qui dicit maius pretium*

95 *Vasallus hodie non punitur ad amissionem feudi, si infra annum non denuntiauit, sed soluit duplicatum releuium.*

96 *Quando est soluendum releuium, adhoa cum ipso releuio confunditur, eo quia quis non debet duplici onere grauari.*

97 *Qualiter quis excusetur, si propter impedimenta adhoa vel releuium infra tempus non soluerit.*

98 *Vasallus tenetur præstare domino obedientiam, & quid in illicitis.*

99 *Mandatis superioris quando sit parendum, item qualiter se debeat gerere vasallus circa dominum.*

100 *Iuramentum fidelitatis qualiter sit præstandum.*

101 *Baro non debet impedire vasallos venire ad regem, & an qui vadit ad superiores dicatur fugere.*

102 *Vasallus tenetur filium, delinquentem ducere coram domino, aliàs perdit feudum, & an sit in electione patris, se à filio separari, vel ipsum ad dominum ducere, qualiter fiat hæc deductio.*

103 *Pater tradit filium in manu domini, vt misericorditer eum tractet, & hoc ne videatur pater filium ad supplicium deduxisse.*

104 *Trahens vasallum ad alium iudicem, quòd puniatur pena publicationis bonorum, quæ an hodie recipiantur in praxi.*

105 *Barones vsurpantes merum & mixtum imperium qualiter puniantur, si scienter illud faciunt, & quid si ignoranter: quia fuerunt vsi, prout eorum maiores fuerunt.*

106 *An per secundam inuestituram videatur recessum à prima, quòd non, nisi expresse agatur ex partium conuentione.*

107 *Vasalli tenentur bene tractare dominum, & maxime circa præstationem alimentorum, quando fuisset pauper.*

108 *Vasallus tenetur dominum redimere ab hostibus & subuentionem præstare, quando vult terram emere.*

109 *Dominus quando sua culpa deuenit ad paupertatem. item quando est carceratus, an vasalli teneantur subuenire.*

110 *Bona vasalli an possint capi pro represaliis domini, quòd sic, & dominus postea emendat damnum.*

111 *Quando quis iniuste soluit represalias pro alio, an possit recuperare.*

112 *Venditor, qui promisit euictionem, an teneatur de violentia de facto commissa.*

113 *De æquitate etiam extra cõsuetudinem Neapolis quòd quis teneatur viam vendere.*

114 *An possum cogere aliquem, ne faciat ædificium impediens ventum ad aream meam.*

115 *Fenestras sine cantonibus existentes in domo vicini an cogatur vicinus fabricare, quando essent ad lumen tantum ingrediendum, & non haberent aliunde lumen.*

116 *Aerem quando quis aliunde non habet an cogatur vicinus vendere.*

117 *Fenestras sine cantonibus de consuetud. Neap. an possit quis retinere legitima præscriptione, quando non sunt contra instrumentum diuisionis, vel casalenum.*

118 *Consuetudo Neapo. est stricti iuris casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*

119 *Vasallus an teneatur pugnare contra patrem.*

120 *Quando duo domini pretendunt reditum ab emphyteuta, quòd neutri soluat, sed faciat depositum.*

AFflict. hic inquit, vasallum obligatum domino, & dominum vasallo, nam censentur correlatiua, & sic vnus alte
1 ro obligatur, quod fallit in 15. casibus in quibus vasallus † obligatur domino, & nõ econtra dominus obligatur vasallo, licèt sint correlatiua, & meritò, quia non semper in prædictis correlatiuis dispositum in vno in alio cẽsetur dispositum, & illud quando diuersa ratio potest assignari, sicut hæc late cumulat
2 Iason in l. fi. C. de ind. vid. toll. † Vbi tradit decem similia, sed plenius per Ay. in trac. de anti. tempo. 3. par. nu. 7 fol. 114. & per Curt. Seni. in consi. 11. statuto. 1. col. ubi si prohibetur maritus relinquere uxori, quòd idem sit econtra, nam diuersa ratio assignari non potest.

Circa primam fallen. adde secundùm Præpositum in d. c. 1. de no. for. fidel. quod licèt nullibi reperiatur, quod dominus iuret va
3 sallo, quemadmodum vasallus † domino, quod tamen dominus tenetur ad tantundem absque iuramento. & insuper circa prædicta, quod dominus teneatur adiuuare uasallum circa reuelationem, uel quando fuisset in periculo, vel econtra etiam de iure
4 communi † quòd secus fuisset in aliis, qui non fuissent vasalli de iure communi siue ciuili, tamen loquendo late approbat Fel. in c. quantæ, de senten. excommu. nu. 4. qui citat gl. in reg. culpa caret. ff. de re. iu. ubi Dec. & alii subiectum tractant, & quod de iure can. declarat etiam melius And. in c. 1. in addi 1. de pace tenen. & in c. 1. § præterea. in prin. quæ fu. pri. causa benefi. ami. hic auctor in coust. reg. quicunque mulierem. in fi. & Boe.
5 in dec. 83. & uidetur talem, per † iurum, maxi. nu. 6. sed hic quęritur, an de iure vniuersitas teneatur resistere & acclamare latronibus aliàs puniatur c. regni frequens & effrenata, dicit quod sic, hoc idem Capi. in dec. 149. quod officiali insultato ipsa vniuersitas teneatur succurrere, alias quod puniatur, sed an dominus possit cogere suos subditos Burgenses ad se ipsos armandum ad capiendos malefactores. Bal. in l. si quis in hoc genus. C. de epi. & cler. affirmat quod sic, sed contra insurgit Lud. a Pen. in l. 1. ne rustica. li. 12. nu. 38. & Gram. in dec. 47. qui etiam videtur huius opin. esse, sed quidquid sit hodie, qui est 8. Aug 1555. fuit obseruata opin. Bal. & ob multitudine delinquentium & forisiudicatorum sunt factæ nonnullæ regiæ pragmaticæ, quod omnes uniuersitates teneantur capere malefactores, vbi sunt com
6 missa delicta, alias † quod ipsæ uniuersitates teneantur, immo quod detur præmium occidentib. malefactores, siue foriudicatos, quæ pragmatica est repetita per regem anno 1563. & quatenus dat præmium occidentibus foriudicatos fundatur ex cõ

sti.

ſti.reg.pœna eorum, quæ dat præmium capianti foriudicatũ,
7 uoluit etiam Bal.in conſi.319.deci.2.lib. Vbi dicit † uniuerſita
tem poſſa ſa congregare ſina licentia ſuperioris pro capiendis
malefact. item alia iuſta cauſa exiſtenta. Ioã. Ploc. in repet.l.ſi
quando.C.unda vi.nu.295.349.in 1.impreſſ.& Io. da Plat.in
l.Nauarchorum, de nauicula.lib.11.& Iaſ.in conſi.20.in fi.&
86.uol.3.Cott.in uerbo opem.Caſſ.in conſuet. Burg.des iuſti-
8 ces, rub.1.§.3.fol.28.& 29.nu.11.& pro prædictis † quatenus
habetur da præmio dando malefactores capiens ſiua occidens
facit tex.l.2.§.ſed cum Appius pœna.ff.de ori.iur.l.non om-
nes.§.ult.ff.de ra mili.quos citat Tiraq.in l.ſi unquam.in uer-
bo donatione largitus, de reuo.dona.num.31.

Circa ſecundam fallen. ꝙ dominus teneatur etiam ad ali-
9 quid naſallo ſuo.ſ.ad eum adiuuandum in bello iuſto, † nam
tenetur reddere pares uices, declarat lata Iac.in d.tra.in uerbo
promiſerunt domino ſuo præſtara debita ſeruitia, fol.67.nu.
17.alias.15.

Circa tertiam fall. ꝙ in obligationa bonorum non neniant
10 fenda titulata, quæ ſunt caput dignitatum † facit tex.& gl. in
conſt.reg.ſi quis Baro uel miles.in gl.1. qui dicunt, dotarium
non conſtitui in Caſerta, quia caput & nomen Baroniæ ſuæ
dignitatis, ad quæ conueniunt, ꝙ dara poteſtata legitimandi
ad fenda non ad capita dignitatum. Anch.conſil.308.1.facie,
11 col.2. † prout fuit notatum ſupra in deci.195. uoluit etiã Iac.
in d.tract.feu.in uerbo dictiq; uaſalli, nu.3.fo.60. vbi et doct.
Alb.de Roſ.in l.ſi.C.da iuriſ.om.iudi. inquit, ꝙ ſi Rex Franco
rum conceſſit alicui caſtrum cum omni iure, quod habet, ꝙ
non uenit ius regium, fuit facta mentio etiam ſupra in deciſi.
122. quod etiam voluit idem Iac.in eo.tract.in uerbo comes,
nu.3.fol.13.qui ait, inter alia priuilegia ꝙ in feudo dignitatũ
non ſit immiſſio ex primo decreto, nec ſubſtantia feudorum
12 dignitatum tranſit in ſucceſſorem, ſicut in aliis feudis † quod
etiam teſtatur Caſſ.in conſue.Bur.des fides, rub.3.§.8.f.116.
qui ait, ꝙ iſta feuda dignitatum habent diuerſam naturam ab
aliis, & ꝙ non poſſint diuidi, voluit etiam Lofre.in conſi.24.
& 36.circa fi. idem in para.feud.fol.8.à tergo.qui etiam dicit,
ꝙ hodie notarii ad euitandum iſta addunt in eorum inſtrumẽ
tis feuda titulata & non titulata. licèt poſtea dicat fuiſſe ſerua
tum contrarium in ſac.conſ. & non aliter refert in qua cauſa,
13 ſequitur etiam hæc Cur.in tract.feu.fol.37.qui etiam † ait, hec
ſauda diuidi minime poſſe, niſi modo, quo per ipſum, & eſt ho
die da iſtis pragmatica, ꝙ feuda magni momenti non obligen
tur, & inſuper ꝙ ſi dominus non obſeruat illa octo, de quib.in
gl.in c.1.in ſi.da no.for.fid. priuatur feudi proprietate, affirmat
Præpoſitus in eo.c.in 3.col.in uerb.in gl.quæ eſt in iſto cap. &
Fel.in c.dilecti. da maio. & obe.in quib. etiã ꝙ iſta proprietas
14 tunc debet applicari vaſallo, quando feudum non fuiſſet † di-
gnitatis, vt ducatus, marchionatus, ſing.per Præpoſitum in lo-
co prælibato, & ſi Iaſ.in l.ſi.C.da iure emph.col.6.ſequatur ſim
pliciter applicari vaſallo, & ſing.iſta ſequitur Boe.in dec.211.
& in iſta materia, nu.11.ſed Ay.limitat hæc in conſi.6. nume.
108.cum ſeq.in feu.emp.pecu. Quæ etiam habent locum in va
ſallis Burgenſib.qui ob delictum domini contra eos commiſ-
ſum efficiuntur liberi cum qualitatibus da quibus Iaco.in ſuo
trac.da rodiis, circa fi.ſ. quando dominus deliquiſſet in eos in
15 faciendo † .ſ.ſæuiendo & mala eoſdem tractando, ſecus quan-
do delictum fuiſſet in omittendo, de quo ſubiecto melius quã
alibi legerim habetur explanatum per Boer.in dec.304.uide-
tur, & in deci.55.uidetur in fin. Ay.in conſi.9.nu.37.qui dicit,
dominum debere tractare vaſallos vt filios, & in conſi.238.Vi
carius Thaurini, num.1.qui dicit, dominum non debere inter
uenira in rationa adminiſtrationis reddenda per vniuerſita-
16 tam, & nõ ſolùm priuatur dominio illorum, cum quib. † exer
cet ſæuitiam, & malos mores, ſed omnium, ſecundùm Ana.in
conſi.7.Gramm.in deci.conſi.104.& in conſi.172. in ciui. qui
etiam concludit, dominum directum valere iſta ſacera etiam
uaſallis non conquerentibus amplectitur iſta Gui.Pap.in dec.
62.ſi quis Baro. ſi atrocitar ſe habet dominus circa uaſallos,
ſi modice. in inſti. da his qui ſunt ſui vel ali. iu. in fin. Aym.
in d.conſi 6.num.109. ꝙ cogatur dominus uaſallos tunc uen-
dere, quando feudum fuiſſet emptum, ſentit Boer.in dec.349.
num.7.qui per tex.l.2.§ ſi.ff.de his, qui ſunt ſui, uel ali.iur. ra-
fert diuum Adria. Vmbritiam quandam matronam in quin-
quannium ralegatam, ex quo ex leniſſimis cauſis ancillas, atro
ciſſima tractaſſet, da quo etiam per Cur.Iun.in conſi.137.2.li.
num.4.& 15.ubi etiam mirabiliter conſuluit, ꝙ vaſallus pri-
18 netur † feudo, ſi interfecit fratrem ſuum, ſecus ſi fratrem do-
mini.qui dat in prædictis rationam diuerſitatis, ſequitur iſta
Hyp.in ſing.122. uaſallus, qui etiam ait, ob dalictum domini
fieri francum, quæ etiam ampliantur in vſufructuario, nam
19 alienando † rem in qua habet vſumfructum tanquam pro-
priam, uel ſi in ea male fuiſſet verſatus, ipſam amittit, prout
voluit Caſſ.in conſue.Bur.des droites, rub.4.nu. 18.fol. 157.
& fol.181. Aym.in conſi.222.viſo inſtrumento, nu.8. ſi verba
improprientur, & nota infra, in 11.in quo vaſallus tanetur, &
20 ꝙ vaſallus quando accedit ad bellum nil pro axpenſis † factis
ſeu faciendis exigat a ſubditis, Luc.d Pen.in d.l. 1.ne ruſtica,
in 3.q.ſequitur Caſſ.in conſu.Bur.fol.29.nu.11.
21 Circa quartam limit. † ꝙ prælatus delinquens non præiudi
cet eccleſiæ, conuenit And.in d.c.1.§.ſi.da c. Conr.qui reiecta
opin. Speculatoris volentis delictum prælati in omittendo, vt
quia non præſtat ſeruitium, vel non ſoluit eccleſiæ fieri præiu-
dicium, & ſecutus opi. Goſt.dicit, ꝙ ſiue ſit delictum in facien
do, ſiue in omit. Bal.in c.imperialem.§. firmiter. de prohi.feu.
alie.per Fed.in acquiſitis, ſecus in quærendis, ſequitur Curt.in
trac.feu.in 2.par.fol.13.in 9.q.qui ait, ꝙ non poteſt facere de-
22 teriorem conditionem eccleſiæ infaudando. † idem in remit-
tendo felloniam, & hoc quando conceſſio non pertineret ſo-
lum ad prælatum ſecundum eund.Curt.fol.9.in eo.tract.in 2.
q.principali.nu.2.& in 26.q.fol.14.vbi etiam, ꝙ prælatus non
valet remittere caducitatem rei emphy. eccleſiæ collegiatæ
23 † videtur approbare Berta.in ſuo tract.da epiſcop. in 2.par.li.
4.q.13.& 49.etiam non facit compromiſſum, ſecundùm Soc.
in conſi.18. omnipotens Deus adaſſet 1.vol. niſi modo, vt ibi
per eum, priuat propterea eccleſia ra relicta ſub conditione de
faciendo aliquid ſub ipſa conditione in caſu contrauentionis,
iux.c.uerum, da cond.appoſit. Ruin.in conſi.27.2.uol.qui de-
clarat, quomodo iſtud procedat, ſecundum quæ intelligenda
puto adducta indiſtincte quodammodo per Ambr. Oppizo-
num, in repe.§.diui.l.filiusfamilias.ff. da leg.1.in illa q.an ſta-
tutum prohibens bona alienare comprehendat clericos, in 26.
col.num.41.42.in ver.pro parte contraria, vbi nonnulla cumu
lat, ꝙ prælatus poteſt eccleſiæ præiudicare in quærendis, &
iſtud ſine aliqua diſtinctione, de qua ſupra.

Circa quinta fallen. ꝙ dominus non obſeruans non tenea-
tur eodem modo vaſallo in pœna conuentionali. vida quia
Bal.in d.c.1.qualiter domi.prop.feu.priue.loquitur in domi-
no directo, qui non obſeruat pacta emphy. an priuetur ipſa
24 † proprietate rei, & concludit quòd non. ad quæ conueniunt
illa quæ voluit Iaſ.in repe.l.ſi.in 5.notabi. ꝙ ſi ipſe dominus di
rectus vult vendere ſuum directum dominium, ꝙ non tenea-
tur ipſum emphy. requirere, nec cadit ſi uenditionem facit eo
irrequiſito.

Circa ſextum, ꝙ vaſallus teneatur ad reuerentiam domi-
25 no, dicas iſtud adeo varum † ꝙ ſi vaſallus fuiſſet forte feudo de
ſtitutus ex defectu inueſtituræ non petitæ, & dominus recepiſ
ſet ipſum ad obedientiam, ꝙ videtur ipſam caducitatem re-
mittere, ſecundùm Dec.qui cætera adducit, in conſi.460.viſo
puncto, num.10.refert & ſequitur Boer.in deci.prædicta 211.
num.22. Caſſ.in conſi.11.in fi. licèt prædicta non fuiſſent obtẽ
ta in regia camera ſummariæ, prout notaui ſupra in dec.in ver
bo, circa tertium, in fi. Sed contra iſtam, quòd reuerentia non
debeat fieri, videtur facare tex.l.1.C.de vete.lib.12. vbi impe-
ratori, qui fuit irreuerenter loquutus per dictionem tu, eſt ta-
26 men impunitus. Sed reſpondet Paris noſter in ſuo tracta. † ſe-
cundum di.in uerbo notorium, fol.74.limitando, niſi conſuetu
do fuiſſet in contrarium, quia forta in loco fieret ſermo, ſiue
locutio per dictionem nos & vos, ubi ꝙ etiam debeatur reue-
27 rentia ipſis officialibus † & quando quis eis irreuerenter fuiſ
ſet locutus, quòd poſſit puniri, maxime quando manum ad
bancbum iuſtitiæ ipſum percutiendo appoſuiſſet, & quòd va
ſallus valeat dominum ſuum vocare ad ius abſque venia, affir
28 mat Iacob.contra Afflict. † hic in d.tract.feud.in uerbo dicti-
que uaſalli promiſerunt non committerara felloniam, nume.
48.vbi ait hæc eſſe ambages, ex quo de iura expreſſum non re
peritur, quòd vaſallus teneatur veniam petere, ſequi uidatur
Caſſ.in conſ.Bur.in uerb.des iuſtices, rub.3. in verbo la vaſal-
tes.num.7.fol.108.

Circa ſeptimam fallentiam, ꝙ dominus non poſſit occidi, à
vaſallo, ſi eum reperiſſet adulterantem vxorem, ſeu eius filiã,
licèt non ſic econtra, affirmat Paris de Puteo in ſuo ſupracita
29 to † tracta.ſindi.in verbo officialis offenſa. Silua nuptialis, fo.
74.& nonnulli alii relati per Boerium in deciſi.317.& priu ò
tangam, nu.6.qui citat etiam Afflict.hic, vbi etiam dicit hæc
non procedere, quando vxor domini non fuiſſe ſed pellex, &
30 ꝙ validum ſit argumentum † de liberto ad vaſallum, affir-
mat Iaſ.in l.filiusfamilias.§.diui.in 2.lectura, nu.31.ff.da leg.1.
Silua fol.48.lib. . . de feudo ad peculium.

Circa octauam fallen. an feudum propter domini delictum
applicetur vaſallo, fuit dictum ſupra.

Circa

Circa nonam fallen. ꝙ vaſallus & dominus ad inuicem liti
gantes vnus alteri & alteri vnus viciſſim non iurent de calum
31 niaſ† tenet hic auctor melius in præludus conſti.regni in 12.q.
vbi etiam dicit vnum, quod de iure non eſt verum, ꝙ iuramē-
tum iſtud calumniæ poſſit omitti, etiam ꝙ fuiſſet petitū præ-
ſtari a parte, contra quæ du iure reſpōdit Ferratius in cau. 12.
Soc. Iunior in conſi. 59. in 2. parte, quòd ſi omittatur poſt fuiſ-
32 ſet † petitum omnia acta nulla, & pro prædictis dat cautelam
faciendi acta nulla. Quæ tamen hodie in iudiciis non viget in
praxi, & Paris in ſiod. dicit ſublatum per c. circa decimam fal
len. ꝙ non poſſit vaſallus contra dominum actionem famoſā
33 proponere, affirmat Caſſa. † in loco ſupra citato fol. 108. nu.
12. nec accuſare. an autem dominus poſſit eſſe iudex in cauſa
propria. Capi. in deciſi. 124. in vaſallus Burgēſibus, diſtinguit,
aut eſt delictum notorium & poteſt, aliàs non, ſed dabitur ad-
34 iunctus, & loquitur † in criminu rebellionis. hoc idem latius
Aymo in conſi. 232. dominus Nauzanus, num. 7. dato adiun-
cto, vt ſupra, vel cauſa commiſſa alicui, item dominus cogno
35 ſcit, an aliquis ſit ſuus † vaſallus, affirmat Caſſa. in conſuetu.
Burg. des iuſtices, rubrica 1. num. 67. fol. 38. & ſecundum præ
dicta hodie, qui eſt 15. Nouemb. 1562. ſacr. conſi. determina-
uit in cauſa Baronis Montanæ, & Maxicellæ, facto uerbo per
mag. cur. Vicariæ, quòd ipſe Baro non haberet cognitionem
cauſæ cum ſuo vaſallo, etiam dato adiuncto conſultore non
ſuſpecto, ex quo cauſa non erat clara, & in annuis redditi-
bus baronalibus claris, ſed mag. curia ipſa cognoſceret, actua
rius Io. Vic. da Angelo in magna curia.
36 Circa vndecimam fallen. † quòd dominus valeat alienare
proprietatem feudi ſine conſenſu vaſallorum, dicas commu-
nem eſſe, quòd non ipſis inuitis etiam pari vel æque idoneo,
& hoc de iure, ſecus verò de conſuetudine Mediolanenſium,
prout dicit tex. d. cap. 1. de lege Corradi §. eadem lege. ibi An
dre. quod tamen non procedit in caſu neceſſitatis ſecundum
Fely. in cap dilecti, de iudicio. & obe. Curtius in tract. feu. folio
44. in 6. parte, in uerbo expedita uer. 2. quæro, an dominus poſ
ſit vaſallos inuitos alienare, num. 2. & latius per Caſſan. in con
ſuet. u. Burgun. des fidex. rub. 3. §. 9. num. 54. voluit etiam Iaſ. in
l. ſi non fortem §. libertus. in 10. colum. ff. de cond. inde. D. Lof
fred. in cap. imperialem, ubi etiam notat, quòd ſi dominus alia
nat inuitis ipſis vaſallis, quòd proprietate ipſorum priuatur ſi
de rigore iuris, ſecus verò de æquitate, prout notat Curtius
in loco ſupra citato, declarat etiam iſta hic auctor in conſtitu.
37 regni vaſallus ad non. vbi & ſi ob felloniam † domini effician
tur vaſalli regis liberi, ſecundum quæ intelligenda puto addu
cta per Capi. in deci. 162. in prin. qui ſimpliciter videtur con-
cludere, dominum directum, etiam imperatorem, non poſſe
alienare proprietatem inuito vaſallo, citando pro iſtis Bal. in-
ter alia in conſilio vltimo, 3. libro, cuius eſt initium. Rex Ro-
manorum, & ſimiliter allegata per Aymo. in conſi. 241. prin-
ceps, num. 6. qui late articulum diſcutit, poſt Ripam reſponſo
25. fol. 73. & videas Affl. in c. a quo tempore miles, in fi. quòd
dominus qui non eſt hæres permittentis poteſt alienare vtile
dominium terræ permiſſæ teneri, vt demanialis.

Circa duodecimam limitationem, quòd dominus poſſit of
ferre pugnam vaſallo, & non econtra, iſtud ego intelligere in
caſibus a iure permiſſis, qui ſunt duo, in quibus de iure con-
ſtitu. regni duellum eſt permiſſum, ſcilicet in crimine maieſta-
tis, & homicidii clandeſtini, prout de his eſt tex. conſt. reg. Mo
nomachiam, vbi alia per noſtrum auctorem, & late poſt Paris.
in ſuo tract. de duello de iure notat Decius in cōſi. 487. in quæ
ſtione, qui etiam declarat electionem armorum competere
prouocato, & in cōſi 686. magnificus, plenius, hodie ſunt prag
maticæ ſanctiones prædicta prohibentes.

Circa decimamtertiam limitationem, quòd habeat iuriſ-
dictionem ordinariam, & ſic quòd vaſalli non poſſint coram
alio conueniri, iuriſdictionemque prorogare, vide hanc fallē-
tiam conuenire cum a. ſupra, & ideo ad ibi dicta me remitto.
vltra dicas, regem non ſolum habere iuriſdictionem ordina-
38 riam in ſubditos, verum etiam dominium perſonarum † in
conſt. regni. quia frequenter. in fine, quando autem poſſit fieri
39 prorogatio iuriſdictionis in domini præiudicium † fuit nota-
tum ſupra in deci. 155. vbi ex dictis Boerii in deci. 114. & præ
ſuppono. fuit concluſum, poſſe fieri mandatum pęnale ſubdi-
tis, ne coram alio domino litigent.

Circa decimamquartam fallen. quòd vaſallus non uocat
dominum in ius ſine venia, fuit explanatum ſupra in 6. fallen.

Circa decimamquintam fallen. an monachus ſuccedat in
feudo, ſunt annota. infra in deciſi. 310.

Circa verò primum, ꝙ vaſallus ſit obligatus domino præ-
ſtare iuramentum fidelitatis, ampliat And. in d. c. 1. qualiter
40 vaſallus, procedere in habente † feudum familiara domini of
ficialis habitan. in terra domini tenen. bona. Sed Iacobinus in
d. tract. feu. in verbo qui quidem inueſtiti. num. 9. fol. 55. in eo
qui tenet prædia tantum in loco alius domini, tenet contra
And. dicens hunc non eſſe obnoxium ad iurandum. imò Bald.
in l. liberti libertæque. C. de ope. liber. vlt. col. & in tit. de pace
Conſtan. in verbo libellarie, affirmat illos, qui tenent feudum
41 conſtitutum ſub aliquo annuo cenſu† ſiue reditu, non teneri
præſtare huiuſmodi iuramentum, ꝙ dictum Alex. in l. vtrum.
ff. de verb. obl. dicit ſingulariſſimum. cogita ſi poteſt procede-
re, ex quo ſi ille qui tantum moratur in loco alicuius vt habi-
ter, tenetur iurare ſecūdum And. & omnes in d. c. 1. quomodo
ergo iſte, qui habet terram ab aliquo in feudo, & ſi ſub annuo
reditu, hoc iuramentum non tenetur præſtare, niſi fortuitum al
ligas prædicta ſecundum opinionem Iacobini, ꝙ pro terra,
quam quis poſſidet in loco, non teneatur iurare, quod non vi
detur verum, imò omnes vaſalli etiam Burgenſes iurant, &
ratione iſtius iuramenti non prorogant iuriſdictionem, prout
ſunt notæ ſupra in deci. 155. de quibus etiam notat D. Mari-
nus in ſuo opere de ſubfeudis, fol. . . .

Et circa primum contentum in iſto iuramento fidelitatis,
42 videlicet de incolumi, cōtrauenit Iacobi. in d. verbo † qui qui-
dem, nu. 17. 18. fo. 56. vbi citando pro his gl. in c. de forma. 22.
q. 5. dicit plus, ꝙ non tenetur accuſare, aliàs iudicare dominū
neque ſubmittere aliquem, qui accuſet, neque fideiubere pro
eo, qui accuſat dominum, niſi quis ſuam, vel ſuorum iniuriam
43 proſequatur, vel pro patriæ defenſione, vbi etiam declarat † de
verbo tutum, quod importat, ꝙ quis non debet ſecreta domi-
ni reuelare, niſi quando dominus ipſe voluiſſet aliquem inter
44 ficere, vbi etiam tradidit de verbo honeſto † ꝙ ſi vaſallus cu-
cubuiſſet concubinam domini, non tenetur hac pœna amiſ-
ſionis feu. licèt concubina loco vxoris habeatur ſecundū Ro-
ma. in conſi. 43. quem obiurgat Aymo in conſ. 229. vt fuit no
tatum ſupra in dec. 202. item etiam ſi vaſallus habuiſſet vene
rem cum pediſſequa domini, ꝙ nō priuetur feudo, voluit Boe
rius in deciſi. 249. & præſuppono. nu. 27. & declarat Caſſan. in
conſu. Burg. des iuſtices, rubrica. fol. 106. ſed rogo aduertatis ad
45 vnum † quod voluit. D. Marinus in ſuo opere fol. . . . ꝙ illud
iuramentum fidelitatis præſtari non valeat per procuratorē,
quando dominus voluiſſet præſentiam vaſalli: nam videtur
loquutus contra tex. c. 1. §. ſed utrum, in tit. per quos fiat inue-
ſti. qui dicit, ꝙ exiſtente iuſta cauſa poſſet fieri huiuſmodi iu-
ramentum præſtatio per procuratorem, & hanc opinionem tan-
quam communem ſequitur Iacobi. in d. verbo qui quidem in
ueſtiti præſtiterunt iuramentum, nu. 10. fol. 55. & Caſſa. in lo-
co ſupra citato, fo. 105. 106. ſolutio. poteſt ſædere diſtinctione
dici, ꝙ ex quo tex. d. §. ſed vtrum, loquitur per verbum poteſt,
quod verbū denotat poſſibilitatem, & honeſtatem, iuxta tex.
46 l. nepos † Proculo. cum ſimili. ff. de uer. ſign. propterea videtur
eſſe ſic concludendum, aut iuſtam cauſam adducit dominus
vella præſentiam vaſalli, fore audiendum, & econtra, ſi iuſtam
cauſam allegat vaſallus non ſe præſentandi perſonaliter, de-
bere audiri, ad quæ facit tex. vna cum not. per ſcrib. maxime
Iaſ. in l. fi. C. de procu. col. ꝙ iudex ex cauſa etiam in ciuilibus
47 poteſt facere præceptum, ꝙ principalis † tanquam legalior &
melius proinde ſciens veritatem negotii compareat ad depo-
nendum perſonaliter, ſequitur Caſſ. in loco ſupra allegato, &
de alio verò ꝙ vaſallus non poſſit aduocare contra dominū,
declarat poſt And. & Affl. in c. 2. de forma fidelitatis, Gram.
48 † in ſua dec. 80. aliàs ꝙ feudum amittit. Iac. in d. uerbo dictiqꝫ
uaſa. promiſerunt non committeru fello. nu. 26.

Circa ſecundum, ꝙ teneantur uaſalli dominum adiuuare
49 † in bello, affirmat idē Iac. ubi ſupra in uerbo & promiſerūt.
ubi etiam declarat, ꝙ expenſis propriis tenetur uaſallus domi
num adiuuare, ꝙ ſequitur Boer. in deciſi. 303. & circa hanc q.
50 nu. 9. ubi & concludit, ꝙ expenſis† clerici petentis debeat fieri
remiſſio ad iudicem eccleſiaſticum. Sed an iſta locum uendi-
cent in feudo franco, & in bello extra territorium, & ob nouā
51 terram acquirendam, & quod dicatur bellum iniuſtum † decla
rat Cur. etiam in prælatis, ſi haberet iuſtam cauſam excuſatio
num, & de aliis in tract. feu. in 4. par. in tit. qui. mo. feu. ami. fol.
18. ubi approbando opi. And. in c. 1. qui. mo. fe. ami. ſequitur
52 † ꝙ in bello iniuſto naſa. non tenetur dominum adiuuare &
ad defenſionem, cum quib. conuenit Hier. Gra. in conſi. 51. no
53 biliſſimus. 1. uol. qui † late exorditur ſubiectum iſtud. an autē
uaſallus ualeat feudo renuntiare potiuſquam domino ſeruire
& Iaco. in d. uerbo qui quidam inueſtitus, nu. 29. fol. 58. diſtin-
54 guit, quia aut feudum † fuit ſimpliciter conceſſum, & poteſt,
aut ſub certo & determinato ſeruitio, & non poteſt feudū di-
mittere, ꝙ hoc etiam comprobat de emphyteuta, conuenit &

Cur.

Cur.in suo præal.tre.fol.40.nu. 135.Iaſ.in l.2.de iure emphy.
num.7.Cap.in dec.162.ubi etiam quando vaſallus habet duos
dominos,quod teneatur antiquiori ſeruire,ſeu antiquiorem
55 adiuuare,† & ſunt annot.infra in dec.307.poſt Tiraq.in trac.
conſang.§.34 gl.1.ſol.218.in parua vltima impreſſione.
56 Circa tertium,ꝙ vaſallus teneatur circa adiutorium† vltra
caſus notatos in conſt.reg.quàm plurimum,nonnullos enume
rat Iac.in eo.tra.in verbo qui quidem inueſti.fol.66.nu.75.&
ſeq.Boer.in dec.126.& in dicto proceſſu Caſſ.in conſ. Bur.des
fidex,rub.3.nu.19.fol.109.Ad autem vaſalli alii Burgenses ad
57 huiuſmodi†adiutorium teneantur,aduerte quæſo,quia licèt
Affl.hic dicat,ꝙ non,ꝙ tamen in conſtit.reg. prædicte quàm
plurimum,tenet cōtrarium,quod quotidie videmus in praxi vi
gere,& non ſolum pro nuptui tradenda filie legitima,& natu
rali videmus huiuſmodi adiutoria permitti, ſed etiam pro fi-
58 lia ſpuria exigi adiutorium ab iſtis †vaſallis abſq; feudo, ꝓut
etiam ſequitur Boer.in dec.127.& Iaco.audio eſſe deciſum ſe
cundum hanc Boer.dec.in quadam cauſa Mag. Ferd. Panno-
nis Baronis caſalis Seuani,licèt Iac.tenuerit contrarium,vt ip
ſe refert in verbo qui quidam inueſtiti præſtiterunt iuramen
tum fidelitatis.nu.79.fol.66. hoc idem pro filia monachanda
59 teſtetur † Boer.in d.dec.126. nu. 12.& ample etiam declarat.
Caſſ.in conſu.Burg.in verbo les baſtardos,fol.285.& dominus
Merin.in ſuo compendio ſubfeud.fol.164.& 177.vbi etiam de
clarat hanc ſubuentionem poſſe peti ab emptore etiam cum
60 pacto† de retrouendendo,conuenire videtur Paris in ſuo tra-
cta.reint.in cap.quod incipit,annis,nu.11.fol. 93.qui decidit
q.de barone vendente collectas,quas habet in baronia,nam ſi
eo tempore venditionis collectarum , debet habere collectam
à vaſallis pro dicta cauſa maritagii filiæ,ꝙ eſt emptoris, vide-
tur concludere,arg.tex.l.verum.ibi Ang.ff.de pet. hær. quem
citat Dec.in conſi.4.in fi.& fuit facta mentio ſupra in deciſio.
258.in prin. verum commiſſum proprietario pertinet,ſecus in
laudemiis & inueſtituris ſecundum Gui.Pap.in dec.477.vtrū
proprietarius.iux. text.l.ſed ſi fundus.§.ſed ſi inſula.cum aliis
ibi per eum citatis.ff.de vſufru.ſed de his hactenus.cauſas autē
61 in quibus†non poſſint peti a domino hæ ſubuentiones, enu-
merat quindecim Iac.in ſæpe citato loco in verbo & promiſe
runt eidem domino,fol.72.& Caſſ.in conſu.Burg.fol.109.vbi
nu.27.ꝙ ſubditi tantum in iuriſdictione tenētur expenſis pro
priis dominum concomitari per 30.dies.
Circa verò aliud & 4.ꝙ vaſallus teneatur domino ſuo ſer-
62 uare† honeſtatem,conuenit Iaco.in d.tract.in d.verbo dicti va
ſalli promiſerunt non committere felloniam,f.79.nu.29.Cur.
f.29.nu.29.etiam ꝙ vxor domini fuiſſet meretrix,& per Boe.
63 in d.dec.127.nu.6.ſed iuxta iſta quæritur†de trita. q.quid in
vidua , an ipſa amittat dotes propter ſtuprum , & hic dubius
paſſus propter diſſonantiam ſcrib. nā Bal.quem ſequitur Ale.
in l.ſororem.C.de his,qui.vt ind. affirmat ꝙ non. iſtud etiam
voluit de æquitate Dec.in c.paſtoralis.circa fi de iud.voluit la
te Boe.in dec.338.quod ſecundum,rationibus ut ibi per eum,
licèt fateatur in contrarium eſſe communem, ſecundum opi.
Siluæ.infra allegandam,hanc etiam opin.ꝙ vidua propter ſtu
prum dotem non amittat,ſequitur late etiam Aymo in conſ.
205.pernoctatio.nu.31.quia lex iſtud non dicit §. cum igitur.
de non elig.2.nub.hoc idem Ripa in rub.de iud.col.3.Girard.
ſing. . . Guliel.Maynerius in regula fœminæ,de re.iur.Cur.ve
rò in trac.feu.f.29.nu.20.dicit opi.dubia,& nō audet firmare.
Sed ꝙ amittat dotem vidua propter ſtuprum tenere viden
tur And.Nico.de Neap.Alua.in c.1.qui.mo.ſeu.ami.§.item ſi
fidelis.in prin.& in c.2. de feu. ſine culpa non amitt. in uerbo
domino niuente.ſequitur ſimpliciter Iac.in d.tract.feud. in d.
verbo dictique vaſalli promiſerunt non committere felloniā,
nu.29.f.79.Bert.in conſi.222.li.3.Hyp.con.13.& in ſing.416.
plures,& Sil.nup.ex dictis omnium,& max.Pau. de Caſt. li.2.
ſeni non eſt nubendum,nu.43.44.f.64.quæ plus ibidem voluit
dotes ipſas amiſſas hæredibus quondam mariti applicari , ſic
punctus ambiguus propter opi.ſcriben.ſed pro opi.illorum,q
dicunt,ꝙ vidua amittat dotes,quæ ſecundum Boer.eſt magis
communis,faciunt quæ voluit Aym.in tracta.de antiq.temp.
in 3.par.f.131.ꝙ in pœnalibus etiam fiat extenſio,ne delicta re
maneant impunita.iux.l.ita vulneratus.ff.ad l. Aqu.ſed ſelpó
de ut infra in dec.369.in 1.col.ſed nota,quia audio ſacrum cō
ſilium fuiſſe ſecutum primam opi.ꝙ non amittat,in quadam
cauſa cuiuſdam mulieris nomine Lucretia de Medagnia , vbi
in an. 1550. maritus occiſor ſuæ uxoris ea cauſa ut ſupra fuit
condemnatus ad reſtitutionē dotium ſororibus d.uxoris mor
tuæ.& ſic nō fuit dotem lucratus.actu.Io.Alfonſus de Capua,
hoc idem in quadam alia cauſa cuiuſdam Adariæ dello burgo
cuius fuit actu Laur.Mariotta,& hoc anno 1551.& fuiſſe mo-
tum ultra ceteros ſcrib.rationib. Aym.in d. conſi.205. nu.31.
qui ample refellēdo opi. contrarias hanc partem ſuſtinet, quē
tu lector amantiſſime in facti contingentia unà cum aliis per
me notatis pro hac opi.una cum ſententiis alias deſuper latis
ualebis aſpicere pro defenſione cauſæ dotium mulieris, & ſi
peſſime,quam opi.recte intuenti uidetur ſecutus And. in d.§.
item ſi fidelis.in fin.dum ibi nu.13.in ea.q.ſi uaſallus corrūpit
ſeu tentat corrumpere uxorē domini committat crimen ma-
ie.læſæ.reſidet tandem ꝙ non, quia lex iſtud non dicit, & ſunt
certæ pœnæ pro iſtis ſtatutæ, ſed ſi forte fieret mutatio opinio
nis,uel ſi alia opinio magis placeret, obſecro,aduerte ad duo,
per quæ quaſi ſemper poſſes etiam ſaluam facere uiduam ab
hac pœna dotium amiſſionis. & primò ſi vidua forte per uim
ab aliquo fuiſſet paſſa ſtuprum , & eaſdem ex tali concubitu
filios procreaſſet , ꝙ dotes uidua ipſe non amittit. ita Abb. in
conſi.4.1.uol.item ad aliud , ꝙ ad hoc ut hæc uidua hac pœna
amiſſionis dotium teneatur , ꝙ non ſat eſt in iſtis pœnalibus
probare ſtuprum per coniecturas, ſed debet probari per teſtes
de uiſu, qui uiderunt illorum committi per rimulas ſecundū
Petrum de Anch.in conſi.408.probata tanta uiri.1.col.ubi ꝓ
iſtis citat tex.in Auct.ut liceat.ma.& aui.§.ſi uerò dotem,ſequi-
tur iſta in uxore putatiua, ꝙ dotes non amittat propter adul
terium.Aym.in trac.de anti temp. in 4.par.nu.11.f.130.& ex
64 prædictis †potes conſiderare,an mater amittat ſucceſſionem
propter filiū ſtuprū,de quo per Bar.in Auct.de non elig.2.nub.
§.cum igitur, & per Hypo. in ſing.688.ꝙ ſic, quod non uide-
tur uerum,& ex prædictis patet &c.
65 Circa quintum tenetur † uaſallus abſtinere a crimine maie
ſtatis,quod crimen multis modis committitur , de quibus per
Capi.in dec.150.& fuit tactum ſupra in deciſi.21.ſed latius ꝑ
Hieronymum Giga.in ſuo tracta. læſæ maieſt. per totum, cui
me remitto.
Circa ſextum,ꝙ teneatur uaſallus abſtinere a mala locutio
66 ne † contra dominum , qualiter autem puniatur maledicens
dominum,declarant Cano.poſt gl.in c.1.de male.ꝙ ſaltem de
benignitate ſeu manſuetudine,quando iniuria verbalis reſpi-
cit propriam perſonam domini , ſecus quando eccleſiam Ro-
manam & ſic maieſtatem,vt declarat gl.ibi in d.c.1.de maled.
ſequitur An.in c.1.§.porrò.in fi.nu.22.q ſit 1.cau. bene.amit.
qui dicit,ꝙ boni reges iniuriam propriam impune faciunt ꝑ-
tranſire,quia nil glorioſius principe &c.licèt hoc male obſer-
uetur, prout mihi fuit in facto pro verbis iniurioſis illatis do-
mino fuit facta condemnatio,& ꝙ ſit differentia inter blaſphe
mare & maledicere, & quæ verba inferant ad maledictionem
& ad blaſphemiam,declarat Soc.in con.102. in nomine domi
67 ni noſtri Ieſu Chriſti amen†nu.6. 1.vol.& Gram. in dec.1.qui
dicunt , ꝙ licèt blaſphemare ſit optare alicui malum, tamen ſi
aliquis dixerit. Deus non poteſt facere hoc , vel ad diſpetto de
68 Iddio,ꝙ debeat puniri † & ſi verba ſunt capienda in bonā par
tem.vnde ſi quis dixerit,dominum ſuum dominum eſſe homi
69 num † & beſtiarum,ꝙ non debeat puniri,defendit Aym.in cō
ſilio ſuo 9.& de blaſphemia multa per Boe.dec.301.
Circa ſeptimum de proditione quis dicatur proditor , vel
70 †proditorie occidere,declarat Fel. in c. 1.de homic. in princ.
quando quis vnum habet in verbis,& aliud in corde.idem Fir
manus in ſuo pleno reper.in verbo proditor. Alex.in conſi.13.
6.vol.ſed latius per dictum Hier.Gigantem in d.trac.crimine
maie.q.2.lib.3.fol.162. vbi ait, puniri hunc proditorem pœna
mortis & maie.quod etiam ſequitur in q. 6.f. 165. vbi etiam
cōcludit ex dictis omnium,illum eſſe proditorem,qui ſub fig-
mento amicitiæ aliquid contra dominum aliumve machina-
tur,& prout diffinit etiam Affl.hic.
Circa octauum , ꝙ non valeat vaſallus feudum alienare de
iure communi feudorum ſine aſſenſu , aliàs ꝙ ipſum amittat,
71 ſecus in regno,nam poteſt ipſemet† qui alienauit facere reuo
cationem alienationis,& feudum non amittit,hoc ſanè intel-
ligas in feudis quaternatis,prout notant An. Affl.in d.conſt.di
uæ memoriæ, in princ.& fuit notatum ſupra in dec. 255.item
etiam ubi in inſtrumento venditionis fuiſſet reſeruatus aſſen-
ſus dominī ꝑ clauſulam,non aliter,nec alio modo,q̄ operatur,
& ꝙ fuiſſet poſſeſſio tradita.& vltra Iaſ.in l.fi.circa finē de iu-
re emph.declarat & ſequitur iſta Gui.Papa in dec.163.ſed ſe-
cundum Decium in cōſ.160.in cā.circa finē.Tiraq. in trac.de
72 vtro.retra.fol.15. Vbi ēt declarat† an dominus directus ꝓfera
tur ſtante clauſula,ſi dominus voluerit,& non aliter,& latius
ꝑ Curtium ſeniorē in conſi.8.viſo inſtro, & D. Marinū in ſuo
ope de ſubfeudis,f.101. Vbi refert ſic fuiſſe deciſū in can.Mag.
Federici Tomacelli ēt tradita poſſeſſione.ego ēt prædicta ha-
bui in facto in cā Neapolitani caſi. cū Mag. Iacobo Garazolo
an.1554.cuius eſt actuarius in ſac.conſi.Io. Dūicus Tramōta-
nus,

nus, in qua cē fuit euitata caducitas non obstante q fuisset pos
sessio tradita p hanc clausulam, saluo & reseruato assensu dñi,
non aliter nec alio modo, quā clausulam melius q̄ alibi legerim
declarat Cotta in verbo emph. alienans, licèt contra ista dicat
decisum in sac. consi. Gram. in dec. 49. q pars alienata incidat
in commissum non obstante dicta clausula, sed q ista clausula
operetur, qn possessio fuisset tradita p cōstitutū, firmat Tiraq.
73 in trac. de consti. poss. in 3. par. 26. limitatione f. 104. † qn autē
habeat locū reuocatio ēt in feudis quaternatis, & in quib. casi
bus nō militat, declarat prædictus D. Fretia in d. opere de sub
feudis, qui dicit cessare in istis notabilibus casib. & primò in
emptore, q non possit facere reuocationem pdictam, sicut vē
ditor pōt. Secundò qn dñs feud. proueniendo fuisset lit. contesta
tus assignato termino prius venditorib. ad reuocandū. An. in
c. 1. & ibi noster auctor dn vas. qui contra const. Lota. refert ēt
Gram. in dec. 77. nu. 43. qn fuisset res feudalis vendita per fran
cha & libera, vt refert fuisse ēt determinatū in alia cā Federici
Tomacelli an. 1553. 23. Decem. de quo latios fuit notatum su
pra in dec. 255. quinto adde tu cessare reuocationem in dote
prout anno. in d. 385. in qua ēt cessat ius laudemii siue tertia-
riæ, maxime qn res dotalis datur extimata, vel ea extimatio-
nem, q nō faciat emptionem, & sic per psalmam siue per ipsa-
liam, vt in consue. Neap. quæ incipit. contra instrumentum. dn
1 latur ad effectum retardandæ executionis † de iure ciuili, secus de iure cano.affirmat Fed.de Senis in cons.76.domino auditori, non obstãte quod l.1.C.si de momen.posse. fue.app.fuerit caonizata per Gratianum, quod consilium cum alijs rationibus me docuit D. Frã.de Vesillis meus patruus magnus in suo opere, quod habeo ad pẽnam, vt dixi in deci.38.in verbo app.q.71.hoc idem sequitur Dec.in cons.28. & pro tenui, nu.2.in fi.amplians ista procedere in causa caducitatis, quãdo super mero possessorio ad ipsam fuisset actũ, vbi dat vnam limitationem, in qua à possessorio appellatur, videlicet si sententia ipsa possessorij attulisset præiudicium, quod nõ possit in petitorio reparari, licet contra, & nõ bene videatur voluisse Ias.in cons.197.vol.2.& secũdum ista ẽt cõcurrit Abb.in cons.55.in cã quæ ad præsens 2.vol.Tres alias assignandas limitationes, in quibus à possessorio appellatur, affert Ias.in l.1.C.de bo.pos.secũdum tab.& 1.si iudex detulit appellationi, quod ẽt sequitur Calca.in cons.81.& Barb.in c.quoniam frequenter.§.si.vt lite non contest.2.fall.quando appellatur à possessorio ab inordinato processu, quod tñ est dicere, quantum si diceretur de nullitate, prout declarat Abb. in d.cõs.55.& Dec.in d cõs.28.Bal.vero in d.l.1.tradidit aliam limitationem, quando quis in possessorio fuisset cõdẽnatus ad fructus, & interesse, quẽ refert, & sequitur Suc.in fall.18.fol.6.& tradidit duas alias limitationes, intelligendo tñ prædicta, quod respectu fructuum tantum fiat suspensio, & fuit notatum sup.in decis.77.& ita fuit etiam iudicatum in sacro consilio sub die 20.Nouemb.1560.in quadam causa Hieronymi de Põte Coruo cum quadam muliere de domo Flumaria deuenta ad sacrum consilium per remedium appellationis a cur. artis lanæ, cuius fuit actuarius Io. Dominicus Tramontanus, & istud nõ obstante quod fuisset dictum, & allegatum spoliatum ante omnia restituendum non solùm circa possessionem, ad quam pars fuerat condemnata ad restituendum, sed circa fructus, & ad alia vsque ad vnum minimum quadrantẽ, iuxta not.sup.in dec.98.nam prædicta locum habent, quando sententia super possessorio fecisset transitum in rem iudicatam, vel quando snia lata super possessorio à iudice inferiori fuisset approbata à sacro consilio causa cognita parte audita; quia tunc pars aduersa non auditur in petitorio nisi facta executione etiam in fructibus, & sic fuerunt dictæ doctrinæ allegatæ in d.dec.98.interpretatæ per dominos de sacro consilio, & sic est 6.limitatio, quòd non fit executio sententiæ latæ in possessorio circa fructus.septimam ast limitationem ex dictis scribentium ponit Alex.in l.aute sententiam.in addi.ad Bar.quando ratio appellandi fuisset in promptu.Octauam tradidit Caccialupus in repe. c.1.de feu.cog.nu.8.ex dictis Bal.in c.1.quo tempore miles, quando appel-
2 latur à possessorio super feudo, † quæ omnia approbat Gratus in cons.163.2.vol.qui etiam dicit, quando appellatur à sententia in possessorio in terris ecclesiæ, itẽ quando sententia in possessorio fuisset dolo lata, item quando sententia lata in possessorio habuisset mixtam causam proprietatis, itẽ quando possessio veniret restituenda ex promissione per viã
3 contractus, † quod etiam tenet Lucas a Penna in l.1. de sumptuum recuperatione, lib.10.nu.6. quas limitationes, siue aliquas ipsarum cum coaceruassem, reperi Maria. in suo speculo annotasse ẽt pro maiori parte & ipsas sequi.fo.158.nu.305.aliquibus additis vt vides non displicuit ẽt in ista decis.ad quam super habetur recursus ãnnotare. conuenit etiam Capi.in deci.34.& quòd dentur beneficia in ista cau-
4 sa † possessoru notat idem Capi.in deci.12.procedunt etiã ista in sententia possessorij Saluiani interdicti, quæ vulgariter dicitur la.loco pignoris.nam ab ipsa non appellatur, vt supra, prout voluit Corneus in cons.190.ad euidentiam. in litera E, 1.vol.qui allegat Bar.in l.1.de Salui.interdi.Cæt.Vri.

DECISIO CCLXXX.

De dotis æstimatione.

SVMMARIVM.

1 *Dotis æstimatio, an ad tempus donationis, vel restitutionis referenda.*
2 *Emptio in dubio facta intelligitur, ubi mentio pretij facta est.*
3 *Lucrum cum damno alterius est reprobatum.*
4 *Augmentum omne in dote proueniens à natura, est mariti & eius heredis.*
5 *Vxori quando succurrendum in æstimatione dotis bonorum traditorum.*

1 DOmina Clarella dedit † in dotem suo viro certa bona stabilia æstimata vncijs 80. quæ tunc temporis neque plus valebant, nec minus: vt patet ex instrumento dotali, solut. matri.per mortem viri superstitibus filijs, ista vxor petijt ab hæredibus viri æstimationem bonorum datorum in dotem, prout valent nunc tempore restitutionis dotium, ex quo illa bona sunt augmentata in pretio, non quidem industria viri, sed tempus induxit istud augmentum valoris, quod augmentum vltra dictas vncias octuaginta. est vnciarum triginta, dicunt hæredes, dicta bona

 fue-

fuerunt data in dotem ea æstimatione quæ facit
emptionem,licèt oon sit dictum in instrumento ꝓ.
2 dicto,hoc tamen sic præsumitur, † quia vbi in du-
bio facta est mẽtio pretij,intelligitur emptio,vt est
gl.io l.fi.C.de præd.curial.lib.10.secundũ Bald.in l.
ex conuentione.C.de pac.Et per consequens domi-
nium irreuocabiliter fuit viri; iuxta not.in l.si æsti-
matis.cum l.seq.ff.sol.mat.& in l.quoties.& in l.si
inter.& ibi gl.C.de iure do.& sic illud argumẽtũ re
spectu temporis erit hæredũ viri.In contrarium di-
cebat vxor,ꝙ d.æstimatio dictorum bonorum con-
tentorũ in instrumento prædicto non fuit per mo-
dum veri pretij,vt faciat emptionẽ;sed vt sciatur va
lor,& sic est fundus dotalis:iõ hæredes vel restituãt
dicta bona,vel eius æstimationem per dicta iura. Et
vnus magnus doctor,ꝓ dicta muliere allegabat Azo.
in summa.C.de iur.dot.io 3.col.vbi dicit ista verba
3 formalia; † Item constituitur dos facta & non facta
æstimatiooe.Sed si io æstimatione decipiatur alteru
ter etiam maior 25.aonorum,etiam sine alterius do
lo,etiam non vltra dimidiam iusti pretij,vbi specia-
le sit in dote,succurrendum est ei,q̃a bono,& æquo
non conuenit lucrari aliquid cum damno alterius,
vel damnum sentire cũ alterius lucro.ff.co.l.1.§.vl
timo.Si ergo decepta est mulier,ꝙ seruũ minori æ-
stimatione non debuit dare in dotem.restituatur in
integrũ,vel suppleatur ei iustũ pretiũ, vel reddat̃ ei
res data electione marito,& hoc si seruus viuit,alio-
quin debebit mulier esse cõtenta æstimatione facta,
4 nisi dolo mariti fuit decepta.† Fuit votatũ per domi
nos Consiliarios,ꝙ si simpliciter fuit facta æstima-
tio booorum datorum io dotẽ,& oon sit dictum,ꝙ
in restitutione dotis restituãtur d.bona, sed d.æsti-
matio,ꝙ maritus vr̃ emisse d.bona,& sic omne aug-
mentum proueniens à natura est mariti, & eius hæ
redis,secũdũ Bal.in l.1.& in l.quoties.C.de iu.do.Et
si fuissent data io dotem æstimata, vt sciatur valor,
ita ꝙ d.bona debeant restitui; tunc siue sint dete-
riorata,siue augumentata,omne deterioramentum
sine culpa viri,& omne augmentum veniens ex tem
pore esset vxoris; vt bene declarat Bald.io l.si inter
virum,C.de iure dot.dummodo sit idem pretium,
secundùm gl.ibi.sed doctores dicunt, ꝙ hoc quod
dicit gl.non est verum; vt dicit ibi Bal.

5 † Procedit ergo d.Azonis,quaodo tempore tra-
ditionis booorum,& æstimationis eorũ fuisset mu-
lier decepta etiam iofra dimidiam,tunc succurren-
dum est ei; vt ipse dicit,non autem debet ei succur-
ri,si dominium dictorum bonorum peruenit ad vi-
rum per emptiooem & venditionem,& ex tempo
re bona ipsa sunt augmentata,augmentum est dñi:
& vxor nihil potest petere,& tantò magis,quia præ
supponitur,quòd d.bona tempore d.æstimationis
neq; minus valebunt vncijs 80.licèt nunc tempore
restitutionis dotium essent valoris vncia.120.Mat.
de Afl.nobilis Neapolitanus.

ANNOTATIO

IN DECISONE CCLXX.

1 *Quando marito fuerunt data in dotem bona extimata, omne augmentum etiam temporis,& damnum sunt ipsius mariti,nam per extimationẽ dominus rerũ efficitur.*
2 *In dubio an extimatio faciat emptionem.*
3 *Quando dantur vestes extimatæ in pecunia, quòd teneatur maritus pecuniam ipsam,in qua est facta extimatio, restituere,aliàs quando non fit extimatio, res restituuntur vsu consumptæ,prout reperiuntur.*
4 *Quando fuit cautum,quòd fiat extimatio,si mox non fuit secuta,an soluto matrimonio fiat præiudicium mulieri.*
5 *Quando bona fuerint data simpliciter cũ inuentario in dotem,an censeatur facta emptio.*
6 *Quando maritus vendidit res mobiles, datas in dotem, etiam quòd non fuissent extimatæ,tenetur ad pretij restitutionem.*

ADest hic conclusio,ꝙ quando marito fuerunt bona cõ
1 signata in dotẽ extimata † ꝙ omne augmentũ etiam
temporis est ipsius,& rõ istius deci.est:quia per æstimationẽ
dominus maritus efficitur.l.plerunq;.§.si ante.ff.de iu.dot.
cum alijs citatis per Tiraq.in retrac.consa.gl.14.nu.20.fol.
95.& quia emisse bona ipsa videtur,omne commodũ siue in
commodũ erit suum.l.ꝙ sæpe.§.in his.ff.de contra.empt.l.
id quod.ff.de peri.& cõmo.rei vendi.cum alijs ẽt adductis ꝑ
Dec.cons.3.in fi.vbi consuluit, omne augmentum veniens
emptori gabellarum idem & damnum suum fore,nam dñs
est.sunt etiam annota.inf.in decis.280. quod non esset,si do
minus non fuisset,sed tñ bonæ fidei possessor,nam augmẽ-
tum temporis non ipsius,sed tantum ratione meliorationũ
factarũ.Pau.de Ca.in cons.17.in causa quæ vertitur.col.pe.
ver.tunc ad propositum,sequitur Alex.in l.si domus.ff.de
2 leg.1.& extimatio in dubio quando dantur res † in dotem
marito facit emptionem,vltra Socin.in cons.17.supra dicta
causa 1.vol.& io cons.28.difficultas.in 2.vol.& Iaso.qui pul-
chre distinguit in l.ex conuentione.C.de pactis, hanc mate
riam per ampliationes & fallentias latè declarat Silua nup.
lib.2.in ver.diuiti nõ est nubendum,nu.79.fol.72.& 73.vbi
3 inter alia declarat,ꝙ qñ dantur vestes † extimatæ in tanta
pecunia,ꝙ sit obligatus maritus ipsam pecuniam,in qua fuit
facta vestium æstimatio restituere.Nisi fortè in instrumento
dotali fuisset cautũ,quòd restituantur vsu consumptæ,pro-
ut reperiuntur,quod etiam sequitur Soc.in cons.211.circa
primum.n.5.6.3.vol.& voluit ẽt Neap.in consu.Neap.in ti.
de iure dotiũ,in consue.si mulier.in verbo corredum,ita ꝙ
4 & eo.tit.in verbo sicut,& clarius in consue.viro mortuo.in
verbo & perni.eo.tit.de iur.dot.fol.74.idem Parisius in cõs.
81.in præsenti causa vertente.nu.10.11.vol.3.qui limitat,
qñ res prædictæ non fuissent digno pretio extimatæ, quod
etiam tenet in cons.64.difficultas 4.vol. quæ an procedant
in rebus quæ dantur in dotem ad pondus,numerum,& men
suram,fuit notatum sup.in dec.247.vbi quid in mulieribus
rusticanis.Quæ omnia,quòd extimatio faciat emptionẽ,in-
telligas habere etiam locum,si tempore matrimonij fuisset
conuentum de faciendo appretium,& mox nunquã fuisset
factum,ꝙ ipsi mulieri non præiudicat,quo minus ista pro-
missio de faciendo appretium non habeatur pro facta, sic fa
ciat emptionem secundum eundem Soc.cons.60.in cã dñæ
5 Lauræ.3.vol.& quando bona dotalia † fuerint in dotem da
ta simpliciter cũ inuentario,ꝙ nõ faciant emptionẽ,firmat
Cassa.in consue.Burgu.le feme.§.26.fol.202.nu.6.quæ vbr
vera,nisi maritus muliere inuita hoc corredum consumpsis
set;quia forte cum corredum ipsum deberet vsibus cõibus
6 † consumi,illud maritus alienasset,& pecuniam in vsus pro
prios conuerteret,nam tunc mulier recuperat,prout voluit
Pau.de Cast.in l.si extimatis.ff.sol.matr.Cassa.in loco supra
citato, quæ nota:nam multotiens ipsa correda alienata per
maritum pauperib. mulieribus recuperaui,& de prædictis,
quòd per emptionem quis dominus efficiatur ad omne cõ
modum siue damnum suum in subiecto mutationis mone-
tæ,notaui supra in deci.194.Cæs.Vrsil.

DECISIO CCLXXI.

De banno producto post publicationem in causa & testium examinatione,virtute reseruationis facta in conclusione de producendis scripturis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad examinandos testes super inualida scriptura, an concedendus post conclusum in causa.*
2 *Reseruatio facta in conclusione de producendis scripturis, de quibus intelligatur.*
3 *Tituli appellatione venit validus.*
4 *Scriptura authentica est, quæ iudicis authoritate per quoscunque fit.*

IN quodam processu præsentatum fuit bannum
magnæ Curiæ vicariæ post conclusionem in cau
sa factam cum reseruatione producenti scripturas.
Altera pars impugnat dictum bannum, ꝙ non facit
1 fidem ex sua facie. † Producens vult illud approba
re per testes, & petit terminum ad probandum di
ctum bannum per testes. Altera pars dicit, ꝙ talis
terminus ad examinandum testes super tali scriptu
ra inualida non debet dari post conclusum in cau-
sa, maximè stante Regia pragmatica Regis Ferdinã
di Primi, qua cauetur, ꝙ iudex post conclusionem
in causa non potest etiam ex officio testes examina
re, etiam cum clausula, ꝙ ponatur extra processum,
2 nisi à principio sint nominati. † Item, quia illa re-
seruatio facta in conclusione de præsentandis scri-
pturis intelligitur de scripturis validis, & non de in
ualidis, vt dicit Bar. in l. diuus Traianus. ff. de testa-
mento militis. & in l. non putauit. §. non quæuis. ff.
de bo. poss. contra tab. cum si. alleg. per Alex. in 2.
3 vol. cons. 3. in 3. col. † sic appellatione tituli intel-
ligitur de titulo valido, & non de inualido. ff. de pe-
ti. hære. l. nec vllam. & ad hoc accedant multa simi-
lia, quæ allegaui post Andr. in c. 1. §. præterea, quæ
sit prima causa bene. amit.
In contrarium dicebatur, ꝙ sicut super recogni-
tione sigillorum & signorum scripturæ factæ per
notarium præsentatæ post conclusionem possunt
examinari testes, vt dicit Rota decis. 6. incip. per ea-
dem motiua, per notata per Ino. in c. illud. de præ-
sumpt. & in c. veniens. de verb. sig. Ita super appro-
batione banni emanati per iudices magnæ curiæ vi
cariæ, quæ scriptura respectu contenti est publica:
quia ille, qui scripsit bannum, prætenditur, ꝙ sit no
tarius, & ꝙ scripsit de mandato iudicis; quia asseri-
4 tur, ꝙ ibi est sigillum iudicis, † & sic est scriptura
publica, vt no. in c. quoniam contra. de prob. & Bal.
in aut. quæ supplicatio. C. de preci. Imper. offe. & vo
luit Inno. in c. 1. de fi. instru. vbi dicit, quòd authen
tica scriptura est, quæ fit iudicis authoritate per quo
scũque vt acta iudiciorum. &c. Fuit votatum & con
clusum, quòd super dicti banni approbatione & re
probatione possit testes examinari virtute reserua-
tionis factæ in conclusione de producendis scriptu
ris, moti potissime per dictã Rotalem decisionem.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXXI.

1 *Testes post conclusum in causa ad concomitantiam scripturarum an recipi possint, & an stante statuto quòd testes non recipiantur, an simul cum scriptura admittantur.*
2 *Stante statuto, quòd non possit fieri probatio nisi per instrumentum, an si instrumentum ipsum contineat interesse, quantitas interesse possit per testes probari.*
3 *Probatio ad concomitantiam scripturarum an possit fieri, quando datur tempus alicui à lege, & infra tempus non probauit, vt quando quis exceptionem peremptoriam non probauit infra quinque dies secundum formam pragmaticæ.*
4 *Titulus nullus habetur pro non titulo, & actus nullus scindi non potest.*

QVando contentum in scriptura præsentata post con-
clusum in causa est publicum, potest fieri probatio
1 ad ipsius concomitantiam, non † obstante conclusione, vt
de sigillis & alijs per deci. Rotæ. 6. in nouis, in tit. de testi.
quæ incipit per eadem nota, quia de prædictis adest alia Ro
tæ deci. num. 388. in antiquis, in titulo de articulis obiecti
uis, cuius initium est, nota, quæ etiam adducit nonnullas
alias concordantes, quod etiam testatur Fel. in c. dilecti.
1. de appel. in fi. qui ait, quòd stante prohibitione examinan
di testes, non vetatur quis examen facere insimul cum scri-
ptura, quod etiam notat Capi. in decis. 68. & fuit dictum &
supra in decis. 33. vbi fuit conclusum, ad concomitantiam
voti mercatorum, & sic dato quòd non esset quid publicum
continens possit ex causa etiam fieri testium receptio, & de
prædictis etiam in decis. 115. 286 sunt etiam annota. infra in
decis. 332. & cum illis etiam post alios scribentes conuenit
Ias. in l. certi condictio. §. qm. ff. si cer. pet. qui inquit, ꝙ stan
te statuto, ꝙ non admittatur probatio nisi per instrum, ꝙ si
2 in ipso † instrumento fuisset promissum interesse, ꝙ ipsa
quantitas interesse possit testibus probari, nam casus iste
in statuto ipso non comprehensus, quæ tamen dicit tantum
procedere inter ipsas partes, cum quibus sunt confecta ipsa
instrumenta, & nõ cum alijs, voluit & Alc. in cons. 36. viso
processu, 5. vol. idem in cons. 46. vol. 6. col. vlti. Butri. in d. c. so
des, & Aymo in cons. 65. sorores, num. 3. quæ tamen Affl.
3 † in consti. regni exceptiones. nu. 6. in 2. lib. limitat non pro
cedere in termino dato à lege, vt quando quis habet tem-
pus octo dierum secundum illam regni constitutionem, vel
secundum pragmaticam dierum quinque ad probãdum ex-
ceptionem dilatoriam, nam si infra illud tempus non pro-
bauit, sed tantùm scripturam producit quæ forte indiget p-
batione per testes facienda, non potest testes ipsus examina
re ad concomitantia prædicta, sed debet ad merita reseruá
ri legibus per eum signatis, qui etiam citat has suas decisio.
quem vide. de alio dicto per eum de titulo nullo quod ha-
4 beatur pro non titulo † sunt nota infra in decis. 283. 366.
& quòd non oportet scindi actum nullum, tex. l. nã & si sub
conditione, in verbo post defectum. ff. de iniu. rupto, irri. te-
sta. Cassa. in consuetu. Burgu. des iustec. Rub. 7. fol. 232. nu.
14. & aliqua supra in decis. 21. in fi. Cesar Vrsil.

DECISIO CCLXXII.

De scripturis priuatis productis post conclusionem in causa per reseruationem.

SVMMARIVM.

1 *Clausula scripturarum productione in conclusione causæ apposita, quas comprehendat scripturas.*
Testes post conclusionem non possunt examinari.
2 *Scripturarum appellatione an veniant priuatæ.*
3 *Probationis appellatione in dubio plena tantum venit.*
4 *Differentia inter publicam & priuatã scripturam qualis.*
5 *Conclusio in causis, in quibus non requiritur facta suum operatur effectum.*

DEinde in alia causa euenit quasi simile dubiũ,
facta conclusione in causa 2 salua productio-

ne

ne scripturarum producuntur ab vna parte certæ scripturæ priuatæ, quas vult comprobare per testes. Altera pars dicit, quòd non potest, quia est con-
1 clusum in causa, † & post conclusionem non possunt testes examinari, vt dicit Ant. de But. in c. fraternitatis. de test. in 8. col. & in c. auditis. de restitutione in integ. doc. in c. pastoralis. de cau. poss. & proprieta. Bal. in auth. at qui semel. circa fi. C. de prob. doct. in c. cum dilectus. de fi. instru. Nec obstat, quod in conclusione fuit reseruata productio scripturarum, & earum impugnatio & approbatio, & sic videtur, quòd scripturæ priuatæ præsentatæ post conclusionem, possit approbari & impugnari.
2 † Quia respondebatur, quòd illa reseruatio de præsentandis scripturis, intelligitur de scripturis publicis, & nõ de scripturis priuatis, quia tunc esset post conclusum in causa facere nouum processum, cõtra intentionem concludentium. Et si diceretur, quòd appellatione scripturarum continentur etiam scripturæ non solum publicæ sed priuatæ, prout dicit Bal. in l. 1. C. de iuram. cal. & Inno. in c. 1. de sent. excom. lib. 6. vbi dicit, scripturis publicis siue priuatis. e. cordi. de appel. Idem gl. in c. 1. de appel. in verbo, scriptis. & habetur in c. vt debitus. eo. tit. Respõdetur, quòd intelligitur de scripturis priuatis, quæ tñ fidem faciunt, vt expressè dicit D. Abb. in rubr. extrà de fi. instru. aliàs si intelligeretur de scriptura, quæ nõ facit fidem, posset produci vna charta scripta à quocunque, & super illa examinare testes, &
3 sic esset peruertere ordinem iudicij, † & protelare causam in infinitũ, quod leges abhorrẽt, & daretur materia fabricãdi falsum cõtra dispositionẽ c. fraternitatis. cũ materia sua, de testi. sicut enim in dubio appellatione probationis intelligitur de plena probatione, vt dicit Bal in c. t. in prin. si de inuest. inter dominum & vasallũ lis ori. allegat no in l. Lucius. ff. de cõd. & demon. Ita appellatione scripturarũ intelligitur ẽt de scriptura priuata, quæ de se facit fidem plenam. Sed in hoc est differẽtia inter scripturam publicam & priuatam, quia publica potest verificari. Sed priuata, quæ de se non facit fidem, nõ
4 potest verificari, nisi in termino probatorio. † quia in illa scriptura priuata non est illa præsumptio, quæ est pro scriptura publica, vt in l. cum precibus. C. de proba. not. Innoc. in c. si quis. de cleric. percuss. vbi statur instrumento, donec contrarium probetur, & scripturæ priuatæ non statur sine adminiculis, vt in l. instrumenta. C. de probatio. Nec obstat, si dicatur, quòd in causis summariis non requiritur cõclusio, vt nota. in Clem. sæpe. de verb. signi. Quia respondetur authoritate decisionis Rotæ Egidij de Bella. in duabus decisionibus, videlicet 55. & 57. vbi dicit, quòd in causis, in quibus non requiritur conclusio, tñ si facta fuit, operatur suum effectum, ita quòd non debet reuocari sine causa, maximè ad
5 instantiam eius, qui petiit ipsam fieri. † Altera pars dicit, quòd sicut publicæ scripturæ possunt approbari in sigillis & signis, vt in præcedenti decisione conclusum est, ita potest approbari scriptura priuata. Sed istis motiuis bene suprà responsum fuit. Ideò ego & tres doctores de Consilio post mortem D. Ant. de Alex. & tunc præsidebat in Consilio don Ferdinandus, fuimus in voto, quòd sub reseruatione prædicta, facta in conclusione de producendis & verificandis scripturis, non intelligitur de scripturis priuatis, quæ de se fidem non faciunt, & ideo non licet examinare testes super scriptura priuata, quæ de se non probat virtute dictæ reseruationis factæ in conclusione periura & rationes prædictas.

ADDITIO.

a *In causa.*) An & quando post conclusum in causa liceat producere testes ad corroborationem scripturarum, vide suprà in deci. 105. & melius suprà in decis. 216. & vide etiam in præced. decis. 271. Tho. Gramma.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXXII.

1 *Ad cõcomitantia scriptura priuata post causa conclusionem præsentata, quòd non admittatur probatio, & an stante statuto, quòd solutio debiti non possit probari nisi per instrumentum publicum, an valeat probari per scripturam priuatam.*
2 *An ad cõcomitantiam scripturæ priuatæ trino teste notatæ possint testes recipi post conclusum in causa.*
3 *Apodissa notata tribus testibus, & à partibus subscripta, si huius testes bonæ, & probatæ opinionis deponãt hanc scripturam confectam ipsis præsentibus tempore datæ facit creditorem anteriorem aliis.*
4 *Creditoribus in hypotheca, & in pacto de retrouendendo quod probet, quòd possit probari per hanc scripturã.*
5 *Probatio satisfactionis debiti nunquam videtur sublata per statutum.*

CONcluditur quòd ad concomitantiam, siue ad probationem scripturæ priuatæ non datur terminus post conclusum in causa. nam appellatione scripturarum intelligitur de publicis, vel de priuatis, quæ fidem faciant. cum hac
1 decisione conuenit † idem autor in c. 1. col. pen. si de ioue fit. inter dn. & Vas. lis oriatur, licèt dicat, quod sacrũ cõsiliũ tũc admisit ad probandam partem ad cõcomi. scripturæ ẽt priuatæ. & Aymo in trac. de anti. temp. in 1. par. fol. 61. nu. 83. vbi tradidit qõnem de statuto, quod solutio debiti nõ possit probari nisi per instrũm publicum, quod tñ probatio admittatur p scripturam priuatam in hoc casu, quæ de se fidem facit, contra Ro. in cons. 23. qui secus videtur affirmasse ea rõne, quia eandem autoritatem obtinet hæc scriptura, sicut instrumentũ publicum, postquam eidem fides adhibetur, & non refert, quid ex æquipollentibus fiat &c. Sed iuxta ista quæritur, an
2 ad probationẽ apodissæ trino teste notatæ, † subscriptæq; à partibus, si præsentabitur post conclusiõem in causa & negetur, debeat dari terminus ad ipsius concomitantiam, & quod non videntur facere superios allega. ex quo hæc scriptura sic negata ex se fidem non facit, nisi testibus examinatis, qui deponant, quod viderunt hanc scripturam scribere, & aliis obseruatis, de quibus supra in decis. 181. & voluisse videtur in terminis Soc. in cons. 41. & antequam ad qõnem, nu. 10. 1. vol. qui aperte dicit, quòd scriptura prædicta priuata priusquã recognoscatur nullius est probationis. Sed in contrarium fa
3 cit † quia hæc scriptura notata tribus testibus, & à partib. subscripta, si huius trẽs testes bonæ opinionis deponerent, hanc scripturam fuisse confectam ipsis præsentibus tpe datæ ipsius scripturæ, & de voluntate partium, præferretur in
4 strumento publico posteriori in hypotheca, etiam contra tertium, iuxta tex. l. scripturas. C. qui po. in pign. habea. sequitur plenè Nicosan. in trac. de pign. in secundo membro quintæ partis, nu. 47. fol. 117. & Aymo in d. trac. de anti. tempo. 1. par. nu. 31. cum seq. fol. 44. & maximè hoc. num. 70. bon idem Tiraq. in trac. retra. conuenti. §. 1. gl. 7. num. 43. & seq.

maxi-

maximè.nu.48.fol.172.vbi ista ampliat in pacto de retrouendendo † quòd possit probari per scripturam priuatam mô quo supra, quod credo verum esse, qñ hæc scriptura, siue apodissa præsentata post conclusum in causa de sui facie appareret vera iudicanti, & non calumniæ causa confectâ studio differendi iudicium, cuius iudicantis offm est sic latissimum nunq̃ ei clauditur veritatẽ ex se inquirere, testesq; recipere ex suo officio, prout notat Ale. post scribentes in l.4.§. hoc autẽ edictũ.ff.de damn.infec.col.2.sentit Aymo in loco supra citato, fo.61.qui ꝓpteà vsr cõcludere testes non recipi, quia ista solẽt fieri causa calumniç.cum igitur mô quo supra hæc in casu de quo agitur essent, igitur &c. ad quæ conueniunt ea, quæ dicit hic autor in d.c.1.si de inuesti.feu.inter dom. & vasallos oriatur, col.pen. ꝙ sacrũ consilium solet admittere partem ad probandum ad cõcomitantiam scripturæ etiã priuatæ post conclusum in causa cum decreto, quod de depositionibus testium habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit, &c. quod maximè videretur procedere, quando per istas scripturas allegaretur, seu prætenderetur demonstrari de satisfactione debiti, cuius demonstrationis nunquam videtur exclusa † exceptio per statutum secundum Anch. in cons.260.quem refert, & sequitur Dec. in cons.375.iuridicam.in 1.vol.voluitq; Capr. in decis. 52. & in causa propria, de qua feci mentionem, supra in decis.249.sacrum consilium, credens me non agnoscere quasdam apodissas priuatas post conclusum in causa præsentatas, fecit decretum, ꝙ infra quatuor dies præsentarentur articuli ex aduerso, præfer tiendo quod si articuli ipsi fuissent partem releuantes circa probationem, quòd probatio ipsa admitteretur, quod non fuit necessarium postea, nam apodissæ vere non negabantur, vt supra dixi. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCLXXIII.

De instrumenti fide, mentionẽ de alio instrumento faciente.

SVMMARIVM.

1 *Instrumento venditionis narrans procurationem, an probet venditorem procuratorem.* 4.

2 *Instrumentum per se sufficiens ad inducendam obligationem, præsumptionem veteris obligationis in eo mentionatæ inducit.*

3 *Instrumentum de alio mentionem faciens, an probet.*

5 *Instrumento non creditur, quod de præterito attestatur.*

IN quadam causa, vbi petebatur quoddam molendinum rei vendicatione, reus ad sui defensionem in termino probatorio produxit vnum instrumentum venditionis factę per procuratorem ipsius agentis de dicto molendino, & in dicto instrumento venditionis dicebatur, quòd talis procurator domini dicti molendini specialiter erat constitutus ad vendendum dictum molendinum de qua procuratione & potestate plenè constat notario, iudici, & testibus, de quibus in instrumento vẽditionis dicti molendini per quoddam publicum instrumẽtum procurationis factum per manus talis notarij sub anno & mense, & die tali.

3 † Dubitatur, an tale instrumentum venditionis narrans dictam procurationem, vt supra, probet illum venditorem fuisse procuratorem domini dicti molendini ad illud vendendum. Aliqui dicebat, ꝙ sic, per id, quod dicit Spec. in tit. de instr. edi. §. restat. in fi. vbi dicit, quòd si in aliquo instrumento continetur, quòd A. promisit soluere decem B. quæ sibi debebat ex causa venditionis cuiusdam equi, prout continetur in instrumento scripto per manus talis notarij visò & lectò à me notario, quòd valet, nec dicitur exemplum, sed originale nouum ꝑ se. Sed ista decisio non meretur allegari ad dubium

2 formatum, † quia ipsum instrumentum sufficiens est per se ad obligationem inducendam, vt in l. Publia.ff.depo. & ideò quia tale instrumentum per se est sufficiens, inducit præsumptionem veteris obligationis mentionatæ in eo, vt bene declarat Albe. de Ros. in aut. si quis in aliquo documento.C. de eden. & ideò dicebat Bal. in l. si donatio.C. de dona. quòd quando in vno instrumẽto fit mentio de alio instrumento, non est necesse, quòd constet de primo, quando secundum potest per se principaliter

3 valere. † Alij dicebant, quòd instrumentum faciens mentionem de alio instrumento facit fidem inter easdem partes, vt in l. optimam.C. de contrahen. & commit. stip. Sed inter alias personas non facit fidẽ, hoc voluit Bar. in d. auth. si quis in aliquo. vlt. col. & idem dicit Bal. ibi circa finem. & est ratio secundùm Paul. de Cast. in dicta auth. quia sicut exemplo non datur fides. ita huic narrationi, quia in illo instrumento procurationis possent esse cancellaturæ, & vitia, propter quæ si appareret, non faceret fidem. & Alber. ibidem format istam quæstionem in pro-

4 prijs terminis, & dicit obtinuisse in practica, † ꝙ instrumentum faciens mentionem de instrumẽto procurationis non probat procurationem, & hoc per text. in d. auth. si quis in aliquo, & idem dicit Pau. de Cast. ibi. & ego satis sum admiratus, quòd dicti duo magni doct. mirantur de Spec. in d. §. restat. in fine, qui dicunt eum tenere contrarium, cũ Spec. in dicto loco non loquatur, nisi prout suprà dictum est. eandem sententiam quòd tale instrumẽtum faciens mentionem de alio instrumento procurationis, non faciat fidem de dicta procuratione, tenuit Ang. in repe. l. sciendum.ff. de ver. oblig. vbi refert Spec. in §. restat. in fi. præalleg. tenere, & talia verba non probant hanc conclu. firmant Salicet. & alij scribentes in d. auth. Bene facit ad hoc glo. in c. Abbate Sancti Siluani. in verbo, fiat fides. de ver. sign. in quantum dicit, quòd si per notarium fiat mẽtio de alio priuilegio vel scriptura, non probat illud, etiam si totum priuilegium, vel scriptura sit insertũ, vel transumptum in dicto instrumento, quia non est facta authoritate iudiciaria, vt ibi latius per eum. Et idem tenet Inn. ibi, in vlt. col. & in c. fi. de fi

5 de instrumentorum, † ideò datur pro regula, si instrumentum aliquid attestatur de præterito, non creditur instrumento, secundùm Bar. & doct. communiter in d. auth. si quis in aliquo. & Ino. in c. quoniam contra. de prob. & in c. cum in iure. de offi. deleg. Huius iuribus consideratis fuit votatum per omnes dominos consiliarios, quòd tale instrumentum venditionis factæ per procuratorem domini, etiam quòd notarius dicat cum iudice & testib. se vidisse instrumentum factum per manus notarij talis, cum interuentione iudicis & testium, in quo continetur, quòd talis dominus fecit eum procuratorem ad vendendum, talis assertio non probat vendentem fuisse procuratorem.

AN-

ANNOTATIO

IN DECISIONE CLXXIII.

1 *Quando notarius attestatur de aliquo instrumento, quòd ei non credatur non inuento instrumento ipso, etiam si totus tenor inseratur.*

2 *Quando exemplatio fuit facta autoritate iudicis, probat etiam si originale non exhibeatur.hoc idem in antiquis.*

3 *In priuilegijs à principe concessis, si priuilegium ipsum diceret, concedimus sibi talem immunitatem, vel tale feudum, prout aliàs fuit concessum, quòd valeat talis inuestitura etiam non ostenso illo primo priuilegio alio.*

4 *Quando partes faciunt actum de se ipsis obligandis, quia dicunt A. promittis B. decem ex causa venditionis, prout continetur in instrumento, probat etiam illo instrumento de quo fuit facta mentio non apparente.*

5 *Quando autoritate iudiciaria fuit facta exemplatio, quòd probet copia relicta in actis.*

6 *Quando aliquis protestatur contra aliquem, vt procuratorem, quòd ei non debeat quis credere, nisi ostenso mandato, nisi forte iudicis autoritate fiat protestatio.*

TV verò lector dilecte, quatenus in me est pro mei tenui facultate pro intelligentia subiecti huius decisio.
facias duos casus. nam aliquando partes, siue notarius atte
1 statur † de aliquo instrumento, quod asserunt aliquem ab
sentem fecisse, vt in casu huius decisio. nam hic dicit facere
venditionem vt procurator talis, de qua procuratione nota
rius attestatur, & tunc in isto casu non solùm si hic notarius
asserat illud instrumentum vidisse, & legisse, imò si plures
notarij istud attestarentur, & insererent totum tenorem,
eis non creditur, neque hoc instrumentum probat in praeiu
diciū absentis tertij, & de hoc proprie est tex. d. auct. si quis
in aliquo, ibi Alex. Ias. caeteri scribentes, sequiturq; Soc. in
cons. 120 cum in praesenti, 1. volu. vbi ait, ex quo d. auct. non
distinxit, nec etiam nos distinguere debemus, quod etiam
amplectitur Cur. Senior in consi. 177. super motiuis. col. 1.
in notario attestante de mandato sindicorum. Gira. in sing.
39. regula est vul. Dec. in cons. 503. superioribus, nu. 3. idem
in cons. 522. in causa electionis. ibi Rec. qui citat alios con-
cor. & in gl. Paris. §. 5. nu. 33. vbi etiam ait, & si totus tenor
inseratur ab eodem notario, etiam si alias fecerunt instru-
mentum praedictum, & extraxerunt hoc, idem Soci. iuo. in
cons. 57. 1. vol. quae tamen limitat Alex. in d. auct. septem mo
2 dis, & inter alios † quando exemplatio praedicta fuisset fa
cta autoritate iudicis, parte citata, nam tunc probaret, de
quo sunt notae etiam infra in decis. 282. in 3. col. & declarat
Boerius in decisi. 281. infra alleg. qui videtur praedicta affir
mare, quando de voluntate partium fuisset facta exempla-
tio, & praedicta ego obtinui in quadam causa Magnifici Ca-
roli Copulae, de qua fuit facta mentio supra in decis. 245.
3 Cur. vero senior in d. consi. 77. post principium † praedicta
limitat in antiquis, maxime quando factum excedit metam
100. anno. quod tunc faciat fidem instrumētum de alio mē
tionem faciens, vt ibi latius per eum, qui nonnulla per quae
inducitur antiquitas declarat, conueniq; Boerius in d. de-
ci. 281. praesoppono, num. 8. 9. 10. & alijs seq. & in decis. 247.
4 & vt. vbi etiam praedicta limitat in priuilegijs † à princi-
pe concessis, nam si in ipsis haberetur, concedimus sibi talē
immunitatem, vel tale feudum, prout aliàs fuerunt concessa
per alia priuilegia, quòd talis inuestitura, siue concessio fir-
ma sit, etiam si non exhibeatur dictū priuilegium, ad quod
fit relatio, per tex. d. c. abbate S. Siluani. de ver. signi. de quo
per Fel. in c. ex parte. lo primo, de rescrip. & latius per Gram
ma. nostrum in sua decis. cons. 59. quasi per totum, & ista, q
talia instrumenta non facerent fidem inter alias personas,
volunt etiam in teste Bal. in l. 1. nu. 25. ff. si cer. peta. de teste
dico, qui deponit de mutuo factum fuisse instrumentum, &
est casus proprius huius decisio. alius casus est, quando par-
tes faciunt aliquem actum de se ipsis obligandis, vt quia di-
cunt A. promittit decem B. ex causa venditionis, prout con
tinetur per instrumentum confectum per talem notarium a
me visum & lectum, nam tunc probat, & talis promissio obli
gat, licet instrumentum relatum non exhibeatur, quae licet
impugnet Decius in d. auct. si quis in aliquo, tamen hanc
opinionem secundùm istam decisi. sequitur Soci. in d. consi.
522. 2. vol. qui ita intelligit dictum Specula. & ita etiam ani-
maduertit de istis Alex. in d. auct. si quis in aliquo, & Fran-
ci. Curt. ibidem, qui dicit ipsum aliàs fuisse in errore. Pau.
de Cast. contra Spe. & mox inuenio Alex. se correxisse, quae,
omnia tandem post multa approbat Boer. in d. decis. 281. ita
5 etiam intelligendo dictum Specula. † vbi etiam quando
aucto. iudicis fuit facta exemplatio, & mox copia relicta in
actis, non oportet mandatum exhiberi, & sic videtur conclu
dendum, quia communis sua opinio, & maxime, q procur.
punitur, quādo dixit, seu fecit se procuratorem, si non ostē
dit mandatum, & ipse obligetur. Bar. & alij in l. 1. C. credito.
euicti. pign. non deb. de quo per Soc. in cons. 54. consulta-
6 tio. 2. vol. Decius in cons. 510. in casu. † quòd autem quan
do quis protestatur contra aliquem tanquam procurator a-
licuius, quod non ostenso mandato procurationis, iuxta tex.
l. si quis inficiatus. ff. deposi. ei credere non debeo, videas
Cottam. Decius in reg. qui in alterius. de reg. iuris. Consec-
tus in sing. in verbo, procurat. 1. & per nostrum Affli. in con
sti. sancimus. de iure congrui. §. vt infra 30. dies, col. 3. Rom.
in consi. 204. pro discutienda. in fi. in verbo quoad tertium,
Goza. in consi. 57. multa, num. 14. vbi quando fit protestatio
autoritate iudicis, quod non sit necessariū mandatum. Gui.
Papa in decisio. 173. in d. suo cons. ibi, si publice habeatur
pro procuratore, de quo etiam fuit facta mentio supra in de
cis. 129. Ias. in consi. 159. 2. vol. Decius in cons. 672. q qui di
cit mandatum habere, ipse debet probare, sunt aliae tamen
concor. per Tiraquel. in retra. cōsangui. §. 1. gl. 9. fol. 68. nu.
260. & gl. 10. no. 92. fol. 79. vbi quod non sufficit dicto procu
ratori offerre cautionem rati. Cesar Vrsil.

DECISIO CCLXXIIII.

De probatione scripturę perdita.

SVMMARIVM.

1 *Scripturam publicam qui perdidit, vel instrumentum, quid probare debeat.*

2 *Scriptura publica dici non possunt, in quibus desunt substantialia.*

3 *Testes duo probant notorium & famam.*

4 *Testes debent esse discreti.*

5 *Testes in iudicio & instrumentum, an & quando parem vim habeant.*

6 *Instrumenti perditio per iuramentum probatur cum coniecturis.*

1 QVaesitum fuit in consilio Regio, † quid de-
bet probare ille, qui dicit instrumētum publ.
esse amissum, vel perditam esse scripturam publicā,
ad effectum, vt possit legitimè constare de conten-
tis in dicta scriptura publica. Super isto dubio for-
matum fuit c. cum olim essemus apud Perusium. de
priuilegiis, & omissis superfluis. Omnes domini
fuerunt in ista conclusione, q ille qui vult probare
id, quod continetur in aliqua scriptura publica cu-
mulatiuè, de necessitate habet probare infrà scripta
per testes, prout infra dicetur. Et primò debet pro
bare, quòd illa scriptura facta fuit in tali loco & ta-
li anno, mense, & die, & de omnibus substantialib.
requisitis in illa scriptura publica, de quibus per Ab
batem Siculum plenè in c. 1. de fi. instrumentorū;
2 † quia non potest dici instrumentum, si non ad
sunt substantialia ipsius, vt in auth. vt praepo. nomē
Impera. in princip. & not. in c. Abbate sanè. de re iu

di. Et

di. Et ideò si erat instrumentũ, in quo quinque, vel
septem testes oportet interuenire, tunc necessariũ
est, q ad minus duo testes deponãt, quòd in illo in
strumento, quod nunc non apparet, interfuerunt il
li 5. vel septem testes requisiti, vt est gl. & ibi Bal. in
l. 1. C. de bon. pos. secundum tab. Sic etiam dicimus,
3 q duo † testes probãt notorium & famam, vt nos
gl. 3. q. 1. § si. & omnia, quæ sunt de tenore instru
méti. Si enim instrumentum exemplatum non fa-
cit fidem sine istis substantialibus, fortius nec de-
positiones testium. Secundò debet probari authori
tas instrumenti, scilicet q fuerit sine aliquo vitio
falsitatis, nam in fraudem potest dici instrumentũ
perditũ, quod in veritate erat falsum. Et ideò opor
tet, quòd testes deponant de authoritate ipsius. Et
hoc satis apertè voluit tex. in c. cum olim. de testib.
4 † & in hoc testes debent esse discreti.

Tertiò requiritur, q probetur perditio instrumẽ
ti, ne fraudulenter allegetur perditio, vt non possit
deprehendi falsitas. Sed diceret aliquis, ad quid oportet
probari perditionem instrumenti, cum parem vim
habeant in iudicio testes & instrumentum? vt in c.
cum Io. de fi. instrumentorum, & in l. in exercendis.
C. eo. tit. Respondeo, q verum est, vbi testes depo
nerent de veritate rei, q fuerunt præsentes in ge-
stis contentis in instrumento. Secus, quando depo
5 nerent de tenore instrumenti, †. nam tunc depo-
nunt de veritate rei, & instrumentum poterat esse
falsum. Vnde concludendo secundùm mentem do
ctorum, dicit D. Abb. Sic. in d. c. cum olim, quòd quã
doque scriptura est de substantia actus, vt in senten
tia, vel gratia Papæ, & tunc non sufficit, quòd testes
fuerunt præsentes, sed oportet probari, quòd scri
ptura interuenerit, & quòd fuit perdita. l. testium.
in fi. C. de testi. Quãdoque scriptura non est de sub
stantia actus. Et tunc aut testes non viderunt gesta
in instrumento, sed tantum tenorem instrumen
ti. Et oportet, quòd probetur perditio, quia potuit
instrumentum esse falsum, & melius scit cogno
scere iudex, quàm testis. Quandoque testes interfue
runt gestis contentis in instrumento, nec scriptu
ra est de substantia, & tunc non est necesse proba
ri perditionem instrumenti, vel quòd instrumentũ
fuerit sine falsitate. sed satis est, q deponãt de verita
6 te rei; † quia testes æquiparantur instrumentis, vt
supra. Et talis perditio instrumenti probari potest
per iuramentum præcedente causæ cognitione, hoc
est, quòd præcedant aliquæ coniecturæ circa perdi
tionem, secundum Inno. & Io. And. & Abb. in d. c.
cum olim. &c. vide infra decisiõ. 288.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXXIIII.

1 *Quando testes non interfuerunt instrumento, ipso amis-*
so, quæ requirantur ad probandum contenta in instru-
mento, quod oportet probare de tenore contentorum
in ipso instrumento, & quòd sint personæ literatæ, vel ad-
uocati, & tabelliones.

2 *Quando sunt personæ valde expertæ possunt deponere de*
tenore instrumenti amissi, & dicitur facta probatio per
probationes veras.

3 *Contra furem & lacerantem instrumentum non requiran-*
tur veræ, & exquisita probationes.

4 *Statur iuramento hæredis libros confectos per defun-*
ctum ad eum non deuenisse, sed potest conuinci de men
datio.

5 *Literæ primæ tonsuræ alicuius clerici possunt testibus pro-*
bari, & per vnum testem cum alijs indicijs quando sunt
deperdita.

6 *Ille qui per annos decem stetit in quasi possessione docto-*
ratus, non oportet ostendere de priuilegio, & quod pri-
uilegium doctoratus possit testibus probari.

7 *Clericus coniugatus an gaudeat priuilegio fori, quandò du-*
xit vnicam, & virginem quod sic, quando incessit cum
habitu, & tonsura.

8 *An quis sibi præiudicet, quando vocauit aliquem cleri-*
cum, vt non possit contrarium postea probare.

9 *In refectione instrumenti amissi an requiratur citatio*
partis.

10 *Qua pœna puniatur auferens instrumentum alicui, &*
lacerans.

11 *An falsificans acta amittat causam, & qua pœna punia-*
tur lacerans literas officialis.

ADde vltra requisita narrata per D. Affl. ad probandum
contenta in instrumento amisso, quando testes non in
terfuerunt confectioni scripturæ, sed tantum volunt depo-
nere de tenore, quod vltra quòd oportet probare de amis-
1 sione, † & alijs traditis per Affli. & per Hyppo. in Rep. Rub.
de probat. col. 8. & Gui. Papa sing. 543. necesse est etiam, q
testes, qui volunt deponere de tenore instrumenti, sint pe-
riti, vt aduocati, & notabiles tabelliones, prout declarat
rex. in d. c. cum olim. Io. primo, de priuile. voluit Decius in
consi. 82. colum. 2. viso processu. vbi etiam, quòd non sufficit
audiuisse ab alio tenorem instrumenti legente, & in consi.
215. & ibi Rec. qui etiam citat Tiraq. in tract. retractus. §. 3.
gl. 7. nu. 50. qui citat Affl. in hac deci. fol. 273. in vltima im-
pressione, declarat etiam ample ista Fel. in c. sicut. de re iu
di. qui in octaua declarat. videtur limitare dicta per Deciũ
in d. consi. 82. concludentis nõ credi dictis testium deponẽ
tium de tenore ex lectura alterius non procedere in testi-
bus dicentibus audiuisse iudicem sic legerem sententiam:
nam eis statur propter autoritaté personæ iudicis, qui etiam
2 dicit, † quod quando fuissent personæ valde expertæ, &
quod non deponerent de tenore diminutè, quod suffice-
rent, citando Ang. in l. 2. §. diuus. ff. de iure fisci, & hoc etiã,
quòd amissio deberet probari per veras probationes, vt su-
prà sensit: etiam vltra eos Bar. in l. 2. in fi. 2. c. ff. si cert. pet. qui
dicit, si testis deponat, Titius mutuauit decem Seio, quia vi-
di publicum instrumentum, quod non probat, nisi ostenda
tur dictum instrumentum, de quo feci mentionem supra in
deci. præcedenti. & Ias. in consi. 42. 1. volum. quæ omnia limi
3 tantur, nisi contra furem † & lacerantem instrumentum,
contra quem statur iuramento partis de contentis in eo. Ar
ge. vbi supra. & Decius in consi. 521. in hoc consultus, sicut
4 etiam statur iuramento † hæredis libros defuncti ad ipsum
non deuenisse. Aré. singulariter in consi. 119. procedendo
breuiter. verum potest conuinci de mendatio, vt ibi per eũ,
5 quæ ampliat procedere † in literis primæ tonsuræ alicuius
clerici, nam si sunt deperditæ, possunt etiã ipsis testibus pro-
bari. Gui. Papa in decis. 474. de materia. Cassa. in consuetue.
Burgu. des iustices. Rub. 1. §. 7. num. 11. fol. 70. Boerius deci.
174. præsupposito, num. 13. vbi singulariter etiam quod pos-
sunt hę literę probari per vnum testem cum alijs indicijs;
6 & citando Pau. de Cast. in l. sole. C. de fi. instru. † dicit quod
ille qui per annos decem stet in quasi possessione doctora-
tus, non oportet ostendere priuilegium, & quod possit priui
legium ipsum etiam testi. probari modo quo ibi per ipsum,
7 sequitur Gram. in consi. 110. in ciuili. vbi † etiam dicit, cle-
ricum coniugatum cum vnica, & virgine gaudere fori priui
legio, quod intelligas, quando incederet cum habitu, & ton
sura. Alex. pulchre in consi. 8. vt, col. 11. 1. vol. adeit de prędi-
ctis pragmatica de clericis coniugatis, & in prędictis con-
8 fes. partis vocantis aliquem clericũ † non sufficeret contra
ipsum,

ipsum, quin non possit contrarium dicere, seu demonstrare, Aymo in consi. 93. nu. 1. & 4. & quod in reassumptione dicti
9 instrumenti † amissi requiratur solennitas iudiciaria cũ partis citatione, Cassa. in consi. Burg. in tit. de gabellis, fol. 388. habetur per Boer. in decis. 36. & videtur melius 37. num. 6. & de his hactenus. Quomodo fit, quando instrumentum est deperditum per saccomandum, sunt notaciones, supra in decis. 13. in secunda præsum. & vt habetur etiam sermo in decis. 302. & 330. quæ autem sit pœna auferentis instrumentum alicui, quod furti si non sit instrumentum testamenti
10 † aliàs falsi. l. qui tabulas. ff. de furtis. l. qui testamentum. ff. de falsis an autem amittat causam. quod sic, si est de actis. Alex. in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci. sed latius per
11 Boerium in decis. 291. sed latius per deci. 330. † Qualiter autem puniatur lacerans litteras officialis, quod pœna falsi: Gui. Papa in decis. 233. aliquis, & hodie qui est mensis Iulij 1564. audio magnam curiam Vicariæ in causa laceratio nis cuiusdam mandati, seu citationis factæ per Prosperum de Flore condemnasse eundem ad relegationem per quinquennium in Insulam Liparis. Actuarius Taurella. Cesar Vrsil.

DECISIO CCLXXV.

De fundo legato in vita, cum reseruatione vsufructus. Et de donatione inter viuos non reuocata per secundum testamentum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter viuos an fieri possit in testamento. 7.*
Legatum transit in donationem inter viuos.
2 *Donatio inter viuos est irreuocabilis.*
3 *Legatum donatio est.*
Vsusfructus reseruatio facit censeri donationem inter viuos.
4 *Verba improprientur ratione vitandæ impossibilitatis.*
5 *Legatum an requirat confirmationem per hereditatis aditionem.*
6 *Testator tradens simpliciter rem legatam in vita, an constituat donationem inter viuos.*
8 *Donatio facta absenti, an & quando valeat.*

TEstator quidam legauit suis nepotibus fundũ suum quò ad proprietatem, & post eius mortẽ quò ad proprietatem, & vsumfructum reseruato vsufructu dicti sui fundi dicto testatori vita eius durante, cum potestate capiendi propria authoritate post mortem dicti testatoris, adita, vel non adita hęreditate, & quod ille fundus sit liber ab hypotheca dotium suæ vxoris ibidem præsentis, & consentientis: Demũ viuente testatore d. nepotes vidente, & sciẽte testatore ceperũt possesionẽ d. fundi, & per plures annos possederũt & fructus tradiderũt d. testatori: qui testator veniens ad mortem, d. testamentum, vbi fuerat factum legatum, reuocauit, & vxorem instituit hæredem. vbi in primo testamento instituerat fratrem, & de dicto fundo tradito dictis nepotibus nullam fecit mentionem, Mortuo testatore oritur contentio inter vxorem, & illos nepotes
1 possidentes dictum fundum † de dicto fundo, dicit vxor hæres, quod secundum testam. tollit primum, vbi est dictum legatum: vt in §. posteriore. Insti. quibus modis testa. infirmantur. cum concordan. In contrarium pro parte dictorum nepotum dicitur, quòd legatum contentum in primo testamento transitum fecit in donationem inter viuos, ex quo testator tradidit in vita sua suis nepotibus retento sibi vsufructu. Et pro hoc allegatur dictum Bald. in
2 addi. Spe. in tit. de instr. edi. vl. col. vbi dicit, † quòd si ego dico. dono tibi proprietatem talis fundi, reseruato mihi vsufructu vsque in tempus vitæ meæ, quod ista dicitur donatio inter viuos, & sic irreuocabilis: & hoc refert, & sequitur Alex. in l. quæ dotis. ff. sol. mat. in 6. col. & dicit alibi non reperitur ista decisio. Nec ob. quod in casu, de quo agitur, testor non
3 dixit dono, sed dixit lego. Quia ad hoc rñdetur: † quod legatum donatio est: vt dicit Barto. in l. si fundum. per fideicommissum. ff. de leg. 2. Et si diceretur legatũ est donatio, intelligitur de donatione causa mortis. Respondetur, quod pp illa duo adiuncta, videlicet, quia testator reseruauit sibi vsumfructum vita sua durante. Item quia testator tradidit fundum legatum nepotibus in eius vita, illud verbum lego, mutat suam naturam, & importat donationem inter viuos, vt in simili dicit And. de Iser. in c. 1. §. donare. qualiter olim feudali, poterat alle. l. sed si adijciatur. ff. pro socio. & leg. qui lancem. ff. de auro, & argen. leg. not. Bar. in l. Imperator. la ij ff. de statu. hom. l. si cõiter. in prin. ff. quemadmodum serui. amit. l. 1. C. si in cõi, eademq; causa in integrum rest. postul.
4 † Sicut dicimus, quod ratione impossibilitatis vitandæ verba improprientur secundùm Bar. in l. si Titio. ff. de vsufruct. leg. vbi cõiuncta resoluitur in disiunctã rõne impossibilitatis. Voluit ergo testator in vita liberè tradere dictũ fundũ dictis nepotibus, & liberũ ab hypotheca: vt dicit Alex. in 2. volu. consi. 207. incipiente, viso summario, & processu causæ. ob quam traditionem dicti fundi illud legatum transit in donationem inter viuos: vt dicit Bald. in l. Lucius in fine. ff. de lega. 2. vbi dicit, quæro, testator rẽ legatã tradidit, quem titulum interim habet legatarius. Solutio, vt no. infrà eod. l. legatum, & ibi dicã.
† & per hoc patet, an legatum requirat confirmatio
5 nem per additionem hęreditatis, & credo quod nõ: quia excedit notissimos terminos legati. Ad hoc facit l. cum pater. §. matrem. in gl. 1. infrà eod. Bal. Et vltra hoc allegatur id, quod dicit Bart. in l. legatum. ff. de legatis. 2. vbi tenet opinionem Dyn. & gl. quod si testator legauit, & tradidit rem legatam in vita sua simpliciter, nõ sub cõmemoratione legati, prout erat in facto proposito; quòd ista dicitur donatio inter viuos, & sic est irreuocabilis per secundũ testamentum. Idem expresse firmat ibi Bal. Secus, si tradidisset sub commemoratione legati: quia tunc diceretur legatũ, & videtur præuenire in traditione. hoc idem firmat Bal. in c. 1. de cõfirmatione vtili vel inuti. & Pau. de Cast. in consi. 236. & sic intelligitur l. Lucius. ff. de leg. 2. ut dicit ibi Pau. de Cast. referendo Bar. in d. l. legatum. Et firmant moder. Papienses in l. filiæ dotem. in fi. C. de coll.
6 † Nec obst. quod dicit Bald. in l. 2. C. de iure dot. quod si testator simpliciter tradidit rem legatam in vita, uidetur tradere, ut præueniat tempus legati. & hoc dicit uerius esse, per tex. in d. l. Lucius. & per gloss. in d. l. legatum. & per gl. in Clem. dudum. §. uerum. de sepul. Quia respondetur, prout dicit Bart. in d. l. legatum, l. quod si testator dedit rem legatam legatario in vita sua sub commemoratione legati, erit legatum. Sed si simpliciter dedit, erit donatio inter viuos, secundum Bald. in d. l. legatum, & Pau. de

Cast.

Cast.in d.l.Lucius.Et gl.in d.§.verum. intelligitur
secundùm materiam d.Cle.videlicet,qñ testator ex
7 eadẽ infirmitate est mortuus. † Fuit ergo per totũ
consilium deliberatum, & conclusum, ꝙ propter
traditionem fundi factam per testatorem in vita di
ctis nepotib.& possessionem quatuor annorum di
ctorũ nepotũ,à quib.testator recipiebat fructus vir
tute reseruationis factæ in d.testô,ꝙ illud legatum
transiuit in donationem inter viuos: & per conse
quens reuocato illo primo testô per secundũ,non
est reuocata dicta donat'o inter viuos.Nec obstat,
ꝙ donatio inter viuos non valet, nisi donatarius
sit præsens, quod non accidit in d.legato: & sic non
potest esse donatio,vt in l.nec ambigi. C de dona.
8 † Quia respondetur, vt dicit ibi Bal. ꝙ licèt dona
tio absenti facta non valeat: tamen si illa absenti sit
notificata, & cœpit possessionem rei donatæ,tran
sit dominium in ipsum donatariũ. Et ideo non fuit
talis donatio reuocata per clausulam derogatoriam
generalem positam in secundo testamento,vt dicit
Bal.in l.sancimus.C.de testa.& in c.1.de feudo dato
inuicem leg.com.& Ioan.de Imo.in l.hæredes pa
lam.§.fi.ff.de test.& Lu.in cons.169.incip.pro deci
sione consultationis præpositæ.& Barto.in d.l.lega
tum,quæ omnia sunt menti commemoranda.Mat
th.de Afflict.V.I.D.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXXV.

1 *Facta traditione rei legatæ in vita testatoris,an transfe ratur dominium, intantum quod non possit amplius reuocari.*
2 *Quando propter merita fit legatum, an trãsferatur etiam dominium,intantum quod non fiat reuocatio.*
3 *In donatione causa mortis facta traditione in vita conua lescente deinde testatore an habeat locum reuocatio cum fructibus.*
4 *Quando fit reuocatio rei donatæ inter viuos ob ingratitu dinem,an veniant etiam fructus.*
5 *Si pater legat centum filiæ pro dote,& mox ipsam in vita dotat,an post mortem patris habebit vtrunque, quod nota.*
6 *Quòd facta donatione aliquorum bonorum retento vsufructu,an possit per pœnitentiam reuocari.*
7 *Casus autem,in quibus transferatur possessio sine traditio ne,hic enumerantur.*
8 *Quando quis donat,& retinet vsumfructum.item quando tradidit claues,an sit satisfactum consuetudini, quæ requirit veram traditionem possessionis,vt venditio valeat, & satis sit possessionem ipsam per constitutum traditam esse.*

1 CVm conclusione huius decis. † quòd facta traditione
rei legatæ in vita testatoris,ꝙ trãsfertur dominium ip
sius rei legatæ,& quod non habeat locum reuocatio,vt cõ
tinuitre Barbatia in cons.54.clementissimi.2.col.2.vol.in eo
quod declarat, quando legatum transeat in donationem
inter viuos,& sic in contractum quando propter merita fit
2 legatum. † hoc idem Curtius iunior in consi.56.1.vol. quã
do nõ in pœnam reuocationis fit donatio.Ias.in d.l.filiæ do
tem.C.de colla.quæ sanè intelligas in legato, secus in do
3 natione causa mortis. † nam in ipsa etiam, ꝙ fuisset facta
traditio rei in vita, si testator, conualuerit, reuocari põt,&
condici vnà cum fructibus,prout est tex.l.tum quis mortis.
ff.de dona.ob cau.ibi notat Ias.dicens secus esse in donatio
ne inter viuos, quando fuisset facta reuocatio in casibus
4 † in quibus de iure permittitur reuocationem fieri debere
nam fructus non debentur nisi à die reuocationis, quæ vera
esse de iure videntur,licet Cotta contra prædicta teneat in
suis memoriali. in verbo legatum factum, vbi inseruiendo
causę proprie(vt dicam)potius,quàm aliter dicit quòd lega
tum factum à testatore qui post superueniens soluit, potest
reuocari vna cum fructibus, ex doctr.Bal.in l.2.in vlti.col.
in ver.vnum scias.C.si quis omi.causa testa. iunctis his quæ
dicit in fi.C.de vsufru.lega.qui de eo quod ipse allegat vi
detur dicere contrarium, item allegando dictam legem cũ
quis,& notata per scriben.ibi.quæ vt dixi,& videas,loquitur
in donat.causa mortis, & non in legato.item etiam allegat
doctrinam Bal.in d.l.2.C.de iure dotium, quæ intelligitur
secundum Affl.hic,quando sub commemoratione legati te
stator tradidisset rem legatam legatario in vita, & sic quia
dicta per Cottam de iure non videntur militare,meritò vi
detur tenendum cum Affl.nostro hic,& Pau. de Cast.in d.
consi.236.quem ipse ibi reprobat, & nõ bene videtur sequi
Tiraquel.in l.si vnquam in verbo reuertatur,nu.227.de re
5 no.dona.Sed iuxta ista quæritur † an si pater legat centum
filiæ pro dote, & postea in vita dotem filiæ tradidisset, seu
dotasset,an filia ipsa post patris mortem habebit vtrunque,
ꝙ nota ex tex.l.huiusmodi.§.si pater,& ibi Alex.& Ias.ff.de
lega. 1. & sic in casu isto non procedunt superius allegata.
6 † & insuper nota in istis,quod facta donatione aliquorum
bonorum retento vsufructu,prout in casu huius deci. in vi
7 ta,per quam traditionem vsusfructus videtur tradita † pos
sessio rei donatæ in donatarium,iuxta tex.l.quisquis. C.de
donatio.non potest pœnitentia reuocari,secundùm Bald.in
consi.270.quędam mulier,2.vol.repetito in consi.377.in 5.
parte,& est vnus casus,in quo videtur tradita possessio abs
que reali traditione,alij casus enumerantur,in quibus vide
tur tradita possessio per Neap.in consti. Neapolis in titulo
de contrah.empt.in verbo tradita,& in consue. insta.de cõ
tra.cõfectis per curiales, in verbo perueniat,vt qñ fuisset fa
cta traditio clauiũ,vel qñ fuisset facta conductio de re dona
ta à donatario,prout ẽt voluit prædicta Soc. consi.154.vol.
Lanst.in repe.c. quoniã contra. in verbo testium probatio
nes,colum.3.de proba.plenissimè per Cass.in consue.Burg.
des successi.Rub.7.nu. 19.fol. 227. per quæ alias in q. facti
dicebam ad intellectum consue.Neap.quod quando qui do
8 nat retinet vsumfructum rei donatæ, † item quando à do
nante fuisset facta traditio clauium. Item quando qui do
nat conducit rem à donatario, quod in istis casibus etiam
quòd possessio non fuisset actualiter tradita infra annum,
contractus sit validus,& est satisfactum consuetudini volen
ti possessionem ipsam tradi debere infra annum a tempore
venditionis,vel donationis,vt valeat venditio ipsa vel dona
tio,prout tenet Neap.in dicto verbo perueniat, & in dicto
verb.tradita.nec prædictis videtur obstare,quod idem Nea
po.in d.consu.instrumenta.in verbo posses.& in eodem ver
bo perueniat.in principio, velit naturalẽ tradi possessionẽ,
nec sufficiat per constitu.tum quia ipsemet se declarat in di
cto verbo perueniat,nu.78.illud non procedere, quando vl
tra instrumenti uerba intrinseca interuiat aliquod extrin
secum, ut retentio prædicta usufructus,tradi clauium,uel
conductio, ut s. & ex his infertur de mente eiusdẽ Neapo.
9 † quod constitutum non sufficiat, ut possessio intelligatur
tradita, prout etiam affirmat Tiraqu.in tracta.de constitu.
poss.in 11.limitatione,fol.92.dicens quod si statutum requi
rit veram posses.non sufficere per constitutũ, licèt per con
stitutum ipsum transferatur vera possessio, vt notaui in
frà in decisio.299. item infertur aliud, quod tunc sufficit
ficta possessio, quando vltra verba conuentionum interue
nit aliquod extrinsecum,vt retentio usufructus, traditio
clauium, & secundum prædicta puto intelligẽnda,quæ di
cit idem Neapo. in dicta consuetu. instrumenta. in uerbo
traditionem, in fine, ubi ait uerius, quòd sufficiat tradi
tio ficta,ubi adest causa uera ad transferendum dominium,
ut dixi, quando interuenit aliquod extrinsecum ultra uer
ba,ut supra,alias si secus diceretur,Neapo. ipse sibi ipsi non
cõstaret,ex quo(ut supra dixi)in uerbo pdicto perueniat:cõ
cludit, non sufficeret possessionem traditam per constitu-

tum, per quod vera possessio videtur de iure transferri: vt
sunt notæ infrà in decis.299. super quibus poterit cogitari:
nam & si vera videantur & reassumpta ex dictis Neap.& iu-
ris dispositione, tamen audio sacrum consilium olim & èt
nunc determinare, satis esse possessionem traditam per con
stitutum, vt sit consuetudini prædictę satisfactum, & hoc
olim in causa Magnificorum Ieronymi & aliorum Piamon
tium, cuius fuit actuarius Thomas Palomba, nunc Ascanius
Copula & com.Mag.Marius Saxus anno 1545.& ita retule-
runt mihi fuisse obseruatum alij subsequentes Domini in
alijs causis,& sic minimè sunt mutanda, & sic non fuit mihi
pertæsum prædictorum inscriptionem facere, quæ de his
mihi pro minimo visa fuere.

DECISIO CCLXXVI.

De pęna deosculantis virginem.

SVMMARIVM.

1 *Attentatum pro consummato an habeatur, & quo casu vt consummatum puniatur.*
Osculum rapiens virgini multa quo puniendus pœna 5.7.9.
2 *Intellectus ad l.si quis non dicam rapere. C. de episc. & cleri.8.*
4 *Vis illata in virgine præsumitur.*
6 *Stuprum sine violentia consummatum pœna mortis non punitur.*
8 *Iudex, vbi per legem punitur affectus ac si fuisset consummatus, an possit pœnam mitigare.*

SErenisś. Rex Fodericus voluit à me scire, & cer-
tis alijs Doctorib.& consiliarijs,& auditorib.suę
maiestatis. Quæ pęna viro danda sit de iure osculā-
ti mulierem virginem sine eius consensū, ætate ma
turam, in platea publica extra Neapolim. Fuit rescri
ptū suæ maiestati in hunc modum, videlicet, in isto,
1 dubio duæ sunt opiniones. † Primā, ꝙ puniatur pœ
na capitis, quia in atrocissimis delictis punitur af
fectus cum attentato, etiam non secuto effectu, ea-
dem pęna, sicut in delicto consummato, secundùm
Bald. in l.si fugitiui.C.de ser fug.alleg. l. si quis non
dicam rapere. C de epis. & cler. & hoc est speciale
in hoc delicto. quia attentauit pudicitiam, secundū
eum. Idem dixit Bal.in l.qui autem operas, ff. de in-
famibus. Idē dicit Bal.in d.l.si quis non dicam rape
2 re.in vers 7.oppono.& idē in pe.col † Et sic intelli-
git d.l.si qs non dicā rapere, in pœna capitali:& cor
porali, put dicit tex.in d.l.idē tenet Sal.ibi, dicēs ꝙ
ipse credit, ꝙ prima opinio gl.in d.l.sit verior; quia
tex.in d.l.1.in princip. C.de rap.virgin.dicat, quòd
ex raptu virginis sequitur pœna mortis. Igitur in
dubio de propria,& vera morte intelligit, arg.l. qui
vltimo.de pœnis.& l.fi.C.de his qui veniā ætatis. Et
illa opinio procedit, qñ pœna imponitur ipso iure à
3 lege, vt in l.raptores.C. de epis. & cleri. † quo casu
punitur attentatū, sicut consummatū: vt dicit Ioan.
And.in c.perpetuo.de elec.lib.6.& in regula, in pę-
nis.in mercu. Et idem dicit Bal.in l.data opera.16.
col.C.qui accusare non possunt.& idem dicit Abb.
Sic.in c.1.de eo qui mit.in poss.causa rei seruan. in
vers.ex prædictis, quòd attentans punitur, si perue-
nit ad actum propinquum, nec per eum steterit,
quin perfecerit, sed impotentia facti habetur, ac si
esset perfectum, nisi pœna imponeretur per sta-
tutum, tunc debet esse delictum consummatum,
secundum glo.ibi.Item Pau.de Cast.& Lud.in l. 1.
in fi.ff.quod quisque iur & Bar. in l.1.§.diuus.ff ad l.
Corn.de fal.& hoc ponit pro regula Fel. in scriptis
suis post titulum de appellationibus:& post regulā
ponit octo limitationes, vt ibi per eum. & pro ista
opi multùm facit authoritas Bar.in l.1.ff.de extra-
ord.cri.vbi dicit, ꝙ peruenire ad osculum, tunc pu-
nitur hoc attentatum, ac si esset perfectum delictū,
per d.l.si quis nō dicam rapere.& Alex.in d.l.1. in
Apostillis allegat multas quotas pro ista materia. Sa
tis pōt dici atrocissimum hoc delictum ex quo fuit
osculata virgo cōtra eius voluntatem, arg.l.qui vas.
4 §.vetare.ff.de fur. maximè † cū in virgine præsumi-
tur, ꝙ sit ei facta vis, per tex.in l.1. C. de rap. virgi
& in l.1.§.qui puero.ff.de extraord.crimin.
Et ad istā opinionem comprobandā faciunt mul
ta, quæ allegat Lucas de Penna in l.3. C.de cursu pu
5 blico, lib.12. Secunda opi.fuit, † ꝙ pro isto osculo
pœna sit arbitraria, & hoc tenet gl.in d.l. 1.in prin-
cipio, de extraor.crim.& Cyn.in d.l.si quis non di-
cā.in 6.oppo. & in sua distinctione. Et idem dicit
Bal.ibi in sua oppositione, dū dicit, ꝙ si peruenit ad
actū remotū, vt osculū, mitius punitur. allegat dictā
gl. & Iac.But.ita tenere, hæc opinio fundat ex texti
d.l.1.ff.de extraor.cri.ibi, & sic effectus sceleris poti
ri non posiit propter voluntatem perniciosæ libidi
nis extra ordinem punitur. qui tex.intelligitur secū
dum gl.in eo qui peruenit ad colloquia, & oscula, si
ue balia. Et probatur ratione euidenti illa secunda
6 opinio: † nam de iure stuprum cōsummatum sine
violentia non punitur pœna mortis, sed alia pœna,
vt in §.lege Iulia. Instit. de public.iudi. Sed per stu-
prum attentatum, & non consumatum, sed solum
peruentum est ad osculum, & amplexum cōtra vir-
ginem inhitam & acclamantem, nō maculatur vir-
ginitas corporis, neq; mētis, ergo mitius arbitrariè
debet puniri, nō ad mortē naturalē: quia illa gl. in §.
summa. quę dicit, ꝙ iudex in arbitrarijs potest puni
re vsq; ad mortem, est cōiter reprobata per doct.
& contra illam gl.tenet gl. in c.inquisitionis: de ac-
cus.& Ant.de But.in c.de causis, de offi.deleg & Bal.
7 in l.quicunque, de ser.fug. † Et in illa opinione ꝙ
in osculo prædicto sit pęna arbitraria, vt̄ esse Sal.
in l.is qui cū telo.C.de sicarijs, in sua dist.dū allegat
l.1.de extraord.crimi.& Raphael Cuma: consuluit
ꝙ si virgo non est corrupta, licèt eā violenter pro-
strauerit in terrā, vt eā cognosceret, carnaliter, ꝙ nō
fecit quia non potuit, non venit puniendus pœna
mortis.& dicit Sal.in d.l.is qui cū telo, ꝙ ipse audi-
uit Bal. dicentem, qñ legebat d.l.si quis non dicam
rapere. ꝙ vbi per legē punitur affectus, ac si fuisset
8 consummatus, † iudex potest ex potestate concessa
sibi à lege, mitigare pœnam, si vult, sed non necessi
tatur, tñ in casu de quo quæritur non reperitur à
iure certa pœna statuta: vt dicit gl.in d.l.1.ff.de ex-
traor.cri. Itē quia dixit idem Bal.in l.2.in 2.opp.C.
de ser.fug. ꝙ mitius dēt puniri iste affectus, quàm
delictū cōsummatū, & de ista materia plenè p Host.
in summa de pęnis §.quibus.& per Arc.17.q.1.si er
go.& p And.de Iser.in cap.1.§.si voluerit, de c. qui
curiā vendidit, & per Fel. in cap.1.de præsumpt. &
in

in remissionibus Alex. in d.l. 1. de extraordi. crimi.
9 † Fuerunt Domini in voto, & ego cum eis, quòd
iste propter dictum osculum cum amplexu contra
voluntatem mulieris acclamantis in strata publica,
puniatur ad pœnam relegationis à dicta ciuitate Sar
ni, vbi fuit factum dictum osculum per 30. miliaria
& ad pœnam pecuniariam moderandam secundùm
eius diuitias, & paupertatem, & sic rescripsimus
præfatæ Regiæ maiestati.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXXVI.

1 *Quando quis osculatur virginem maturam viro contra eius voluntatem extra ciuitatẽ Neap. quòd veniat puniendus pœna exilij & pecuniaria, & sic quis pro vno delicto potest duplici pœna puniri exilij & pecuniaria.*

2 *Qualiter puniatur, qui osculatur virginem intus ciuitatem Neap. quòd pœna mortis per cap. regni. & an hodie dicta pœna extendatur ad casalia.*

3 *An quando est conuentum de faciendo matrimonium, postea matrimonio secuto quis puniatur osculando, & quid quando inter raptam & raptorem, an prædictæ militent, si fortè etiam dicatur causa faciendi matrimonium raptus factus.*

4 *Capitula iuris canonici loquentia de raptoribus an militent in terris imperij, & iste debeat mori, ita vel ne.*

5 *Quando mulier ab alijs fuisset prius cognita, an hæc militent.*

6 *Corrumpens virginem in domo patris, etiam quòd eam non ducat de loca ad locum, quòd punitur pœna raptus.*

7 *Propter osculum luxuriosum quòd puniatur mulier pœna adulterij.*

8 *Pœna arbitraria quousque extendatur.*

EST conclusio in presenti decis. quod si quis osculatur virgi
nem iam maturã viro contra suam voluntatẽ, quòd ve-
niat puniendus pœna extraordinaria arbitraria, quæ mox
fuit declarata exilij, & pecuniaria simul, quod videtur nota-
bile, quatenus velit, quem posse puniri pœna exilij, & sic
1 corporali, † & pecuniaria simul, cum quo videtur conueni-
re Cardi. in Cle. 2. de hære. §. 1. qui ait, quòd quando vna pę
na non est sufficiens, infligitur cum alia, habetur & de pre-
dictis per Alexan. in l. sepulchri. ff. de sepu. vio. in fi. post Bart.
quę videntur facere pro dominis, qui solent in sententijs si
mul pœna corporali, & pecuniaria mulctare, & punire de-
linquentes, quæ omnia dicta, quòd quis osculans virginem
plenam nubilibus annis puniatur ista pœna, intelliguntur
procedere de iure communi, secus intus ciuitatem Neap.
2 † in qua si quis fuerit osculatus aliquam mulierẽ per c. re-
gni quod incipit. Robertus punitur pœna mortis. refert hęc,
& sequitur Gram. in consi. sun crimi. 48. & concludit ista nõ
procedere, nisi solum in ipsa ciuitate, & non extendi, seu
ampliari in casalibus, quod hodie est secus, nam per totum
regnum, & quamlibet partem ipsius per nouellam pragma-
ticam editam sub die 9. Martij 1562. cuius est initium consi
derato. in qua consi. Gram. ipse plus voluit, talem osculan-
tem mulierem de eius voluntate, cum qua ante fuerat con
uentum de matrimonio contrahendo, & matrimonio inde
maxime secuto nulla pœna de iure puniri debere, sicut di-
cimus secundum eum in raptore mulieris, cum quo simili-
ter ante fuerat conuentum de matrimonio contrahendo,
3 & hoc per D. Abb. † in c. cum causam. extra. de rapto. ego
autem in prædictis puto animaduertendum, quia aut ante
raptum fuerat conuentum de ipso matrimonio perficiendo
& probaretur, quod raptus ipse fuisset factus causa matrimonij
complendi, vel iurarent ambo ante raptum matrimonium
contraxisse, secundum quod soluit pulchre Io. de Pla. in §. itẽ lex Iul.
in Instit. de pub. ind. quem refert, & sequitur Cass. in cõsue.
Burg. des iustices, Rub. 1. nu. 40. fol. 16. & tunc potest proce-
dere d. Ab. supra citatum, & ample ista fuit secutus et Cor.
in cons. 80. placet mihi. 2. vol. Hyppo. in repe. l. vnicæ, de rap.
virgi. nu. 69. sin vero nullum matrimoniũ antea præcessit, ne
que tractatus, neque ambo iurant ante matrimonium con-
traxisse, secundum saltem opin. Io. de Plat. & aliorum vt su-
pra, sed tamen inter ipsos raptorem, & raptam fit matrimoniũ
post raptum ipsum, & tunc sunt scribentium opiniones, an
isti debeant puniri, & And. de Iser. in consti. regni siquis non
dicam rapere, affirmat hos decapitandos, nã licet iu. cano. in
ter raptam, & raptorẽ admittatur matrimonium, prout habe
tur in toto tit. de rapto. & maxime in c. fi. tamen secundum
eum non propterea aufertur pœna iuris ciuilis, quam opinionẽ
vr sequi et Abba. in d. c. cum causam. dum inquit, si ante pre
ces sit tractatum de matrimonio, raptores non puniri, qui
4 plus voluit in c. 2. de adul. quod dicta capitula † loquentia de ra
pto. non seruentur in terris etiam amplexus Cepol. in con
si. 57. super querela. in crimi. Barba. in consilio. vlti. in 2. vol.
maxime si à principio interuenisset aliqua vis. cõtrariam tñ
opinionem secuti fuerunt Ioan. de Anna. & Cald. in dicto
c. fi. de rapto. dicentes ad quid permitti de iure can. matri-
monium inter raptum, & raptorẽ, contra tex. l. primæ. C. de
rapto. virgi. si continuo contracto matrimonio ipso ipsi con
trahentes deberent mori, quam opinionem de iure æquio-
rem, & veriorem puto, pro qua vr facere c. primum, & secun
dum, de adulte. in quibus habetur, quod tunc demum punitur
stuprans, quando renuit facere matrimonium inter ipsum,
5 & stupratam, de cuius intellectu † latius declarat Parisius
in cons. 160. difficultas 4. vol. qui limitat inter aliam, quan-
do mulier ab alijs fuisset cognita, sed cum in prædictis aga-
tur de matrimonio videretur standum decisioni iuris cano
nici. c. cum simi. de cland. de spon. notat And in const. regni
sancimus. de matri. cõtrah. Affl. vero in d. consti. regni si qs
non dicam rapere, in hoc arti. distinguit inter nobiles & po
pulares, nam in primo casu deberet obseruari opinio And.
in secundo verò minime, quia de volũtate cognatorũ & oium
fieret matrimoniũ ipsum, quæ distinctio meo pauco iudicio
verbis potius, quam negotio videtur deseruire, propterea durũ
videtur in praxi posse obtineri contra opinionem And. pro
qua videntur facere citata per Rec. in cons. Decij 163. in cau
sa matrimoniali, dicentem, si iste raptor non puniretur, ma
ximum inconueniens sequi, quod vnusquisque per raptum ma
trimonia adipisceretur, & faceret ex omnibus pulchrioribus
mulieribus & eis visis, quas elegerit, vt vtar verbis Gene. c.
6. & sic daretur materia delinquendi, quod esse non debet
argu. tex. l. nec quasi. ff. de rei vendi. quem ad hoc propositũ
citat And. in c. 1. §. si dominus, colum. 2. nume. 10. in ver.
quod in odium, de mili. vas. qui contumax est. hodie sacrum
Cõcilium Trid. videtur refellere hęc matrimonia, nisi tan
do vt ibi per ipsum sacrum Concilium in sessi. 24. sentit
etiam Cæpo. in d. consi. 57. ad quę faciunt tex. regula: non
est singulis. & quod ibi per Decium. ff. de re. iur. & certe ego
semper audiui hos raptores puniri, non obstante quòd di-
cant semper ad euitandũ pęnã velle matrimonia perfice-
re quæ nota. nam & secundum ipsa putarem intelligenda
disposita in d. nouella pragmatica scilicet, quod tunc quis
puniatur pœna imposita in eadem, quando ante non fuisset
conuentum de matrimonio faciendo, seu matrimoniũ nõ
fuisset ante factum, quòd tunc osculans contra voluntatem
mulieris pœna mortis puniatur. vt dicit pragmatica ipsa per
superius allegata, verum in prædictis nota verum, si est verũ
6 † secundum Rec. in consi. Alex. 1. volum. 3. quod quando
quis corrumpit virginem in domo patris, etiam quod ipsam
non ducat de loco ad locum, quod punitur pœna raptus,
7 & de osculo luxurioso † quod puniatur mulier ac si com-
8 misisset adulterium. Decius † in rubrica de iudicijs, colu.
2. silua nupt. lib. 4. nume. 77. fol. 138. & de intelligentia glo.
§. in summa, in insti. de iniu. vltra adducta per siluam nupt.
fol. 124. declarat Cassa. in consue. Burg. fol. 44. & de effe-
9 ctu non secuto † quòd non ita punitur, ac si fuisset factum
sunt notæ supra in decisio. 21. notat etiam amplè Gratus in
consi. 38. in 2. volum. 4. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCLXXVII.

De re allodiali, quæ legitimè non probatur feudalis.

SVMMARIVM.

1 *Testes de auditu & fama publica deponentes super feudali fundo, an probent fundum esse feudalem.*
Dominium rerum antiquum in factis antiquis qualiter probetur.
2 *Fama in factis antiquis multùm operatur.*
Opinio generalis ĩ factis antiquis, an habēda pro veritate.
3 *Testes deponentes de auditu auditus, an probent.*
Factum antiquum de quo tempore dicatur.
4 *Testes causam suæ scientiæ non reddentes non probant.*
5 *Feudum fuisse feudalem, qualiter testes probent.*
6 *Possessio antiqua præsumitur habere iustitiam permanentem.*
7 *Libera omnis res præsumitur, nisi contrarium probetur.*

1 AN testes † deponentes de auditu & fama publica, a ꝙ talis fundus erat feudalis, & de feudo
de Limlnutuli, probent fundum illum esse feudalẽ?
Et videtur, ꝙ sic: quia dicit Bal. quòd in factis antiquis dominium rerum mobilium probatur per indicia & famam; in l. cum super vernis. C. de rei vend.
& idem Bal. in l. indicia. eo. ti. in 2. col. dicit, quòd testes de auditu, quòd erat publica vox & fama, probant iustissimã credulitatem tituli, & dicit Bald. in
2 auth. quas actiones. C. de sa. san. ecc. † quòd in factis antiquis multum operatur famã, alleg. Inn. in c. veniens, de ver. sig. Idem dicit Ang. in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. & dicit Bal. in l. conenticula. 7. col. versi. ex his ẽt infero &c. C. de epis. & cler. ꝙ in factis multum antiquis opinio generalis hr̃ pro veritate, nec est necessaria alia probatio, dum tñ talis opinio sit vniformis apud oẽs, nec de ea sit contradictio apud peritos, aliàs non posset
3 probari, ꝙ Cæsar fuisset Imper. † Et sic in factis antiquis testes deponentes de auditu auditus probãt, vt dicit do. Ant. de But. in c. licèt ex quadã. de testi. & no. in l. si arbiter. ff. de prob. & Bar. in l. summa. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arc. & dr̃ factũ antiquũ, qñ excedit tempus centum anno. secundum veram opin. Inno. in c. veniens. lo j. de testi. & ibi per Ant. de But. & in c. illud. de præscrip. & in Spec. de prob. §. t. In contrarium fuit decisum per totum consilium, ſ ꝙ per testes de auditu, & per testes deponentes de fama, ꝙ talis res erat feudalis, non probatur
4 fuisse feudalẽ; † eo quia non reddunt causam scientiæ ad probandum, ꝙ dictus fundus fuit feudalis: iõ non probant, per l. solam; C. de testib. & in c. cũ causam, quæ inter Archiepiscopum. eo. ti. Etiam ꝙ non sint interrogati de causa scientiæ, hoc in proprijs terminis voluit Alex. in 1. vol. consi. 139. incip. viso & examinato processu. vbi dicit, ꝙ ad pro-
b bandũ, ꝙ res est feudalis, [b] non sufficit probare per testes, quòd res illa est feudalis, nisi dicant rõnẽ concludentẽ, vt quia fuerunt præsentes in inuestitura facta de dicta re vt feudali per traditionẽ annuli vel birreti: vel quia viderunt talẽ possidere rẽ illã vt feudũ, & tanq̃ vasallum, & ꝙ præstitit seruitiũ pro feudo dño directo illius feudi, iuxta nota. in c. 1. de
5 noua forma fideli. † vel dicant testes, quia vidimus & legimus registra bonorũ feudalium, in quo registro bonorum feudalium erat scriptus dictus fundus, vt dicit And. in c. 1. in addit. ex quib. cau. feu. amit. vel dicant, quòd vt feudum talis fundus tentus & possessus fuit per 30. annos, vt dicit And. in c. 1. de contr. feudi apud pares terminanda, aliàs per solã famã, & per testes de auditu sine redditione causæ scientiæ non probatur, ꝙ res est feudalis, vbi pos
6 sessa fuit vt burgensatica per ann. 30. & vltrà, † quia possessio antiqua præsumitur habere iustitiã permanentem, secundùm Cyn. in l. si solennib. de fideiu. secundùm Bal. in c. 1. §. cum aũt, de contr. inuest. Item talis possessio habet pro se iuris præsumptionem, ꝙ sit burgensatica & non feudalis, vt dicit Bal. in c. 1. in prin. pen. col. de contro. inuesti. vbi dixit, ꝙ omnis res præsumitur libera, nisi probetur seruitutem habere, l. altius. C. de serui. cum concor. ibi alle-gatis per eũ. Idem dicit Bal. in l. libertas. ff. de sta.
7 hom. † quòd libertas præsumitur, nisi contrarium probetur, & fidelitas, & iuramentum fidelitatis est quædam seruitus, vt dicit glo. in l. si cuius. §. 1. ff. de vsufru. Sic feudũ est seruitus, vt no. doc. in c. 2. si de feu. fue. contr. & dicit Io. An. in c. nimis. de iureiu. quòd res non præsumitur feudalis, sed burgensatica. & ibi concordantiæ. & in cons. Alex. 129. incip. ponderatis his. in 1. vol. Et sic fuit super isto dubio pronunciatum per sacrum Consilium contra quendam nobilem per diffinitiuam sententiam.

ADDITIO.

a *Fama publica.*] Vide supra in deci. 267.
b *Feudalis.*] Quomodo debeant deponere testes vt probent rem esse feudalem. Et adde ꝙ nõ sufficit deponere esse feudalem nisi assignata causa: vide j. in dec. 361. in 3. ch. Th. Gr.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXXVII.

1 *Per testes, & famam in antiquis an probetur bona esse feudalia, vel oporteat habere testes, qui interfuerunt inuestituræ, & præstari seruitium tanquam de bonis feudalibus.*
2 *Per famam in antiquis an probetur dominium, & fama qualiter probatur.*
3 *Per inuestituram verbalem an fiat probatio, bona esse feudalia.*
4 *Res in dubio libera præsumitur & non feudalis, seu redditiua, vnde si aliquis stetisset per temporis spatium, de quo non esset hominum memoria in contrarium in non soluendo functiones fiscales, an præscribat libertatem.*

1 ADde, ꝙ licèt noster Affl. hic concludat, per testes & famã non probari etiam † in antiquis bona feudalia, nisi deponant de inuestitura, ꝙ ipsi interfuerunt, & viderunt præstari seruitium personale, vt de re feudali, ex cons. Alc. 136. 1. vol. Aduerte rogo: nã idem Alex. in cons. 15. visis narratis. 2. vol. eo. t. voluit contrarium per famã, cõemq; opin. in antiquis. s. qñ testes deponunt spatio 100. ann. rem habitam pro feudali à prædecessoribus aliquorũ, probari rẽ esse feudalem. Idem qñ fuissent verba enunciatiua in instrumento antiquo, quod consiliũ refert & sequitur Dec. in cons. 269. consultus. in ver. & prædicta, & Alciatus in regula secunda, præsumpt. 3. num. 2. fol. 221. ad quæ conueniunt quæ not. Innocen. & omnes in d. c. veniens, Ias. in l. ad inoocendi, de iureiu,

relu.col.30.plenè Aym.in tract.de antiq. tem.io prin.nu.3. vbi ampliat hæc procedere etiam si ageretur de re maximi
a præiudi.& ita procedere gl.in l.at qui natura.§ qui † me absente.ff.de nego.gestis.l.proprietatis.C.de prob.volens dominium per famam probari,quod secus, si non fuissemus in antiquis, quia tunc fama non sufficeret. Decius in c. 1. de appellatio. Plenius per eundem Aym. in d.tract.1.p.fo.74. Quæ ego intelligerem,si tu etiam mecum conuenias, quando fama ex antiquo fuisset probata, vt decet,quod est, qñ testis deponeret de causa scientiæ ét non interrogatus, & prædicta habuisse à personis fide dignis, cætera requisita inducerent,quæ sunt necessaria ad famæ probationẽ,quæ declarat Decius in d.c.1.de appel.& in cons. 37. in causa rigorosa,& 57.& pro tenui.per Gram.in consi.42.in cri.Aym.in cons.41.venerabilis, in prin.& sic prædicta videntur conuenire secundum allegata per Afflic. hic ex quo in casu huius dec.testes non deponebant de causa scientiæ, quo sciebant rem esse feudalem,& si de facto antiquo deponerẽt,propterea non fuit eis adhibita fides. sequitur hæc ét Parisius in cons.15.Alber.nu.2.& seq.1.vol. qui citat Affl. hic,vbi plus ex dictis aliorum vt velle, non probari per inuestituram uerbalem, † & ego hunc casum cum in ao. 1548. habuissem de
3 facto in sacro cons.inter quandã mag. Parsiam Gustam, & illos de Puderico referente D.Marino Frecia,nõ obstante, ꝙ dicti de Puderi. probassent per plures testes per famã & auditũ bona esse feudalia, de terra montis Falconis,ex quo de prædictis non demonstrabatur aliqua scriptura inuentarij bona ipsa fæudalia. Immo potius contrarium ex quodã inuentario antiquo dictæ terræ montis Falconis, vbi inueniebatur dicta bona allodialia,fuit determinatũ, bona ipsa tanquam allodialia debere restitui ipsi Persiæ, prout iam fuerunt restituta,actuarius fuit Ioannes Alfonsus de Capua. & insuper quatenus ét hic habeatur, per testes dicentes vidisse registrum, probari bona feudalia, Intelligas ét in terueniẽtib.his, de quibus fuit notatum s.in deci.174.dum fuit conclusum,ꝙ oportet,ꝙ sint testes periti, & vltra ꝙ res præ
4 sumatur † libera & non feudalis. Dec.in cons.85.& diligenter 1.col.Barba.in consi.50.1.vol.in 2.dub.cuius est initiũ. illud asseram, vbi etiam, qualiter probetur, aliquã rem esse emphi.ét alicuius ecclesię, sed latius per Aym.in consi.112. spe ctabilis. vbi in pulchro casu consuluit, ꝙ iuri collectarũ pręscribatur, quando per tempus non fuisset memoriã hominum in cõtrarium aliqua bona non soluissent collectas, & fuit casus ille in facto proprio ipsius D.Aym.qui etiam citat Affl.hic no.10.& modo etiam est de facto in regia camera summariæ casus iste cum illis de baronia Formiculæ & Cęsar Vrsi.

DECISIO. CCLXXVIII.

De restitutione pretij in rescissione contractus.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio feudi irrequisito domino est ipso iure nulla.*
2 *Hæres & defunctus vna & eadem est persona.*
2 *Pretium emptori bonæ fidei hęres tenetur restituere.*
Emptor sciens vitium rei caret re & pretio.
4 *Reuocatio alienationis rei feudalis sine retraditione non operatur.*
5 *Hæres irritans patris factum pretium quando debeat restituere?*
6 *Pretium redditur, vbi contractus rescinditur.*

PAter meus habens quandam terram ipsam pro suis necessitatibus,tanquam francam, liberã & exemptam ab omni obligatione, nexu & seruitute, publico instrumento mediante Titio & hæredibus vendidit, & promisit de euictione in cauta forma. hic emptor tenuit & possedit dictã terram tanquã burgensaticam per annos 30.cum titulo & bona fide. Demum post mortem patris venit ad notitiam mei,ꝙ dicta terra est de feudo,quod fuit patris mei. Et ego ago contra illum emptorem rei vendicatione,& probo,ꝙ illa terra fuit patria mei, ꝙ pr̃ meus de illa fuit inuestitus tanquã de re feudali, & quòd pro ea præstitit seruitium domino directo, & illa venditio fuit ipso iure nulla tanquam sine assensu dñi. Ille emptor opponit contra me hærodẽ patris mei exceptionẽ, quem de euictione tenet actio &c.

Item, quòd ipse emptor emit bona fide dictã terram tanquam burgensaticam, & vt burgensaticam tenuit per annos triginta.

Item quòd ego tanquam hæres patris teneor restituere pretium, ex quo fuit emptor bonæ fidei, prout nunc valet dicta terra.

1 † Quæritur modò, an ego vt hæres patris mei tenear restituere pretium.

Quidam dicebant,ꝙ non: quia postquàm cõstat terrã ipsam fuisse feudalem, alienatio sine assensu dñi fuit ipso iure nulla, per l. Imperialem.in ... de prohi.feu.ali.per Fede.cum concor.& ... constitutionem Regni, constitutionem diuæ memoriæ. ipse idem venditor põt contrauenire, ergo & eius
2 hæres: † quia vna & eadem persona est hæres & defunctus: vt in auth.de iureiu.à morien.præstito.in prin.& hr̃ in l.quia tale,ff.solu.matr.licèt aliàs vidi magnum doctorem dubitare, si dicta constitutio, quæ permittit reuocationem alienationis bonorũ feudalium sine assensu dñi Regis,ipsi eidem qui alienauit hne ius reuocandi permittat,si transit in filiã fœminã hæredem, quam qõnem ego examinaui in c.1.§.hoc quoq;.vlt. char. de successione feudi. sed posito sine præiudicio veritatis, ꝙ sic possum ego
3 vt hæres reuocare dictam alienationem. † Et quia scienter pater meus vendidit rem feudalem vt burgensaticam emptori ignoranti illam esse feudalem teneor restituere pretiũ emptori bonæ fidei, vt est gl.in d.l.Imperialem.in verbo,bonæ fidei.ĩn princ. & non solũ pretium, prout empta fuit: sed prout nunc valet ipsa terra,vt Bar in l.1.circa fi. ff. de euictio.& Pau.de Ca.in l.Titius.la j.ff.de actio. emp. & in l.venditores,ff.de verb.obl. Secus,qñ emptor sciuisset rem esse feudalem,& emit vt burgensaticã: quia carebit re & pretio: vt dicit glo.in d.l.Imperia-
4 lem.in verbo,bonæ fidei.& And.ibi. † & quidã doctor bonus Legista dicebat, ꝙ reuocatio alienationis rei feudalis est permissa per dictam constitutionem,si fiat cũ retraditione eius, quod accepit, aliàs vbi requiritur retraditio,non valet displicentiã animi sui sine traditione:vt voluit Bal.in l.si.pen.char. versi.item obstat d lex,ꝙ si nolit &c. C.de contrah. empt.accedant ad hoc not.per glo.in c.si à iudice, de appel.lib.6.& quod not.Alex.in l.si quis arbitratu,ff.de ver.obl.& sentit gl.in d.consti.constitutionem.super verbo,super feudis,ibi,& põt respondere quæ vult,ꝙ si alienatur feudum,ꝙ potest alienari cum Regio assensu. sed alienatur sine Regio assensu: si tamen filius maior natu adiuit hęreditatem patris,licèt dicta alienatio possit per eum infringi,tamen tenetur fratribus ad æstimationem &c.

Fuit ergo conclusum in cõsilio, ꝙ filiua & hæres patris si vult venire cõtra factũ pr̃is, prout poterat

pater contrauenire, tenetur emptori bonæ fidei re-
stituere pretium, prout nunc est, si est plus augmen
tatũ pretium, & emptor iste bonę fidei facit fructus
suos p not. in l. in fundo. & in l. sumptus. ff. de rei vẽ
di. & hoc pp ignorantiã ipsius emptoris, ementis il
lam terrã, vt burgensaticam, nesciens esse feudalem:
si. n. sciuisset feudalem esse nõ fecisset fructus suos,
vt bene cõcludit Lucas de Pen. in l. nulli. C. de fun-
6 dis patrimo. circa fi. lib. 6. † redditur. n. pretiũ, vbi
contractus rescinditur l. emptorem §. ibidem. ff. de
actio. empt. Et ideò dicit Bal. in l. si prædium. C. de
prædijs, vel alijs reb. minor. q qñ rescinditur cõtra-
ctus ratione solennitatis omissæ, debet restitui pre-
tium, secus qñ rescinditur ex defectu causæ, de quo
per Barto. in l. cùm hi §. cam. ff. de transactio.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXXVIII.

1 *In feudis rusticis consistentibus in annuis reditibus non habet locum reuocatio, iuxta formam consti. regni, nam consideratur de eis vt de re emphi. & transeunt ad extraneos hæredes.*

2 *Quado feuda etiam consistentia in annuis reditibus alienantis pro franchis, & dominus obtineat, an si emptor non potest pretium recuperare à venditore auto. lauda to, an saltem contra dominum feudum petentem sibi succurratur.*

3 *An si emptori scienti rem esse feudalem, sit promissa euictio de re feudalis vendita sine assensu, an agat ad euictionem promissam.*

4 *Emens scienter rem dotalem, an si ei sit promissa euictio, agat.*

HAbemus hic, q filius etiam, q sit hæres patris reuocat
alienationem de re feudali sine assensu factam, quæ
1 intelligas de feudis, in quibus præstatur seruitiũ † personale,
seu adhoa, secus in istis feudis rusticis non habentibus pro-
priam naturam feudorũ, cõsistentib. in terris, pro quibus an
nuatim soluitur annuus reditus, nã non habet locum reuo
catio virtute cõst. regni diuę memoriæ, & de istis cõsideratur
prout de rebus ęmp. prout affirmat hic noster autor in d.
consti. diuæ memoriæ, nu. 23. cũ seq. & fuit notatũ s. in deci.
229. 243. Immo plus, q feudalia transeunt ad quoscunque
hęredes etiã extraneos, & si expresse nõ fuisset actũ secũdũ
Alexan. l. etiam in vlti. col. in verbo fallit tamen in aliqui-
bus. ff. sol. matr. & voluit D. Marinus in suo opere de subfeu.
2 sed bene quando ista feuda alienantur † pro franchis, &
liberis scienter dño aperiuntur: vt fuit dictũ supra in decis.
245. & no. idẽ dominus Marinus in loco s. citato in 2. limi-
tatione d. consti. diuæ memoriæ. sed hæc q filius agat ad re
uocationẽ cõtra emptorẽ de re feudali; qa sine assensu dñi
fuit vẽdita, intelligas, nisi dñs directus ipse peteret deuolu-
tionẽ pp dictam alienationem factam pro franca, & libera:
nam tunc filius agere non posset, prout fuit notatum in d.
3 deci. 245. sed iuxta ista quæritur, an si dñs directus † ageret
ex hac cã contra emptorẽ, & obtineret, an si venditor autor
laudatus non posset soluere pretiũ emptori, an eidẽ contra
dñm petẽtẽ feudum deuolutũ ex cã prædicta: quia fuit alie
natũ pro frãcho, succurratur, ne emptor careat re, & pretio.
Cast. in consue. Bur. des fides, rubrica 3. in verbo en aliena-
tion. §. 8. nu. 49. fol. 135. subdubius tñ vi tenere q sic, & hoc
saltem ex claus. generali, si qua mihi &c. cum dñs ipse tra-
ctet de lucro, & hic de dam. quod fuisset notabile, si esset ve
rũ, sed tu intelligas, prout in præcedẽti quæstione, & ppea ite
rũ quæritur iuxta terminos istius deci. an si emptori scienti
rẽ esse feudalẽ promittat euictio p venditorem, ad eã agat
virtute pmissionis. And. q non in c. imperialẽ. §. imperator.
Lota. in prin. idem in c. 3. de feudo dato in vi. leg. cõmisso.
sed gl. in l. quemadmodũ. de agr. & cens. lib. 11. affirmat q sic,
arg. tex. l. si fundum sciens. C. de euic. sed idem Cast. in loco
s. adducto fol. 124. dicit cõtra ex dictis Ias. in l. nõ dubiũ. C.
de legi. qa annullato cõtractu principali cõstitutũ precariũ,
guarentigium, & oia corruunt, & sic ex istis põt considerari
qualiter põt succurri emptori contra dñm feudi ad pretium
qñ venditor non est soluendo, cum omnia sm eum sint nul
la, & emptor nullam actionem habeat sm opinionem Cast.
& ideo in presenti quæst. ego tenerem contrarium paucula
meo ingenio, q emptor, & si sciẽs rem esse feudalem, possit
agere contra venditorem, qui promisit de euictione, ad ip-
sum tñ sanè pretium, & vlt. gl. in d. l. quẽadmodũ tenet ibi
Io. de Pla. & Sal. in l. si. C. de litigio. & vt secutus Alexan. in
consi. 109. vol. 4. viso processu, in emente scienter rem dota-
4 lẽ † qui sibi cauit de euictione, quòd agere valeat, & si cõtra
legẽ fuerit facta emptio ipsius rei dotalis, quibus non obsta
rent, quòd annullato cõtractu principali, oia ruunt. nã ista
procedũt respectu dñi feudi, secus respectu, seu intuitu vẽdi
toris de fraude participantis, nã cum ipse promiserit de eui
3 ctione, obnoxius esse debet ad promissa. sentit hęc post alios
Curt. in trac. feu. in emptore bonæ fi. in tit. ex q. cau. feu. am.
nu. 120. 29. q. quod respectu venditoris promittẽtis euictio.
cõtractus non sit nullus, sed obseruet promissa per eum, ma
xime cum iuro fuisset facta promissio ipsa, quod dẽt seruar
i iuribus vul. sunt conco. de prædictis per Tiraq. in retra. cõ
sang. §. 22 gl. 1. in verbo transtulerunt. num. 12. fol. 166. in
parua, & vlt. impressio. qui istam q. cum concor. refert, quam
uis nil firmet. seu secundũ dictã meã opinionem breuiter,
vt supra recitatam, fuit iudicatum incidenter in sacro consi
lio in d. causa Comitis Marchonis cum illis de Circello, de
qua fuit facta mentio supra in decis. 255. &c. Tu verò lector
amantissime cum casus contigerit, & maius tempus vacat,
poteris super his funditus cogitare in videndo hunc Afflic.
in c. 1. §. sed si res, col. 8. per quos fiat inuest. qui tandem re-
fert secundum hanc opi. fuisse iudicatum in consi. idem in
consti. regni diuæ mem. num. 49. Qui tandem ét concludit
amissionem pretij non militaro de iure consti. regni hodie.
& sic video obseruari, quamuis aliter sentiat And. in d. §. im
perator Lotarius. pretium fisco applicari. Cęsar Vrsil.

DECISIO CCLXXIX.

De creditore ad certum tempus agente ante diem, vt adueniente termino sibi numeretur. Et de interesse propter solutionem tardatam.

SVMMARIVM.

1 *Creditor in diem an possit ante tempus agere, vt adueniente termino sibi soluatur.*

2 *Vsusfructus de sui natura non transit ad hæredes.*

3 *Tempus miserationis causa, quod dicatur.*

4 *Debitor creditore petente satisdare de soluendo adueniente die quando teneatur.*

5 *Actio ante diei aduentum ex obligatione in diem competit, & qualiter.*

PLuries per diuersos Cõsiliarios fuit dubitatum.
1 † Vtrũ creditor ad diem certã possit agere ante
tẽpus vt adueniente die sibi soluatur, & interim for
metur processus. Dubium facit tex. in §. plus. In-
stitu. de actio. vbi dicitur, quod qui præmaturè pe
tit, plus petere videtur, & per consequens compe-
tit exceptio, quod agere non potest ante tempus,
vt in §. temporales. Institu. de exceptionibus. Sed
Barto. in l. ita stipulatus. in 2. quæstione. ff. de ver-
bo. obli. distinguit, quandoque dies in obligatio-
ne est appositus ab homine; interdum à lege. Primo

casu, si in obligatione est deductum aliquid quod
2 non transit de sui natura ad hæredes, † vt est vsusfructus, tunc ante diē nō nascitur nec obligatio, & nec actio: vt in leg. 1. circa fi. ff. quando dies vsusfr. legati cedit. Si verò est in obliga. deductum aliquid, quod de sui natura transit ad hæredes, & tunc statim cōmittitur stipulatio quoad obligationem, & actionem, vt in l. cedere diem ff. de verbo. signifi. & in d. l. 1. in fi. & ff. manda. l. qui mandatum. Secūdo casu, quando tempus appositum est à lege, & tunc aut tempus istud legale intelligitur ex natura contractus, vel rei & tunc statim est nata obligatio, & non actio, vt est videre exemplum in l. si tutor rei-
3 publicæ. § fi. ff. de tute. & ratio distra. † Aut tempus legale appositum est propter aliquod extrinsecum accidens, vt in actione de dote sol. mat. vbi datur tēpus anni ad soluendum dotē: vt in l. vnica § exactio. de rei vxo. actio. & istud dr̄ tempus miserationis causa, & isto casu potest agi ante diē, vt soluatur tpe, vt latius prosequitur Bar. in d. l. ita stipulatus. in 1. & 2. q. Sed idē Bar. in l. cū qui ita. §. qui ita. ff. eo. ti. de ver. obl. dicit, q debitor ante diē pōt conueniri, sed obstat excep. & si non opponitur, dēt sequi cōdēnatio vt soluat in tpe debito, quia dilatio fuit data ad differēdā solutionē, de quo latius ibi per cū, & hoc ēt tenet Inn. in c. pastoralis. de excep. & Ant. de But. in c. 1. de plus peti. & Alex. in 1. vol. cons. 95. inci. in causa, & lite. & in 4. vol. consi. 2. in 5. col. & in 5. volu.
4 consi. 133. in 3. col. † sed aduertendum est, q Alex. post Ang. & alios in l. si constante, §. quoties. ff. sol. mat. ponunt conclusionē istam, videlicet, q qn̄ à lege concessa est dilatio debitori, tenetur debitor creditore petente satisdare de soluendo aduenięte die, & hoc in dilatione concessa à lege miserationis cā. Sed Cy. in l. 1. C. vt i poss. leg. & in l. vniuersa, C. de preci. Imper. offe. & Bal. i d. §. quoties. tenet indistinctē, q debitor habens dilationem legalē ad soluēdū tenetur satisdare de soluendo aduenientе die. Secus est in debitore ad diē ex cōuentione legali: vt dicit Cyn. in d. l. vniuersa. & Alexan. in d. §. quoties. & vt omne cesset obstaculum, dicit Neapolitanus in cōsue. Neapo. quæ incipit, viro mortuo. in verbo, dari: Tutius est agere ad interponendam cautionem de soluendo adueniente die, per l. in omnibus bonæ fi-
5 dei. ff. de iu. & ff. de actio. & obli. l. is cui. † Et de ista materia nunquid ex obligatione in diem ante diei aduentum competat actio. Cy. in l. 1. C. vt actiones ab hæredibus, & cōtra hæredes, inducit 17. argumēta, q ante diē est nata actio. & 13. argumenta in contrariū, q non sit nata actio ante diem, & r̄ndet argumentis in contrarium, vt ibi latius per eum. Fuit in consilio conclusum, q qn̄ dilatio data est à lege ad soluendū, prout est in dote, vt in l. vnica §. exactio. creditor potest agere ante diem, vt adueniente die condemnetur ad soluendum dictam dotem. Et pro hac decisione bene facit id quod dicit Neap. in loco præallegato, quia si potest quis agere ante tempus, vt caueatur sibi de soluendo aduenięte tempore, vt suprà dictum est, ergo vt soluatur tempore aduenięte, & omnia illa iura, quæ dicunt, q ante tempus nō potest agi, intelliguntur, vt tunc soluatur. Sed bene potest agi ante tempus, vt adueniente tempore soluat, & ita pluries vidi fuisse practicatum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXXIX.

1 *An in omnibus contractibus non solum in instrumento dotis possit agi ante tempus, vt adueniente tempore soluatur.*
2 *In annuis redditib. an possis agi pro præterito, & inde in futurum singulis annis, & de modo procedendi in dicto iudicio, declaratur hic.*

EST conclusio, q qn̄ dilatio est data à lege, vt qn̄ sumus in dote, iuxta tex. l. vnicæ. §. exactio. C. de rei vxo. actio. quod potest agi ante tempus, vt adueniente tempore soluatur. s. sibi caueatur de soluendo, & non vt tunc soluat, seu soluere debeat, conuenit Cagno. qui citat Afflic. hic in regula in omnibus. ff. de reg. iu. aduerte obsecro, quia si ista ratio est vera, cum supra in dec. 108. sit conclusum, q in omnib. contractib. tam bonæfidei, quàm stricti iuris, si est iusta causa maximè cautionis præstandæ credendum sit, quod firmat Alex. in l. si finita. §. eleganter, circa finē, qui ēt firmare videtur, q cum instrō guarentigio dicta cautio danda sit. ff. de dam. inf. sequit̄ igitur, q in omnibus debitoribus ad tempus possit agi ante, non vt debitum quis consequatur, sed tn̄ vt adueniente tpe fiat solutio. Quę videtur sentire ēt Ias. post Alc. in l. pecuniam. si cer. pe. col. ylt. in ver. §. limita. vbi ēt ait, illud quod habetur, q non possit agi ante tempus, vt adueniente tpe soluatur, limitat contra debitorem, qui habet tēpus indultum cā miserationis, & in fisco, vt ibi ēt per Iacobinum, & sic debent induciæ duplicari. Cuman cons. 146. col. fi. Alex. in cons. 83. num. 4. vol. 6. & pro istis facit gl. in l. non quemadmodum. ff. de iudicijs. vbi etiam Iacobi. & in l. 1. & ibi Ias. in fine. C. de fideicom. & Io. Faber in insti. de acti. in §. præiudiciales. col. antepen. q in annuis re-
2 ditibus possum agere † vt mihi soluas de præsenti, quod mihi debetur de præterito, nec non q singulis annis debetur in futurum r̄ndere habeas. Rom. in cons. & hic meus Afflic. in consti. regni autoritatē, nu. 3. lib. 1. qui etiā concludunt hoc casu facta condemnatione non fore necessariū, me singulis annis venire cum libello, sed tn̄ implorare officiū iudicis pro executione illius, iuxta tex. l. Item veniunt. §. idē recte. ff. de peti. hæredit. cum alijs not. infrà in deci. 346. & sic ad illud, quod debetur in futurum, fit condemnatio vt adueniente tpe fiat solutio, & quamuis dicta petitio, de iure non procedat, nisi aliquid de præterito debeatur, tamē aliqua ratio diuersitatis reddi non potest respectu illius qđ debetur in futurū, ex his non videtur obstare cons. Alex. 95. in causa, & lite vertente 1. volum. & notata per eundem in dicto §. eleganter, quod non possum petere declarari mihi actionem competere ante tempus, quia ideò illud est, quia quando petit actionem competere declarari, tantum est dicere, quantum petere condemnationem fieri ante tempus, quod fieri non potest, vt ibi ipse concludit, & hic, ne quo casu debent induciæ duplicari, prout ait, ipse in d. loco. sequitur Soc. cons. 134. viša petitione, in verbo postremo, nu. 3. circa finem, 1. vol. & propterea ex his vr posse concludi, q in omni casu agi possit in debito ad tempus ante, non vt soluatur, sed quod veniente die sine tempore fiat solutio modo, tamen quo supra. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCLXXX.

De contractu conditionali non resoluto ab emptoribus post diem conuentum.

SVMMARIVM.

1 *Emptori an liceat recedere à contractu, venditore in tempore non satisfaciente, maximè in rebus pondere, numero, vel mensura consistentibus.*
2 *Venditio ad mensuram ante mensurationē est imperfecta.*
3 *Venditio conditionalis dicitur perfecta.*

4 *Venditio*

4 *Venditio quot modis perfecta dicatur.*
5 *Intellectus ad l. quod sæpe. §. in his. ff. de cōtrah. em. & vē.*
6 *Pœnitentia in contractibus bonæfidei quando locum habeat. 10.*
7 *Venditor in mora tradendi constitutus an teneatur ad interesse emptori contingens post moram.*
8 *Mutatio monetę moroso est nociua.*
9 *Consuetudinibus duabus probatis, cui illarum standum.*

QVondam Ioannes de Lando vendidit Rayne-
rio de Stephano, & Bartholomæo Vespulo li-
bras mille argenti viui, & libras centum solimati ꝑ
pretio ducatorum centum quinquagiuta de mone-
ta, quæ tūc tpis currebat, quo tpe currebant cinqui
næ ad cōnē quatuor pro quolibet carleno, & d. ven
ditor promisit tradere, & consignare dictas merces
per totū mensem Nouembris; 1496. in dohana, &
fundico Regio ciuitatis Neapolis. Quo termino ad
ueniente dictus Ioannes venditor non in dicto fun
dico dictas merces. Illi emptores protestati sunt, ꝙ
ex quo dictus venditor rem venditam non tradidit
ꝙ ipsi recedunt à dicto contractu. Post hęc dictus
venditor certā quantitatē argēti viui, & solimati po
suit in Regia dohana, vt consignetur dictis emptori
bus, & post paucos dies dictus vēditor mortuus fuit
superstitib. sibi eius filijs & hęredib. Qui filij, & hę-
redes conuenire fecerunt in magna curia Vicariæ
dictos emptores, vt soluant dictis hæredibus dictū
pretium, quia argentum viuum, & solimatum para
tū est traditioni, & consignationi, ex quo stat in do
hana Regia. Et citatis ipsis emptoribus, & seruatis,
seruandis lata fuit sñia per magnam curiā Vicariæ,
per quā condemnati fuerunt emptores, ꝙ debeant
recipere d. merces, & soluere d. precium ducatorum
cētum quinquaginta, ab ista sñia est appellatum ad
sacrum Consilium, & in eo concluso processu, &
auditis aduocatis fuit dubitatum de duobus.

1 † Et primò, vtrū in contractu venditionis rerum
consistentiū in numero, vel pondere, vel mensura, q̄
certa die debent consignari emptori, & non consi-
gnantur, si licet emptori discedere à dicto cōtractu
& obligatione. Et ꝙ liceat emptoribus dictarū mer
cium, quæ debebant ponderari, & tradi certa die, di
scedere à d. cōtractu: quia d. vēditor fuit in mora tra
dendi & mensurandi in die conuenta allegat gl. in l.
2. C. de periculo, & cōmodo rei venditæ. vbi dicit,
ꝙ si res vendita non mensuretur, vel ponderet, nec
tradatur, & sit in mora venditor, talis contractus di
citur cōditionalis, si mēsuretur: vt in l. quod sæpe, §.
in his. ff. de contrahen. empt. & istū textum ēt alleg.
D. Franciscus de Are. in consi. 11. & Bald. in l. sicut
C. de actio. empt. & Bar. in l. Iulianus. §. si Titius
ff. eo. titu. & ante mensurationem vel ponderatio-
nem contractus est imperfectus, quantū ad pericu
lum, & obligationem. licet Irnerius glossator dixe-
rit, ꝙ est imperfectus quantū ad periculū, non quā
tum ad obligationem. Et opi. gl. secutus fuit Bart. in
2 cons. 74. inci. viso instro. † vbi dicit, ꝙ vēditio, quę
fit ad mensurā antequam mensuretur, non est perfe
cta venditio, vt d. l. quod sępe. §. in his. & idem dicit
in consi. 121. inci. in quæstione domini Cioli.
Secundò ad idem adducitur id, quod dixit Io. de
Imo. in l. si ita quis. §. Scia. ff. de verbo. oblig. vbi di-
cit, ꝙ ille tex. vr̄ velle, ꝙ eo ipso, ꝙ pactum fuit fa-
ctum, ꝙ pretium deberet restitui infra certum tps,
& tunc restitui res, vr̄ tacitè agi, ꝙ post tps non te-
neatur reddere rē, licèt pretiū reddatur, vt ibi ꝑ eū.
Tertiò, pro hoc allegatur tex. in l. si quis fundū.
ff. de contrahen. emp. vbi dicit, ꝙ si venditur fundus
pro eo pretio, prout defunctus emit, & defunctus
nō emit, sed fuit donatus sibi: ideo quia venditio vr̄
facta sub condōne, & conditio deficit, ergo vēditio
nulla. Sic in proposito facta fuit venditio, si merces
dicto die ponderentur, & tradantur, non est facta
traditio, nec ponderatio, volentibus emptoribus est
resolutus dictus contractus, & hoc est, quod dicit
Pau. de Cast. in l. 1. C. de pericul. & cōmo. rei vendi.
3 † ꝙ qñ contractus est condōnalis, & pēdet condō, si
cōditio deficiat, venditio hr̄ pro non facta, & ꝑ con
sequens licet dictis emptoribus recedere à dicto cō
tractu. In contrarium dicitur, ꝙ venditio conditio-
nalis dr̄ perfecta, ita, ꝙ ab ea non licèt vni parti di-
scedere. hoc firmat gl. in l. necessario. §. ꝙ si pēdēte.
in versi. si ita res. ff. de pericu. & com. rei venditæ. &
tenet glo. in l. 1. C. de pericu. & com. rei vendi. & gl.
Insti. de emptio. & vendi. in princ. Et tenet Host. in
summa de emptio. & vendi. §. 2. in fi. Et pro hoc vi-
detur tex. in l. si quis vina. ff. de peric. & com. rei ven
ditæ, vbi re vendita ad pōdus vel mensuram ad cer-
tam diem, si venditor nō tradat, nō est resolutus cō-
tractus, sed tenetur ad omne interesse: prout dicit l.
1. ff. de act. emp. & illā glo. in l. 2. C. de peric. & com.
rei vendi. non tenet ibi Saly. cuius opinio. sequitur
Alex. in d. l. quod sæpe, §. in his. Et pro intelligentia
cefero verba Bald. & Saly. in l. 2. C. quando liceat ab
4 empti. disced. † vbi dicunt, quòd venditio potest di
ci perfecta altero de tribus modis.
Primò dicitur perfecta, quando conuentum est
inter partes de rei pretio, & consensu etiā, ꝙ sit ista
venditio conditionalis, & vni partium non licet re-
cedere ab isto contractu l. 1. & 2. C. qñ licet ab em-
ptio. disce. Secundò modo dr̄ perfecta venditio quò
ad periculum: & ista dr̄ perfectio obligatiua. Tertiò
modo dicitur perfecta venditio, qñ res tradita est;
ut ff. de actio. emp. l. si quis rem alienam. & istas tres
perfectiones originaliter posuit glo. in l. 1. C. de pe-
ri. & com. rei. vendi. & gl. Insti de empt. & vendi. in
prin. qñ iurisconsultus in l. ꝙ sæpe. §. in his. dicit vē
ditionem factam de re consistente in pōdere, nume
ro, vel mensura, esse conditionalem, & imperfe-
5 ctam, intelligitur quantum ad periculum, ut sit
periculum venditoris, quod non est sic, quando
vēditio fit purè, quia periculū est emptoris; vt in d.
l. necessario. & hoc vult gl. in d. § in his. in verbo, ꝑ-
fecta venditio exponit glo. quantum ad periculum,
& hoc voluit Pau. Cast. in l. sicut C. de acti. emp. vbi
dicit, & not. legem. quam puto, quod habeat locum,
etiam cum venditio fuit facta ad mensuram, & men
suratio adhuc non fuit facta. licet enim venditio
nō videatur perfecta quātum ad hoc, vt periculum
interitus vel deteriorationis vini pertineat ad em-
ptorem, quantum tamen ad augmentum, vel di-
minutionem pretij censetur perfecta, vt sic si pre-
tium posteà diminuatur, nihilominus emptor te-
netur soluere pretium conuentum, & si augeatur
non tenetur plus soluere, quàm conuenerit &c.
idcò

ideò quantum ad hoc non attenditur, an fuerint venditiones in specie, vel ad mensuram, sed statim dr perfecta venditio, etiam ante mensurationem, vel degustationem per dictam l. sicut. & dicit esse menti tenendum, quia per alios non tangit, & sic patet, q̄ nō licet emptori recedere à dicto cōtractu.

6 † Et quia regula est, quod in contractibus bonæ fidei, vt est contractus emptionis, non hēt locū pœnitentia parte altera inuita, vt in l. in ciuile. C. de rei vendi. & no. Pau. de Cast. in l. bona fides. ff. de act. empt. allegat l. fi. ff. de cōdi. ob cām. & ibi Iason ponit 7. limitationes ad hanc regulam. Et licet magna sit auctoritas glo. in d. l. 2. quæ voluit, q̄ cōtractus cōditionalis est imperfectus quātū ad obligationē.

Aduerte, quia glo. non dicit, q̄ sit conditionalis quantum ad indissolubilitatē contractus, vnde stat hoc pro vero, q̄ ante conditionis euentum non sit nata actio, neque obligatio: tamen non habet locū pœnitentia, & ita in propriis terminis declarat Pau. de Cast. in l. 2. C. q̄n liceat ab empt. discedere, circa finem, dum dicit, gloss. non bene dicere, q̄ contractus conditionalis sit perfectus quantū ad obligationē, debuit dicere quantum ad contractus indissolubilitatē, quia non est in voluntate vnius partis dissoluere contractum emptionis, licèt quantum ad periculum non sit perfectus.

Fuit per sacrum consilium votatum, & determinatū, q̄ non licuit dictis emptoribus post diem cōuentum resoluere contractum, quia merces nō fuerunt traditæ in tempore, & ex supradictis patet responsio ad contrarium allegata. Secundum dubium

7 est. † Vtrum si venditor fuit in mora tradendi, si tenetur ad interesse emptori contingēs post moram & interesse est circa mutationē valoris monetæ. Ad hoc dubium fuit breuiter respōsum, q̄ licèt pro parte actoris sint probatæ aliquę obligationes post moram commissam factę, & ante mutationem monetæ, tamen quia mora semel fuit commissa, & fama erat tunc t̄pis, quòd quintinæ minus valebunt in

8 breui t̄pe † ideo mutatio monetę debet nocere moroso, secundum doctrinam Bar. in l. Paulus. ff. de solu. & in l. cum quid. ff. si cer. pet. doct. in c. quanto. de usur. & in c. olim. de censi. ideo succedit dispositio l. ratio §. si per venditorē ff. de actio. empt. quę vult, q̄ si venditor fuit in mora tradendi rem venditam, debet emptori passo interesse cōdemnari ipse vēditor ad aliud interesse, quia fuit in dolo in nō tradendo merces in t̄pe conuento, & no. doc. in l. vinum. ff. si cert. pet. & in l. illud. ff. de pericu. & com. rei vendi. & ita fuit votatum, & cōclusum per totū Consilium. Et tanto magis, q̄ est probata consuetudo mercatorum conformis iuri cōi, videlicet l. 1. ff. de actio. empt. q̄ si res vendita non tradatur in tempore conuento, agitur ad interesse, & quando con-

9 traria cōsuetudo prętēderetur esse probata, † tunc debet iudicari secundum consuetudinem conformem iuri cōi, secundū Bal. in l. nō solùm. ff. de iure dotium. & Bar. in l. 2. in fi. principij. ff. sol. matri. vbi dicit, quòd licèt instrumenta debeant confici secundū consuetudinē loci: vt in l. si prius, §. rectè. ff. de aqua plu. arcen. tñ si in ciuitate diuersimodè conficiebātur instrā, tunc p̄p tales diuersitates recurrendū est ad ius cōmune. & voluit Alex. in 5. vol. consi. 5. in 2. col. ergo cum ius commune vult, quòd venditor, qui non tradidit rem in tempore conuento,

10 teneatur ad interesse, per d. l. 1. † & q̄ in contractibus bonæ fidei non habet locū pœnitētia, ut in d. l. in ciuili, sequitur, quod isti actores tenentur ad interesse liquidandū, & sic fuit & votatū declaratum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXXX.

1 *Venditio facta ad mensuram, priusquam mensuretur, an dicatur perfecta, & concluditur quòd sic quò ad pœnitentiam, secus quoad periculum.*
2 *Facta venditione tabularum, antequam fiat mensuratio siue numeratio, si fuerint forte subtracta, cui actio furti competat.*
3 *Facta venditione de re ad mensuram, & tradita possessione per constitutum an dicatur quis possidere.*
4 *Quando est facta venditio hoc modo, vendo totum vinum, quod est in cellario ad rationē Carlenorum viginti pro qualibet salma, an dicatur perfecta, & quid.*
5 *Si sunt vendita tot salmę vini, quæ sunt in tali vegete.*
6 *Venditio quando dicatur perfecta, remissiuè.*

Conclusio huius decis. est venditionē rerū, quæ fit ad mēsurā esse perfectam ante mensurationem quoad pœni-
1 tentiā, licet quantū ad periculū dicat̄ † imperfecta. vide rogo: quia cōtra istā sic decisā vr̄ tenere Alex. in consi. 90. tito processu 5. vol. vbi ex consi. Bar. hic per̄ inducto, & p̄iis sequitur, venditionem hoc casu esse imperfectā, etiā q̄ venditor acceperit rem ad colonīā ab emptore, & sic fuerit tradita possessio l. mulier. ff. de rei vend. & p̄pea hunc emptorem nō posse spolii intentare, cū quo vr̄ cōuenisse Cur. iunior in cons. 76. 2. lib. & in cons. 81. Sed cōtra istā Dec. conuenit

2 Corneus in cōs. 334. ... vbi consuluit, q̄ facta venditione tabularū post numerationē tn̄ trāsire periculū an emptorem de furto secuto, hoc idem in cōs. 79. viso processu, 3. vol. vbi et cōsuluit, venditionē ad mensurā ante mensuram ipsam p̄fectā non esse ... ad periculū ... & Iason cōs. 56. 2. vol. & Ianus Dec. in cōs. 27. ... vbi nulla de Alex. facta mentione decidit hanc venditionē esse perfectā ante mensurationem, nisi quoad periculum, & insup. q̄ q̄n fuit tradita possessio ... rerū venditarum ad mensurā, vel p̄ cōstitutum, & nō obstāte, q̄ nō fuisset facta mensuratio venditionē ... esse p̄fectā nō solùm quoad pœnitentiā, sed etiā quo ad periculum, q̄ sic ... & ... rōnib. Alex. q̄ res incerta nō pōt possideri. cum ... cōuenire Tiraq. in trac. de cōst. poss. in 19. limit. fol. 93. & Corneus i d. cōs. 231. 2. vol. Capi. dec. 14. col. 2. Parisius ... in cōs. 58. 1. vol. viso instr. p̄ rotatis, q. ... limitando Dec. in d. cons. 179. dicit dicta p̄ eum p̄cedere in casu ... non cepit possessionem rei incertę rōne loci, & quotę, vt ... p̄ eum, nu. 18. 19. cum q̄bus ... concludendum, & si Paris. videatur aliquātēr nimis p̄stringere supra allegata, intelligenda ea modo quo supra vbi etiam nu. 37. quod fructus interim emptor non lucretur, postq̄ non habet periculum rei vendi tę, & immo dico amplius in p̄dictis, quod venditio censeatur ex omni parte perfecta, quando fuisset facta ad corpus totum mensurandum, vt puta vendo totum illud vinum, qd̄ est in cellario, ad rōnem Carlenorum viginti pro qualibet salma, secus si fuisset dictum vēndo tot salmas vini ex tali vegete vini, vt hic in casu huius decis. quia tunc nō perfecta quoad periculum, vt supra fuit conclusum, & sunt nota infrà in deci. 399. quæ videntur supra dictis refragari, & verè recteque intuenti non refragatur, vt ibi notaui, & vltra remittitur de ... perfectæ venditionis ... declarat. Socin. in consi. 204. ... num. 1. 2. volum. & Alexan. in consi. 18. viso processu, volu. 5. vbi an venditio dicatur perfecta certo pretio non constituto, Dec. in consi. 57. pro tenui, nume 4. 5. & 6. ... pro rerū solutione, in princ. Curtius iunior in consi. 74. nume. 20. & 82. num. 2. 1. volum. Soci.

similiter

similiter Iuniot in consi.26.num.13.1.vol.Cor.in consi.131, vt 1.facie,vol.4.vbi si dico vendo rem pro decem florenis Bono.& emptor dicat emo pro talibus florenis, si venditor dicat hó inteso,si dicatur perfecta, q non,& de mutatione monetæ cuius periculo fuit notatum supra in deci.194.ideo hic aliá prætermittuntur, ne sermo in prædictis prolixus fiat,vide cum casus obtigerit Tiraq. in loco supra citato in casu huius decisi.qui omnes cógerit pleno stilo.Cęsar Vrsil.

DECISIO CCLXXXI

De tutela decreta matri & non auia.

SVMMARIVM.

1 *Mater prefertur auo & auia in successione, & tutela.3.*
2 *Matrem preferri legitimis qualiter intelligendum.*
4 *Tutela matri deferenda & non auia.*

1 VTrum † auia ex parte patris præferatur in tute
la huius pupillæ matri,vel mater petēs tutelam
filiæ præferatur auiæ paternæ.Dubiú facit,quia tu
tela defertur,sicut ius successionis,vt in l memini-
mus.C.de legiti.hære.& ibi Bal.& Bar.in l.1.ff. de
legit.tut Sed mater excluderet auiam à successione
filiæ;quia est proximior in linea ascendenti,vt in au
then.defuncto,C.ad Tertu.& firmat Alex.in 1.vol.
consi.80.in princ. & in 2, volum. consi.115.in 1.
col.ergo idem quó ad tutelam .Sed in contrarium
allegatur id,quod dicit Bar.in in l.si quis sub condi
tione,ff.de testa.tute.in ver.quid est pater,& mater
2 &c. vbi vult, q tex. † qui dicit matrem preferen-
dam legitimis , intelligitur , s. à latere , vt tex. ex-
primit in §.ex his.in auth.de hæred.quę ab intesta.
ergo in ascendentibus iura antiqua remanent in
correcta. præfertur ergo mater in tutela omnibus
legitimis collateralibus,non auté ascendentibus,&
ideo gl.1.in auth.matri & auiæ, C.qú muli.tu.offi.
fun. po.tenet, q si in tutela concurrat auus pręfer
tur:licèt Bar. ibi dicat , q hoc sibi non placet , quia
tex.in d.§.ex his.vocat istos ad tutelam, secundum
3 quod ad hæreditatem 1 † sed in hæreditate non est
dubium:quia mater præfertur auo , vt in d.auth.
defuncto.ergo &c.

Et hanc partem firmat Sal.in auth.matri.& auiæ. versi.an auus paternus matrem pupilli excludat,vel econtra.& Albe.de Rosa.ibi dicit, q mater vincit auiam:ergo & auum & dicit,q in hac parte inclinat Odo.licèt non firmet.& Cyn.ibi,qui dicit,quod
mater præfertur omnibus , præterquàm testamen-
4 tis tutoribus. † per sacrum Consilium tutela fuit de
creta matri , & non auiæ : maximè quia mater erat
tior .

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXXXI.

1 *Mulier prefertur omnibus tutoribus exceptis testamentarijs : qua an procedant in filio naturali , seu bastardo, & & si mater est minor decem, & octo annorum, si admittatur ad tutelam de iure consti. regni.*
2 *Quando mater fuisset minor, an ipsa mox effecta maior alios excludat, & an ista procedant in auia.*
3 *Mater an amittat tutelam , quando declarauit animum suum velle transire ad 2.vota, & quando testator disposuisset, quòd non obstante quod mater seu vxor transiuisset ad 2.vota , an quod non amittat tutelam , ista procedant .*

MAter habetur hic,quod præferatur in tutela auiæ , &
omnibus alijs tutoribus exceptis testārijs ,prout etiá
fuit conclusum supra.in deci.183.& voluit et Cal.in con-
1 sue. † Burg.des infans,rub.6.§.4.n.4.fol.214.215.vsq; 221.
tractando negotium & post gl. & scribentes in c. ex parte.
lo.ij.de appella.quę amplianiur procedere non solum in fi
lio legitimo,& naturali sed etiam in bastardo naturali tan
tum,secundum Bar.in l.si pater.§.quando mul. tut. officio
fungi potest. quæ intelligit Corneus in consi. 129. licet , in
fi. 1. volu. & Soc.in consi.20.visis actis,col.3.num. 6.& seq.
2.vol.in matre existēte maiore decem,& octo ann.ex forma
statuti,prout ex nostra regni consti.cinus est inteum,mino
rum iura,in verbo minores aūt.nam si fuisset minor decé,&
octo annorum ad tutelam non admitteretur ,prout inquit
tex. in insti.de excu.tut.§. minores. vbi Imperator loquit ,
inciuile esse eos qui alieno auxilio in rebus suis administrā
dis indigere noscantur, & sub alijs regūtur,aliorum tute-
lam siue curam subire.verum in prędictis aduertas , q ipsa
effecta maior excluderet alias datos ob defectum minoris
ætatis prout voluit Ang.in aut.prædicta matri,& auiæ.Quę
iuris dispositio, vt mater alijs præferatur,extēdit locū fore
Gram.in cons.51.in ciui.etiam in auia post ipsam matrem.
Quæ tutela sic matri cōcessa à iure siue permissa reuocatur
inter alias causas,non solum qñ mater ipsa transit ad 2.vo
3 ta,sed ēt si declarat † animum suum,vult Silua nupti. lib.2.
nu.50.fol.58.cū seq.Hipp.in §.ēt de q.nu.Cor.in cons.113.
circa 4.volu. quæ non procedunt,quando testator expresse
in testamento ordinasset seu disposuisset matrem tutricem
non obstante,q trāsitum fecerit ad 2.nuptias,Silua in loco
suprà citato.Filip.Fran.in d.c.ex parte lu ij.de app.quod di-
ctum refert,& multis rationibus cōprobat Goza. in cōs.18.
vt prima facie.nū.3.cū nonnullis seq.per totum.Cōtra quē
vt sentire Gui.Pap.in deci.539.mater,& in sing.682.quem
credo Goza.ipsum nō vidisse,quod etiā vt secutus Soc.Iun.
in cons.16.1.vol.maxime si potuisset considerari testatorem
autumasse mulierem non esse transituram ad 2.nuptias, &
illud cum qualitatibus siue circunstantijs quas tradidit iure
con.in l.1.ff.vbi pupi.edu.dēt, q bonus iudex quandoq; ex
cā ei visa recedit ab ipsius testatoris voluntate,consideratis
personis matris,matricię siue vitrici iuxta ēt tex.Bal.l.non
omnes.§.à Barb.ff.de re mili.cum conc.relatis per Tiraq.in
tract.de pœnis,pleno copię cornu.causa.51.fo.289.per totū,
& fuit notatū s. in dec.183.& per Aym.in suo cons.18.And.
Iuuenis,qui per tex.l.fi.de iure. & alia consuluit ad solum
principem attinere,& non alium iudicem inferiorem,quod
mater sit tutrix,quæ transiuit ad 2.vota,alias iudex hæc fa-
ciens teneri criminaliter, posse quæ tutorem pupillam pro
pria autoritate de manu matris in qua sit suspitio alicuius
iusti matrimonij,eripere impune,quem videas.Cæsar Vrsil.

DECISIO CCLXXXII.

De feudis quaternatis, & rebellione per feudatarium commissa.

SVMMARIVM.

1 *Feuda quaternata plana, & de tabula qua sint , & qualis inter ea differentia.3.*
2 *Quasi possessio in feudi, & iuribus incorporalibus nō quęritur sine aduersarij scientia & patientia.*
3 *Feudum quaternatum ex vnica concessione Regia fit.*
4 *Castrum omne est feudū quaternatum in regno Neap.*
5 *Consensus Regius requisitus quando baro infeudat .*

6 Scriptura

6 *Scriptura sumpta de sumpto an fidem faciat.* (dicium.
7 *Regi non licet contrauenire suo contractui in tertij præiu*
8 *Protestatio clam facta, quæ potuit palam fieri, nō valet.*
9 *Inuestitura obreptitie ĩpetrata parte opponēte nō valet.*
10 *Res de facili reuertitur ad propriam naturam.*
Natura est constans, & perpetua, accidens verò facilis est resolutionis.
Neapolitanum Regnum est Romanæ ecclesiæ.
12 *Feuda quæ à barone tenentur propter commissam rebellionem, an applicentur baroni, & non Regi.*
13 *Feudum ciuitate destructa cui applicandum.*
14 *Rebellionis crimen feudum ecclesiæ deuoluit.*
15 *Feudum, vasallo delinquente, agnatis, & non domino etiam viuo delinquente applicatur.*
16 *Bona flabilia publicata cui fisco applicanda.*

ORta lite inter excellētem dominum Pascasium comitem Alifij, & dominum vtilem terræ Draconis super feudis Cornelij, & Cāneti ex vna, & nobilē Paulonū de Tufo de Auersa. Et cōmissa cā præ dicta D. Antonio de Alexan. & D. Troiano de Buttonibus de Trano, vt audiant, & referant Regi Federico: & formato processu, de trib. principaliter fuit dubitatum, post relationem factam in consilio præ fente præfata Regia maiestate.

1 † Et primò, vtrum dicta feuda Cornelij & Cānneti sint feuda quaternata, vel feuda plana, & de tabula. & dubiū faciebat, quod sunt feuda quaternata. Quia dominus Rex Ferdinandus Primus dicta feuda Cornelij, & Canneti concessit Iacobo Scaquare, vt illa teneret in capite à Regia curia immediatè, eique seruire teneatur, & non alteri. Sed hæc inuestitura parum operatur, vt infrà dicetur. Item quia idem Rex Ferdinan. Primus inuestiuit de dictis feudis quondam Illustrem Honoratum Caietanum Comitem feudorum deuolutis Regio fisco ob notoriam rebellionem Magdalenæ filiæ quondam Benedicti de Lisola de Suessa, & Masu Scaquare eius viri. Et in veritate præfatus dominus Rex Ferdinandus tunc temporis in ann. 1360. quando fuit facta dicta inuestitura, non tenebat, nec possidebat d. terram Draconis Sed illā tenebat & possidebat quōdam illustris Marinus. Ioānes, Franciscus de Marzano, dux Suessæ vtilis dominus dictæ terræ Draconis. Nec vnquā dictus Comes feudorum tenuit, & possedit dicta feuda: nec probatur de scientia, & patientia dicti ducis Suessæ: vt constitueretur Rex in quasi possessione conferendi dicta feuda in præiudicium d. Du

2 cis: † quia in istis iuribus incorporalib. non quærit quasi possessio sine scia, & patientia aduersarij, vt in l. 2. C. de ser. & aqua. per Bal. & Bat. in l. 1. §. hoc interdict. de itin. actuq; priua. Inn. in c. bonæ. lo ij. de post. pl. & in c. conquerēte. de off. or. & q̄q̄ ex vnica collatione constituatur quis in quasi possessione cōferendi, vt dicit And. in proprijs terminis in c. 1. de controuer. feud. apud pares. dum allegat gloss. in c. cum ecclesia Sutrina. de causa poss. & proprie. & c. cum de beneficio. de preben. lib. 6. tamen hoc verum est, quando vnica collatio fuisset sortita effectum suum, aliàs diceret possedisse labia sua, vt no. in d. c. cum ecclesia. & in d. c. cū de beneficio. & voluit Abb. Sic. in c. olim de causa poss. & proprie. & in c. nobis. in 4. no. de iure patro. & in c. querelā. de elect. & Ant. de But. in rep. c. si. de cā pos. & proprie. sed d. collatio facta Comiti nunq̄ sortita fuit effectū suū: quia nunq̄ comes feudorum habuit possessionem d feudorum: ergo dicta collatio non constituit Regem in quasi possessione conferendi.

3 † Et dicebant aliqui Domini, quod eo ipso, quod Rex concedit feudum, ex illa concessione Regia dicitur feudum quaternatum: vt dicit And. in c. 1. de cōtrouer. feu. apud pares termi. in 3. col. ibi dum dicit. & primo Rex concedens feudum dr̄ quaternatū illud: vñ omnia feuda ad collationem Regis pertinentia, sunt quaternata. Et patum infrà dicit. vnde secūdū d. peritorū Regni oia sunt feuda quaternata pertinētia ad collationē Regis spāliter in terris quæ non sunt de demanio. Sed in contrarium allegatur, quod d. feuda non sunt quaternata, sed sunt feuda plana, & de tabula ad collationem baronis terræ Draconis, vt deponunt omnes testes. Item ad hoc probandū producta est scriptura publica ex archiuo Regio, in qua sunt scripta omnia feuda, quę sunt sub dicta baronia Draconis, & singulariter dicta feuda Caunneti, & Cornelij. Item ad hoc probandū producta est inuestitura facta de dictis feudis, per dictum quondam Ducem Suessæ, vtilem dominum dictæ terræ Draconis antecessoribus Andreæ Scaquare, qui ab eo recognouerūt dicta feuda, & dicto Duci iurauerum fidelitatem, & promiserunt ei seruire.

Item ad hoc probandum producitur instrumentum, in quo dictus Andræas promisit tenere dicta feuda immediatè & ĩ capite à Domino Pascasio Comite Alifij & domino terræ Draconis. Item ad hoc probandū producit instrm solutionis releuij facti p dictū Andræ. qui successit Iacobo fratri suo decedenti sine liberis, tāquā subfeudatarius d. Comitis.

Item ad hoc probandum producitur instrumentū, in quo Baptista de Claudijs, quæ ex donatione comitis feudorum habuit dicta feuda, dicit se feudatariū domini dictæ terræ Draconis, & ei soluisse militare seruitium tanquam eius subfeudatarium. Ex quibus patet, quod dicta duo feuda nō sunt feuda quaternata: quia probatur, quod sunt ad collationem baronis d. terræ Draconis. Item ad hoc probandū patet: quia non reperitur in Registris ante Ducē Suessæ: nec ēt post, quod dicta feuda sint descripta tanq̄ feuda

4 quaternata ĩ quaternionib. Regiæ cameræ, † & p pea non possunt dici feuda quaternata: vt dicit And. in d. c. 1. de controu. feud. apud pares term. in 3. col.

Pro solutione quæstionis fuit conclusum per dominos Consiliarios, quod nō sequitur, quicquid cōcedit Rex in feudū, quod sit feudum quaternatū, nisi dicatur quod vult esse feudum quaternatum, vel dicatur æquipollēs, qn̄ non est castrū: qa in Regno omne castrū est feudū quaternatum, secūdū And. vbi supra, aliàs sola collatio Regis non facit feudū quaternatū, nisi qn̄ res fuit effecta feudū p Regē, & postea Rex cōcedit rē illā in feudū tunc est feudū quaternatū secundū And. in d. c. 1. in 3. co. vñ si Rex cōcederet feudū qđ antiquitus eēt attenesia, vel planū, & de tabula, alicui, nō efficeret feudū quaternatū ex sola collatione Regia, nisi dicat, quod vult esse q̄ternatū. hoc voluit And. in cōst. Regni, ut aliqs baro. in 3 lib. ibi dū dicit. Sed feuda collata per Rege dicunt quaternata, qa in scriptura, & registris, & quaternis donorū sunt scripta.

pta.ergo nō sola collatio facit feudū quaternatū,vñ
habēs feudū planū,& de tabula, si illud alienat cum
5 cōsensu dñi baronis,& cōsensu Regis, † prout ve-
rius est, ꝙ requiritur cōsensus vtriusq;,vt dicit An.
in l.Imperialē.in prin.de prohi.feu.alie.per Fed.per
quem consensum Regis vr̄ habere feudū à Rege, vt
in l.lege obuenire.de ver.si. secundùm And.in c. 1.
qui succes.tenean.& tñ nō diceretur feudū quater-
natū,sed planum, & de tabula,aliàs oīa feuda essent
quaternata:ex quo in oībus requiritur in alienatio-
ne consensus Regius. Ex d.conclusione sequitur,ꝙ
d.inuestituræ factæ per Regem Ferdinandū primū
absque eo,ꝙ dicat, ꝙ vult dicta feuda esse quaterna
ta,non faciunt dicta feuda esse quaternata Nec ob
stat , si diceretur , ꝙ inuestitura Regis Ferdinandi
Primi facta Iacobo Scaquaræ , dicit, ꝙ dicta feuda
immediate teneat à Regia curia : quæ verba impor
tant,quòd dicta feuda sint quaternata .

Quia ad hoc respondetur quinque modis .

Primò , quia illa inuestitura Regis Ferdinandi
Primi facta dicto Iacobo non est producta in forma
6 probante : † quia est scriptura sumpta de sumpto ,
quæ non facit fidem , vt in l.procurator,C. de eden-
do,l. sancimus,C.de diuer. rescri.c. fi. de fi. instru.
no.doct.in auth. si quis in aliquo,C.de edendo. Et
si diceretur , ꝙ dicta scriptura sumpta est ex copia
priuilegij præsentati in actis magnæ cameræ in cau
sa inter dictum Andræam & Comitem Alifij:& sic
sumptum ex scriptura in actis præsentata facit fi-
dem : secundum Bal.& Ang.in d.auth.si quis in ali
quo. & Inn.in c.quoniam contra.de proba.

Ad hoc rñdetur, ꝙ hoc verū esset, qñ præsenta-
a tio facta fuisset vocata parte , a vt dicit Io.And.in
addi.Spec.in ti.de instru.edi.§.nunc dicamus.& In-
no.in d.c.qm̄ contra.& Bar. & Alex. in d.authen.si
quis in aliquo,ver.6.fallit.& in 3.vol.consi.106.2.
col.& in 4.vol.cōsi.6.2.col.& in consi.:16.in prin.
& sic cum in præsentatione dictæ collationis in Re
gia camera non fuit vocatus Comes transumptum
ex eius copia non facit fidem contra Comitem .

Secundò mō rñdetur , nā prout dicit dictū sum-
ptum de sumpto,dicta inuestitura Regis Ferdinādi
Primi fuit facta die 25.mensis.August.1483. Quo
tpe excellens D.Pascasius Comes Alifij,& D.dictæ
terræ Draconis erat vtilis D. terræ Draconis cum
oībus sub feudis existentib.in pertinentijs dictę ter
ræ Draconis virtute priuilegij habentis naturā con
tractus emptionis à d.Regia maiestate Regis Ferdi-
nandi Primi facta die 10. mensis Iulij 1482. in qua
vēditione vult Rex,ꝙ tenentes feuda quaternata &
non quaternata in d. terra Draconis à Regia curia ,
quæ primitus tenebāt à d.Duce Suessæ,non ipsam
Regiā maiestatē, sed ipsum Comitē in immediatum
dñm recognoscāt,quēadmodū feuda ipsa à d. Duce
Suessæ teneri consueuerunt,& prout plenius d.Dux
Suessæ tenuit & possedit non obstante,ꝙ feuda ip-
sa à Rege Ferdinando immediatè & in capite tenta
sint, & nullū aliū in superiorē recognoscere tenean
tur,& alijs (quantūuis benemeritis) sint cōcessa qui
busuis rōnib. atq; caulis , & facta sunt exempta au-
thoritate dñica & motu proprio, idē dñs Rex reuo-
cat,cassat,tollit &c. Et sic post dictū contractū non
potuit dictus rex inuestire d. Iacobū de feudis præ-
dictis existentib.in terra Draconis in præiudiciū d.
7 D.terræ Draconis : † quia non licet Regi venire cō
tra suū contractū in præiudiciū alterius, vt per Bal.
in c.1.de na.feu.& in l.qui se patris. C. vnde lib. &
And.in consti.Regni,ea quæ ad decus.& Card.Flo.
in rep.c.perpēdimus.de sent.exc. Abb.& alij in c.1.
de proba.Lud.Ro.in consi.& in alijs locis,quæ alle
gantur in locis præalle. Et ad maiorē cautelā And.
frater d.Iacobi Scaquaræ videns dictū contractū fa-
ctum inter dictū Regē & d.Comitē expressè in actis
Regiæ cameræ summariæ renūciauit vsui dictæ col
lationis Regis Ferd Primi factæ d.Iacobo.Nec pro-
testatio occultè facta, ꝙ d.renunciatio fuit facta per
vim & metū per dictū Andræam , aliquid nocet d.
8 Comiti:quia voluit Bal.in l.clari.C.de fideic. † ꝙ il
le qui poterat palam protestari , & protestatus fuit
clàm , non valeᵹ protestatio:nec vnquā fuit aliquid
probatum de ui & metu . & sic illa protestatio non
tollit effectū renunciationis iudicialis subsequētis
secundū Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.
de ope.no.nun.& Ang.in l.cū quidā,ff.de app.nā in
actu,qui fit cū alio,nō annullatur per protestationē
in occulto factā antecedētē, vt dicunt doc. in l.qui
in aliena.§.Celsus.& ibi per Alex.ff. de acq. hær.&
Bar.in l.non solū.§.morte.in 5.col.& seq.ff.de ope.
no. nun.& hr̄ in l. cùm in plures. §.locator horrei
ff.locati.& in c. solicitudinem.de appel.

Tertiò modo rñdetur:nā d.Iacob.Squacara filius
& hæres Masij Stacchari & Magdalenę non potuit
obtinuisse inuestiturā prædictā à Rege Ferdinando
Primo , ex quo d.Masius & Magdalena habuerunt
d.feuda pro se & hæredib. suis à Duce Suessæ D.ter
ræ Draconis tanquā feuda de tabula & de plano,&
sic d.feuda, si culpā aliquā cōmisissent dicti cōiuges
debuissent applicari baroni & non Regi, vt dicetur
in sequenti dubio,& tantò magis,quia d.Dux Sues-
sæ habebat ex priuilegio Regis Alfonsi Primi mul-
ta iura Regalia in terris suis & signanter, ꝙ oīa feu-
da quaternata existentia in terris suis sint ad eius
collationē iā deuoluta, q̃ deuoluenda ēt ex crimine
læsæ maiestatis,vt patet ex priuilegio d. Ducis ostē
so dictis iudicib.Et sic d.inuestitura fuit obreptitiè
& subreptitiè impetrata: quia non fuit facta mētio
9 de prædictis, † & iō parte opponente nihil valet,vt
in c.super literis, cum materia sua.de rescriptis .

Quartò modo respondetur, certū est,ꝙ ista duo
feuda nunquā fuerunt quaternata ante Regē Ferdi
nandū Primū. pone ꝙ baronia Draconis, vbi sunt
sua d.feuda,deuenit ad Regē per rebellionē baronis
vel per excadentiā , & ipse Rex concederet alteri d.
duo feuda: quia fortè erant deuoluta d.baroniæ ali
cui suo familiari.& diceret, ꝙ teneat in capite à Re
gia Curia,nonne ista collatio facta à Rege hr̄,ac si es
set facta à barone?& illa verba, ꝙ teneat in capite à
Rege, intelliguntur vt à barone? Certè sic,nisi ipse
Rex aliter declararet Ita dicit Bal.in c.1.quid sit in-
uestitura . & And. & in cap. 1. ex quibus causis feu
dum ami.Bene facit,quod dicit Bal.in c.studuisti.de
off.deleg. Cum ergo Rex non dixit, quòd concedit
vt feuda quaternata. videtur concessisse secundum
naturam suam, tanquam feuda plana & de tabula .

Quintò & vlt.rñdetur,ꝙ in priuilegio venditio
nis d.terræ Draconis & Comitatus Alifij facta præ

fato

fato domino Pascasio per dictum Regem Ferdi-
nandum primum cassantur & annullantur omnes
concessiones feudorum factæ à Rege Ferdinando
Primo, per quas mutaretur natura feudorũ existen
tium in dicta terra, & dicta feuda reducit ad pristi
nam naturã: prout erant tpe Ducis Suessæ: certè
10 Rex potuit hoc facere,† quia rei suæ est moderator
& arbiter ẽt abutendo.tex.est in l.sed & si lege.§.cõ
suluit.in verbo,dũ se abuti re sua putant.ff.de pe.hę
re. Maximè, quia res de facili reuertitur ad suã pri-
stinã naturam, vt in c. ab exordio 35. dist. & in l.si
vnus.§.pactus.ff.de pactis. Nam princeps feudum
nouum põt concedere, ꝙ habeat naturam antiqui
feudi, vt dicit Bal.in c.1.de alie feudi paterni, arg.
l.quicunque, C. de omni agro deser. fortius potuit
facere, ꝙ feudum reuertatur ad naturam antiquam.
11 † Et propterea dicit Bal.in c.1. in 3.col. quis dica-
tur Dux, co.vel mar. ꝙ natura est constans & perpe
tua, sed accidentia sunt facili resolutionis. Bene ad
hoc facit, quod dicit Bal. in tit.de Pace Constan.in
verbo, inuestitura ꝙ licèt istud Regnum sit ecclesię
Romanæ, vt in c.ad Apostolicæ de re iud in 6.& in.
cle.pastoralis. eo. tit. pone, ꝙ Regno vacante Papa
concessit plurib.multos Comitatus prędicti Regni,
posteà creat ibi regem. Quæritur, an illi comites te
neantur facere fidelitatẽ illi Regi, tanquã vasalli Re
gis, & dicit ꝙ sic & alle. Odof. ibi. Et pro parte est
expeditum primũ dubiũ Secundũ dubium est. Vtrũ
feudatarius Baronis cõmittens rebellionẽ notoriã
contra Regẽ & baronem fidelem Regis, dicta feuda
sint deuoluta Baroni: in cuius baronia sunt feuda,
vel sint deuoluta ad Regẽ, sicut alia feuda quaterna
12 ta, & sicut alia bona burgensatica. † Et in primis, ꝙ
d.feuda, quæ tenentur à barone propter rebellionẽ
cõmissam contra Regem applicentur baroni, & nõ
Regi, adducitur authoritas And.de Iser. in c.1.§.si
quis hominem.de pace tenenda. vbi dicit ista verba
formalia: Patet ergo, ꝙ si cõmittatur delictũ in ter
ra Comitis vel baronis per eius uasallos, de quo de-
licto erat pęna publicationis bonorum, ꝙ bona va-
salli delinquentis venirent in fiscũ, nisi essent feuda
lia, vel alia, quæ à Comite vel barone tenerentur, il-
la redeunt ad eum, à quo tenebat.l.fi.§.si in liberti-
num.ff.de bonis damna. Idẽ expressè firmat idẽ And.
in c.1.3.col.si vasallus feudo priuetur, ibi dũ dicit:
Nã & feudũ, quod ab alio tenet is, cuius bona publi
cãtur, redit ad eum, à quo tenebat, vt in §. si in liber
tinũ.& remittit se ad id, quod dixit in d.§.si quis ho
minẽ.vbi And.extendit cõstitutionem Regni, si qñ.
de homi baro.possid.in terra Demanij, quę vult, ꝙ
qñ vasallus moritur sine filijs, feudum quod tenet à
baronę, deuoluitur ad baronem & non ad Regẽ, vt
similiter habeat locum, si per delictũ debet perdere
feudũ, vt applicetur baroni, & non Regi. Idẽ voluit
idem And.in c.1.de vasallo decrep.ætа.ibi dum di-
cit: Vtrum añt restituetur ad ea, quæ alijs sunt quæ-
sita, redierant.n.per damnationem ad dñm suum: à
quo tenebatur, non ad fiscum, vt in d.§.si in liberti-
num. Item voluit idem And.in c.1.§.fi.in additione,
13 de capitulis Corat. † vbi dicit, ꝙ ciuitate destructa
feudũ non applicatur fisco, sed dño, à quo ipsa ciui-
tas habebat feudũ. Secundò pro ista decisione alle-
gatur gl.in consti.Regni, post mortem. quæ dicit,
ꝙ si vasallus habens feudũ à barone cõmittit rebel
lionẽ contra Regẽ. Iudicauerunt iudices magnæ cu
rię Vicariæ, ꝙ feudũ prædictum deuoluitur ad Baro
nẽ: alia verò feuda quaternata & bona deuoluuntur
ad Regẽ. Hanc eandem sententiam applicauit Luc.
de Pen.in leg.1.in verbo plectendi.C. de peti.bon.
subla.lib.10.vbi dicit, ꝙ ista sententia comprobatur
authoritate Papæ Honorij in capitulis suis huius
Regni, quod capitulum incipit, si contingat subfeu
datarium crimen cõmittere, ꝑ quod publicanda
fuerint bona eius, aut ipsum sine hæredibus munus
humanum implere, si feudum eius fuerit quaternа-
rum, dñs immediatus illud cum onere seruitij con
sueti personæ idoneæ concedat. Si verò quaternatũ
non fuerit, ad immediatum dñm reuertatur, vt ip-
sum hmõi personæ pro sua voluntate concedat, nec
14 Regis consensum requirere teneatur. † Tertiò, pro
ista decisione allegatur tex.in c.Fęlicis §. si qua ve-
rò feuda.vbi propter crimen rebellionis feudum ap
plicatur non fisco, sed ecclesiæ: à qua tenebat feudũ.
Et ad hanc conclusionẽ accedant, quæ notant Bar.
& doct.in l.si finita. §. si de vectigalibus. & ibi per
Alex.de Imo.ff de dam.infe.& Spec.in tit.de feu.in
§.quoniam.versi.40.quæritur. & decisio Rotæ secũ
dùm Bellameram deci.715.quæ incipit, pro Intro-
ductione quæstionis. Dicebat D.Traianus de Bu-
tonibus de Trano Regius auditor, ꝙ Spec. in titu.
de feu.in §.quoniam.in versi. præalleg.tenet, ꝙ Rex
debet tenere dicta feuda viuente Andre. Scaquara
delinquente contra Regem: & eo defuncto reuer-
titur ad Baronem, per tex. in l. Statius Florus.§.fi ff.
de iure fisci.& istum tex.& Spec.refert And.in c.1.
si vasallus feudo priuetur, & in d.§.si quis hominẽ.
Dicebant alij Dñi, ꝙ Bald.in c.nulla. per quos fiat
inuestitura.circa fin.dicit, ꝙ si vasallus cõmittat ta-
lem ingratitudinem, ex qua ueniunt bona publicã
da, & dominus nolit feudum uendicare, quod feu-
dum confiscabitur, ita donec delinquens viuit, eo
carebit, vt in d.l.Statius.§.fi.& in auth.de ali.emph.
§.1.Sed in casu de quo agitur Comes Alifij dicit di
cta feuda ad se spectare ex dicta culpa: & sic non
habet locum dispositio d.§.fi.
15 † Ego dicebam, ꝙ dic.§. finalis non potest allega
ri ad materia feudalẽ: quia feudũ, quod conceditur à
barone, est concessum conditionaliter, donec est fi-
delis, & si non est fidelis, feudum debeat reuerti ad
baronẽ, & sic ad dñm, à quo habuit feudũ & in hoc
est fundata decisio l.Imperialẽ.§.illud, de prohi.feu.
alie. per Fed. & ideò vasallo delinquente feudũ ap-
plicatur agnatis & non dño ẽt viuo delinquente: vt
dicit And. in c.1.si vasallus feudo priuetur. Item si
d.§.fi. haberet locum in feudis, esset contra gl.in di
cta constitut.post mortem. & contra capitulum Pa
pa Honorij, & tex.in d.§.si qua verò feuda.
Dicebat D.Ant.de Alex. ꝙ ex quo Comes Alifij
& terræ Draconis in dictis terris habent merum &
mixtũ imperiũ & ius confiscationis bonorũ burgẽ
saticorũ & feudalium, ẽt ꝙ esset vera opinio Specu.
per d.§. fi. & procederet in feudis, dicta feuda pro-
pter delictum Andreæ debent applicari ipsi domi-
no terræ Draconis, cui sunt cessa dicta iura fiscalia,
scilicet bonorum publicatio. tunc dr ipse baro pro-
curator fisci in rem suam, vt dicit Bald.in l.1. C.de

hær. vel acq. vendita, & sentit And. in d §. si quis hominẽ, dũ dicit ad vtilitatẽ populi habentis ex priuilegio. & dicit Lud. Ro. in sing in verbo. sententia. ꝙ
16 cõis opinio Legistarum est, ꝙ † qñ de iure cõi publicantur oĩa bona stabilia, applicantur illi fisco, vbi sita sunt bona stabilia, si dñs habet confiscationem bonorũ. Cum ergo d. dñs terrę Draconis habet speciale priuilegiũ publicationis bonorum à Rege, vt dicit Bal in l. Imperatores, ff. de off. præf. vigilũ. ubi dicit, ꝙ bonorũ publicatio non conceditur nisi verbis specialibus, vt in l. 1. C. ne sine iussu principis. dicta feuda ẽt in vita vasalli delinquentis applicẽtur ei & non Regio fisco virtute translationis iuris publicandi à fisco sibi deriuati per dictum priuilegiũ. Fuit ergo super hoc dubio votatũ. ꝙ dicta feuda pp dictam rebellionem sunt deuoluta dicto domino terræ Draconis etiam viuente delinquente.

ADDITIO.

a *Vocata parte.*] Vide Alex. in consi. 207. in 5. vol. Tho. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXXXII.

1 *Feuda quaternata quæ dicãtur, quãdo Rex in terra Baronis dicatur, vel possit habere feudũ quaternatũ, & si in prædictis sufficit vni ea inuestitura, & qualis debeat esse tam in petitorio, quàm in possessorio, sit hic distinctio.*
2 *Princeps non intelligitur velle præiudicare iuri tertij, & quod dicat non obstante concessione alteri facta, nam intelligitur de inualida, & non de valida.*
3 *Princeps obligatur ex suo contractu, & in eo consideratur vt persona priuata, & nonnulla alia de principe.*
4 *Quando princeps recipit pretium de contractu non obstãte quod dicatur indulgemus, vel gratum facimus, venditio dicitur.*
5 *Princeps debet habere vnum calamum, vnam linguam, debetq; esse immobilis sicut lapis angularis, & in eo cõueniunt verba, quod scripsi, scripsi, vt Deus.*
6 *Princeps ob bonum pacis aufert bona priuatorum.*
7 *Contractus principis debet magis latè interpretari quàm priuatorum.*
8 *Quando quis iurat, potest de mandato imperatoris, seu regis frangere iuramentum.*
9 *Sumptum ex copia in actis præsentata quando fidem faciat, & quomodo oporteat pars citari.*
10 *Quando præsentatum aliqua scriptura, seu instr. in actis adhoc, vt de iure fidem faciat, oportet non solum parti intimari, sed dari terminum ad impugnandum.*
11 *Protestatio clam facta nihil valet protestanti, qui potest palam protestari.*
12 *Murmuratio sola populorum prodest ad interrumpendam præscriptionem contra regem tirannum aliumve superiorum circa collectam vel alia onera.*
13 *Ille dicitur populus liber, qui habet liberam linguam, & potest libere absque metu loqui.*
14 *Princeps cõcedendo feudum nomine antiqui & paterni, assumit dictas qualitates, licèt fuisset nouiter acquisitũ,*
15 *Feuda commissa rebellione Baroni, & regi quæ tenentur à Barone ipsi applicantur, & quæ regi, ipsi regi.*
16 *Quando bona veniunt confiscanda ex aliquo delicto, quod applicentur illi fisco, vbi bona sint sita, quando domini omnes habent ius confiscationis bonorum.*
17 *Nomina debitorum, & annui reditus quibus applicẽtur, & an consideretur persona, quæ ea exigit, vel locus, vbi sunt dicti annui reditus, & quid de iure consu. Neapo.*
18 *Quando sunt plures tutores diuersorum patrimoniorum pupilli, qualiter debeat fieri consignatio administrationis tutelæ, & de hominibus manus mortuæ qualiter fiat confiscatio.*
19 *Cõfiscatio bonorũ, an extendatur extra territorium, quando statutum vellet fieri de bonis vbique existentibus.*
20 *Feudum nouum commisso delicto per feudatarium, item etiam antiquũ hæreditarium cui applicetur agnatis, vel domino, & quando offensa respicit directò personam domini, vt in crimine maiestatis læsæ, illud idem in emphyteusi, cui applicetur, agnatis, vel domino, notatur, vbi carpitur Gram. qui dicit, quod feudum eo ipso antiquũ, sit ex pacto, & prouidentia.*
21 *Intellectus l. Statius §. Cornelio Felici, qui vult quod dominus teneat feudum durante vita agnati delicto per ipsum agnatum, & an hæc solum procedant in rebus subiectis fideicommisso, & prohibitis alienari, & quando nõ possunt transire ad hæredes extraneos.*
22 *Quando feudum vadit speciali iure siue pacto de vna persona ad aliam de aliqua domo, delictum vnius alteri non præiudicet.*

1 Breuiter ex dictis An. Affl. & aliorum † in d. c. 1. de contro. feu. apud par. ter. quæ dicantur feuda quaternata, dicas in prædictis esse illa, quæ sunt descripta in quaternionibus regiæ curiæ, qui quinterniones hodie conseruantur in archiuo regiæ Siciliæ, & de hoc est tex. consti regni iustitiarij nomen, & notm. in verbo de feudis, quem tex. citat An. in d. 1. c. nu. 9. licet dicat hos quinternos non vidisse tẽpore suo, vnde infert ex hoc Affl. ibi in 1. col. quod ex quo ista descriptio fit inter alia, vt fiat solutio de hoc feudo regi, igitur oẽ feu. quod soluit regi, dr̃ quaternatum secundum eũ. item & tertio dr̃ feudum quaternatum esse castrum, si illius collatio pertinet ad regem, ẽt quòd castrum ipsum sit in terra Baronis, & ipsi iuretur fidelitas, prout ẽt voluit vltra And. in consti. regni post mortem, ibi Affl. Sed qualiter castrum ipsum dicatur in terminis huius decisi. tangendo subiectũ ipsius, vr̃ distinguendum; quia aut castrum ipsum est in terra Baronis, aut non. si est in terra Baronis, tunc vr̃ subdistinguẽdum: quia aut sumus in possessorio, aut in petitorio. si sumus in possessorio; tunc sufficit semel fuisse factam collationem per regem, vt constituatur rex in possessione, dummodo collatio ipsa habuerit effectum, vt dicit Affl. hic, & voluit etiã And. in d. c. 1. per tex. c. cum Ecclesia Sutrina. de causa poss. & propri. sunt concord. quas tradidit Dec. in consi. 134. viso puncto, quod tñ fallit, qñ simpliciter assentit: nam per simplicem assensum regis in contractu venditionis seu concessionis Baronis non fit feudum quaternatum, & vltra adducta per Afflic. hic faciunt ea quæ voluerunt scrib. in l. more maiorũ. ff. de iurisd. om. iudi. & fuit notatum supra in decis. 128. & hæc vẽ ratio, & non illa Affl. ꝙ in omnib. feudis, quæ tenentur a Barone, requiratur assensus regis, & Baronis in ipsorum alienationib igitur omnia feuda essent quaternata: nam contrarium fuit conclusum supra in decisione 243. quòd in feudis planis, & de tabula Rusticis, quę à Barone tenentur, consensum tantùm Baronis requiri in eorum alienationibus, & ista qñ sumus in possessorio: si vero essemus in petitorio, & castra, siue res forent in mano regis, vel in terra ipsius ob deuolutionem forte, vel lineam finitam, vel ob aliam causam iustam, seu quia nunquam bona ipsa rex a se abdicauit, & tunc sufficit semel regem velle quaternare secundũ And. in d. c. 1. de contr. feu. ap. par. ter. qui citat tex. l. in diem, ff. de aqua plu. arcen. in verbo voluerit, ibi cũ gl. & ita procedunt adducta per nostrum Affl. hic in verbo dicebãt aliqui dñi, & in verbo quarto modo video, dũ declarãt, ꝙ si rex concedit feu. ꝙ ex ipsa concess. dicatur feudum 1
quaternatũ. s. qñ rex ipse haberet feudum in manu sua, & vult quaternari, aliàs simpliciter concedendo sm primam naturam, iuxta gl. in l. peculium, §. si ære alieno, in verbo manẽat.

nea t.ff. de pecu. & sunt notæ s.in deci.115,in fi.si verò cast.
feudatarij non fuisset in terra regis, sed Baronis, qui forte
hêt inuestiturã à rege, vel de ipsius regis & alterius præiudi
cio tractatur,& tunc non sat esset vnica cõcessio,prout dicit
Affl. ét hic in verbo,secundo modo videtur,& hoc maxime
credere procedere, qñ in concess.adessent verba iuribus no-
stris, & alterius semper saluis, de quib. per And.in c.1. qui
succes.col.3.& sunt anno.s.in deci.334.sed tunc forte requi
rerentur necessaria in præscriptione rerũ feudaliũ.s. cursus.
30.ann. cum viua præstatione, prout requiritur in præscri-
2 ptione quotæ feudi.iuxta not.s.in deci.254.nu. 4.† & istud
quia de alterius præiudicio tractatur,cui princeps non intel
ligitur velle præiudicium afferre,& vltra citata s.in deci.57.
circa fi.& s,etiã in deci.134.& 361. q princeps intelligatur
concedere sine præiudicio iuris tertij, iuxta tex.l.1.§.meri
to,& §.si quis a principe,ff.ne quid in loco pub.declarat ista
Dec.in consi.11.nu.3.520.in causa Pistoriensi, nu,3.vbi etiã
hæc admittit,si motu proprio fiat concessio seu gratia,& la-
tius in consi.689.viso puncto, nu.15. q concessio impetrata
à principe non facta mentione iuris tertij nil valet,& quan
do dicit non obstante cõcessione alteri facta, intelligitur de
inualida & non de valida, & q obligatur ex suo contractu
tanquam perfecto à lege,& contrauenire non potest de iure
ét ex plenitudine potestatis,fm Pau. de Cal.in l.digna vox.
C.de legi.refert etiam & sequitur in consi.151.maximi,nu,
3 11.& in contractu ipso princeps consideratur † vt persona
priuata,idem in consi. 286. in causa & controuersia Roma-
niensi,nu.6.& amplè per Gram. in consi. 100. in cipit nu.94.
qui etiam ait,q si secus diceretur, nemo foret,qui vellet cũ
4 principe contrahere.& insuper notandum,q quando † prin
ceps accipit pretium,non obstante q dicat,indulgemus,vel
gratiam facimus, venditio est, consuluit Dec. in consi.291.
& pro termi.nu.7.Fel.in c.quę in ecclesiarum,nu.51.de con
5 stitu.& de principe † quòd debeat habere vnum calamum,
vnam linguã, debetq; esse immobilis sicut lapis angularis,
cui conueniunt verba,quod scripsi, scripsi, & sicut polus ca-
nit,idem Decius in consi.prædicto 789.nu.15.quæ licet ve-
6 ra sequantur, † tamen ob bonum pacis princeps auferre bo-
na priuatorum,Aymo in consi.302.in franchisia, nu.1.& in
consi.264.quidam fratres,nu.10.& contractus principis dẽt
7 magis amplè † interpretari,quàm priuatorum. Aymo in cõ
si.95.nu.9.& per Cottam in memo.in verbo imperator, vbi
8 qñ quis iurasset,potest de mandato regis † siue Imperatoris
frangere iuramentum, & multa cumulat hic noster Affl. in
c.1.de nouis feudorum,in verbo princeps,qui enumerat 66.
specialitates quas habet princeps in negotijs & promissio-
nibus suis,alia sunt in d.deci.361.quę & si videantur labo-
riosa potius quàm subtilia ne displiceant sic congeruntur.
9 ¶ Circa aliud factum per Affl. † in verbo,& si diceretur,vo
lentem transumptum ex copia præsentata in actis facere fi-
dem,quando scriptura originalis fuisset in actis præsentata,
& de ea fuisset ibidem relicta copia autentica,affirmat Boe-
rius in decisione 281.no.9 de quo fuit dictum supra in dec.
273. & de dicta citatione necessaria partis ad videndum col
lationem, vt faciat fidem, declarat etiam hic autor in con-
sti.regni,baiulos omnes,nu.14.& in consti.cordi nobis,nu.
16.& istud adeo verum,q qñ præsentantur scripturæ,q non
solum requiratur partis citatio,sed est necessarium dari ter
minũ ad impugnandum,& q datus fuisset terminus ad pro-
bandũ vnã cum copia scripturæ, illud fuit elegans d. Bar. in
extrauag.ad reprimendũ, in verbo de plano, in vltimis verbis,
micia ratificabit vtranq; venditiunem , ratificauit
secundam,& omnia,quæ continentur in secunda ,
ratificauit primam venditionem tanquam connexã
secundę:per gl.in c.accusatus.in verbo,judicari. de
hæret.lib.6.voluit Ang.& Io.And.in l. qui Romæ.
§.duo fratres,ff de verb.obl.In coutrarium pro par
te Domiciæ allegatur, ꝙ ipsa non ratificauit nisi se-
cundam,nec per illa verba generalia, ꝙ ratificat om
nia contenta in secundo instrõ venditionis, in quo
fit mentio de prima, videtur ratificasse primam per
id,quod voluit Pau. de Cast.in consi. 351. incip. de
casu præsenti.vbi vult,ꝙ verba generalia post speci
ficata sequentia non referuntur ad capitula peni-
6 tus separata extranea à capitulis specificatis. † Se-
cundò,dicta Domicia ratificauit secundã,ergo pri-
mam videtur improbasse,arg.l.cum prætor. cum cõ
cor.ff.de iudi.Per sacrum Consilium fuit pariter võ
tatum, ꝙ per dictam ratificationem factam per di-
ctam Domiciam dictæ secundæ venditionis,& om
nium contentorũ in dicto instrumento secundæ vẽ
dotionis ratificauit,& iurauit etiam primam vendi
tionem,per rationes allegatas pro parte dicti Anto
nij.Ac etiam per iura infrà scripta .

Nã licèt verba generalia restringãtur ad specifi-
7 cata, vt supra: † tñ istud procedit,qñ ratio recti ser
monis hoc põt importare,secundum Bar. & cõiter
doc.in d.l.si de certa.per tex.in l.si ex plurib præal
legata,ff.de solu.Secus qñ rõ recti sermonis hoc im
portare non põt,per tex.in l.pluribus,ff. de accepti
la.Et ponit ibi exemplum Bar.actor intentauit quã
dam specialem actionem contra quendam,reus de-
dit dicto actori certam quantitatem, & actor libe
rauit eum tam ab actione intentata,quam à quibus
cunque alijs actionibus ipsi actori contra dictũ reũ
competentibus. Certè,dicit ipse,ista gñalis clausu
la intelligitur vltra specificata: quia ratio recti ser-
monis aliter importare nõ posset.Ad idẽ adducit id
quod voluit Cy.in l.si ex maiore.C.de excep.vbi di-
8 cit, † ꝙ si debitor soluit partem debiti creditori, &
recipiens facit pactum de non petendo simpliciter,
tale pactum restringitur ad partem solutam,non vl
trà.Verum,si recipiens promittit,nihil aliud petere
occasione cuiuscunque,debiti,talis promissio trahi
tur generaliter ad omnia etiam non soluta: quia ha
bita rõne recti sermonis nõ possunt restringi ad id,
quod solutũ est.Faciũt omnia illa iura, quæ allegat
Alex.ad hoc propositũ in 1.vol.cons.46.incip.visis,
& accurate &c. Sed illa verba generalia, omnia alia
& singula,vt soluetur ratio recti sermonis non pos
sunt aliter intelligi:nisi vt videatur ratificata per eã
ẽt prima venditio,tũ pp connexitatem primæ,& se
cundæ venditionis contentæ in instrõ secundæ ven
9 ditionis:tum † pp illud verbum,residuũ,quod præ
supponit antecedentẽ partem casalis,vt supra dictũ
est:tum quia coutra illã primam venditionem factã
Anello ob debitum dotale matris suæ,& posteà illa
pars data in solutum dictæ matri cũ decreto iudicis
& hoc cessit in vtilitatẽ d.pupillæ,quia mater remi-
sit antiphatum,vt supra. Ipsa Domicia non poterat
contrauenire,ex quo in instrõ dotali matris d.Do-
miciæ dictus eius maritus pro dictis dotibus mille
ducarorum,ꝙ ducatorũ quingẽtorũ pro antiphato
obligauit omnia bona Burgensatica,& feudalia, cũ
Regio assensu,& sic dictũ casale,quod erat eius viri
cum potestate capiendi propria autoritate,& cõsti
tuit se,& suos hæredes precario nomine possidere.
Demũ dictũ casale pro dicta parte fuit datum in so
lutũ,vt supra, dictæ D.Mariæ matri Domiciæ cum
decreto iudicis ꝓ dictis mille duc. qñ antiphatũ re
nunciauit eius filiæ,quis dubitat,ꝙ valuit dicta alie
natio dictę partis casalis facta Anello , & ab Anello
dictæ Mariæ Iacobæ,& à Maria Iacoba d.Antonio?
Ex quo facta fuit pro vero debito dotium materna
rũ,ex quo dictus eius vir alia bona non habebat : vt
in l.ob æs.C.de prædijs minorũ.& in l. magis puto.
10 ff.de rebus eorum. † Et qñ pater pupilli dedit licẽ-
tiam alienandi rem pro debito,põt alienari sine de-
creto,vt est tex.in l.magis puto.§ sed si pupillus ff.
de reb.eorũ,& in l.si prædium. C. vbi decreto opus
nõ est. Nec requirebatur assensus in dicta datione
in solutum pro dictis dotibus,quia in obligatione
interuenit assensus,quia sufficit,ꝙ assensus sit prę
stitus super obligatione,vt posset super feudis inter
poni secũdum decretum,vt dicit And.in const. Re-
gni,si quis post litem,& sic sine facto tutorum po
tuisset dicta mater capere dictam partem casalis pro
dictis dotibus, & recipere in solutũ facta ęstimatio
11 ne,& filia nõ habuisset cãm cõtradicendi. † Et per
consequens tenetur hæres ratificare factum defun-
cti.l.cũ à matre.C.de rei vend.l.quæ à patre gerunt.
de resti.mill. Ang.in l.procurator. §. si procurator.
ff.rem ra.hab. Item recipiendo pretium dicti casalis
vtriusq; venditionis ; vr vtranq; venditionẽ ratifi-
casse.l.indebitam.C. de condi.indebit.l.mater.C.de
rei vend l.quidam.de euict.Et dicendo,ꝙ non rati-
ficauit primam venditionem,quã ratificauit,seu ra-
tificare tenetur,ipsa est in dolo, ex quo ratificare te
netur,arg.l.dolo.ff.de doli exceptione,cum multis
similib. Itẽ, quia in dicto instrõ ratificationis factæ
per dictã Domiciã bis dr̃,ꝙ ratificat omnia conten
ta in instrõ secundæ venditionis , vbi fit mentio de
12 prima venditione. † & licèt ista geminatio nihil
operetur,qñ est facta incontinenti in eodẽ contra-
ctu:vt dicit gl.in l.si conuenerit.ff.de pigno.actio.&
Ias.in l.1.9.col.de offic.eius , cui mand. est iurisdi-
ctió.& And.Barbati.in c.fi. de offi. deleg. tñ negari
non põt,quin gñalis ratificatio porrigatur ad om-
nia contenta instrõ secundæ venditionis , vbi actũ
est,

est ꝙ debeat ēt primā venditionē ratificare, per ea,
quæ dicit Bal. in l. tres fratres. in 4. no. ff. de pactis &
in l. sub prætextu specierum. C. de transf. vbi dicit,
13 † ꝙ generale pactū de sui natura ad omnia porrigi
tur, ēt incognita, nisi aduersarius fuit in dolo, & fir
mat Alex. in 1. vol. consi. 42. in 5. col. incipiente,
super præmisso themate.
Nec obstat d. l. si de certa. suprà allegata dicit no
tanter Alexan. in 1. vol consi. 1 7. incip. visis suprà
narratis in themate &c. in 1. col. ꝙ d. l. si de certa. ꝓ-
cedit solū in transactione facta per verba generalia:
nam restringitur ad rem, vel cām specificatam, per
quam deuentum est ad transactionē, quia trāsactio
est de re dubia, & lite incerta. l. 1. ff. de transactioni
bus. Secus in alia conuentione, vel pacto per verba
generalia, quia generaliter operantur, vt in l. plurib.
ff. de accept. Nec obstat prædictū consilium Pau. de
Cast. quia ibi aduersarius fuit in dolo, vt paulò an
tè dixit, vt patet ex notatis in d. consi. Nec obstat ar
gumentum de l. cum prætor. ff. de iudicijs: quia per
d. instrm̄ ratificationis prima, & secunda venditio
14 est ratificata: vt supra ostensum est. † Secundò du-
bitatum fuit, vtrū super dicta ratificatione facta de
prima, & secunda venditione requirebatur Regius
cōsensus, ex quo processit super feudo d. casalis. Et
vr̄ ꝙ sic, ex quo dicta ratificatio inducit cōmutatio-
nē de persona ad ꝑsonā, vt dicit And. in l. Imperialē.
in prin. de prohib. feu. al. per Fede. & patet in const.
Regni constitutionem diuæ memorię In contrariū
fuit votatum, & decisum per totum consilium, quia
Rex expressè consensit ambabus venditionibus fa-
ctis Anello, vbi actum fuit, ꝙ dicta Domicia debe-
ret ipsas ambas venditiones ratificare, & Rex fuit
de hoc certificatus, & ascensit, & sic dicta ratificatio
est executio dictæ promissionis de ratificādo. Sicut
in simili dicit Bal. & alij in l. si præses. C. de transf. ꝙ
15 † in cōpromisso facto per minorem, vel ecclesiam
super re immobili requiritur decretū iudicis, sicut
in alienatione: tn̄ decretum debet interuenire in ip
so compromisso, & non in laudo, facit tex. in l. ma-
ter tua. C. de rei vendic. vbi ratificatio venditionis
inualidæ ex defectu sui consensus confirmat actio-
nem, & non nouam producit, & ex antiqua de-
scendente ex primo contractu agitur ad pretium.
ideo dicit And. in d. constitutione. constitutionem,
ꝙ super compromisso de re feudali debet interue-
nire assensus: & non in laudo. & hoc iure vtimur,
16 † quia laudum descēdit ex compromisso, & est exe-
cutio compromissi, bene facit l. si prædium. vbi de-
cre. opus nō est, & l. 1. §. 1. & d. l. magis puto. §. si pu
pillus. & l. fi. ff. de rebus eorum. vbi si ille qui promi-
sit vēdere rem stabilē, mortuus est relicto pupillo: si
pupillus vēdit, in ista vēditione nō requiritur decre
tū iudicis: quia ista nō est alienatio, sed executio pro
missionis factæ per defunctū de alienādo. Itē in di
ctis alienationib. factis per tutores dictæ Domiciæ
nomine dictæ Domiciæ, interuenit Regius assensus
17 † si pupillus factus maior ipsas venditione ratifica
uit, non requiritur assensus Regis in ratificatione.
gl. est in l Lucius Titius Caium. ff. de adm. tut. quam
ad hoc allegat Bal. in l. fi §. si autem. in fi. C de bonis
quæ lib. vbi assensus præstitus in officio, vr̄ præsti-
18 tus in eius executione. † Itē ille, qui implet conditio
nem contractus, non contrahit, nec quasi contrahit
dicit Bal in l. in conditionibus. ff. de condi. & de-
19 mon. † Item ille, qui ratificat, vel consentit aliena-
tioni, non alienat, dicit Bal. in l. cum pater. §. libertis
ff. de leg. 2. Et ideò non requiritur assensus Regis in
ratificatione alienationis factę eius nomine cū Re-
gio consensu, quia dicta in pręcedentibus, videntur
repetita in sequentibus l. item quia. §. idē Iuliano.
ff de pactis. bn̄ facit quod dicit Pau. de Ca. in l. insti
20 tor. § non tamen. ff. de institoria. † & idem est iudi
cium de his, quæ veniunt in consequentiam vel se-
quelā. quod est de ipso principali, allegat. ff. de eden
do. l. si quis ex argentarijs. § rōnem. in fin. & quod
habetur in l 1. C vbi causæ fiscales. Bene facit quod
dicit Bar. in l. 2 §. sed verū. ff. de mino. vbi dicit ꝙ si
pater præstitit consensum à principio filio agenti,
postea in executione sniæ non requiritur alius ascē
sus. Et per hoc bene facit ad propositum, quod dicit
Feder. de Senis in consi. 100 incip. abbas subiectus.
21 † ꝙ si cum debitis solennitatibus constitutus est
procurator ad vendendum tale prędium ecclesiæ, ꝙ
si procurator vendit, non requiritur alia solēnitas.
ideò dicit Cy. & Bal. in l. per retentionem. C. de vsu
ris ꝙ vbi primus cōtractus est præparatorius seqnē
tis, dicta in primo contractu, censetur repetita in se
quenti contractu. Accedant ad hoc not. per Alex. in
3. vol. consi. 27. vbi dicit, ꝙ procurator constitutus
ad vendendum cum pacto de reuendendo: si vendit
simpliciter, vr̄ vendidisse cum pacto, per iura ibi per
eum allegata. Tertiò dubitatum fuit vtrum valeat
venditio dicti feudi facta per dictos tutores, quos
constat non produxisse in iudicio inuentarium per
22 eos factum vt tutores. † Ex quo de iure tutor non
pōt administrare nisi confecto inuētario: vt in l tu-
tor qui repertorium. ff. de admi. tuto. Ad hoc fuit re-
sponsum, ꝙ non oportet intrare in hoc dubio, ex
quo dicta Domicia maior facta ratificauit vt supra
primam, & secundam venditionem, & sic renuncia-
uit exceptioni, ꝙ illi tutores non fuerunt legitimi
tutores. & hoc per tex. expressum in l. 1. C. si maior
factus ratum habuerit. Secundò modo fuit respon-
sum, quando dicti tutores fecerunt secundam alie-
nationem d. Anello, narratum fuit in instrumento
ꝙ dicti tutores fecerunt inuentarium, & adimple-
uerunt solennia, & d. Domicia maior facta ratifica-
uit, quicquid continetur in ipsa secunda venditio-
23 ne. † & sic confitetur tutores fecisse inuentarium.
hæc verba enunciatiua probant contra eam. l. opti-
mam. C. contr. & commit. stip. & Bart. in l. si quis in
aliquo. C. de edendo. & in l. sciendum. ff. de verbo.
obli. His omnibus, & alijs discussis fuit decretum
in dicta causa non esse ad vlteriora procedendum,
stantibus dictis exceptionibus oppositis.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXXXV.

1 *Appellatione residui totum continetur, & quid de verbo reliquorum, & quid si ante nō appareat solutum, & de verbo ex resta. & de verbo amplius.*

2 *Si testator dicat in testamento, amplius vobis reliquissem, nisi mutuassem decem patri vestro, quæ recuperari non potui, an per hæc verba prædicta decem videātur remissa, & legata.*

Creditor

3 *Creditor qui dicit debere consequi centum à suo debitore, an propterea ei fiat praeiudicium, quod plus non possit petere.*

4 *Exceptio iurisiurandi an transeat ad heredes actiue tantum, quòd ipse valeat hanc exceptionem opponere.*

5 *Filius heres an possit facto praeambulo, praesentare instrumentum secundum formam ritus, & quid quando fuit iuratum pro heredibus, & quomodo possit procedi contra heredem iurantis, qui non tenetur reatu periurij, sed tantum ad obseruantiam iuramenti.*

6 *Singularis successor an teneatur ad obseruantiam iuramēti, & sic sit obligatus ad obseruantiam iuramenti praestiti à suo principali.*

7 *Quando quis permittit non facere fenestram in aliquo loco, vel non aedificare, an hec promissio obliget singularem successorem.*

8 *Quando quis appodiauit in meo pariete, quo casu virtute consuetudinis Neap. tenetur ad solutionem medietatis parietis, an si alienat emptor, & sic singularis successor ad hanc solutionem sit obligatus, quòd non, nisi in subsidium, vbi etiam enumerantur quidam casus, in quibus quis in subsidium tenetur.*

9 *Quietatio, siue transactio generalis quando trahatur ad omnia, & quid si ratio recti sermonis non petiatur.*

10 *Per generalem renunciationem an videatur renunciatum legi de his. de transactio.*

11 *Renunciatio generalis non extenditur ad res, in quibus nulla fuerat iusta causa renunciandi, item ad res furto doloque subtractas.*

12 *Item ad legitimam, & ad dotes, & ad alimenta de futuro, & in feudis, & ad res prohibita alienari.*

13 *In generali mandato nunquàm venit dilapidatio, item error.*

14 *Per receptionem pretij an quis videatur ratificasse contractum.*

15 *Quando quis agit ex aliqua scriptura, an videatur illam approbare.*

16 *Ex titulo precedenti videtur quis rem aliquam possidere.*

17 *Solennitas requisita in contractu an videatur etiam requisita in ratificatione ipsius contractus.*

18 *Aliquis soluendo taleas, seu collectas an videatur hereditatem adiuisse. fines mandati diligenter sunt obseruandi, tamen procurator potest facere ea, quae veniunt in necessariam consequentiam, & connexa.*

19 *Procurator constitutus ad vendendum potest pretium recipere, & si ei videtur, fidem pretio habere.*

20 *Compromissum de re minoris fieri potest sine decretò, quando res est illiquida, secus si negotium fuisse clarum pro minore.*

21 *Pluribus tutoribus constitutis an potestas vnicuique ipsorū insolidum attributa, idem de pluribus officialibus.*

FIt in presenti decis. tandē conclusio, hanc comitissam ra-
1 tificando † venditionem factam Anello de residuo terrae sine casalis quòd videatur etiam ratificare venditionem factam matri suae per dictum Anellum, & per consequens eidem obstat exceptio. iurisiurandi. adde circa primū q appellatione residui totum contineatur, vltra Ias. in d. l. 2. & Fely. in c. ad haec. de rescrip. colum. 1. circa finem, qui limitat tribus modis late ista declarat Cass. in consu. Burg. de enfans rub. 6. in verb. & reliquum, num. 1. fol. 223. vbi ēt de verbo, & reliquorū, q inferat ad totū sciento ēt aliquid nō solutū, quae non admittuntur in pecunia iam exacta, vel quae in vsibus patrisfamilias fuisset deposita, nec quae sunt deposita apud tutores ad vsum pupillorū, prout tex. & declarat Bar. in l. offi. ff. de leg. 3. in quibus ēt de verbo resta, & de verbo amplius, de quo est tex. sing. secundū Ro. in sing. 515. legarum factum. l. pater. §. anus. ff. de doli mali, & me. excep. qui aiūt, si dicat restator in testō, amplius vobis reliquissem
2 † nisi mutuassem decem patri vestro, quae recuperare nō potui, q per haec verba videantur illa decem remissa, seu legata, cum quibus cōueniunt disposita per tex. l. rationes. C. de proba. quod creditor, qui dicit se debere consequi centum
3 à suo debitore † quod non propterea fatetur aliud consequi non debere, nisi dicat ex resta, vt supra Rui. in consi. 56. 1. vol. item si recipiat simpliciter partem, quod nō ppea praeiudicat in restanti parte, vt notaui supra decis. 141. in fine.
4 Circa aliud, q exceptio iurisiurandi † impediat litis ingressum, sunt anno. ī. in deci. 63. 220. transitq; actiuè ad singularem successorem, est tex. in iuramento litis decisiuo. l. ait praetor. la ij. cum l. seq. ff. de iureiur. no. Tira. in retract. on sang. §. 1. gl. 9. fol. 54. num. 128. & sic infm venditoris nocet emptori, decisum in sacro consilio in causa Mag. Octauiani Piscicelli cū Marchione Musarice. itē trāsit ad haeredes, qñ ageretur ciuiliter, secus si criminaliter secundum Andr. in consti. regni eos, qui scienter, & ibi Affl. noster concludens
5 solum † filium haeredē facto praeambulo posse praesentare instrumentum secundū formam ritus, qnę ampliat Capi. in deci. 75. ēt si pro se, & haeredibus fuisset iuratum, & ista quoad haeredes recipientis iuīm, quo verò ad haeredē iurantis dicas ipsum aliter non teneri reatu periurij, sed ad ipsius iura
6 menti † obseruantiam tm̄, secundum Fel. post alios in c. cū
7 sit, de fo. comp. nu. 9. quae omnia admittuntur † quoad iuramentum, secus in actione personali, & in sing. successore exēpli cā, vt si promitto tibi non facere fenestrā, vel non aedificare in aliquo loco, nam vendita te hic emptor, & sic singu. successor non est obnoxius ad obseruantiam talis promissionis, prout illa decidit gl. no. in l. 3. § opus. ff. de alie. iudi. mu ta. can. facta declarat Are. in consi. 70. in cā. An. Are. in rubri. de serui. §. fi. Hyppo. sing. 334. pendet nunc de facto. qui & caeteros concomitantes citat, ad quę ēt cunueniunt adducta
8 per Neap. in consi. Neap. † in tit. de serui. in consue. & si recumbat, in verbo soluto, ubi declarat, quod quando quis pretendit appodiarē in pariete vicini, tenetur soluere ratā pretij valoris muri siue parietis, in quo praetendit facere appodiationem praedictam, sed dari actionem praedictam solum contra illum, qui ędificauit appodiando, & non contra illū, qui forte emit, seu causam habet ab ipso aedificante, seu appodiante pretio non soluto: nam hic dominus parietis non habet nisi actionem personalem contra illum aedificantem in suo pariete, quae actio non sequitur fundi possessorem, nā si in subsidium secundum ipsum, quando hic à venditore nō posset recuperare, quod est notabile in eo, quod dicit in subsidium, nam conueniant vltra dicta per Ias. in vul. l. 1. §. si heres percepto fundo. ff. ad Treb. & in l. si in area. ff. de condic. inde. ea, quae decidit Gui. Papa in decis. 576. actio personalis, & Nicosa. in tract. de pig. in 2. membro, 5. p. ... 103. declarantes casus, in quibus agitur in subsidiū contra singularē successorem non reperto soluēdo obligato in actione perso
9 nali, siue renunciatione † quod trahitur ad oia, qñ rō recti sermonis cōpatitur, secus vero si rō recti sermonis non patitur, locū hēat ēt in transactione, & gl. in l. Lucius. §. emptor. ff. de pact. similiter cō. Alex. 117. hic citatū per Affl. in 4. col. in verbo, nec ob. non procedat, nec locum habet; cum communis sit in contrarium, ample notat Ias. in d. l. si de certa. C. de trans. istud maxime quandò interuenit iuramentū, Alex. in consi. 11. visto, ac considerato themate. 2. vol. vbi est opinionis, posse renunciari dispositioni l. de his. ff. de trans.
10 † cum iuramento clausulaque generali omni legum auxilio, contra quē insurgit Rec. ibidem, fratres tamen tantum sua autoritate, & Ange. in consi. 94. cum his. colum. 5. qui ample implectitur hanc sententiam in transactione quidem ter iniqua, & calumniosa sine causa, cum quib. conueniūt signata, supra in decisio. 149. in fi. & per Capi. in decis. 88. qui concludit ad gehennam aedificare, qui lite calumniosa pecuniam capit, quae etiam amplectitur Soc. in cons. 103. ān causa conuentionis, colum. 2. 3. volum. in transactione etiam regula locum habere, quod ad omnia vires extendat, quando ratio praedicta recti sermonis permittit, secus verò si renuit, licet secundum ipsum possit renunciari d. l. de his. cum iuramentu clausulaque generali omni legum auxilio, qui tenet contra Alexandrum d. consi. 11. quam opinionem

nionem puto ueram data euidenti calumnia transactionis,
nullaque causa existente ipsius transactionis, vt suprà pro
qua opinione bene facit consilium Deci. 579. & Cassa. 69.
quòd renunciatio facta a filia pro modica quantitate de
multis hæreditatibus vnico pretio, quòd non habeat vires,
nam sine causa, de quib. fuit facta mentio, suprà in deci. 161.
secundum quæ puto intelligenda allegata per Ias. in d. l. de
his. qui concludit, cum iuramento simpliciter posse d. lega
renunciari, & insuper ad illud quod in præsenti deci. tradi-
tur per meum Affli. quòd quietatio siue renunciatio gene
21 ralis † trahitur ad omnia, And. in c. 1. nu. 7. qui succe. tene.
per tex. l. si quis pro eo §. si nummos. ff. de fideiu. dicas pri-
mò fallere quo ad res dolo subtractas furtoq; amissas, nam
circa ipsas deficiût vires, & vltra consilium Pau. de Cast. hic
citatum per Affli. affirmat istud glo. & post eam And. in
cap. 1. in princ. per quos fiat inuesti. & Roma. in consi. 108.
idem proposita, & Ias. qui alios nominat in d. l. sub prætex-
tu. Paris. in consi. 94. est fere. 3. volum. quòd non extenda-
tur ad incognita. secundò dicas ista non procedere in legi-
22 tima ipsiusque supplemento. † nam in eis requiritur spe-
cialis renunciatio, vt l. l. si quando §. generaliter. C. de in-
offi. testam. Bertran. in consi. 171. vol. 4. Cur. iunior con-
si. 10. 1. volum. Gramma. deci. 101. nume. 5. Goza. in consi.
43. videtur prima facie, nume. 9. sunt concord. supra in de-
ci. 178. in secundo dubio. Iaso. in l. cum quis. §. quæsitum,
ff. si quis cautio. vbi inquit, iuramentum non sufficere.
Tertio dicas, si verum esset, ista non procedere in dote,
secundùm opinio. Dec. in consi. 5. & 302. de quibus fuit ha
bitus sermo. suprà in deci. 111. nuo. quartò ista possunt limi
tari in alimentis de futuro debendis. l. cum hi. vbi Ias. post
alios scribentes. ff. de transac. melius Alex. in l. si constan-
te. §. quotiens. ff. sol. matri. quinto hæc nô admittuntur in
feudis. c. cum generali. si de feu. fuer. controuer. c. 1. & ibi
Bald. de cap. qui cu. vendidit. latius Dec. in consi. 76. licet. &
395. fuit tactum de veritate, suprà in deci. 14. circa fi. sextò
ista cessant quò ad omnes alias res prohibitas alienari.
Bar. in l. codicillis. §. instituto. de leg. 2. sunt conco. per Ni-
cosa. in tract. de pig. in 2. membro, secundæ partis, fol. 21.
23 num. 47. cum sequen. † septimo ista non procedunt in ge
nerali mandato cum libera. nam in eo numquam venit de-
lictum, siue dilapidatio. l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. de
cuius intellectu sunt scripta, ꝭ. in deci. 305. declarat etiam
Ias. in l. si præses. C. de transact. & sic non venit donatio, &
pro ista quæstione in praxi viget in palatijs, quòd per man-
datum quantumcunque generale declaratio procuratoris
dicentis velle vti testib. an faciat dominum incidere in de-
lictum, affirmat Bald. in consi. 110. decreto domini, 1. lib.
Roma. consi. 60. mandatum. Alios vero casus, in quibus re
quiritur specialis mentio, non sufficit generalis, enumerat
Ias. in l. 1. ff. si quis in ius voc. non iec. colu. pen. Fel. in cap.
translato, colum. de constitu. & in c. ad aures, de rescrip. co-
lum. & vltra suprà notatos casus septem, & alios, in quib.
generalis quietatio, siue renunciatio non præiudicat maxi-
me errantibus, pulchrè duodecim enumerat Aym. in consi.
288. magnificus, nu. 9. & 221. per totum, emptores. quos hic
non transcribo, sed cum casus obtigerit ad ipsum poterit re
cursus haberi, & tuot et alij casus enumerati, ꝭ. in dec. 319.
24 Item † quatenus hic in ver. recipiendo pretium, q per re
ceptionem pretii videatur ratificatus contractus, vltra con-
cor. signatas ꝭ. in dec. 249. voluit Bald. in consi. 349. statuto
25 Placentiæ. 1. vol. † qui concludit, q vtens instro videatur
contenta in ipso comprobare, item ratificare contractum,
26 qñ quis possidet, & fructus percipit, nam ex tit. † præce. au-
tumatos possidere Dec. qui alios sic æstimantes adducit in
consi. 297. non patitur, nu. 2. aliqua suprà in deci. 275. nu. 7. &
ꝭ. 373. & quis soluendo taleas siue collectas videtur hæredi
tatem adijsse. Bal. in consi. 12. quidam D. Matthæus 1. vol.
idem in consi. 130. casus super quo consilium, vol. 5. & pro-
mittens sciens nullitatem testamenti soluere legata, q vi-
deatur testũ approbare. l. non dubium. §. illud C. de testa.
vltra scriben. ibi voluit Soc. in consi. 79. nu. 32. si essemus. 4.
27 vol. & de solennitate † requisita in contractu, q eadē requi
ratur in ratificatione. Ro. in consi. 12. viso facto. col. 2. Calca.
in consi. 18. Dec. in consi. 536. in causa, nu. 6.
Circa vero secundum dubiũ, q qñ adest consensus in pro
missione de ratificando, non opus in vila ratificatione,
28 † nam sequela ipsius, conueniunt notata supra in deci. 61.

vbi fuit conclusum promissionem de constituenda dote ob
tinere vim, ac si fuisset dos constituta ad euitandum circui-
tum, à quibus etiam non dissentiunt annotationes, infrà
in deci. 415. nu. 16. quòd si adesset sensus super obligatione
rerum feudalium, quòd in datione insolutum eiusdem non
foret necessarius, cum quibus etiam admittuntur, quòd
licèt alia regula sit, quod fines mandati diligenter custo-
diendi, vulg. l. diligenter. ff. mand. c. dilecto. de rescrip. no.
Dec. in consi. 682. visu puncto, nu. 23. tamen procurator va-
let facere illud quod venit in necessarium consequens, vel
subsequens. l. ad rem mobilem. ff. de procura. cum alijs cita
tis per Alex. in consi. 25. viso instrumento, in fi. 2. volu. Ias.
in l. si procurator. de procu. C. quia potest facere connexa,
& dependentia, & habens mandatum ad principale nego-
tium potest facere, seu censetur habere ad accessoria, &
sequelas. tex. l. cuicunque. §. si & apud quem. cum seq. ff.
de institu. per quem Ias. in l. cum ita §. qui sibi, aut filio. ff.
19 de verbo. obligat. est opinionis, quòd † procura. constitu-
tus ad vendendum potest pretium recipere, fidemque de
ipso habere, tamquam hæc ei commissa. hoc etiam tenet
in l. admonendi. ff. de iureiur. nu. 208. quę limitat Parisius
in consi. 47. intentio. nu. 99. 3. vol. in eo quod dicit de taci-
ta ratificatione possidendo rem, quòd videatur approbasse
venditionem, nisi res cariori pretio fuisset empta, quam
procur. habuisset in mandatis, quòd nisi data scientia videa
tur contractum approbare, & sunt etiam de prædictis an-
not. suprà in decisio. 232. & latè per hunc Affli. in Rub. quo
tempore miles, col. 7. fol. 117. vbi aliæ consonantes, & de
20 compromisso rei stabilis minoris, † quòd debeat fieri me-
diante decreto vltra scriben. in l. imperatores. ff. de pactis,
notat Dec. in consi. 297. nu. 6. suprà citatus, qui hęc conclu
dit secundùm magis communem in debito liquido, sed in
debito illiquido, q valeat absque decreto, vbi melius quam
álibi legerim concludit, quòd pluribus tutoribus constitu-
21 tis in testamento videatur † vnicuique insolidum attribu-
ta potestas. idem in pluribus sindicis, & alijs officialibus pu
blicis autoritate, per tex. l. decreto. §. fi. ff. de admi. tuto. &
alias autoritates, de quibus ibi per eum, qui dicit hanc
etiam communem opinionem, quæ notanda putam, nam
quilibet prima facie contrarium affirmaret. Cæs. Vasil.

DECISIO CCLXXXVI.

De obligatione bonorum feudalium pro euictione.

SVMMARIVM.

1 *Feudi hypotheca sine Regio assensu an procedat.*
2 *Assensu, & licentia super alienatione feudi, an retro-trahantur.*
3 *Princeps agere debet sine iniuria alicuius.*
4 *Oblatio inualida confirmata per assensum non operatur in tertij præiudicium.*

IAcobus de Prasitio de Auersa habens, tenens &
possidens quandã domum in ciuitate Auersæ, illã
publico instrumento mediante vendidit nobili vi-
ro domino Raynaldo Gargano pro certo pretio, &
promisit de euictione in forma, obligando omnia
bona sua burgensatica, & feudalia saluo Regio assen
su quantum ad feudalia, & tradidit, & tunc tempo-
ris dictus venditor habebat certum feudum, de-
inde dictus Iacobus de Prasitio vendidit Fabricio di
ctum feudum pro certo pretio cum Regio assensu,
& tradidit, & sic dictus Fabricius tenuit dictum
feudum per decem annos, prout in præsentiarum
tenet, & possidet.
Euenit, q dom. Franciscus de Cicino, V. I D. de

Neapoli, prætendẽs habere ius super domo, quam
emit d.D.Raynaldus, fecit in ius vocari d.D.Ray-
naldũ in magna curia Vicariæ, qui cõparens dat pe
titionẽ suã: & dicit, ꝙ in casu succũbetię petit, ꝗ ad
eius instantiã fiat executio super feudo sibi obliga-
to pro euictione, quod tenet d.Frabricius, q. citatus
dicit, ꝙ feudũ ipse emit, non est obligatũ pro eui-
1 ctione d.D.Raynaldo: † quis in obligatione ꝑ eui-
ctione domus vẽditæ per Iacobũ de Prasitio d. Ray
naldo non interuenit regius assensus, antequam
ipse Frabricius emisset d.feudum à d.Iacobo de Pra
sitio; sed ipse D.Raynaldus impetrauit assensum Re
giũ, postquam ipse Fabricius emit d.feudum, & te-
nuit, & possedit; & dedit dictus Fabricius supplica-
tionem in Consilio, vt magna curia relationẽ faciat
in Consilio, in quo auditis aduocatis, & iudicibus
magnæ curiæ.

2 † Videbatur aliquibus Dominus, ꝙ dictus Assen
sus Regius impetratus trahatur retro ad tp̃s obliga
tionis d.feudi pro euictione dictæ domus, per l. 1.
ff. qui po. in pig. habe. & l. qui balneum. eo. tit.

Per alios Dominos fuit dictum, ꝙ talis Regius as
sensus impetratus, qñ feudum erat D.Frabricij, nõ
operatur effectum suum in præiudicium ipsius, per
id, quod dicit And. in l. Imperialem. in fi. princip.
de prohi. feud. alien. per Fede. vbi dicit in illa quæ-
stione, an consensus valeat, si præcedit, vel subsequa
tur, & dicit, ꝙ si solum agitur de præiudicio consen
tiẽtis, ille cõsensus põt præcedere, & subsequi; secus
si ageretur de præiudicio alterius. c. inter dilectos,
3 de fi. instr. quia † quod princeps agit, debet agere si
ne iniuria alicuius. l. nec auus, C. de emancip. lib. ff.
ne qđ ĩ loco publico. l. 2. §. si quis à principe. Et sub-
dit, ꝙ si habẽs feudum illud alienauit, & non tradi
dit, & mortuus est, si ille, cui fuit alienatum feudum
post mortem alienantis impetrat assensus Regis,
non nocet hæredi alienantis, allegat legem bono-
rum. ff. rẽ ratam haberi. ff. de ma. testa. lege seruus,
l. 1. in princip. de appella. recip. quia in eo tempore
consentit, quo res est aliena, non illius alienantis, vt
latius ibi per And. idem firmat Bal. in l. nec quicquã
§. post hæc. in 7. q. ff. de offi. proconsulis. Idem te-
net Lucas de Penna in l. nulli. C. de fundis patrim.
lib. 11. vñ cum obligatio bonorũ feudaliũ pro eui-
ctione fuit nulla, quia sine Regio assensu per consti
tutionem Regni, constitutionem. & qñ Fabritius
emit dictum feudũ non erat valdè obligatum, si ipso
Fabricio effecto dño feudi impetratur assensus su-
per illa obligatione, nihil nocet ipsi Fabricio. Nec
obstat, quod in contrarium allegabatur, quia in di-
4 ctis iuribus obligatio à principio erat valida. † Sed
in casu nostro à principio obligatio erat inualida:
ideo si postea confirmetur per assensum, non opera
tur in præiudiciũ tertij: & hoc tenet gl. in d. consti-
tutio. constitutionem. in verbo confirmetur;

Fuit ergo votatum per iudices magnæ curiæ, &
per dominos de Consilio, ꝙ dictus Fabricius non
põt molestari à d.D.Raynaldo super d.feudo. Et sic
fuit absolutus ab impetitione dicti domini Raynal
di tanquam agentis contra Fabricium sine actio-
ne, per l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. cum
concordantijs,

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXXXVI.

1 *Duobus emptoribus existentibus, & creditoribus rerum feudalium, ille enim præfertur qui primò assensum impetrauit.*

2 *In re emphyteutica ille etiam præfertur duobus emptoribus existentibus, qui primus assensum impetrauit, nã ante assensum domini directi dominiũ rei quis non habet.*

3 *Quando fuit facta venditio rei ecclesiæ sine solennitatib, a non habente potestatem vendendi, non transfertur dominium, neque possessio iuris, sed facti tantum.*

4 *L. 4. ff. qui poti. in pig. vnà cum l. qui balneum. ff. eodem, locum habent in conditione potestatiua, secus in conditione conditionali, dantur ibidem exempla.*

5 *Si hæres alienauit rem hæreditariam, legatarius sub conditione ipsa adueniente, an aduocet rem alienatam ab emptore.*

1 Contra conclusionem hic firmatam, ꝙ † qui primò impetrauit assensum præferatur duobus emptoribus existentibus, vel duobus creditoribus habentibus rem feudatam obligatam, tenet hic auctor in consilio. regni diuæ memoriæ. in consti. oobili. in 3. q. nu. 51. vbi dicit, ꝙ facta obligatione rerũ feudalium saluo assensu regis, ꝙ si postea fieret venditio feudi, ꝙ non obstante, quòd hic emptor feudi impetret primò assensum, quam hic creditor, quòd ipse creditor debeat præferri huic emptori, & tradidit rationem, quia dicta hypotheca impetrato assensu per creditorem trahitur retro ad tempus contractus obligationis bonorum, per dictam leg. potior, & l. qui balneum. ff. qui potio. in pig. habea. sed contra hęc, & sic eum conclusione tertia firmata tenet hic met auctor, & si non sibi constans in eadẽ consti, in 7. notabili, nu. 79. vbi concludit, prout in hac deci. quòd ista assensus impetratio deinde facta non trahitur retro in præiudicium illius, qui primò assensum obtinuit, & si fuisset posterior in contractu, quod etiam & melius confirmat in cap. imperialem. in princ. in 19. q. & in c. 1. primo notabili, de vasa. qui contra consti. Lotarij, & nouissimò dominus Marinus Freccia in suo tracta. de subfeu. io 30. q. fol. 158. declarat in simili Lucas à Penna in l. cum allegas, nu. 4. de re mili. lib. 12. vbi decidit quæstionem, quod si aliquis non fuisset capax feudi tempore impetrationis, ꝙ si restituatur deinde alteri, non præferatur, qui medio tempore impetrauit assensum, & secundùm prædicta in fortioribus terminis, videlicet, ꝙ emptor iuris luendi rei feudalis cum assensu præferatur emptori cum pacto de retrouendendo cum assensu, non obstante, quòd hic emptor primò emisset dictum ius luendi prætenderet eidem potuisse fieri dictam venditionem, & remissionem ipsius iuris luendi absque assensu tanquam possessori, iuxta notata s. in deci. 232. determinauit sacrum consilium anno 1563. in quadam causa Iulij de Vico de ciuitate Neritoni cum Theophilo Cymbalo, & alijs de Neritono actuarius Ioan. Vicarius Sarnus, & sic secundum opinionem Cammerarij in l. imperialem, fol. 16. qui concludit, remissionem iuris in re feudali non posse fieri possessori sine assensu in præiudicium tertij, quod mihi visum fuit durum, saltem quando hic possessor habuisset remissionem sine assensu in re feudali, priusquam secundus impetrasset assensum, nam cum primo fuisset ius quęsitum facto legis ab eo auferri non potest, nisi princeps voluisset l. cum Hermes. C. locati. cum alijs adductis per And. in c. 1. 2. col. in ver. sed verum. de vas. decre. ętatis, & in c. 1. §. præterea, nu. 14. in fi. in vltimis verbis, quæ sit prima causa ben. amit. vbi dicit, quòd si primogenitus habet indulgentiam post mortem patris, & sic post ius quæsitum secundo genito, ꝙ non prodest, quòd non est censendum, principem talia velle facere, tum quia sic in assensu hic iurib. nostris, & alterius semper saluis, de quo s. in dec. 334. tum et quia sic iuris. l. 1. §. meritò. & §. si quis à principe, ne quid in loco pub. l. cũ auus. C. de emanc. lib. Alciat. in regula 3. præsum. 21. sunt concur. suprà in decisio. 128. 282. numero

mero secundo poterit super ijs cogitari, magna est authori
tas Dominorum, quæ nota: nam si vera, non solum vhr lo-
2 cũ hrẽ in re feudali, vt s. sed ẽt in re † emphyteutica, nã fa-
cta venditione ab vtili dño emphyteuta duob. de suis me-
lioratoribus, ille.n. præfertur, qui primò fuit inuestitus à
dño directo, si assensum primo impetrauit, & illud non ob-
stante, q alius habuerit realem possessionem, vel per consti
tutum, prout post Guid. Papæ in dec. 49. qui loquitur in ter
minis fortiorib. in donatione facta, in qua ẽm magis eõem
non requiritur assensus dñi, ẽm Iaſ. in l.ſi. col. 30. de iure em
phy. affirmat ista Caſſ. in consi. 7. Tiraq. in trac. de cõsti. poss.
in 2. lib. fo. 63. ex dictis oĩm moti isti patres illa ratione;
quia ij anteq̃ à dño directo per suum assensum de re inue-
stiantur, non habent dñium, neq; possessionẽ. Capi. dec. 182.
quæ tñ limitat Tiraq. in loco s. citato aliquib. modis, vt ibi
per ipsum, cũ quib. vhr ẽt conuenire, quę voluit Alex. in l. 1.
3 §. si vir vxori. ff. de acq pos. col. 1. † dicent, ementem rẽ ec-
clesiæ à non habente potestate vendendi, & sic sine solẽni-
tatib. à iure requisitis non transferre in emptorem dñium,
neque possessionẽ, per tex. l. iubemus. §. sane. lo grãde. C. de
sac. san. eccl. & sic patet hanc rerã, & eõem opi. esse, & ratio
allegata per nostrum Affli. in d. consti. diuæ memoriæ. in d.
consti. nobili, non obstare, nam hic ipsemet respondet, dictã
legem primã cũ alijs s. adductis in d. tit. qui poti. in pig. ha-
4 be. militare in cõtractib. à principio validis, & intelligas † lo
ctor in debito conditionali dependente à potestate fortu-
næ, secus in conditione potestatiua dependente à ptãte de-
bitoris; quia hic creditor non præferetur secundo, vt in ex-
emplo tradito in d. l. 1. & in d. l. qui balneũ, in princ. & in l.
potior. hoc est, qñ debitor se obligauit, & bona, q si recipe-
ret pecuniã bona ipsa fuissent obligata, & postea cum alio
contraxit pure, & bona sua similiter obligauit, siue hypothe
cauit, nam si postea capit pecuniam a primo creditore, hic
non præfertur secundo creditori, de quib. latius diffinit Ni
colantius in trac. de pign. in 2. mẽb. quintæ partis fo. 108. in
36. ampliatione, & Soc. in consi. 41. in præsenti. 1. col. 4. vol.
qui limitat hæc ẽt in legatis non procedere, nam in eis con
5 ditio existens non trahitur retro, † vnde si hæres aliquam
rem hæreditariã alienauerit, legatarius sub conditione ipsa
existente non aduocat ab emptore, vt ibi per eos, quę sunt
notabilia, & de intellectu ẽt d. l. primę, sunt annot. j. in dec.
402. col. 2. an clausula saluo assensu regis operetur, & sic an
opinio Lucæ sit vera, sunt anno. s. decis. 111. & j. 335. & q
princeps non præiudicat iuri tertij, supra in dec. 262. Cæ. V.

DECISIO CCLXXXVII.

De compositione facta per curiam pro homicidio sine Regia consultatione.

SVMMARIVM.

1 *Compositio criminis an sit permissa curia sine consultatione Regia.*
Temporis lapsus in homicidio alleuiat pœnam.
2 *Reatus qualiter exponatur.*
Pœnę commutatio per iudicem fit ex causa.
3 *Iurisdictionem habens pro homicidio ex consuetudine præscripta pœnam potest imponere pecuniariam.*
4 *Iudex an possit occisorem admittere ad compositionẽ producto instrumento concordię cum occisi consanguineis.*
5 *Delicti antiquitas, absentia, et de pauperatio homicidam in crimine alleuiant.*

Illustrissimus D. Alphõsus primogenitus, & Dux
Calabriæ congregauit oẽs consiliarios, & præli-
dentes Regiæ cameræ, & auditore Regiæ maiestatis
Regis Ferdinandi Primi, & iudices magnæ curiæ. Et
1 voluit ab eis intelligere si magna curia Vicariæ põt
cõponere pro homicidio sine consultatione Regia.
Et dicebat sua Illustriss. dominatio, q ipse qui est
primogenitus, & Vicarius gñalis non auderet com
ponere vnum homicidiarium sine cõsultatione Re
gia. Et q miratur vehementer, q ipsa magna curia
admisit ad compositionem quendam de Teramo,
qui homicidium cõmisit, ideò vult intelligere, si hoc
potuit de iure fieri. Dicebant iudices magnæ curiæ,
q talis cõpositio potuit de iure fieri. Et hoc ex cau-
sa iusta: nam d. homicidium factum per illum de
Teramo fuit factum, iam sunt elapsi anni decem: &
dicit l. si diutino. ff. de pęnis. si diutino tempore ali-
quis in reatu fuerit, aliquatenus pęna eius subleuan
2 da erit. † reatũ exponit gl. id est, homicidiũ, quod
non recipit iterationem, & sic lapsus tpis in homi-
cidio alleuiat pęnã: vt dicit Abb. in c. cum haberet.
eo qui dux. in matri. quam pollu. per adulterium. &
ideò iudex habet à iure arbitrium commutandi pœ
nam ex cã quæ sumitur ex persona ætatis, temporis
ex loco, ex rei cõditione, & criminũ vniuersalitate,
vt hæc omnia colliguntur ex l. si quis aliquid. § in-
strumẽta. & l. absentem. §. si. & l. aut facta. §. t. ff. de
pœn. & de sicarijs l. 4. §. t. de termi. mo. l. 2. ad legem
Iul. pecu. l. sacrilegij, secundum Lucam de Penna in
l. r. in verbo, distulerit. C. de deserto. lib. 12. Item
quia iam constat notoriè, consuetum esse in magna
curia facere compositiones ea causa super homici-
dijs, vt attestantur registra dictæ magnæ curiæ,
3 † & ideo dicebar glo. in c. 2. de delictis pue. quòd ha
bens iurisdictionem ex consuetudine præscripta
pro homicidio potest imponere pœnam pecuniariã
& patet expresè 18. q. 4. c. qui subdiaconum. & Ar-
chi. 22. q. 5. si vos. & firmat Lucas de Penna, vbi su-
prà. vbi plenè de materia cõpositionis, cuius verba
do. Paris de Puteo reassumit in tractatu de syndica
tu, in verbo, cõpositio. Secundò dicebant essa ritum
in reformatione facta per Reginam Ioannam secun
dam super obseruatione rituum. magnæ curiæ Vi
cariæ, qui incipit, item, & dictus Locumtenens &c.
q licèt curia nõ possit cõponere pro delictis tñ par
te cõcordata datur dictæ curiæ potestas componen
4 di † sed de cõcordia cõsanguineorũ occisi, pducebat
pro parte illius occisoris de Teramo instrũm pacis &
cõcordiæ, & remissionis offensæ, & ideò potuerunt
iudices eũ admittere ad compositionẽ, & iste ritus
cogit antiquũ dictę curię vbi, dicebatur, q ipsa cu-
ria cõponit de quolibet maleficio, saluo iure partis,
excepto crimine hęresis, & læsæ maiestatis: & de
hoc erat litera Regis Ladislai, per quam conceditur
dictæ magnæ curiæ, q possit cõmutare pœnam ca-
pitalẽ, & vltimi supplicij, qñ dictæ magnæ curiæ vi
debitur. Tertiò, iste qui commiserat dictum homici
dium, nunquam fuit citatus super dicto homicidio
per annos decem stetit absens à Regnò, & propte-
rea est depauperatus, & pęnitet tale homicidium
5 fecisse, † & humiliter petijt se admitti ad cõpositio
nem stante dicta concordia cum oĩbus cõsaguineis
occisi, & stante antiquitate delicti, & paupertate, &
exilio, & eius pęnitẽtia fuit visum d. magnæ curiæ, q
non fuisset iustũ non admittere eũ ad dictã cõposi-
tionẽ per tex. in c. quanto, in 6. 2. q. 4. vbi dum dici-
tur, quia sicut in contumacia persistentibus seueros
non esse conuenit, sic humiliatis, & pęnitentibus lo
cũ veniæ negare non debemus. Fuit in pñtia dicti
Ducis votatum per oẽs supradictos dominos Con-

siliarios,& præsidētes,& auditores, qui fuerūt 30.
numero, q dicta compositio licitè fuit facta, nec ma
gna curia est digna reprehensione, & sic remansit
quietus dictus Illustrissimus Dux.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXXXVII.

1 *Minor ætas inter alia est iusta causa minuendi pœnam,*
nam imperatores claudia propter ætatem crimen ince-
stus remiserunt.

2 *An si propter ætatem pœna non fuerit minori mitigata, li*
ceat appellare, & in crimine furti, & sacrilegij.

3 *Intellectus l. excipiuntur. ff. ad silla. & l. si arrogari. ff. de*
tutelis, sentiētes minores puniri propter capitaliter deli
ctum cū astutia commissum, qualiter hoc intelligatur.

4 *Quando lex dicit de aliquo esse sumendum supplicium,*
quomodo sit intelligendum de pœna mortis, vel alia mi
tiori.

5 *Si delictum sit atrocissimum, est de iure arbitrarium iudi*
cis, & si homicidium dicatur atrocissimum delictum.

6 *Restitutio in integrum an excludat delictum, & reducat*
rem ad pristinum statum, & aliud est petere restitutio-
nem aduersus delictum, & aliud pœnæ mitigationem.

7 *Liberum arbitrium iudici circa pœnam imponendam in*
delicto, tunc videtur datum, quando lex liberè pœnam
ponit voluntati suæ, & sine temperamēto mitigationis.

8 *Quando minor aliquid astutè facit, sua prudentia non*
debet imputari, sed potius euentui, & fortunæ: sicut di-
cimus in testamento rectè confecto à furioso.

9 *Minor an aduersus eius contumaciam restituatur, &*
quid si eius dolo aliquid ad eum peruenit.

10 *Quòd pro homicidio imponatur pœna pecuniaria, an pos-*
sit à statuto induci.

1 Fit conclusio in præsenti decisio. † inter alias qualitates
minuendi pœnas in delictis vltra tempus, & alia esse mi
norē ætatem, concordat Dec. in cons. 535. requisitus. in fi.
qui citat Affl. in præsenti deci. & in delicto à minore cōmis-
so, q dēat pœna mitigari, facit tex. l. si adulterium cum ince
stu. §. fratres. ff. de adul. vbi Imperatores Claudiæ pp ætatē
crimē incestus remiserūt: secuti fuerūt illa Alc. & D. Ant.
de Alex. Io. Petrucij & oēs in l. & si seueriot. C. de his q no.
infa. vbi plus dicunt, q si pp ætatē non fuerit pœna à iudice
2 mitigata, q † possit appellare tāquā grauatus, & cū eis, sequē
uentre Dec. in regula fere. ff. de reg. iu. Boetius in deci. 279.
& præsupposito, n. 20. qui refert in crimine sacrilegij, & furti
minores tantūmodo fuisse fustigatos, & in homicidio à mi-
nore cōmisso, pro quo ex forma statuti imponeretur pœna
mortis, vt est consti. regni, terminū vitæ, q minor non dēat
decapitari, affirmat Bal. in d. l. & si seueriot. col. Ang. in auc.
male. in verbo scienter, nu. 22. latius Dec. in rep. l. si fugitiui.
C. de ser. fugi. nu. 74. nonhæc & alia Gram. in deci. consilij
quinta, & 28. notat aliqua ēt Tiraq. in trac. de pœnis, cā 44.
nu. 47. fol. 246. qui ēt in toto trac. enumerat 64. causas, per
quas pōt, & dēt pœna minorari, licēt pro maiori parte oēs di
ctæ causæ non fuerint Luc. de Pen. quē ipse tacepit, in quē
ego potui videre in l. poleros. de colo. illiri. lib. 11. quib. nō
obst. excipiuntur. ff. ad sill. & l. si arrogari. ff. de tutelis, quæ
allegantur per Bal. in l. administrantes §. qui corporis. ff. de
exc. tut. & per eundē in auth. facta puberū. 2. col. C. si aduer.
vend. concludens ex his minorē ex inhumanitate criminis ca
pitaliter puniri, pront adducebat dicta iura regius fisci pa-
tronus in quadā causa cuiusdā filij Matthæi de Alfano Re-
gij porterij sacri consilij in eodem sacro consilio, vt facerēt
eū pœna mortis affici, iuxta sententiam magnæ curiæ, qui
eum ad mortem condemnauerit, quia commiserat seu pa-
trauerat homicidium Vasrçāa personam cuiusdam Algo-
zerij magnæ curiæ Vicariæ, qui aliàs ceperat eius fratrem,
qui similiter præsupponebatur homicidium aliud commi-
sisse, nam per me tunc existente aduocato prædicti inqui-
3 siti respōdebatur, † q dicta iura allegata per Bal. videlicet,
d. l. si arrogari, & d. l. excipiuntur, & d. l. administrātes. §. qui
corporis, nil de pœna mortis contra minorem consulunt, siue
mandant, sed tantum habetur in d. l. si arrogari, q minores
fuerunt deportati, & sic expirasse tutelam, & similiter in
d. l. excipiuntur, ex quo quatuor rectè intuenti concurre-
bant contra minorem, nam erat seruus vltra tria pondera-
ta ibi per scribentes, & tamen ibi nil dicitur de pœna mor-
tis, sed tantum habetur de illo minore, ibi sic delinquen-
4 te esse sumendum † supplicium, quod verbum potest in-
terpretari pœnam, iuxta tex. auc. de nup. §. quod aūt prius,
ex quo non loquitur, vltimum supplicium, & sic non po-
test habere interpretationem de morte. tex. l. vltimum. ff.
de pœn. voluit glo. in l. 2. ne san. bapti rei. quæ proprie loqui
tur in minore in illo delicto, & in l. præsenti. C. de his, qui
ad eccle. confu. in princ. in verbo capitali, & vltimi suppli-
cij, refert & sequitur Hypp. in praxi crimi. in verbo opor-
tunè, num. 46. Decius in consil. prædicto. 535. in muliere,
quæ vim intulit in partū, & mediante pecunia fecit abortū.
l. Cicero. & l. si quis, §. abortionis. ff. de pœnis. cum alijs
notatis ibi per ipsum in 2. colum. & sic ista iura non mere-
bantur ad ista allegari. nec supra cōclusit refragatur aliud,
quod dicebatur in casu prædicto cum sumus in homici-
dio, pro quo de iure constitu. regni terminum vitæ, impo-
nitur pœna mortis, licet de iure communi articulus sit di
sputabilis, pro quibus Casa. in constitu. Burgu. in titu. des
iustices, Rub. 1. fol. 14. nume. 3. quod sit pœna mortis alle-
gat tex. l. vnicæ. C. de raptu virgi. in verbo meritò mortis
damnatur supplicio. igitur delictum atrocissimum, iuxta
doctr. Barto. in l. non solum. §. si mandato meo. ff. de in-
5 iur. colum. 1. quod reuera censetur arbitrarium, † an de-
lictum sit atrocissimum, dicit de iure Dec. ex dictis om-
nium in cap. at si clerici, col. 6. de iudicijs, igitur diceba-
tur, minori non debere per in integrum restitutionem sub-
ueniri, iuxta tex. l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. And.
in cap. imperialem. §. præterea si quis infeudatus, num. 18.
idem in cap. 1. §. de veteri, nume. 7. in fi. quod minor 14.
ann. doli capax possit pœna falsi puniri, qui testes sunt ne-
cessarij etiam: quia tex. l. si quis ce rca. C. de sicarijs. deci-
dit, minorem non valere se adulta ætate defendere in
delicto homicidij, sed innocentia ipsius delicti. nam præ-
dictis respondebatur, nos nolle in illo casu defendere mi-
norem via in integrum restitu. quæ penitus excludit deli-
ctum, & reducit rem ad primum statum, iuxta tex. l. pri-
6 mæ, C. si adu. delictum. quam restitutionem † tex. ibi ne-
gat minori concedi, & tex. etiam d. §. in delictis. voluitque
ample Boetius in decisi. 63. habetur. numero sexto. cum
delictum facit maiorem, sed tantum postulabamus miti-
gationem pœnæ fieri debere propter ætatem, quam mi-
tigationem fieri debere, dicto §. persona. l. respiciendum,
in princip. ff de pœnis, & alia iura suprà citata fieri man-
dat, & sic iura iuribus concordare promptissimum est. §. qui-
bus. prima constitu. Codicis. l. 2. cum simil. C. de inoff. do-
tibus. Et si iterum instaretur, mitigationem pœnæ fieri
debere; quatenus interdum miseratio ætatis iudicem ad
mediocrem pœnam induxerit, prout videbatur loqui d. §.
in delictis, q propterea esset arbitrarium, vellit ne iudex
pœnam ipsam mitigare, nam vltra præcedentem responsio-
nem prædictis dabatur responsum, q hic tex. deberet intel
ligi iuxta iura superius citata, quæ mandat simpliciter æta-
tis minoris haberi cōsiderationem, q in casu de quo agitur
non intelligatur, per d. §. in delictis, datum liberum arbi-
trium iudici circa pœnæ impositionem sine mitigatione;
7 nam tunc de iure † intelligitur datum liberum arbitrium
iudici circa pœnam, quando illud expressè diceretur per le-
gem, quæ diceret remitto iudicis voluntati vel ipsius libe-
ro arbitrio, aliàs secus, est doct. Bart. in l. si qua pœna. ff. de
verb. sig. notat expressè Dec. in c. ad hæc, lo tertio, de ap-
pella. voluitq; Alex. in repe. l. primæ. ff. de lega. 2. col. vlt.
insuper & secundò dicebatur, q dato, q fuisset expressè da-
tum liberum arbitrium iudici, ex quo cum qualitate mo-
derationis semper tenetur iudex pœnam mitigare. l. cum
de interpretatione. ff. de pœn. c. inquisitionis, & ibi gl. in ver
bo minorari, aliàs moderari, de accusa. refert ista & alia

Dec.

Dec.post Fel.in c.ex literis.de rescr.col. pen.in ver.quartò
non habet locũ,vbi ẽt ample de intellectu glo.§.in summa.
insti. de iniu. ꝗ pœnam possit iudex cõmissam suo arbitrio
extendere vsq; ad mortem,& per hæc & etiam quia semper
in similibus causis sacrum consiliũ fuit consuetũ pœnã mo-
derare existente minori ætate, oẽs Dñi tam sacri consilij,
quã regiæ cameræ summariæ,quos ad illum effectum voluit
esse vnitos D. Cardin. Paccechus tunc prorex huius regni,
fuerant in voto,pœnam ipsam in hoc casu moderandã esse,
quod cõe votũ licet tunc non fuisset in anno. 1554. in scri-
ptis annotatum,sed tñ causa discussa inter Dominos: quia
d.dominus prorex sic voluit, prout d.Domini postea sic de-
clarauerunt,quod ẽt euidenter apparebat; nã sententia ma
gnæ curiæ Vicariæ cõdẽnans prædictũ inquisitum ad mortẽ
omnĩ deinde fuit executa, & tandem existente dicto inqui
sito carcerato post duos annos post dictam discussionẽ fecit
cõpositionem duc. 300.& vnius mancipij consignandi regiæ
curiæ in anno 1557. & hæc, vt audio, de mense Februarij.
Quę de iure videntur admittenda circa dictã moderationẽ
faciendã ob minorem ætatem,licèt Petrus Follerius,quem
mox vidi in quibusdã suis addi.quas imprimere fecit ad spe
culum Roberti Marantæ fo.20.inclinet post multa in prædi
ctis in contrariã opin.in homicidio seu alio delicto atrocissi
mo astutè à minore commisso,non fieri moderationẽ ex d.
doctr.Bal.in l.administrãtes.§.qui corporis,ꝗ(vt suprà dixi)
secundùm leges quas Bal.ibidem adducit ista non probant,
8 nec dicunt.vltra etiam dici põt, ꝗ si aliquid astuto seu † cal
lide fit ab aliquo minore non propterea ætati perfectæ seu
malitiæ debere in totum imputari,sed potius à casu,sicut di
cimus de testõ facto ab aliquo furioso prudenter,& rectè,ꝗ
non ppeà valet ẽt ad pias cãs sm Decium in regula in ne-
gotijs.de reg.iu. vbi illud dictũ Io.And.in c.si.de succes.ab
inte.dicens Romę fuisse approbatũ testm̃ cuiusdã furiosi,eo
ꝗ rectè factũ fuisset solũ procedere:quia ex hoc demonstra
tur,hunc non esse furiosum,qui actus sensatos,& pfectos fa
cit,& non ppea gesta per ipsum furiosum sint valida, & silr
apparet respõsum ad §.in delictis,in quo ipse facit magnum
fundm̃, ꝗ in d.casu non ponatur in totũ in arbitrio iudicis
pœna,sed mitigãda suo arbitrio,vt š.ex iurib.š.citatis,& do-
ctr.maximè Alex.in d.l.1.circa fi. de lega.2. voluit ẽt Bolo.
in cons.37.Hypp.in cons.24.30.39.dat ẽt casus,in quib.dẽt
9 fieri † pœnæ moderatio.Boerius in d.deci.63.vbi quod mi-
nor aduersus contumaciã non restituitur, nec ẽt si dolo ali-
quid ad eũ peruenit.l.1.C.de repu voluit ẽt Grã.in cons.61.
in ciui.nec ẽt si scienter alienauit rẽ contra prohibitionẽ te
storis, prout in pulchro caso consuluit Ay. io cons.193.mi-
nor 25.annis. ꝟ totum,sed superius conclusa hodie cessant,
nã de mense Octob.1558. per regem nostrũ fuit facta regia
pragmatica,ꝗ sit totum in arbitrio iudicis,si vult pœnã mi-
nori delinquenti minorare,& cũ sit hodie casus decisus re-
gia determinatione,prædictæ disputationes silent, sed de il
20 lo,quod hic hr̃,quod consuetudine,vel statuto † possit indu
ci,ꝗ pro homicidio imponatur pœna pecuniaria, dicas,& si
articulus disputabilis,ꝗ possit fieri,est magis cõis opi. secun
dũ Hypp.in sua praxi crĩ.in §.sequitur.per totum.voluit hic
auctor in prælu. consti. regni in 7.q. ample Ro.in sing.714.
iudex potestatis.vbi bona additio,quę limitat prędicta trib.
mod.citatq; Affl.in hac dec.licet contra ista teneat Rec. &
malè in consi.Decij 90.& pro tenui.nisi intelligeres in casi.
suprà limitatis per addi.ad sing. Romani,quos vide,ne hic
fiat prolixus apparatus transcribendo dicta aliorum tantũ,
cum satis videtur loca citasse,& modernos auctores. C.V.

DECISIO CCLXXXVIII.

De remißione partis debiti facta per maiorem partem creditorum.

SVMMARIVM.

1 *Remißio partis debiti facta per maiorem partem creditorum an noceat alijs, & an cogantur remittere.* 5.
2 *Intellectus §.hodie.legis,iurisgentium ff. de pactis.* 4.
3 *Dilatio minus præiudicium dat creditoribus dissentientibus, quàm remißio partis debiti.*

1 SAepè, & sæpius habuimus in consilio † ꝗ vnus
debitor habet plures creditores in diuersis sum-
mis, & diuersis causis, quorum credita ascendent
ad bonã summã,puta mille vel vltra,omnes illi cre
ditores fortè numero decem fecerunt sibi scripturã
de remittẽdo 20.pro cẽtenario pro vnoquoq; eorũ
pro debito,quòd debet recipere. vnus creditor nõ
vult cõcurrere ad remittẽdum,sed vult statim debi
tũ.Quæritur,vtrũ posit de iure cõpelli ad concur
rendu dicta remissione cũ maiori parte Omissis ar
gumentis gñalibus prò,& contrà,quæ possunt fieri,
solũ referã post longã discussionẽ habitã,circa intel
lectũ.l.iurisgentiũ §hodie.& l.maiorẽ.& l.rescriptũ
in prin.ff.de pact.vbi stat maiori parti creditorũ in
remissione partis debiti,& vbi agit de dilatione cõ-
cedenda per creditores debitori,statur maiori parti
creditorum:vt in l.quoties.C.de prec. imper. offer.
& in l.fi.C.qui bonis cede.poss.

2 † Quid per sacrum Consiliũ fuit super illa mate
ria decisum,& cõclusum? Dictũ fuit,ꝗ in tribus casi
bus standũ est maiori parti creditorum. Primus,qñ
debitor est defunctus,& hæres eius non vult adire
hęreditatẽ,nisi pars cuiuslibet debiti à creditorib.
remittatur,tunc si maior pars creditorum consen-
tit,statur maiori parti,non obstante cõtradictione
minoris partis,vt in §.hodie.& l.maiorem.Et est ra
tio secundũ gl. in d.§.hodie, quia si dicta remissio
partis debiti nõ fieret,hęres nõ adiret hæreditatẽ,&
sic defunctus non haberet hæredẽ, & sic creditores
nõ haberent quẽ conuenirent,voluit ergo lex, vt ex
pacto maioris partis creditorum volentis partẽ de-
biti remittere,ꝗ minor pars creditorũ astringatur
ad consentiendum. Secus si maior pars vellet remit
tere totũ debitũ,secundum Guil.de Cuneo,& Alb.
de Rosa.& Bal.in d.§.hodie,& tenet gl in d.l.rescri-
ptum.in prin.in verbo,creditor.& Lud.in sing.suis,
in verbo creditores, quia cessat in illo casu ratio. l.
cũ pr̃.§.dulcissimis.ff. de leg.1.Et hoc multo magis
procedit vt dicebãt d.dñi de Cõsilio,vbi hæres non
3 peteret remissionẽ sed dilationẽ tm̃: † quia per dila
tionẽ minus præiudicium fit creditorib. dissentien
tibus, quàm per remissionẽ partis debiti: vt in d.l.
quoties. Secundus casus est, quando debitor fugit
extra ciuitatem, ita quòd nõ est facultas creditori-
bus ipsum conuenire,nec inueniuntur eius bona:tũc
si debitor vult reuerti,& petit, quod creditores sibi
remittant partem debiti, vel dent certum tempus
ad soluendum,aliter non reuertetur, tunc si maior
pars hoc casu remittat partem debiti, vel concedat
dilationem ad soluendum, minor pars non potest
contradicere. Et est ratio, quia creditores nõ habe
rent quem conuenirent,& sic loquitur. §. hodie. &
facit,C.ad l.fal.l. fi.& l.1.§.hoc interdictũ.ff.de fon
te.& l.1.de interd.& facit Insti.qb.modis ius patrię
pote. sol §. pari ratione. dicit Raphael Fulgo. in d.
§. hodie. quòd vidit de facto seruari contrarium,
sed Pau. de Cast. & Alexan. ibi dicunt,quod ratio
glo.militat in hoc casu,vt habeant creditores quem
conueniant.& idẽ firmant ibi Mod.Papiẽses,secus,
qñ creditores possunt debitorẽ cõuenire,q̃a tũc nõ
posset fieri dicta remissio partis debiti, scd̃m Guil.
Alb.Bal.Ang.& Salic.& Pau.de Cast.& Alex.in d.§.
hodie. Tertius casus est, quando debitor pp pau-

pertatem paratus est cedere bonis, nisi creditores concedant dilationẽ ad soluendũ, tunc maiori parti creditorũ statur, iuxta formã d.l.fi.C qui bon. ced.
4 pos.† Et dicebant Domini, ꝙ in alijs casibus non habet locum, ꝙ minor pars creditorum dẽt concurrere cum maiori parte. Et ideo si post aditam hæreditatem per hæredem debitoris maior pars creditorũ remitteret hæredi partem debiti, minor pars creditorum non tenetur concurrere: quia habet quem potest conuenire, vt sentit gloss. in ratione sui in d. §. hodie, & express. Guil. de Cun. ibi. Alb. Bal. Ang. & Sal. & Alex. ibi, quicquid dixerit ibi Fulg quæ omnia sunt bene notanda, quia sæpius veniunt de fa-
5 cto. Et fuit decisum in consilio, ꝙ † si omnes creditores habent hypothecã, ꝙ militant prædicta: secus si essent creditores, qui pro maiori parte non haberent hypoth. & minor pars creditorum haberet hypothe. tunc non præiudicat maior pars minori: & quæ sit ratio, vide Bar, & Alb. in d.l. rescriptum. & ibid. per Pau. de Cast. hoc verum in remissione: sed in dilatio. bene præiudicat minori parti habenti hypothecam secundùm Alex. in d. §. hodie. in 4. col.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXXXVIII.

1 *Quando datur, siue conceditur moratoria, seu dilatio debiti ad satisfaciendum debitum à principe, quòd quis debeat cauere, & si expressè diceretur contrarium in rescripto, an autem extendatur ad fideius.*
2 *Quando datur dilatio quinquennalis à creditoribus, vel per eos fit remissio partis debiti, ne ipse debitor faciat cessionem bonorum, an sit cauendum.*
3 *Quando est discordia inter creditores, quòd vnus cœtus ipsorum, siue vna pars vult concedere dilationem quinquennalem, altera verò pars vult, quòd debitor faciat cessionem bonorum, quòd præferatur illa pars, quæ vult concedere dilationem quinquennalem.*
4 *Debitor non admittitur ad cessionem bonorum, quando debitum fuisset ex delicto, vel quando quis sua culpa deuenit ad paupertatem.*
5 *Creditores facta cessione bonorum per debitorem non capiunt, seu capere possunt bona debitoris propria autoritate, item an vsusfructus quem habet debitor in bonis alienis veniat in concessione bonorum.*
6 *Maior pars creditorum non remittit debitum, quando potest debitor de facili conueniri.*
7 *Quando reperitur vnus creditor cum iuramento, an totus cœtus concreditorum possit huic præiudicare, & quid si alij creditores sunt similiter cum hypotheca, & iuramentis.*
8 *Cessioni bonorum stante nimia mendicitate debitoris non potest renunciari.*
9 *Cessio bonorum an possit fieri contra Neapolitanum.*
10 *Cedens bonis an possit retinere fructus feudi.*

TV autem in hoc subiecto debiti per creditores remittẽdi, vel dilationis cõcedendæ si placet aduerta; nã aut
1 hæc dilatio, siue † saluusconductus à principe impetratur, iuxta tex. l. quoties, & l. vniuersa. C. de prec. imp. offe. & tũc debitor, vt potiatur illo indulto temporis, debet cauere do soluendo finito tempore prædicto, nisi princeps expressè remittat hanc cautionem, prout post alios scribentes conclu dit Ias. in iuribus superius allegatis, consuluit Alex. in consi. 205. visis ijs 2. volu. Fel. in c. cõstitutus, de rescri. col. Boet. in deci. 296. princeps in 2. par. vbi ẽt nu. 6 ꝙ hmõi dilatio nõ habeat vires ad pensiones domorum resq́, comestibiles, videlicet carnium, piscium in debito emptionis ipsarum rerũ in regio debito depositi, & minorũ, quæ de iure secundũ prædictos recipiuntur, sed per ritum magnæ cur. Vicariæ in tit. de saluoconductu, cuius est initiũ, item quia iudicia. fol. 12. à tergo, vnde hæc cautio de soluendo finito tempore præstari debet, ẽt ꝙ per principem expressè fuisset dictũ hunc impetrantem hanc cautionem præstare non debere, vt ibi legitur, sed hæc dilatio non extenderetur ad fideiussores, fuit notatum s. in deci. 5. ꝙ non nisi forte fideiussores condẽnãdi essent habituri regressum contra ipsum principalẽ, qui promisisset maxime identitatẽ, prout notant scribentes, & maxime Iasan l. si cũ procuratore. 1. col. ff. de reg. iu. per tex. l. idẽ §. generaliter. ff. manda. & sic principalis ipse per indirectũ postquã hẽret soluere fideiussori non gauderet tali indulto, & propterea hoc casu principalis, qui hẽt indultũ, comparẽdo sumendoq; defensionẽ pro fideiussore faceret eũ gaudere ẽt indulto prædicto, vt dicunt scribentes prædicti, & sic ꝓ ijs dant cautelã, vt fideiussor ẽt gaudeat indulto. audiu ẽt sic iudicatũ, tu aũt lector forte futurus, cum casus ille tibi contigerit, valebis super ijs maturius cogitare per ea, q̃ sue runt no. ĩ. in deci. 206. nu. 3. vbi fuit conclusum, ꝙ inhibitoria obtenta pro principali non prosit fideiussori, & illud maxime si hic fuisset effectus principalis pagator insolidũ cum renunciationib. iuris, in instris apponi solitis, ẽt exceptioni cedendarũ, vt fuit not. ĩ. in deci. 182. & ista circa prædicta in fi. & no. gl. in l. nisi. in fi. ff. de pactis, & facit ẽt tex. §. fi. inst. de replicatio. vbi beneficiũ cessionis bonorũ non prodest fide-
2 iussor. sin verò † tractaretur de debito dimittẽdo, vel de dilatione quinquennali concedenda per ipsos creditores, ne debitor faciat cessionẽ bonorũ, iux. tex. l. fi. C. q bo. ced. pos. & tunc licẽt Ro. in cons. 439. & primũ. in fi. velit hunc si põt debere cauere similiter de debito soluẽdo, vel saltẽ iurare, tñ tu serua istud, quod hr̃ in præsenti deci. ꝙ non teneatur cauere, & ita vidi, multotiens in praxi obseruari: qñ aũt fuis-
3 set discordia † inter creditores: quia vna pars vellet dare dilationẽ, & altera vult, ꝙ fiat cessio bonorũ, quæ præferatur illa pars, quæ vult dilationem concedere. affirmat idẽ Ro. in d. cons. 839. vbi ẽt dicit, libellũ fouendũ per debitorẽ, ꝙ eidẽ detur dilatio quinquennalis, alias admittatur ad bonorũ cessionẽ. declarat ẽt prædicta Paris. in cõs. 100. certissimũ in oĩ debitore lapso, & qñ debitũ negauit, sed in debito in
4 quo quis conuenitur ex delicto dolo suo † itẽ iniuriarum actione, vltra adducta per Ias. in §. eũ quoq;. insti. de actio. declarat plene Boer. in dec. 349. & 1. nu. 8. Pari. late in cons. 94. spectabiles, nu. 104. vsq; ad fi. 1. vol. & Io. B. pt. Plotus in repe. l. si qñ. C. vnde vi. qui extendit prædicta in eo, qui dum contrahit cũ aliquo, allentit hr̃e facultates, & Io. Baptista Ferre. in cons. 144. 145. qui prædicta admittit ẽt in debitore, & ꝙ possit habere quinquennale ẽt priuilegium, vt non conueniatur, nisi in quantũ facere possit, cessare ẽt beneficium ait Tiraq. in rep. l. si vnquã, & si cũ prædictis concurrendo in verbo bona, nu. 5. de reuo. dona. C. per tex. l. fi. §. vlt. ff. quæ in fra. cred. sunt ẽt anno. de prædictis ĩ. in deci. 378. in-
5 super in prædictis notandũ, ꝙ facta hmõi † cessione bonorũ creditores nõ capiunt bona propria autoritate, & quod in ista cessione veniat vsusfructus reseruatus, si hic fecerat donationem reseruato ipso vsufructu, & iure retractus, seu redimendi, siue luendi, & de alijs nonnullis putat Ay. in cons. 213. ad primum, & insuper in eo quod hic hr̃, quod quando
6 debitor fugit † quòd maior pars creditorum valeat facere debiti remissionẽ, intelligas, qñ aufugisset in aliquo loco, ĩn quo non potuisset de facili conueniri, secus si fuisset facultas conueniendi: nã tunc viuente debitore non põt fieri debiti remissio, vt concludit Alex. in d. l. maiore. vbi ẽt Ias. post eũ signat nõnullas limitationes, in quib. cessat remissio prædicta debiti, & dilationis cõcessio, nisi ẽm formã. l. fi. C. qui bonis cedere pñt, nã tunc indistincte maior pars ꝓiudicat minori. Alex. in d. §. hodie, in verbo subdit, Ang. & Pan.
7 de Ca. & inter alios no. † illã limitationẽ, quam assignauit Bal. in d. c. cõstitutus, de rescr. in creditore, q hẽt debitorem obligatũ cũ iuro: nã tunc totus cœtus creditorũ non valeret ẽm cum huic præiudiciũ afferre in dando dilationẽ, sequitur Baueri. in trac. de viribus iuri, sed quicquid si forte iu-

ris,

8 ris,tum contrarium video † in obseruantia in iudicijs ver
sari stante maxime magna mendicitate debitoris: quo casu
etiam cum iuramento non potest cessioni bonorum renun
ciari.Capella Tolosa.in decis.230.Gui.Papa in decisio.211.
legitur.late Alex.post alios in l.alia. §. elegãter,col.2.solu.
mat.Fel.in c.si diligenti, nume.4.de foro compe. & in c.ex
rescripto,num.2.de iureiur.Ample Cotta in memo.in ver-
bo solui aliud pro alio,quæ quando fuisset vera,quod totus
cætus creditori non potuisset præiudicare in dando dilatio
nem debitori,crederem non procedere,quando alij credi-
tores similiter haberent iuramenta , sicut hic dicitur, quan
do omnes creditores habent hypothecas,nam tunc priuile-
gia conquassarentur , iuxta notata suprà in deci. de quibus
etiam per Beneuenutum , quem postea vidi , in trac.de de
coctoribus,qui etiam concludit ,creditores posteriores,& si
nu. plures teneri conuertere cum creditoribus minori. nu.
habentes tamen hypothecas,& quod in casu huius deci.pos
sit clericus citari,& teneatur cum alijs concurrere,sunt an-
no infra in decis.380.an cessio debeat fieri cum ignominia,
& de alijs infrà in decis.278.379.quod moratoria non pos-
9 sit concedi contra Neapolitanum originarium tñ , † & non
in alio Gram.in cõs.8.& 21.in ciuili,virtute capitulorũ con-
cessorum huic fidelissimo,cedens bonis quod non possit re-
10 tinere fructus feudi seu eorum commoditates , † videtur
inclinare Paris in trac.reintc.fol.152.vbi etiam declarat de
alijs reb.prohibitus alienari. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCLXXXIX.

De absentia Cardinalium à residentia , & de excusatione residere debentis.

SVMMARIVM.

1 *Papa quid contra diu absentem Cardinalem facere possit ratione suæ absentiæ.*
Cardinalis absens, vt sit excusatus, quid facere potest.
2 *Residentia in quibus beneficijs locum habeat.*
Cardinalis an, & quando extra Romanam curiam morari possit.
Clerici absentes , quamuis ecclesia non requirat residentiam, quando reuocari possit.
4 *Beneficia ecclesiastica ad quid instituta.*
5 *Modus procedendi contra absentiam cardinalis.*
6 *Citatio de iure vbi requiritur tertia, an vna pro omnibus sufficiat ?*
Citatio peremptoria pro tribus an sufficiat.
7 *Citatio, vbi agitur ad pœnam, an sufficiat vna perẽptoria.*
Monitio vtrum sufficiat sine citatione ?
8 *Constitutio super residentia an possit imponere pœnam ipso iure absque iudicis sententia.*
9 *Absens à beneficio residentiam requirente, vt non priuetur propter longam absentiam, quid possit facere.*
Procurator constitui an possit ad allegandam causas absentiæ.
10 *Licentiam à suo superiore an petere debeat , qui à loco, vbi debet residere, vult absentari.*
11 *Consuetudo an valeat, vt clericus non resideat in ecclesia, quæ residentiam eius requirit.*
12 *Citandus, antequam quis priuetur beneficio , an necessariò sit ?*
13 *Reuocatio licẽtiæ datæ expressè, & tacite, an fieri possit?*
14 *Cardinalis absens ab ecclesia Romana quot annis debeat*
15 *Papa an possit per se ardua facere sine Cardinalium consilio.*
16 *Seruire ecclesiæ per substitutũ quo casu possit Cardinalis.*
17 *Causa iusta superueniens an absentem excuset.*
18 *Tempore licentiæ finito , vt quis priuetur citatio necessaria.*
19 *Inimicitiæ quas habet citatus in loco, vbi debet residere, an absentem excusent ?*
20 *Locus residentiæ si tutus non sit an absentiam excuset.*
21 *Absens oblato saluoconductu an teneatur credere.* 22.
23 *Saluusconductus est fragilis cautio.*
24 *Citatio ad locum notorie non tutum, an ipso iure sit nulla.*
25 *Excusationes necessariæ quæ impediunt absentem venire quæ sint.*
26 *Iustitia, & æquitas, an magis attendi debeant , quam culpa delinquentis ?*
27 *Temperies aeris an residentia excuset.*
28 *Officium legationis quandiu durat , an iuste à residentia, excuset.*
29 *Vtilitas publica , & Regia in quacunque dispositione, an intelligatur excepta.*
30 *Infirmitas suorum quem an possint excusare.*
31 *Petrus Dei Vicarius.*
32 *Germani oppressio an factum proprium inducetur.*
33 *Cardinali relinquere residentiam an liceat pro iuuãdo fratrem oppressum ?*
34 *Tẽpus, & locus non patiuntur quandoq; licentiã petere.*
35 *Causa iusta absentiæ est seruitium Papæ.*
36 *Retentus ab officiali publico an excusetur ?*
37 *Absentia ex causa voti an iusta sit ?*
38 *Ecclesiæ à iudicio nunquam deuiandum.*

SErenissimus Rex Federicus voluit,q sacrum Cõ
silium scribere super istis infrascriptis dubij ro-
gatus à Reuerendissimo Cardinale Ascanio viceca
celario,& sacrum Consilium me onerauit,vt scribe
rem:scripsi,& patefeci sacro Consilio,& approba-
uit , & subscripsit , & traditæ sunt præfatæ Regię
Maiestati,quæ transmisit d.Reuerendissimo Cardi
nali,qui gratias infinitas egit suæ maiestati. Beatis-
simus noster Papa Alex.VI. habet collegium Cardi-
nalium,in quo est d Cardinalis Ascanius, qui est vi
cecancellarius,d.Cardinalis recessit à curia, & eius
1 absentia non est momentanea: sed longa. † Quæri-
tur de duob.quid de iure potest facere Papa contra
istum Cardinalem vicecancellarium ratione suę lõ-
gæ absentiæ?Secũdò,qd de iure facere põt ipse Car
dinalis absẽs vt sit excusatus? Ad primũ dubiũ pmit
to imprimis vnũ gñale,qđ ponit Inn.& Io.de Imo.
in c.clericos.de cle.non resid.q residẽtia in benefi-
cio nõ solum habet locum in beneficijs curatis, sed
2 ẽt in dignitatibus, † & ideò Cardinalis non debet
morari extra curiam Romanã,vbi est Papa, nisi cau
sa legationis,vt dicit gloss.98.dist.c.nobilissimi.vel
alia iusta causa,vt infrà:& idẽ in quibuscunque be-
neficijs simplicibus ẽt non curatis, si requiratur in
eis residentia ex consuetudinę,statuto,vel alio mo-
do.Allegat quod habetur 70.dist.c.sanctorũ.de of-
fi.vicari.c.ex parte.& de talibus potest intelligi.c.3.
& 4.de cler.non resid.& c.cum non ignoras.de prę
ben.& no.Host.eo.tit.§.si q clericus.Si aũt essent
beneficis non requirentia residentiã,tunc nõ com-
pelluntur redire,nec in eis habet locum dispositio
d.c.clericos.saluo nisi de facto superueniẽte penuria
clericorum:in tñ,q ecclesiæ non possit deseruiri ,
3 nisi absentes reuerterentur, † quia tunc possent re
uocari,non obstante,q ecclesia non requirat residẽ
tiam,

tiam, & in hoc resideat alij doctores ibi, maximè Io. And. in nouella. & Ant. de But.

Hoc præmissio, dico dominus noster Papa, vel Episcopus posset dicere de iure beneficia ecclesiastica, & canonicatus, & Cardinalatus sunt instituta, &
4 instituti in ecclesia Dei: † vt p ipsos deseruiatur ecclesiæ secundũ Inn. in d. c. clericos. quia quilibet dẽt manere in ea vocatione, in qua vocatos est. 21. q. 1. c. 1. 70. dist. c. sanctorum. cum si. Et contra talẽ canonicum, vel Cardinalem absentem posset procedere altero de istis tribus modis, videlicet per priuationẽ redituũ beneficiorũ, & de istis reditib. facere de seruire ecclesijs. Et hoc qñ proceditur contra clericos priuilegiatos super residentia non residentes, & procedirur pp defectum instrũ, vt no. in c. cum ad hoc. de cle. non resi. & ibi per Io. de Imo. vel per priuationem beneficij præcedẽtib citationib. vt infrà dicetur, vt no. in c. ex tuæ. & in c. fi. de cler. non resi. Vel procedere non ad priuationem, sed ad excõicationem, primò ipsum suspendendo ab administratione temporalium. Demũ, si in cõtumacia perseueret, procedere ad suspẽsionem spiritualium, & postea ad suiam excõicationis. & vltimatè etiam ad priuationem, omnia ista cumulantur per docto. & maximè Io. de Imo. in d. c. ex tuæ.

5 † Modus autem procedendi contra talem absentem est iste, videlicet: qa si nescitur, vbi est ille canonicus, vel Cardinalis absens, tunc faciẽdæ sunt tres citationes per edictum affigendum in ecclesia, in qua debet residere: ita quod non sufficit vna peremptoria pro oĩbus: quia tales citationes, q̃ fiũt per edictũ, non de facili trasceunt in notitiam citati, & facilius trãsibunt, si publicè fient, quia fortè amicus citati interesit in secunda, vel in tertia, si non interfuerit in prima, & poterit sibi nunciare, & in hũc modũ limitat Io. And. in addi. Spe. in tit. de clericis non residentib. lege ad perẽptoriũ. ff. de iudicijs. &
6 Ant. de But. in d. c. ex tuæ. † Et addit, ꝙ vbi tertia citatio requiritur de iure ad finem pœnæ incurrendę non sufficit vna citatio pro omnibus etiam peremptoria, vt voluit gl. no. in cle. 1. in verbo. tertio. de vita, & honestate clericorũ. & gl. & ibi Bal. in c. 1. de milite vas. qui contumax est. dicit tñ Io. de Imo. in d. c. ex tuæ, ꝙ fortè ista limitatio de tribus edictis procederet, vbi edicta deberent publicari, & posteà affigi. Sed si solum sufficeret edictum affigi in loco publico, non videt differentiam, an tria edicta successiuè fiant, & affigantur, an verò fiat vna peremptoria habens in se interuallum trium edictorum, vt quia citatur, ꝙ infra triginta dies debeat comparere: quorum 10 dies pro primo, 10. pro secundo, & 10. pro tertio, & peremptorio termino assignãtur, vt plenè hoc tangit Fel. in c. qm̃. §. porrò. vt lit. nõ contest. Si tñ sciatur, vbi sit canonicus absens, tunc fiat citatio personaliter. Et vtrum sufficiat vna citatio, vel requirãtur res. Communis cõclusio est, ꝙ vna peremptoria sufficiat, vt no. in Cle. 1. de vita, & honestate clericorum. per Steph. & refert Io. de Imo. in d. c. ex tuæ per c. cõstitutionem. de sent. excom lib. 6. iuncto cap. sacro vbi licèt ad pœnam imponendam requiratur tertia citatio, vt in d. c. sacro tamen in alijs sufficit vna citatio peremptoria pro omnibus;
7 † imo vbi agitur ad pœnam secundum magis communem opinionem, sufficit vna citatio peremptoria pro omibus: licet quidam doctores contrarium tenuerint. Et vtrum sufficiat monitio sine citatione, tunc opin. inter doct. vt refert Abb. Sicu. in d. §. porrò. tamen veritas est, quòd requiratur citatio. Est sciendum, ꝙ talis citatio debet continere tẽpus sex mensium ad veniendum, vt seruiat ecclesiæ, qũ nescitur vbi est, vt dicitur in d. c. ex tuæ. Et elapsis sex mensibus, si non comparet, poterit priuari per suiam, vt in c. ex tuæ. eo. tit. Et dicit Io. de Imo. in d. c. ex tuæ. in 6 col. vers si. D. Florentinus, tangit quæ-
8 stionem, & ibi examinat, † an constitutio super residentia posit imponere pœnã priuationis ipso iure absq; suia iudicis, & concludit, ꝙ non secundum Io. And. & Gaspa. de Callicẽt Car. contra, vt ibi per Io. And. Si autem sciatur, vbi est canonicus, tunc (vt dixi) fit citatio personaliter, & præfigitur terminus congruus ad redeundũ in ecclesia arbitrio iudicis, habita consideratione personæ, viarum distantia, & tpis qualitate pensata, vt dicit Abb. in d. c. ex tuæ in 3. col. & sic intelligitur cap. inter quatuor. eo. ti. hæc notantur etiam in d. c. qm̃ frequenter. §. porrò. vt lite non contestata. Et si non rediret absens, potest procedi ad suspensionem, vel excõicationem, & priuationem, seu ad petẽdum restitutionem ipsius clerici, vt suprà dictum est. & omnia dicta remedia cumulantur in d. c. ex tuæ. & in c. conquerente. eo. titu.
9 per Io. de Imo. in fi. † Ad secundam quæst. quid potest facere absens, vt non priuetur pp absentia longam à beneficio requirente residentiam. Dicimus, ꝙ ad sui excusatione multa potest facere. Et primò, si citatur, & mouetur per superiorem ad residentiã in ecclesia, vel in curia, potest constituere procuratorem ad allegandum causas absentiæ, secundum Bal. in l. ab eo. C. quomodo, & qñ iudex. & in l. si cõuenerit. ff. pro socio. & in l. 1. ff. de dist. pig. & not. Bar. in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procur. & in l. 1. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. & in l. quæsitum. ff. de re iud. hẽ in c. cum Bertoldus. de re iud. Ang. in rub. ff. in iu. vo. vt eant aut satisdent, & postquam constitarit iudici de legitimo impedimento, quicquid fieret contra ipsum absentem, esset ipso iure nullũ vt dicitur in d. l. quæsitũ. & in alijs iuribus proximè allegatis. Poterit etiam dicere talis absens citatus per suũ procuratorem, quod ipse absens hẽt licentiã à suo superiore ad non residendum, vt not.
10 in c. cũ ad hoc. de clericis non residentibus. † Nã ille, qui vult absentari à loco, vbi debet residere, dẽt petere licentiã à suo superiore, vt in c. relatũ. & in c. inter quatuor. in gl. eo. ti. dicit tñ Host. in d. c. inter. ꝙ pp necessitatem subitò occurrẽtẽ põt canonicus qui dẽt residere, se absentare sine licentia sui superioris. Et dicit Abb. Sic. ista verba in d. c. inter. ꝙ si cõsuetudo valet, vt clericus posit se absentare sine licentia sui superioris, vt dicit Innoc. in d. c. ex tuæ.
11 Imo valet cõsuetudo, vt clericus nõ teneat facere residentiã in ecclesia, q̃ requirit residentiã, vt no. in d. c. conquerente, ergo fortius põt inducere cõsuetudo, vt clericus ad tps, ꝙ ex cã posit se absentare. Nã sine causa non valeret consuetudo, secundũ Abbatem in d. c. inter quatuor. Dicit tamen Gofredus, vt refert Ioan. de Imo. in c. ex parte. de clericis non residentibus, quòd si ad certum tempus habuit licentiam,

centiam, & ſteterit abſens vltra tempus abſq; alia
monitione, poterit priuari, quia dies interpellat: ꝙ
dicit Io. And. procedere, ſi tpe datæ licentiæ moni-
tus fuiſſet, vt deberet redire finito termino, ſub pę-
na priuationis beneficij requirẽtis reſidentiã. ita di
cit ipſe in d.c.cũ.§. porrò. in gl. magna, vt lite non
conteſtata. Aliàs vr̃ velle ipſe Io. And. ꝙ licèt habue
rit licentiã ad tempus certum: nihilominus ſi nõ re
deat poſt terminum, erit neceſſario citandus, ante-
quã priuetur, ꝙ dicit eſſe menti tenendum: ſecun-
12 dum Io. de Imo. ĩ d. c. ex parte. † Fatemur tñ, ꝙ iſta
licentia de ſe abſentando ab eccleſia, in qua debet
reſidere, põt reuocari per concedentem: vt firmant
Inn. & Io. de Imo. in d.c. ex tuæ. Et qñ reuocat, dẽt
ipſam reuocationem intimare. Et talis reuocatio li-
centiæ datæ põt fieri expreſsè & tacitè, vt dicunt
13 doc. ibi, † fit aũt reuocatio licentiæ tacitè, qñ ſupe
rior ſimpliciter citat abſentem, qui habuit licentiã
ſe abſentandi, ꝙ veniat ad reſidendum, non obſtan
te licentia, vt dicũt ibi doc. Item poſſet talis abſens
mittere procuratorem, qñ fuiſſet citatus ad dicen-
dum, quare talis citatio, ꝙ veniat ad reſidendũ, fieri
nõ potuit de iure: quia abſentia durauit pauco tpe,
14 vt dicit Io. de Imo. in d. c. ex tuæ. † Itẽ Cardinalis
ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſi eſt abſens à curia, debet
expectari ꝑ quinq; annos, & poſtea poterit citari
vt dr̃ in c. 2. de clericis non reſidenti. vel ſecundùm
alios, tẽpus erit arbitrarium, & in d.c. 2. fuit facti cõ
tingentia per ea, quæ no. in c. qm̃ cõtra. in gl. magna,
vt lit. non conte. ſecundũ Io. de Imo. in d.c. 2. vbi di
cit, ꝙ tunc contra Cardinalem Papa ſine cõſilio fra
trem, ꝑ excellẽtiã dignitatis Cardinalatus ꝓpter
non reſidentiã Cardinalis in curia non dẽt proce-
dere ad eũ deponendũ. & dicit Io. Mona. Cardina-
lia in c. ſuper eo. de hære. lib. 6. ꝙ ſi Papa procederet
ſine cõſilio fratrũ ad deponendũ Cardinalẽ; q̃a cita
tus ut veniat ad reſidẽdũ in curia, & nõ venit, ꝙ ſuc
ceſſor in Papatu dẽt reuocare talem priuationem, &
eũ ſequuntur D. Franciſcus de Zabarellis Card. Flo
ren. & Io. de Imo. in d.c. 2. quia illud eſt arduum ne
15 gotium, & in negotijs † arduis Cardinales ſunt in
quaſi poſſeſsione, quia Papa nõ facit ardua de per ſe
ſine cõſilio Cardinaliũ, vt dicit gl. cõiter approbata
in c. ad Apoſtolicæ. de re iudicata. in 6. de qua ma-
teria remitto me ad copioſè ſcripta per dominum
Andreã Barba. Siculum in ſuo ſolẽni tractatu Car
dinaliũ in baſilica quæſ. & per moder. Papienſes in
l. placet. C. de ſacroſ. eccl. Itẽ poterit allegare per pro
curatorem, ꝙ ex iuſta, & probabili cã, & neceſſaria
16 eſt abſens ab eccleſia, † quo caſu põt ſeruire eccle
ſiæ per ſubſtitutum, vt in c. relatũ. de clericis nõ reſi
denti. & in c. peruenit. de app & Hoſt. in ſum. eod.
tit. §. qualiter. & in c. rectoribus. & in c. tuæ de cleri.
ægro. & in c. ex eo. de elect. lib. 6. Abb. Sicu. in §. por
rò prææallegato, in 5. col. & ſi ſuperior non audiret
ipſum in allegatione d. cauſæ, & procederet ad vlte-
riora, ſemper reuocaretur, quod geſtum eſſet: vt no.
in d.c. cũ Bertoldus. & voluit Io. de Imo. in d. c. ex
parte. de clericis non reſiden. Imò dicunt doc. in d.
17 c. inter quatuor † ꝙ ſi à principio clericus non fuit
abſens ex legitima cauſa, ſed tempore requiſitionis
& citationis ſit iuſtè impeditus, quod nõ poteſt re
dire, vt quia ſit infirmus, excuſabitur, & ceſſabit cõ
tumacia, & conſequente non poteſt procedi ad
priuationem. Ita Abb. Sicu. & Io. de Imo. ibi. Idem
dicitur in d.§. porrò per ſcribentes. Et plus dicit
Hoſt. in d.c. inter ꝙ ſi tpe requiſitionis poterat ve-
nire ad reſidendum, tñ poſteà ſuperuenit impedimẽ
tum, licèt ſe arctauerit, non poterit in cõtumaciam
procedi ad priuationem. Quod intelligitur eſſe ve
rum, qñ infra terminum datum ad veniendũ ſuper-
ueniſſet impedimentũ, ꝙ ſi non ſuperueniſſet potuiſ
ſet in termino ſtatuto cõparere, aliàs ſecus, ꝑ id, qđ
hr̃ in c. cupientes. §. ꝙ ſi per viginti. de elec. lib. 6. &
in l. 2. §. ſi quis tamen. ff. ſi quis cautio. ſecundùm
Io. de Imo. in d.c. inter quatuor. & Fel. in d.§. porrò.
18 † Si aũt cã abſentiæ nõ eſt neceſſaria ſed volũtaria,
tunc ſi habuit licẽtiã à principio à ſuo ſuperiore ad
tp̃s certum, & finitum eſt tp̃s oĩno requiritur cita-
tio vt poſsit priuari, vt ſuprà dictum eſt, ſecundum
Inn. & Hoſt. in d.c. ex tuæ. & Abb. Sic. in d.§. porrò.
in 5. col licèt alia opinio ſe habeat, ꝙ ſine citatione
expectetur per ſex menſes, vt dicit ibi Abb. Sic. ſi ta
men poſtea probabit ſe legitimè impeditum, redin-
tegrabitur ad omnia, vt ſupra dictum eſt. Quæ autẽ
poſsint eſſe iſtæ iuſtę cauſæ, quæ excuſarent clericũ
abſentẽ à comparitione, qñ eſſet citatus ad reſiden
dum, dicit Hoſt. in ſumma eo. tit. §. quæ ſit pœna. ꝙ
eſt infirmitas corporis. 7. q. 1. c. præſentiũ. de quo
in d. l. quæſitũ & in l. 2. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis
cautio. & ibi cõcor & in c. 1. de cleri. nõ reſi. lib. 6.
Itẽ ſi in loco, vbi debet reſidere, habet capitales ini
micitias, vt in c. paſtoralis. 7. q. 1. & de elec. c. bonæ
19 memorię. Magũ. & ibi Hoſt. † Et ideo ſi propter ini
micitias, quas habet citatus in loco, vbi dẽt reſide-
re, nõ põt ibi reſidere, eſt excuſatus. bene faciunt ad
hoc no. in cle. Paſtora. de re iud. Et dicit Bar. in l. tu-
tor. §. ſi tutor. ff. de excuſa. tuto. ꝙ inimicitia cũ vno
ex cõſanguineis afficit alios. Abb. in c. cũ P. Manco
nella. & in c. cũ meminimus. in fi. de accuſa. Idẽ ſi lo
cus reſidentiæ non eſſet ſibi tutus, vt in d. Cle. paſto
20 ralis. §. Piſana, † & iõ citatus ad locũ non tutũ non
tenetur cõparere. d. l. 2. §. ſi quis. ff. ſi qs cautio. & in
Cle. 2. de foro compe. & Bar. in l. quia poterat. §. ſi
quis alio. qui legitur cum l. de ætate. ff. ad Trebe. vt
no. in l. recuſare. §. ſi filius. eo. ti. & plenè de hoc per
Fel. in c. accedẽs. lo ij. vt lite non conteſtata. Sed an,
ſi offerantur ipſi abſenti ſaluusconductus & ſecuri-
tas in loco reſidentiæ, teneatur venire, & reſidere, tã
git Io. de Imo. in l. nam ꝙ §. nõ omnis. ff. ad treb. &
21 concludit, † ꝙ non tenetur credere ſaluocõductui
& ſecuritati oblatæ, per tex. in d. c. accedens. & ibi
Fel. in verſi. tene menti perpetuò iſtum tex. in quo
tñ per Sali. in l. reos. C. de accuſa. in 5. col. dicit tamẽ
ꝙ qñ guerra eſt generalis, & duces belli conſueue-
runt dare ſaluumconductum, ꝙ tunc non excuſatẽ
allegãs metũ militũ, vt dicunt D. de Ro. in ti. de do.
& cont. deci. 1 a. in nouis. & An. de But. in c. cum dile
cti, de do. & cont. quod limitatur, & declaratur per
Fel. in d. c. accedẽs, ver. ſed aduerte, ſequit̃ hoc Alex.
in d. l. ætate. & in l. quib. diebus. ff. de cond. & dem.
22 † Accedant ad prædicta, ꝙ qñ quis non poſſit re-
ſidere in loco, vbi debet reſidere, propter propriã
inimicitiam ſuam vel ſuprum, vt dicit Car. in d. Cle.
Paſtoralis. §. notorium eſt. excuſatur non reſiden-
do, vt dicit Inno. in c. cum B. de offi. deleg. vbi di-
cit

est And.Barb.quòd etiam cum literis salui côductus non tenetur accedere,allegat dictū c.accedens.lo ij.
23 & c.literas in fi.de resti.spo. † quia d.saluuscondu ctus est fragilis cautio.l.quia ita.§.1.ff.ad Trebel.& ideo excusatur non côparendo,vt d.l.de ætate.quia nemo debet se ponere in piculo;vt no.in c.1.de cle. non resid.lib.6.Idē voluit Ang.in disputatione sua incipiente,Bono.à sua ciuitate bannitus,in 4.quęst.
24 idē Bar.in l.idemq; ff.pro socio. † Imò citatio est ipso iure nulla qñ citatur ,quòd compareat in loco notorie non tuto,secundum Bar.in d.l.de ætate & in d.l.Cle.pastoralis.vbi est tex.& Bar.in d l quæsitum.Si autem locus,vbi debet comparere , non est notoriè tutus, tūc debet ipse citatus comparere per suum procuratorem,& allegare,ꝙ locus côparitionis non est sibi tutus,& instare,quod detur sibi ter minus ad probandū,quod locus citationis, vel residentię non est sibi tutus,& hoc probatur,quo probato non tenetur côparere,secundum Inn.& Ioan. And.in c.ex parte,& ibi Phil.de app.& firmat Bart. in l.pe.§.ad crimen,ff.de pub.iud.vbi dicit,referēdo
25 Inn.in c.veniens,de accu. † quòd quædā sunt excusationes necessariæ,quę impediūt absentem venire, vt qñ citatus est infirmus , vel carceratus , vel alio mō non pôt venire,vel trāsire per iter. Quædā sunt excusationes probabiles , q cū excusare à côparēdo possent,tñ venire posset,si vult,vt puta; q.a in illo lo co hēt inimicitias,& sic excusatur à veniendo,vt d.l. de ætate.ff.ad Treb.& tunc si procurator cum mandato côpareat ad eum excusandum,admittetur,secū dùm Bar.ibi.Item diceretur locus non tutus etiam si posset venire bene associatus, secundū Inn. & Io. de Anan.in c.veniens.de accu.Idē dicendū est,si sit inimicitia in loco residentiæ,vel locus residētiæ nō est tutus ex causa,& culpa ipsius absentis , secundū Arch.in c.statutū.§.cum verò.in verbo, non audiēs
26 de rescrip.lib.6. † quia magis debet attendi iustitia, & æquitas,quàm culpa delinquentis. l. Papinianus exuli.ff.de mino.c.qa diuersitatem,de concess præben.firmat Io.And.in d.c.statutū in gl.in verbo,nō audiens,licèt Lud.Roman.dubitet de hoc in d. l. 2. §.quod diximus.ff.si quis cautio.Itē esset iusta causa ad non comparēdum , qñ etiam citatus non potest comparere,ex quo habet necesse transire per terras inimicas,& hoc est notorium,vt dr in d.c.accedēs. lo ij.& hr in d.c.ex parte.de appel.& ibi per Philip. & in Spec.in tit.de ap.§.10.vers.caueant autē.& no. Bar.in l.vtimur.ff.de sepul.viola.item esset iusta cā ad non comparendum,si in loco,ubi debet comparere,vel residere,esset pestis,vt est gl. in Cle. ne in
27 agro.in fi.in verbo,rationali.de statu mon. † vbi in tēperies aëris excusat à residētia.& no.in d.l.2.§.pe. ff.si quis cautio,per quē tex.Papa Gregorius XII.se excusauit,quare non venit ad conciliū Pisanum, timens grauitatem cœli Pisani, vt refert Marianus in cap. veniens.de accu. & Fel. in d. c. accidens. lo ij. vers.conclusio,vt lite non conte.& no.Alex.in d. l. 2.§.si quis in iudicio.& est bona glo.in c.cōis filius 23.dist.Itē est iusta cā ad non côparendū,si haberet priuilegiū non residendi,vt in c.cū ad hoc.& in c. fi.de cler.non resid.in cc.Io.An.in c.olim.de verb. signi.& no.in c.super speculo. de magist. quod hodiæ est reuocatū;vt dicit ibi Io.de Imo.quod intel-

ligitur,vt suprà dictū est.Itē esset iusta cā absentiæ, si fuisset absens cā reipublicę,vt quia fuisset legatus
28 † quandiu durat officiū legationis,est iustè excusa sus à residētia,vt in l.si cui.§. tādiu.ff.ex quib.caus. ma.no.Bar.in l.ab esse.eo titu Bal.in l.ab eo.C.quo, & qñ iudex Item esset iusta absentia , vbi vertitur vtilitas publica alicuius Regis,vel domini habentis iura regalia,& magnum statum,& maximè sangui-
29 nis coniunctione:† quia in quacunq; dispositione intelligitur semper excepta vtilitas publica,& Regia,vt probatur,C.de cursu publico.l.fi.lib.12.& in l.iubemus.C de nauibus non excusan.lib.11.& l. 1. C.vt nemini liceat in emp.spe.se excusa.lib.10.& sa cit l.in principali.§.fi.cū l.seq ff.de oper.nou.nunria.& l.si quis in graui.§.vtrum.& ibi Bal.ff.ad Syll. quid enim si frater carnalis esset Rex,vel talis domi nus,qui habet iura regalia , & frater eius esset oppressus,nōnē Cardinalis liciè posset defendere fratrē oppressum,vt ei præstet adiutorium se absentando à residentia curiæ Rom.pro hoc gl.in d.c.cōmu
30 nis filius.quæ dicit, † quòd pp infirmitatem suorū qui potest se excusare:quia ista necessitas adiuuandi carnem suā facit licitū,quod aliàs erat illicitū. cap. quanto.de consuet.cum concor.quæ alleganrur per. Moder.Papien.in l.1.ff.de offi. eius , cui mand. est iuris.& in c.1.de ferijs per And. Barba. & pater in Ecclesiastico,c.43.ibi,In omni necessitate oia ob au diunt ei.& Hester. 16.c.ibi.Pro qualitate, & necessitate temporum.& ista necessitas côsideratur, etiā respectu bonorum temporalium,vt pate 2.Regum. c.13.ibi.Non est necesse,vt vadat tecū.& ideo dicebat Paulus Apostolus ad Galatas 6. alter alterius
31 onera portate. † & in prima epistola beati Petri vi carij Dei,3.c.vnanimes,compatientes,fraternitatis amatores Ideo dicit Genesis c. 43. Commota sunt viscera eius super fratrē. Et ideo non potest ascribi culpa non residentis,vbi charitatis operatio cā non residentiæ,vt patet Prouerbiorum 10.c.vniuersa delicta operit charitas. Et non solum charitas operit delictum,sed etiam ab insidijs dæmonum de feudi & dicitur locata , vt in epist. Pauli 1.ad Coloss.c.5; ibi, Induti loricā fidei & charitatis. & ad Ro.c.14. scandalū fratrum vocat,aliàs si fratri oppresso auxilium frater carnalis non præstaret , impius diceretur,& Deum sibi ad iram prouocasset,vt dicit ur Sapientiæ cap. 14. Si igitur Cardinalis videt fratrem suum oppressum spoliatū,& captum,& nō dimisisset residētiam curiæ, vt fratrem adiuuaret, profectò sibi ipsi crudelis iudicaretur , maximè ob bonū Ro-
32 giū Gernani. † Cuius oppresio iudicatur factum proprij,vt in l.lex Corn.ff.de iniu.no. Abb.in c.cū oporteat.el ij.de accu.Meritō absentia ex tali cā iusta iudicari dēt,si sensus est in homine. vnde scilicet fratri ,ppria authoritate recuperare bona qbus spoliatus est incontinenti,& côuocare amicos.l.3.§.cū igitur.ff.de vi, & vi arma.& no. Luc.de Penna in l. si coloni. circa fin. versi. nouissimè quæritur. C. de agri.& censi. lib.11. & Inno.in c.olim,el j.de testi.
33 spol.& in c. 1. p doc.de dolo.& côtu. † ergo licebit fratri Cardinali pro iuuando fratrē oppressum , relinquere residentiā,& diceretur absens ex iusta cā. Nam necessitas,& vtilitas ęquiparantur à iure,vt in Cle.1.de re.eccl.nō alienā.Satis.n.hęc necessitas,& vtilitas

vtilitas superueniēs facit excusationē istā à residentia.
34 † Sicut plerunque tēps seu locus non patitur licētiam petere, vt in l. 1. ff. de exercit. l. tutor qui repertorium. ff. de admin. tuto. & not. Abb. in c. relatum, de cleric. non re.

Itē, est iusta causa ad se excusandū, si citatus ad residendū fuisset detentus ob officiali publico sine sui
dolo, tunc si nō cōparet, non pōt dici contumax, vt
in d. l. 2. §. simili modo, ff. si quis cau. & ibi per Alex.
35 & no. Bar. in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. † Itē
est iusta cā absentiæ, si fuisset absens pro seruitio Papæ vel ecclesiæ vt in c. dilectus. de clericis non resid.
& in c. ex parte. lo ij. eod. tit. & in c. ad audientiam.
Io. And. in c. fi. de consue. lib. 6. Old. in consi. 4. Itē
esset iusta causa, si per vim detineretur. de electi. c.
bonæ Dominicus in c. 1. de clericis non resid. lib. 6.
Et ibi dicitur de infirmitate corporali, quæ excusat
à residentia. Item est iusta causa ad se excusandum,
si citatus ad residendum fuisset retentus ab officiali publico sine sui dolo, tunc si nō cōparet, non pōt
dici contumax. d. l. 2. §. simili modo. ff. si quis cau. &
ibi per Alex. no. Bar. in l. 1. §. ad crimen. ff. de publi.
36 iud. † Itē esset iusta causa, si fuisset impeditus ad redeundum, impedimento causato ex facto aduersarij
vt dicit Cy. in l. fi. C. de adulterijs. & ibi Bal. & Sal. &
Ba. in aut. clericus. C. de epi. & cle. & Alex. in 3. vol.
cons. 62. inci. videtur prima cōsideratione. in 1. col.
Vtrū autem absentia ex causa voti sit iusta causa absentiæ, tāgit Bal. in d. l. ab eo. C. quomodo, & quan.
37 iudex. Et vtrum † absentia causa studij sit iusta absentia, tangit Bar. in l. Seiæ. §. Pamphilæ. de fundo instructo, & Host. ī summa de clericis nō residētibus.
§. q̄ sit pena. Et non omitto ꝙ Abb. Sic. in repetitio.
c. extirpand. §. qui verò. de præbendis. ponit 14. limitationes ad regulam illam, ꝙ ecclesiæ, quæ requirit
residentiā clerici, non potest seruiri per substitutū,
quas non refero, quia nō faciūt ad rem, de qua agitur. Hæc sunt quæ nobis occurrūt super dictis quæsitis à vestra M. cui humiliter commendamus hæc
38 scripta. † Saluo semper iudicio sanctæ matris ecclesiæ, à quo nunquam deuiare intendimus.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCLXXXIX.

1 *Episcopus Cardinalis an possit alibi morari absque licētia summi Pontificis, & quid de regijs consiliarijs an valeant a loco recedere sine licentia superioris, & idem de militibus etiam qui fuissent vulnerati.*
2 *Residentia episcopi debet esse propè ecclesiā episcopatus, & non à remotis, etiam quod fuisset in domo propria.*
3 *Clericus absens an lucretur fructus beneficij, & quid si non seruit in diuinis, & quid quando fuisset iusta causa absentiæ, & destributionibus quotidianis, quæ dantur præsentibus, & interessentibus.*
4 *Clericus quomodo debeat citari, priusquam priuetur beneficio, & de alijs.*
5 *Citatio per edictum potest fieri, quādo persona fuisset terribilis, item locus non tutus, vbi etiam quid sit edictum, & qualiter valeat fieri hæc citatio, & per quē, & cōtra quem, & quando contradictor fuisset incertus.*
6 *De grauioribus non debet fieri citatio ad domum.*
7 *Citatio vnica quando possit fieri ad totā causam, & quousque durat, & qualiter debeat fieri.*
8 *Quando fit mandatum siue præceptum, quod aliquis compareat sub pœna, vel quod faciat aliquam rem an possit incontinenti ipsa pœna exigi si est contrauentum, vel debeat fieri aliud mandatū ad dicendum causam quare.*
9 *Mandatum, siue præceptum, an debet continere peremptorium, vel satis sit continere æquipollens, cum dictione aliàs &c.*
10 *Quando monitio fuit facta per iudicem, non requiritur peremptorium.*
11 *Absens ad hoc, vt non priuetur, debet mittere procuratorem, & allegare impedimentum, quæ an locum habeant & militent in omnibus impedimentis, & impedimento facto iudicis.*
12 *Non sufficit de impedimento ostendere, nisi demonstretur fecisse suum posse, vt impedimentum remoueatur, & non potuisse renunciari.*
13 *Qualiter quis debeat se excusare, quando fuit citatus secundum formam ritus, & fuisset impeditus comparere.*
14 *Instrumētū publicum excusationis quæ debeat continere.*
15 *Quòd non sit tutus accessus, an stetur dicto nuntij.*
16 *Papa ardua, & magni ponderis sine Cardinalibus expedire non potest, & maximè, quando tractaretur de ipso Pontifice amouendo propter hæresim, & scandala, & ipse tunc in tali consilio non potest interuenire.*
17 *Papa propter insufficientiam non potest deponi. generale concilium quando sit faciendum.*
18 *Allegata, & probata iusta causa per procuratorem si non admittuntur omnia sunt nulla.*
19 *Absens causa reipu. & sic ex iusta causa, an teneatur procuratorem mittere, & an annus ei currat.*
20 *Inimicitiæ an sint iusta causa excusationis non cōparendi in loco, & quæ dicantur inimicitiæ capitales.*
21 *Inimicus dicitur ille, qui habet causam odij, licèt odium non ostendat, item an inimicitia affectata prosit.*
22 *Quando per superuenientiam inimicitiæ, inter testatorem & legatarium legatum censeatur reuocatum, & quæ dicantur grauissimæ inimicitiæ.*
23 *Minæ solum de offendendo, an inducant inimicitias, & an facta conciliatione recenti quis dicatur inimicus.*
24 *Leues inimicitiæ non probent iustam causam non residendi in loco: & si sit arbitrarium iudicis.*
25 *Propter superuenientes inimicitias inter ciuem, & vniuersitatem an quis desinat esse ciuis ciuitatis.*
26 *Magnum periculum personæ, itē magna se vitia inter vxorem, & maritum faciunt, vt non sat sit cautio de non offendendo, nā quis in prædicto casu non debet se submittere periculo fragilis cautionis, vt quando notoriè apparet vxorem commisisse fortè adulterium.*
27 *Qui dicit causam inimicitiæ subesse, ipse debet probare.*
28 *Saluusconductus concessus forìudicatis ex causa mortis alterius forìudicati an possit allegari per procuratorem.*
29 *Locus iudicij debet esse tutus partibus, procuratoribus, & aduocatis.*
30 *Stante promissione vbiq; conueniendi, non intelligitur in loco non tuto: & declaratur quibus modis locus non tutus dicatur, quinque modis.*
31 *Quando quis notorie commoratur cum hostibus Papæ, vel regis, vel quando quis notorie tenet Castrum rebellatum, non est opus citatione.*
32 *Quando quis semel fuit priuatus, an possit vltra ad illud aspirare.*

Propter

33 *Propter necessitatem meorum an quis teneatur facere re-
sidentiam in loco.
34 *Propter defensionem coniunctorum an possim interfice-
re quemquam, quando imminet periculum bonorum,
vel personę.*
35 *Quę sunt necessaria, vt valeam furem nocturnum interfi-
cere, & quando possum offendere an valeam amicos
conuocare.*
36 *Quando dicatur aliquid incontinenti factum, an si flete-
rim per decem annos.*

CIrca primum tactum per Affl. hic, quòd Cardinalis non
1 debet † morari extra curiam Romanam, & ab eadem
non discedere absq; licentia Papæ. idem in episcopo sequi-
tur Bertachi. in tract. episcopi, lib. 4. q. 2. quæ extenduntur
ad regios consiliarios sacri consilij, nam non possunt à loco
recedere absque licentia. Bald. in l. iuris peritos. ff. de excu.
tuto. Boer. in tract. magni consilij. nu. 573. & similiter idem
de iure habetur de militibus, etc quod fuissent vulnerati. l.
2. C. qui non ob. long. temp. præscript. non. omnis. §. qui in
pace, in verbo, in bello, de re mili. gl. in l. 1. de comea. alias
puniuntur capitit. Io. de Platea in l. 1. de ser. liber. Bal. in re
pe. l. imperij. ff. de iuris. om. in. col. 16. & in prædictis not. in
2 quod ista residentia † episcopi debet esse prope ecclesiam,
& non à remotis, etiam quod fuisset in domo propria, prout
ita post alios no. Fel. in d. §. porro, nu. 51. & de clerico absen
te, vel committente delictum per quod debeat beneficio
priuari, ita qđ non seruit in diuinis, q̃ non lucretur fructus
3 beneficiorum † Dec. in c. cum omnes, t. not. in s. lect. de con
sti. Pau. de Cast. & scri. in l. 1. C. de his, qui. vt ind. nisi fuisset
iusta causa absentiæ, de quo per Boerium in deci. 27. & su-
per hoc Dec. in cons. 280. vbi tractat de distributionib. quo-
tidianis, q̃ dentur præsentibus, & interessentibus. Paris. in
consi. 35. licet regulariter. 4. vol. & quod quis debeat citari,
4 priusquam procedatur ad beneficij priuationem † Alex. in
consi. 47. vol. ibi Rec. qui citat Conetiũ in verbo beneficiũ.
5 Et circa subiectum † istius citationis per edictum, q̃ pos-
sit fieri inter alia duodecim modis, quos enumerat Maran-
ta in suo speculo. in 6. par. fol. 97. & quando locus, in quo
ipsum Vinciguerram de S. Blasio fratrem patruelem siue
consobrinum Federici de S. Blasio vltimi immediate dece-
dentis posse succedere in feudum dicti Federici Actuarius
Nardus Antonius dello Riccio, & idem in amita quod suc
cedat nepoti fuit etiam determina. in eadem regia came-
ra in causa Bernardinæ de Paulo hoc anno 1563. Actuarius
Io. Bernardinus Redenna. & istud virtute d. c. & eorum quæ
declarat hic autor in consti. regni, vt de successio. nom. 32.
2 post And. & insuper dum hic in puncto principali † habetur,
solum principem posse concedere expectatiuam feudi cer-
ti hominis, vide quia contra facit quod voluit Cardin. in
clem. fin. vltima, de rescrip. quod legatus etiam de latere
non põt concedere expectatiuam certi hominis, imo Iaco-
binus in tract. feu. in verbo inuestiuit talem, nume. 12. fo. 17.
ait hanc inuestituram non fore validam, quæ fieret pura, nisi
primo inuestitus consentiat, secus si fieret sub conditio-
ne,

ne, si primo inuestitus moriatur sine hærede masculo, & tandem relatis opinionibus omnium residet, quod non valeat, quando fieret de certo homine inuestitura ipsa, secus si de prima vacatura, cui conuenit Deci. qui nonnulla pro hac parte adducit in consi. 14ʃ. & maiore. 1. col. & in l. fi. col. C. de pactis. in
3 quibus etiam † quod si dominus inuestiat Titium de feudo Sempronij autumat Sempronium non viuere, cum iam viuat, quòd si post ipsam inuestiturā moriatur, quod non valeat, & feudum aperiatur domino vel agnatis, & hoc non obstante præscriptione; quæ omnia intelligantur, quando feudū ipsum non fuisset apertum sine deuolutum domino in vita vasalli ex aliqua causa iusta, de quibus in cap. 1. qui. mo. feu.
4 amit. cum simi. † nam si fuisset deuolutum ex aliqua iusta causa, vt supra, etiam in vita ipsius vasalli, & ante factam declarationem per sententiam potuisset concedere, tenet & Ro. in consi. 112. Soc. in consi. 4. super q. in. 25. 3. vol. not. Cur. in d. l. fi. C. de pactis, sunt etiam nu. supra in deci. 174. quod autem Cardinales cum assensu Pontificis valeant eligere successorem in papatu, declarat Affli. in d. c. 2. de feuda. in vim leg. commiss. col. 17. Cæsar Vrsil.

D E C I S I O C C X C I I I.

De fratrum successione in feudis.

S V M M A R I V M.

1 *Frater an & quandò succedat fratri in feudo nouo, & quid in antiquo.*
2 *Inuestitura semper attendenda.*
3 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*

1 FVit declaratum † & sententiatum per sacrum Consiliū, quod in feudo nouo concesso magnifico Bernardino de Abenabulo pro se, & suis hæredib. mortuo d. Bernardino sine descendētibus in dicto feudo succedat Troilus de Abenabulo eius frater carnalis, & ista decisio sumpta fuit ex scriptis per An. de Iser. in consti. Regni, vt de successionibus. in 2. col. vbi dicit, quod antiqui patres nostri intelligunt vt in feudo nouo dato fratri, vt frater succedat, per tex. in dicta consti. vt de successionib. in ver. ex collaterali. qui tex. loquitur generaliter non distinguēdo inter feudum nouum, & antiquum, vt frater fratri succedat, ergo generaliter debet intelligi. ff. de alea. l. 1. § & generaliter. ff. de præstan. quā frater acquisiuit pro se, & hæredibus, quod de iure feudorū non erat, ex quo iure frater nō succedit fratri in feudo nouo, nisi expressè sit dictum, vt in c. 1. §. cū verò Corradus. de his, qui feudum dare possunt. & in c. 1. de duobus frat. patet, quod dicta iura feudorū sunt correcta per constitutionem, nisi inuestitura feudi facta fratri diceret, tibi & tuis hæredibus ex tuo corpore legitimè descendētibus, tunc frater nō succederet fratri in dicto feudo nouo, quia non est de descendentib. fratris, & ideò est exclusus virtute in-
2 uestituræ, † quæ semper debet attēdi. vt dicit Bal. in preludijs feudorum. alleg. c. 1. de duob. fra. à c. inuesti. & c. si cum milites de extraor. c. alterius compila. & idē dicit Bal. in l. quoties. C. de rei vind. & legit. & in c. 1. de feud. guar. & in c. 1. an mutus vel alias imper. & c. 1. §. denique, quæ sit pri. cau. benefic. amit. & Bal. in
3 1. vol. consi. 70. & And. in d. consti. dicit, † quia contractus ex conuentione legē accipiunt. ff. de reg. iur. l. contractus. Sed in feudis antiquis, quorū inuestitura dicit, tibi & hæredibus ex tuo corpore legitimè descendentib. frater succedit fratri quia est de descēdentibus primi acquirentis. Et ita semper fuit interpretatum in d. c. Regis Caroli secūdi, quod incipit, Considerātes, quod vult, quod concesso feudo sibi, & suis hæredibus, quod frater succedit fratri, si est descēdentibus primi acquirentis, & sic loquitur dictum c. in feudis antiquis, & non nouis. Et ista decisio non est noua, sed bene antiqua.

ANNOTATIO

I N D E C I S I O N E C C X C I I I.

1 *In feudo antiquo pro se, hæredibus, & successor. frater succedit fratri, hoc etiam in feudo nouo, quando fuisset facta concessio pro se & hæred. tantùm, & successoribus.*
2 *In dubio concessio pro se, hæredibus, & successoribus. & sic frater admittitur.*
3 *Casus in quibus frater succedit fratri in feudis.*
4 *In feudo nouo concesso sub natura feudi antiqui an frater succedat fratri.*
5 *Quando res fuit donata duobus à principe, quòd habeat locum ius accrescendi.*
6 *In feudo empto de communibus bonis an frater de iure succedat fratri.*
7 *Filius proprius excludit fratrem in feudo accepto pro se, & fratre, quando habeat locum ius accrescendi, siue non decrescendi, remissiue.*

1 HAbetur hic quòd de iure consti. † regni in feudo antiquo, etiam quòd sit pro se, hære. & success. ex suo corpore legitimo descendentibus, quòd frater succedit fratri. illud idem in feudo nouo quando fuisset facta concessio pro se & hæredibus tantum, hic autor post And. in c. 1. in fi. de bene. fratris. Amplia primum, etiam quod in inuestitura fuisset verbum successoribus in perpetuum, prout declarat dominus Loffre. in consi. 38. vbi citat consi. Ange. & Bal. cuius est initium, domina regina sanctissima & illustrissima, insuper nota illud, quod ibi dicit notabiliter, quod in du-
2 bio non vr facta concessio pro se, hæredibus † & success. prout est cōis forma inuestituræ in regno, prout fuit notatū supra in deci. 140. ad exclusionem fratris. casus autem, in
3 quibus de iure communi feudorum † frater succedat fratri in feudis ipsis, enumerat Curt. in tract. feu. in secunda parte fol. 18. nu. 73. vbi post And. in c. 1. in 1. col. de bene. fra. & in c. 1. in princ. in 1. colum. de duo. fra. de nouo be. inuesti. inter alia dicit, magis communem opinionem esse, quod l. vnica. C. si socius impe. largit. lib. 10. quod in re donata a principe duobus habeat ius accrescendi locum etiam in feudis,
4 † quod latius comprobat in consi. 10. memoriæ recolendæ. col. 3. verbo, nono ostenditur, circa medium. vbi etiam ait, quod quandò feud. nouum conceditur à principe sub natu-
5 ra feudi † antiqui, quod tunc etiam frater succedit fratri, cum quo conuenit Iacob. in eodem tract. seu inuestitura feudorum, in verbo princeps. nu. 16. fol. 12. & in verbo nobiles agnati fol. 1[illegible]. & tandē etiam in prædictis residet cum illis D. Loffr. in consi. 15. in quadā causa quondā Illust. Matthæi Aquæ Viuæ Ducis Adriæ de comitatu Casertę cū Reg. fisco, cuius dūs nunc meritissimus Illust. D. Baldassar Aquauiua suus pronepos inequa[illegible], licet referat idē autor And. voluisse cōtrarium, sed pro opi. cōi est Mod. in consi. 4[illegible] 1. vol. ex quo de iure communi feudorū nil est immutatū, igitur et hæc dēbet, & semper et quod frater alteri fratri succe-
6 dat in feudo empto de cōibus bonis † dño sciente, affirmat de iure Boss. in [illegible] propter nu. 30. 2. vol. & quod filius proprius
7 excludat fratrem † in feudo accepto pro se & fratre tenet idem Soc. in consi. 25. circa primum, nu. 3. co. 1. vol. & de hoc iure accrescendi siue non decrescendi loquitur Decius in consi. 243. 326. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCXCIIII.

De præuentione debitoris super cancellatione instrumenti.

SVMMARIVM.

1 *Consequens velle an videatur, qui vult antecedens.*
2 *Citatio iudicis ordinaria facta debitori ad instantiam partis sine expressione causæ an valeat.*
3 *Iurisdictione an perpetuetur per iudicis ordinarij citationem.*
4 *Petere aliquid in genere aliud, quam petere in specie.*
5 *Praeoccupatio in diuersis rebus an cadat.*
6 *Antecedenti præsupposito quādo non sequatur cōsequēs.*
7 *Contumaciam an nudum iudicis præceptum sine causa citatum faciat.*

QVidam creditor in curia consulatus Catalanorum citari fecit suum præfatum debitorem, quod veniat ad audiēdum tenorem petitionis per eum offerendæ ad diem statutum: compatet ille citatus, & dicit se paratū recipere petitionem, & rñdere: ille assertus creditor dicit, in primis præstatis idoneam cautionem de securitate iudicij iuxta stylum, & capitulum consulatus, dictus citatus ille præstitit, sed antequam ille assertus creditor dederit petitionem suā ille assertus debitor petijt instrumentum asserti debiti cassari: dicit ille creditor, quod non pôt procedi super cassatione d. instrumenti. Quia ipse creditor eū prius citari fecit, vt veniat auditurus petitionē, per eum offerendā, & ab eo habuit cautionē de securitate iudicij, quæ antecedēs ad libellum offerendū:
1 † & q vult antecedens, vē velle consequens. l. oratio
2 ff. de spon. † Item citatio iudicis ordinaria facta debitori, vt cōpareat coram eo ad instantiā partis sine expressione causæ valet, & arctat citatum ad comparendū, vt dicit Bar. in extrauag ad reprimendum. in verbo, dicto crimine. & firmat Bal. in l. cōsentaneū. C. quomo. & quan. iud. dū dicit. & hæc verior, dum
3 modo sit citatus ad instāiā actoris. † & clarum est, quod per citationem iudicij ordinarij sicut est consul Catalanorū perpetuatur iurisdictio, vt in l. si quis postea. ff. de iudi. & no. in cle. 2. lite pendente. Et sic cum prius fuit incepta conuentio, q̄ asserta præuētio sup cassatione instri, prius est cognoscēdū de d. causa conuentionis, l. vbi cœptum. ff. de iud. In contrarium dicit ille assertus debitor, licèt prius fuerit ipse citatus ad audiendum petitionem offerendā, tamen antequam fuisset præsentata, ipse assertus debitor primò fecit recitare, vt cassaret instrumentū asserti debiti.

Nec obstat, quod prius citatus fuit ipse debitor auditurus petitionem: quia talis citatio non fuit ante petitionem.

4 † Quia aliud est velle petere aliquid in genere, aliud petere in specie, vt dicit Pau. de Cast. in l. sed & si uis. §. q̄situ, & ibi Alex. in. 4. col. ff. si q̄s caut, Itē quia illa cautio assecurationis iudicij est diuersa à
5 præuentione super cassatione instrumēti, † & in diuersis rebus non cadit præoccupatio, vt dicit Bar. in sua pulchra distinctione in l. si pluribus. ff. de lega. 1. ibi dū dicit, si verò non petitur idē, sed diuersum, vel ex diuersis causis, & tunc nō potest dici præoccupari. Et idem dicit Pet. de Ancha. in c. postulasti. in 6. q. de foro compe. alleg. l. qui prætor. ff. de iudi. c. dilecti. de ordin. cogni Nec obstat contrariū de
6 l. oratio. de sponsalib. † quia qñ cōsequēs nō est de necessitate antecedentis, nunquam præsupposito antecedenti sequitur consequens, quod à principio pôt esse, & nō esse scdm Bal. in l. quāuis. C. de fideic. & no. in l. 2. ff. de iurisi. um. iud. & in l. illud. ff. de acquir. hæred. Quid dicendū? Fuit pariter votatum in Consilio per dominos Cōsiliarios, quod procedatur super præuentione facta per dictū debitorem, ex quo petitio debiti cōtenti in instrō oblata fuit post petitionem cassationis dicti instri, & illa citatio, quod veniat auditurus petitionē, non est in consideratione nisi oblata petitione quoad effectum, quod suus aduersarius possit eum peruenire super cassatione
7 instrumēti. Sicut dicimus, † quod præceptum nudum iudicis sine causa non facit citatum contumacem scdm Cy in l. quoties. C. de iud. licèt citatio sine cā valeat, vt supradictū est, & q̄a de hoc habitus fuit recursus ad sacrū Cōsiliū, cū ista discussione cū petitionis fuit remissa ad cōsulē, & quod in ea procedat & iustitiā faciat. Mat. Afflı. nobilis Neap. Doct. insignis.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CCXCIIII.

1 *Comminatio citationis seu de citando non est citatio nam aliud est agere & agere velle.*
2 *In negotijs non attenditur tractatus, sed conclusio, nam alius venditio, aliud promissio de vendendo.*
3 *Comminatio de exprimendis causis in interlocutoria, quā ab ea appellatur, non facit haberi pro expressis, si in terim labatur tempus appellationis.*
4 *Ad faciendum rem litigiosam sufficit timor litis mouendæ, sicut citatio.*
5 *Præceptum nudum iudicis non tenet: sicut libellus sine causa non valet.*

1 HAbes conclusionē † in præsenti decis. quod cōminatio citationis non est citatio, nec impedit instrum præsentari in formā ritus stante præuentione iuxta formā Reg. pragmaticæ, nam aliud est agere, & aliud agere velle. adde pro istis facere ea quæ voluit Bal. in l. cum allegas, C. de vsuris
2 quod tractatus rei nō † attenditur in negotijs, & cōtractib. sed cōclusio. notat plura Ias. in l. si. §. idē ritdu. de ver. ob. Dec. in cōs. 404. viso elegāti. nu. 11. nā aliud venditio, aliud promissio de vēdēdo, sunt notæ ē. in deci. 240. 3 dubio de veritate, cū quibus ēt cōueniunt notata per Ang. & Ales. in l. quidquid astringendæ, de verb. ob. quod cōminatio de exprimendis cau-
3 sis † grauaminis sequenti die a decreto appellationis ab interlocutoria nō facit haberi pro expressis, & interim labitē tēpus appellationis. nonnulla per hunc autorem de istis differentibus inter se in c. 1. §. persona vero. col. 2. post ann. per
4 quos fiat inuest. † quæ possunt limitari non procedere ad faciendam rem litigiosam virtute cōsti. regni, corū fraudibus. 3. lib. & quod ibi per nostrum autorem. nam non solum citatio, sed timor ipsius citationis litisq; mouendæ rē litigiosam faciat l. summā. §. sed dolū. ff. de peculio. i verbo, sed si qs cū supplicaret, & quod pceptū nodū iudicis sine cā non valeat
5 est tex. l. cū filius † familias. §. diui. ff. de leg. 1. ibi, nullius esse momenti iubemus, & sic de libello sine causa, & vltī. notā. per Abb. in cap. 1. de lib. obla. & Scrib. in l. edita. C. de eden. est gloss. notabilis semper ad propositum inspicienda in l. 2. §. circa speciem. ff. de doli mali, me. exc. Calde. in consi. 1. de lib. obl. Anton. de Butrio in c. proposuisti de foro comp. vbi in specie declarat nudum præceptum non inducere

cere præuentionem. habetur de subiecto huius decis. infra
etiam in decis.386.387. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCXCV.

De viro qui vxorem promisit ratificaturam cum pœna.

SVMMARIVM.

1 *Vir qui ratificaturam promisit vxorem cum pœna, an non teneatur, si fecit quod potuit.*
2 *Iuramentum an operetur clausulam se curaturum.*
3 *Promittens factum quod sine culpa sua non potuit implere, an excusetur à pœna.*
4 *Iuramenti temerarij ad obseruationem quis an teneatur.*
5 *Difficultas an excuset à pœna.*
6 *Promissio quòd aliquis consentiet de iure, an valida.*

1 MAgnificus Troilus de Abenabulo † promisit
curare, & facere ita, & faciendo suũ posse non
a excusetur a q vxor sua renunciabit Alphonso Cara
zulo fratri pp dotem habitam bonis paternis, &
maternis sub pœna, & iuro. Alphonsus petit, quòd
dicta vxor d. Troili faciat dictam renunciationem,
Reginalis M. vt Locumtenens Regis Ferdinandi II.
commisit mihi, & mag. D. Camillo de Scorciatis
V. I. D. & Regio Consiliario hanc causam, & citato
d. Troilo, & seruatis seruandis, fecit legitimam fidẽ,
quod ipse fecit, quicquid potuit vsque ad minas, q
dicta eius vxor faceret dictam renunciationem, &
quod ipsa non vult renunciare.
Fuit dubitatum vtrum d. Troilus possit condem
nari ad pœnã. Et facta relatione in Consilio per nos
vbi præsidebat mag. D. Ant. de Alex. magnus Iuri-
sta, fuit dictũ per aliquos do. Cõsiliarios, quod ipsi
crederent nõ errare, si cõcluderẽt, q d. Troilus dẽat
condẽnari ad pœnã, quia promisit pœnã soluere, qñ
ipse fecisse totũ suũ conatũ, q vxor sua renũciaret,
& non excusetur propterea à pœna, per l. stipulatio
ista, habere licere. in princ. ff. de verb. ob. per l. quo-
ties quis co. tit. & §. si quis alium. Instit. de inuti. sti
2 pu. & maximè propter iuramentum † quod opera-
tur illam clausulam expressam, se curaturum &c. vt
dicit Lud. in d. l. stipulatio ista habere licere. in c. ex li
teris. lo ij & c. sicut ex literis cum ibi not. de spons.
& idem dixit Bal. in l. fi. C. de non nu. pec. & Abb. in
c. ex rescrip. de iureiur. Nos dicebamus, quod prædi
cta procederent, qñ d. Troilus non fecisset omnem
suum conatum, tũc teneretur ad pœnã. Sed ex quo
constat, q fecit omnẽ conatũ suum, vt illa domina
renunciet, & vult renunciare, certe non fuit nobis
visum, q possit condẽnari ad pœnã, & hoc per tex. in
3 l. si vehẽda. §. idẽ iuris. ff. ad l. Rhod. de iactu. † vbi qñ
quis promisit factus, & sine culpa sua implere non
potuit, excusatur à pœna. & ff. de doli exce. l. apud
Celsum & videtur in c. sicut ex literis. de sponsali-
bus, peccatum ergo fuit in sic iurando, sed non in
contraueniendo, ex quo fecit quicquid potuit, vt c.
quanto. de iureiur. 22. q. 4. per totum. tale. n. iurm
4 fuit temerarium † & ideò non tenetur ab obseruã
tiã talis iuramẽti, vt dicit Io. And. in alleg. c. sicut ex
literis, de iureiur. & hoc idem voluit domi. Anto.
Archiepiscopus Florentinus 2 parte suæ summæ, ti
tu. 10. c. 5. Et ideo dicebat Anto. de Butr. in c. Gem
ma. de sponsa. 4. col. q si quis obligat curaturum &
facturum &c. valet ista promissio, sed si promittens
fecit quicquid potuit ad effectum producere, est ex
5 cusatus, † quia difficultas excusat à pœna l. 2. ff si
quis caut. & not. in l. continuus. §. illud ff de verbo.
oblig. ff. si quis cautio. l. si post tres. & d. l. si vehen-
da. & allegat consilium Feder. 117. & bene facit, q
no. in l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. sic co
suluit Franc de Are in consi. 152. incip. ex facto pro
ponitur Dicebat D. Ant. de Alex. q semper ipse du
bitauit de hac quæstione: nam sibi videbatur, quòd
opi. nostra erat satis æqua, & facta relatione de præ
dictis per nos dictæ Reginali maiestatis. Fuit dictũ,
q dictus Troilus non molestatur, & cum iste casus
in simili contigisset in persona magnifici Ioan. Ba-
ptistæ Cicinelli, qui promiserat in certo contractu
6 curare & facere, q filius suus cõsentiret, † quæ qui
dem promissio valida est de iure, vt supra dictum
est. & tenet Alber. de Rosa. in l. fi. §. si cert petat. &
Bal in l. hactenus. §. si quis, ff. de consti. pecu. Et fuit
contentus in iudicio, & quia docuit, & fecit quic-
quid potuit, non fuit vlterius per sacrum Consiliũ
molestatus, & casus iste quasi de continuo venit, &
non specificè cum doctores tangunt: ideò hoc scri-
psisse volui, quia dabit in futurum audaciam idem
consulendi, vel iudicandi.

ADDITIO.

a *Non excusetur.*] Quòd si fecit quicquid potuit, non videtur in pœnam incidisse; cum. n. promittit, q faciet & curabit, adiecta pœna, illa committitur, si fuerit in mora faciendi, not. Bart. in l. si duo. §. hæc verba, ff. de constitu. pecu. & in l. si ita stipulatus 7. opposi. primæ partis, ff. de verbo. oblig. & ibidem hoc etiam tenet Alexan. vnde si interpellatus fecit, quicquid potuit, non potest sibi mora imputari, si facere vlterius non potuit, vt probatur in l quod te. ff. si cer. pet. & ibi Bar. declarat in 2. col. & in 3. hoc idem in simili tradit Abb. in consi. 19. incip. videtur quod fideiussores. 1. volu. vbi consuluit, quod fideiussores, qui promiserunt se facturos & curaturos sub pœna, non incurrunt pœnam, si fecerunt quicquid potuerunt: quia difficultas impedit pœnam committi. & idem concludit Barto. consi. 236. Martinus promittit se facturum & curaturum, q Berta contrahet matrimonium sub pœna, quod si fecit quicquid potuit, excusatur a pœna. & idem consuluit Feder. consi. 121. Martinus promittit. Abb. post Ant. de Butr. in d. cap. Gemma. de sponsal. per rationem; quia sicut promittens aliquid facturum cum iuramento euitat periurium, si facit quod potest, vt not. per glo. in c. ex literis. lo ij. & in cap. sicut. de sponsal. ergo & eodem modo debet euitare pœnæ commissionem. Et istam opinionem vt communem sequitur & approbat Aret. consi. 143. ex facto proponitur. col. 4. versi. venio igitur ad primum, & istam esse communem opinionem dicit idem Aret. in d. l. si ita stipulatus, §. possum, de verbo. oblig. & consuluit Phil. Deci. in consi. 313. 2. vol. incipiente, promisit domi. Ioan. & vide eundem Dec. in consi. 325. in casu proposito, vbi videtur tenere contrarium, nisi diceris, quod ibi in promissione concurrunt alia verba vt ibi. Et vltra prædicta facit ratio, quod licet promissio facti alieni [illegible], quando pœna interuenit, tamen ex quo promittitur factum, quod non consistit in potestate promittentis, sequitur quod faciendo suam diligentiam, & omne id, quod potest, euitat pœnam. idem voluit Abb in c. significauit, in fi. per glo. ibi, de offi. deleg. Franc. de Are. in l. si ita stipulatus fuero, te Sti[illegible]. §. possum, ff. de verb. oblig. vbi subdit, quod ista opinio est communis, & quod in practica seruaretur. Fel. in c. ex rescripto. 6. col. ver. & not. quod promittens

factum

factum alienonꝭ. extrà, de iureiur. licèt Iaso. in l. stipulatio ista habere licere 6. col. versic. sed iusta hoc cadit solennis. teneat contrariam opinionem, dicens quod si casus accideret, ipse consuleret, quod possit peti pœna, licet omnis diligentia adhibita fuerit: fatetur tamen, quòd omnes Canonistæ tenent aliam supra dictam præcedentem opinionem. Et præmissa not. videlicet, quod pœna non committatur, tenet D. Thomas Ferratius in sua caut. 43. incip. anno præterito. vbi dat cautelam adhibendi omnem diligentiam, vt supra, quę not. quia nullibi reperies ita plene illa materiam cumulatam. Thom. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXCV.

1 *Promissio, quòd aliquis ratificet aliquem contractum, an obliget ad pœnam & interesse, quando quis fecit suum posse, post Affl. Articulus hic latius disputatur, & ponitur casus in facto.*

2 *Quando quis promittit de suo reficere, quando fuisset contrauentum; vel quando fuisset promissum eum seruare indemnem. nu. 6. articulum declaratum.*

3 *Si aliquis promittit minorem ratum habiturum, qui postea effecto maiore non vult ratificare ex aliqua iusta causa, an teneatur.*

4 *Quando quis promittit regi ratum habiturum contractũ super re feudali, an valeat talis promissio.*

5 *Particulares, qui promittunt, quòd vniuersitas se obliget, an faciendo eorum posse excusentur.*

6 *Quando quis promittit in casu contrauentionis de suo reficere, vel aliquem seruare indemnem, an sit promissio facti alieni.*

1 DIssentiunt nonnulli † moderni ab hac deci. q etiam si hic fecisset suum posse pro ratificatione contractus, quod nihilominus ad interesse teneatur, prout est Socin. in consi. 288. circa primum. in 1. vol. in 5. q. nu. 59. Dec. in consi. 325. in casu proposito, & 439. visis his, nu. 8. Gozadinus in cons. 27. nu. 6. quando fuissent apposita in contractu illa verba, realiter & cum effectu. hoc idem Ias. in l. stipulatio ista habere licere. col. 6. de verb. oblig. Bertra in consi. 214. 3. vol. & 309. eo. volum. Ripa in l. quod te. si cer. pet. Rec. in cons. Decij 313. Parisius in consi. 109. 110. 1. volu. quæ incipiunt. videtur quòd promissio, sed cum hac deci. q ille faciendo suum posse sit excusatus, conuenit Felin. in c. ex rescripto. de iureiu. col. 6. Dec. in d. consi. 313. promissit. & in regula impossibiliũ. de reg. iu. fo. 155. Ferra. in cau. 43. Maran. disputatione septima. Capi. deci. 93. Rui. in consi. 67. volu. 4. Aym. in consi. 12. nobilis. nu. 4. qui citat Afflict. hic Parisius declaratus, vt infra in dicto consi. 110. Loffre. in
2 consi. 41. qui plus dicit, quandocunque † etiam post tempus promissum posse promittens hunc ratificari facere, & nouissime Gram. in sua deci. 2. consilij. pro qua opinione semper factum consilium iudicauit, & maxime in quadam causa inter nobilem Io. Domini cum Tramontanum, actuarium eiusdem sacri consilij & matrem illorum de Marantia, quæ promiserat Anellum, & alios suos filios de Marantia ratum habituros instrumentum cuiusdam venditionis, massariæ ad Pausilypum; quia probauit fecisse suum posse, non fuit aliter mediante decreto sacri consilij dicta mulier molestata, cuius causæ actuarius est Annibal Cæsarius hoc anno 1546. Quæ ampliantur non solum procedere, quando hic fecisset suum posse, vt supra, quod non teneatur,
3 sed quando † quis promisisset aliquem minorem ratum habiturum aliquem contractum, cum fuerit perfectæ ætatis; nam si ille effectus maior nollet ipsum contractum ratificare, non tenetur hic promittens ad pœnam. ita Anchar. in consi. 357. quem refert & sequitur Ias. in l. si pacto quo pœnam. C. de pact. in vltimis verbis. idem etiam quando ille qui haberet ratificare contractum allegaret aliquam iustã causam contrauenendi, prout concludit Soc. in consi. 215. viso. nume. 7. 2. volum. quem refert & sequitur Cassa. in consue. Burgu. deci. droitex. Rub. 4. fo. 143. nu. 52. quæ etiam ad
4 mittuntur † quando aliquis promittit se curaturum, & facturum quòd rex consentiat alienationi rei feudalis, secus si promittat, quòd rex donet. And. in c. 1. §. commercium escogitare. de prohi. feu. alie. per Lota. Quæ tamen viden-
5 tur posse tribus modis limitari ex dictis Decij & Parisij in dictis consilijs & aliorum in locis superius annotatis. & primo quando constaret de fraude & collusione facti conatus inter promittentem & illum quem quis promittit ratum habiturum, prout tenere vr Dec. in d. consi. 313. & quotidie videmus fingi istas minas & verbera, pro habenda ratificatione contractus ad pœnam euitandam, licet vera non sint, secus qñ fuisset facta promissio in specie, q qñ quis quẽ
6 ratum habiturum † promitto ratũ non haberet, de meo proprio reficere interesse obligando me principaliter & in solidum, prout recte intuenti consuluit Parisius in d. cons. 109. 1. vol. & in cons. 76. vol. 3. qñ promisissem, hunc seruare indemnem in specie à contrauentione illius quem promitto ratum habiturum. Dec. in d. cons. 313. 325. 439. & in d. regula impossibilium, cum alijs quos citat Aym. in consi. 272. nu. 12. 13. vbi etiam limitat data mora promittentis factum alienum, nam postea faciendo suum posse non excusatur, considerabam q si hæc vltima vera forent, conclusio firmata in præsenti deci. & aliorum parũm aut nihil seruiret, cũ sit, quod hodie quasi in omnibus contractib. fiat promissio, quòd in casu contrauentionis quis teneatur reficere oĩa dãna, expensas & interesse & obligando se ipsum, & propterea credebam de iure hęc non procedere, & hæc si promissa, nisi quis fecisset suum posse secundũ naturã contractus, in quo hæc promittuntur & iuramentum interponitur. l. si. cum si. C. de non nu. pec. nam verè impossibilium nulla est obligatio. volunt & Cassa. in consu. Burgu. de tattaitex. rubri. 10. 319. Gorsa in verbo promissio de faciendo, pro quibus facit tex. l. si ideo, vbi gl. C. de his quibus vt ind. quod hæres qui fecit quicquid potuit in vendicando necem defuncti, quòd est excusatus, citat And. pro iudicibus, quod qñ faciũt quicquid possunt in videndo processum, quod similiter excusantur, nec faciunt litem eorum, in c. vnico. in fi. addi. 1. col. de contro. inter domi. & emptorem. & sic vidi in praxi obseruari, dicant alij, quicquid velint, & vide Aym. in cons. 192. nu. 8. vbi dicit, quòd postquam quis fuit interpellatus, vt faciat, non potest amplius adimplere: quia vr in mora cõstitutus, si hęc dicas contra cons. Loffr. 41. de quo s. quan-
7 do vero particulares † promittunt, quòd vniuersitas ratum habebit, an faciendo eorum posse excusentur. Capi. quòd sic, sub dubius tamen in d. deci. 93. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCXCVI.

De cessione bonorum per debitorem petita.

SVMMARIVM.

1 *Debitum negans regulariter, an admittatur ad bonorum cessionem.*

2 *Debitor post sententiam quando ad cessionem bonorum admittendus.*

3 *Appellatio pronunciatum extinguit.*

QVidã debitor fuit conuẽtus actione personali
1 ad certã summam pecuniæ, † negauit se debitorem, tandem fuit condemnatus ad soluendum non totam quantitatem petitam, post condemnationem vult cedere bonis, dr quòd non potest cedere; quia semel negauit debitum, vt dicit B. r. in l. qui cedit. ff. de cessio. bono. In contrarium dicit condemnatus, tu petijsti centum, & non debebam nisi quinquaginta, fuit mihi licitum totum negare, vt dicit glo. in c. præsentium. de testib. lib. 6. in verbo,

verbo, sigillatim. no. Bar. in l. qui solidũ. ff. de leg. 2. patet, quia ad 10. tm̃ d. debitor est condemnatus.

2 † Quæritur, an iste debitor post sententiam debeat admitti ad beneficium cessionis bonorũ. ista qõ tangitur per Bal. in l. 1. C. qui bo. cedere poss. & ibid. per Sal. & Aret. in §. fi. insti. de actio. Fuit iudicatũ in Consilio, ꝙ si debitor habuit iustam causam litigandi, & habuit sententiam contrà, ꝙ nihilominus dẽt admitti ad faciendum cessionem bonorũ: secus si nullam iustam causam habuit litigandi, & habuit sententiam contrà: tunc non admittitur ad faciendam dictam cessionem secundum opi. Bald. in d. l. 1. & quia iste debitor appellauit à dicta sententia condemnationis magnæ curiæ Vicariæ, & causa appellationis fuit commissa per Cõsilium mihi, & in causa appellationis confessus fuit debitum ille debitor, qui in veritate nullam iustã causam litigandi habuit, & sic non deberet admitti ad faciendum dictã cessionem, quia illa gl. in c. præsentium. non est vsquequaque vera: vt plenè per Alex. in l. 1. § si stipulanti. & in l. qui Romæ §. duo fratres; ff. de verb. obl. Tamen, quia dicit Saly. in d. l. & Aret. in

3 d. §. fin. † ꝙ ex quo dicta appellatio extinguit pronunciatum interim pendente appellatione, vt in l. 1. in fi. ad Turpi. tunc si confiteatur debitum in causa appellationis, poterit cedere bonis, arg. l. qui cum maior. §. accusasse, ff. de bonis liber. licet dicat cogita. Per sacrum Consilium fuit admissus ad beneficium cessionis bonorum iuxta Regia literas.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXCVI.

1 *Post sententiam & pendente causa appellationis an possit quis admitti ad miserabile beneficium cessionis bonorum.*

2 *An ratione partis liceat totum negare, & quando reus negat simpliciter, an possit ad expensas condemnari.*

3 *Reo an liceat vti pluribus defensionibus etiam cõtrarijs.*

4 *An appellatio extinguat, vel suspendat pronunciatum tam de iure ciuili, quàm cano.*

5 *An testamentum damnati ad mortem, factum pendente appellatione valeat.*

6 *Public. bonorum an extendatur ad futura, & quid in crimine maiestatis.*

1 ADde ꝙ hanc opinionem † et distinctè tenet Bal. in d. l. 1. C. qui bo. ced. possunt ꝙ post sententiam & pendẽte causa appellationis quis, si iusta causa fuerit litigandi, possit admitti ad miserabile beneficium cessionis bonorum, approbat Ias. in d. §. fi. insti. de act. & ante ipsum Soc. in fallẽ. in verbo cessio bonorum. fo. 12. & hĩ ĩ. in dec. 379. ꝙ rõne par-

2 tis † non liceat totum negare. Arno. dial. 3. 14. Alcia. in d. §. si stipulanti, asserit hanc esse cõem cum Bar. qui istud affirmat reprehendendo calumnias aduocatorum, licet ipse hęc conetur impugnare, dando cautelam, si reus negauerit, & nõ dixerit tantũ interrogetur quantum, sed aliter in prædictũ distinguit Hieronymus Butigel. ibidem, scilicet quando reus neget simpliciter nil debere, ꝙ dicatur in mora, & sit periurus, secus si dicat non debeo, quæ opinio satis mihi placet, postquam prima negatio omnia excludat, iuxta tex. l. qui ducenta. §. verum. ff. de re. dub. in fi. §. propterea periurus hic est censendus, sed Dec. in reg. non potest videri improbus, tenet etiam contra communem, quod ratione partis liceat totum negare, vt notaui supra in dec. 205. quem se qui videtur Pari. in cons. 104. in corroboratione. nume. 13.

volum. 4. & quòd non possit ad expensas condemnari, quæ intelligerem secundùm prædicta, quando non simpliciter negaret, nil debere, quę procedunt quo ad positiones, secus quo ad constituendum in mora illam partem, de quo latius vna cum exemplo vide Cagn. in d. reg. non potest videri im-

3 probus. ff. de re. iu. & Dec. in reg. nemo ex ijs. licet † vti reo pluribus defensionibus cõtrarijs, & ꝙ appellatio extinguat

4 pronunciatum habita † consideratione ad præsens statum, fuit notatum, s. in dec. 288. pro quibus vlt. facit tex. l. qui à latronibus. §. qui capitali. ff. de testa. ꝙ si quis fuerit damnatus

5 † crimine capitali, & à sententia appellauerit, valet facere testamentum appellatione pendente in tantum quòd si ea pendente moriatur, testũ remanet firmum, sed an si ex crimine capitali veniat public. bonorum, & fuerit condemnatus per sententiam ad publicationem bonorũ, quæ mox fuerit comprobata, bona ipsa publicentur, maxima est controuersia inter scrib. nam gl. in d. §. qui capitali, tenet bona publicari non obstante testõ medio tẽpore confecto, sed contra videtur affirmare Bart. ibi per tex. §. per contrarium. in insti. de hære. quæ ab intesta. defe. s. bona non publicari, sed si placet, tu lector amantissime distingue secundũm doctri. Phil. Franc. in rub. de testa. in 6. hoc modo: quia aut sumus in criminibus, in quibus post mortem damnatur memoria, vt in crimine læ. maie. & tunc non valebit testũ et pendente appellatione, in alijs verò validum est, nisi in sententia fuisset facta expressa bonorum publicatio, quæ nota. & vide scrib. in l. 2. C. qui testa. fa. pol. Paris. in consi. 46. 3. vol. qui loquitur de testõ 1. facto, ꝙ non valeat, quæ sic procedunt, licet Boet. in 1. suo consi. aliter hæc non declaret, sed tantũ

6 bene explanat articulum, bonorum † publ. non extendi ad futura, per tex. l. eius. §. 1. ff. de testa. qui dicit bona quę tũc habuit publicari, quando fit condemnatio ad bonorum publicationem, & sunt anno. in dec. 117. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCXCVII.

De qualitate fundante iurisdictionem iudicis citantis.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas quę in supplicatione narratur, si ab aduersario negetur, an debeat ei dari terminus ad probandum.*

2 *Qualitas in libello narrata si fundat iurisdictionem iudicij, & non appareat, an remittetur causa ad iudicem competentem.*

Qualites in libello contentæ informatio, an ante litem contestatam debeat capi.

3 *Forma petitionis an attendenda, ad cognoscendum cuius sit iurisdictio.*

Probationes factę super veritate & instantia causę, tam in agendo, quam defendendo, an sit in consideratione.

1 PLuries fuit decisum, † ꝙ si in supplicatione narratur quædam qualitas, quæ fundat iurisdictionẽ iudicis, coram quo datus est libellus, & citatur aduersarius, qui comparens negat illam qualitatem, quæ fundat iurisdictionem iudicis citantis, & petit terminum ad probandum, ꝙ illa qualitas non est vera iudex ex decreto sacri Consilij debet dare terminum ad probandum incũbentia cùm hac declaratione, ꝙ si facta publicatione in causa non constabit de qualitate contenta in libello, quæ fundabat iurisdictionem iudicis, remittetur causa ad iudicem competentem. Si vero constabit de qualitate cõtenta in libello, tunc procedetur ad vlteriora in causa. Ista decisio sumpta fuit ex theorica Bar. in l ex qua-

2 cunque, ff. si quis in ius voca. non ierit. † vbi tenet, quòd sufficit, ꝙ in libello sit narrata qualitas, quæ si

est

est vera fundat iurisdictionem iudicis, & sic si postea apparebit, ꝙ illa qualitas non est verificata, remittetur causa ad iudicẽ cõpetẽtem, & seruiet iste processus illi opinioni, quæ volebat, ꝙ de hoc ante litem cõtestatam debeat capi informatio: & sic per informationem apparebit, ꝙ qualitas contenta in petitione, quæ fundabat iurisdictionem, non est vera, tunc remittetur causa ad iudicem competentẽ, vt firmat Inno. in c. super literis de rescriptis. & idẽ Bar. tenuit in l. præscriptione, C. si cõtra ius vel vti. pub. & Inno. & Io. And. in c. Romana. §. contrahentes, de fo. comp. lib. 6. & Inn. in c. cæterum. de iudi. & Bal. in l. si quis ex alie na. ff. de iudi. & Lapus alle. 59. inci. prælatus ecclesiæ Lanfr in c. qm̃. in verbo, citationes. de proba. Pet. de Anch in repet. c. postulasti. in 1. q. de foro comp. Et ista decisio fuit originaliter Guidonis de Suaa. vt refert Tancredus in margarita sua, in tit. de quęstionibus circa iurisdi-
3 ctionem, q. t 2. char. mihi quinta. † Semper enim ad cognoscendum cuius sit iurisdictio, forma petitionis debet inspici l. pen. in fi. ff. de iurisd. omn. iud. & ideò quando qualitas fundat iurisdictionem iudicis, illa debet exprimi: vt dicit glo. & doct. in præal leg. c. cæterùm. & idem Inno. in c. cum sit c. conquestus. de fo. comp. & tenet Alex. in 1. vol. consi. 79. incip circa primum, de quo quæritur. in 2. col. qua expressa si negetur, debet probari, vt suprà dictum est, & quia posset esse, ꝙ illa qualitas esset vera, vt lites abbreuientur, dabitur terminus ad probãdum
4 incumbentia, & sic erit probandum de illa qualitate, quæ fundat iurisdictionem, & si erat probata, probationes factæ super veritate & instantia causæ tam in agendo, quàm in defendendo sunt in consideratione, sic lites abbreuiantur, & si non est probatum de illa qualitate fundante iurisdictionem, imputabitur actori, qui fecit probationes in causa coram iudice incompetenti.

ADDITIO.

Vide ad hanc materiam do. Maria. Soc. in c. si clericus. de fo. comp. vbi abundantius hunc articulũ excutit. Th. Grã.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXCVII.

1 *An sat sit allegare qualitatem fundantem iurisdictionem, vt detur terminus in causa parte hoc negante, an sit necessè dari terminum super qualitate fundante iurisdictionem.*

2 *In quæstione feudi quaternati, vt cognitio solùm pertineat ad magnam curiam vicaria, an oporteat probare hanc qualitatem, feudum esse quaternatum.*

3 *Allegatis obiectionibus in dictum delegatorum an prius debeat determinari super competentia iudicis, vel sat sit pronunciare, quòd procedatur in causa oppositionibus non obstantibus.*

4 *Qualitas debet probari, aliàs sequitur absolutio in iudicijs, vnde si villa tenetur de damno facto in territorio; non sufficit hominem mortuum probare, sed debet demonstrari mortuum in tali territorio.*

5 *Clericus quis non præsumitur, nec ciuis alicuius loci, nisi probetur.*

1 Est finalis decisio † hic dari debere terminum ad probandum in causa, quando in libello narratur qualitas, quę fundat iurisdictionem iudicis, quæ qualitas debet deinde probari in ipso termino, alias acta non procederent, deberetque causa remitti. cum ista conclusio. conuenit deci. Capellæ Tholo. numero 210. Idem Afflict. in constitu. regni capitaneorum, in tertio notabili, Luc. a Penna de diuer. offic. lib. 12. Paris in tracta. remte. in c. an citatus, fol. 108. vbi declarat, quòd quando clericus citatur in causa feudi, aliàs super feudo, quod non petat remissionem negandum esse feudum. Cassa. in consi. Burgund. rub. 11. des censes. fol. 350. nume. 3. sed de istis dubitat Alexand. si prior debet dari terminus ad probandum hanc qualitatem in d. l. secunda, si quis in ius voca. non ierit, & quando ista qualitas esset prius probanda, quòd summariè probari deberet, affirmat idem Alex. in consi. t. colum. 1. & 4. vol. 5. & contra ista etiam insurgit Fel. in c. si clericus laicum, de foro comp. in 2. col. in verbo limita. 2. quod ante dationem termini ad probandum in causa principali debeat saltem capi summaria informatio de hac qualitate fundante iurisdictionem, etiam si hæc qualitas fuisset notoria, si fortè fieret dubium, an esset notoria, & asserit hanc fore communem, sed omissis disputationibus, quicquid sit, semper tempore meo vidi obseruari secundum hanc opinionem Affl. hic in hac dec. ꝙ quãdo dato libello, in quo exprimitur qualitas, quæ fundat iurisdictionem, vt puta quia ageretur de feudo
2 † quaternato, cuius cognitio non pertinet ad iudicium prouinciæ, sed ad magnam curiam Vicariæ, iuxta consti. regni iustitiarij nomen & normam, & fuit dictum ſ. in deci. 257. & forte negaretur hæc qualitas feudi quaternati, vel feudum esse, non propterea impediretur iudicium in magna curia Vicariæ, sed daretur terminus in causa, & si in ipso termino nõ probaretur hæc qualitas feudi quaternati remitteretur cã, vt hic concluditur, & voluit etiam Bar. in cons. 30. illud 2. lib. sed latius Tiraq. in tetra. consangui. in glo. in verbo iu dicℓ. §. 8. nu. 17. & 20. vbi dicit magis cõem cum opinione Affl. hic, ꝙ sufficit qualitatem à principio allegare fo. t 40. à tergo in parua impressione, quem post hęc scripta reperij.
3 Quæ bene procedunt † seu procedere possunt in iudicib. ordinarijs: secus in iudicibus de legatis, quia si obijciatur de surreptionibus circa dictam qualitatem, vel arguatur rescriptũ falsum, vel de alijs retursreptionibus, de q̃b. fuit habitum suprà in deci. 220. circa finem, tunc ante omnia debet de prædictis cognosci, & causa cognita se pronunciare iudicem competentem, & ita procedunt, quæ voluit Bart. in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtil. pub. & habetur per scriben. in c. super literis. de rescrip. & notata in l. 2. si quis in ius voca. non ierit. vbi præcipue Ias. sed iuxta hæc quæritur, an opus sit, ꝙ expressè super prædictis pronuncietur. se iudicem competentem, vel satis per processum ad vlteriora. ista q. mihi de facto, & prætendebatur per superius allegata, quod deberet fieri expressa declaratio per iudicem delegatum se competentem non obstantibus surreptionib. contrarium fore verum, prout satis notabiliter tenet Ang. in d. l. 2. quem refert & sequitur Fel. in c. suborta, nu. 6. cum
4 seq. de re iud. & de subiecto qualitatis probandæ † alias ꝙ debeat sequi absolutio, vt hic, & iuxta terminos consti. regni si damna clandestina, quod villa teneatur de damno dato in eius territorio, quod non satis sit hominem mortuum in territorio probare, nisi probetur qualitas, quod in d. territorio sit mortuus, & damnum datum, & de similibus habetur per Ang. in tract. malefi. in verbo qui D. iudex fo. 90. latius per Ias. in l. 1. alias §. in eũ, alias §. docere. ff. de nequis eum, qui in ius vocatus est. Corta in memo. in verbo qualitas. Dec. in cons. 125. nu. 6. vbi Rec. vbi etiam, quod clericus
5 † quis non pręsumitur, nisi probetur. nam omnis nascitur laicus, quæ considera si procedunt, quando quis se prætendit ciuem alicuius ciuitatis. & amplissime per Tiraq. in loco supra citato, qui in medio adducit innumeros & penè infinitos scribentes concordantes, notat p̃dicta ẽt Hip. in sing. 520. qui etiam concludit, quod qualitas addita enti mutat naturam entis, & aliud facit videri. l. apud Labeonem. §. si quis virginem, cum similibus. ff. de iniurijs, & de istis etiam infrà in deci. 373. Cæsar Vrsi.

DECISIO CCXCVIII.

De seruitutibus exceptis in contractu venditionis, non includentibus non exceptas.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutes omnes domus venditæ præter exceptas, an tollantur.*
Onera permanentia, quæ contrahentes viderant, & sciuerant, an ab emptore sustinenda.
Domus vendita, an vendita sit pro onere, vt est.
2 *Domus franca, & libera vendita, an seruitutes antiquas sustinere intelligatur.*
3 *Argumentum à contrario sensu in conuentionibus, an valeat.*
4 *Confirmatio vnius capituli de pluribus, an aliorum sapiat reprobationem.*
5 *Permisso aliquo, cætera an denegata videantur.*

QVidam habens duas domos coniunctas, vnam
ex ipsis cum viridario vendidit Titio ementi,
& in instr̃o vẽditionis dicitur, quòd vendidit illam
domum francam, liberam, & expeditam ab omni
seruitute, exceptis certis seruitutibus fenestrarum
habentium aspectum super hortum venditum cum
domo, & facta traditione dictæ domus cum horto,
in domo reseruata sunt certæ fenestræ sine canto-
nibus, quæ habent aspectum ad dictum hortum,
quæ non fuerũt reseruatæ. Item sunt certa canalia,
& stillicidia aquæ pluuialis, q̃ similiter non fuerũt
reseruata. Emptor domus petijt, ꝙ oẽs dictæ serui-
1 tutes præter exceptas tollantur. † Dicit venditor,
istæ seruitutes fenestrarum in domo mea retenta,
quæ hẽt aspectum ad hortũ domus venditæ, & cana
lia, & styllicidia, sunt antiqua: & in venditione do-
mus, & horti vr̃ tacitè imposita seruitus, vt susti-
neat onera permanentia, quia cõtrahentes viderãt,
& sciuerãt. Ita voluit Bar. in l. t. ff. de serui. leg. & idẽ
Bar. & Ang. in l. qđ cõclaue. ff. de dam. infect. Secus
in seruitute, quæ non habebat causam continuam,
vt in l. in vendendo, ff. de contrah. emp. secundũ
Bar. in d. l. 1. & idẽ dicit Bar. in l binas. in fi. ff de ser
ui. vrba præd. vbi dicit, ꝙ eo ipso, ꝙ venditur dicta
domus cũ horto, vr̃ vẽdita cũ hoc onere, prout est,
2 & in l. quicquid. ff cõmn. præd. † Dicit emptor in
contrarium, si non fuisset dictum in instr̃o, ꝙ ven
dit domũ cũ horto frãcam, liberam, & exemptã &c.
procederent prædicta: non enim hortus esset fran-
cus, & liber, si sustineret dictas seruitutes. Et pro
hoc l. si cũ venderes, ff de contrah. emp. iuncta l. si
arborẽ. § fi. ff de ser. vrb. præd. & tãtò magis, quia vẽ-
ditor in vẽditione reseruauit sibi aliquas seruitutes
super dicto horto. & sic hortus est totus liber præ
ter acceptuata, ar. l. maritus, C. de proc & C. de pig.
3 l. quãuis. † Itẽ, quia in conuentionibus ualet argu-
mentũ à contrario sensu: vt in l. inter socerum. §. cũ
inter, ff. de past. dota. quẽ ad hoc alleg. Abb. in c. cũ
apostolica, de his quæ fiunt à prælа. & Bal. in l. ven
diti. C. de actio. empt & probat tex. in l. pecuniam,
ff. si cer. peta Sed tantum in venditione certæ ser-
uitutes fuerunt reseruatæ, ergo à contrario omnes
aliæ sunt prohibitæ.

4 Et pro hoc facit, † quia confirmatio vnius capi-
tuli de pluribus sapit reprobationem aliorum se-
cũdũ Dy. & Bar. in l. legata inutiliter, ff. de leg. 1. sic
econtra, cõfirmatio plurium capitulorum inducit
reprobationem aliorũ secundũ Bar. in d. l. legata
inutiliter. & Bald. in l. fi. 5 col. C. de edi. diui Adr.
5 † Itẽ cũ vnũ permittitur, cætera denegata videntur
l. cum ita legatum. ff. de cond. & demon. Fuit con-
clusum, & declaratum per dominos Consiliarios, ꝙ
attenta exceptione aliquarum seruitutum illæ solũ
debent remanere in horto venditor, aliæ verò serui
tutes ẽt habentes causam continuã debent amoue
ri, quia liber hortus fuit venditus præter seruitu-
tes exceptas per iura, & rationes, vt suprà inductas
& allegatas.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCXCVIII.

1 *Vendita domo pro franca, & libere, exceptis quibusdam seruitutibus, si aliæ reperiantur, habent deberi etiam si venditor illis vsus fuerit post venditionem.*
2 *Facta diuisione inter fratres, an fenestræ siue cantonibus existẽtibus in portione alteri cõtingẽti debeãt claudi.*
3 *Consuetudo quandoque ignoratur à contrahentibus, & vendita domo illo modo dẽt stare penes emptorẽ, sicut si fuisset penes venditorem, nisi aliter fuisset conuentũ.*
4 *Vendita domo an seruitutes aquæ fluentis ad alias domos remaneant, & quid si fuit vendita pro franca.*
5 *Vendita domo quæ veniant, an illa tantum, quæ sunt ad vsum domus, an hortus, & apotheca.*
6 *Legata camera an veniat studium, per quod habetur accessus.*
7 *In habentibus causam discontinuam, vt est iter, & via, quòd non veniant, nisi exprimantur, & quando in venditione fuerunt expressa membra, quæ venduntur, an non obstante ista expressione istæ seruitutes itineris veniant. ponitur casus in facto.*
8 *Qui habet haustum, censetur habere iter ad haustum.*

HAbetur in præsenti decis. quod qui vendidit domum
1 † frãcam, & liberam exceptis quibusdam seruitutibus
fenestrarũ, ꝙ mox alijs repertis, quod tolli & auferri de-
bent. amplia hęc etiam procedere, & si post venditionem
venditor illis alijs seruitutibus vsus fuerit, arg. eorum, quæ
notat Ro. in consi. 5. vbi concludit satis singulariter, quod
quando confines in instrumento contenti comprehẽdunt
totã domũ venditã non obstante, ꝙ post venditionẽ vendi
tor vsus fuit parte superiori domus, quã allegat non cõpre
hendi in venditione, ex quo ipse vsus fuit illa parte post vẽ
ditionẽ, & contra fines in instr̃o expressos, quod non ppea
sibi emptor præiudicanr dicto instr̃o venditionis totius
domus. quod consilium multa cumulando, refert & sequi-
tur Aymo. in consi. 115. casus, nu. 8. sed contra prædicta vi-
dentur facere ea, quæ voluit Neapo. in consue. in ritu. de
ser. in consuetudine quæ incipit, vbi recipitur instrumentũ
2 in verbo, amplius, in verbo † inueniatur, vbi ait, quod li-
cẽt per consuetudinem illam sit introductum, quod quan-
do in instrumento aliquorum bonorum non est expressum
ꝙ vnus consors habeat seruitutem in portione alterius
consortis, ꝙ dicta seruitus non intelligatur, etiam si ipse
consors ipsa longo tp̃e vsus fuerit post ipsam diuisionem,
tñ istud sane intelligit ipse, nisi exceptis seruitutibus, quæ
reperiebantur tempore diuisionis, nam illæ debent rema-
nere, & si in instrumento diuisionis non exprimantur, &
ratio secundùm ipsum, quia hic consors non accepisset hãc
portionem, nisi res staret eodem modo, & forma, qui

bus tpe diuisionis.l.alienationes.ff.de cõtrah.emp.l. quicquid venditur.ff.com.prædio.l.si cum duas.ff.eo.in quibus, ꝙ nisi exprimantur specialiter deberi seruitutes in alia domo, vel re retenta, per hanc rem venditam, ꝙ non debeantur, cum res libera in dubio vendi intelligatur, sed illis nõ obstantibus vr̃ concludendũ cũ ista dec. quibus nõ obstant prædicta adducta ex dictis Neapo. quia in casu ipsius propter alias seruitutes quæ tpe instri sunt, & non expresse veniunt, quia credenduni contrahentes ignorasse consuetudi
4 nij, † nam si procurator intendit quærere dñium domino suo, & tradens intendit quod acquiratur alteri, tunc dñiũ non acquiritur illi cui accipiẽs intẽdit acquirere, in quo tradens dissentit: quia dñium nostrum non potest à nobis euelli sine nostra voluntate, per regulam, id quod nostrum, cũ si. Nec obst. dispositio d. l. si me in vacuam. quia procedit, quñ procurator non intendit acquirere possessionẽ nec sibi, nec dño: sed quñ intendit acquirere dño, quamuis tradens non intendat acquirere illi, nihilominus tradens perdit possessionem, & acquiritur illi, cui procurator intendit acquirere. Ita dicunt doc. post gl. in d. §. per procuratorẽ. Nec obst. quod sine voluntate & patientia hominum terræ Amendoleæ non quæritur iurisdictio: prout dicebat ẽt Bal. in c. 1. in 2. col. de his, qui feudũ dare possunt.
5 † vbi dicit, quod obedientia suppositorum facit quem prælatum, & non præceptum. & ibi alle. Inn. in d. c. olim. el 3. inde dicit Bal. de maio. & obe. c. 1. quod obedientia per obedientiam possidetur: quia respõdetur per interruptionẽ facti: nam ipse Bartimutius declarauit multis hominibus dictæ terræ, quod tanquam procurator Bernardini, cui Rex dedit dictã terram, ipse recepit possessionem dictæ terræ & obedientiam, & vniuersitas prædicta remansit contenta, & sic quæsita fuit d. Bernardino possessio dictæ terræ. & sic fuit per omnes votatum.

ANNOTATIO IN DECISIONE CCCI.

1 *Error personæ cui debet fieri acquisitio possessionis non facit, quo minus illi posses. quæratur.*

2 *Quæ an procedant, si ego constituo procuratorem ad tibi donandum, an si ipse in suos vsus conuertat, tibi dominium quæratur, vel habes condictio. furtiuam, & dicitur quod non.*

3 *Possessio facilius perditur quàm dominium, et ratio postquam possessio est abdicata à nobis, expedit quòd potius alteri quæratur, quàm sit in suspenso, quia an procedunt, quando possessio retinetur nobis per alium, vt per colonum vel procuratorem, quòd non; quia tunc solo animo non perditur possessio.*

4 *Per obedientiam acquiritur quasi possessio tam in faciendo quàm in non faciendo.*

5 *Ad probandum quòd aliquis locus sit alicuius ciuitatis, demonstratur per obedientiam, & actus iurisdictionis.*

6 *Obedientiam vasallorum alteri factam domino iniuste, quòd non præiudicat.*

HAbetur ex hac deci. quòd error personæ, cui debet fie-
1 ri acquisitio possessionis † non facit, quo minus possessio, quæratur illi cui accipiens vult acquirere. conuenit Alex. in cons. 84. in causa 1. vol. in fi. vbi ait, attendi debere in his voluntas principis donantis, & factum illius procuratoris constituti ab ipso, & cui debeat fieri acquisitio adhuc actum non nocere etiam malignitate, secus esset in procuratore à me constituto, cui velle facere donationem, nam
2 si † mando procuratori meo, vt tibi rem tradat, & ipse in suos vsus conuertat, non quæritur tibi dñium, neque condictio furtiua secundum vnam opi. Alex. in d. loco, & ratio istius dec. esse videtur, quod hoie quæratur possessio non obstã-
3 te errore procuratoris, quia facilius † perditur possessio quã dñium. l. si de vi. §. differentia. ff. de acq. poss. & ex alia: quia potius possessio postquã est abdicata à nobis dẽmus intelligere, quod alteri quæratur, quam quod sit vacans. l. quòd meo. §. furioso. l. 1. §. si vir vxori. ff. eo. intellige sanè prædicta, quod solo animo perderetur possessio, si fuisset penes istos aio, & corpore, quñ traditur, secus tamen quñ illi possedissent animo tantũ, corpore tñ alieno, vt per colonum, vel procuratorem, quia tunc solo animo nõ perderetur possessio. l. peregre. §. quib. explicitis. ff. eo. vnde si forte mandarem aliquibus qui tenerent possessionem nomine meo, vt alijs tradant possessionem ipsam, tunc n. nisi ipsi actualiter dent, seu consignent, ego possessionem non amitto. l. cum fundum. ff. de vi, & vi arma. no. Bar. in l. quod meo. §. furioso. ff. eo. & insuper ad il-
4 lud, quod per obedientiam quæratur † quasi possessio tam in faciendo quàm in non faciendo, quñ aliquis prohibeatur aliqua fieri, vel non fieri, declarat Bal. in l. liberti libertæq;. 1. col. vbi allegat ad hoc Inn. in c. olim. el 1. de restit. spo. And. in c. 1. §. traditionib. quid sit inuestit. & melius per Alex. in cons. 43. de celeberrima. circa fi. 1. vol. vbi ait, quòd ad probandum, quòd aliquis locus sit de alicuius ciuitatis perti-
5 nentijs, debent probari actus iurisdictionis † ibidem facti, siue exercitati cum obedientia, de quibus ẽt per Bellame.
6 in deci. 669. qui dicit, quòd obedientia † vasallorum non dat veram possessionem in præiudicium veri domini. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCII.

De probatione perditarum literarum per testes.

SVMMARIVM.

1 *Possessionem perinde habet, ac si fuisset immissus, qui debuit immitti in eam authoritate iudicis, & non potuit, quia impeditus est.*

2 *Spolium non potest dici, quòd fit authoritate regia.*

3 *Probatio scripturæ perditæ per testes an valeat?*

4 *Defensiones per non verisimile contra nitentem probare scripturam perditam.*

Deceptio maxima in principe non præsumitur.

5 *Peritia magna requiritur in teste de scriptura perdita.*

6 *Deponens de scriptura perdita, tria habere debet.*

ALiud dubium fuit bene discussum in Cõsilio contra Ioan. Francis. de Amendolea conuentus interdicto recuperandæ pos. Castri Amendoleæ inter alias defensiones, quas adducebat, quod ipse habuit literas Regis Ferdinan. Secund. per quas d. Rex fecit sibi gratiam de dicta terra Amendoleæ, tanquã de re ad eum spectante, ex quo fuerat suorum prædecessorum, & habuit literas executoriales directas Illustri D. Carolo de Aragonia, tunc locumtenenti Regio in prouincia Calabriæ d. Regis, vt induceret eum in possessionẽ dictæ terræ, & † præsupponitur, quod d. D. Caro. dedit quendam executorem ad inducendum ipsum Io. Franc. in possessionẽ dictæ terræ,

terræ, & dictus executor accessit in dicta terra, & non potuit habere tunc possessionem & obedientiā: quo casu perinde est, ac si possessionem tunc habuisset, per tex. in l. cum vnus, §. fi. ff. de bo. autho. iudi. possi & idem Bal. in l. postquam, C. vt in pos. leg. & in l. ob maritorum, C. ne vxor pro mari. Et omnia ista fuerunt ante expeditionem inuestituræ dicti Bernar. meritò licuit sibi intrare cum voluntate vniuersitatis dictæ terræ possessionē d. terræ:
2 † quia Regia authoritate intrauit, & sic non potuit dici spoliū, vt dicit Cy. in l. meminerit C. vnde vi. & Alb. de Ros. in l. si de ui. ff. de ind. & habetur in l. iustè. ff. de acq. poss. & multa impertinenter fuerunt allegata. Sed ex quo de dictis literis Regis & executoribus literarum prædictarum nihil constabat in processu, & conatus fuit d. Io. Franc. probare eorū
3 tenorem per multos testes † cum de iure sit, quòd amissis ipsis literis potest probari eius tenor per testes, vt plenè habetur in c. cum olim essemus apud Perusium. de priui. & no. Bal. in l. sicut iniquū, C. de fi. inst. & no. Ang. in l. 2. § diuus in fi. ff. de iure fisci. & Bar. in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. in c. Alber. in 3. col. de test. & in c. 2. de proba. circa fi. & Bal. & Sal. in l. 1. C. de fi. instr. Bal. in c. 1. quot testes sint necess. Pau. de Ca. in l. nostram. vlt. col. C. de testa. & Ang. in l. testium in prin. C. de testib. Et dictum fuit suprà deci. 174. sed de dicta probatione per testes sacrum Consilium nullam habuit rationem: quia pro certo tenuit, quòd dictæ literæ allegatæ non fuerunt veræ.

4 † Primò, quia non reperiuntur in registro d. Regis.

Secundò, quia non examinari fecit Chariteum secretarium dicti Regis, per cuius manus scribebantur literæ Regis, nec examinari fecit do. And. de Capua, qui erat intimus domesticus dicti Regis: per cuius manus omnia expediebantur.

Tertiò, non erat verisimile, quod d. Rex Ferdin. Secundus voluisset primò concedere eandem rem dicto Io. Franc. & secundò dicto Bernardino suo seruitori, & velle eum decipere. Hoc præmisso fuit conclusum, quod dicti testes deponentes de tenore dictarum literarum sunt singulares: quia vnus dicit vidisse dictas literas apertas, alius dicit vidisse clau-
5 sas, alius in vno loco, alius in alio loco. † Requiritur ergo ad hoc, vt testes probent tenorem regiarum literarum, quòd sint testes multùm periti, qui sciāt bene cognoscere, si illæ literæ, quas viderunt, erant falsæ, & sic si habebant notas manus secretarij Regis, & sigillum Regis, vt dicit Bar. in d. auth. si quis in aliquo. & doc. in d. c. cum olim. & Alex. in 2. vol. consi. 96. incipiente, viso testamento. & Bal. in l. si de pos. C. de probat. & sic oportet, quòd dicant, quod illæ literæ erant sine vitio, & quòd non erant abolitæ, nec cancellatæ, secundum Spec. in tit. de leg. §. fa. perest. versi quid si literæ. Item requiritur, quòd testes deponant de tenore ipsarum literarū, & de loco, vbi confectæ sunt dictæ literæ, & de die confectæ
6 literæ: † quia dies & locus sunt de substantia, vt patet in iuribus præallegatis. cætera requisita vide suprà dicta deci. 174. Et dicebat Bal. in c. 1. §. si enim quid sit inuestitu. quòd licet instrm̄ inuestituræ sit amissum, tñ testes, qui interfuerunt in instro, dēnt produci ad probandū tenorem instri & substantiā negotij, alle. Cy. in d. auth. si quis in aliquo. & no. in l. sicut iniquū. C. de fi. instr. & quia d. testes non deponebant de loco, vbi fuerunt expeditæ d. literæ, neq; de die, nec erāt personæ, q̄ potuissent discernere vitia ipsarū literarū. Iō fuit votatū & conclusum, quod de ipsis testibus nulla habeatur rō, & sic fuit per diffinitiuam sniam condemnatus dictus Io. Franc. ad restituendam possessionem dictæ terræ Auendolæ dicto Bernardino, & sic posteà fuit executa.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCII.

1 *An spoliatus à iudice, principe aliove superiore habeat interdictum recuperandæ, distinctè & amplè hic ex dictis omnium.*

2 *An quando quis est destitutus possessione: quia fuerunt capta pignora in causam iudicati, & vendita non seruato ordine legis à diuo Pio. §. in venditione, valeat intentare hoc interdictum recuperandæ, quòd sic. ponitur casus in facto.*

3 *Quando quis aggreditur possessionem virtute decreti nulliter interpositi, an possit aliqua pœna puniri.*

1 Deciditur in hac deci. † quod ex quo iste Io. Franc. non demonstrauit possessionē illius castri fuisse ademptā autoritate regis per eius literas, quod contra eū cōpetat interdictū recup. Tu vero in hoc subiecto, an spoliatus autoritate iudicis, vel superioris habeat interdictū recu. aduerte: quia tā Alb. de Rosa in d. l. si de vi. ff. de iudi. circa fi. q̄ glo. & And. in consti. regni, circa violentiarū, in princ. Soc. in cons. 12. quia in præsentiarum 1 lib. Fel. in c. delictum il. de rescr. idem in c. si quid. de offi. deleg. Dec. in consi. 214. in causa spoliatio ... consi. 4. tria sunt, ... decidūt de spoliatis a principe, & de iudice, idem in cō. 18. And. nu. 8. 224. ... nu. 4. & in cons. 140. in causa, vbi et tradidit de spoliato à principe, qui oēs videntur cōcludere vlt. a scrib. in l. nihil possidet. ff. de acq. poss. quod aut quis fuit spoliatus à iudice vel superiore iuris ordine non seruato, & ... persona priuata, q̄ alter, & tunc huic cōpetit interdictum recu. vbi vero iudex, vel superior iuris ordine seruato processisset, tunc recu. interdictū minimè cōpe-
1
2 teret, & ppa † ex his, & ex notatis per scrib. in l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iu. & maximè Alex. ... in quadā cā de facto contingenti dicebā, ex quo fuerant capta pignora, siue possessio cuiusdā terræ ex cā iudicati non seruato ordine dicti §. in venditione, quod 1. capiantur mobilia, & deinde stabilia, & quod peius, quia fuerat facta venditio dictæ terræ non facto alter mandato ad reluendū, expectatoq; tēpore statuto, iuxta l. si conuenerit. l. la. ff. de pig. act. cū alijs plene notatis per Cassa. in consue. Burg. des droites. rub. 4. §. 24. nu. ... quod huic sic spoliato dictū interd. recu. aduersus emptorē cōpetebat, ... fuit executū, stantibus prædictis; quia nulliter fuerat processum. An aūt qn quis aggreditur possessionem alicuius vigore decre. nulli. † aliqua pœna ve-
3 niat puniendus, vltra scr. in d. l. si de possessor; declarat Bar. in consi. ... quæstione vertente, & Soc. in consi. 158. vbis processit nu. 19. 2. ... latius exordiendo, ... tūc qui teneri pœna d. l. meminerint, quando aggreditur possessionem alterius vigore decreti iudicis confecti tertio nō citato, aliàs secus, sont et addi. de prædictis. J. in dec. 261. & de alio facto per Affl. hic qualiter probetur tenor scripturæ, siue instrumenti deperditi vide, quæ notaui in dec. 174. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCCIII.

De exceptione dominij fundata super vetiri.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio dominij probati per quandam scripturam an obstet*

obstet agenti interdicto recuperandæ, & quando?
2 *Vota Consiliariorum an sententiam operentur.*
3 *Vota inter alias personas an inducant notorium.*
4 *Scriptura votorum non est authentica.*
5 *Scripturę seu registra bene custodita in archiuis authenticarum personarum an faciant fidem.*

DVbium vulgatum ẽt factũ fuit in dicta causa,
1 videlicet, † vtrum agenti interdicto recuperã
dæ obstet exceptio dñij probati per quandam scri-
pturam, per quã dicebatur, ꝙ Rex Ferdin. Primus
audiuerat vota Cõsiliorum de iustitia Antonelli de
Amendolea aui dicti Ioan. Francisci, contra illos de
Malda, per quas literas patet de iustitia & proprie-
tate ipsius conuenti. Et licèt sit regula, ꝙ exceptio
dominij non obstat agenti interdicto recuperandę
possessio. vt legitur & not. in l. naturaliter. §. nihil.
cõe. ff. de acq. possess. tamen qñ constat per senten-
tiam latam in petitorio de dominio conuenti, tunc
obstabit exceptio dominij agenti recuperandæ, vt
voluit Io. And in c. pastoralis. de cau. poss. & propri.
& Cy. in l. incerti. C. de interdic. Bar. Ang. Ioan. de
Imo. & Alex. in d §. nihil commune. & Old. in con-
si. 225. & And. de Iser. in constit. circa violentiarũ.
licèt quidam contra, vt per Moder. in d. §. nihil com
mune. Et præsupponebatur, ꝙ dicta vota operan-
2 tur, sicut sententia. † Omnibus fuit visum, ꝙ vota
non operantur effectum sententiæ: nam ille qui
habet iudicare secundum votum alterius, si habito
voto ille non pronunciauit, sententia non est iudi-
catum, vt patet ex nota. per Pau. de Cast. in l. 1. C. si
aduer. liber. & per Abb. Sic. in c. cum venerabilia. de
except. & per Bal. in l. 1. C. de sent. ex breu. recitan.
& Alex. in 2. vol. consi. 184. in 13. colum.

Secundò nõ apparet, ꝙ dicta vota contenta in d.
scriptura sint data in iudicio petitorio, vel possesso
rio, imò ꝑsumendũ erit, ꝙ potius in possessorio, ex
quo Antonellus ꝑtẽdebat se spoliatũ ĩ Regia curia.
3 † Tertiò illa vota sunt inter alias personas, videli-
cet inter Antonellum & Fiscum, nunc verò inter
Ioan. Franc. & fratrem Bernardini, & sic non indu-
cunt notorium, vt dicit Inno. in c. ex insinuatione.
de appel. & no. in c. per tuas. de testi. in c. vestra. de
cohab. cleri. & muli.

Quartò, istud spolium factum fuit longè post di
cta vota, & sic non obstat, etiam si esset sententia,
vt dicunt Io. And. & alij in c. cum dilectus. de caus.
poss. & propriet.
4 † Quintò, dicta scriptura votorum non est authẽ
tica, quia dicitur, ꝙ est sumpta ex certis scripturis,
quæ sunt penes Danielem Vnis. qui non est depu-
tatus à publico ad conseruandũ scripturas Regias,
nec illæ scripturæ, quæ per eum conseruantur, sunt
registra, sed certę scripturæ bombacinæ sine aliqua
authoritate, ꝙ per consequens nullam fidẽ faciunt,
vt dicit Innoc. in c. 1. de procur. qui dicit illa verba
5 formalia: ista † registra si sint bene custodita, & in-
ueniantur in archiuia authenticarum personarum,
puta earum, quæ habent potestatẽ authenticas scri-
pturas faciendi, fidem faciunt, vt hic, & de præscri-
ptionibus. c. ad audientiam. cum suis concord. si au
tem non essent bene custodita, vel personæ non es-
sent authenticæ, non credimus eis. Idem in effectu
voluit Io. And. in titu. de instru. edi. §. nunc dicen-
dum. in additio. quæ incipit, quia de argẽtario. ver.
quintum. Bal. in rub. C. de fi instr & in l. exemplo.
C. de proba. Abb. in c. cum causam. de probat. & sic
fuit votatum, quòd dicta exceptio dominij fundata
vigore dictorum votorũ, non est alicuius momẽti.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCIII.

1 *Agenti interdicto recup. poss. obstat notorius defectus proprietatis etiam per instrumentum publicum.*
2 *Si dico me spoliatum ab vno, & probatur spolium factum ab alio, succumbo etiam quòd iste habeat causam ab illo conuento spoliatore.*
3 *An possit dici de notorio defectu proprietatis, quando quis habuit titulum, & posse. spatio annorum 30. & quid si aliquis interim non valuit suam possessionem recuperare.*
4 *Quòd sit aliud condemnare, & aliud condemnandum pronunciare, & qui non potest condemnare. potest condemnandum pronunciare, & quòd sententia sit nulla, quando quis dicit fore condemnandum, & non condẽnauit.*
5 *Scriptura sumpta ex archiuo an faciat fidem, quando non reperitur penes officialem publicum, vel personam publicam ad id deputatam, & quid de actis, quæ conseruantur per actuarium successorem, & hæredem notarij, qui conseruat protbocollum.*
6 *Quæ sunt necessaria, vt scriptura sumpta ex archiuo probet, & an probet extra territorium, an oporteat probare consuetudinem de prædictis, alias quòd non probet.*
7 *An illud quod fuit obseruatum per annos decem circa solutionem collectarum in futurum præiudicet in tantùm, quòd sit præscriptum iuris faciendi apprecium.*

1 CIrca primum † dubium tactum per Afflic. hic, an exce-
ptio notorij defectus proprietatis obstet agenti recu-
perandæ, & ꝙ obstet, fuit conclusum ĩ. io dec. 116. circa finẽ,
& sunt ẽt anno. infra in dec. 324. & 361. vbi si agenti ad re-
stitutionem rei feudalis obstet exceptio defectus tituli, siue
inuestituræ, vel defectus personæ: quia mutus, mancus, &
quia esset ecclesia, quæ ẽt ample notantur per And. & per
hunc Affl. in const. regni violentias. & Gram. in cons. 131.
in ciui. vbi dicit, ꝙ qñ per instrm notorie cõstet de defectu
proprietatis, ꝙ obstet agenti recuperandę, istud ẽt in consi.
2 169. vbi ẽt dicit, ꝙ si † propono me spoliatum ab vno, & pro
bo spolium ab alio, ẽt quod iste habeat causam à spoliatore
ꝙ non obtinebo. hoc idem ꝙ obstet notorius defectus pro-
prietatis comprobat Rubeus Alex. in cons. 4. vbi ex consi.
Decij. 449. col. 3. extendit hęc procedere, qñ quis habuisset
titulum, & possessionem 30. anno. nam obstat agenti recu-
3 perandę, intellige secundum Parisium, si placet, in cons. 24.
pręsuppono. nu. 27. 4. vol. nisi iste fuisset impeditus, & inte-
rim non valuisset agere. Circa vero aliud, ꝙ votum non ha
bet vim sententiæ facit; quia aliud est quẽm condemnare,
4 † & aliud condemnandum pronunciare, de quo art. vltra
Alex. & scribentes in l. 1. §. 2. ff. de verb. obli. latius declarat
Fel. in c. cum venerabilis. de exceptio. Ias. in l. nec quicquã.
§. vbi dec. nu. 27. ff. de off. procon. Hyp. sing. 200. differt. vbi
ait, quòd adeo est differentia circa prędicta, ꝙ licet quis pro
hibeatur aliquem condemnare, quod tñ prohibetur condẽ
nandum pronunciare, quod etiam affirmat in sing. 527. di-
cens hanc sententiam illo modo latam nullam, qñ dato vo
to per consultorem de condemnãdo, actuarius pronunciat,
huc scribit, talis officialis declarat, prout in voto continc-
tur: ideo semper sis cautus, vt habito voto à consultore tẽ
existente officiale cum profers sententiam, ponas illa ver-
ba, prout per præsentem nostram sententiam dictum talem

nos

nos condemnamus de voto, & consi. talis consultoris electi &c.

5 Circa aliud † quòd scriptura sumpta ex archiuo nō faciat fidem, qn non reperitur penes officialem publicum, vel publicam personam ad id deputatam, declarat Lucas à Penna satis notabiliter in l.rura.de omni agro dese.lib. 11. vbi etiā ait, ista locum habere ēt in actis causæ, quæ consignantur actuario successori in officio, & de hærede notarij, qui conseruat prothocolla, & scriptura reperta extra prothocollū, quòd non faciat fidem, de quo sunt notæ supra in deci 6. &
6 de istis ēt requisitis, † vt ista scriptura sumpta ex archiuo faciat fidem, dat non nullas caut. Fel. in c.causam. de proba. idem plenius in c.ad audientiam.ii. 11.de præscr. inter alia quòd si reperiatur inter alias scripturas publicas, item quando fuisset consuetudo in loco, quod talis scriptura sumpta ex dicto archiuo probet, & insuper quòd ēt interuenientib. dictis requisitis videtur inclinare ipsam scripturam sumptā ex archiuo non probare extra territorium, sed aduerte rogo, quod istud, quod ipse dicit de consuetudine impugnat Aymo in tract. de antiq.temp.fol. 12.dicens, quòd probata consuetudine, quòd istæ scripturæ probent, non opus est archiuo, sed potes dicere, quòd qn fuisset consuetudo aliqua, quæ vellet aliquam scripturam probare, non esset opus archiuo, vt fuit conclusum de scriptura priuata s̄. in deci. 181. sed si consuetudo, siue ius requirunt vtrunq;, s. quòd sit scriptura de aliquo negotio, item quod sit sumpta ex archiuo, vt probet; quia tunc non sufficit habere scripturam de illo negotio, nisi ostendatur, quòd sit de archiuo: cum sit qualitas requisita, quæ debet probari. fuit notatum suprà in deci. 297. & sic remanet conclusio, de qua supra, quod scriptura archiui non probata consuetudine non probat, & circa
7 hæc si lubet nota vnum valitum à Decio in consi. 285. † & pro tenui, quòd illud quod apparet obseruatum per annos decem, per libros collectarum, q debeat in futurum obseruari, quod ego modificarem iuxta notata in deci. 291. & maximè si careret regio assensu; quia tunc vires non haberet, prout video iudicatum hodie, qui est 21. Octo. 1557. in regia camera summariæ in quadam causa vertente inter homines ciuitatis Theani, qui prætendebāt contra alios eiusdem ciuitatis non debere fieri appretium iuxta formam Reg. pragmaticæ bonorum omnium ēt industriæ pro soluēdis functionibus fiscalibus allegantes quandam conuentionem de prædictis, de qua nulla fuit habita ratio ex prędictis notatis in d.dec. 291. & quia carebat assensu. actuarius Cæsar Rapatius aliàs Io. de Florio &c. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCIIII.

De Vasallo teste pro domino suo.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus baronis, an possit pro eodem deponere?*
Veritatem inuenire difficile est, vbi sapientes discordant.
2 *Iuramentum fidelitatis est quędam species seruitutis.*
3 *Vasallus quare ad testimoniū pro domino debet admitti.*
4 *Fidelitas in se honestatem continet.*
Locupletari cum aliena iactura nemo debet.
5 *Vasallus non caret omni suspitione.*
6 *Qualitas domini & vasalli in eius testimonio an consideranda.*
7 *Vasallus prętér feudum ingenuus an sit.*
Vasalli appellantur pares curtis.
Homines Regni vel prouinciæ an possint esse testes pro Rege.
8 *Intellectus ad l.idonei. ff. de testi.*
9 *Vasallus an sit idoneus testis, quādo agitur de re feudali.*
10 *Domi quæ fiunt, per quos probentur.*
Intellectus l.consensu. C.de rap.
11 *Vasalli quando non sunt idonei testes.*
12 *Liberiores homines liberioris existimantur conscientię.*
13 *Amicitia magna repellit testē, & operatur sicut cō.iūctio.*
Familiaritas nimia testem an repellat?
14 *Vasallus studiosus etiā multum familiaris an repellatur.*
15 *Vasallus vilis persona, vt angarius vel perangarius, an repellatur?*
16 *Testes contra comitem vel baronem esse qui possint, & quando.*

IN causa baronis de Mathia fuit excitatū in cap. Sancti Dominici per Consiliarios ibidem con-
1 gregatos, † vtrum vasalli, qui deposuerunt in fauorem ipsius baronis, faciant fidem in eius fauorē. Et profecto pp varietates opinionum videbatur iste articulus dubius. Nam Spec.in tit. de teste §. 1. ver. sed nunquid vasallus, post arg. pro & contra, refert duas opi Prima opinio fuit, q si vasallus habet magnum feudum à domino, vel omnia eius bona sunt feudalia, tunc non est idoneus testis pro domino, si verò tenet à domino paruum feudum, tunc est idoneus testis, per iura ibi per eum allegata.

Secunda fuit opinio, q siquidē vasallus est astrictus dño ad iurm fidelitatis, & iurauit fidelitatem pro feudo, tunc non est testis idoneus pro domino
2 suo: † quia iurm fidelitatis est quædam species seruitutis, & seruus pro dño non pōt esse testis, vt in l.eos, C.de testi. quia pōt ei imperari: vt in l.idonei, ff. de testib. Si verò est vasallus, qui non tenetur domino iurare fidelitatem: nam potest esse feudum, & non tenetur ad fidelitatem iurandam, vt dicit gl. in consti. si quando. sed solum tenetur præstare seruitium pro feudo, & iste est idoneus testis pro domino suo, arg. c. quamuis. de decimis.

Tertia fuit opinio Guidonis de Suza. in d.l.idonei. & Alb. Papiensis in l. libertorum. C. de testib. quos refert Io. And. in additionibus Spec. in d. ver.
3 sed nunquid vasallus &c. † Quòd ex quo non reperitur in iure vasallum prohibitum ferre testimoniū pro domino suo, q debet admitti ad testificandum pro domino suo: ex quò edictum de testibus est prohibitorium, & vasallus non reperitur prohibitus, ut in l. 1. ff. de testib. ergo potest esse testis pro domino suo, & istam opin. tenuit etiā Bal. in l. qui testamento. §. potestatis. ff. de testam. & hanc opin. firmauit etiam Iac. de Alua. in c. 1. per illum tex. si de inuesti. inter do. & vasallum lis oriatur. & in c. 1. §. si. n. quid sit inuesti. vbi dicit, q ideò admittitur vasallus ad testificandum pro domino; quia iurauit
4 fidelitatem, † quæ fidelitas continet in se honestatem: sed contra honestatē esset, si dominus ex hoc locupletatur cum aliena iactura. Nec habet obstare, q est amicus propter beneficium receptū: quia nihilominus ei credi pōt, vt ibi latius per eum, & in hanc partem videtur inclinare And. in d. c. 1. si de inuesti. inter dominum & vasal. vt infrà dicam.
5 † Minor tamen fides ei adhibenda est; quia non caret omni suspicione, ar. in l. 3. ff. de testi. & l.eos, C. eod. tit. & 4. q. 3. in princ.

Quarta fuit opi. Spec. in loco præallegato: qui dixit, q ex qualitatibus personarum domini & vasalli posset causari suspitio contra vasallum productum in testem, vel non causari, & in hac opinione residebat Abb. Sic. in c. insuper. de testi. dicens con-

siderandas

sid :ıdas esse qualitates domini,& vasalli,& secūdū hoc qnq; cessabit suspicio, quandoque non . Fortè
6 enim dñs est potens,† sæuire in eos, quando non dicerent vasalli rem sibi gratam,& sic de similibus & idem dicit ipse Abbas in c. accedens. lo primo, vt lite non contesta.

Quinta fuit opin. Io.Theuto. glossatoris in c. de forma.circa fi. 22.q.5.quæ vult,ꝙ vasallus non potest esse testis,nec pro domino suo,nec contra Sed ista gl.reprobatur per Io.de Francuciis,& Archidia co.ibi,& Bal.in cap.ego.N.episcopus.de iureiu.vbi
7 dicit,ꝙ in vtroque dicto dicta gloss. est falsa : † qa vasallus præter feudum ingenuus est,& remittit se ad Spe.in loco vbi supra,& d l.libertorum.C.de te stibus.idem Bald.tenet, quòd vasallus potest est te stis contra dominum suum in causa feudali, quia vasalli appellantur Pares curtis , & dicit, quòd hoc probat tex.in dicto capitulo primo,si in inuestit.inter dom.& vasal.lis oriatur.

Sexta fuit opinio Cyn.in d.l.eos.qui dixit,ꝙ homines Regni, vel prouinciæ possunt esse testes pro rege,vel pro domino prouinciæ,& si secus diceremus , sequeretur absurdum , quòd Rex, vel dominus prouinciæ non posset probare ea, quæ ge-
8 sta sunt in Regno, vel in prouincia. † Nec obstat d. l. idonei , ff. de testibus quia intelligitur de subiectis ratione dominicæ , vel patriæ potestatis , non autem ratione iurisdictionis, & sic pertransit ibi Alb.de Ros.& hoc etiam dicit And. de Iser. in loco præallegato,& Bal.in 2. vol. consi. 336. quod incipit,punctus infrascripti consilij.

Septima fuit opin.aliquorum,quos refert Sal.in d.l.eos.distinguentium. Aut dominus sit terribilis minans terrorem,quando subditi non testificarentur,prout ipse cupit,& tunc ipsi vasalli nō sunt ido nei testes,arg.l.1.C. si rector ,puin.& l.1.C.si quacunque præditus potestat. Aut dominus nō est hu iusmodi cōsuetudinis, & iure vasalli admittuntur in testes pro domino,vt ibi per eum.

Octaua fuit opi.Ant.de But.in d.c.insuper.dicēs,
9 † ꝙ si agitur super re feudali,vasallus nō est idoneus testis pro dño.& dixit Alex.in l.testium,ff.de testi. in apostil. ꝙ ipse idem credit. & allegat. c. domino guerram.hic finitur lex.Corra.

Nona fuit opi.aliquorū moderno.vt refert And. in d.c.1.si de inuestit.int. dominū & vasal lis ori.ꝙ aut dñs vult probare id,quod dictum est in comita tu,vel baronia , vel feudo , ꝙ ab eo tenetur,& non sunt alij vasalli nisi sui,& tunc vasallus est indoneus
10 testis pro dño suo: † quia quæ domi fiunt possunt probari per domesticos,vt in l.cōsensu.C.de repu. de cuius intellectu per Ant.de Butr. in c.3.loco.de prob.& Alex.in 2.vol.consi.176.& per Ias.in l.1.in fi.C.de summa tri.& per scribentes.in l.etiam.C.de testi.& hr in c.veniens.in fi.eo.tit. Aut dominus vult probare id,quod alibi extra feudū est actum p suos vasallos,& tunc vasalli non sunt idonei testes : quia domino est imputādum,quare alios testes nō adhibuit,arg l a.ff.si quis cau.& ff.qui satisd. cog.
11 l.si fideiussor,§.1. † nec debuit angustare probationes l.quoniam C de hæret.

Decima fuit opin. aliquorum , prout refert ipse And.dicentium,ꝙ aut dñs habet merum, & mixtū imperiū in vasallos,& tunc vasalli nō sunt idonei te stes:qa dñs pōt in eius minacē terrorē incutere,ar. C.quod me.cau.l.si per impresiionē,ex quo pōt eis īmpare.&,p hoc facit d.l.idonei.Aut nō habuit dñs merū,& mixtū imperiū,sed simplicē iurisdōnē , de qua loquitur And.in c.1.quid sit inuestit.& isti va-
12 salli possunt esse testes pro dño suo: † quia præsumendum est , ꝙ iste magis timeat Deum , & conscientiam,q̄ corum dominum.hæc opinio non pla cuit And.de Iser.nec per consequens alius doctoribus supra allegatis. Nam secundum istam opinionē nunquam Rex qui habet merum,& mixtum imperiū in omnes vasallos Regni.posset probare p suos vasallos id,quo sit in Regno,quod non est dicendū ,put dicebat ēt Cy.ī d.l eos.& Alb & Bal.vbi supra .

Vndecima fuit opinio præfati D.And.in loco p allegato dicenti per d.c.1.si de inuestit.inter do.& vasal lis ori.& p d §.si enim & c. t. quod testes sint ne.ad proban.no.inuest.& per c.t.§.1.de cōtro.inuest.Probatur,ꝙ vasallus potest esse testis pro domino suo,& subdit,ꝙ per dicta iura ista quæstio est sopita.Et dicit, ꝙ pro ista decisione facit illa ratio supradicta,quia edictū de testib.est prohitoriū &c. Fallit,dicit ipse nisi vasallus, qui producitur in testem pro dño,probetur, ꝙ sit multum amicus , vel familiaris dñi,pro quo deponit,& tunc non repellit,quia est vasallus domini,sed quia amicus, vel fa-
13 miliaris domini:† quæ quidē magna amicitia repel lit testes,vt consuluit Alex.in 1.vol.consi.78.2.col. quia non est integer testis : vt dicit idem Alexand. in 2. volum. consi. 110. & consil. 121. 2. colum. Ista grandis amicitia operatur sicut coniunctio : vt dixit An Barba.in rep.l.cū acutissimi.C.de fidei. Item nimia familiaritas repellit testem,vt in d. l. 3. in prin.& §.1.de testi.Alias cessante dicta grādi amī citia, vel cessante dicta familiaritate, si vasallus est homo virtuosus,non repellitur pro eo, ꝙ est vasal-
14 lus: † quia vasallus virtuosus destrueret affectionē vasallagij ,ppter veritatē:vt dicit Philosoph. primo Ethicorum ibi,propter veritatē destruenda sunt fa miliaria &c.Quare fuit conclusum per totum Cōsi lium nemine discrepante , ꝙ vasallus pro dño suo potest esse testis,etiam ꝙ dominus in eum habeat merum,& mixtum imperium,& ei iurauit fidelitatem,dūmodò non probetur , ꝙ sit grandi amicitia coniunctis cum domino suo,vel non probetur, ꝙ eius familiaris,vel nō probetur,ꝙ sit vilis persona,
a vt angarius , vel perangarius, a † qui propter
15 eorum vtilitatem repelluntur , vt in constitutio. Regni pro sequentes per Andr. & in hac conclusione videtur residere Andr. in loco præalleg. licèt dicat, se alibi plene hunc articulum examinasse, sed non dicit vbi , ego credo , quòd in codice hæc examinauit, quia in multis locis reperi, quòd se remittit ad ea , quæ dixit in codice, dominus Nellus de sancto Gemin. in tracta de testibus , de omnibus istis opin.facit distinctionem , vt ibi per
16 eum . † Qui autem possunt esse testes contra comitem , vel baronem , quando non agitur contra eum de crimine læsæ maiestatis , sed criminaliter de alio crimine , vel pro omnibus bonis , vel maiori parte bonorum , vel pro vno castro , habetur plenè in dicta const. prosequentes.

ADDICIO.

a *Vel perangarius.*] Angatius,& perangarius testis repellitur pro domino.ide tenet Alex.in consi.90.vlt.col.4.vol.vbi loquitur de mercenario,qui sub diurna opera,& mercede seruit,quod non prohibetur. Thom.Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCIIII.

1 *Dictum vasalli facit fidem pro domino, etiam quòd vasallus teneret feudum magnum,siue paruum ab ipso domino,quod limitatur sex modis, in quibus dictum vasalli non facit fidem pro domino, qui modi numerantur vsque ad num.6.& postea à nu.6. vsque.9. quę mox sublimitantur,quando actu,& habitu plures alij testes haberi possunt,quia tunc admittuntur, probata tamen dicta qualitate,quod alij testes non possunt haberi,vbi etiam qualiter, & ex quibus causis testes repellentur.*

1 VOs in hoc subiecto,an dictũ † vasalli faciat fidem pro do
mino, amplectendo oẽs doctores relatos hic p Affl.
ipsorumq; opiniones cõcordãdo faciatis regulã sic, de iure
haberi fidem facere secundum opinionem And.in d.c.1. si
de feu.inter do.& vasal.lis ori.quod ampliatur,procedere,
etiã si vasallus ipse teneret domino feudum magnũ,siue par-
uum,e.iã si iurasset fidelitatem, & fuisset subditus nõ rõne
vasallagij.quia teneret feudũ a domino,sed tñ rõne iurisdi-
ctionis,prout cũ oibus prædictis sentit And. in d.c. decidit q;
Affl.hic & plenius p Fel.in c.accedens,el 1.vt lite nõ cõt.&
per eundẽ in c.literis.de test.2.col.& quasi per totũ illud c.
quã regulam sic ampliatã ego primo limitare,quãdo altera
2 † pars plene probasset per suos testes contrariũ de eo,quod
dicerẽt,seu testificati fuissent ij testes vasalli,seu subditi,nã
saltẽ in pari nu.magis stabitur testibus non vasallis,& subdi
tis,arg.eorũ q no.infra i deci.40.de testib.existẽtib.pro vni
uersitate,q sunt de ipsa vniuersitate,q alij,q nõ sunt de vni
uersitate illis pferãtur.Secundo limitarem,qñ ij vasalli,&
subditi non fuissent probatæ opinionis, quã illud de iure p-
sumatur l.nõ oĩs.§.a barbaris. ff.de re mil.voluit.And.in d.
3 c 1. sequ.q; Fel.in d.accedẽs. † Tertiò limitarẽ,qñ persona
domini fuisset terribilis vasallis,& subditis nam tunc testimo
niũ vasallorũ nõ valeret.Fel.in d.c.in literis.loquẽs de sub-
dito rõne iurisdictionis, & in vtroq; casu põt procedere opi
nio Spe.relata p Affl in 4. opinio illius articuli,volẽtis de-
bere inspici qualitatẽ personarũ. Quarto dictã regulam li-
4 mitarẽ † qñ vasallus de re feudali, quã a domino teneret
vellet i ipsiusmet vasalli, vel domini cõmodũ ferre testimo
nium,nam tunc non valeret,& sic põt intelligi opi.Ant. de
Bu.relata p Alex.in l.testiũ.C.de test.& Affl.hic 18.opinio
5 ne † articuli principalis. Quinto d.regulã fallere censerem
quãdo vasallus fuisset amicus domini propter ipsum feudũ,
vel aliam cãm,non tamẽ leui amicitia,prout affirmat And.
in d.c.1.q citat tex l.lex,§.amicos ff.de ver.sig.6.fallit,quã
6 do hic vasallus, seu subditus fuisset vilis psona † angarius
seu perangarius,vt concludit noster Affl. hic in fine, q oia
ego sublimitarem locũ non vendicare,qñ ex natura rei,vel
7 negotij plures testes actu, & habitu haberi nõ põt, † vt de
facto in nemore,in naui,seu in conclaui,& de ijs, quæ sciri
nõ possunt nisi p domesticos,iuxta opinionẽ aliquorũ rela-
tam per And.in d.c.1.& per Affl.ibi,& hic in 9.opinione,cũ
qbus q qñ actu,& habitu plures testes haberi nõ possunt,
q oẽs testes recipiant. cõuenit Aret.in cõs. 13.col.9.in ver,
8 venio ad quintũ. Are.in trac.malef.in verbo fama † publica.
num.31.Paris in sind. in verbo testis,fol.105.Alex.in cons.
150.viso processu.col.2.in fi.5.vol.Soc.melius in cons.17.5.
volum.vbi declarant,quod tunc ij admittuntur,quando ali
qua culpa non possit imputari illi, qui fecit actum in di-
ctis locis, vt quando fuisset ortum incendium in domo,
vel in eadem fuisset commissum adulterium, seu homici-
dium inopinate, secus in aliquo facto,quod tempore ip-
sius quia potuisset alios testes adhibere, notat etiam hæc.

amplè Firma. in suo iudice, siue repertorio copioso in verbo domesticus,& in tracta.de episcopo.in 5.par. fol. 52.& Ias. in vtraque lectura.l. cunctos populos. circa finem.C. de sum trin.& fin.cap.& in l.fin.C.de his qui vt indi.hic autor in consti.a.si damna clandestina.numero 34. Hip. in consi.41.& in singu. 73. plures. vbi concludit, quod oportet ista articulari quod plures testes tunc actu,& habitu nõ potuerunt interesse,quod etiam attestatur in sua praxi crimi.in §.diligenter,nume.& Dec. in consi.133.viso processu nume.6.etiam in consi.173.in quibus,an quando testes habent plures defectus,illa procedant,& in quibus testes repellantur tam ratione amicitiæ, quam familiaritatis, quæ etiam declarat hic autor in constitu. regni mores dissolutè viuentium, qui enumerat casus 41. in quibus persona testis à testimonio repellatur, cumularque nonnulla Plotus in l.si quando.nu.141. C. vnde vi.quem post hæc scripta habui. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCV.

De procuratore concedente in feudum pro se,& hæredib. sub annuo redditu.

SVMMARIVM.

1 *Honorius vigore procurationis an habeat potestatem concedendi terram in feudum.*
2 *Verbum, concedere, generale an sit?*
3 *Verbum concedendo, an aliquando inducat translationem dominij?*
4 *Procuratori libera administratio, quando concedi videatur.*
Mandatum generale, vbi speciale requiritur, an sufficiat?
5 *Procurator quomodo possit vendere,& alienare.*
6 *Modicum respectu personarum dicitur.*
7 *Actus humanos duo perficiunt, quę sunt eorum radices, quamuis tria esse dicat Aristoteles.*
8 *Feudatarius an possit rem infeudare in perpetuum irrequisito Principe.*
Descriptio bonorum demanialium antiqua.
9 *Res quæ stetit perennis in demanio, præsumitur de demanio.*
Res solita infeudari.
10 *Res per spacium 30. annorum possessa,tanquam res concedi solita,& per duas vices.*
11 *Solitum an dicatur,quod per duas vices fit.*
12 *Concessio an requirat non obstantiam.*
Inuestituram validam quid faciat præsumere.
13 *Antiquitas temporum quid faciat præsumere.*
14 *Verba quando non probent in præiudicium tertij.*
15 *Principi narranti factum alienum, super quo ipse se fundat, an credatur.*
Intellectus ad Clem literis.de prob.
16 *Legis mortua,& viua contrahentis, & consuetudinis par est potestas.*
Princeps an sit maior consuetudine, & lege mortua.
17 *Consuetudo rem ecclesiæ in emphiteusim datam si ad ecclesiam reuertatur, an possit pro nummo concedere.*
18 *Status vltimus terræ feudalis an debeat esse in consideratione.*
19 *Vtile dominium prius translatum quid faciat.*

IN causa Martoni de Renza de Auersa cum Ber-
nardino Malda viro Dianoræ Aciæ super quadã
terra feudi casalis Trentulæ Comitis feudorũ, fuit
dubitatũ pro eius decisione principaliter de duob.
Et primò, verũ Honorius de Renarijs procurator
excellẽs Comitis feudorum habuit ptãtem à d Co
mite feudorũ dño casalis Trentulæ concedendi ter
rã sitẽtẽ pertinentijs dicti casalis d. Martono in
feudũ sub præstatione anni cuiuslibet vnius capo-
nis, & tumulorũ ducentorũ vnius pro intratura in
perpetuum sibi & hæredibus suis, ex quo in procu
ratorio d Hono. sunt ista verba, videlicet, ꝙ dictus
Hon. possit locare, dare, concedere terras feudales,
& cum clausula, ꝙ possit generaliter oĩa & singula
pro vtilitate dicti constituentis circa præmissa face
re, quæ ipse dñs comes facere possit, ẽt si requirere
tur speciale mandatũ, maximè stantib. literis dire-
ctis per dictũ Comitem d. Honor. suo procuratori
probatis per testes, per qua scribitur dicto Honor.
ꝙ cõcedat terras à lo Pontone d. Marto. & suis hę
redib. in perpetuũ pro annuo reditu vnius caponis
& pro intratura prædicta. Et sic per instrũm publi-
cum fuit facta concessio per d. Hono. procuratorẽ
supradicto Mart. dictę terræ, & deinde per instrũm
publicum ipse Martonus cępit possessionem, & po
steà de facto dictus Hono. spoliauit d. Martonum
possessione dictę terræ, & dictus Do. Comes ipsã
concessit Bern. Malda, pro intratura duc. 200. & ꝑ
capone vno, quñ imponitur generalis Adoa in Re-
gno, & eo tenente & possidente conuenitur in sa-
cro Consilio dictus Malda, & eius vxor petitorio &
1 possessorio dictæ terrę. † Ad pręsens dubium dice-
batur, ꝙ dictus Hono. non habuit potestatẽ conce-
dendi in feudum dictã terrã vigore dictæ procura
tionis: quia non dr̃ in dicta procuratione, conce-
dendi in perpetuum, vel locandi in perpetuũ. ideo
dẽt intelligi de locatione ad tp̃s, per quã non trans
fertur vtile dñium: vt patet in Cle. 1. de reb. eccl. nõ
ali. & ĩ l. codicillis. § instituto ff. de le. 1. & no. d. q.
in filio. §. si vir in quinquenniũ. ff. sol. mat. In con-
trarium dr̃, ꝙ in dicto procuratorio non solum est
data potestas locandi simpliciter, quæ intelligitur
ad tp̃s per iura præallegata: sed est data potestas dã
2 di & concedendi. † quæ verba habent importare, ꝙ
possit concedere terras feudales solitas & cõsuetas
concedi in feudum, & sic ꝙ transferat vtile dñium:
quia verbũ concedere, est generale, vt dicit gl. in ver
bo, titulo, in c. 1. de vsuris. lib. 6. & istã gl. alle. ad hoc
Bal. in l. non ambigitur. in fi. ff. de legib. & idem du
verbo, dare, secundùm Bal. ibi. & istã gl. similiter ad
hoc allegauit Alex. de Imo. in l. à Titio. in 4. col. ff.
de ver. ob. & sic cõprehendit, ꝙ possit infeudare ter
ras solitas concedi in feudum. hoc probat tex. in c.
ad audientiã. in verbo, concessisse. iuncto verbo in
fine, vasallus extitit. de præscriptionib. & ideò dice
bat Io. de Imo. in pastoralis. in 3. no. de donatio. no
3 ta, † ꝙ aliqñ verbum, concedo, inducit translationẽ
dñij, licèt de sui natura non inducat translationẽ
dñij, vt dicit gl. in l. fi. ff. de don. & dicit Io. de Imo.
in d. c. pastoralis & Fel. plenè in c. cũ venerabilis. in
2. col. de exceptionib. & Bal. in ç. Titius. si de feu.
fuerit controu. inter do. & agna. sed quia posset di-
ci, ꝙ dicta verba posita in procuratorio, videlicet da-
re & concedere, possunt intelligi non de translatio
ne vtilis dñij, vt refert Fel. in d. c. cum venerabilis. iõ
dicendum, ꝙ ꝓp subsequẽtia verba posita in d. pro
curatione, ꝙ possit concedere, quę ipse constituẽs
facere possit, ẽt ꝙ requireret speciale mandatum:
tunc virtute dictorum uerborum põt d. procurator
concessisse in feudum dictã terrã sub dicto annuo
reditu d. Martono, sicut potuisset ipse Comes, secũ
4 dùm Bar. in l. creditor. §. Lucius. ff. mandat. † vbi di
cit, ꝙ si dñs constituit procuratorẽ, vt possit facere
quicquid ipse dominus põt, vr̃ concedi libera admi
nistratio. idẽ dicit ipse in l. procurator cui libera. ff.
de procuratorib. & dicit Bal. in l. illud. §. 1. ff. de mi-
nor. ꝙ in oĩb. causis, in quib. requiritur speciale mã
datum, sufficit generale cum libera. & dicit Ang. in
auth. de collato. §. ad hoc prohibemus, ꝙ si procura
tor constitutus est sub hac forma, do tibi potestatẽ
agendi, & administrandi meũ patrimonium, quod
habeo, vt tu facere possis, quę ego facere possum, ꝙ
per hoc mandatum oĩs potestas translata est in di-
5 ctum procuratorẽ. † & ideò infert, ꝙ talis procura
tor põt vendere & alienare: & alle. §. Lucius. & l. si
procur. ad vnã. ff. de procur. not. Abb. in c. fi. de dila
tio. & facit ad hoc gl. in c. 2. in fi. de off. vi. lib. 6. Fuit
ergo votatũ, ꝙ attentis dictis verbis positis in pro-
curatione prędicta dictus procurator potuit con-
cessisse Martono supra dictã terrã in feudũ pro se,
& hęredib. sub dicta transitura; & annuo reditu prę
dicto & tantò magis, quia à principio accessit volũ-
tas dicti Comitis probata per testes, & licèt præsup
ponatur, ꝙ voluntas Comitis fuit, ꝙ concederetur
dicta terra, quatenus esset modici valoris, tamẽ põt
dici, ꝙ attenta magnanimitate d. Comitis & pauper
tate dicti Martoni, ista terra a lo Pontone non erat
res magna, quod patet; quia post eà fuit alienata d.
Bernardino pro duc. 200. sub seruitio vnius capo-
nis, quando imponitur generalis Adoa in Regno.
6 † Nã modicũ dr̃ respectu personarũ, vt no. in l. sed
si susceperit. in §. libertus. ff. de iud. & ideò dicit ibi
Bar. ꝙ si Rex donaret vni pauperi 200. duc. dicere-
tur modicũ: erat. n. ipse comes multum elemosyna-
rius ecclesijs, & pauperibus, vt est notoriũ, & d. Mar
tonus erat nimis pauper.: ideo dicendum est, ꝙ d.
procurator habuit potestatem concedendi Marto-
no dictã terrã, vt suprà. Et quia visum est, ꝙ d. pro-
curator habuit mandatũ prædictũ. Nunc videndũ
est, vtrum legitimè per dictum procuratorẽ potuit
7 fieri dicta concessio d. Martono. † quia dicit Boe-
tius, ꝙ duo perficiunt actus humanos, s. potestas, &
voluntas quæ sunt humanorum actuum radices, &
perfectiones, vt dicit Bal. in c. cũ super Abbatia. de
off. dele. & in l. oẽ verbũ. C. cõia de leg. Sed Aristo-
telès dicit, ꝙ sunt tria. s. scientia, potestas, & volun-
tas; vt refert Bal. in l. cum testm̃. C. de iuris & facti
igno. Et dubiũ facit allegatiõ partis, videlicet dicti
Bernardini dicentis, ꝙ dicta concessio in feudum
dictæ terræ non potuit fieri per dictum procurato-
8 rem, pro eo: quia terra ipsa est demanialis, † & Baro
tine Regio assensu, & ẽt clausula non obstante, non
põt ipsam concedere in feudum, ꝓp diminutionẽ
seruitij militaris, vt dicit tex. in consti. constitutio-
nẽ diuæ memoriæ. in fi. Accedat ad hoc no. p And.
in c. 1. §. ita tamen. de prohi. feud. alie. per Fed. Et ꝙ.

sit dicta terra de demanio feud. Trentulæ producit
inuenturiũ antiquũ, vbi descripta est, inter bona de
manialia d. feudi. Itẽ producit quandã sñiam noui-
ter latã super redintegratione d. feudi Trentulæ.

Item comes feudorum per 10. annos tenuit di-
9 ctã terram in demanioũ: † & sic præsumitur de de-
manio, vt patet ex no. per Bar. in l. si qñ. C. de bon.
vacan. & per Io. de Imo. in c. vt super. de reb. eccl.
non alie. & And. in c. 1. de his, qui feudũ dare pñt.

In contrarium producitur, ad ostendendũ, ꝙ di
cta terra erat solita concedi ab antiquissimis tpib.
& sic potuit concedi, vt dicit Bald. in auth. hoc ius
porrectũ. C. de sac. san. eccl. & Io. de Imo. in c. 2. de
feudis. & in alijs locis infrà allegandis, priuilegium
Reginæ Ioannæ Secundæ, in quo dr, ꝙ comes Lan
teti, tunc dñs d. feudi Trentulæ supplicauit D. Re-
ginæ, vt placeret reditũ dictæ terræ de lo Pontone
reducere ad reditum vnius caponis, ex quo d. terra
est solita concedi in feudũ, & est deuoluta ad dñm
ob mortem Oliuerij sine liberis, & intendit illam
concedere in feudũ Loisio Bascip sub reditu vnius
caponis, & Regi. M. facit dictã diminutionem cum
clausulis opportunis. Item producitur priuilegium
ipsius Bernardini conuenti, vbi comes feudorũ cõ
cedit dictam terram d. Bernardino Maldo tãquam
10 solitã concedi in feudũ diuersis personis, † proba-
tur ꝙ à longissimis tpibus dicta terra fuit tenta &
possessa tanquã res solita concedi vltra annos 30. &
per duas vices, & per cõsequẽs insurgit probatio, ꝙ
fuit solita concedi, & sic potuit cõcedi, vt dicit And.
in d. c. 1. in princ. de his qui feudũ dare possunt, &
in d. c. 1. epm, vel Abbatẽ. & not. Bar. in d. l. si vacan
tia. C. de bo. vac. lib. 10. doct. in d. c. vt super. de reb.
eccl. non alie. Nec obstant in contrarium allegata,
videlicet inuentariũ; quia illud est antiquũ, & fuit
mutata postea qualitas dictæ terræ de lo Pontone:
11 † quia fuit possessa, vt solita per duas vices, per qđ
præsumitur effecta solita, per tex. in l. eum qui. C. de
fundis rei priuatæ. lib. 2. quẽ ad hoc allegat And. in
l. Imperialem. §. præterea ducatus. de prohibita feu
di alienatio. per Fed. & Io. de Imo. in c. 2. de feudis.
nec erit effecta demanialis, si per decẽ annos posses
sa fuit vt demanialis, vt dicit Alex. de Imo. in 4. vol.
in vlt. consi. & illa sententia nõ probat terrã esse de
demanio: ex quo reintegratur ad feudum iure deuo
luto. Nec obstat si diceretur, ꝙ debuit probari, ꝙ ex
quo ab initio dicta terra fuit de demanio feudi, ꝙ
prima concessio, fuit legitimè facta per Regem, vel
cum consensu Regia, & Baronis, & cum clausula,
21 non obstante; † aliàs non valent ipsæ cõcessiones
subsequentes, vt dicunt Abb. & Io. de Imo. in d. c.
vt super, & in l. quod dr. vlt. col. ff. de ver. obl. & gl.
in Cle. 1. in verbo, ad mensam. de exces. præl. & Alex.
in 3. vol. consi. 9. in 3. col. Quia respondetur, ꝙ pos
sessio 30. ano. tanquã solita concedi cum præstatio
ne seruitij & binæ concessionis facit præsumere va
lidã inuestiturã, iuxta ea, quæ notantur in c. si quis
per 30. si de feudo fuerit cõtrouersia. & sentit And. in
13 c. 1. de his qui feu. dare pñt. † Et facit; quia ista
antiquitas temporum facit præsumere, ꝙ omnia so
lennia interuenerunt in prima concessione in feu-
dum sub seruitio seu annua præstatione ano. 30. per
id quod dicit Ang. in l. sciendũ. ff. de ver. ob. & in d.
c. si quis per 30. & in cõsi. vlt. in 4. Consiliorũ. Alex.
de Imo. & plenissimè per Fel. in c. si cut. de re iudi.
11. col cũ seq. Nec ob. ꝙ posset dici, ꝙ priuilegiũ
Reginæ Ioannæ Secundæ dicit enunciatiuè supradi
14 cta verba, † quæ non probant in præiudiciũ tertij,
sed solũ inter contrahentes, vt in l. optimam. C. de
contrah. & com. stipu. Quia respondetur, ꝙ verba
enunciatiua principis, in quib. ipse princeps se fun
dat, licèt sint enunciatiua, habentur, ac si ab ipso
principe sint prolata; quia omnia nostra facimus,
quibus authoritas impartitur. c. 1. & 2. de confir.
15 vtili. vel inutili: † & per consequens creditur prin-
cipi narranti factũ alienum, super quo ipse se fun-
dat, vt in Cle. 1. de proba. & no. And. in c. 1. qui suc
cess. tenea. Aliàs si se non fundaret super allegatione
partis, illa allegatio partis non faceret effectum, se-
cundũ Io. And. in c. dilecto. de præb. & gl. in l. 1. C.
qñ non peten. partes. & Barb. in consi. 20. in 3. col.
Nec obst. ꝙ antiquitus dicta terra erat reditus tare
norum triũ & per Reginã Io. fuit reducta ad reditũ
vnius caponis, qđ facere nõ potuisset baro, vt tex.
in d. constitutione, cõstitutionem diuæ memoriæ.
16 † Quia respõdetur, ꝙ par est potestas legis mor-
tuæ & viuæ, & contrahentis & consuetudinis, vt in
l. 1. ver. cum enim C. cõmu. de leg. Lucas de Pen. in
l. 1. 6. col. C. de impo. luc. descri. lib. 10 & in rub. C.
de decretis decur. eod. lib. imò ipse princeps est ma
ior consuc. & lege mortua, vt in l. vniuersis. C. de
preci. impet. offe. quia derogat prædictis, no. Ar-
chi. 11. dist. c. in his. Bald. in cap. 1. de his qui feu-
dum dare possunt. & de ista viua lege facit mentio
17 nẽ Bald. 2. ff. de leg. † Sed consuetudo põt rem ec-
clesiæ pro maiori reditu concessam in emphyteu-
sim, si reuertatur ad ecclesiã, concedere pro vno nũ
mo, vt dicit Aug. in auth. de non eligendo §. quia
verò. ergo idem potuit facere d. Regina, quæ fuit
monarcha in regno isto, vt di in glo. in proœmio
consti. Regni. Et sic fuit conclusum, ꝙ dicta terra
perita per dictum Martonum, fuit terra solita con-
cedi in feudum, & per consequens potuit concedi
sub dicto consueto reditu vnius caponis: quia iste
18 est vltimus status dictæ terræ feudalis, † ꝙ vltimus
status dẽt esse in consideratione, ex quo est præscri
ptus, vt est gl. in c. cum ecclesia Sutri. in verbo verũ
epõrũ. de causa poss. & propr. & not. Bal. in l. binas.
in pen. q. C. de aduoc. diuer. iud. tex. est in c. cum de
beneficio. de præb. lib. 6. & not. in c. Cumana. de
elec. no. Fel. in c. cã te. de rescri. Et de primo ad vlti-
mum fuit votatũ, ꝙ condemnetur d. Bernardinus
Malda ad restituendum terrã concessam d. Marto-
no à procuratore Comitis feudorum per prius, ꝙ
fuisset concessa per Comitem feudorũ d. Bernardi-
no, ex quo vtile dñium per prius translatum fuit in
19 dictum Martonum † quia cepit possessionem re-
uocato precario, per l. quoties. C. de rei vend. & ibi
per repetentes eam, dixi in c. 1. hic potest esse tit. qui
success. teneantur. in 13. fallen.

ADDITIO.

Feudatarius an possit retro infeudare in perpetuũ prin-
cipe irrequisito, vide Lucã de Pen. in l. nulli. C. de fund. pa-
tri. lib. 11. Et qñ intelligatur res facta demanialis, vide per
eundem in l. quicunque. de omni agro deserto, lib. 11. C.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCV.

1 *Quando in mandato adest verbum concedendi, dandi & omnia faciendi, quæ ipse dominus facere posset quid.*

2 *Verbum dandi, concedendi, quando non fuisset causa habilis ad dominij translationem quid importat, vt in commodato, an hæc verba improprientur.*

3 *Verba quantumcunque generalia an inferant ad ea, quæ quis specialiter non fuisset concessurus, vbi etiam de verbo transferendi, an quis tradendo rem simpliciter videatur donare.*

5 *In generali concessione an veniat dolose exacta, & erronea, & per ista verba, quòd possit facere ea, quæ dominus posset, valeat quis pretium confiteri recepisse, & si recipiant modificationem ad illa, quæ vir bonus fuisset facturus, & sic, quod non possit laudum iniquum approbare, & an valeat facere requirentia speciale mandatum, & an contra factum mandantis.*

6 *Quando fuit datum mandatum, quòd quis possit facere pro libito voluntatis, quòd veniant ea, quæ requirunt speciale mandatum.*

7 *Quando res est solita concedi, quòd valeat deinde concedi sine solennitatibus non alterata forma primæ concessionis.*

8 *Quomodo dicatur forma alterata, & declaratur tribus modis circa personas, circa res, vt si primò fuisset facta concessio personæ priuatæ, quòd mox non veniat ecclesia, vel communitas, & quid si res fuisset effecta pretiosior, quòd non fuerat tempore concessionis, & si prima concessio fuisset vsque ad tertiam generationem, quòd non possit vltra fieri.*

9 *Res emphiteu. vnius ecclesiæ, an possit alteri ecclesiæ concedi.*

10 *Res solita concedi, quæ dicatur, & quomodo istud inducatur, quòd res ecclesiæ possit concedi absq; solennitatibus.*

11 *Res ecclesiæ quomodo præscribatur, & quid de ecclesia Romana.*

12 *Verbis enunciatiuis principis quando stetur, an quando princeps narrat aliquem priuasse sua possessione propter eius demerita, ei credatur, & circa alia, an ei credi debeat.*

13 *Quando ex temporis antiquitate solennitas præsumatur, & quid si ex facie instrumenti appareat solennitatem nõ interuenisse, vel quando princeps non potuisset habere notitiam, quòd tunc solennitates non præsumantur.*

TRadit Affl. hic, q quando in mandato adesset verbum concedendi, dandi, & omnia, quæ ipse dominus face-
2 re posset, quòd tunc † poterit hic procurator dare in feudũ; nã verbum concedo, importat translationẽ dñij, qñ fuisset positum in actu, in quo posset dñium transferri, voluit etiã Ang. & post ipsum Ias. in l. 1. in verbo concessit. nu. 1. ff. de consti. princ. sunt nonnullæ concord. quod melius affirmat Alex. in l. si quid. ff. si cer. pet. vbi ampliat, qñ fuisset verbũ dare. sequitur ẽt Soc. in cons. 93. circa primum 1. par. quem refert, & sequitur Dec. in c. cum venerabilis. post Abb. ibi in 3. col. vbi nonnulla affert, quæ secus, si causa habilis ad translationem dñij non præcederet, prout notabiliter inquit Alex. in l. à Titio. ff. de verb. obl. dans exemplum, vt si peterem à te equum in commodatum, & tu diceres, concedo, non intelligeretur propterea dominium equi dare, sed tantum in commodatum concedere, & istud de mente contra-
a hentium, quæ etiam in † contractibus intelligitur, prout consuluit Soc. in cons. 59. visis priuilegijs. in verbo, his non obstantibus, vol. 1. nam in generali sermone non intelligitur quis concedere illa, quæ forsan specialiter non fuisset
3 † concessurus, secundum Cor. in cons. 83. circa primũ. nu. 6. in 4. vol. & de verbo do, & transfero; quid habeant significare vltra Scrib. & Fel. in d. c. cũ venerabilis. declarat Cap.
4 in deci. 180. nu. 11. vbi an tradendo quis rem † simpliciter censeatur donare, & quatuor in prædictis requisita adducit Lupus in Rep. c. per vestras. §. 9. de don. notat ẽt Ias. Are. in §. sic itaque. Insti. de act. & Parisius in cons. 38. 1. vol. qui di-
5 cit in nu. 51. & 40. † generalem quietationem non extendi ad dolose extorta, & erronea. idem in cõs. 89. eo. vol. quasi per totum, & insuper q ista verba, q procurator possit facere ea, quæ dñs, importent liberam, quæ non venit, nisi exprimatur secundum Alexan. in cons. 41. visa puncto, & his.
6 col. 3. vol. 3. † & expressa, & dependentia, affirmat Dec. in cons. 493. viso tenore, cum modificatione tñ, q si vltra hæc verba, q possit facere ea, quæ dñs facere posset, fuissent adiecta alia verba, si expediens visum fuerit, nã tunc talis procurator non põt vt dñs confiteri pretium recepisse, imo per hoc mandatũ sic datũ non valeret, nisi ea, quæ vir bonus faceret, & quæ dñs fecisset in sui vtilitatẽ, & hoc ex alio rationabili; quia verba, & si generalia recipiunt modificatione de habilitate. l. 1. C. de sac. san. eccl. l. 1. §. nunciatio. in ver. oib. diebus fieri põt. ff. de no. ope. nun. no. et Scrib. in l. quod de bonis §. 1. ff. ad leg. fal. declarantes de procuratore constituto ad homologandum laudum, quod non de iniquo: sunt ẽt de istis anno. infra in deci. 331. in verbo quibuscunque. col. 5. Hyp. in praxi crimi. in verbo constante nu. 24. declarat ẽt Ias. in l. 1. ff. de offi. procu. Cæ. col. pe. vbi de procuratore constituto ad vendendum, & ad alia, q inferat taotũ circa prædicta ad vendẽdũ, secus si fuissent verba de quibus supra, quia tunc liberã importaret, & valeret alienare, conuenit Mathæ. sing. 30. no. vbi de procuratore ad litem cum libera, q valeat transigere. Alex. in cons. 1. 3. vol. Ias. in cons. 145. nu. 3. 2. vol. Gratus in cons. 159. Illust. 2. vol. Corta in me. in verbo procuratore cum libera. qui concludit, posse facere ea quæ requirunt speciale mandatum. Cur. Iun. ẽt in cons. 178. habita. nu. 20. notant Scrib. in l. si qñ C. de inoff. testa. Soc. in cons. 49. in cã. col. 3. in fi. 3. vol. Aym. in cons. 54. quæritur nu. 5. quod non possit facere contra factum mã-
6 dati. Ru. in cons. 27. 1. vol. qui ait, q per hæc † verba pro libito voluntatis, & liberam potestatem, posset facere ea quæ requirunt speciale mandatum, de quo et per Paris. in tracta. reinte. fo. 89. qui limitat, & non nulla alia coaceruãdo adducit, citando Affl. hic. Tiraq. in tract. rein. §. 1. glo. 13. fo. 92. in in parua vlt. impressione, nu. 32 qui ẽt ait, parua fore habere
7 liberũ, & speciale mandatũ. † Circa vero aliud tactũ p Affl. in ver. nec obstat si diceretur, q res solita concedi, põt absq; solẽnitatib. cõcedi, conuenit Gui. Pa. in deci. 100. priores. qđ
8 intelligendum puto trib. modis. primũ † q ista 2. concessio fiat eisdem modis, & forma quibus 1. concessio fuit facta, alias si forte alteraretur, non valeret, vt si concessio prima fuisset solita fieri priuatis personis, & mox secunda concessio forte fieret communitati vni, potentioribus militibus ecclesiæ, ecclesiasticisq; personis, prout de omnibus prædictis consuluit Alex. in cons. 9. viso themate 3. vol. & Galli, inquit Iacob. in inuestit. feudorum in ver. cum pacto expresso, cauent in concessionibus, quas faciunt de prædictis, quod non fiant concessiones talibus personis, & bonum etiam ego censeo de prædictis caueri; nam de eis mul totiens vidi dubitari, affirmat etiam prædicta Hieron. Gratus in cons. 80. in præsenti causa. in 1. vol. licet in sacro consilio de prædictis referente Mag. I. V. D. Scipione de Are tio viro optimæ conscientiæ, qui mox ob suam bonitatem fuit ingressus religionem Theatinorum, fuisset lata sententia in fauorem S. Ioannis in Corte pro collegio contratrũ illius ecclesiæ alla strata della Zodeca, & hoc non obstantibus quod fuisset allegatum res reddititias ecclesiæ capituli Neapo. non posse ad aliam ecclesiam, vel collegium, vt supra transire, itaque quod prima concessio fuit facta etiam cum solennitatibus personis priuatis, videlicet cuidam Marco Anto. de Accillo: & hoc anno 1551. cuius causæ fuit actuarius Lud. Ro. & hoc credo fuisse factum inter alia, quia illa res erat reddititia vni ecclesiæ. S. C. Neapo.
9 quæ potest † transire ad aliam ecclesiam iuxta tex. in auth. de non alien. in princ. in verbo, si vero. de quo etiam per Alex. & Scrib. in l. si hpita. col. 14. nu. 34. §. fi. de vectiga. ff. de

dam.infect.vbi etiam declarat, quòd non transeat ad fiscũ. hæc etiam qualiter procedant infrà in deci.324. Item & secundò intelligas prædicta, quando secunda concessio fuisset alterata circa formam, vt si prima concessio fuisset ad primam, vel secundam generationem, & secunda forte fieret in perpetuum; quia tunc saltem in eo quod excessum fuisset, non valeret, prout fuit anno. suprà in decis. 107. 3.volo si placet intelligas prædicta, quando durasset prima causa concessionis; quia forte à principio fuisset concessa res sterilis, & mox fuisset reuersa ad ecclesiam ita sterilis & nemorosa, secus si redacta ad culturam; quia tunc licèt à principio, vt suprà, potuisset concedi sine solennitatibus c.ad aures, cum similibus.de reb. eccl. non alien. tamen in secunda concessione facienda forent necessariæ solennitates à iure requisitæ, prout singulariter voluit Abb.in c.cum super. de reb. eccle. non alien. quem sequendo refert Cur. in tract.feu.in secunda parte nume.10. fol.9. conuenitque hic autor in constit.diuæ memoriæ, nume.61. vbi sunt aliæ concord. qui non bene fuisset locutus, nisi ipsum intelligeres secundum prædicta. sed iuxta ista quæritur, quæ dica-
30 tur res solita concedi, vel solita † locari, declarat post Aud.& scrib.in c.1.qui feu.da. pos. Alex.in d. cons. 9.3.vol. idem in cons. 5.si vera sunt.in 5.vol.& hic Affl. in d.consti. diuæ memoriæ, nu.67.Dec.in consi.142. & pro tenui.col.2. in ver. solum superest, & in consi.144. & maturæ, & communis opinio. videtur esse, quia aut præcedit prima concessio cum solennitatibus à iure requisitis, & tunc vnica cõcessio, siue infeudatio sufficit ad hoc, vt dicatur solita concedi. c. 2. & ibi omnes extrà de feudis, fuit notatum suprà, sin verò non præcedit prima concessio cum solennitatibus à iure necessarijs, tunc requiruntur binæ concessiones, & binæ deuolutiones cum spatio 30. anno. sicut videtur concludi ex dictis scribentium suprà citatorum, licet Cur.in d. tract.in d.2.parte in ver. quarto quæro. fol. 10. dicat, quòd quando non præcedit prima concessio cum solennitatibus à iure requisitis, prædicta non sat forent cum tempore 30. ann. sed requiri tempus, de quo non sit hominis memoria in contrarium; quia agitur secundum eum de consuetudine iuris infeudandi, & sic de diminuendis solemnitatibus in alienationibus rerum ecclesiæ, quo casu requiritur prædictum tempus, de quo &c. quod mihi salua pace tanti viri non videtur de iure procedere, ex quo habetur, contra
31 oẽm ecclesiam excepta Romana præscribi † spatio 40.anno. vul.l.si.iuncta authen. quas actiones. C.de sac.san.eccle.si ergo isto tempore tota res ipsa præscribi põt, tanto magis dicta consuetudo infeudandi alijs interuenientibus, vt supra maximè, quia ista differentia inter præscriptionem, & consuetudinem iuxta tex.l.venditor.§ si constat.ff. com. præd. & facilius inducitur consuetudo quã præscriptio, sicut affirmat Aymo de antiq. temp. fol. 170. fuit notatum suprà in deci.290. potes tamen super istis cogitare, videndo eundẽ Aymo in eodem loco, fol.96.nu.25.Ruin.in consi.10.1.vol. an ex diuturna præstatione inuestitura præsumatur, & insuper de alijs, quæ habentur in ver. nec ob.quòd posse, quòd debeat stari verbis enunciatiuis principis narrantis factum
32 † intelligit idem Aymo post cæteros scribentes in d. trac. fol. 17. debere stari quo ad emissum, siue narratum per ipsum principem tantum, & non circa omissum, quod fortè posset comprehendi, vt si princeps narraret aliquem priuasse possessione propter sua demerita, non crederetur ei dictam priuationem fuisse factam præcedente citatione seruatis de iure seruandis. item quando fuisset magnum tertij præiudicium, item quando ageretur contra non subditum, & contrarium forte appareret de eo, quod ipse narrasset, prout ista, & alia fuerunt notata supra in decisio.14.in secundo dubio. & 83. & 245. circa verò subiectum solenni-
33 tatis extrinsecæ † præsumendæ de quibus hic fit mentio in ver. quia respondetur. quia Aymo in eod.tracta.in tertia parte, fol.92. post Felin.in cap. sicut, dat septem fallentias, ideo ad eum me remitto, & inter alia nota septimam fallentiam, quando ex facie instrumenti appareret solennitatem minus legitime interuenisse; quia tunc nullo tempore pro solennitate præsumeretur, secus si de ea nulla mentio facta fuisset. item similiter no. consi. Alexan. 9. circa fin. in tertio volum. quatenus vult hanc solennitatem non præsumi, quando ille, de cuius assensu tractaretur, tempore aliquo non potuit habere notitiam de contractu venditionis rei ecclesiæ in longinquis partibus celebrato per aliquod forte capitulum, nam tunc ista solennitas nunquam præsumeretur non probata hac scientia, vt puta Pontificis, quod dictum valde exclamat Fel. in d. c. sicut. & ait dedisse materiam consulendi in ciuitate Lucæ licèt corrupte citet dictum consilium Alexand. nume.384. ego autem dictum consilium Alexand. in pluribus causis adduxi, sed hæc vnà cum decisin. 245. & no. in deci. 345. obiurgat Capi.in decis.4.nume.28. modo quo ibi per eum, & Aymo in dicto tracta. in alio, quatenus velint, quòd si pars negaret solennitatem interuenisse, non præsumi, de quo fuit facta mentio in dicta deci. 245. fuit etiam dictum suprà in deci. 107. & hæc vltima sequitur etiam Hierony. Gratus in consi. 121.& si.in 2.vol.vbi etiam notat nonnulla, quæ tempus facit circa solennitates præsumendas.

Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCVI.

De dotali priuilegio non transeunte in cessionarium ex voluntate.

SVMMARIVM.

1 *Legitima an absque aliquo onere debeatur?*
2 *Ius legitimæ & omne aliud, an possit renunciari.*
3 *Prior in tempore, an potior in iure?*
4 *Secundus primo an semper præferatur?*
5 *Vxor venditori habenti specialem hypothecam an semper præferatur?*
6 *Priuilegium dotale extraneo cedi an possit?*
7 *Priuilegium propter cessionem in cessionarium quando transeat.*
8 *Hæres matris cedit aliquando iura dotalia.*
9 *Intellectus ad l.licet.C. qui po in pig.habet*
10 *Instrumenta duo quando vnum censeantur.*

VIr & vxor vendiderunt cuidam Ioanni Caietano quãdã domũ pro medietate pro vncijs decẽ, & octo, & confessi fuerunt pretiũ prædictũ recepisse, & confectum fuit instrumentum publicum in forma, & eadem hora, & cum eisdẽ testibus, dictus emptor per instrũm publicum confessus fuit tenere in depositum dictas vncias 18. pro dotibus Lucarellæ sororis dictis venditoris, quando maritabitur, & casu quo dicta Lucarella moreretur, antequam maritabitur, dictus emptor promisit dictis vẽditorib. restituere dictum depositũ, deinde dicta Lucarella, quando d.emptor alienauit dictam domum cuidam Nacio de Errico tabernario, renunciauit, & cessit dicto Nacio omne ius suum competens, & competiturũ super dicta domo per publicũ instrumentũ.posteà antequam dicta Lucarella nuptui traderetur, fuit mortua superstite eius fratre venditore dictæ domus, quia agit hypothecaria sup dicta domo, quæ possidetur per dictũ Nacium obligata pro d.deposito, quod veniebat restituendũ in casu prædicto ipsis coniugibus venditoribus, & vocato in sacro Cõsilio d.Nacio, dupliciter se defendit. Primò, illa Lucarella erat soror Francisci vẽditoris, & erat per cõsequens creditrix in legitima in bonis paternis, quam legitimã debebat consequi d. Lucarella
1 super dicta domo, & alijs bonis paternis, † quæ quidem legitima ei debita fuit absque aliquo one-

re

re conditionis vel t pis, vt in l.qm in priorib.C.de in
offi.testa.& idem dicit Bal.in l. faucimus.in prin.&
in auth.nouissima.eo.titu. & in l.si arrogator.ff.de
adop.in 3.op.& in l.cū patrē.circa fi.C. de iure do
tiū, & in l.1.C.de offi.don.& in l.Papinianus.§. 4.
ff.de inoffi. testa. quæ Lucarella, qñ ipse habuit di-
ctam domū, renunciauit omni iuri sibi competēti;
2 † & specialiter iuri legitimæ, iuxta l.si qñ.§.& gene
raliter. C.de inoffi.testa. & per consequens quan-
tum ad dictam legitimam ipse Nacius non potest
inquietari à fratre. Secundò se defendit dictus Na-
cius. quia ille Io.Caietanus emptor recepit dotes, à
prima sua vxore, & p illis restituēdis obligauit oia
bona sua præsentia, & futura, & ex dicto matrimo-
nio natus fuit d.Franciscus. Demum mortua matre
d.Franciscus egit cōtra ipsum Nacium super dicta
domo, q fuit ipsius Ioānis Caietani, q postea p
uenit per quandā submisionem ad dictum Naciū
hypothecaria, & assistentia pro dotibus maternis
& tandē nolētes litigare deuenerunt ad transactio
nē, vt d.Nacius solueret d.Francisco ducatos octo,
& ille cederet sibi iura dotalia suæ matris super di
cta domo, & sic recederet à lite, quæ quidē hypothe
caria pro dotibus primæ vxoris dicti Ioannis super
dicta domo est anterior, q̃ hypotheca pro dicto de
3 posito, † & sic q prior in tpe potior in iure, vt in l.
si prior. & l q balneū cū si.ff.qui potior.in pign.ha
beantur. Sed huic motiuo rñdebatur pro parte d.
Francisci agentis pro restitutione depositi hypo-
thecaria super d.domo, q licet anterior sit hypothe
ca primæ vxoris dicti Ioannis Caietani super dicta
domo empta per ipsum Ioannem, tñ eodem instā-
te, q fuit empta, specialiter ipsis venditorib. fuit
4 obligata pro dicto deposito: † & ideo ipse secun-
dus præfert primo, p tex.in l.licet.C.qui po.in pig.
habe.& idē dixit Spe.in ti.de obl.& sol.§. 1. vers. sed
q d si primo. & Alb.de Ros.in l. si fundū.C.qui po.
in pig.habe.& Bar. Veronensis in suis cautelis.col.
58. Huic motiuo rñdebatur, q dicta lex, licēt nō ha-
beat locū in vxore: nā licēt se vendita domus marito
& tradita, & sic obligata p dote vxoris, & pro pre-
5 tio expresse si obligata ipsa domus venditori: † tñ
præfertur vxor venditori habenti speciale hypothe
cam, vt dicit Spe. eo.tit.versi.quid si vendidi fundū
Titio. & ibidē Io.And.in addi.qui allegat tex.in au
then.de æqua.dotiū.§.his consequenter. habet er-
go locum d.l.licet.in alijs creditoribus, q̃ in vxore.
Ad hoc rñdebat D.Bernardinus de Montibus, q
hoc procedere, quando esset vnica illa vxor, vel eius
6 filius, † sed istud priuilegium dotale non potuit ce-
di d.Nacio extraneo, secundū Bar & doc.in l. 1. ff.
sol.mat.& Bal.in l.fi.C.q po.in pig habe.& melius
p Bar.in l.post dotē.pen.q.ff.so.mat. vbi in cessio-
nariū ex voluntate non transit priuilegiū dotale, p
tex.in auth. vt ex exactione instāte dotis, circa prin.
Ad hoc rñdebatur, q d. cessio quātū ad octo duca-
7 tos solutos fuit ex causa necessaria; & † ideo trāsit
illud priuilegiū in cessionarium, vt dicit Bar. in d.
l.post dotē.in dicta pen q.Videns hanc rñsionem
D.Iacobus de Gatta collega domini Bernardini di
cebat, q iste Nacius non potest habere aliquod ius
ex dicta transactione: quia domus fuit sibi dimissa
solutis dictis octo ducatis.per tex. singularem in l.

si pro fundo, C. de transactionibus. Ad hoc re-
spondebatur pro parte dicti Nacij, quòd hoc est
verum, nisi cessisset hæres matris iura dotalia ma-
8 tris, † tunc potest se defendere ex iure cesso: & sen
tit hoc Pau.de Cast.in d. l. si pro fundo. Fuit pari-
ter notatum, quòd præstetur assistentia super dicta
domo Nacij pro dictis vncijs 58. depositatis dem
pta legitima debita dictæ Lucarellæ, & etiam dem-
ptis illis octo ducatis solutis filio dicti Io. pro do-
tibus maternis, ex quo illa cessio vltra dictos octo
ducatos fuit ex causa lucratiua, & voluntaria, & sic
militat decisio Barto.in d.l. post dotem. in pen. q.
9 † Nec obstat id quod dicebatur, quod in instru-
mento venditionis factæ dicto Ioāni Caietano nō
fuit spāliter obligata dicta domus pro pretio, sed
solū instrō depositi, & per consequens cessat dispo
sitio l.licet. cum alijs supra allegatis. Quia rñdeba-
tur, q ex quo ista duo instrumēta erāt facta in vna
hora: & cum eisdem testibus, iudice, & notario, &
10 vnum dependet ab altero. † quæ incontinenti fiūt
videntur inesse, & hr ac si in vno instrō actum es-
set, secundum Bal. notāter in l.penul.§.mulier.ff.so-
lu.matri.& Bal.in l.petens.C.de pact.in pen.col. &
in l.1.in fi. C.de oper.liber.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCVI.

1 *Venditor pro pretio an præferatur omnib. creditoribus emptoris etiam sine speciali hypotheca in initio contra. ctus, articulus discutitur etiam pro opinione Afflict. contra Nicosa. antequam contractus sit perfectus, non transfertur dominium re, & verbum statim, capitur secundum subiectam materiam arbitrio iudicis, & incontinenti dicitur aliquid factum, priusquam contrahentes habeat contractum pro absoluto.*

3 *Quando contrahentes volunt super re vendita alicui creditori hypothecam acquirere, oportet quod in initio contractus hoc fiat.*

4 *Quando plures contractus fiunt eodem contextu, an vnicus contractus censeatur esse remissione.*

5 *As assensus super principali idem in pacto de retronendendo.*

6 *Mulier an ex causa necessaria cedat iura dotalia, & priuilegium prælationis:*

Circa primā conclusionē huius dec. † q qñ fuit cautū p
vēditorē ēt in alio instrō mutui, vel depositi, q res ven
dita sit obligata pro pretio qd quis fuit cōfessus recepisse,
quod iste venditor præferatur omnib. creditorib. emptoris
adde, quod Mod. Nicosa. in trac. de pig. in 4.par.prin.nu.33.
fol.88. videtur approbare hanc conclusionem, quando fie-
ret istud pactum specialis hypothecæ in initio contractus
vēditionis, & sic ante rem traditam, vel saltem dum ipsa res
traditur, nam si fieret post, etiam quod eodem contracto ip
so non absoluto etiam incontinenti, quod isto casu, dicit
ipse non præiudicat alijs creditorib. anteriorib. ipsius em-
ptoris circa rem per emptam. & respondet ad regulam ad-
ductam hic, quæ incontinenti fiunt &c. & ad illud quod dr,
qñ duo contractus eodem contextu fiunt, quod vnicus præ
sumatur, quæ vide; nam mouetur multis arg. & signanter,
quia licet contractus non sit absolutus, tamen dominium
censetur translatum facta traditione, arg. tex. iuncta gl. in
d.contractus. in verbo emptoris. C. de fi. instru. sicut fo-
ret in casu huius dec. quia post instrumentum venditionis,

&

& confessionis pretij recepti fuit factum depositi instrumētū,& sic post traditionē rei, & per consequens non præiudicaret creditorib.emptoris.sed his non obstantib. tenendū censeo cum hac decisi.& sic cum opinione Affl.non ob. illud quod dicitur,dominium translatum etiam non perfecto contractu facta traditione, quia istud verum , quando demonstraretur habitam fidem de faciendo contractum ipsum in futurum,secus si fides non fuisset habita,& sic semper contractus ipse est in fieri,& sic antequam sit perfectus nunquam dominium translatum sicut declarat melius quā alius Bal.in d.l.cōtractus, & sentit ibi Bar.dum inquit. hæc est materia;an ex inutili contractu transferatur dominium & se remittit ad l.primam.§.si vir vxori.ff.de acqu.poss.vbi
2 plene,an ex inutili contractu transferatur † dominium, & videtur pro istis casus.l.si quis recepturus.ff.de pign.act. & hoc maxime,quia d.l.licèt,concludit , istud posse fieri statim in ipsa emptione,quod verbum statim, licet quādoque capiatur pro triduo,iuxta tex.l.3. C. de erro. aduo. tamen quia committitur arbitrio iudicis,iuxta text.l.si quis ita.§. scriptum.ff.de verb.oblig & nullus iudex debet arbitrari,q non dicatur statim factum, antequàm totus cōtractus perficiendus habeatur pro absoluto inter contrahentes , iurib. adductis hic per Affl.de quo per Ruinum in consi.108. nu. 3.5.vol.vbi concludit,et illud dici fieri incontinenti,quod fit,priusquam contractus sit absolutus sine perfectus . vlterius dico,quod adducta per eum possunt admitti , quando
3 in instrumento venditionis † fieret pactum specialis hypothecæ acquirendę alteri extraneo , & sic videtur esse quæstio mota per eum,maximè dum citat primam limitationē Ias.in l.lecta,in verbo dicebam,quod nō procedat regula , quę incontinenti fiunt , quod videantur inesse , quando ageretur de acquirendo extraneo,secus in casu huius dec. in quo agitur de cauendo venditori,ne rem suam, sine pretium rei suæ amittat vnà cum ipsa re , quo casu nunquam censendum contractum absolutum,dominium translatum nisi sit eidem cautum de pretio,vt supra prout latè allegat idem auctor in d.trac.in 2.memb.quinte partis,num.17.18. fol.110.dum vult,venditorem posse indistinctè cauere non perfecto contractu,quod res vendita sit obligata pro pretio,& sic affirmat,non sufficere generalem hypothecam , sed requiri specialem,ad quæ faciunt illa,quæ cumulat Tiraque.in l.si vnquam in verbo donatione largitus , nume.
4 103.C.de reuo. dona. quod vnicus contractus † censetur quando duo fuerunt facti incontinenti , quam opinionem etiam hodie, qui est Septēbris 1556. reperi approbare Moder.Bene.in trac.de mercatore,fol.235. & voluit illa in iudicio feudali D.Marinus Freccia † in 16.q.fol.144. quod
5 assensus prestitus in venditione feudi non valeat,si non interuenit in pacto de retrouendendo , nam vnicus contractus censetur esse , ad quæ etiam conueniunt,quod venditor pro pretio habet rem obligatam , qñ non fuit habita fides de pretio.Bald.Lud.Alexan.in l.si cum dotem,§.mulier.ff.sol.matr.item quando emptor ante venditionem fugam parauerat,per quæ concludendum , vt supra , & hunc etiam articulū notaui sic decidendo D.Franciscus de Vrsillis meus propatruus in quodam lib. quem habeo ad penam,de quo mentione sup.in dec.38.circa finem.

Circa secundam conclusionem,quod mulier præferatur huic habenti specialem hypothecam,contra Affl. hic affirmat idem autor in 2.membro d.quinque partis,nume. 17. nulla facta mentione de speculatore citato per eū hic,licèt dicat Bar tenere contrarium in l.interdum. ff. qui poti. in pig.habe. & ipse loquatur in muliere habente tacitam anteriorem,quod hic huic mulieri præferatur. cogita super his,& vide Bald .noue.in tract.dotium , in 12.par.colum. 7. in ver.tertio quæro .

6 Circa tertiam cōclusionem, † quòd mulier ex causa necessaria, etiam ea mortua postea cedat iura dotalia etiam quò ad priuilegium prælationis,vt videtur sentire Afflict. hic dicas illud non esse de iure verum, & distinguendum ex dictis Bar. Alexand. Curtij in addit. in d.l. post dotem.dicas, aut cessio fuit ex causa voluntaria , & tunc , siue ipsa viua , siue mortua non transit priuilegium prælationis , si vero ex causa necessaria , quia fuisset facta cessio secundo marito,& tunc Alex. in hoc casu tenet contra Bar. siue muliere viua,aut mortua non valere cessionem ipsam quò ad priuilegium prælationis.Franc.Cur. vero ibi in d. addi. ad Alex.tenet muliere existente viua ad ipsius vtilitatem cessionem validam etiam quò ad prælationem hypothecę, vide eos,& Alex.qui dicit hanc q controuersam, & secundum illa,cum ergo in casu huius dec.hic tractet de habendo priuilegium prælationis in hypotheca mortua muliere ex cessione, sequitur ergo damnum Afflict. non bene loquutum,& illud maxime in extraneo,de subiecto l.penul. §.mulier.sunt anno.infra in decisi.423.quādo autem actio depositi alteri præferatur,fuit explanatū supra in deci. 36. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCVII.

De vasallo protestante, & renunciante iuri vasallagij propter retardatam seruitiorum remunerationem &c.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatione seruitiorum tardata an liceat cuiquam protestari , quòd amplius vasallus principis esse non vult .*
2 *Vasalli Regis an dicantur homines Regis .*
Vasallus sine consensu Regio an alteri personam suam possit obligare .
3 *Ligius quis dicatur, & an duorum esse possit .*
4 *Vasallum à malo abstinere non sufficit, nisi & faciat bonum pro domino .*
5 *Obligationibus in negatiuis quomodo teneamur .*
6 *Vasallus Regem quantum potest extollere,an teneatur?*
7 *Iniuria, & contumelia quomodo differant ?*
8 *Fama Regis non audiendo, nec dissimulando à vasallo sugillari debet .*
9 *Protestatio à vasallo, quod dominus eum non remuneret , an fieri possit ?*
10 *Dijs non detrahendum, nec principi male licendum .*
11 *Vasallus se ipsum liberare à iuramento ligij an possit ?*
Vasallus habens feudum quaternatum, an ei possit renunciare inuito domino ?
12 *Vasallus simpliciter recedens à terra domini , an reducendus ?*
Obligatus ad seruiendum, illudere an debeat ?
13 *Seruitium recipiens iure natura illud remunerare an teneatur ?*
Obligatio ad antidora an sufficiens ad agendum sit ?
Obligatio ad antidora quam actionem parit .
14 *Seruitia præstita antecessoribus, an sequentes Reges remunerare teneantur ?*
15 *Seruitia sua exprobrantibus etiam de iudicio qua volunt obueniunt .*
16 *Gloriandum non est in sua sapientia.*
Vasallus rectè non seruit sub spe futura remunerationis, & non virtute fidelitatis, & iuramenti.
17 *Maioribus subditi esse debent infimi .*
Serui qualiter teneatur dominus seruire .
18 *Detractio detestanda .*
19 *Loquutio generalis quando trahatur ad actus iuratos .*
Statuta iurata non censentur cassata principe statuta tollente .
20 *Licentia vasallo per Principem concessa infidelitatem operari non debet .*
Statuendi facultas ad iniustum non extenditur .
Interpretatio iuxta solitum , & consuetum in dubio facienda .

Licentia

21 *Licentia secundum consuetudinem concedentis intelligenda.*

22 *Princeps non præsumitur per suum actum, quòd sibi præiudicet.*

Arbitrium boni viri dubio locum habere debet.

23 *Scriptum pro eo non præsumitur, qui contra scriptum venit.*

Princeps iura regni iactare sine causa non præsumitur.

24 *Verbum, dimissio paruipendentiam importat.*

25 *Verba naturam suam propter adiunctum mutant.*

Testis respondens per verbum, credo, an affirmet?

26 *Verba veritatem, quæ geruntur mutare non possunt.*

Verbum impropriatur ratione impossibilitatis.

Detractores honoris Regis qualiter puniantur.

27 *Detrahere est animi virtutem denegare.*

Liberalitas principis per registra donationum probatur.

28 *Vasallus prius, quàm ex amicitia cum inimicis domini inita puniatur duo requiruntur.*

29. *Citatis, & defensio sunt iuris naturalis, ideò, & per principem obseruanda.*

REgia maiestas Regis Federici voluit veritatē
intelligere à doctorib. sacri Coosilij suæ maie-
statis, si stantibus literis patentib. Regis, & literis
missis per oobilem virum Scipionem de Sedili Ca-
puanæ vniuersitatis ciuitatis Neapolis, in qoibus
querimoniam exponit per modum historiæ ꝙ præ
fatus serenis. Rex sua seruitia tardauit remunerare,
numerando distinctè seruitia per eum præstita, &
dictæ vniuersitati, deducit in notitism iostrumen-
tum protestationis factum in vrbe, in quo dicit, ꝙ
attentis contentis in dictis patentib. literis ipse Sci
pio est homo liber à iuramēto ligij, & non est am-
plius vasallus suæ maiestatis. Et propterea si acces-
sit ad hostes, & conuersatur cum hostibus Regis, si
dictus Scipio potest dici iustè rebellis Regis. Et per
ipsos doctores de S. C. eidem R. M. visis prius di-
ctis literis transmissis, vt suprà ac dicto instrumen
to respouderunt in scriptis in modum qui sequi-
tur. S. R. M. tria sunt principaliter examinanda.
1 † Primò, an vigore dictæ protestationis, posito &
non concesso, quòd esset verum, quod dictus domi
nus Rex tardauit remunerare seruitia præstita per
dictum Scipionem, si ex hoc licuit dicto Scipioni
protestari, ꝙ non vult esse eius vasallus. Secūdò an
literæ patentes Regis cooeessæ dicto Scipioni, quæ
dicuot, ꝙ attento, ꝙ dictus Scipio vult exire istud
Regnum pro suis negotijs peragendis cum bona
licentia dicti Regis, possit ex dicta licentia præten
dere exemptum à iuramento ligij prout declarauit
in dicto instrumento protestationis. Tertiò, verū
stantibus dictis literis querimonialibus contra di
ctum Regem cum dicto instrumento protestatio-
nis, & conuensatione cum ioimicis possit ex his
dictus Scipio dici iofidelis, periurus, & rebellis.
2 † Ad primum dubium dicimus, quòd omnes vasal
li domini Regis dicuntur homines Regis: quia Rex
est dominus personarum vasallorum Regis, vt di-
cit tex. in consti. Regni, quia frequenter. ibi. noa
enim, qui sumus domini personarū. Et sic dictus
Scipio nobilis dictæ ciuitatis suam personam sine
Regio consensu noo potest alteri obligare, dicit ibi
3 glo. Item dictus Scipio est ligius dicti Regis † dici-
tur enim ligius, quasi ligatus, vel legatus quasi lega
litatem seruans, & præstatur solum Regi nullius al
terius fidelitate salua, & ideo dicitur, quòd quis nō
potest esse ligius duorū. Sed bene quis potest esse
vasallus duorū, vel ligius vnius, & vasallus alterius
hæc est firma conclusio doctorū, maximè Io. And.
in Cle. pastoralis, in §. rursus, in verbo, ligius. de re.
iud. & voluit Bal. in l. 1. §. in primo. C. de cad. toll. &
idem Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de feudis. §. qm.
& in c. recolentes. de statu mooa. & doct. scribeotes
io c. venientes, de iureiurando. And. de Iser. in con
sti. Regni domini à vasallis, & in c. 1. de noua forma
fideli. Et ratione istius iuramenti ligij vasallus ad
4 multa est obligatus domino Regi. † Et referendo
ea quæ faciunt ad propositum nostrum, dicimus, ꝙ
quilibet vasallus Regis tenetur pro domino Rege
bonum agere, quia noo sufficit abstinere à malo, ni
si faciat booum, vt dicit tex. in c. de forma 22. q. &
in c. 2. de for. fide 10. q. 3. c. iniustum 86. d. c. oon sa
tis, & gl. Insti. de iure. na. gen. & ciui. § præcepta. Et
Christus in euangelio. Qui non est mecum, cootra
me est. Et ideo vasallus nedum non debet facere dā
num domino, sed debet etiam curare modis omni-
bus, quòd alius oon faciat, vt dicunt doc. maximè
Iac. de Bel. & And. de Iser. in d. c. 1. de forma fidel. vt
dicit Host. in summa, in tit. de feudis, vers. quid sit fi
delitas, quòd vasallus omoe venenum cootra domi
num suum, & omnem cordis læsionem pro posse
suo debet vitare, & dicit And. de Iser. in c. 2. de feu
do sine cul. non amitt. Quod in obligationib. nega
5 tiuis, † puta promitto nō facere, non solum teneor
oon facere, sed etiam curare, quòd aliud nō faciat,
l. in illa. ff. de verb. ob. & l. inter stipulantem, in prin.
eo. tit. Item tenetur vasallus præstare opem, auxiliū,
& consilium domioo suo d. c. 1. de not. feu. Et hoc
quando est requisitus, sed si nō est requisitus, & vi-
det domino magnū periculum, tunc tenetur omne
auxilium sibi præstare, vt oo. in c. licet. si de feu. fue
rit cootr. inter do. & agn. & in c. 1. § ad hæc. hic finit
6 lex Corra. † Item tenetur vasallus exaltare dn̄m Regē
tm̄, quantū est sibi possibile, vt dicit tex. 63. d. c. tibi
dn̄o. & firmat gl. i c. 1. qua. dn̄o iurare debeat fideli.
& ibi per And. Item tenetur oon dicere aliquid, ꝙ
sit in iniuriam domini, vel io eius contumeliam, vt
dicit tex. in d. c. 1. de ooua forma fide. ibi, io ioiuriā,
vel contumeliam &c. & ibi in fine, & nunquam ex
mea persona aliquid faciam scienter, quod pertinēt
ad tuam, vel tuorum iniuriam, vel cōtumeliam &c.
7 † Differunt. n. inter se cootumelia, & iniuria, sicut
inter genus, & speciem. Quia iniuria dicitur omne
id quod non iure fit. Sed contumelia est species pro
ipsa iniuria illata, in l. 1. io prin. ff. de iniurijs. Cū igi
tur iste Spacio de Sedili prædicto fuit à iuramento
ligij astrictus, sicut alij nobiles dicti Sedilis ad iura-
mentum fidelitatis, & ligij, & per consequens ad
præstandum sibi omoe auxilium, consilium, & fauo
rem, imò est obligatus ad hoc, quia non debet ali-
quid loqui cootra Regē, per qđ eius fama in aliquo
sugilletur, vt dicit Host. vt supra, nec audiendo, nec
8 dissimulādo, his consentiat, imò impediat † quia cor
de & ope vasallus dn̄o suo subuenire dēt, & auxiliū
de persona, & reb. secundum Host. Esto, quòd do-
minus ista auxilia nō remuneraruit, nec potest vasal-

lus

lus de domino conqueri, & facere protestationem renũciationis vasallagij, quia ad ista auxilia tenetur
9 vasallus & si non facit, potest puniri. † Et ideò facere protestationem, quod non est remuneratus, & de tantis auxilijs, & seruitijs facit rem illicitam, & puniatũ. c. 1. §. fi. de l Corra. c si vasallus. si de feudo fuerit contr. inter do. & agn Nec licuit dicto nobili Scipioni detrahere dictũ Regi virtutem remunerationis, vt patet in lib. Exodi 22. c. ibi, Dijs non detrahes, & principi nõ maledices, & in Ecclesiastico
10 10. c. in cogitatione tua Regi nõ detrahes, † & iõ vasallus ligius non potest ex dicta causa renunciare iuri vasallagij sine consensu Regis, vt dicit Bal. in c. cæterum, 6. col. de iudicijs, & idem Bal. in præludijs feudorum, & And. de Iser. in c. 1. in verbo. & si sciuero &c. de noua for. si non. n. seipsum vasallus põt liberare à iuro ligij; q̃a hæc esset alienatio, q̃ nõ põt fieri sine Regio cõsensu p cõst. Regni, cõsuetudinẽ, & firmat Lud de Pe. in l. 2. in fi. C. de agri. & cẽsib.
11 li. 11. † Item quia sicut sine culpa dñs non reuocat feudum à vasallo. c. 1. de natura feudi. c. 1. de feudo si ne culpa non amit. cum si ita vasallus non potest cũ illa protestatione priuare dominum vasallagio per renunciatione vasallagij, vt dicit Ios. And. in addi. Specu in tit. de locato, §. nunc aliqua, vers. alleg. Dy. in cons. 44. Sicut in simili dicimus, quòd vasallus habens feudum quaternatum nõ põt renunciare in manib. domini eo inuito, vt dicit And. in c. 1. de vasallo qui contra consti. Loth. & in c. 2. de alie. feu. paterni. & in c. 1. §. fi. de capita. qui curiam vend. & in l. Imperialem. §. 1. de proh. feu. ali per Fed & pater in consti. Regni, post mortẽ, & in alijs locis, qui allegantur in dicta cõtis. Qua propter Luc. de pen.
12 in l. 1. C. de colonis Palestinis. lib. 11. dicit † q̃ si vasallus simpliciter recedit à terra domini, reducendus est. Si aũt pro libero se gerit, & sic ꝑtendit se liberum, est grauiter coercẽdus, sicut dicimus in seruo, vt in l. 3. de fugi. ser. idest, quod ponitur in carceribus, vt est tex. & ibi idem Lu. in l. 1. C. de colonis Illyricianis, lib. 11. & ꝓ hoc bonus tex. in l. 2. in prin. & in fi. C. de natur. liber. vbi quis tenetur ad seruiẽdum, licet à se abdicauerit beneficium. & hoc quando est feudatarius Regis, vt scribunt Moder. in c. 1. de vasa. qui contra consti. Lotha. non debet vasallus illudere principem, vt in Cle. cum illustro. de renunciatione. Quare concluditur, quòd non obst. dictis literis, & instrumento protestationis, quòd nõ vult esse vasallus Regis. Et propter dicta scripta per eum debet puniri, quia rem illicitam fecit, nec potuit redarguere Maiest. vestram ex mora in non retribuẽdo asserta seruitia, quæ narrantur in dictis literis.
13 † Nec obstat, quod dici posset, quòd qui ab aliquo recipit seruitium de iure naturæ, ille qui recipit tale seruitium, tenetur illud remunerare, quia ad antidora est obligatus, l. sed si lege. §. cõsuluit. ff. de pet. hær. l. si nõ sortem §. libertus. ff. de cõd. ind. quia dupliciter respondetur. Primò, quia ille, qui recipit seruitium debitum, non tenetur illud remunerare, qa recipit, quod ille sibi debet. Sed vasallus Regis tenetur ad ipsa seruitia exhibenda vigore iuramenti ligij, ergo &c. Secundò modo respondetur, quòd obligatio ad antidora non est sufficiens ad agendum, secundũ Bar. in l. ex hoc iure gentium. ff. de iust. & iur. Et posito, q̃ esset sufficiens ad agendum, intelligitur, si viueret ille Rex, qui seruitia, & auxilium recepit. Sed illis Regib. mortuis, cum illa sint seruitia personalia, nõ durat effectus obligationis ad antidora, nec etiam eius hæres tenetur, per l. vnius. ff. si quid in frau. patron hoc expresse firmauit Barto. in l. ambitiosa. 1. col. ff. de decretis ab ord. facien. Vnde cum omnia seruitia, quæ narrat dictus nobilis Scipio, sint seruitia facta Regibus prædecessori-
14 bus, & non Regiæ vestræ maiestati, † propterea de iure vestra M. non tenetur ad remunerationem dictorum seruitiorum, vt firmat etiam Ias in d. §. libertus & in d. l. ex hoc iure gentium. Meritò d. Scipio nõ debuit indignari de mora in remunerandis seruitijs præstitis regib. antecessorib vestræ Maiestatis. Nec luit ei reprobare dicta asserta seruitia per eũ d. Regibus prestita, quia exprobrantibus dicta seruitia dominis suis iudicio Dei ea sibi obue-
15 nient, q̃ non vult: † vt est videre exẽplum Sansone, qui cũ maxilla asini ex Phylistcis occidisset multos, gloriatus est dicens, in maxilla asini &c. vt patet in lib. Iudicum, c. 15. subito tñ humiliatus est sitiens vsq; ad mortẽ, finis. n. huiusmodi ex probationis cõfusio eius est, vt dicit Apost. ad Philip. 3. c. gloria eorũ in cõfusione, & ad Rom. 1. c. 2. ibi, nolite loqui subli-
16 mia gloriãtes, & Hier. ꝓpheta dicit, † nõ glorietur sapiẽs in sapiẽtia sua, nec fortis in fortitudine sua. Nec habuit ipse Scipio rectã intẽtionẽ, qñ pstitit d. asserta seruitia, si illa pstitit sub spe futuræ remunerationis, & non virtute fidelitatis, & iuri, quia dicit do. Noster Iesus Christus quibusdã nõ recta intẽtione cũ sequẽtib. Quæritis me, nõ qa vidistis signa, sed qa mãducastis ex panib. meis, & saturati estis; vt patet in Euangelio Ioannis, c. 6. debuit. n. iste no-
17 bilis cogitare se subsidiũ Regi: † Quia ois anima potestatib. sublimibus subdita est secũdũ Apostolũ ad Romanos. c. 13. Et ideò cum omni affectu humilitatis, & reuerentia seruire debent dño, vt in epistola beati Pet. 2. c. Serui subditi estote in omni timore dñis &c. Nec licet subdito detrahere dño, vt dicit in epistola Iacobi 4. ibi, nolite fratres mei, detrahere &c. Et Sapien. c. 1. à detractione parcite linguæ, quia sermo obscurus in vacuũ non ibit. Et ad Roma-
18 nos. c. 1. † Detractores Deo odibiles sunt. & cõtra istos detractores facit sermonẽ beatus Antoninus in summa sua in secũda parte, tit. 8. in princ. & hęc quò ad primum dubium, quod fuit nouũ, & non tactũ per scribentes. Ad secundũ dubiũ dicẽdu est, q̃ dictæ literæ patentes non eximunt ꝓpterea eum à vinculo fidelitatis, & iuri ligij, quia nec expresse, tacitè dicitur in dictis patentibus Regijs literis, sed solũ in dictis Regijs literis concedit licentiam, dicto Scipioni, q̃ possit vt fidelis Regis exire istud Regnũ pro suis negotijs. Ex quo sequitur, q̃ pcsto mẽ ipse Scipio intellexerit Regias patẽtes literas, tñ
19 per eas nõ est liberatus à iuro ligij, maximè † quia nunquã gñalis locutio trahitur ad actus iuratos, nisi de iuro expressè fiat mentio, vt firmat Io. de Imo. in c. cum contingat, in tertio membro, ver. nunc ꝓ declaratione materiæ &c. de iureiu. Et hoc facit, qa licet princeps casset statuta, vel consuetudines, nõ intelligit cassare statuta, vel consuetudines, vbi est iurmata Au. i l. 1. §. q̃ onerãdæ. ff. qua re actio nõ da. gl. est

gl. est singularis in c. cũ non deceat. de elec. lib. 5. & in c. in aliquibus. de rescrip. eo. lib. & Io. An. in c. 1. de filijs presby. in nouella. lib. 6. Abb. Sic. in c. 1. de his. q fi à ma. parte Io. de Imo. i c. dilecto. de prębẽ & in Cle. dudũ. de secul. Alex. in multis consilijs,
20 † Item quia ista licentia, q possit dictus Scipio exire Regnũ &c intelligitur tanquã fidelis Regis, & vt non efficiatur post licentiã infidelis, ideò dicebat Bal. in l. 1. C de monopol. q licentia statuendi non extenditur, q possit iniustè statuere. Multa similia allegantur ad hoc de quibus in c. 1. per quos fiat inuesti. & in l. si quã. C. de inoffi. test. & in l. 1. C. de sac. san. eccl. Itẽ licẽtia ista, q possit Regnũ exire vt fidelis, intelligitur, prout consuetũ est cõcedi alijs fidelibus valẽtib. Regnũ exire, vt dicit Bal. in l. fi. s. col. de fideius. sed solitũ, & cõsuetũ est, q licentia exeũdi Regnũ data fidelib intelligit, donec sint fi-
21 deles. † q licẽtia secundũ consue. cõcedentis est intelligenda, dicit Bald in l. licet. C. locati. facit. l. cũ de in rẽ. ff. de vsu. & voluit Ant. de But. in c. puenit. de cẽsibus. Bal. & Ang in l. q in aliena. in prin. ff. de acq. hær. Semper. n. licẽtia intelligitur secũdũ naturã actus super qua interpon ẽ, vñ si datur licentia alienandi feudum intelligit impetrato assensu dñi, & nõ q possit liberè alienare: quia sic est de natura actus l. si stipulatus. in prin. ff. de vsu l. 1. §. si qs sub conditione. ff. vt le. no cau. & voluit Alex in 4.
22 vol. consi. 106. in 2. col. † Item nunquam præsumitur, q in dubio per suum actũ voluerit princeps sibi præiudicare, nisi quatenus sit expressum, arg. c. super eo. de offi. deleg. & Ant. de But. in c. vt debitus. de app. & Alex. de Imo. in 1. vol. cõs. 86. in fi. Itẽ d. licentia exeundi Regnũ semper dẽr intelligi arbitriõ boni viri, vt dicit Bar. i l alio, ff de alim. & cib. leg Sed bonus vir non intelligeret, q pp dictã licen
23 tiam fidelis efficiatur infidelis, ergo &c. † nec præsumitur scriptum pro eo, q facit cõtra scriptũ, vt dicit Baldi in l. præscriptione C si cõtra ius vel vtil. & in l. cum proponas. la ij C de pactis. cum si. Item si ista licentia intelligeretur per se quod Rex liberat eum à vasallagio, sequeretur, quòd princeps sine causa iactaret iura Regni sui, quod non est dicendum, arg l cum de indebito. ff. de proba Operatur ergo licentia potius charitatis affectum in vasallum, vt possit extra Regnũ securè stare, & redire, vt dicit Bar. in l. vtimur. ff. de sepul. viola. & in l. 1. ff. ad leg. Iul. maie. quæ ibi allegatur. Nec obstat, si in literis dictæ licentię fuit callidè appositum vnum
24 verbũ, videlicet dimissionẽ, † quod importat parum pendere, vt dicit Cicero, ibi timido animo, humili, dimisso, & patet in Euãgelio Matthæi, 18. c. & de consue. dist. 4. c quẽ, ibi. seruo neq, oẽ debitũ dimisi tibi. & de cons. dist. 2. c. pãni de altari. & in c. si beneficia. de præben. in 6. vbi verbũ, dimiserũt, exponitur, id est, à se eiecerunt. Quia tale verbum non fuit solitũ poni in similibus licentijs, nec est de stylo cancellariæ Regiæ, nec fuit intentio Regia liberare vasallum suum à iure ligij per dictum verbum callidè scriptũ in licentia, p ea quę supra dicta sunt; & p alia verba pcedentia, & sequentia, p ea quæ patet, q dat licẽtiã, vt possit stare pro suis negotijs, & vt securè possit stare, & conuersari: quia verba in principio & in fine licentiæ faciunt mutare naturã il-
25 lius verbi dimissione: † quia pp adiunctã verba mutant suam naturam, vt dicit Bal in l. qui quinq;. ff. de leg. 1. dicẽs, q si testis dicit, credo, quia vidi, illud verbũ, credo, mutat naturã suã, & ponit affirmatiuè, & nõ dubitatiuè. Idẽ dicit An. q pp adiunctũ verba mutant suã naturã, in c. 1. § donare. qualiter olim feu. alie. pote. dũ allegat ad hoc l. sed si adijciatur. ff. p socio & ff. de aur & arg. leg l. q lancem, & idẽ in c. 1. de vasal. decre. æta & iõ dicebat Bal. in l.
26 Imperator. ff. de statu homi. † q vnum verbũ nõ potest mutare veritatẽ eius, quod gerit, quia rõne impossibilitatis verba improprientur, secundum Bar. in l. si Titio. ff. de vsuf. leg. & hęc quò ad secundum dubiũ. Ad tertiũ, & vltimũ dubiũ dicimus q satis ex d. verbis scriptis in literis, & in instrõ protestationis apparet. q detraxit honori Regio: & in hoc prouisum est per l. si quis Imperat. maledixerit. erãt. n. primitus quidam officiales constituti, qui corrigebant eos, qui male loquebantur de principe. dicit glo. sing. in rub C. de præpositis laborum lib. 12. Satis. n. detraxit, qñ dixit, Regem non habe-
27 re animum seruitia remunerãdi: † quia detrahere est negare virtutẽ animi, vt dicit gl. in c. homicidiorum. de pęn. dist. 1. ferant testimonium notorium. de remuneratione facta p vestrã maiest. illi qui largis donationes habuerunt à vestra maiestate, vt testantur etiam vestra registra. Totum ergo hoc peccatum in isto homine erit in arbitrio vestræ maiestatis, qui cõsideratis eius meritis in præteritum, & necessitate tẽporum ac paupertate huius nobilis arbitrabitur, an aliqua correctione dẽat animaduerti cum reprehensione, dubium nõ est q mereatur. Quãtũ ad cõuersationẽ cũ inimicis vestræ maiest. qn nõ in dãnũ vestræ maiest. nec in eius cõspiratione, q q gessit sumus in opi. D. And. de Iser. in c. 1.
28 §. porrò, quæ sit prima cã benef. amit. † qui tenet q duo requiruntur copulatiuè ad hoc ex amicitia cum inimicis dñi vasallus puniatur, videlicet, q copulauit amicitiam. Secundò, q in damnum dñi: alias primum solum nõn sufficeret, vt in concordan. per eum ibi alleg. & de hoc non est habendus sermo: quia oportet, vt legitimè conuinceretur, & præuia citatione, & defensione, quæ sunt iuris natu
29 ralis, † nec etiam Regia legitima authoritate prætermitti fas est, iuxta not. in Cle. pastoralis, de re iudi. & hæc breuiter scripsimus omissis superfluis quæ nobis videntur, vt pareamus iussionibus vestræ M. cui continuo nos commendamus.

ADDITIO.

Vide ad hanc decisionem quę dicuntur magnifice supra dec. 566. in eadem materia. Thom. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCVII.

1 *Vasallus an valeat inuito domino feudo renunciare, quod sic, cum quinque falle. secus in emphyteuta.*
2 *Vasalli regis an valeat se, & suos ad taleas obligare sine voluntate domini regis, & quid in illis de Asciano de domo de Situcllris.*
3 *4 1 a & a peras diurnas possit debitor non valens solue se*

se obligare per aliquod tempus &c.

4 *An filiusfamilias possit se obligare per aliquod tempus de stando cum cerdone ad discendum aliquam artem, & potest à patre reuocari.*

5 *An mater ducta necessitate valeat filium ad aliquam artem ponere, & exigere aliquam mercedem, quòd sic ad tempus, secus in perpetuum, licèt Io. Faber contra voluerit.*

6 *Ad quæ tenetur redemptus ab aliquo suo redemptori, & ad quę nos Christiani domino nostro Iesu Christo sumus obligati.*

7 *Pactum an valeat, quòd quis nunquam discedat ab aliquo loco, & an maritus valeat se obligare de tenendo vxorem semper in aliquo loco.*

8 *Obligatio antidotalis ad quę obligat, & an teneat cum successore, & si remittatur, an causet simoniam.*

9 *Ingratitudo an faciat aliquem reuocare in seruitem pristinam, vbi etiam diffinitur ingratitudo, quòd sit ventus vrens desiccans rorem pietatis, & misericordiæ.*

10 *Iuri dicendi de ingratitudine an possit renunciari cum iuramento, & oporteat peti absolutio à iuramento, discutitur articulus vsq; ad nume. 13. vbi etiam an feudum ob merita concessum possit reuocari ob ingratitudinem.*

14 *Humilitas quæ sit, & in quibus consistat vbi etiam ponitur exemplum beati Macarij, & diaboli, qui non potest habere humilitatem, licèt alia faciat.*

15 *Data licentia aliquid faciendi, quòd tantùm licita veniant & non illicita, & de virtute istius verbi liceo.*

16 *Quòd verba sunt capienda in bonam partem, & si quis habet licentiam à rege de eundo ad hostes, & ibi se componendi, quòd non incidat in crimen maiestatis.*

17 *Ille qui iusto metu se subycit preceptis inimicorum, eis parendo non dicitur contrauenire, & fidelitatem frangere, vbi etiam ponitur casus Ducis Grauinę, qui etiam protrahitur ad alias ciuitates, quę perterritę exercitu inimicorum, cui non potest resisti, quòd non dicantur rebelles.*

18 *Vasallus contrahendo amicitiam cum inimicis domini, quę requiruntur, vt possit puniri, & quid in ecclesia feudataria.*

19 *An amicus inimici mei sit mihi inimicus? verbum dimittere quid.*

COncludit hic D. Affl. in hoc primo dubio, hunc vasal-
1 lum tanquàm † ligiu. non posse feudo inuito domi-
no renunciare, ex dictis Bald. in c. cæterùm. col. 6. de iudi.
adde, quod istam doctr. Bal. impugnat Card. in c. fi. de cap.
qui curi. vendidit. dicens si fuisset vera, foret maxima restri
ctio ad communem opin. quæ se habet vna cum iuris regu
la, quòd vasallus possit feudo domino inuito renunciare.
refert ista Cur. in tract. feu. in 4. par. nume. 135. licet in eod.
trac. in 2. par. nu. 73. sequi videatur opinionem Bald. quam
etiam opinionem ratione iuramenti, quod non possit vasallus
feudo renunciare, fuit amplexus etiam Iacobinus in inue-
stit. feu. in ver. qui quidem inuestiti, nu. 29. fo. 54. quod etiã
attestatur in trac. de rodijs, nu. 48. vbi etiam declarat, an su
biectus ratione homagij possit se liberare, quæ etiã refert,
& sequitur Fel. in c. quæ in ecclesiarum, nu. 77. circa finem
de consti. vbi etiam declarat, quod secus in emphyteuta. tra
dit regulam hanc veram, vasallum posse feudo renunciare,
fallere tamen in hoc feudo ligio, & in alijs quinque casibus
relatis per eum in eodem loco, & maxime quando vasallus
fuisset obligatus cum iuramento, vel esset homo meus hoc
etiam spatio alicuius temporis secundum Cassa. in consue.
Burg. des ma. mortes. Rub. 9. fol. 205. vbi etiam, quòd in hoc
casu non possit fieri censualis alterius sine meo consensu,
quod etiam tenet Fel. in c. licet causam. col. 9 vbi etiam de-
clarat, quod ratione homagij per illud quis efficiatur homo
meus. sed quomodo homagium & ligium contrahatur,
Cur. declarat in eod. trac. fol. 6. & idem Iacob. in trac. de ho
magijs per totum, per consti. regni, quia frequenter est cau
2 tum, quòd † homines non possunt se, & subvassaleas obli
gari sine voluntate domini regis, secundum Affl. ibi, & Ca-
pi. in deci qui dicit ista locum non habere in quibusdam de
domo de Siluestro de Arzano. no. est cauta de prædictis de-
cisa in sacro consilio cum illis de Arzano in possessorio an-
no 1548. cuius causæ fuit commiss. Dom. Marinus Freccia
Actuarius, & de his ét an vasallus, vel emphyteuta possit
feudo, vel emphyteusi renunciare, sunt concord. relatę per
Tiraq. in retra. §. 34. glo. 1. fol. 118. vbi, quod seruitutes re-
soluuntur facta renunciatione, secundum quæ intelligendũ
puto, quæ voluit And. in cap. 1. in fi. qui feu. dare possunt.
3 † Sed iuxta ista non immerito quæritur, an hæc procedant
circa operas diurnas alicuius personæ, & sic an valeat pactũ,
quòd si quis nõ valens soluere alicui creditori aliquod de-
bitum possit se obligare ad pręstandum operas diurnas per
aliquod tempus, tex. l. ob æs. C. de acti. & obl. videtur innue
re, quòd non. Sed Gui. Papa in dec. 61. aliquis, affirmat con-
trarium, quòd possit quis obligare suam personam ad stan-
dum in aliquo loco pro obside in carcerib. cum iuramento
maxime, & illud quando fieret ad tempus, quod etiam lici-
tum testatur Ias. in l. 1 §. huius studij, ff. de iu. & iure. in illa
4 q. de filiosfamilias, † qui se obligauit ad standum cum cerdo
ne ad discendum aliquam artem, quod hic non possit a pa-
tre reuocari, quod etiam sequitur Lucas de Pe in l. quicun-
5 que. de fugitiuis colo. lib. 11. Imo, † quod mater necessitate
ducta possit filium ad aliquam artem ponere pro aliqua
mercede, vt tradit idem auctor in eodem loco, sequiturq;
Cassa. quando hęc promissio fieret ad tẽpus, secus si in per-
petuum, in consi. 63. quidam, nu. 5. & Iacob. in trac. prædicto
de Rodijs, & Boerius in trac. magni consilij, nu. 74. & vide-
tur tex. l. si hi, qui. cum glo. C. locati, & est cont. seq. quia fre
quenter ibi Affl. licet aliter videatur velle secundum præ-
dicta puto intelligendum Io. Fab. in insti. de iure persona-
rum. §. seruitus autem. bene verum in prædictis circa serui-
6 tia, quod redemptus ab aliquo † ab hostib. tenetur de iure ser-
uire suo redemptori. l. sciatis. & ibi scrib. ff. de le. 1. de quo
etiam per Crem. in sing. 167. redimens, qui concludit, non
posse aliud onus imponere quam solutionem pecunię ex-
bursatæ, iuxta gl. in l. 1. C. de epi. au. nos Christiani qui su-
mus redempti a domino nostro Iesu Christo non auro, vel
argento, sed suo preciosissimo sanguine iuxta d. Apo. Pe. 1.
tenemur eidem seruire, & quam libentissime latria seruitia
seruitiaque personalia, & spiritualia pręstare tendentia ad
nostram salutem, & ad ipsius gloriam, de alijs verò tactis
per Affl. hic ad quæ vasallus domino sit obligatus, vel econ
7 tra, sunt anno. suprà in deci. 265. † & quod non valeat pactum,
quòd quis perpetuo ab aliquo loco non discedat, tex. l. Ti-
tio centum. §. Titio centum. ff. de cond. & dem. Capi. in de-
ci. 135. vbi quod maritus non possit obligari de tenẽdo vxo
rem in aliquo loco. Capel. Thulo. 87. Lupus in repe. c. per
vestras. de do. inter vir. & vxo. col. 5. quod teneat pactum, &
melius nisi iusta causa fuerit discedendi, & de obligatione
8 antidorali, † quod non obliget successorem. Immo, quod
ex ea non possit grauari hæres ad remunerandum, secundũ
aliquos. nonnulla cumulat Iaso in l. ex hoc iure. ff. de iusti. &
iu. Fel. in c. ad nostrã. de proba. vbi ét, quòd non parit actio-
nem, sed bene simoniam, si alicui remittatur, vt cõsequatur
beneficium, sed late de his per Tiraq. in l. si vnquã. de reuo.
do. in verbo donatione largitus. nu. 56. qui declarat ex di-
ctis omnium, quando aliquis facit illud ad quod tenetur,
vt est filius erga patrem, quod nulla sint merita considera-
tionis, & similiter de alijs personis, quæ sunt obligata ali-
qua facere, per quæ fuit q. vt audio, decisa, quod quando rex, vel
imperator concedit, vel donat alicui aliqua bona ob meri-
ta, qui forte fuisset ab eo stipendiatus, & sic ratione merce-
dis tenetur seruire, quod non teneatur de euictione, ex quo
debitum seruitium præstiterant iuxta mercedem, & de in-
9 gratitudine de qua etiam hic sermo † habetur, declarat
Bal. in c. illi nati, in fine, si de feu. fue. contro. adde in l. fi. de
lib. & eorum libe. quod faciat quem reuocare ad pristinam
seruitutem, & ad illegitimitatem, de quo tex. c. episcopus
qui mancipium 15. q. 2. et si quis habuisset libertatem
mediante pecunia. tex. l. Titio præterea. ff. de o. sequitis pate:
præsta. Cott. in verbo ingratitudo, cuius diffinitio habetur,
quòd

quòd est ventus vrens ,& desiccans roré pietatis , & miseri-
cordiæ,vt inqnit beatus Bernardus.noonulla , quæ hoc vi-
num producit,effundit Hyp.in fio.413.iogratitudo.sed hic
non immerito quæritur , an iura dicendi de ingratitudine
possit cum iuramento renunciari , sicut quotidie videmus
poni in instrumento donationum, & aliorum instrumento
rum,qđ nō possint reuocari vitio ingratitudinis.& Bar.in l.
fi.C.de pac.circa fi.videtur dicere quòd non,ne detur occa
sio delinquendi. sed in hæc procedant , si cum inramento
fuisset facta renunciatio,& Alex. in l. stipulatio hoc modo
concepta.nu.23.relatis omnium opinionib. ait quod sic, &
ita praxi obseruari,sed hic Affi.in c.1.de feu.guar.tenet cō
tra Alex.licet dicat ipse, quod priusquam faciat hūc venire
contra iuramentum fecit,quod petat absolutionem,& hoc
quando fuisset renunciatum cum iuramento iuri prędicto
dicendi de ingratitudine , & hanc opinionem Affl.videtur
etiam tenere Fran.Cur.in d.l.fi. dicēs etiam approbasse pa
ctum non posse fieri, si dominus renonciet futuræ felloniæ
vasalli,& ad rationes Alex.in d.l. stipulatio hoc modo con
cepta.ipse respondet,quod licet possit hic accusari ob vindi
ctam publicam tanquam veniens contra promissioné , non
propterea hoc dicitur factū contra bonos mores,quam opi
nionem videtur etiam sequutus Cassa.in consi. 55. nu. 26.
fol.112.vbi citat Corneum ita velle in consi.102.1.vol.con
cludens,q̄ iuraos non reuocare prætextu ingratitudinis, si
reuocet , tenet reuocatio . Dec.verò in d.l.fi.affirmat indi-
stincte istud pactum renunciatus,iuris dicendi de ingratitu
dine validum tam cum iuro, quàm sine, & dicit ita consu-
luisse Alex.in consi.40.lib.4.circa fi. & ita etiam Imo.in cō
si. 35.negat ipse,q̄ talis renunciatio præstet materiam de-
linquendi,postquam hic ingratus pōt ob publicam vtilita-
tem accusari,non causa reuocandæ donationis,sed vt punia
tur,quod vř de iure verius; quia si volumus considerare re-
nonciationem ipsam, vt valeat contractus, etiam q̄ quis sit
ingratus, hoc vř continere tantum priuatā vtilitaté, & iuri
suo pōt quis renuntiare,iuribus vul.aut volumus considera
re ipsam renunciationem, seu delictum commissum, seu cō
mittendum,& in hoc non valet pactum, & poterit hic accu
sari non obstante pacto, non vt reuocetur donatio,quia pa
ctum validum, sed vt quis puniatur, valebit accusatio,& ita
Dec.in prælibato loco,qui nonnulla adducit in subiecto in
gratitudinis , & sic mihi ét prima facie videbatur , sed re-
ctius considerando mox magis placuit opi.Cornei.in d.cō-
si.129. 1. vol. quia de hoc vř casus in c.quemadmodum,de
iureiu.vbi declaratur de marito, qui promisit vxorem non
accusare de adulterio cum iuro , q̄ mox patrato , adulterio
accusare nō prohibeatur præcise,sed per verbū tutius, q̄ ab
stineat,quod verbū non negat posse fieri accusationem,sed
tantum dat consiliū, iurib. adductis in loco superius citato
per Corneū,qué inspicias,si placet videre, & Ripā qui istud
comprobat in l.fi. C. de reuo.dona.q.54.idem Tiraq. qué
mox inspexi. in l.si voquam,in principio dictæ legis,qui ibi
dem post numerū. 135.in nu.150. vř residere in hac opinio-
ne,& idē in eadē lege in verbo donatione largitus. nu.14.
limitansq; prædicta in feudo largito ob merita,q̄ nō valeat
13 reuocari † ob ingratitudiné. De humilitate ét,de qua hic,
14 declarat Ro.in consi.vlt. † suorum consiliorū, cuius est ini-
tium,vos estis lux mundi. in pen. col. qui dicit,quòd consi
stit in trib. videlicet subdere se maiori , & non se præferri
æquali.2.humilitas superabundans subdere se minori 3.sub
dere se æquali , hanc vltimā abundantem caritatem alias
humilitatem ét appellat, refertq; ibi pulchrum dictum bea
ti Macharij,& de diabolo ei dicenti,tu ieiunas,ego nunquā
cibo reficior, vigilas interdum , me autem nunquam sopor
oppressit, humilitas tua sola me vincit , vbi alia multa pul-
chra de humilitate,quam nos Deus semper habere faciat.
15 Circa secundum dubium † de licentia data, quod tātum
illud quod liceat videatur concessum, quia licentia à licco
lices deriuatur,est tex.l.nulli licere,& auth.licentia. C. de
epi.& cle.& quod extendatur ad actus fraudolentos. Bal.in
l.2.ff.de feroi.com alijs notatis supra in deci.305. in verbo,
& 2.& suprà etiā in deci. 265.quod verba sunt ciuiliter ca-
pienda, & ad bonum modum moderanda, de quibus etiam
16 per Dec.in consi.604.† in causa Ill.& in consi.690. visis du
bitationibus in quibus consuluit , quòd data alicui licen-
tia per proregem de eundo ad hostes , & ibi se componen-
di,quod quis non incidat in pœnam rebellionis illa facies
do ; quia volenti non fit iniuria , neque fraus , vbi nonnul-
la similia de istis tradidit , vbi etiam (quod videtur maxi-
mæ considerationis à personis quæ habent in similibus iu-
17 dicare,) quod quando aliquis † iusto metu ductus se subij
cit imperio inimicorum , ipsorum præcepto parendo , non
dicatur rebellionem, seu felloniam commisisse,etiam si an
te iuramentum fidelitatis præstitisset , & casus ille in quo
consuluit fuit tempore inuasionis regni, per mons.de Thre
cho in Duce Grauinæ , ad quæ optime faciunt , quę voluit
Rui.in consi.23.1.vol.& And.in consti. regni super incisio-
nibus.1.col.in illa.q.quando homines nu.magno aggrediū
tur contratam tincti, & nigri, siue ammascarati, quibus vni
uersitas non potest resistere, quòd non teneatur de damno
clandestino hoc, hic noster autor in consti. regni dubitatio
nem iurisperitorum.vlt.primi libri in col.vlt. dicens, quòd
si aliqua vniuersitas perterrita exercitu inimicorum, cui ét
resistere non potest,ducta iusto timore,ne destruatur, se ini
micis subijciat etiam cum iuramento,quòd non dicatur re
bellis,quæ licèt vera sint, displicet, & proh dolor,quia ma-
lè obseruatur, sensit prędicta etiam Gram. in consi.13. 31.
in cri.vbi hæc decidit in quadā causa Mag.Io.Bap.de Abe-
nauolo tunc ciuitatis Theani,& Aymo in consi.9.num.84.
sed latius Silua nupti.fol.168.quæ declarat aliquem non re
bellem, si soluit inimico ratione iuramenti .
18 Circa 3.dubium , quòd † ad hoc vt vasallus qui contra-
hit inimicitiam cum inimicis domini puniatur, duo requi-
runtur.s.vt contrahat,& quod in necem, & damnum domini
istud faciat affirmat Cur.in tract. feud.in 4. parte princ.nu.
37.fol.30.vbi ista ampliat procedere etiam in ecclesia feu-
19 dataria.an asit amicus inimici mei sit mihi inimicus † decla
clarat Fel.in c.insinuante,circa principium,de officio dele.
& de verbo dimittere,est tex.in c.admonet,de renun.& ve
nit in mentem verbum illud Iudæorum in euang. ad Pila-
tum,si hunc dimittis,non es amicus Cęsaris . Cæs.Vrsil.

DECISIO CCCVIII.

De filio bonorum paternorum negotiorum gestore patrem obligante.

SVMMARIVM.

1 *Pater an & quando teneatur ad debitę per filium contracta.*
2 *Ius speciale facit censeri in contrarium ius commune.*
3 *Filius contrahens in quibus non obligatur.*
Filius tenetur patri ad operas obsequiales , non autem industriales.
4 *Aduentitium quid dicatur.*
Aduentitia sunt filij,non patris.
Taciturnitas quando non operetur consensum.
5 *Mandatum patris tacitum filio datum ad negotiandum quando censeatur.*
Institor quis dicatur.
6 *Procuratorem approbat,qui ei pro se iudicium tractanti non contradicit , etiam si de mandato non appareat 8.*
7 *Argumentum à procuratore ad magistrum procedit.*
9 *Præsumptio mandati sine scientia , & patientia domini non cadit.*
10 *Scientia, & ignorantia multis distinguuntur.*
Castaldio præsumendus an sit,qui domino sciente, & patiente se gessit pro castaldione multo tempore.
11 *Voluntas domini mutata non præsumitur, nisi probetur.*
12 *Hæres patris an, & quando teneatur ad debitum factum per filium institorem in patris negotijs.*
13 *Pater quando teneatur pro filio.*
14 *Coniunctio sanguinis multum momenti addit in rebus per filium gestis.*

Taciturnitas quando noceat tacenti.
15 *Filius amicum patre maiorem neminem habet.*
16 *Scholaris, qui socium patitur librum penes se relinquere, depositum videtur se recepisse.*
Amicitia vltra scientiam & patientiam operatur.

FRanciscus Ferrarius in villa Casoriæ senex habens Marcum filium suum pp eius senectutē clausis oculis permisit dictum filium suum gerere oĩa negotia domus in emendis & vendendis, & in contrahendo, & negotiando mercantias per multa tpa. Et inter alias mercantias emit à Marizoco & Dianora certā quantitatem lini pro duc. 50. quos promisit soluere in certo tpe, prout cōstat per quā dā obligationē apud acta magnæ curiæ Vicariæ: deinde mortuus est dictus Marcus filiusfamilias superstite eius patre sene ac superstitib. Hieronymo, & fratre, filijs d. Marci, & nepotibus d. Francisci, qui filij, quia pater nihil habebat, declarauerunt, ꝙ nolunt patri succedere. post hæc moritur d. Franciscus auus superstitib. dictis eius nepotib. hæredib. adeuntibus eius hæreditatē, modò illi coniuges, qui vendiderunt dictum linum, conueniunt d. filios dicti Marci, vt hæredes dicti eorum aui ad soluendum dictos duc. 50. in S. C. Qui citati dicunt se non teneri nec actione personali, nec reali: quia non sunt hæredes patris, nec habent aliquid de bonis paternis. Illi coniuges dicunt, ꝙ d. nepotes hæredes aui tenentur ad d. duc. 50. propter mandatum tacitum, quod habuit filius à patre ad contrahendum, & iō ratione mandati tenentur vt eius hæredes ad satisfaciendum dictos ducatos 50. conclusio processu.
1 † Fuit dubitatū, an si pater permittit filium negotiari, mortuo filio teneatur pater soluere debita cōtracta per filium. Et prima facie aliquib. Dominis fuit visum, ꝙ pater non tenetur ad dictum debitū, & per cōsequens nec eius hæres, per tex. in l. patris. C. ne filius pro patre. Secundò, si speciale est fauore reipublicæ, vt pater teneatur pro filio in potestate, qñ factus est decurio, vt in l. 1. C. de filijsfamilias, & quemadmodum pater pro his teneatur, lib. 10.
2 † ergo in contrarium est ius cōe. l. ius singulare. ff. de legib. Tertiò, vbicunq; actus, qui geritur, potest me inuito exerceri, tunc si sim præsens, non videor consentire, vt not. in l. Caius. ff. de pig. act. Et hoc firmat ēt And. in c. 1. §. præterea. quib. mo. feu. ami. & in l. Imperialem. §. præterea si inter duos. de prohi. feu. alie. per Fed. circa intellectum l. sæpe. de iud. idem Dy. in regula, qui tacet. lib. 6. Sed iste filius poterat emisse dictum linum ēt inuito patre ad credentiam; quia poterat linū vendere, & de pretio satisfacere. l. quod vendidi. ff. de contrah. emp. & pro hoc. l. tam ex contractib. ff. de iud. & l. filiusfa. ff. de
3 act. & oblig. † vbi ex oi contractu obligatur filius, præterquam in mutuo, & quando contrahit cum patre, vel fratre, vt in l. frater à fratre. ff. de cond. inde. ergo nō tenetur eius pater, ēt ꝙ fuisset præsens, & taces. Quartò filius debet patri operas obsequia-
4 les, non industriales † quia quæsitum ex opera industriali dr̄ aduentitium, & sic est filij, vt dicit Bal. in aut. ex testamento. col. 5. C. de colla. ver decimū caput &c. Si ergò illud contrahere procedit ex industria filij, videtur, ꝙ pater, qui non sentit lucrū, non dēt sentire dānum. Quintò, vbi tractatur de aliquo obligando, taciturnitas non operatur cōsensum, vt in l. filiusfa. §. inuitus. ff. de procuratorib. nisi fauore publicæ vtilitatis, ut suprà dictū est, sed hic tractatur de obligando patrē pp eius taciturnitatē: ergo &c. In contrarium dicebatur, nā clarè probatū est, qualiter d. Marcus filius disponebat de negotijs domus & bonorū patris tanq̄ bonis proprijs cōducendo operas necessarias in cultiuandis terris & recolligendis fructib. & vendebat, & emebat merces, & fructus, & mercantias, & pater sciebat, & nō
5 cōtradicebat. † Ex his præsumitur tacitū mādatum datum filio, vt emat, & vendat. hoc probatur ex coniunctione duarū legū. Prima, ꝙ si filius cōsueuit accipere mutuū, & pater erat consuetus restituere. cogitur pr̄ in futurū restituere, vt probatur in l. Titianus. ff. quod cū eo. quē ad hoc allegauit Bal. in l. 2. C. ad Mac. & Alex. in d. l. si quis patrē, ff. e. ti. Secundò, ex lege, si cū villico. ff. de institoria. vbi dr̄, secundū
6 Pau. de Cast. ibi, † ꝙ ille, q hēt mandatū de emēdo. & vendendo merces, dr̄ institor, & sic iste filius dr̄ institor patris, & consequenter pr̄ tenetur restituere pretiū d. lini empti per filiū suū institorē. Scd̄ò ad idē adducitur id qd̄ dicit Inn. in c. ex parte decani. de rescri. vbi dicit, ꝙ si quis scit aliquē se gerere pro procuratore suo in iudicio, & nō contradicit, facit sibi præiudiciū, vnde ex illa taciturnitate vr̄ illā rē gerere ex voluntate sua, quasi velit, ꝙ videat̄ sibi dare mādatum, vel præsumendū esse eū hēre mandatum. idē dicit Bal. in l. Iulianus. in. 5. q. ff. qui satis. cog. multas concor. ad hoc alle. Alex. de Imo. in 2. vol. cons. 5. inc. viso instro donationis in 3. col. bene facit quod sing. no. Inn. in d. c. ex parte decani &c. & Lu. Ro. in consi. 270. inci. sciebant Romanus
7 & filius. † Tertiò ad idē adducitur, quod dicit Pau. de Ca. in l. 1. §. magistrū. ff. de exercito, vbi dicit, 3. no. secundū Guil. ꝙ si aliquis sciente & patiente superiore exerceat officiū tanq̄ locūtenens eius, licèt non appareat ad locū tenentia, i. ꝙ fuerit deputatus ad illa, valeat gesta corā eo, quia tacitè vr̄ ipsum præposuisse. facit. ff. quod cum eo. l. fi. & idē si aliquis tanquam delegatus ab ordinario ipso sciente, & patiente de aliqua causa cognosceret, nā eo ipso vr̄ de-
8 legare. † Facit, ꝙ si aliquis agat tanquā procurator meus me sciente, & patiente, videor sibi mandatum dedisse, & sic sententia lata contra eū mihi nocebit, licèt de alio mandato non appareat. & vr̄ voluisse Inn. in c. ex parte decani. de re. iu. licèt Bar. aliter voluerit in l. sæpe, ff. de re iud. facit, qd̄ no. Bar. in l. falsus. C. de fur. & §. magistrū, all. Bal. in l. 2. in 2. col. C. de sen. & interlo. om. iu. in ver. modo. Iac. But. & iō consuluit Abb. in 2. vol. consi. 7. inci tria. circa primū dubiū. & c. in 3. col. ꝙ quidā syndici gerebant se pro syndicis palā & publicè, & oia gerebant vt syndici præsentib. allis clericis, & non contradicentib. ēt ꝙ non habuissent dicti syndici mandatum, videt̄ tunc mandatum dedisse, alleg. Inno. in d. c. ex parte decani. de res. & deci. Ro. 463. & seq. licèt aliud sensit Bar. in d. l. sæpe. ff. de re iu. & Cy. in l. si pecuniā, C. de nego. gest. & in d. cons. Abb. reprehendit Bar. & Cy. vt ibi per eū, qui bene loquitur ad pñs propositū, iō qui vult eum videre videat. Et dicit Alex. in 1. vol. cons. 36. inc. visis his, quæ per dños aduoca-

tos

9 tos &c. † q sine scientia, & patientia dñi non cadit
præsumptio mãdati allegat dictũ §. magistrũ. & ff.
de trib. l. 1. §. sciẽtia, & d. l. fi. ff. quod cũ eo & Inn. in
d. c. ex parte decani. de rescri. & c. olim. de leg. Quar
tò allegabat quidã aduocatus illorũ creditorũ Bal.
nouellũ in l. si cũ dotẽ. §. transgrediamur. ff. sol. mat.
vbi dicit se cõsuluisse in ciuitate Senarũ, vbi est sta-
tutũ, & si filius se exerceat ĩ mercãtijs, eo ipso pater
intelligit̃ p eo obligatus, tale statutũ intelligit̃, qñ
pater sciuit filium sic se exercere, & nõ cõtradixit,
vt sic videatur ex tũc cõsentire ex forma d. statuti
secus si ignoraret, puta q filius discessit à patre stã
do absens p multa tpa, puta in locis transmarinis
10 ibidẽ se exercẽdo sine sciẽtia, & volũtate pñs, † sic
in multis distinguit̃ inter scientiã, & ignorantiam,
vt patet per Bar. in l. cotẽ. §. dñs. de publ. & per Lu-
do. in l. 1. §. occisorum. ff. ad Silla. & multis alijs iurĩ
bus. Et subdebat idẽ aduocatus, q Pet. de Ancb. in
consi. 62. inci. mouua iudicis &c. dicebat in versic.
quò ad quartum vbi dicit, q postquã tanto tpe se
gessit pro castaldione dño sciente, & patiẽte, q præ
sumendus est castaldio. l. qui patitur. ff. mandati. In
no. in c. ex parte decani. de re. postquã. n. semel cõ-
stat de dicta voluntate, q passus fuit ita longo tem-
11 pore se gerere pro procuratore generali, † volun-
tas domini non præsumitur mutata, nisi probetur.
c. maiores. de baptis. l. sancimus. C. de testa. & de ista
authoritate Pet. de Anch. facit mentionem Alex. in
5 vol. cons. 120. Et in proprijs terminis allegauit
ẽt consilium Pau. de Cast. 261. incip. si iste Nerius
sciente, & patiente domina Francisca gerebat nego
tia dominę Franciscæ, possesiones locabat, & alia
faciebat quæ consueuerunt facere factores genera
les seu institores, vr̃ ab ipsa domina præpositus, &
perinde est, ac si habuisset à dicta domina mandatũ
allegat d. §. magistrũ & d. l. fi. ff quod cũ eo. Quintò
pro ista parte bene facit tex. in l. quicunque § idem
ff. de inuestitu. vbi si quis pistor solitus est mittere
seruũ suum ad panem vendendum ad certum locũ,
& ille seruus accepta certa summa pecuniæ conue
nit mihi dare p singulos dies duos panes, & seruus
nõ adimpleuit pactũ prædictũ tenebitur pistor in-
stitoria actione, ex quo solitũ erat ei hoc permitte-
re. idem dicendum est in casu isto, ex quo pater scie
bat, & permittebat filium emere, & vẽdere merces,
12 tenetur vel institoria, vel actione mandati: † Quid
igitur cõclusum fuit in hoc dubio? Magn. D. Ant.
de Alex. viceprotonotarius, & ego, & d. Ant. Mari-
conda votauimus, q dictus filius fuit institor in ne
gotijs patris, & præsumitur habuisse mandatum à
patre ad emendum, & vẽdendum, q plures emptio
nes, & vẽditiones fructuum, & mercium probatur
fecisse sciente, & viuente patre, & ei rationẽ sæpe
sæpius posuisse, vt deponunt testes. Et ppea hæres
patris tenetur soluere dictũ debitũ, quasi videatur
sibi datu tacitũ mandatũ ex scientia, & patientia pa
tris tantæ continuatiõis in emendis, & vendendis
mercibus: vt dicit Bal. in l. cum oportet. in prin. in
3. col. C. de bon. quæ libe. & multa similia possent
consensum, quæ sunt potius impertinentia, q facię
tia ad præsens dubium, ideò omitto, tanquam etiam
vulgaria. Alij Domini de Consilio sentiebãt contra
reum per motiua supra allegata, quibus responde-
13 batur. Et primò ad primum, † q verum est, quod
pater non tenetur pro filio, nisi filius habeat mãda
tũ expressum, vel tacitum a patre, prout erat ĩ casu
de quo agitur, vt supra d. est. Nec obst. secundum:
quia verum est, q pater nõ tenetur pro filio, nisi in
illo casu ratione publicæ vtilitatis, vel nisi pater ta
citẽ vel expresse consensit. Nec ob. tertiũ, quia pro-
cedit, qñ pater non potuisset prohibere filiũ, ne cõ-
traheret de bonis suis, non fecit, sciuit, tacuit per lõ
ga tpa, habuit ab eo sæpius rationem de gestis, ideõ
14 vr̃ consentire, & mandare: † quia vltra præsentiam,
& taciturnitatem concurrit sæpius reddita ratio, &
coniunctio sanguinis, vt dicitur in distinctione d. l.
Caius. per doc. maximè per Albe. de Rosa ibi.

Nec obst. quartum, quia verũ est, nisi fuisset ex-
pressum, vel tacitum mandatum patris, tunc quæri
tur patri, & ipsum patrem obligaret. Nec obst. quin
tum, quia dicit Bal. in d. §. inuitus q si taciturnitas
est iuncta alteri rei indicatiuæ consensus, & tunc p
sens. & tacens ẽt in actu obligatiuo vr̃ consentire,
vt in l. si fideiussor. §. pater. & l. 1. § voluntate. ff. sol.
mat & de euic. l. quidã. & l. item quæritur. § qui im
pleto. ff. loc. Sed hic cõcurrit maxima amicitia inter
15 patrem, & filium; † quia filius nullũ maiorem ami
cum põt habere quam patrem, vt dicit Bal. in c. per
tuas. de proba. allegat l. quidã cũ filium. ff. de hære. in
stitu. & l. Iulianus. ff. si quis omis. causa test. propter
16 quam inducitur consensus patris: † quia si schola-
ris ponit in domo alterius scholaris, qui est suus so
cius, librũ illo sciẽte, & patiente, vr̃ tacitè deposituñ
suscepisse, quia concurrit amicitiam vltra sciẽtiam,
alle. Ioan de Are in l. inuitus. in 1. q. C. de procur. fa
cit. l. Procula. ff. de prob. & hoc expressè tenet Bar.
in sua pulchra dist. in l. quæ dotis. ff solu. mat. hæc
cã non fuit per sñiam diffinita, quia partes se cõcor
dauerunt pro medietate soluẽtes debitum d. cõiugĩ
bus, & dicti cõiuges remiserunt aliam medietatem.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCVIII.

1 *Pater si consentit filio, qui fuit datus tutor in testamento, vt tutelam gerat, an ei præiudicet. itẽ si quis me sciente gerit mea negotia, an in his quæ sunt in mei præiuditiũ mihi præiudicet, & sic ei videar dedisse mandatum.*

2 *Quando pater scit filium gerere aliquam negotiationem, & non prohibet. & quid si pater consentit filio datiuo tutori, an ei noceat in tantum, quòd insolidum obligetur. & quid si pater scribat, diligenter geras talem tutelam.*

3 *An videar ratificare indebitè solutum meo procuratori, quando vltra scientiam, & taciturnitatem interuenit aliquis actus concernens ratificationem.*

4 *Quando aliquis habet à me mandatum limitatum, si me sciente excedit fines mandati, & patiente, videor ampliare potestatem.*

5 *Si filius facit aliquid, quod tangit patrem ipso patre præsente, & non contradicente, tacitum videtur dedisse mandatum, igitur ipse pater tenetur, quod etiam locum vendicat in criminibus. Quia si filius committit aliquod delictum, ipso patre præsente & non reluctante, saltem acclamando, quòd ipse pater teneatur.*

6 *Quando aliquis se gerit pro locumtenente alicuius illo sciente & patiente, quòd videatur tacitum dedisse mandatum.*

7 *Bannitus toleratus à superiore an possit impunè interfici.*

8 *Creditor non potest capi facere suum debitorem, quando diu post contractum deteriorauit suam conditionem.*

9 *Si mitto alicui literas continentes debitum ducatorum centum, si recipiens non protestetur, sibi praeiudicat.*

10 *Quando pater permisit per multum tempus filium bona tenere, censetur donare.*

11 *Monasterium, quod permisit per multum tempus monachum bona administrare & gerere negotia, quòd videatur mandatum dedisse.*

12 *Coniuncta persona, quando permittit aliam personam ei coniunctam agere, videtur ei tacitum etiam dedisse mandatum ratione coniunctionis sanguinis.*

13 *Magna amicitia coniuncti similiter inducit clausulam codicillarem: sed in his quae requirunt scripturam tacitum mandatum non sufficit.*

14 *Hodie secundum formam nouellae prag. an tacitus consensus patris sufficiat, ex quo pragmatica ipsa requirit expressum patris consensum.*

15 *Tacitus consensus qui venit ex contractu, an dicatur expressè venire.*

16 *Filiusfamilias licèt sine consensu patris non obligetur virtute d. pragmaticae, tamen conuenitur tanquam periurus, quando iurat habitare seorsum à patre, & decipit creditores, tenetur propterea poena stellionatus. ponitur casus in facto, in quo propter praedicta fuit facta condemnatio in exilium.*

17 *Habitare seorsum à patre quis dicatur, & quod tempus requiratur, vt sit satisfactum d. regiae pragmaticae.*

18 *Quos actus debet gerere filiusfamilias, vt dicatur tacitè emancipatus, & ad hoc dicatur satisfactū pragmatica.*

19 *Sufficit, quòd momēto quis habitauerit seorsum à patre.*

20 *Filiusfamilias vt non teneatur de persona pro debitis ab eo contractis. Cautela est, quòd faciat se à patre emancipare, vel quòd non tangat haereditatem paternam, nam tunc in istis casibus non tenetur, nisi inquantum facere potest.*

21 *L. 2. ff. & C. quòd cum eo, an possit expressè cum iuramento renunciari.*

22 *Pragmatica loquens in filijsfamilias, quòd non possint obligari, an comprehendat filiasfamilias.*

23 *Filius in casu d. pragmaticae, an possit contrahere simul cum patre, ad ipsius patris commodum an ipse possit consentire.*

24 *An filiusfamilias peccet accipiendo pecuniam mutuò, & mox allegando exceptionem Macedoniani, item an Macedonianum cesset in literis cambij.*

25 *Filius tenetur fideiubere pro patre carcerato, aliàs esset iusta causa exhaeredationis, & an Macedoniano possit cum iuramento renunciari.*

26 *Filiusfamilias dolosè allegās Macedonianū nō audiatur.*

DOminus Affl. in hac deci. videtur inclinare in alis opi-
nione, q pater in hoc casu censeatur obligatus ex taci
to mandato dato filio; & hoc ex pluribus per eū citatis, &
maxime ex cons. Pau. de Cast. quod est nu. 116. in prima im
pressione, & ex di. Inno. in c. ex parte decani. adde in praedi-
ctis, q contra hanc opi. videtur facere tex. l. Lucius, la j. ff. de
1 admi. tuto. vbi si pater consentit filio tutori † dato in testō
vt tutelā gerat, non obligatur insolidum. item doct. Bar. in
l. 1. post gl. quasi in terminis ff. de neg. gestis. vbi hr, q si ali-
2 quis me praesente † & sciente negotietur mea negotia, q in
his quae sunt in mei praeiudicium non videor mandatū de-
disse, sed tantum in his, quae mei commodū concernunt. se-
quitur Dec. in cons. 98. iuridicam. nu. 3. Corsetus in sing. in
verbo taciturnitas. praeterea doctr. Inno. reprobat Gui. Pa.
in deci. 40. quaeritur, & cū istis vr concordare Par. in cons.
95. j. vol. 1. citando, q pater non obligatur, qñ filius gerit ali
qua negotia. sed tñ istis non obstantibus, de iure vr tenen-
dum cum hac Affl. opinione. & t. vltra gl. magistram, de qua
miror q hic meus autor non fuit memor, quae enumerat
circiter 50. casus in quib. scientia cum taciturnitate opera-
tur in c. 1. in fi. si de inuesti. inter do. & vasal. lis oria. pro ea
pondero tex. l. filiusfamilius ff. de tutelis, vbi deciditur, q si
pater consentit filio tutori datiuo, & non testamentario, vt
loquitur d. l. Lucius. q teneatur insolidū, & gl. ibi dicit, q cē
setur consentire, si est praesens, & non contradicit, & tex. de
cidit ibi, q si pater scribit filio, vt diligenter tutelam gerat,
q videatur consentire, & pro his t. allego, quod voluit Dec.
3 in d. consi. 98. in fi. qui concludit † q videor ratificare inde-
bitè solutū meo procuratori, qñ vltra scientiā & taciturni-
tatem interuenit aliquis actus positiuus ratificationis, hoc
idem Suc. in consi. 52. ex his 1. vol. nu. 19. & seq. qui consu-
luit de praelato tolerato, q concessiones factae ab eo valeāt
4 † 2. pro istis affero cons. Alex. 84. super 5. vol. vbi concludit,
q si aliquis habet à me mandatum limitatum, si tñ me sciē
te & patiente porrigit manus vltra fines mandati, q videa-
tur prorogare potestatē, iuxta tex. l. fi. in verbo quaedā alia
egisse, ff. quod cū eo. de quo latius per Cagnolū in rep. l. 2.
C. de resc. vend. nu. 149. nonnulla pro istis concomitantia
citat ēt Tiraq. in retr. consangui. §. 9. gl. 3. & vltra fol. 153. in
parua vlt. impressione. 3. pro his ēt conueniunt quae voluit
Cur. senior in consi. 41. vbi ex dictis Bar. in l. 3. §. si quis ve
5 dit ipsi praetori. ff. de no. ope. nu. concludit † q si filius facit
aliquid occasione patris ipso patre sciente & nō reluctāte,
q tacitū vr dedisse mandatū, & proinde ipse pater fit obno-
xius, & ēt decidit, locū habere in criminibus, in quib. agitur
de maiori praeiudicio, nā in istis si filius cōmittit aliquod de
lictū praesente patre, & non contradicente, seu non prohibē
te, quem saltē acclamando poterat prohibere, q ipse pater
teneatur, de quib. vltra tex. l. in olb. ff. de noxa. declarat An.
in c. 1. §. praetereà. nu. 33. quib. mod. feu. amit. qui alleg. tex. l.
quid ergo. §. 1. de his qui no. infa. & Paris noster in trac. sin
dic. in uerbo tortura. nu. 7. fo. 117. & Fel. in c. Petrus. de ho-
mi. & Hiero. Gratus in consi. 51. 2. vol. cū quib. & 4. conue-
niunt dicta p Hyp. in sin. 77. patientia. vbi inter alia declarat
6 † qñ aliquis gerit se pro locūtenente alicuius dñi ipso sciē
te & patiente, q idē tacitū videatur mandatū dedisse, vbi ēt
7 de bannito tolerato à superiore † q non pōt interfici, à qb.
non discrepant, quae voluit idē Hip. in alio sin. 284. tolle mo
ras, vbi inter alia affirmat, quem non posse capi facere debi
8 torem † qui deteriorauit suā conditionē post contractum,
si diu tacuit post ipsam deteriorationē, & pro praedictis ēt fa
cit & 6. quae dixit idē Hip. in alio sing. 344. taciturnitas. qui
9 dicit, si misi literas tibi, q mihi † debes centū, q nisi prote-
steris incontinenti non sic esse, q affert praeiudiciū, ubi nō-
nulla alia similia de istis Ay. in cons. 40. proponitur, nu. 3. &
106. honoratus, p totū illud pulcrū cons. & pro istis ēt faciūt
10 & 7. † quae voluit Hier. Gratus in con. 7. 2. lib. dicens q qñ
pr permisit per multū tps filiū eius bona tenere, censea-
tur donare, cū quo conuenit ēt Abbas in cons. 36. circa 1. 2.
11 col. in 2. vol. & illud ēt † & 8. in terminis huius dec. est, qd
voluit Cotta in verbo procurator fallit. vbi haec ampliat
procedere in monaco, cui permissa est negotiatio, & alia
multa de praedictis in iudicialib. q taciturnitas praeiudicat,
adducit ēt Gira. in sin. 36. in iudicialib. decimo pro his ēt fa
ciunt, q voluit Dec. in cōs. 261. in cā, nu. 9. idē in cōs. 367. de
vniuersitate, q soluit expensas litis factas p illū qui se fecit
ipsius procuratorē, q tacitū vr dedisse mandatū ipsiusq; ge-
sta censetur approbare. vlt. pro istis faciunt, q voluit Arc. in
insti. de excep. §. itē si, col. 4. & idē Inst. de his, p quos agere
possu. in 3. col. vbi inter alia approbatur opi. Inno. & latius
Barb. in cons. 70. pclaro. in 3. col. 2. vol. vbi post alia dicit ma
gis cōem cū Inn. ex quo suā opi. sequuntur doct. Magis ll-
lu. hoc idem Io. Fab. in instit. de acti. §. sic itaque, col. n. exce-
pto tamen deposito, quā opi. Inn. & ii Alc. in d. l. saepe. videa
tur impugnare, tñ ex dictis oīum eam saluat dec. modis, &
3. bene facit ad casum huius decis. quando coniuncta perso

12 na permitteret aliam agere † pro ea, nam tunc tacitum vi-
detur dedisse mandatum, & istud propter sanguinis coniun
ctionem, quę multum operatur, sicut magna amicitia, nam
inducit clausulam codicillarē in testamēto, prout vltra alia
13 † notat Ias. in l. exigendi C. de procur. de quibus infinita
quasi quæ operatur coniunctio sanguinis enumerat hic au-
tor in c. 1. § & sic clientulus. de ali. feu. col. 4. ad quæ conue-
niunt illa quæ fuerunt notata supra in deci. 13. ad intelle-
ctum l. Proculæ. ff. de proba. vbi fuit conclusum, domino suf
ficere ad debiti remissionem inter coniunctas personas, pro
pterea dicendum vt s. & pro quibus etiam conueniunt oia
alia quæ adducit Feli. in c. nonne, de præsum. in illo subiecto
tacens videatur consentire: quæ n. ea dictis aliorum limitat
Hypp. in sing. 33e. si bene sis, non procedere in his quæ re-
quirunt scripturam, iuxta c. 1. in verbo, in scriptis, de cens. in
6. nā in illis tacitum mandatum non sufficit. Quæ consi-!e-
14 ra, † si hodie possunt procedere virtute nouellæ pragmati
cæ editæ sub die 7. Iulij. 1555. cauentis, filiosfamilias non
posse obligari sine expresso consensu patris, nisi fuissent e-
mancipati, vel habitassent seorsum a patre, aliàs obligatio.
nulla. ex quo ergo pragmatica requirit expressum consen-
sum patris, non sufficit ergo tacitum, sicut erat in casu huius
deci. ex quo statutum loquitur in casu vero, igitur non suffi
cit fictus l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gestis. clem. quandiu. de
opp. consuluit gl. in c. Diaconus. 16. dist. in verbo tacuerit:
Fulg. in cons. 50. quidam, in a. col. vbi pro istis erat tex. l. 1.
§. si is qui nauem ff. de exerci. l. 1. §. scientiam, de tribu. decla
rat ista cum aliquibus limita. Alex. in l. 2. §. voluntatem, ff.
sol. matr. & in l. si constante, §. si vxor. ff. co. Ias. in l. licèt im-
perator. ff. de lega. 1. vbi an tacitum quod venit ea coniectu
15 ris † dicatur expresse venire, & Feli. in d. c. nonne. 2. col. in
verbo per istam regulam, qui limitat, nisi fuisset patientia &
16 scientia diuturna, & sic faceret hæc limitatio † pro ista de-
ci. & de intellectu dictæ pragmaticæ, an valeat obligatio,
qñ filius promittit cum iuro, declarat Gram. in decis. 18. vbi
concludit obligationem nullam non obstante iuro, contra
quem vi consuluisse Alex. in cons. 77. viso libello 1. volu. in
minore obligato cum iuro contra formā statuti, & Alci. est
regula 1. præsum. 2. fol. 205. quod teneatur hic periurus cri-
mine stellionatus, sm quam opinionem fuit iudicatum in
mag. cur. & mox. in sac. reg. cons. in quadam causa cuiusdam
filij Anelli Capelli anno D. 1559. die 27. Octob. per senten
tias, per quas dictus filius Anelli, qui se dixit patremfami-
lias, & habitare seorsum à patre, fuit condemnatus ad exi-
lium per annos quinque, & ad quantitates vere petentas
ex obligatione probandas per creditores, & sic contra opi-
Gram. in d. deci. 18. & Rec. in d. cons. Alex. 77. qui dicit opi.
Alex. nō obseruari in pratica. actuarius Io. Alfonsus de Ca
17 pua. Quis autem dicatur † habitare seorsum à patre, &
quod tempus requiratur, vt inducatur tacita emancipatio,
ego aliàs in facto dicebam requiri spatium 20. annorum, ex
quo pragmatica videbatur parificare casus emancipationis,
& habitationis seorsum à patre, & sic d. tacitæ emancipatio-
nis, sed in ipsa emancipatione tacita dictum tempus 20. an
norum requiritur, qñ nullus titulus saltē inhabilis præcedit,
prout fuit notatū s. in deci. 183. in verbo affirmat. vltra hæc
Barb. in cons. vltimo inserto inter cōsilia Alex. in 4. vol. in 6. col.
& pro istis vi tex. ita declaratus per Bal. in l. 2. C. si adue. rē
18 iudi. l. 3. ff. ad treb. accd. qui concludunt, & cum d. tpe † requi-
ri, q filius ipse faciat actus conuenientes patrifamilias. l. te-
stari & capere mutuū sequitur Grā in cons. 159. in ciui. sed
non obstantib prędictis sac. consiliū post mag. cur. vic. deter
minauit contrariū in casu prædicto, concludentes satis esse
19 filium † momento quasi habitasse seorsum à patre tpe obli
gationis, vt teneat obligatio per ipsum facta, nō obstante di
cta pragmatica, ex quo non determinat tps requisitū ad ha
bitationē, & simpliciter loquitur, igitur momēto sufficit, &
hoc ex cons. Pau. de Cast. 172. 1. vol. in 1. impressione, & per
ea quę not. ſ in deci. 84. vbi sic cōclusio, q habitare in loco
dr ille, qui hēt vxorē & familiā, licet sit differentia inter ha
bitatorē & habitantē, & d. sententię fuerunt latæ in quadā
cā cuiusdam Ioan Pauli de Cunto cum Philippo Calsano
anno 1553. Commissarius causæ in sacro consi. fuit D. Felix
de Rubeis. Actuarius. & vi ista tenere etiam Alcia. in loco
supra citato, & quia de filijsfamilias cœpit hic sermo ha-
beri, cautelam autem quod non conueniantur de persona,
20 † sed intantum inquantum facere possunt, deducto ne e-
geant, & quando sunt obligati cum patre, & cum consensu
ipsius, dat tex. l. filiusfamilias. ff. quod cum eo. l. q faciat se
emancipare à patre, nam tunc pro dictis debitis per eum
contractis, etiam q pro ipsis fuisset condemnatus, non te
netur nisi inquantum facere potest deducto ne egeat, vel su-
pra vel post mortem patris renunciet hæreditati paternæ,
iuxta tex. l. 2. C. quod cum eo. Socin. in fallen. in verbo fi-
liusfamilias, tradidit hæc etiā Mod. Beneuenut. in tract. de
mercatore, in tit. de decoctoribus. num. 12. 13. Pari. in d.
consi. 94. 1. vol. per totum, qui limitat in num. 42. quando fi
liusfamilias dolose istud priuilegium allegaret, & alias,
vt ibi per ipsum, vt quando fuisset renunciatum, & doctr. Al
beri. in Rub. ff. quod cū eo qui hoc non videtur dicere, im-
mo Alc. ex dictis oium post gl. in l. quia tamē. § eleganter.
in fi. ff. sol. mat. videtur cōcludere contrariū, q qñ priuilegiū
competit personæ, vt videtur, quod datur filiusfamilias ef-
fectis sui iuris iuxta tex. l. 4. §. soler. ff. quod cum eo. quod
non possit ēt iuramento renunciari, vt dicit ibi glo. in d. §.
eleganter. in fi. secus in alijs q trahunt originē ex cōtractu.
notat idem Alex. in cons. 133. 5. vol. per totum, quæ fuerunt
multotiens agitata, & in praxi obtenta tā in magna curia vi
carię, quā in sacro consi. & primo in quadā cā comitis Mon
tellæ, etiam quòd fuisset iuratum, & renunciatum dicto be
neficio saltem in genere per renunciationem omni legū
auxilio, anno 1534. cuius actuarius per me ignoratur, nā tūc
nō erā patronus causarum, sed tm studio legali hic Neap.
operam dabā: sed bene mox ista habui in facto in plurib. cau
sis, & sign. de quibus recordor in quadam causa Mag. Ioan.
Bapt. Russili chirugici, & quadam causa cuiusdam de Casa-
li Arciani, de quibus est actuarius Io. Dominicus Tramon.
in magna curiæ vicariæ, & in sacro cons. sed quando fuis-
21 set expressè renunciatū † beneficio d. l. 1. C. quod cum eo.
cū iuro, vt hodie fit, quod tunc filiofamilias istud priuilegiū
opponenti obstaret exceptio periurij, & sic heres reliqui
datio instři liquidi contra ipsum filiumfamilias sm formam
ritus, fuit determinatū in magna curia in quadā cā quorūdā
de domo Rufula anno 1558. actuarius Prosper Vitiglianus,
nam fuit filiusfamilias rigore ritus stante renunciatione
in specie de dicto beneficio carceratus, licet mox fuisset li
beratus, & sic secundum dictam meā opi. de qua supra hoc
idem in quadam alia causa cuiusdam Io. Bernar. Garinlli:
hoc idem hodie, qui est 30. mensis Ianuarij. 1566. fuit ob-
seruatum in quadam causa Mag. Marij de Falconibus cum
Mag. Eleonora Pignatella facta relatione per magnā curiā
Vicariæ stante emancipatione prædictus Marius fuit libera
tus à carceribus etiam existente inualida absolutione à iu-
ramento, actuarius causę Prosper in Magna curia Vicarię,
& insuper quod dicta pragmatica de qua supra non com-
22 prehendat † filiosfamilias, decidit Alexan. 3. vol. consi. 29.
pręclare, colum. in verbo qui respondeo, & quod filius
non possit contrahere in casu pragmaticæ, quæ requi-
23 rit cōsensum pris ad † ipsius patris vtilitatē pro ipso fi-
deiubendo, declarat Soc. in cons. 14. circa primū 4. vol. Cas.
in consue. Burg. des drottez. Rub. 4. nu. 37. fol. 129. quæ licet
esse vera de iure videantur modo quo ī. tñ filiusfamilias
24 † accipiēs pecuniā mutuo peccat, si allegat exceptionē Ma
cedoniani, Costa in mem. in verbo filiusfamilias nō pōt es-
se in iudicio, & q dicta exceptio Macedoniani esset in lite
ris cābij, siue partita bāchi, voluit Beneuenutus in loco ī. ci
tato. q nūt filiusfamilias teneat pro patre carcerato solue-
25 re, † vel pro fideiubere, alias esset cā ingratitudinis, & sic
exhæreditationis, Boe. in dec. 158. & vi num. 6. q aūt exce-
ptioni Macedoniani non possit expresse renunciari etiam
26 cum iuro. Bal. in rep l. iusiurandi † col. 55. vers. venio ad se-
cūdum. ff. de iureiu. Gram. in cons. 63. in ciuilib. quę faciunt
contra superius allegata, quòd filiusfamilias puniatur de
periurio. Laus Deo. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCIX.

De substitutione facta nepotibus succedentibus in capita.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes vna cum patruo, an in capita, an in stirpem succedant.*

Tt 3 *Institutio*

2 *Institutio si facta sit nomine collectiuo, quomodo succedatur.*
3 *Filij eadem oratione coniunctim vocati habentur pro eadem persona.*
Voluntas testatoris quomodo præsumatur.
4 *Nepotes cũ fratre substituti quando succedant in capita.*

PAter quidã nobilis instituit filios suos pupillos hæredes, ipsisq; pupillariter substituit fratrẽ testatoris, & Titiũ, & Meuiũ filios alterius fratris, mortuis filijs testatoris in pupillari ætate.
1 † Quæritur, quomodo succedant isti nepotes vnà cum patruo, an in capita, vel in stirpem. Et quia iste casus contigit in ciuitate Neapoli, ideo in primis allegatur gl. Neapo. in consuetudine, quæ incipit, si aliquis moriens, in verbo, de ipsa medietate, vbi videtur tenere, quòd quando isti nepotes successissent ab intestato, dicti nepotes successissent in stirpem, adeò, quòd tantum haberet frater quantum isti nepotes filij fratris. Sed si nepotes succedunt ex testamento, & fuerunt nominati proprijs nominibus, tunc succedunt in capita: & pro hoc l. quoties. §. hæredes, & l. interdum. in princ. & l. liber homo §. Titius hæres. ff. de hær. insti. & l. legata inutiliter. §. fi. ff. de legat. 1. Et licet Neap. loquatur in substitutione, ta-
2 men eadem ratio est in institutione. † Sed vbi institutio esset facta de nepotibus nomine collectiuo, puta instituo nepotes meos filios fratris mei: tunc dicti nepotes succederent in stirpem, & non in capita, & pro hoc Neapo. allegat in penu. col. ex. ff. de leg. 1. in l. si hæredes nominati, & glossam notabilem in l. codicillis, in fi. ff. de vsufr. legat. & in proprijs terminis dixit Io. de Imo. in d. l. interdum, quòd si testator dixit, fratrem meum instituo, & filios fratris mei instituo: illi nepotes erunt instituti in stirpem, nisi sit dictum, æque eos instituo, tunc censentur instituti in virilem, & hoc refert & sequitur Alex. de Imo. in 4. vol. cons. 55. incip. perspectis his,
3 quæ in schemate &c. † Item quando filij eadem oratione coniunctim vocati habentur pro vna persona, vt in l. Titius fundi, & l. liber homo. post principium, ff. de hær. inst. nõ. Alex. in 3. vol. cons. 57. & propterea succederent tunc in stirpem, tanquam repræsentantes personam eorum patris. Secus, quando instituisset nepotes nominibus proprijs, tunc secus esset, quòd succedãt in capita, per iura supra dicta, & sic præsumi debet voluntas testatoris, vt in l. Gallus, §. & cum ibi notatis. ff. de lib. & posthu. & not. Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita ff. ad Treb. & Bald. in l. precibus, in 19. col. C. de impube. & alijs substit. Fuit ergo votatum in Consilio per omnes dominos, quòd ex quo dicti nepotes fuerunt substituti nominibus proprijs expressis vnà cum fratre testatoris, quòd dicti substituti succedant in ca-
4 pita, per iura supra alleg. ta. † Et id tantum hoc est verum, quod etiam si testator dictos nepotes ex fratre nominasset proprijs nominibus, & appellatiuo, puta Petrum, & Saluatorem, nepotes suos, vt dicit gl. in l. nonnunquam. ff. ad Treb. & in l. ita. §. 1. ff. de statuliberis, dicti nepotes succederent in capita, & postea fuit laudatum super hæreditate nobilis viri Petri Minutil. de Neapo.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CCCIX.

1 *Quando aliqui sunt instituti nomine proprio, vel nominibus appellatiuis, quando veniant in stirpe, vel in capitibus, & quid si fuisset dictum per dictionem videlicet, declaratur hic post Affl. latius cum ampliationibus & modificationibus, in quibus etiam quando fuisset adiecta dictio æque, à nu. 1. vsque. 8.*

EX dictis Affl. hic habentur conclusiones, quòd quando nepotes, vel aliqui sunt vocati siue instituti, seu substitu-
5 desert istud † lucrum ad omnes liberos mariti ex quacunque vxore susceptos mortua matre, quōd non est de iure communi, per quod desertur hoc lucrum tantummodo ad liberos illius matrimonij, quia in prædictis videntur militare eædem rationes superius allegatæ, quod ad eos omnes deueniant dicta lucra virtute consuetudinis, & non vt hæredes patris, & hæc si forent vera, conueniunt cum iure cōmuni, & nō fieret legum correctio, & filij ista lucra haberēt p̄cipua, & non tenerentur ad debita paterna contractu post constitutionem illorum lucrorum siue antefata, postquam non vt hæredes ista fuerunt consecuti. audiui determinatum contrarium in anno 1556. in sacro consilio in causa illorum de patrominis, cuius causæ est actuarius Villa alta. & etiam ista causa fuit antiquitus decisa contra hanc opin. Afflic. & hanc decis. in causa cuiusdam Io. Petri Oliua cōtra hæredes Matthæi Ferraioli, actuarius Ant. Manchusius, Com. D. Antonius Palmerius 13. Decēb. 1513. & sic priusquã egò fuissem in mondo, seu in hac lacrimarum valle. cum fuerim in anno 1525. de mense Iunij in vltimo die Iouis, & in causa alia Antonij Ruffi contra Helionoram de mayo Iudicæ die 13. Iulij 1621. existēte Commissario D. Cicco Losredo, actuarius Antonellus Falangona, vt habui a D. Io. Angelo Pisanello, & nuperrimè in hoc anno 1564. in causa creditorum quondã Martini Secutæ Hispani idem fuit iudicatum in sacro consilio, actuarius Ioan. Petrus Iubeno, & per prędicta cum totiens fuerit iudicatum, & decisum contra hanc deci. & meã opinionem sic relatam modernis, & antiquis temporibus esset quodammodo ridiculum contra tot patres egò formicola, & sicut acus inter serramēta cōtrarium dicere, vel tenere, & pro istis Dominis faciunt illa quæ fuerunt signata supra in decis. 127. vbi fuit dictũ, hæc lucra ad fiscum deuenire loco filiorum rebellium, & sic quodammodo, vt quid paternum, quando ibi nō fuisset casus specialis, in odium cōmittentis crimen maiestatis, & sic hęc posui causa indagandæ veritatis, remitto tamen me in omnibus iudicio Dominorum meorum. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCXV.

De ornamentis per sponsum sponsæ datis ante traductionem, & de successione in illis.

SVMMARIVM.

1 *Sponsi nobiles quæ paraphernalia sponsis suis dare soleant.*

Iocalia vxori tradita, quando est in domo patris vel fratris, an sint hæredum vxoris.

2 *Res festiuę ad sponsam transmissæ an videãtur ei donatæ, vt ad suos hęredes possit transmittere?*

3 *Paraphernalia donata sponsę, an vsui quotidiano conueniant, iudicis in arbitrio summe versatur.*

4 *Vir quæ præsumatur in dubio vxori donasse.*

Vestimenta, quę hodiernus abusus induxit, donata an censeantur.

5 *Nemo præsumitur velle malè vti substantia cum damni enormitate.*

Paraphernaimmoderata nisi testamento legentur non debentur.

6 *Vestes quotidianę in principio ad vsum mulieris inductę.*

7 *Transmissio bonorum ad mulierem quando inducat validam donationem.*

8 *Res quę donantur contracto matrimonio per verba de præsenti, an transmittantur.*

Verecundia

9 *Verecundia pudor necessitatem quandoque inducit.*
10 *Donatio Paraphernaliorum, si in morte non reuocatur, valida est.*
Iocaliorum modicorum donatio valet.
11 *Consuetudo paraphernalia donandi quãdo contra ius sit.*
Pacto quod non potest fieri, nec potest consuetudine.
12 *Prohibitio iuris communis necessitatem importat.*
Donatio facta à viro vxori, per quam ipse efficitur pauperior, non valet.
13 *Pactum quicquid potest, potest consuetudo.*
14 *Mulieres nobiles ad vsum quotidianum serico vtuntur.*
15 *Officium iudicis in consideranda personarum qualitate debet versari.*

VT plurimum inter nobiles Neapol. contracto
matrimonio per verba de pręsenti maritus mit
tit vxori suæ, quã est in domo patris, vel fratris go-
nellas de serico, sberniam de serico, corrigias de
argento cum auro, anulos aureós cum lapidibus
pretiosis, gonellas de panno fino, guarnitas de velu
to, canacam auream, torquem aureum, cathenam
auream, manilias aureas.

Demum matrimonium pauco tempore durat:
quia soluitur vel per mortem viri superstitibus eius
cõsanguineis hæredibus, vel per mortem vxoris su
perstitibus eius consanguineis hæredibus, & litiga
2 tur inter dictos hæredes, † Vtrum dictæ res traditæ
vxori, quã est in domo patris vel fratris, sint hæredũ
vxoris, vel viri, vel eius hæredis. tribus vicibus fuit
in consilio hoc dubium inter diuersas personas no
biles Et determinatum fuit hoc modo per quatuor
capita. Primum caput est, quñ expresse dictæ res
non sunt donatæ, sed simpliciter transmissę sunt di
ctæ res festiuæ & pretiosæ, & non videntur donatæ
2 vxori, ita vt trãsmittat ad eius hæredes, † sed videnť
ei traditæ, vt magis ornatè vadat, vt in l. mortis suæ
causa. §. 1. ff. de do. inter vir. & vxo. l. id vestimentũ.
ff. de peculio l. si vt certo §. interdum, ff commodati.
& ibi Bar. & Bal. & Albe. de Ros. & hoc ẽt voluerũt
Bar. Bal. Ang Io. de Imo. & Alex. in l. pen. §. 1. ff. so.
mat Pau. de Cast. in l. si vsusfructus §. 1. ff. ad legem
Fale. & doctores scribentes in l. 1. §. ne castrense. ff.
de colla. bo. Bal. & alij in l. cũ te. C. de do. ante nup.
& in l. filiæ cuius. in 5. q. C. fa. erc. & in l. si ex re. ff.
de stipulat. seruorum. Et Pet. de Anc in consi. 181.
incip. in prædicto dubio. & Ang. in cõs. 134. incipit.
quidã Nicolaus &c. & Bar. in cõsi. 1. incip. Gilius Pe
tri de Florẽtia, versi. adhuc quęritur. & Ant de Bu.
in cons. 39. quod incipit, quia maior pars. Et Neap.
in consuet. Neap. quæ incipit, si qua moriens. in gl.
aduerte, & in gl. in verbo, ad vsum, & vestes.
3 † Secundum caput est, ꝙ illæ vestes condignæ es-
sent ad vsum quotidianũ vxoris: & in hoc multùm
versatur iudicis arbitrium in considerando nobili-
tatẽ & diuitias viri & vxoris, quæ sint ad ornatũ, &
quæ ad vsum quotidianũ, vt si sint ad vsum quoti-
dianũ, vxoris: & ista vidẽtur donata tanquã pars ali
mẽtorũ: vt in l. ex annuo. ff. de do. inter virum. & gl.
in l. vsufru. in fi. ff. sol. matr. secundùm Lud. in consi
lio infrà allegando, & patet ex scriptis per Bal. in 4.
opi. in d. l. pen. §. seruus. ff. sol. mat. & in auth. ex te-
stamento. in 4. col. in fi. C. de colla. & in auth. res q.
C commu. de leg. & Bal. in addi. quã fecit ad tracta
tũ Bar. de duobus fratribus, in vlt. col. in 80. q secũ
dæ partis principalis. Et dicebat Bal nos. in c. iura-
4 uit. in 4. col. de prob. † ꝙ vir nõ præsumitur donare
nisi ea, quæ donari consueuerunt secundũ morem
ciuitatis: vt in l. 1. §. officium. ff de tuto. & ratio. di
stra. vel nisi vir sit magnæ potentiæ, vel nobilitatis,
arg. ff. de dona. l. filius. vel nisi dos sit magna: & fru-
ctus dotis multum exuberãt: tunc potius debitũ na
turale persoluitur, q̃ sit mera donatio, arg. l. 1. C. de
impo. luc. de lib. 10. & alleg. d. l id vestimentum. &
l. pen. §. 1. ff. solu. matr. & subdit, sanè prodigalia ve
stimẽta, quæ modernus abusus induxit, donata cen
5 seri nõ puto, nec perlas, nec lapides pretiosos: † qa
nemo præsumitur velle malè vti substantia cum dã-
ni enormitate, arg l. cũ de indebito. ff. de proba. &
iõ consueuerunt in testõ legari, & nisi legentur, nõ
debẽtur &c. vt ibi latius per eũ. intelligitur ergo gl.
in c. decreta. 27. q. 2. quæ dicit, ꝙ res, quas dedit spõ
sus sponsæ, post osculũ, sunt mulieris pro medieta
te: ergo cõsummato matrimonio sunt mulieris ĩ to-
tũ, vt procedat in his reb. quæ sunt ad vsum vxoris
quotidianũ, vt plenè per Alex. in d. l. si vsusfructus.
§. dos ff. ad legẽ Falc. licèt non alleget dictam gl. Et
hoc vr̃ tenere ẽt Lud. in consi. suo pleno de ista ma
6 teria 147. incip. ista quæstio licèt vulgaris: † quia
tales vestes quotidianæ à principio sunt ad vsum
mulieris destinatæ, vt dicit Bal. in l ex facto. vlt. col.
ff. de hæredi. insti. & Bal in 2. vol. cons. 558. inci. hæ-
res viri. alleg. Guliel de Cu. in d. l. id vestimẽtũ. de
peculio. & idẽ voluit Ia. de Arena in quodã suo con-
silio, quod incipit. quærit quid iuris. quod habeo in
libro Pauli de Leaza super Clementinis, vbi ponit
completam distinctionem in ista materia.

Tertiũ caput est, ꝙ si dictæ res mitterentur per
futurum maritum ante contractum matrimoniũ p
verba de pñti, sed erat contractũ p verba de futuro.
7 † Et ista vocatur sponsalitia largitas, tunc valet ista
trãsmissio bonorũ, & induceret validã donationẽ,
secundũ Bal. in d. l. cũ te C. de dona. ante nup: & p
hoc vr̃ tex. in l. cum ante. C. eod. tit. vbi ista munera
simpliciter tradita sponsæ videntur donata Nec di
stinguitur, an sint pretiosa vel nõ, & hoc verum, quñ
concurrit magna nobilitas cũ diuitijs viri, vt in to
to ti. C. de don. ante nup. & in l. cũ hic status. §. spõ
sus. & § si qs spõsum. & l. si sponsus. ff. de do. int. vi.
& vx & hoc si posteã sequatur mr̃imoniũ: sed si non
8 sequit, dic vt per Lud. in præall. consi. † Si verò res
prædictæ donãtur post contractũ matrimonium p
verba de pręsenti, debet distingui vt suprà, an illæ
res trãsmissæ sint magni valoris, vel parui, inspecta
qualitatẽ dotiũ, & qualitatis personæ, & viri. & hoc,
vbi est cõsuetudo, ꝙ non inducatur donatio, & põt
esse alia coniectura quàm donationis, vt in l. si cũ
aurum. ff. de solu cum similibus. Si enim consuetu
do esset in ciuitate, quod mariti antequam ducant
vxores ad domum propriam, mittant iocalia, & ve-
stes, & verecundia esset, si nõ mitteret, & redargue
9 retur ab omnib. tunc † quod maritus facit ob pu-
dorem verecundiæ, dicitur necessariò facere, vt in l.
pecuniæ. ff de ali. & ciba. & isto casu nõ videnť do
nata, qa vñr facta necessitate morũ, & in necessita
tib. nemo liberalis existit l. legatũ. ff. de adi. le. & hoc
bene firmat Pe. de Anch. in allegato consi. 181. vbi

Vu 2 enim

enim potest dari alia cōiectura, quam donationis, cessat præsumptio donationis, vt probat Alex. in 2. vol. cons. 86. in 1. col. & in cons. 167. in fi. Quartū, & ultimum caput est, q̄ si maritus postquam contractum fuit matrimonium per verba de præsenti, expresse donauit illas vestes, & iocalia, nec postea reperitur in morte viri reuocata, & tunc ista donatio, quæ inualida est, vt in l. 1. & pen. ff. de don. inter vir. & vxo. confirmatur morte, vt in l. cum hic
10 status. ff. eo. tit. † nam aliàs si non esset per mortē confirmata talis donatio facta vxori non traductæ in domum viri non valeret, sicut si esset traducta. multum egregiè consuluit Bartholomeus Soci. in consi. 123. incip. dominus labia mea &c. vbi multa. ad hoc allegat, vt ibi p eum, quæ omitto breuitatis causa. & per Alex. in 5. vol. cons. 42. in 4. col. etiam si donasset vir vxori modica iocalia non magni valoris respectu nobilitatis, & diuitiarum viri valeret, vt in l. si vir lanam. § penul. ff. eo. titu. & hoc firmat Alexan. in d. l. si vsusfructus. §. duo. ff. ad legem Falc. Ex quibus sequitur vna conclusio, quòd illa probatio facta in processu, quòd inter nobiles Capuanæ, & Nidi est consuetudo, quòd si maritus mittit vestes de serico, & iocalia vxori existenti in domo patris, vel fratris, & sic nō traducta ad domum q̄ nisi dicatur, q̄ illas mittit in cōmodatum, vel vt ornatior accedat, q̄ videntur donatæ, nisi mittātur per duos vel tres dies ante quam portentur in do-
11 mum viri, † q̄ talis consuetudo est contra ius, videlicet contra d. l. 1. & 2. & pen. ff. de donat. inter virū & vxor. An autem talis consuetudo valeat, non fuit dissensum hoc in consilio. Sed vr̄, q̄ non valeat: quia id quod non potest fieri per pactum, non pōt fieri per consuetudinem, si sumus in regula negatiua, secundùm Bald. in l. 2. col. 2. C. quæ sit longa consuetudo.

Et ideò dicebat Bald. in l. nēs. vlt. col. C. cōia de
12 successio. † q̄ qn̄ prohibitio iuris cōis importat necessitatem; non valet consuetudo contraria, sed dispositio iuris cōis expresse vult, q̄ donatio facta à viro vxori, per quam ipse efficitur pauperior, & vxor ipsa efficitur ditior, nō valet, vt in l. si sponsus sponsæ. §. pen. & fi. & §. concessa & nota. in c. donatio. in gl. 2. de dona. inter vir. & vxor. & sic per pactum non potest fieri talis donatio, ergo nec per
13 consuetudinē: † quia quicquid potest pactum, potest consuetudo, vt dicit gl. in rub. C. de decurio. lib. 10. & not. Io. de Imola in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matr. Et ideò dicebat Bal. q̄ consuetudo contra ius præsumitur inducta per errorem consuetudinantium, in c. sicut. de probationib. Et posito sine præiudicio veritatis q̄ consuetudo potest id, quòd pactum, & sic q̄ bona ista fuissent donata expresse, sine dubio intelligitur, nisi reuocetur, vel nisi morte non confirmetur, vt suprà dictum est. Et ideò bene ex his fuit determinatum in Cōsilio, q̄ vestes de serico inter nobiles Capuanæ & Nidi transmissæ post contractum matrimoniū per verba de præsenti vxori non traductæ sint donatæ, quia sunt ad
14 vsum nobilis mulieris, † ex quo nobiles mulieres vtuntur cōiter ad vsum quotidianum ista serica, licèt sit pretiosa, vt dicit tex. in l. emptori. ff. de euictionibus. Sed aurū in collario vel cathena, & canna, & maniliæ & gonnella de auro, anuli cum gemmis: quia sunt res magni valoris, & q̄ expresse debetur vxori, non valent, nisi morte confirmentur. Quid aūt de gōnellis de panno fino, certè videntur ad vsum datæ vxori: quia dictæ nobiles mulieres his vtuntur quotidiano vsu: sed in alijs personis serica vestimenta, & margaritæ, & purpura erunt res pretiosæ, vt in d. l. emptoris. iunctis dictis per Bal. de purpura, C. quæ res vendi. non possunt, in rub.
15 † Quid autem de lecto? tangit Bal. in d. l. pen. §.
a seruus ff. soluto matrimonio. a

Fuit in casu prędicto, quando non est dictum, q̄ vir donabat, conclusum q̄ in hoc multum versetur iudicis officium in considerando, quæ res sint pretiosæ, & quæ non, considerata qualitate personarū, & dotis quantitate, vt dicit gl. in l. si præsidi. C. de donat. ante nup. & not. in cap. & si quæstiones. de simo. & multa de hac qualitate personarum attendenda dixi post Bald. in cap. 1. ex quib. caus. feudū amitt. in 3. lib. suum feudorum.

ADDITIO.

a *Soluto matrimonio.*] Adde decisionem Cap. Thol. nu. 336. incip. item fuit quæsitum, vtrum muliere mortua. vbi plene de præsenti casu, ac etiam an muliere mortua possit maritus retinere vestes, quas fecit vxori. Adde q̄ vestes, donatæ vxori si excedunt fructus dotis, possunt in morte reuocari, ita Ange. in l. sicut. C. de donat. inter vir. & vxor. Bar. in l. pe. §. seruus. 1. col. sol. ma. Et an debeant habere vestes viduales ab hærede viri, tenet Ang. q̄ sic, in l. si vsusfructus §. dos legata. ad l. Fal. Inn. in c. peruenit. de emp. & vend. Bal. in l. fi. de bon. mater. Alex. in l. si ex re. §. 1. de stip. seruo. vbi dicit, quod debet ali ab hærede viri, si remansit in domo viri, & appellatione alimentorum veniunt vestes. Bal. in consi. incì. sicut vxor debet, nisi consuetudo aliter se hēet. Alex. vbi s. & Io. de Imo. in d. l. si ex re. §. 1. & melius per Alex. in d. l. si vsusfructus. §. dos legata, & in l. si is qui quadringenta, 6. col. ver. quid autem de vestimentis, & in tantum est verū quòd etiam si mulier fecisset supradictas vestes de suo, q̄ debent sibi satisfieri ab herede viri, & hoc tam de honestate, quàm de eo consuetudine generali, ita Io. de Imo. in l. pen. §. 1. vlt. còl. ff. sol. mat. & consuluit Cap. cons. 135. incip. in nomine domini, cum vilo circa tertium. & melius Bal. in marg. in verbo. Maritus de suis proprijs quia sunt appendices luctus, & quia expensæ funeris, & quia in seruitio viri esse videntur. ita Bal. ibi, & consuluit idem Bal. cons. 224. in restitutione dotis 1. vol. vers. super tertio. vbi etiam in versic. 5. & vers. super quinto dixit, quod consuetudo est, vxorem vestiri tempore luctus per heredem pannis viduitatis, & dicta consuetudo est seruanda, per l. venditor. §. si constat, communi. prædio. & Bald. in c. 1. quo tempore miles. Tho. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXV:

1 *Vestes alieq; res tradita sponsæ, dum est in domo patris, facta per sponsum an censeantur donata, & traditur communis opinio, quod pretiosæ personis nobilibus videtur donata, quia ad vsum quotidianum, secus in alijs.*

2 *Cosam pleni pannis datis à patre filiæ an censeantur similiter donati.*

3 *Legatum factum à marito, quod eius vxor vestiatur pānis nigris qualiter intelligatur, quòd secundum qualitatem personarum, an quando vxor nubet, debet illa restituere hæredibus mariti.*

Donatio

4 *Donatio facta sponsæ per verba de futuro, an morte confirmetur, quod valeat à præsenti, secus si fieret per verba de præsenti, quia intuitu matrimonij, propè cõtrahendi, & vnicus actus censeretur, igitur non valet.*
5 *Donatio facta à marito vxori an morte cõfirmetur, quod sic nisi fuisset facta reuocatio nõ solum expressa, sed etiã tacita per ipsum virum per negationem donationis, vel si vxor procurasset deinde maritum vulnerari.*
6 *Ad hoc vt donatio cum iuramento valeat inter maritũ & vxorẽ, oportet quòd donatarius superuiuat donãti secundũ Decium. Aymo contra, cuius opinio præualuit.*

Circa primũ, & secundum caput huius decis. an res donatæ vxori per verba de præsenti, dum est in domo patris, sactæ per virum eo mortuo sint ipsius, vel heredum quondã mariti. Adde quod Lucas à Pen. in l. mulieres, de incol. lib.
1 10. affirmat † indistinctè has vestes esse mulieris. Corn. verò in cons. 65. cõsuluit. 3. vol. & melius & latius in cons. 81. prædictis consultationis. 1. volum. de directo nulla habita distin. ao vestes, vel res sint magni valoris, etiã quòd fuissent transmissæ à viris illustribus, prout erat in casu, in quo ipse consuluit, concludit esse hæredum viri, & si dum transmitterentur, fuissent prolata verba aliqua donationum, quia dicta verba censentur secundum eum potius esse causa verecundiæ, & honoris siue iactantiæ quam animo donandi, vbi etiam docet qualiter fiat hæc repetitio dictorum bonorum, citatque Ancha. in cons. 181. in prædictis, cum quo videtur conuenire Antonius de Bu. in cons. 38. Iesu Christi. col. 2. & Card in cõs. 43. dico. Alex. verò in l. si is qui quadraginta. §. si. ff. ad leg. fal. affirmat quando sumus in dubio, & quando non apparet, quod velint donare, in puncto iuris etiam vestes minimas non censeri donatas, licet in contrarium testetur esse communem opini. circa istas vestes, siue res minimas pauco tempore duraturas, sed in cons. 42. in causa 5. vol. affirmat. Iocalia, anulos, aliave preciosa censeri donatos, & donata magis personis, & proceribus, nam ipsa habent ad vsus quotidianos, cum quo videtur conuenire Soc. iunior in cons. 139. in secunda parte. dicens has res videri accomodatas mulieri nobili ad vsum necessarium, à quibus etiam non videtur dissentire Barba. in cons. 60. col. 15. in ver. & circa aliud dubium 3. vol. & Cassa. in cons. [illegible] Burg. des droitex, Rubr. 4. fol. 152. num. 6. cui cæteros id sequentes adducit, de quibus etiam per Bertra. in cons. 205. vol. 1. 309. vol. 1. 268. vol. 3. sed latè per Lupum in repe. Rub. do donat. inter virum & vxo. fol. 5. vsque 11. Ias. in cons. 65. vol. 1. 297. vol. 2. & Capra in cons. 95. & communis videtur esse cum Affl. hic, quod preciosæ personis nobilibus, magnatibus, & dominis videãtur donata, nam eis illa ad vsum quotidianum tanquam corredum à corredendo, in cæterisque personis minime nobilibus preciosæ non censeri donatas, nisi contrarium potuisset demonstrari etiam coniecturis. vt infra & ita fortè posset procedere opinio Corne. [illegible] aliorũ, vt infra & secundum prædicta refert fuisse iudicatum do. Ross. in cons. 41. vbi & amplo stilo tangit hanc quæstionem, & attestatur hanc fore consuetudinem inter Capuanam, & Nidam, & secundum hæc etiam ista h[illegible] ergo in facto, primò in mag. cu. Vicariæ, & mox in sac[illegible] cõsilio in quadã causa vertente inter quendã Mag. Alfonũ Cantelmũ & Ioan. Bapti. de Cioffo anno 1554. Com. D. Io. Thomas de Minadois, Actuarius E. Thomas Palomba. de cofanis verò
2 plenis pannis consignatis † à patre filiæ suæ an censeantur donati, vt pars dotis, & qualiter repetantur declarat Io. de
3 Ana. in cons. 36. circa primũ, & de legato facto † vxori, quod vestiatur post mortẽ viri pannis nigris, quod intelligatur secũdum qualitatem personæ, & ibi de lecto ponit Ful. in cons. 27. proposita, & quod si nubat, an debeant prædicta restitui, seu cõsignari hæredib. viri Bal. omnino in cons. 478. quædam fæmina. 5. vol. Cap. Tol. 541. Bertra. in cons. 304. nume. 3. vol. 3.
4 Circa tertium, quòd valeat donatio † facta sponsæ, intelligas quando fuisset sponsa per verba de futuro, secus si per verba de præsenti, prout sic consuluisse reperio Soc. in consi. 223. supra scripti. 1. volum. vbi attestatur hanc esse communem opi. videturque conuenire Luc. à Pen. d. l. mulieres. col. 4. in ver. circa primum. hoc ratione vicinitatis matrimonij, & sponsaliorum, nam vnicus actus quodammodo censetur, affirmat Ange. in consi. 145. geocr. & Romanus in consi.
5 Circa quartum, quòd † quando fuisset expressè facta donatio, morte cõfirmaretur Anch. in d. cons. 181. in prædicta, quod oportet secundum eum, quod expresse fiat donatio, & sic conuenit cũ Cor. in d. cons. 81. 1. uol. sed tu intelligas, si placet secundũ superius citata, & distincta de reb. preciosis, & non preciosis secundum qualitatem personarum cẽseri factã donationem etiam ex coniecturis [illegible] & 2. dubio. cæterum prædicta intelligerem, nisi fuisset facta reuocatio huiusmodi donationis ab ipso uiro in uita, quam reuocationem potuisse fieri ab isto uiro etiam tacitè puto non solum expresse. s. quando maritus ipse in uita negasset dicta bona donasse, sicut prædicta notabiliter voluit Spe. in tit. de do. inter vi. & vxo. in ver. item pone, & est tex. l. si maritus. la ij. C. de don. inter vi. & vxo. & ibi Bal vel quia forte mulier post dictam donationem tacitam transmissionis bonorum procurauit necem viri, & illum ab aliquo percuti, vel vulnerari secundum Boer. in deci. 262. & dicit nu. 2. vbi etiam decidit pulchrum casum de clerico, qui fecit interficere maritum alicuius malæ mulieris, & vt ipsam haberet in coniugem, quod non gaudet priuilegio clericali, sed vt homicida suspenditur, & quod oporteat donatarium in prædictis superuiuere donatori, vt donatio prædicta valeat inter coniuges, tex. l. marito. & ibi omnes, C. eo. de dona. inter vir. & vxo. Dec. in cons. 140. 536. 559. Aym. in cons. 102. qui ex diametro tenet contra Dec. in dictis cõsilijs, donationem prædictam inter maritum, & vxorem ratione iuramenti validam incontinenti morte alterius non expectata, secundum quam opinionem audio iudicatum in cons. & in magna curia Vicariæ, vt no. supra in dec. 102. & vide cum istis Boe. in dec. 91. & videtur. nu. 6. de validitate donationis inter maritum, & vxorem. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCXVI.

De interesse propter moram solutionis in termino.

SVMMARIVM.

1 *Dies expressa inscripta interpellat.*
2 *Interesse nullo probato, ad interesse nemo tenetur.*
3 *Procurator non ostendens mandatum an possit conuentum in mora constituere.*
4 *Reus in extraiudicialibus non tenetur excipere de mandato, sed actor ostendere.*
Reus in mora quando non constituatur.
5 *Actor, qui elegit in iudicio se velle pretium rei, quid debeat agere.*
Pretio rei probando, quid non sufficiat.
6 *Considerando breuis temporis ad rei pretium probandum non sufficit.*
Cautela Bar. ad articulandum pretia rerum.
7 *Aestimatio rerum venalium non debet inspici, nisi vt in loco publici fori venduntur.*
8 *Locus destinatæ solutionis non probat, quantum res valuerit.*

Galiotus de Mirabilis petiit à Comite Troiæ currus sex de frumento, quos sibi mutuauit, & quia in die statuta nõ fuerũt sibi restituti, petiit interesse, quanti plurimi valuit d. frumentũ. Et quia nõ est dubiũ super frumento restituendo, sed super d. interesse. An dictus Comes teneatur ad dictũ inte-
1 resse. † Et dicitur pro parte d. actoris, quod sibi debet interesse, quia d. conuentus fuit in mora soluendi d. frumentum in die conuenta, ista n. dies expressa

inscripta interpellat ipsum Comitem. l. magnam. C. de contrah. & commit. stip. l. 2. C. de iure emphy. c. si de locato. l. quoties in diem. ff. de ver. obl. no. in l. vinum. ff. si cer. pet. & ideo debetur sibi interesse, quanti plurimi valuit frumentum a tpe dictæ moræ usq; ad sniam, secundu Bar. & alios in l. vinum. præallegata. dum allegat l. in hac. ff. de condi. tritica. quia tm sibi interest, si habuisset frumetu in tpe statuto, vt bene declarat ibi Bar.
2 † In contrariu allegatur, q dictus comes non tenetur ad aliquod interesse; qa nullu interesse est probatu. Nam solutio d. frumenti facienda erat in ciuitate Manfredoniæ. Et sic extra domicilium actoris, qui habitat Fogiæ. Et extra domicilium rei, qui habitat hic Neapoli, ad hoc, vt reus dicatur i mora costitutus per lapsum diei oportet, q actor probet, q die destinatæ solutionis fuerit in loco illo paratus recipere solutionem, tex. est in l. arbiter, qui Calendis, ff. de arbi. & tenet Bar. in l. itẽ illa. ff. de consti. pecu. in vers. eadẽ rõne quæro &c. qui subdit, q hoc non probato per actorem remanet obligatio, ac si debitu cotractum esset sine adiectione diei. Et opus est interpellatione, vt in mora constituatur reus cum ergo prædicta non sunt probata, igitur &c.

Pro parte dicti actoris replicatur, q ipse per suu procuratorem post tps conuentum interpellauit ipsum comitẽ, vt solueret dictu frumentu, vt apparet per quandam scripturam factam per manus notarij licet dicta scriptura nulla faciat fidem, iuxta constitutionem Regni, instrorum robur.
3 † Tn pro parte dicti conuenti respondebatur, q nundum ille assertus procurator ostendit suum mandatum, & ideo non potuit dictum conuentum constituisse in mora, vt in l. si quis inficiatus. ff depositi, & l. nomen. C. quæ res pig. [illegible] & not. Bar. in d. l. si quis inficiatus, & in l. non solum, §. morte, 11. col. in versic, sed an gestor. ff. de oper. nou. nun. bene facit tex. in Clem. causam, de elec.
4 † Et est ratio, quia in extraiudicialibus reus non tenetur excipere de mandato, sed actor debet ostendere, secundu Bal. in rub. C. depositi. Præterea, & secundo, ad hoc vt debitor constituatur in mora per interpellationẽ, oportet q actor in interpellatione ipsa exprimat diem, in qua vult recipere solutionem, aliàs reus constituatur in mora, tex. est in l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam, & in l. fi. C. de iure dotium, quæ iura allegat Alex. in 5. vol. consi. 90. circa fi. Imò non solum diem sed specificum locum secundùm Bar. in l. cum filius. §. ff. de verb. obl. quia non est probatum hoc fuisse dictum, & sic non potuit conuentus constitui in mora per dictam ineptam interpellationem.
5 † Præterea, & tertio dictus actor elegit in iudicio se velle pretium dicti frumenti, prout valebit vltima die mensis Martij. Et non fuit articulatum, nec probatum, quantum valuit frumentum illa die publicè in foro, meritò non potest conuentus condemnari, nisi ad frumentum, & non ad interesse. Et propterea Ang. post Bar. in l. pretia rerum, ff. ad l. Fal. dicit not. q ad probandum verum pretium rei no sufficit probare, q tali die talis mercatia sic fuit
6 empta, & vendita in foro publ. † quia non debet fieri consideratio tam breuis tpis, sed casus artici lorum, vt ad tps instantaneum non se astringat, sed dicat, q coiter valuit tm tali tpe antè, & pòst, & idẽ Ang. dicit in l. in lege Falc. hoc est obseruandum. §. 1. ff. ad l. Falc. & hr in l. 2. in fi. C. de rescin. vend. & per Bar. in l. si seruus. in prin. ff. de cond. furt. Item debet probari, q in foro publico tm vendebatur, ita q non sufficit probare, q à singulis sic vẽditur vt dicit Floria. de Sancto Petro in l. si seruus seruu, ff. ad l. Aquiliá, sed primitus hoc voluit Bart. in l. se-
7 ptem. C. de erog. mil. anno. lib. 12. vbi dicit: † Nota hic casum expressum, q quantum frumẽtum valet, vel aliæ res venales, nunquam debet inspici, nisi in loco publici fori, & quantum ibi vendi potuisset. Vnde si potest vendi multò plus, vel multò minus extra forum, non debemus illud inspicere, sed æstimationem semper considerare debemus secundùm locum publici fori, & vltra Bar. Allego tex. in c. 1. ibi, quem in mercato. de emp. & vend. & voluit Ant. de But. in c. cum causam, in vers. ad secundum demum &c. de emp. & vend. & sentit Bar. in d. l. pre-
8 tia rerum. Et tantò magis: † quia no probatur, quantum valuit frumẽtum in loco destinatæ solutionis, nec est in consideratione, si in alio loco valuit carius; quia dicit Bal. in l. fi. §. fi. C. de admin. tuto. per illum tex. q tutor non mittẽs frumentum, vel alias merces pupilli ad alium locum, vbi carius venditur, non tenetur de isto lucro siue interesse. Quare fuit votatum per totum Consilium dictis rationibus & iuribus consideratis: quòd dictus comes absoluatur ab impetitione dicti interesse petiti, quanti plurimi valuit.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXVI.

1 *Quando consignatio alicuius quantitatis est facienda extra domicilium rei, & actoris certa die, oportet, quod actor illa die se præsentet ad illam quantitatem recipiendam, aliàs reus non diceretur esse in mora, quod amplia etiam pœna legis si quis maior. C. de trans.*

2 *Species in dubio intelligitur consignari, vbi reperitur, quando non fuisset facta mentio loci consignationis.*

3 *Ad constituendum debitorem frumenti in mora oportet creditorem accedere in domo debitoris tidie [illegible].*

4 *Quando aliquis promittit ratificari facere aliquẽ aliquod instrumentum in aliquo loco, an instrumenta illa aliarum promissionis [illegible] liquida in tantum, quod possint præsentari secundum formam ritus, quod non nisi actor doceat per publica documenta, sed illa die fuisse præsto in loco ad recipiendam ratificationem.*

5 *An quando ista non fuissent obseruata, opus sit noua citatione, & nouo iudicio.*

6 *Quando dies interpellat pro homine, remissiue ibi de aduentu diei incerti.*

QVando solutio, vel consignatio fuit facienda extra domicilium rei, & actoris in aliquo loco, ad hoc vt
1 constituat debitorem in mora, oportet die statuto se præsentare in loco solutionis seu consignationis faciendæ, vt constituat debitorem in mora, hæc victima declarat Are. in [illegible] actio. in §. præterea. [illegible] Alex. in [illegible] col. 3. in ver. alia ratione [illegible] vol. [illegible] doctrinam Bar. in l. si reus [illegible] de proc. [illegible] contrarium

rium, ff. quòd reum tempore statuto debeat cōparere in loco destinatæ consignationis, & ibi se debeat præsentare, quòd
2 hoc nō sit necessarium nisi † dumtaxat ad cautelam, vbi & concludit, h[illegible] reum non incidere in pœnam legis, si quis maior, C. de [illegible]ans. quod & affirmat in cons. 41. visis. 4. vol. & in consi. 91. 7. vol. nu. 5. v[illegible] tuam tradidit, quod maritus nō tenetur mittere pro medico extra ciuitatem pro curanda vxore, de quib. & plurimę conuenit Dec. in cons. 566. prę-
3 misi. vbi etiā declarat † quòd species in dubio intelligitur promissa consignari in loco, in quo reperitur, quando de loco non fuisset expressum, & per Cap. Tol. 405. Com. in cōs. 79. vol. 3. in fi. & oia Soc. Iun. in consi. 136. in 2. par. qui plus voluit, quod ad constituendum debitorem frumenti in mo-
4 ra, quod necesse sit † creditorem ipsum accedere cum sacco in domo debitoris. citat Pan. de Cast. in d. l. item illa. in fi. ff. de const. pecu. vltra tex. l. non vsquā, §. 1. ff. de eo quod cer. loco. qui decidit, alternatiuam locorum esse in electione creditoris, quia semper debitor variaret: declarat etiam Hyp. in sing. 523. quod quando fuisset promissio solutionis faciendæ in tali vel tali loco, quòd debitor nusquam constituitur in mora, nisi prius facta loci electione illo, vel illo: habetur etiam de his per Capi. in dec. 19. & per Pari. in cons. 5. visis. nu. 47. 4. vol. vbi declarat casum de illo, qui promisit aliquē ratificari facere in aliquo loco aliquem cōtractum, vt supra & per hęc quotidie in praxi viget in magna curia Vicariæ, cum præsentatur de prædictis instrum secundū formam ritus huiusmodi consignationis faciēdæ frumenti, vel alicuius rei in aliquo loco tali die, extra th. domiciliū actoris, & rei, vt supra quòd nisi actor ipse ostendat per publica documēta illa die fuisse præsto in loco destinatæ solutionis ad recipiendum consignationem faciēdam, quod non dicatur debitor in mora constitutus, & per consequens non poterit contra reum instrumentum ipsum secundum formam ritus tanquam liquidum præsentari, igitur curia ipsa magna decernit causam ipsam ordinariè agi debere, sicut vidi iudicari in pluribus causis, & item alias in causa Annibalis de Alexio cum Laurentio Fed. Florentino [illegible] actuarius in
5 ipsa magna curia Apicella in anno 1542. quod videtur procedere, etiam si † actor ipse iterum voluisset reum interpellare, vt veniam ad locum, quia se offert nunc paratum recipere consignationem, prout videtur voluisse Bart. in d. l. item illa. in verbo. quid ergo erit postea, vbi dicit, quod quando actor non venit die statuta in loco, videtur illam instantiam remisisse, & morā, & opus iudicium propterea necessariam, sentit ista Soc. in consi. 180. diligēter in 2. dubitatione, in 2. vol. vbi pro his citat tex. l. si pecuniæ fœnebris, ff. de vsu. & facit text. l. & post edictū. ff. de iud. vbi Soc. inter alia secutus fuit illam opi. quam tenuit contra quendam doctorem, quod aduersus diei [illegible] constituere debitorē
6 in mora. † audio vltra hunc casum de quo supra fuisse etiā in facto, & in quadam cā hoium, & vni Petre Pertolæ cum quibusdam creditorib. casus est actuarius Tholomeus, æstimatio frumenti non dari in tempore, qualiter fiæ no. Boc. in decis. nu. 6. in mora qualiter [illegible], quando dies interpellat, p homine, no. plene Iaf. in l. si ex legati causa. ff. de verb. obl. Dec. in consi. [illegible] Cast. in cōtiue. Burg. fol. 200. Pari. in consi. 87. Inhęrendo 4. vol. nu. 19. vbi aliqua de interesse in causa appellationis; sed ample per Plotū repl. si quando. C. vnde vi. nu. 182. qui assignat [illegible] in quib. debitor ad interesse non sit obnoxius, [illegible] A[illegible] nostrum in hac decis. quem vide. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCXVII.

De tabellionibus, & notario attestante commissionem à iudice sibi factam super testium receptione.

SVMMARIVM.

1 *Notarius causæ non potest sibiipsi commissionē scribere.*
2 *Notarius causæ an possit sibi scribere vnius articuli commissionem.*
Notario attestanti commissionem sibi à iudice ordinario factam per receptione testium an credendum.
3 *Notario non creditur de officio sibi coniunctio. Commissio debet per notarium scribi, non per eundem, cui commissum est.*
4 *Notario attestanti factum de præterito non creditur.*
Notarius non potest facere actum publicum, nisi prorogatus à partibus.
5 *Notarius sine iudicis cōmissione nō potest testes recipere.*

IN causa cuiusdam legati petiti per monasterium S. Ioannis ad Carbonariam, nunc intra mœnia ciuitatis Neapolis, & Illustrem Commissiam Casertæ fuit dubitatum in sacro consilio super certa examinatione testium præsentata per procuratorem
1 dicti monasterij † quę examinatio facta fuit per quendam notarium in ciuitate Mediolani, & potestas Mediolani, cui per sacrum consilium cōmissa fuit examinatio testium, attestatur illū fuisse notarium curiæ non tñ apparet præfati iudicis ordinarij commissio facta notario, qui examinauit testes. Sed ipse notarius attestatur, & per potestatē Mediolani fuit sibi cōmissa dicta receptio testiū. An dictæ testes faciant fidem. Prima facie dicerem, q̄ faciunt
2 fidem: quia dicit Bar. in l. ex sententia. ff. de testam. tutel. † quòd notarius causæ potest sibi scribere commissionem vnius articuli in vna causa, & hoc etiā tenet Ang. in l. sciendum. in prin. ff. de verb. obl. & Sali. in auth. apud eloquentissimum, tenet opin. Bar. in notario actorum. C. de fi. instru. Contrarium fuit conclusum per totum Consiliū, quòd non creditur notario attestanti sibi fuisse commissum per iudicem ordinarium super commissione sibi facta super receptione testium, vt expressè dicit Hosti. quem refert & sequitur Abb. Sic. in c. quoniam contra, in col. 17. ver. 3. not. de prob. Idem in effectu dicunt ibi Io. And. & Ant. de But. in 3. col. & dicit Bal. in l. iurisrandi, col. 3. versi, quęro, vni testi & c. C. de testibus,
3 † quòd notario non creditur de officio sibi iniuncto, vt quia dicit, ego talis tabellio ex commissione mihi facta à iudice examinaui tales testes. Nam cōmissio debet per alium notarium scribi, & non per ipsum eundem, alleg. Host. & Io. And. vbi supra. Et idem Bal. in l. iudices, C. de fi. instru. dicens, quòd distinctio Bar. in d. l. ex sententia. non est vera, et ibi per eum. Et idem dicit Io. And. in mercu. in c. cum quid. de reg. iur. in 6. Item, quia notarius attestando, quòd iudex commisit sibi receptionem testium, attestatur factum de præterito.
4 † Et ideo non creditur sibi, vt dicunt Inn. & Ioan. And. in d. c. quoniam contra & doct. in d. l. sciendū. Item, quia notarius non pōt facere actū publicū, nisi sit rogatus à partibus vt in auth. de tabel. §. nos autem, quòd talis notarius non dicit se fuisse rogatum à partibus, quando iudex, vt asseritur, per notarium prædictum commisit sibi receptionem testium, ideo non creditur sibi et personę publicę, &
5 faciunt aliæ rationes, vt per Bal. in l. iudices. † quia sine iudicis commissione non potest testes recipere, secundum Bal. in l. 2. C. de eden. & in l. hac consultissima. §. si quis. C. de testam. cum similibus, & hanc partem contra Bar. tenuit Alex. in 2. vol. cons. 212. incip. viso & opportunè discusso & c.

ANNO-

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXVII.

1 *Notario attestanti de commissione ei facta examinandi testes an credatur.*

2 *Consultor, & mater actorum an possint allegari suspecti solo verbo, alias iuramento, & si non obstante suspitione procedatur in causa, an acta nulla, in quibus notarius possit sibi acta conficere in sui personam.*

3 *Partes an possint conuenire, quod testes examinentur sine commissione.*

4 *Notario an credatur de suo sensu corporis in eo, quod deponit vinum amarum, quia gustauit &c.*

1 QVòd notario attestanti † de commissione ei facta te
stes examinandi non credatur, no. Alexand. in consi.
104. circa primum dubium. 5. vol. vbi etiam cômu-
nem opi. ita se habere, & quod notarius mater actorem, &
2 † consultor possunt allegari suspecti solo iuso, & si non ob-
stante suspitione allegata procedant acta nulla, & istud, ꝙ
notarius non valeat sibi ipsi commissionem scribere, vt et
credatur, tenent Are. in côs. 33. côsultatio. col. 2. circa med.
Gui. Papa dec. 126. an in hac câ Fel. in c. qm̄ contra falsam,
nu. 41. idem Bal. in d. l. iurisiurãdi. in verbo quæro vni. C. de
testi. Dec. in cons. 42. & pro facultate. col. 2. nu. 4. vbi limi-
tat prædicta octo modis, in quib. notarius valet actus pro-
prios in sui personam conficere, & in prædictis ita soluat
opinionem Bart. in d. l. ex sententia. comprobat idem Dec.
in cons. 159. casus, nu. 6. vbi etiam attestatur communė ita
se habere, notarium non posse commissionem examinandi
testes sibi ipsi inscribere. Bert. in cons. 4. 250. 178. 1. vol.
Ias. in cons. 155. nu. 5. vol. 4. an quib. quando plures notarij
haberi non possunt, an hæc militent, quod non, sed an
3 † partes valeant facere, ꝙ testes examinentur sine commis
sione. Cot. in verbo notarius non pôt, qui concludit, quòd
non, & vide etiam cum istis Capi. in deci. 54. Capi. Tholo.
196. sed iuxta ista quæritur, an notario attestanti de suo sen
su corporis credatur, quia forte dicit vinum amarum, quia
gustauit. Fel. in c. cum causam. lo 3, nu. 9. quod non ex test.
sed bene eidem creditur, vt testi. iuxt. tex. l. Domitius La
beo. de testa. vt ibi per ipsum &c. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCXVIII.

De fideiussore indemnitatis, qui sine excussione principalis condemnatur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio indemnitatis contra debitorem an obstet.*

2 *Fideiussor indemnitatis conueniri non potest, nisi excusso principali.*

3 *Discussio nô requiritur si debitor notorie non est soluẽdo.*

4 *Paupertatem debitoris sufficit esse notoriam, licèt ex processu non sit.*

IN causa introducta in sacro Consilio inter Adesf
sum de Amato de Castigliono actorem ex vna, &
1 Bernardinum de Mandria, fuit dubitatum, † verũ
côtra ipsum agentem obstet exceptio discusionis
opposita per dictum Bernardinum. Et ut dubium
aperiatur, ponam factum. Dictus actor dicit in sua
supplicatione, dictũ Bernardinum esse suũ debito-
rem in ducatis 40. pro pretio vnius muli petie sibi
iustitiã fieri, probat per testes idoneos dicentes, ꝙ
Bernardinus prædictus promisit, ꝙ si Illustris Pe-
trus de Viuara magnus senescallus non solueret d.
pretium d. muli, ꝙ solueret ipse Bernardinus d. pre
tium d. Adesso, & sic vẽ, ꝙ dictus Bernardinus sit fi-
2 deiussor indemnitatis: † quo casu non pôt agi con-
tra fideiussorẽ istũ, nisi prius excusso principali, per
tex. in l. 1. C. de conue. fi. debitorib. lib. 10. & voluit
hoc Ang. in l. si. ff. si cer. pet & Bal. & Saly. in l. si pro
eadẽ C. manda. & Bal. in l. 1. C. de reuo. his, quæ in
fran. cred. & Bar. in l. quæro ff. loca. & ibi per Alex.
etiã post. vbi dicit, ꝙ nunc non facta excusioone dẽ
agere hac actione, secundùm Ang. in d. l. fi. Ad hoc
respondebatur pro parte d. Adesi, ꝙ notorium est,
ꝙ dictus quondã magnus senescallus fuit tanquam
rebellis Regis Ferdinandi Primi exulatus & desti-
3 tutus omnib. bonis suis & oîbus feudis † & sic no-
toriè est non soluendo, ideò non requiritur dicta
discusio, vt voluit Bar. in d. l. si. & l. decem. ff. de ver.
obl. & ibidem per alios scribentes, & istud notoriũ
sufficit fuisse allegatum, vt no. in Clem. appellanti,
de appel. quia est subiectum oculis S C. & ad hoc fa
cit l. si irruptione. ff. fam. erc. sufficit. n. factum fuis
4 se notorium, † licèt iudici ex processu non sit no
torium, secundùm Inn. in c. tua. de cohabi. cle. &
mulie. & voluerunt Dñi de Rota in decisionibus an
tiquis, in tit. de fi. instru. dec. vlt. char. 44. in paruo
vol. Et ideò per omnes Consiliarios fuit votatum,
ꝙ attento ꝙ notorium facti permanentis est, ꝙ nec
dictus quondam magnus Senescallus, nec alius pro
eo est soluendo, quòd cessat dicta exceptio & defen
sio excusionis, & sic per sententiam S C. fuit con-
firmata prima snĩa, per quã condemnabatur d. Ber-
nardinus conuentus ad dictum pretium d. muli.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXVIII.

1 *Fideiussor indemnitatis dicitur, qui promittit soluere illud quod ab alio seruari, vel haberi non potest, & non conuenitur nisi excusso principali, tenetur ad sortem, vsuras, & iudicium motum in se suscipere, & quid de iure consti. regni.*

2 *Discussio de principali est facienda, priusquam deueniatur ad fideiussorem, nisi se fecit principalem debitorem cum iuramento.*

3 *Quando aliquis promittit aliquem exigibilem, alias de suo soluere.*

4 *Quando damnum venit culpa illius qui habet indemnitatem, an fideiussor sit liberatus.*

5 *Quando principalis fuisset notoriè non soluendo, tunc excussio cessat, & quod si bona deuenissent ad fiscum debitoris principalis, an contra fiscum fiat discussio primo, itẽ qualiter discussio sit facienda, an satis sit dicere, ista bona sunt, & non alia, qui dicit contrarium ostendat.*

FIdeiussor indemnitatis non côuenitur nisi excusso prin
cipali debitore, & quod tantum sit promittere soluere
5 pro aliquo, quantum indemnitatem promittere. † decla-
tat Bart. in l. quæro. ff. locati. vbi plus voluit, fideiussorem
hunc indemnitatis non solum esse obligatum ad sortem
principalem, sed ad interesse, & ad vsuras, & iudicium con-
tra reum motum in se suscipere, tex. idem Bar. in l. pater. ff.
de dote præla. declarat Alex. in cons. 32. in cã. nu. 1. vol. 4. &
in cons. 29. nu. 21. vol. 7. Hyp. in rep. Rub. de fideiu. col. 33.
Cot. in verbo fideiussor. qui dicit, quod etiã quod iurasset,
non

2 non tollitur ista discussio nisi faceret se principalem † debi
torem. idem Alex in d. cons. 32. vol. 4. circa fi. Curt. Sen. in
cons. 6. nisi fuisset verbum renunciauit &c. contra quæ dicit
Gui. Pap. in decis. 570. dominus, quæ etiam admittuntur,
quando aliquis promisisset quem exigibilem, aliàs de suo
3 soluere † secondum Hier. Gratū in cons. 14. 1. vol. Cur. iun.
in cons. 36. 1. vol. & sont ista intelligenda, nisi culpa huius
4 habentis † hanc promissionem indemnitatis damna huius-
modi, & interesse contingerent. l. mercis. §. culpæ. ff. loca-
ti. Soc. in cons. 70. 3. vol. cū alijs adductis supra in dec. 130.
verū nota, quia hodie ista exceptio discussionis cessat per
consti. regni. si ciuiliter agens, secundum hunc meum Affl.
in d. loco 1. col. quem vide nu. 7. qui dicit, quod in vtroque
proceditur, & mox habetur ratio in fine d. expositionis di-
scussionis, & insuper de eo quod hic notatur, quòd quando
5 debitor principalis † fuisset notorie nō soluendo; quia for
tè bona ipsius fuissent publicata ex aliquo delicto, ꝙ possit
agi contra hunc fideiussorem non facta discussione, hoc sa-
ne intelligendum puto nō facta discussione contra ipsum
debitorem principalem, secus contra fiscum, ad quem bo-
na ipsa peruenerunt, & de facili posset cōueniri secūdom si
gnata supra in dec. 88. voluit Ias. in l. fi. in pe. col. ff. si cert.
pet. qui dicit communem esse contra Bar. ibi; qui voluit cō-
trarium, quę omnia refert, quod sequitur Nicos. in trac. de
pig. in 1. memb. 8. par. nu. 15. fol. 190. vbi tradidit amplam
materiā post alios scrib. cum ampliationib. & limitationi-
bus in quibus habeat locum discussio, & in quib. non & vi-
de etiam infra in deci 385. & de discussione facienda suo
periculo, Ioan. Andr. cons. 60. de modo verò faciendi hanc
6 † discussionem an sat sit dicere creditori, debitoré non esse
soloēdo, & nulla bona ipsius reperiri, vt possit ꝓinde deue
niri ad fideiussores, hoc declarat Ias. post Scrib. in l. q decē.
in prin. de ver. obl. idem in l. fi. §. licentia. C. de iu. delib. &
concludit, & sic, concurrente aliquali coniectura pro credi
tore, ita se habere veritatem negotij, alias non, conuenit
Cur. Sen. in consi. 27. Magnificus. col. 8. circa medium, & in-
fra in deci. 337. qualiter dicatur aliquid notorium, declarat
Ias. in l fideiussor. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog.
Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCXIX.

De acceptilationibus, & de promissione generalis liberationis.

SVMMARIVM.

1 *Quietatio generalis promissa nō intelligitur nisi super his de quibus est facta mentio.*
2 *Clausula de generaliter quietando in materia diuisionis, ad quæ restringitur.*
3 *Verba generalia debent intelligi.*
Contrahentes quid cauere debeant.
Clausula generalis à nulla regitur lege.
4 *Generalitas verborum in dubia semper attendenda.*
5 *Præcedentes actus declarant sequentes.*
Animus contrahentium ex his sequuta sunt declaratur.
6 *Petitio rationis gabellarum venit in generali quietatione promissa.*
Exceptio firmat regulam præterquam in exceptionis.
7 *Intellectus ad l. si hæreditate. ff. de hæreditate, vel act. vend.*
Multa transeunt cum vniuersitate, quæ aliàs non transirent.
8 *Debita contrahētium in generali locatione de reseruatione debitorum, & creditorum, non veniunt.*
9 *Promissio de defendendo, nō intelligitur contra seipsum.*
10 *Remissio debiti pro solutione habetur.*
11 *Gratia principis per scripturam probari debet, nec de ea habetur ratio, licet per testes probetur.*
Casus, in quo magis scriptura, quam testibus datur.
12 *Scriptura ad probandum mandatum requiritur.*
13 *Remissio vni ex reis debend. facta, prodest alteri.*
Bartolus in iudicijs est magnæ charitatis.
14 *Reus debendi obligatus ex causa onerosa totum debitum soluens repetit partem à correo.*

QVondam Stephanus, & Antonius Precarij de Neap. fratres, fuerunt socij omniū bonorū & plories arrēdauerūt Regias Gabellas ciuitatis Neapo. mortuo d. Stephano superstite Nardo eius filio & hærede oriuntur cōtentiones inter dictū Antonium, & Nardum, tam super diuisione bonorum omnium, & fructibus, quàm super redditione rationum gabellarum arrendatarum pro temporibus præteritis, & super dotibus matris, & nouercæ dicti Nardi, & datis libellis conuentionis, & reconuentionis in Regia camera summariç, & lite contestata, & dato termino ad probandum: tandem publico instrō mediante dictus Ant. & Nardus conuenerūt diuisionem facere bonorum stabilium, & animalium deductis prius dictis dotibus matris, & nouercæ dicti Nardi, & vxoris dicti Antonij, & omnia debita, & credita sint cōia. Et in eodē instrō cautum est, ꝙ dictæ partes promiserunt adinuicem se generaliter quictare de omnibus debitis à totis retroactis temporibus vsque ad præsentem diem, & subditur, qua quidem diuisione facta, vt prædicitur, & partibus receptis secundum ipsam diuisionem faciendam per easdem partes, & quælibet ipsarum promiserunt, & conuenerunt partes ipsæ inter ipsas facere, & fieri facere cautelas necessarias, & opportunas cum omnibus clausulis necessarijs, & opportunis, & seipsas adinuicem quictare à totis retroactis temporibus &c. Deinum facta diuisione bonorum, & non facta adinuicem generali quietatione moritur dictus Antonius superstitibus sibi Nicolao, & Alphonso eius filijs, & hæredibus qui in sacro Consilio traxerunt in causam d. Nardum super dicta quietatione generaliter facienda. Ita quòd in ea comprehēdatur etiam quietatio de administratione gabellarū. Necnō, ex quo actum fuit in supradicto instrō, quòd omnia debita, & credita sint communia, d. Nardus teneatur soluere dictis Nicolao, & Alphonso ducatos ducentos quinquagita pro rata tangente ipsum Nardum de summa ducatorum quingentorum solutorum per dictos Nicolaum, & Alphonsum Regiæ Curiæ pro habenda quietatione à Regia Curia de arrēdamentis dictarum gabellarum quas exercitauit dictus Antonius, & restitutionem reliquorū necnon dotes matris, & nouercæ iuxta reseruationem factam in dicto instrō. Oriuntur plura dubia ex dicta causa, sed quia in aliquibus dubijs fuit clara decisio, iō illa dubia omittimus, & duo dubia tm̄ prosequimur. Primum, vtrum dictus dictus Nardus possit petere dictam rationem dictarum gabellarum, attento quod dictus Nardus promisit facere dictam generalem quietationem dicto Antonio, & eius hæredibus, vel an dictus Nardus teneatur dictam generalem quetationem petitam facere hæredibus dicti Antonij. Secundum dubium infra dicetur. Pro solutione huius dubij, dicebaē pro parte d. Nardi, ꝙ sibi reddenda est dicta ratio de administratione gabellarum,

bellatũ.& ꝙ per consequens non tenetur facere ge
neralẽ quietationẽ,ita ꝙ habeat remittere, vt hære
des d.Antonij non teneantur reddere rõnẽ admini
strationis d.gabellarum : quia in d instr̃o promis-
sionis diuisionis bonorũ,& promissionis quietatio
& sic fisci. & sic d. c.1.quę sint regalia, corrigit illas
leges positas in tit. C.de metallis, præallegat. Nec
est mirum, dicebant illi fiscales, ꝙ d leges sint corre
ctæ pdictū c.in verbo, argentarię, quia illi imperato
res, qui fecerunt illas leges, fuerunt Orientales, &
9 nō iurisconsulti, † quasi velint, quòd illæ leges po-
sitæ in dicto titulo, non fuerunt factæ cū rōne, nam
d.Imperatores fecerūt ēt multas alias leges iniquas
vt patet de superindicto, & in multis titulis in tri-
bus libris Codicis. Itē corrigit etiā d.l.3.ff. de reb.
eorum. & dictā l.diuortio.§.si vir. quia ille tex.in d.
c.1.in verbo, argentariæ, est posterior dictis legib.
Item quia in Regno isto dicunt fiscales, quòd om-
nes inuentiones sunt fisci. & idem in thesauro, licèt
10 in thesauro Rex Carolus II. correxit, † quia prin-
ceps non debet esse cupidus & auarus, quia auaritia
legitimis ictibus est ferienda. C de inof.test.l.si quis
in suo. Et pro confirmatione huius opinio. fiscaliū
adducitur authoritas D.Iacobi de Aluaro. & Card.
Alexandrini in dicto verbo, argentarię. vbi dicunt,
quòd non putant verum, quòd ille tex. debeat intel
ligi solùm, si metallum inueniatur in solo Cæsaris,
vt sit Cæsaris: quia hoc non esset aliquod ius Rega
le, cum quilibet priuatus, cuius est fundus, habet
prædictam portionem, vt dicitur in d.l.1.& l.cun-
cti. & ideo intelligitur tex.in dicto verbo, argenta-
riæ, simpliciter. Sed opinio ista fiscaliū expressè dā-
natur per Andræam in loco pallegato, dicentē. ꝙ
amātibus Deū nō est dicēdū, quòd d.c. i. in verbo,
argētariæ, corrigat d l.3.de reb.eorū. cū concordā
tijs sup.alleg. tū quia sequeretur, quòd d.c. esset cō
ditum ad vtilitatem propriā, & sic pp auaritiam, q
11 non debet esse in principe, † quia est radix omniū
vitiorū, vt patet in auth. vt indices sine quoquo
suffra.§ ad hæc. & in c.sicut. 47. dist. & habetur in
c.auaritiæ. de electio. in 6. & in c.auaritiæ de præ-
ben. & ibi concordā. tū q̃a legū correctio est euitā
da: vt in l.pcipimus. C. de appellatio. & q̃a in du-
biis cōtra fiscum iudicādū est, vt in l.nō puto.ff.de
iure fisci. tū quia d.c.1.quæ sint regalia. statim post
quā dixit, quòd argētarię sunt Regis, dicit ꝙ thesau
rus inuentus in loco Cæsaris pro medietate est in
uētoris, & pro medietate Cęsaris, put erat de iure
cōi, & sic dicendū est in argentariis, vt in eis serue-
tur ius cōe vt si in loco Cæsaris, sint Cæsaris, si in
loco priuati, fiscus habeat ius suum, s. decimam, vt
12 in d.l cuncti. † nam per sequentia declarātur præ
cedentia de argentarijs.ff.de pecu.leg.l.nā quod li
q dæ.in fi.& l.fi.ff. de vino triti & oleo leg §.Itē di
ctus itellectus fiscaliū, & Iacobi & Pręposti S Am
brosii continet multas absurditates & iniustitias.

Primò, quia ex dicto intellectu sequeretur corre
ctio d.l.1 & l.cuncti.C de metallis.

Secūdò, esset contra ius naturale, quia tolleret
alienū sine solutione pretij. Et ad hoc, vt lex, dicatē
lex, requiritē, quòd sit iusta. 4.di.c.erit. vt dicit And.
in loco præalle. nō pōt esse iustitia, vbi est superio
13 ris auaritia in alienis rebus occupandis, † in tm̃ ꝙ
ēt in cā venādi non licet intrare agrū alienū, vt in l.
diuus.ff.de ser.rusti.prædiorū, & in §.apiū. Insti.de
rerum diui. Si tñ antequā prohibeatur, intret agrū
alienum, & aliquid reperit, suum erit, quod reperi-
tur, vt ibi dicit tex. imò lex, quæ continet iniustitiā
& iniquitatem, esset ipso iure nulla, vt not.in c.cum
omnes. de constit. & ibi Abbas. Nec obst. illud
quod dictū est, quòd priuatus habet decimā metal
li inuenti per aliū in agro suo. Et Rex habet deci-
mā metalli in prædio Cæsaris inuēti, quòd hoc nō
est ius regale, ex quo priuatus hoc ius habet, vt dice
bāt Iac. Alua. & Præpositus. Quia ad hóc responde
tur authoritate glos.in d.l.inter publica. in fi. vbi di
14 cit tex. † publica vectigalia intelligere debemus, ex
q̃bus fiscus capit, qualis est vectigal portus, vel ve
naliū rerū. Item salinarum & metallorū. dicit gl. me
tallorū, de quibus decima fisco datur, vt in l.cūcti.
C.de metal. lib.11. Ecce ergo, quòd isti patres freti
suo sensu dixerunt contra authoritatem glos. com
muniter approbatam, quæ expressè dicit, quòd ius
regale in metallis est decima, licet per eaudem legē,
si metallum sit in loco priuati, soluatur per inuen-
torem domino soli alia decima. Et hoc, nisi domi-
nus pdij vellet ipse inuenire, vt dicit egregiè Paul.
de Castr.in cons. 176. & Bar. Vero. in tractatu de
serui.in tit.de monte. & idem Paul.in l.vēditor.§.
15 si cōstat.ff.com.prædiorū. vbi dicit, † quòd domi
nus soli præfertur alijs, quando ipse vult fodere ad
inueniendū metalla, & ista facultas effodendi me-
talla in loco priuati ei, qui primò inuenit, durabit
ad vitā inuētoris, & nō vltra, vt in l.apud Iulianū §.
si cui.ff.de leg.1.not.in l. sordidorum. C.de excu.

mune. lib. 10 & ideò eo mortuo dominus soli po terit iure proprio fodere, quia nõ tractatur de alicuius preiudicio Et quoniã Andr. de Iser in loco vbi suprà, tenet expressè quod si est consuetũ, quod metalla inuẽta in agro priuati, sint Regis, & quod talis cõsue tudo valeat, alleg. ad hoc tex. in d. l. vẽditor. §. si con
16 stat. † dico, quod Andr. debeat intelligi secundũ legẽ, quam allegat, sed in d. §. si cõstat. dicitur, quòd si cõsuetũ sit fodere metalla in loco alieno, intelligitur soluto pretio, alias si esse cõsuetũ fodere metal la in solo priuati nõ soluto pręio, diceretur ista con suetudo reprobata, & contra ius naturale, & nihil esset, vt dicit no. Alb. de Ros. in d. §. si cõstat Et dicit Bal. in l. sicut. C. de ser. & aqua, quod esset cõsuetu do diabolica. Et licèt Bar. in l. Antiochensiũ. ff. de priui. credi. dicat, quod lex generalis põt pręiudicare priuato, nec à generali lege licet appellare, vt not. in c. cupientes. §. ad hęc. in verbo priuatus. de elec. lib. 6. & firmat Alex. in 2. vol. cõs. 189. tñ Bar. ibi ni hil dicit, an tunc debeat solui pretium Bene tñ Iaf. doctor modernus in l Barbarius. in 5. charta. ff. de
17 of. prætoris, tangit & concludit, † quod qñ per lgene ralẽ tollũtur bona priuatorũ, debet solui priuatis pretiũ, per tex. in d. §. si cõstat. facit l. 2. C. quib. ex cau. ser. pro præ. liber. acci Et tãto magis, quia cõsue tudo prædicta nõ est approbata: quia testes nõ depo nũt de actuum frequentia, iuxta not. per doc. in l. de quibus. ff. de leg & in l. 2. C. quæ sit lõga cõsuetudo & Io. And. in c. fi. de consue. & Alex. in 2. vo. consi. 45. incipiente, visis attestationib. & in consi. 136. incipiẽte, in causa & lite. in 6. col. nec de tpe, 30. annorũ, qñ cõsuetudo allegatur cõtra Ius priuati, nõ sufficiũt 10. anni ad inducendũ cõsuetudinem,
18 † sed requiruntur 30. anni, vt dicatur cõsuetudo præscripta, vt est gl no. in l. domini prædiorũ. C. de agri. & cẽsi. li. 11. & Bal in c. 1. in principio, qualiter olim feudũ alie. pot. & doc. in d. l. de quib. & Alex. in 5. vol. consi. 5. in 5. col. Item, cũ principe in actibus nõ iurisdictionalibus non est dare cõsuetudinem, vt dicit notabiliter Alb. de Ros. in d. l de quib. in 45. col. Et sic cum non sit probata actuũ frequen tia, nec princeps soluit pretiũ, nec diuturnitas prædicta tẽporum, sequitur & consuetudo nõ est legitimè probata, & sic cõcludo cũ Andræa, quod metalla in loco priuati inuẽta non sint Cæsaris, nisi quoad decimã, & istud est ius regale in dictis metallis, & de illo iure regio loquitur tex in d. c. 1. in verbo, ar gentariæ. quæ sint regalia. Tertia fuit opi. Iacobi de Aluarotis, in dicto verbo argẽtariæ, qui dicit, quod argentariæ sunt Regis, s. electio argẽtariorũ est de re
19 galibus, quemadmodũ magistratuũ: † nã isti argẽ tarii solebãt antiquitus eligi publica authoritate, vt dicit gl. magna in fi. in l. quędã § nummularios. ff. de edendo. Et quia hodie nõ est in vsu ista electio argentariorũ facienda à principe, nec literæ applau dit isti intellectus, qui de nummulariis, & non de argentariis loquitur. Item esset cõtra gl. in d. l. inter publica. ideo dicta opinio erit pessundanda, & tenenda erit opinio And. prout supra dixi, & istud est votum meũ in ista materia, s. quod ius conficiendi alumen inuentum in solo priuati, est domini soli, sed fisco debet solui decima pars aluminis quod conficitur, iuxta dictam l. cuncti.

20 † Et in hoc voto fuerũt quinque doctores Regiæ cameræ summariæ & sacri Consilii, licet fiscales fuissent in contraria opinione, non tamen suf fulta legibus aut rationibus, nisi authoritate psalmi. Placebo domino in regione viuorum hæc tamen registraui, Saluo semper iudicio potiori.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXXI.

1 *Auri fodina, & huiusmodi, qua sunt reperta in solo priuati, an sint fisci, vel priuati.*
2 *Quando liceat de iure sub terra fodere pro habendis cotis istis, sint lapid bus ad acuendum ferrum, & quid de aliis lapidibus, & venis metalli.*
3 *Quando dominus in istis lapidibus effodiendis debeat prq ferri, & an ista lap dicima sint in fructu.*
4 *An ista aurifodina. & salinę sint in fructu, & Regis Vi carius valeat concedere.*
5 *Quando aliquis reperit pecuniam. vel aliquam rem quid debeat facere, an valeat eam retinere pro vsu proprio, quando fuisset pauper, & dominum non comperisset.*
6 *Res quas quis habet pro derelicto, an capiens furtum committat.*
7 *Thesaurum si quis inueniat in loco proprio, quòd non possit super eo molestari, nec contra ipsum ad torturam procedi. ibi quid sit Thesaurus.*
8 *Pecunia reperta in loco domus vendita, quod non sit emptoris domus.*
9 *Thesaurus inuentus in loco vendito cum pacto de retro uendendo durante tempore, quòd non sit emptoris. The saurus an cedat fructuario.*
10 *Consuetudo præscripta quomodo inducatur, & qualiter testes debeant deponere ad inducendam consuetudinem, & quòd non requiratur, quòd sit obtentum in con tradictorio iudicio.*
11 *Consuetudinis probatio licet sit difficilis, tamen quando multi doctores attestantur, consuetudinem ita esse, falsum transferunt onus probandi in aduersarium.*
12 *Cautio de expensis iuxta auth. offeratur, an hodie sit de consuetudine, & an consuetudo excuset à pęna.*

1 Quòd salinæ, aurifodinæ, † & huiusmodi, quę fuerunt repertæ in solo, vel re priuati, sint domini soli, & ossic., affirmant glo. Roma. Alex. in d. l. diuortio §. si vir. ff. solu. matr. num. 5. vbi Alex. ait, quòd capitulum primom, quæ sunt rega. & d. §. 1. argentariæ procedunt, quando dictæ res fuissent repertæ in fundo siue, in loco publico, quòd tunc sint fisci, secus si in loco priuati, sioe priuatorum, quã opinionem etiam late firmat Iacob. in inuesti. feudo, in hoc verbo cum argenti, & aurifodi. fol. 36. post Pa. de Cast. in d. §. si vir. & in cons. non hic chaio per Affl. sed in consi. 181. 182. & 183. 1. vol. secundum primam impressionem, qui am pliando prædicta dat intellectum ad d. l. venditor. § si constat, quod prædicta non solum sunt priuatorum, sed iuris publici, & propterea licere de iure in terra fodere vnicuique, & istud si potest fieri sine læsione superficiei vicini, & totum istud pro habendis istis cotis, idest lapidib. aptis ad ad acuendum ferrum, iuxta gl in l. cotem ferro. & tex. ibi, cum l. Cæsar. ff. de publ. etiam pro illis argentis, & aliis bonis metallorum, & pro habendis marmorib. preciosis, quæ extrahuntur cum magno labore, & sumptu è visceribus terræ, ad publicam omnium vtilitatem, & in casum d. §. si constat, propterea poterat dominus prohibere fieri incisionem istorum lapidicinorum, nisi fuisset consuetudo præscripta ex eo, quia ibi dicta lapidicioia reperiebantur in loco, quòd non poterant auferri sine læsione superficiei & hoc per gl. ad d. quosdam. & l. cuncti. quæ bene ista qñorum

determinat

determinat, vt supra sentiunt Luc. de Pen. & In. de Pla.
3 † in dictis locis, & hæc vera, nisi dominus in istis voluisset
præferri rationem sui maioris iuris, siue partis, iuxta tex. l.
sancimus. §. ne autem. C. de don. cum aliis cumulatis per
Cap. in decis. 36. & fuit dictum supra 10 dec. cum quibus vi-
detur etiam conuenire In. de Imo. in consil. 87. in casu præ-
misso. & D. Loffre. in cons. 28. vbi etiam concludit, emphi-
teutam non valere omnes lapidicinas incidere; quia forte
infructuosus redderetur ager emphiteuticus, vbi etiam
quod quando fuissent repertæ in feudo, seu in fundo feuda
4 li, & Boet. † in dec. 52. & 1. nu. 2. vbi concludit, illa non ve
nire in fructu, quia si inciduntur, non renascuntur, nisi sne
te renascantur, vbi etiam tractat de silua cędua. & Colonus
in re conducta valet istas auri venas, & argenti inquirere,
secundum Aym. in cons. 209. Ill. princeps, nu. 2. secundum
quę puto intelligenda allegata per Deciũ in consi. 292. &
pro tenui, qui ait, ꝙ salinæ, siue redditus salinarũ sunt prin-
cipis, siue vniuersitatis Florentiæ, non recognoscentis tunc
superiorem, quæ ita ibi interpretatur Rec. An autem vica-
5 rius generalis principis † valet istas salinas cõcedere, quod
sic, quando habent verba prægnantia, de quib. ibi in priuile
gio. conuenit And. in c. imperialem in prin. 3. col. nu. 13. de
prohi. feu. ali. per Federicum, quæ faciunt ad alia multa, dũ
6 tractatur de ptãte vicarii principis. † de reb. aut aliis inuen-
tis in aliquo loco, quod non sint fisci, est const. regni, pecu
niam si quis inuenerit, ibi per hunc autorem, no. Are. insti.
§. si. de re. diui. qui not. ex dictis Bar. in l. falsus. §. qui alie-
num. ff. de fur. quod debeant res distribui pauperib. pro om
nia illius, qui rem amisit, & istud quando inuentor fuisset
diues, sin autem fuisset paupere, & factã diligenti perquisitio
ne dominum reperire non valeret, potest retinere, conue-
nit etiam Alc. in l. rem quæ nobis, in fi. ff. de acq. pos. vbi,
etiam tractat de pecunia inuenta in nemore. Quę omnia
intelliguntur de reb. quæ non habentur pro derelicto., &
ideo pulcre ex his consuluit Ro. in cons. 390. placet mihi,
quòd si aliquis abstulisset aliquos lapides, siue cementa ha
bita pro derelictis ex aliqua domo, vel loco alicuius, quod
furti non teneatur, licet ipse auferens furtum de his fecis-
se fassus sit, quod facit ad limitationem c. regni, volens ĉẽ
ꝓ minimis furtis dari actionem criminalem contra furem
7 ad fastigationem, † & quod dicitur hic de thesauro inuen
to in loco proprio, quod sit inuentoris de iure capitulorũ
regni, & allegat And. in tit. quæ sint regalia, in verbo, & di-
midium thesauri, vbi inuehit contra fiscales auaros, qui ex
torquent etiam tormentis thesaurum contra inuentorem
sicut fit per malos officiales, sequitur hic auctor in consti.
regni doanæ secreti, quę intelliguntur in thesauro vero;
hoc est in pecunia antiquitus abscondita in bona quantita
te, de qua non habetur memoria, notat Are. & alii in d. §.
thesaurus, & habetur in tit. de thesauris, li. 10. secus vero si
fuisset aliqua pecunia abscondita in aliqua domo, & mox
8 reperta, † quia etiam domo vendita non intelligitur pecu
nia ipsa vendita, & non venit in venditione l. in intute. ibi
Bar. ff. de rei vend. sequitur Are. in d. loco, & quòd thesau-
rus inuentus durante pacto de retrouendendo an sit em-
ptoris, no. Tiraq. in retr. conuen. gl. si. num. 95. fol. 312. & vi
9 de etiam Boe. in decis. 524. & 1. quòd † non cedat fructua-
rio, & de glos. in l. dominis prædiorum. C. de agri. & censi. lis
ri. volente, quod ad inducendam consuetudinem præscri-
ptam requiratur spatium 30. anno. de hoc subiecto in facti
10 contingentia videas Dec. in cons. 215. † in causa 473. quæ
ritur. nu. 8. 540. quæritur. & seq. in casu nu. 6. Cur. sen. in
an cons. Ay. in cons. 154. scripsi. nu. 6. vbi dicit, quòd testes
debent deponere de actib. vna cum tpe quib. cõsuetudo
inducatur, nec sat est testes deponere consuetudinem ita
esse, vel se habere, nisi deponant actus confectos ad idem
animo, & intentione cõsuetudinis inducẽdę, quod ẽt pro-
sequitur in cons. 217. n. 14. & in cons. 197. n. 12. & insuper no.
quòd non est necessariũ probari, quod sit obtentũ in cõtra
dictorio iudicio, sm magis cõem. idẽ Ay. in cons. 35. reuo
cantur. nu. 6. sed diffusius in trac. de antiq. temp. fol. 105.
vbi ẽt, quod non sit dñia inter consuetudinem pscriptã, &
aliã. Insup in pdictis volo notes vnũ, quod licet consuetu-
do sit difficilis pbõnis, tamen qñ multi doctores attestãtur
de ipsa consuetudine, ita eẽ, aut pbãt sine alia probatione
seu saltem transferunt onus probandi in aduersarium sm
eundem Ay. in cons. 325. plura, num. 1. ex quib. concludit,
quòd ex quo plures doct. vt est Bar. & Bal. dicunt, quod cau

tionem quam olim actor præstabat de reficiẽdis expẽsis in
ea, auth. generaliter. de epi. & cle. recessit ab aula, quod eis
credi debet. sed teneas contrarium in prædicto exemplo es
se in praxi, tam in magna curia vicariæ; quam in sacro cõs.
in quib. passim, & indistincte tales cautiones de reficiendis
expensis per actores ad petitionem conuentorum dantur
iux. d. auth. generaliter. imo etiam si possideat immobilia,
& sit diues, iux. l. sciendum. ff. qui satis. cog. & de consuetu-
dine, quod excuset à pęna. Cot. in verbo consuetudo. Ias.
in l. singularia. ff. si cer. pe. circa fi. Fel. in c. ex tenore. circa
fi. de rescr. sunt ann. supra in dec. 136. Laus Deo. Cæsar. Urs.

DECISIO CCCXXII.

De impubere proximo pubertati, qui ex iuramento obligatur, & de absolutione à iuramento propter enormissimam læsionem.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus & declaratio auth. sacramenta puberũ. 10.*
2 *Iuramentum an confirmet contractum minoris?*
3 *Minor doli capax iurans se maiorem, est in dolo, & contrahit.*
4 *Impubes quando ex iuramento obligetur.*
5 *Iuri canonico in materia iuramenti standum.*
6 *Iuramentum vi & metu extortum est nullum, sed de eo petenda est absolutio.*
7 *Iuramentum puberum an impediat restitutionem in integrum?*
8 *Absolutio à iuramento dispositionem auth. sacramenta puberum an eneruet?*
9 *Papa absolutionem per enormissimam læsionem minoribus & maioribus concedit.*
11 *Intellectus cap. quamuis. & cap. cum contingat. de pact. lib. 6.*
12 *Absolutio semiplena ex post facto repletur.*
13 *Papa ratione enormissimæ læsionis ius quæsitum non subdito infert.*

DOminus Ciccus Abbas reliquit Dionoram suam filiam vnicam hæredem, quæ post eius mortem nupsit nobili Simonello Carazolo, qui promisit in capitulis matrimonialibus constituere antiphatũ in ducatis mille, & promisit ꝙ Marcus Antonius, & Io. Antonius Carazoli eius fratres assecurabunt dictũ antiphatum constituendum. Et dicti fratres promiserunt in dictis capitulis assecurare dictum antiphatum constituendum: dictus vir absentibus dictis fratribus constituit antiphatum, & absq; alio cõsensu & requisitione dictorũ fratrũ. Post hęc solutũ est matrimonium per mortem viri, cum filiis, vxor petit antiphatum à dictis fratribus actione hypothecaria super quadã domo eorũ sita in summa platea ciuitatis Neapolis, virtute instrumenti dictę promissionis factę per eos, quoad vsumfructum propter existentiam filiorum.

1 † Multa dicti fratres allegãt, quòd ipsi nõ teneantur ad dictũ antiphatũ, & per consequens, quòd debeãt absolui. Et inter alia, quia Ioannes Antonius, qui fecit dictam promissionem iuratam, erat minor 12. annorũ, & hoc bene fuit probatũ. Sed stat dubiũ. vtrũ dispositio aut. sacramenta puberũ. C. si aduersus venditionem. quæ vult, quòd iuramentum præstitum à pubere in contractu nullo, quia non interuenit decretum iudicis, confirmans contra-

ctum,

ctum, vendicet sibi locum in pubere, seu pupillo do
li capace iurante, vt eius cōtractus nullus confirme
tur iuramento, sicut esset, si esset præstitum à pube
re Istud dubium habet contrarias opiniones. Nam
2 † glo. in d. auth. sacramenta puberum. tenuit quòd
d. auth. nō habet locum in pupillo doli capace, qui
si contraxit nulliter, licet iurauerit, tale iuramentū
non confirmat contractum, quia d. auth. loquitur
de impubere Et istam gl. secuti sunt ibi Petrus de
Bellapertica, & Cy. & Iacob But. & Bal & Odof I ē
Pau. de Cast. & Sali. in l. qui iurasse. ff. de iureiur. &
Ang in d. auth. sacramenta. qui dicit, quòd sic fuit
in publica disputatione determinatum Bononiæ.
Et idem tenet gl. Iacobi Columbini in §. item sacra
menta puberum. de pace iura. firman in vsibus feu-
dorum. & Bal. ibi. Idem tenet Rapha. Fulg in d. au-
th. sacramenta puberum. & Iaco. de Alua. & Præpo
situs in d. § Item sacramenta. in vsibus feudorum.
Fede. de Senis in consi. 30. incip. minori a 5. annis
& c. & Pau. de Cast. in consi. a 15. incipiente, si non
intercessit iuramentum. & idem firmat Bal. in l. pa
ctum in 1. col. C. de Colla Et ista opinio limitatur
secundùm Pau. de Cast. in d. l. qui iurasse, nisi impu
3 bes doli capax iurasset se maiorē, † tunc quia vide-
tur esse in dolo: sic iurando, confirmatur eius con-
tractum iuramentum, & ista fuit originalis limita
tio Gulielmi de Cugno. in d. l. qui iurasse. & dicit A-
lex. de Imo. in d. l. qui iurasse. quòd idem dicit Gui-
do de Suzaria in d. auth. sacramenta puberum. qui
hanc limitationem limitabat, nisi contrahens cū pu
pillo doli capace & iurans se maiorem fuisset perso
na sibi coniuncta, quia tunc non est verisimile ipsū
ignorare ætatem ipsius pupilli doli capacis iurantis
se maiorem, quo casu non firmatur contractus di-
cto iuramento, vt refert Alex. in d. l. qui iurasse. &
Mod. Pap. in d. auth. sacramenta puberum. Alia opi
nio contraria fuit, quòd d. auth. sacramenta pube-
rum. habet locum etiam in pupillo doli capace, ut
si iurauit in contractu, firmetur iuramento, sicut
si esset pubes. Et istam opinionem firmauit Bar. in
d. auth. sacramenta puberum. dicens quòd doctores
communiter tenent, quòd si impubes est maior in-
fante proximus pubertati, ita quòd in eo cadit deli
4 ctum, † tunc obligatur ex iuramento. l. impuberē.
ff. de falsis, & furtis. l. impuberem. & hanc opinionē
tenent Sal. & Pau. de Cast. in d. auth. sacramenta. di-
centes, quòd de iure ciuili procedit opi. præce-
dens, sed de iure canonico procedit ista opi. Barto.
hanc eandem opi. firmauerunt Canonistæ, videli-
cet Host. Io. And. in c. cum cōtingat. de iureiu. Arch.
in c. quamuis. de pactis in 6. & Io. de Imo. in d. c. cū
contingat. in 10. col & hæc opinio bene probatur
in c. ex litteris. de sponsa. Idem firmauit Lud. Rom.
in l. cui bonis. ff. de verb. obl & dicit Alex. in d. l. qui
iurasse quòd opi. Bar. est verior, tum propter fauo-
rem animarum, videlicet ne committatur periuriū,
5 † in materia iuramenti standum est iuri canonico,
vt in c. 2. de iureiu. lib. 6. & dicit ipse Alex. quòd ita
ipse tenet, quamuis Legistæ teneant contrarium,
hanc eandem opinionem tenuit Abb. Sicu. in consi.
215. incipiēte, illud in effectu de iure quæritur. hāc
eandem opinio. firmauit expressè And. de Iser. in d.
§. item sacramenta puberum. Et ita ego tenui legen
do dictum. §. item sacramenta.

Fuit ergo votatum per totum Cōsiliū, quòd ista
opinio Bar. & Canonistarum sit obseruanda in iudi
cādo, sed quia fuit probatū in processu, quòd d. Si-
monellus verberauit acriter d. Io. Antonium, vt fa-
ceret dictā promissionem, & bene probauit, quòd
per vim, & metū a fecit dictam promissionē, & præ-
sentauit absolutionem à iur̃o ad effectum agendi.
Fuit per omnes Dominos votatum, quòd tale iura-
6 mentum non operatur aliquem effectum, † nā licèt
de iure ciuili iur̃m per vim & metum exactum sit
ipso iure nullum, vt in d. auth. sacramenta puberū,
tamen de iure canonico iur̃m exactum per metum
non potest propria authoritate sperni, sed debet pe
ti absolutio, vt not. in c ad audientiam. quod metus
cā. Et Arch. in d. c. quamuis & Inn. in c. venerabilis.
de elec. & in c. ad aures. qđ me ca. & Sali. in d. auth.
sacr̃a. & quia interuenit absolutio à iur̃o, vt dixi,
propterea fuit votatum, vt ipse Io. Ant absoluatur.

Quantùm verò ad Marcum Antonium puberē,
qui promisit cum iuramēto fideiubere, & obtinuit
absolutionem à iuramento ad effectū agendi. Verū
7 † possit per viam restitutionis in integrum infra
quadriennium dicere se enormissimè læsum ex di-
cta promissione iurata, cum appareat in prompto
de ipsa læsione, cum sit pauper, & nihil habeat nisi
partem in dicta domo.

Et prima facie dicebant aliqui Domini, quòd nō
potest etiam per viam restitutionis in integrum ex
capite enormissimæ læsionis venire, quia vera con-
8 clusio doc est in d. auth. sacramenta puberum. † ꝙ
minori læso ex cōtractu iurato tollitur beneficium
restitutionis in integrum propter iur̃m, nec obstat
absolutio à iuramento, quia talis absolutio à iur̃o
non potest tollere dispositionem dictæ authenticę
sacramenta puberum. quæ nō inducit peccatum, ꝑ
quā quęsitum fuit ius laico, id est, dictę vxori Simo
nelli, vt firmat egregiè Pau. de Castr. in consi. 217.
incipiente, præsupposito sine præiudicio veritatis.
Alij fuerunt in cōtraria opinione dicentes, ꝙ clarè
apparet, ꝙ d. Marcus Ant ex dicta promissione iu-
rata de fideiubendo dictum antiphatum fuit enor-
9 missimè lęsus. Sed † Papa ratione enormissimæ læ
sionis minorib & maiorib. indistinctè concedit ab-
solutionem à tali iur̃o, quia iuramentum non dēt
esse vinculum iniquitatis, vt in c. & si Christus. de
iureiu. & no. in auth. quod eis. C. de nup. ex quo iste
pubes deceptus est dolo re ipsa interueniente: vt in
l. si quis cum aliter. cum similib. ff. de verb. obl. ergo
potuit ei succurri per absolutionē à iur̃o, & hoc ex-
pressè firmauit Ant. de But. in c. cum contingat. in
10 quarto casu principali. de iureiurando † & dicit, ꝙ
isto modo limitatur dicta auth. sacramenta puberū.
hoc etiam expresse firmat Abb. in d. c. cum contin-
gat. in 28. col. vbi dicit, ꝙ non hēt locum d. auth. si
interuenit dolus re ipsa Idem firmauit Petr. de An
cha. in sua disputatione, quæ incipit. C laicus. & in
repetitione c. canonū statuta 11. q principali de cō
stit. Et licet Io. de Imo. in d. c. cum cōtingat. & Lud.
Ro. in l. qui superstitis. ff. de acq hær. teneāt opposi
tum, ꝙ ēt vbi interuenit enormis lęsio, tñ ꝑꝑ iur̃m
nō pōt allegare lęsionē, ꝑ tex. ĩ c. quāuis. de pac. li. 6.
11 ꝑ gl. ĩ c. pe. de emp. & vẽ. & ĩ l. 2. C. de resc. vẽ vbi † de-
ceptus

ceptus vltra dimidiam iusti pretij si iurauit, non auditur dicendo se deceptum. Tamen dicebant Domini antiquiores de Consilio, quòd eorum temporib. semper fuit in obseruantia opi. D. Anto. de Butr. & Petr. de Ancha. quia illa est æquior. s. quòd ratione enormissimæ læsionis conceditur absolutio à iuramento, & dispositio c. quamuis, & c. cum contingat procedat, qñ læsio esset mediocris: secus, vbi esset enormissima læsio, & ita dicebat D. Ant. de Alex in re collectis suis in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb obl. quæ quidẽ enormissima læsio erat in persona d. Marci Antonij, qui nihil aliud debebat, nisi dictá partẽ dictæ domus, super qua actum fuit hypothecaria pro dicto antiphato, pro quo ꝓmisit intercedere. Nec obstat, si dicatur, quòd d. Marcus Antonius solum fuit habilitatus à dicto iuro ad effectum agendi & excipiendi, nõ aũt fuit absolutus ad effectum rescindendi contractum iuratum, per quẽ fuit ius quęsitum parti, per d. auth. sacramenta pube-
12 rum. † Quia ad hoc bene respondet Paul de Castr. in consi. 216. incipiente, circa primum quæsitum. in vlt. col. dicentem, quòd per dictam relaxationem iuramenti ad effectum agendi: licèt à principio ista absolutio non sit plena, tamen ex post facto ex probationib. factis vocata parte repletur, nec est necesse iterum absolutionem petere, sufficere debet prima, vt licèt fuerit concessa ad finem agendi, proficiat ad finem obtinendi & peragendi, nec sit necesse cã de nouo superfluò petere, & ibi allegat duo
13 similia, vt ibi per eum. † Nec ob. quòd Papa non tollit ius quæsitum non subdito vigore dictæ auth. sacramenta puberum. Quia verum est ratione enormis læsionis, secus ratione enormissimæ, quæ semper videtur excepta, ar. l. omnes § Lucius. ff. de his, quæ in f. au. cred. vt in simili not. Abb. Sicu & Io. de Imo. in c. Quintauallis de iureiu. Vltimò pro dictis fratrib. allegabatur, ꝙ ipsi erant futuri fideiussores pro dicto antiphato, si dictus Simonellus cõstituit antiphatum sine eis, non tenetur se obligare pro dicto antiphato eo absente, & constituere se principales in absentia d. Simonelli, vt dicit Bald. in l. sancimus, ver. sed quid si promisi. C. de ver. sig alleg. text. in l. trib. ff. de vsuf earum rerum. illud dictum est pulchrum. Quare stantib. supradictis rationibus. Fuit votatum per omnes dominos Consiliarios, ꝙ ipse Marcus Ant. similiter absoluatur, ꝙ sic lata fuit sententia Regia absolutoria in fauorem dictorum fratrum contra dictam actricem.

ADDITIO.

a Fr metum.] Iuramentum extortum per vim & metum est ipso iure nullum, vide Ias. in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. & vide infra, in decis. 303. & optime supra in decis. 263. Thom. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXXII.

1 *Auth. sacramenta puberum, an habeat locum in pupillo impubere doli capace, qui in masculo est an. 10. cum dimidio, & in fœmina ann. 9. cum dimidio, quòd sic cum*
2 *quinq; limitationibus, & maximè data enormissima læsione, quę nõ requiritur tãta minore quãta in maiore.*
3 *Quando maior fuit læsus, quia necdimidium iusti pretij habuit de re, an restituatur.*
4 *Quando maior iurasset, & cum iuramento promisisset nõ vti remedio l. 2. C. de rescind. ven. an audiatur, & quid si promissio fuisset geminata.*
5 *Infra quantum tempus quis valet dicere de lęsione, & de filia, quę renunciauit hæreditatibus multis, stante læsione an audiatur.*
6 *Quãdo sunt mulieres aliave simplices personę rusticę an stante læsione re ipsa audiantur, & quid, quandò fuisset facta promissio alicui personæ coniũctę, in qua cadit metus reuerentialis.*
7 *Quando in instrumento venditionis fuisset dictum, & si quid plus valet donat, an habeat locum tũc l. 2. C. de rescind. vendi.*
8 *In minore, eo ipso quod reperitur obligatus, an præsumatur læsus, an lęsio re ipsa ex proposito ęquiparetur.*
9 *Læsio qualiter probatur, an satis sit testes ducere, quòd res valeat tantum, & plus, vt includant læsionem, & quid si fuisset minimum, quod defecisset, vt includat læsionem, an satis sit.*
10 *Minor an valeat contractum, quatenus pro se facit, approbare.*
11 *An rescisso contractu debeantur fructus pro rata pretij non soluti.*
12 *Absolutio ad effectum agendi an repleatur ex probationibus deinde factis.*

1 TV verò circa primũ dubiũ † pñtis dec. q d. auth. sacr. pub. vẽdicet sibi locũ in pupillo impubere doli capace, q est in masculo an. 10. cũ dimidio, & in fœmina an. 9. cũ dimidio, iux. gl. in § pupillum, inst. de inu. stipu. affirmat vltra Ias. in d. auth. in col. 4. q aliqualiter in pdictis vr cespitare. Cor. in rep. eisdẽ auth. in n. 11. sequi ibi Fran. Cur. qui relatis opinionib. scribẽtiũ decidit d. auth. ligare hunc minorẽ iurantẽ, & sic esse tenendũ saltẽ fauore aīæ, qui ẽt concludit contra Ang. in l. imp. ff. de fur. volẽtẽ hãc qualitatẽ, doli capacẽ esse dēe per partẽ, q in ea se fundat, pbari, & illud ex doctr. Pau. de Cast. ibi. quē Cur. vide in nu. 22. conuenit cũ istis circa primũ articulũ Bert. in cons. 42. lib. 2. & sic ẽt decidit ŋ. 10 dec. 393. circa fi. & sic ex hic apparet hãc esse cõem opi. qdqd dixerit Fulg. q voluit cõtrariũ in cõs. 137. Diuus q tamen opinio limitatur, quando probaretur, minorem 10. ann. cũ dimidio tpe contractus nõ fuisse doli capacem Bar. Sal. in l. 3. si minor se maio. dix. & Soc. Iun. in cõs. 3. in 2. par. cũ sit, q in casu requirat, q sit minor prædictus doli capax. istud tñ ex scripturis, & instris, & non ex testib. scdm scribẽtes citatos in d. l. 3. voluit Cur. Iun. in cõs. 118. 119. 2. vol. qui dat verũ intellectũ ad d. l. 3. si minor se mai. dix. tenuit Dec. in cõs. 45. qd ē. q in text. l. ait, q licet iusm faciat ipsum maiorem, nõ tñ facit ipsum sagacẽ. 2. limitatur, qñ minor doli aduersarij fuisset inductus ad iurandum. idem Sal. in d. l. 3. Soc. Iu. in d. cons. 3. 2. par. 3. hęc vr modificare Ro. in cõs. 12. viso tacto, & in cons. 54. vtis., qñ minor voluisset dicere de nullitate contractus, quia forte nõ fuisset seruata solennitas requisita a statuto, sequitur referendo ista Hypo. in sing. 229. aduertas, & in cons. 125. æternæ lucis. nu. 36. q concor. citat. Quarto possunt ista limitari, qñ iusm fuisset vi, vel metu extortũ, vt 3. in deci. 263. Quinto limitatur data enormissima læsione secundũ opi. Ant. de But. & Pet. de Anch. relatorum per Affl. hic in quib rogo, vt diligẽter applices aium dignissime lector; q in minoribus prædictis non requiritur
2 tanta de iure læsio, quanta in maioribus, † prout voluit copiose Couaruuias in tract. variarum disp. c. 3. nu. 11. qui tandem declarãdo tex. l. scio. ff. de in inte. restit. vr residere, istud
3 iudicis arbitrio † remittendum, sed quod data enormissima læsione re ipsa non militet dispositio d. auth sacra pub. affirmant Pau. de Cast. in cons. 174. in prima impressi. Soc. in cons. 263. Capio primum, 3. vol. nu. 4. vbi insequendo opi. Pet. de Anch. dicit maxime hæc procedere existente metu reuerentiali.

reuerentlali patris, vel fratris maioris, quia tunc cõtractus
rescindit. & q hæc duo sufficiãt, illud voluit etiã Dec. in cõ
si. 45. vbi Rec. dicit, & male, d. aut. barbarã, nunq̃ receptã, qa
fragmentũ Federici extrauagãs nõ authẽtica, hoc ide Dec.
in cõs. 180. visa renunciatione. & 181. in quib. tradidit de fi
lia, & sic de maiore renũciãte patri, q data enormissima læ
sione valeat contraire, vbi etiam Rec. qui alios adducit,
licet dicat hoc casu de filia renunciante aliud fuisse iudica-
tum. istud etiã affirmat Dec. in cons. 216. visa transactione.
474. viso instr. n. 10. & 479. ampliãs ista ꝓcedere in trãsactio
ne; habita consideratione læsionis, ad dubiũ euentũ litis ex
timandũ; de quo sunt plenæ anno. s. in dec. 110. in t. no. &
per eund. Dec. in cons. 616. viso cõtractu, illud etiam appro-
bat Ca-la. in consi. 69. anno Domini, vbi consuluit de renun
ciatione facta sine cã, & cum læsione, & de superueniẽtia fi
liorũ. illud etiam in minore consuluit Ay. in cons. 7. & in ma
iore. in cons. 160. in hac cã, vbi etiã tenet contra Dec. in cõ
4 si. 181. quod etiam, quod ista † promissio fuisset iura. & ge-
minata, quod nõ ꝑpea quis excluditur remedio d. l. 2. data
læsione re ipsa, quod etiam cõfirmat in consi. 142. Claudius
q ẽt dicit læsionem hãc re ipsa æquiparari ex proposito, &
in cons. 191. casus ẽt in maiore data enormissima læsione, &
si iudici visum fuerit, contractũ dẽe rescindi, & in renuncia
tione, quod promissio irritetur, consulunt Goza. in cons. 44.
non est dubium. vbi in totum fiat rescissio, an tãtum in eo,
quo fuisset minor læsus, hoc etiã in cons. 97. prima facie. nu.
24. quod etiam sectatur Hie. Grauus in cõs. 71. 1. vol. Calc. in
cons. 25. Cur. Iun. in cons. 141. Ias. in consi 133. 4. vol. Rec. in
cons. Alex. 4. 1. vol. Soc. iun. in cons. 73. in 2. par. vbi etiam
concludit, remedium ipsum d. l. 2. cõcedi etiam maioribus,
& tolli spacio 30. anno. quod etiam sequitur in consil. 53.
2 par. & sunt nonnulli alij, quos longũ, & prolixũ foret hic
inserere, qui eãdem opi. consectantur. & licet dicti scrib. s.
citati istius sint opi. vltra alios quos citat etiã Ias. in di. aut.
sacra. puberũ. tñ contrariam opi. fuerunt secuti infrascripti
alij scribentes, & primò Ale. in cõs. 53. visis. 1. vol. vbi cõclu-
dit, quod quando in instro confecto à maiore fuerunt adiun
cta illa verba, ex certa scientia, nõ per errorem, sciens valo-
re rei, & si quid plus valet donat &c. quòd cõtractus ipse nõ
valeat rescindi etiam apparente læsione re ipsa, quod etiã
visus fuit sequi in l. si quis cum aliter. & ibi clarius Ias. circa
fi. ff. de verb. obl. quib. rñdet Dec. in d. cons. 181. hæc non
obstare, ex quo verba notariorũ potius de stilo, quam par-
tium voluntate, & attendendũ quod principaliter agitur,
ex quo partes intendunt facere contractum venditionis, &
non donationis, de quibus fuit habitus sermo ad alium pro
positum s. in deci. 80. & prædicta etiam fuit secutus Cur. se
ni. in cons. 66. circa fi. vbi de diametro consulendo contra
opio. prędictam Anch. & Ant. de But. audacter affirmat, qđ
interposito iuramento, & facta renunciatione d. l. 2. & exi-
stente renunciante maximè maiori tempore renunciatio-
nis, quod etiam obtenta absolutione à iuramento, quod
plus est, non possit contraire, quod etiã fuit amplexus Ca-
gnu. in l. si quis maior. de transa. vbi non nullos alios addu-
cit, qui fuerunt illius opin. voluit hæc etiam Socin. in fall.
216. & in filia renunciante Soc. iun. in consi. 64. in 2. parte,
& Robert. Alex. in cons. 18. in hæreditatis maxime, licèt in
cons. 139 alterius videatur esse opinionis, per quas scriben-
tium varietates, & opiniones redditur passus ambiguus,
Capi. vero in decis. consilij 159. in vltimis verbis disputatio
nis huius articuli, subdubitans tamen videtur residere in hac
opinione quia aut sumus in minoribus, mulieribus, & rusti
cis, & alijs personis priuilegiatis, q illis detur restitutio stan
tibus læsionibus ex proposito, vel re ipsa, secus vero in ma-
ioribus, quæ dicit tenuisse quendam Pantaleo. de Crema
in repe. d. l. 2. nil tamé firmiter videtur determinare, sed be-
ne hunc articulum post alios decidit Boer. in dec. 142. & ꝑ
decis. num. 4. vbi conuenit cum supra proxime dictis. dicit
6 quòd quãdo fuissent personæ simplices, & rustici † quod to
tum arbitrio iudicis remittit, quia suadetur tales contra-
ctus processisse ex ipsorum facilitate potius, quàm aliter, q
tunc detur restitutio, seu in minoribus dictis de valore re-
rum, & dicentibus in instrumento se ipsos scire valorem
7 tanquam bene informatos res non valere † plus, imo ad-
dendo dicta verba, quod si plus valet, quod donat, siue præ-
dictum plus ascendat ad magnam siue paruam quãtitatem,
quia tunc tales, secundum communem ait, penitus exclu-
sum, quid ergo dicam inter tot ac tantos patres, nisi quod
data tãta varietate scribentium bonus optimusque iudex,
vt dicit tex. c. primi. §. ad hoc, & ibi cõcor. per And. hic sint
tur lex. possit animũ suũ ex cã applicare ex qualitate ꝑsona
rum, temporum necessitate, venditionum, & aliorum con-
tractuum, concedere, vel non dare restitutionem existente
læsione re ipsa enormissima, & istud in maioribus, tantum,
prout concludit Aymo in d. cons. 192. licet ego in practica
nunquam quasi potui obtinere, quod maioribus detur resti
tutio data etiam læsione prædicta enormissima stantibus
instrumentis cum iuramento ac renũciationibus in forma
de quibus supra voluit etiam ista Rec. in cons. Alex. 103. 6.
vol. aliæ vero concor. de prædictis tradidit Tiraq. in retra.
conia. §. 1. gl. 18. in verbo precium quo res empta, nume. 12.
fol. 109. quæ intelligas, nisi læsio re ipsã fuisset satis magna;
quia tunc nullæ clausulæ possunt opitulari, quin non detur
resti. Couar. lib. 1. variarum disputationum c. 4. n. 5. fol. 413.
in minoribus vero, mulieribus alijsve personis non vafris,
sed facilibus bene fore censeo dispensandum cum eis, ne iu
ramenta, & alia sint in necem æternam emptoris siue con
trahentis, & iudicum, & quia agitur de anima, & cum quili-
bet se profiteatur optimum virum bonumque Christi fide-
lem. igitur alios decipere nõ debet non solum magna, sed
nec in minima quantitate secundum Ferra. in cau 4. regu-
la est. vbi ẽt gl. in l. semper in contractibus. ff. de re iu. dicit,
qñ facta positione, vel alter pars confitetur se esse bonum
virum, fiu, q siue quis fuisset deceptus in magna, siue parua
quantitate in venditione, quòd deceptus, siue in magna, si-
ue in parua quantitate, vt supra possit petere contractus re
scissionem, vel supplementum iusti precij, vt ibi per eum, &
in muliere decidit ẽt Gram. in dec. consi. & cons. clui. 119.
vbi amplius cõsuluit contractũ factum in læsioné mulieris
cum patruo etiam absque alia absolutione à iuramento de
8 bere annullari, & in minoribus facit, † quia eo ipso, quod
reperitur obligatus, & donat rem suam, videtur læsus, Gui.
Papa in deci. 141. si minor, & 142. & Gram in d. cons. 119.
qui citat Fulg. in consi. 180. & insuper, quod læsio re ipsa
æquiparetur ex proposito, Rec. in d. cons. Alex. 42. 1. volum.
qualiter aũt probetur læsio, quod non sat sit testes dicere,
quod res valet tantum, & plus, & quod etiam si in minimo
9 † læsio deficiat, quod non detur restitutio, consuluit Alex.
in cons. 109. viso processu 4. vol & sic cum antiquitate tem
poris concurrente videtur determinasse sacrum consilium
in causa Prosperi de Flori. cum Ioan. Maria Boccardo, &
alijs vbi pauca quantitas deficiebat ad faciendam læsio-
nem vltra dimidiam, & primo; quia non erat læsio vltra
dimidiã iusti pretij, fuerunt conuenti absoluti. Actuarius
10 Ioseph. Machusius anno 1560. An † autẽ minor valeat qua
tenus pro se facit contractũ acceptare, declarat plene Cur.
11 iun. † in cõs. 146. in 2. vol. sed inata illa quæritur, an rescis-
so contractu stante læsione veniant fructus pro rata pretii
nõ soluti, hic auctor in c. 1. de feu. dato in vi. legis commi.
col. 40. tenet, quod sic per tex. l. 1. C. si maior factus, sed con
trarium affirmat Cassan. in consue. Burg. des successionis,
Rob. 7 §. 12. fol. 273. per tex. l quod si minor. §. restit.
ff. demino. l. videamus. la seconda. §. in fauiana. ff. de vsu.
& istud propter bonam fidem causatam ex titulo iusto,
quod non semper verum, quod bona fides causet fru-
ctuum acquisitionem, sicut fuit notatum supra in deci. 740.
sed vide Couarruuiam in li. variarum disp. c. 3. supra allega
ta, quæ non intelligas procedere, quando contractus fuisset
dolosus, vt ibi per eom, & per Cagn. in rep. l. 2. nu. 5. vsque
12 ; 1. C. de rescin. vend. aliqua † supra in dec. 249. in fi. & infra
in deci. 340. in fi. nam secundum prędicta videtur determi-
nasse sacrum consilium, vt ibi notaui. Et insuper, quod ab-
solutio obtenta ad effectum agendi repleatur factis proba-
tionibus ad effectum rescindendi, declarat etiam Gui. Pa-
pa in dec. 526. item, sed latius Aymo in d. cons. 7. nu. 7. qui
valde exclamat de hoc dicto Pau. de Cast. fuit notatum su-
pra in dec. 30. 31. & intelligas ista quando instrumentum va
leret sine iuramento, secus si instrumentũ solo iuramento
sustineretur, quia tunc obtenta absolutione contractus re
maneret inualidus. Soc. cons. 115. circa primum, col. pen. nu
me. 12. Hyp. sing. 529.   Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCXXIII.

De dotis restitutione.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, & defunctus vna persona esse censetur.*

2 *Confessio facta spe futuræ promissionis, quæ effectum secuta non est, nocet.*

3 *Marito quando imputari non debeat mora in exigendo dotem:*

Paupertas excusationem præstat:

4 *Restitutio dotis cui debeat fieri.*

MIchael hospitalis maritauit filiam suam cuidā Petro Gaudino, qui Petrus publico instrumento mediāte confessus fuit se recepisse dotes à d. Michaele pro Helisabeta eius filia, & promisit dictus dare fideiussores de dotib. ipsi restituēdis in casu soluti matrimonij. Demū d. Michael per instrm promisit dicto genero suo habitis dictis fideiussorib. integrè soluere dictas dotes confessatas dicto Petro. Et consummato matrimonio per carnis copulam, mortua fuit dicta Helisabeta sine filijs, superstite dicto Michaele patre, & superstite marito. Modo pater petit virtute instrumenti dotalis à d. Petro dotē confessatā, vbi est renunciatū cum iuramēto exceptioni nō numeratæ dotis, ille Petrus dicit se nō teneri. Post dictum instrumentum dotale sibi fuit promissa dicta dos solui habitis fideiussoribus de ipsa dote restituenda, quos fideiussores habere nō potuit, & ideo non recepit dotem. Dicit pater: Helisabeta filia mea nulla habuit notitiam de dicta promissione, quam ego feci sibi ex interuallo post in-

1 strumentum dotale, ideò ei non nocet: † sed hæres & defunctus vna persona esse censetur, vt in §. 1. in auth. de iureiur. à mo. præsti. ego sum hæres filiæ meæ, ideo teneris mihi restituere dictam dotem, per id quod dicit Bar. in l. pen. § si vir. ff. sol. matr. quē sequuntur Pau. de Cast. & Io. de Imo. ibi. & Abb. in 2. vol. consi. 73. & Alex. in 2. vol. cons. 36. in 2. col. & Bal. in l. legem. C. de pactis.

2 † Pro parte illius Petri dicebatur, quod ipse in veritate fecit illam confessionem spe futuræ promissionis factæ à patre suæ vxori credens posse inuenire fideiussores dotium, per id quod dicit Bald. in l. pollicitatione. C. de don. ante nup. Et ideo nō tenetur. Fuit in Consilio votatū, & determinatū in casu prædicto, quod d. maritus liberetur, & absoluatur ab impetitione dictarum dotium, & teneatur cedere, si quam inanem actionem habet ad dotem cōpetentē mulieri, vel eius hæredi, per l. si socrus. §. Lucius, & l. cū. §. fi. ff. sol. mat. & ff. de pecul. l. quod debetur.

3 † nec debet marito imputari mora in non exigēdo dotem, tū quia propter eius paupertatē non potuit inuenire fideiussores, quæ paupertas habet cū excusare, iuxta notata in c. breui. de iureiur. tū quia ille erat pater suæ vxoris, vt dicit Bal. in d. l. pollicitatione,

4 † tum quia nūc restitutio dotis debet fieri sibi ipsi patri, vt hæredi filiæ, & ipse pater illi, qui promisit dotē, vt dicit Pau. de Cast. in d. §. si vir. & de hac materia vide in clausula dom. Vitalis in rubri. ex quib. cau. possit simulatio præsumi, char. 90. & vnū optimū consilium Aug. 145. & Acc. Insti. de legatis, §. sed si vxori, & in locis, quæ ibi allegantur.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXXIII.

1 *Pater qui fecit instrumentum mutui, quod non valeat agere contra maritum ad dotes filiæ, & quid si ipse pa-*

2 *ter non ageret, sed mulier, an ipsi mulieri agenti obstaret expositio dotis nō solutæ, articulus ample discutitur, & tandē deciditur pro muliere cum positione casus.*

3 *In facto cum limitationibus, & maximè si prima procedant in patre, qui fecit instrumentum mutui pro filia.*

4 *An quis excusetur, si non potest recipere fideiussores sua culpa, & quid quando quis sua culpa deuenisset ad paupertatem, an perdat beneficium, quòd non possit conueniri nisi in quantū facere possit, & si põs bonis cedere.*

5

ADuerte rogo ad hanc deci. quia ideo videtur huic pa-

1 tri † agenti ad dotem confessatam per maritum facto mox instro mutui, quod obstet exceptio dotis nō solutæ, quia ipsemet fecerat instrm mutui, & se obligauit soluere marito suo genero, ergo si ipse agere nō poterat. decidit Pau. de Cast. in d. §. si vir, & notabit j. in limitationib. quando mulier ex instro mutui agere nō valeat. quid ergo si non ipse pater ageret, sed ipsa mulier ex instrumento mutui facto socerū suū cōtra hæredes quondā mariti, an ei etiam obstet exceptio

2 dotis nō solutæ, sed confessatæ, sicut † quasi semper videmus obseruari. hic dubius passus in libro, nam Bal. in l. legem. C. de pac. affirmat mulierem illo casu agere non posse, ex quo licet dos fuerit per suū virum confessata, tamen in veritate nō apparet soluta, & istud fm eū quando ex interuallo apparet fuisse coofectū instrm mutui promissionis dotium, quod latè cōprobat Ro. in cons. 445. consultatio psens, in casu, in quo promissor dotium fuisset soluendo, & marito mora potuisset imputari, vt to patre, iuxta tex. l. si extraneus. ff. de iure dot. quod fecisset instrm mutui, vel si maritus à principio ignoranter accepisset ex promissore, quod non fuisset soluendo, de quib. fuit facta mentio supra in dec. 247. & hanc opinionē in patre faciente instrm mutui late defendit Cur. sen. in cō si. 55. super duob. post Barba. in cons. 19. 2. vol. quē refert & sequitur Rec. in cons. Alex. 148. in cā appellationis 5. vol. vbi ait Siluā nuptialem j. citandam, quod voluit contrarium tamen prædictis voluerūt Bar. & quasi oēs scribentes in d. §. si vir, & Corn. in cons. 145. in hac consulta. vol. Fel. in c. si cautio. de fi. instr. circa fi. Socin. in cons. 64. in causa quæ vertitur 3. lib. circa fi. Cagn. in repe. l. 2. C. de pact. inter empt. nu. 119. & alij quos meminit de Silua nupti. in verbo diuiti non est nubendum. fol. 73. vbi aduertit, maritos debere cauere ab istis confessionib. quod tamen limitat, nisi mulier consensisset huic promissioni mutui, item nisi mulier successisset huic promissori, dico facienti contractum mutui post confessionem mariti, sicut erat in casu huius dec. nā pater, qui agebat ad dotes contra maritum, ipse fecerat instrm mutui ipsi marito suo genero, sicut fuit s. notatum, sequitur ista Boerius in deci. 319. veniendo ad secundā quõnem. in ver. fallit primò, vbi etiā limitat quando maritus ignorauit promittentem dotem ex cā mutui non fore soluendo, & alijs modis, secundum quā vltimam opinionem fuit iudicatum in sacro cons. in quadam cā vxoris cuiusdam Martini de Vernaculis cum Mag. Ioan. Franc. Labella, & alijs creditoribus, de qua causa fuit actuarius Io. Donatus de Amato, & commiss. est dominus Ioan. And. de Curte in anno 1549. videlicet dictam mulierem fore assecurandam virtute instrumenti prædicti dotis confessatæ per ipsum virum super bonis ipsius, & istud non obstante d. instrumento mutui deinde confecto de dictis dotibus, per quod clare demonstrabatur, dotes adhuc nō

3 fore solutas ipsi marito, † & sic in fortioribus terminis, & insuper in prædictis etiam considera, si possunt ista limitari ex dictis Barto. in d. §. si vir. & Roma. in dicto cons. 445. 2. colum. hæc non procedere saltem in patre obligato ex hoc instrumento mutui, quem si non tenetur gener, quod sibi nō

debeat

debeat imputari, iuxta tex. l. si extraneus. ff. de iure dot. cum alijs notatis supra in deci. 241. & aliquibus infra in decis. 333. & per Curtium in d. cons. 55. & sic non videtur iustum, quod si ipsi gener non exegit dotem ex causa lege permittente, quod contra eum siue eius hæredes exigatur, cogita super istis, quia licet contra hæc vltimo narrata etiam in patre videtur fuisse iudicatum in sacro consilio in dicta causa, quæ modo pendet in facto inter illos de Ilenia, & de domo Rapuana extat decretum Magnifici Commis. sacri consilij vna cum decreto, siue sententia magnæ curiæ Vicariæ, quod illa non procedant in patre obligato ex causa mutui, quod non possit agi contra hæredes mariti, qui fuit confessus dotes recepisse, apparente instrumento mutui contra ipsum patrem, & dote nō soluta, & sic secundum opinionem Rom. & Cur. & aliorum, vt supra actuarius Io. Pottius, & insuper quatenus hic habeatur, quod hoc casu possit opponi exceptio compensationis, conuenit Cap. in deci. 183. num. 8. & fuit explanatum supra in dec. 121. & de eo, quod hic
4 etiam dicitur, hunc excusari, si propter † paupertatem non potuit reperire fideiussores, sane si placet intelligas nō pro
5 pter malos suos † mores quis deuenisse ad paupertatem, sicut post alios notat Costa in verbo paupertas excusat. Tiraque. in l. si vnquam. de reuocan. dona. in gloss. in verbo bona. vbi inter alia etiam confirmat, quod quando quis propter dictos suos malos mores peruenisset ad paupertatem, quod non habet beneficium, quod non possit conueniri, nisi in quantum facere possit, neq; potest bonis dicere, aliqua supra in deci. 141. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCXXIIII.

De interdicto recuperandæ possessionis feudi ecclesiæ per possessionem 30. ann.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia agens interdicto recuperandæ contra spoliantis hæredem, qui longo tempore possedit cū confirmationis.*
Feudum possidens cum confirmatione Regis, quid debeat probare.
Ecclesia de se est feudi incapax.
Feuda quaternata concedere ad solum Regem spectat, non ad baronem.
2 *Ecclesia nunquam moritur.*
3 *Feudum qui non possint tenere.*
Feudi incapax non potest se petere restitui, quin obstet notorius defectus proprietatis.
Intellectus c. ad decima. de resti. spol. lib. 6.
Restitutio spoliatorum quando non fiat.
4 *Laicus non potest spiritualia possidere.*
Laico de spiritualibus spoliato quando fit restitutio.
5 *Inuestituram ostendere, vel quod loco inuestituræ habetur paria sunt ecclesiæ.*
Inuestitura loco habetur præsumpta inuestitura.
6 *Tempus 100. annorum operatur titulum, & probatur per famam.*
7 *Interdictum recuperandæ non ostenso titulo ecclesiæ an competat?*
Spacium 30. annorum quid operetur?
8 *Possessio recentior stante antiquiore vitiosa præsumitur.*
Depositio super negatiua nihil releuat.
9 *Testes super affirmatiua an, & quando præualeant alijs super negatiua deponentibus.*
10 *Probatio negatiuæ coarctata loco, & tempore affirmatiuæ præfertur.*
11 *Aduersariorum probantiū possessionem insolidum potior est, cum ius commune fauet.*
12 *Excessus in numero testium copioso datur.*
Verba probant contra confitentem.
13 *Negatiua per scripturam probata probat.*
14 *Inuentarium antiquum an probat contra tertium.*
Præsumptio fit pro inuentario.
Scriptura publica quid probet?
15 *Inuentarium non vocata parte, & extra iudicem factum an probet.*
Notarius de consensu partium scribens sine authoritate iudicis, an vllam fidem faciat?
16 *Baro repræsentat feudum, quod nescit loqui.*

AGitur causa in Sacro cōsilio super possessorio recuperādi territorij, quod nominatur lo Rotello inter commendatarium abbatiæ Sanctæ Mariæ in Basilica de Castro villæ in pertinentijs Aprutij agentem ex vna, & nobilem virum Mercurium Carrafam, dominum castri Rodij eiusdem prouinciæ, in qua in Rota de tribus principaliter fuit exci
1 tatum, & discussum. † Et primò, vtrū ecclesia agens interdicto recuperandæ ad territorium prædictum feudale contra hæredem spoliantis qui possedit lōgo tempore cum confirmatione Regis Ferdinandi I debeat probari de titulo, quomodo dictum feudum peruenit ad ecclesiam. Dicebat dominus Diomedes Mariconda peritus iuuenis aduocatus dicti Mercurij, quod ecclesia est incapax feudi nisi per inuestituram, & donationem Regiam, ad quē solum spectat concedere feuda quaternata, vt in consti. regni post mortem. Barones. n. nō possunt ista feuda quaternata alijs concedere, & maximè ecclesiæ, quia tunc dicitur peruenire ad manus mortuas;
2 † quia ecclesia nunquam moritur, vt c. 1. de al. feu. Item, quia ecclesia non potest præstare seruitium immediate, vt in c. qui clericus, si de feu. fuc. contr. inter dom & agna. & in c. 1. an mutus vel aliàs imperfectus, & in c. 1. de mil. vasa. qui arma belli. depo. & ibi concor. Imò si Rex baroniam, vel feudum quaternatum simpliciter concedit ecclesiæ, tunc nō sustinet ecclesia onera feudi, quæ prius sustinebat feudatarius, nisi in concessione dicat, quòd concedit in feudum, secundum Inn. in c. verum, de foro
3 comp. † Sed clarum est, quod And. de Iser. in l. Imperialem. §. illud. de prohi. feu. alie. per Fed in 5. col. ver. hic magis patet &c. dicit, quod qn̄ possessor feudi esset inhabilis ad tenendum feudum, vt est mutus, surdus, mulier, clericus, & religiosus, qui arma bellica deposuit, qui feuda non potest tenere, vt in diuersis titulis dicitur in vsib. feudorum, in istis vr̄ habere locum illa decretalis noua. f. c. ad decimas. de resti. spo. lib. 6. & iste est vnus de casibus, in quib. nō fit restitutio spoliato: nisi doceat de titulo, vt etiā dicit And. de Iser. in const. Regni, violentias. in 3.
4 colum. sicut dicimus in laico, † qui non potest possidere spiritualia, non fit sibi restitutio, nisi doceat de priuilegio Papæ, vt dicit ibi And. per d. c. ad decimas. & Alex. in l. naturaliter. § nihil commune. in 7. limi. ff. de acq. pos. sicut dicimus in alijs, quibus resistit ius commune possidentibus, vt sint spoliati, non fiet illis restitutio, nisi ostendat titulum, de quibus in c. in literis, de resti. spol. & in c. cum ad sedem. eod. titu. per scribentes. & per And. in d. const. violentias, cū multis concor. quæ alleganrur

in

in dictis locis. Cum igitur dictus commendatarius
nullam inuestituram ostendit de dicto feudo, sed
Mercurius ostendit inuestituram Regis Ferdinan-
di Primi, quæ dicitur confirmato, igitur deneganda
5 est sibi restitutio dicti feudi de lo Roitello. † In cõ
trarium dicitur, quòd paria sunt ecclesię ostendere
inuestituram, vel non ostendere, seu ostendere il-
lud, quod hẽ loco inuestiturę. vt dicunt gl. & doct.
in c. sciendum, & de feu. cog. & est tex. in c. sciendũ.
de consuc. recti feudi. & in c. 1. quib. mod. feu. con
stit. potest. Quid ergo est illud, quod hẽ loco inue
stituræ, nisi ꝑsumpta inuestitura. Et ista ꝑsumpta in
uestitura ex trib. causat, vz ex possessione 30. an.
& ex præstatione seruitij, & allegatione inuestitu-
ræ facta à Rge: vt est tex & ibi And. in c. si quis per
30. si de feu. fue. cont. inter do. & agn. firmat And.
in præl. §. illud & in d. c sciẽdum. de feu. cog & in
prælu. feu. in 3. char. 4. col. firmat Alex. in 1. vol. cõ
si. 136. in 3. col. & in 4. vol. consi. 113. in 4. col. Sed
omnia ista sunt probata pro parte dictæ ecclesię, er
6 go &c. † Item qñ possessio ecclesiæ fuisset antiquis-
sima vltra centum ann. non oportet, ꝙ allegetur ti-
tulus, etiam qñ dictæ possessioni resistit ius cõmu-
ne, tex. in c. 1. in fi. de præscr. lib. 6. no. Bal. in c. si di-
ligenti, in fi. de præscr. & tantum operatur tale tem
pus, sicut potestas principis. dicit And. ĩ præludijs
feu. in 2. char. in 1. col. & 2. char. in 4. col. dicit, ꝙ
habet vim constituti, & in l. Imperialem. §. præterea
ducatus. de prohi feu. ali. per Fed. cum simi. allegat.
per Bar. Vero. in trac. de seruit. vrb. c. 19. Et istud tẽ
pus probatur per famam, vt dicit gl. in consti. Re-
gni, quadragenalem. in verbo, centum annorum.
Item per instrũm, vt dicit gl. quæ fama bene pro-
bata est in processu, & apparet instrũm inuentarij
de dicto territorio, ꝙ sit ecclesiæ ꝑdictæ, quod con
fectum fuit, sunt anni ducenti: de quo dicetur in-
frà de eius impugnatione, & fide.
7 † Fuit ergo votatum, & cõpetit inter dictum re-
cuperandi possessionem feudi ecclesiæ, non aliter
ostenso de eius titulo specifico, sed solum ostensa
longa possessione 30. ann. cum præstatione seruitij
& allegatione tituli, vel possessione tanti temporis
in ius contrarium memoria hominũ non existit. Se
cundò fuit excitatum, qñ pro parte dictæ ecclesiæ
bene fuit probatum de possessione dicti territorij
per 20. testes in præsenti processu, & in alio proces
su per 27. annis 60. & per multos testes de fama ab
antiquissimis temporib & ꝙ sunt spoliata per Pe-
trum Carafam patrem dicti Mercurij. Et pro parte
Mercurij probatur de recẽtiori possessone per pau
8 ciores testes, † quæ præsumitur vitiosa stante dicta
antiquiori possessioni ecclesiæ, vt dicunt doc. in c.
licet causam, de proba. & in l. 1. C. vti possi. Quæ ra
tio habenda sit de testib. examinatis pro parte Mer
curij deponẽtibus dictum territorium fuisse posses
sum per antecessores Mercurij per longum tẽpus,
& addunt, ꝙ dictus commendator, nec eius præde
cessores possederunt per dictum tempus, nec possi
dere potuissent, quin dicti Mercurij, ꝙ magis stan
dum est eius testibus, quia licet deponant super ne
gatiua, quæ depositio nihil releuat eum, vt est text.
qui semper ad hoc allegatur in c. bonæ, de elec. &
& not. Bald. in l. actor. C. de proba. in 3. colum. & in
9 c. licèt causam. pen. col. circa fi. † Itẽ quia testes su-
per affirmatiua pręferuntur testib. deponentib. su-
per negatiua, vt in concor. alle. per Fel. in c. in no-
stra. in 1. col. de testib. Tñ hoc fallit, nisi testes, qui
deponunt negatiuè, deponunt super affirmatiua si-
mul, ut quia deponunt Titium non possedisse, sed
Seium, secundum Bal. in c. si quis per 30. in 2. col.
si de feu. fue. cont. & de isto dicto fuit memor Abb.
Sic. in c. cum ecclesia Sutrina. in 6. col. de causa pos.
& proprie. & Fel. in d. c. in nostra & Alex. in l. 1. ff.
si quis ius dicen. non obtem. fallit, quando negati-
ua esset coarctata locò, & tpe, vt dicit Fel. in d. c. in
nostra, & in iuribus per eum ibi allegatis, in tantũ,
10 † ꝙ ista probatio negatiuè coarctata loco, & tem-
pore præfertur probationi affirmatiuæ, secundùm
Abb. in d. c bonæ. de elec. Sed in contrarium dice-
batur, ꝙ dicti testes sic deponentes intelligũtur de
tẽpore post spolium, quod fuit longũ, non autem
de tempore, quo possidebat ecclesia, quia nullus ex
dictis testib. deponit de antiquiori tempore vltra
30. ann. Item illud dictum Bal. in d. c. si quis per 30.
procedit quantum ad excusationem falsi, vt dicit
Ab. Sic. in d. c cũ eccl. Sut. in 6. col. Itẽ dictũ Bal. pro
cedit, qñ illa negatiua hẽt pro se iuris præsumptio-
nem, vt quia testis dicit, talis possedit non vi, non
clàm, secundum Bal. in l. si quis diuturno, ff. si seru.
vend. Itẽ dicit Bal. in c. si diligenti. vl. col. de præscr.
11 † Si duo aduersarij probant possessionem inso-
lidum, ille est potior, cui ius cõe fauet. sed si ambo
sunt pares, q prior est in possessione, reportat pal-
mam victoriæ, quia sua possessio impedit, ne sequẽs
possideat, allegat no. 2. q. 1. in summa. & de proba-
tio. c. licet causam. Item illi testes Mercurij non de
ponunt super negatiua coarctata loco & tempore:
sed solum dicunt, ꝙ ecclesia non potuisset posside
re, quin ipsi vidissent, & sic non deponunt de loco,
& tpe coarctato, & iõ præsumuntur falsum depone
re, vt dicit Ang. in l. si per aliũ. §. docere, ff. ne q̃s eũ.
Item datur excessus in numero testiũ copioso,
12 † & sic pro eis est iudicandum, ut legitur in d. c. in
nostra, & in l. ob carmẽ. in fi. ff. de testi. & habetur
in l. si duo. ff vti poss. & illi testes pro ecclesia non
habent commodum vel incommodum, sicut testes
de castro Rhodij, qui sunt vasalli dicti Mercurij, &
& habent commodum, & incommodum, si vince-
ret vel perderet d. Mercurius. Item ad coadiuuãdũ
dicta testium productum fuit quodam mãdatum,
factum per quõdam do. Raymundum Candoram,
dñm castri Rhodij & Roitelli, & villæ S. Mariæ, in
quo declarauit d. territorium, de quo est lis in pos-
sessorio, fuisse dictę ecclesiæ, ex quo asserit vidisse
priuilegia antiqua dictæ ecclesiæ, & ideò mãdatur,
ꝙ dictæ ecclesiæ respondeatur de fructib. d. territo
rij, quæ verba probant contra ipsum confitentem,
vt dominum dictorum castrorum. Item productũ
fuit quoddam inuentarium antiquum vltra annos
200. de quo infra dicetur. Item quia dum fuisset
factum quoddam homicidium clandestinum in di-
13 cto territorio, etiam soluit pœnam. † Item osten
dit inuẽtariũ factũ tpe, quo do. Tyberius Carazolus
erat do. Rhodij, & Roitelli, & nihil dẽ ibi de territo
rio, d quo litigat, ꝙ sit do. Rhodij & Roitelli, ar. l. cũ
ꝑtor. cũ si. ff. d iu. & ita dr negatiua ꝓbata ꝑ scriptu
ram.

ram, secundum Abb. in c. 1. de litis conte. quæ bene proba. bonus est tex. in l. 1. C. de exec. rei iu.l.b. 10. Et pro parte d. Mercurij non sunt productæ aliquæ scripturæ, per quas posset coniecturari d. territorium fuisse antiquitus possessum per do. Castrorũ Rhodij. & Roitelli, sed certa priuilegia Reginæ Ioannæ Secundæ, quæ nihil faciunt ad probationem contra d. ecclesiam. Fuit ergo votatum per oẽs, quod ecclesia melius probat possessionẽ antiquã, quàm d. Mercurius, d. territorij. Tertiò fuit excitatum, quam probationẽ faciat dictum inuentarium antiquum, vbi sunt scripta bona ecclesiæ, & iura, quæ habet ecclesia in d. territorio. Et est sciendum, quod dictum inuentarium est scriptum per manus cuiusdam notarij amici de cõmissione do. Io. Candoræ tunc do. terræ ciuitatis Luparellæ, & dictorũ castrorum in anno Domini, 1312. ad instantiã D. Bartholomæi Candoræ abba-

14 tis S. Petri de ciuitate Lupatelli. † Dr̃ quod d. inuentarium non probat contra tertium. scilicet ipsum Mercuriũ, quia dicit Cy. in l. fi. C. arb. tute quod si tutor posuit in inuẽtario domũ, quæ reperitur esse tertij, & sic aliena, quod tale inuentarium non nocet illi dño. Ad hoc rñsum fuit, quod Mercurius non probat, quod tunc d. territorium erat dñorum Rhodij, & Roitelli, & ideo præsumitur pro inuentario, vt in d. l. fi. & in l. cum precib. C. de prob. Itẽ dicit Abb. Sic. in c. 1. vlt. col. de fi. instr. quod scriptura publica probat contenta in ea, ex quo à principio habuit sua substantialia, et in præiudicium tertij, & ponit exemplum. probo contra Titiũ nouum possessorẽ fundi, quia illum fundũ emi à verò dño qui tunc mihil tradit, non. n. induco illud principaliter in præiudicium tertij, sed ad probandum dñium, & ius mihi competens, ad hoc l. 2. C. de acq. pos. dr̃, & secundò, quod d. inuentariũ non probat, quia ille notarius non dicit se interfuisse in d. inuẽtario, & potius percipitur, quod transumptauit, &

15 sic non probat, † quia non fuit factum vocata parte, & coram iudice, vt dicũt doc. maximè Abb. in c. Albericus, de testib. quod habetur in d. auth. si quis in aliquo. C. de eden.

Nam ad hoc rñdebatur, prout dicit Hostien. in d. c. Albericus, & eum sic refert Abba. Sicu. quod si factum est ita antiquum, quod impossibilis redderetur probatio de citatione partis, & pñsentia iudicis, tunc omnia pñsumitur solenniter acta, & licèt Abb. non teneat dictum Host. prædictum, imò ipsum reprobat, vt ibi per eum, tñ dicit vnum verbum notabile ad præsens propositum, quòd si notarius exemplaret de consensu partium confitentium vera esse, quæ continentur in illo inuentario: tũc etiam sine authoritate iudicis fidem faceret inter ipsas partes, saltem tanquam confessio, & pactum, & si non vt scriptura publica, cum fuit rogatus de contentis in ipso inuentario, vt in Specu. de instr. edi. §. restat. & per doc. in c. fi. de fi. instr. & ita est in facto. quia de voluntate Abbatis, & domini dictorum castrorũ scit factum dictum trãsumptum, igitur facit

16 fidem contra successorem in dictis castris; † quia baro repræsentat ipsum feudũ, quod nescit loqui, vt dicit gl. in const. consuetudinem.

Dicitur & tertio, quod d. inuentarium nõ constat in processu, quòd semper habitum fuit pro authentica, & sic non facit fidem, etiam, quò sit antiquum, iuxta ea, quæ habentur plenè in c. audientiã. de præscr. & in c. cũ causam. de proba. & in l. census. ff. de proba. & tanto magis, quia est præiudiciale tertio, vt dicitur in d. locis, & Bar. in l. rura C. de omni agro deser. lib. 11. & in consi alle. per Fel. in d. c. cum causam. in 3. colum. Ad hoc respondebatur, quod fuit transumptum de voluntate dñi d. castrorum, & abbatis, qui erat tunc temporis: nam facit fidem inter ipsas partes, & sic contra dominum feudi, per illud dictum Abbatis alleg.

Super hoc dubio fuit votatum, quòd dictum inuentarium adminiculatur in dicta causa possessorij non ad plena probationem faciendam: sed coadiuuant dicta testium deponentium, aliqui de possessione ecclesiæ ab 80. ann. aliqui de possessionẽ ab annis 60. & vltra, aliqui de possessione 50. & aliqui 40. anno. & multi testes de fama, per quos probatur memoriam non extare, quod super d. territorium possessum fuit per abbates dictæ ecclesiæ, & sic testes prædicti coadiuuant dictum inuentarium, & econtra. Et sic fuit votatum, & cõclusum quod d. Mercurius cõdemnetur ad restitutionem possessionis dicti territorij dicto commẽdatario dictæ ecclesiæ reseruatis certis iuribus, quæ habet do. Castri Rhodij in dicto casali Roitelli, prout continetur in quodam inuentario antiquo presentato per dictum Mercurium. Et sic postea fuit sententiatum, prout in dicta sententia continetur.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXXIIII.

1 *Ecclesia habet interdictum recupe. poss. ad feudum, quando habet inuestituram, vel illud quod habetur loco inuestitura.*

2 *In officio portulanatus an oporteat quem ostendere titulum ad hoc audiatur, item quando ius cõmune resistit.*

3 *Ecclesia potest possidere castrum in regno, vt res alladialis sancta sanctorũ, donationes facta à regibus ecclesijs propter ingratitudines pralatorum non reuocantur.*

4 *Ecclesia an sit capax feudi, an prascribat, & cõueniatur ratione feudi coram iudice laico.*

5 *Quando est de iure verum illud, quòd statur magis duobus testibus affirmantibus quam mille negantibus, & testes satagentes negatiuam an sapiant falsitatem.*

6 *Testes deponentes super negatiua debent reddere rationem suorum dictorum etiam non interrogati.*

7 *Statur magis testibus deponentibus aliquem bona conditionis, & fama, quam econtra. Habens antiquiorẽ possessionem prefertur habenti recentiorem cum titulo.*

8 *Quando omnia sunt aqualia in possessorio quid faciat iudex, vide.*

9 *Ad hoc, vt quis obtineat in possessorio an satis sit probare ante me possedisse, licèt testes non deponent de tempore successionis, scilicet de ipso initio:*

10 *Transumptum antiquum an probet, & an solemnitates prasumatur.*

1 IN isto loco Affl. concludit, ecclesiam habere † interdictũ recu. pos. ad feudum, scilicet quando inuestituram, vel illud, quod habetur loco inuestituræ, videlicet possessio-

nem

aem 30. anno. cumq; præstatione seruitij. videtur con-
uenire Capi.in deci.77.loqnens in eo,qni petit officiũ pos-
2 tulanatos † quòd nisi ostendat titulum,q nõ audiatur,& in
dec.189.in eo q petit possessionem iure resistẽte; sed hic au
torj. in dec. 261.circa fi.in ver.non obstat qntum moti-
num,affirmat,quòd ecclesia ipsa valet intentare istud inter
dictũ ostensa sola possessione absq; titulo,vel illo qđ loco ti
tuli hr̃,vt ĩ.secus in mutuo,& manco,quod vr̃ posse fundari
ex eo qnod hr̃ in consti.regni iusticiarij nomen, & normã.
3 in fi.& per allegata ꝑ eum in eadem deci. † quòd ecclesia
põt possidere castrũ in regno vt res allodialis sancta sancto
rũ,qñ non demonstraretur fuisse concessum in feudo, sicut
dicit ibi And.& post eũ hic autor ex d.Inn.& aliorũ in c.ve
rũ.de so.com.nã reges,& imperatores solent facere dona-
tiones ecclesijs,vt in Aut.de non ali.§.vt aũt,quæ per ingra
titudinem prælatorum non reuocãtur,idẽ in c.1.§. de põt.
t.col. vbi bene hic meus Affl de ali.feu.glo.quatuor, de ca
pi.conra.q citat c.Constantinus 46.dist.& qñ fiunt ꝑ reges
& Imperatores non põt obijci transire ad manus mortuas
& And.in c.1.§.fi.n.21.in ver.q̃rit ergo.Ripa respõsio 30.&
38.n.20.idẽ in rep.l.fi.C.de reuo.do.q.52.latius Paris.in cõ
si.27.10 ꝑsenti,& clarius in cons. 101.bom.1.vol.vbi demon
4 strat ecclesiã capacem feudi † feudũq; pręscribere,cõueniri
corã iudice sęculari, & alia multa citãdo Affl.in hac dec.in
alijs vero,an quis teneat̃ titulũ ostendere.Dec. in cons.61.
sunt annota. ĩ.in dec.265. & 303.& de laico possessione de
cimiarum destituto an possit petere reintegrationem, post
5 Cap.in dec.77.declarat Gui.papa in dec.288. vtrum † & in
ver.dicebatur pro parte d.Mercurij,quòd stet̃ magis duob.
testib. deponẽtib.sup affirmatiua quã decẽ super negatiua,
qñ ipsa negatiua nõ fuisset coarctata loco,& tpe.gl.no.in l.
diem proferre.§.si plures.ff. de arb. Dec. in cons.534. pro-
cedendo,nu.13.& in cons.649.q ait,quòd testes, q deponũt
negatiuam de falso arguantur.declarat latè Ripa in c.cum
6 ecclesia Sutrina,nu.76.cũ seq.de c.poss.& pro q nu.88. † in
ter alia concludit,testem deponentẽ sup negatiua ad hoc
vt probet,debet reddere rõnem dicti sui etiam non inter-
rogatus,& insup quòd stet̃ magis testib.in quibus in cõe as
sistit, declarat idẽ Decius in cons.48.vis tota,nu.11. vbi ẽt
dicit stari magis testib.dicentibus quem bonæ conditionis
7 † & famæ,quam econtra,& quòd in possessorio is obtineat,
q probet de antiquiori possessione,ẽt quòd quis habeat ti
tulum,& possessionem recentionem, quia posterior ꝑsumit̃
clandestina data antiquiori.Cor.in cons.130.in 1.vol. cons.
282.in hac.litera q.sunt ann.j.in dec.363. & istud dũmodo,
ꝙ ille q habet antiquiorẽ possessionem deducas,& alleget
illum habentẽ recentiorem clã possidere respectu suæ pos
session is antiquioris,sicut declarat Ale.in l.si de eo.§.si ser
uum.ff.de acq.pos.in cons.88.quia omne datũ,col 3. in ver.
sed is non obst.Dec.in c.licet causam.col.8. de prob. Boer.
8 261.dec.† & circa.vbi ẽt quando omnia sunt ęqualia in pos
sessorio quid agendum.sed iuxta hæc quæritur,an hoc vt qn
9 obtineat in possessorio † necesse sit probare de tpe,hoc est
de ipso initio possessionis anterioris,vel satis sit, quòd te-
stes deponant ante illum possedisse,quòd sufficiat simplici
ter probare aliquẽ antea possedisse,licet testes non depo-
nant de initio,declarat Cor.in cons.247.i litera.l.2.vol. qđ
incipit,viso processu,qui satis amꝑle in hoc subiecto posses
sorio fuit locutus. Cur.in cõs.24.76.62.Soc cons.54.98.nu.
10 54.4.vol.quòd antiquior possessio præferat̃.De tertio † du
bio circa inuentarium antiquum quando probet, & quod
quando notarius attestatur de volontate partium, instru-
mentum exemplatum faciat fidem,affirmat Felin.in c.Al-
be.in 8.& vlt.col.cũ quibus conueniunt citata supra in de-
ci.273.& nota,quia hoc casu si non voluntate partium dice
retur factum transumptum stante antiquitate temporis,ꝑ-
sumerentur citationes partium,& iudicis autoritas, & alia
requisita, iuxta tex. & quæ volunt scribentes in l. publica-
ti.C.de testa. declarat idem Fel. in dicto capitulo Alberi-
cus,vbi tenet contra Abb.volentem solennitatem extrin-
secam an temporis antiquitate non præsumi, quod etiam
attestatur Aymo, qui nonnullos citat in tracta. de antiq.
tempo.fol.52.& 69.vbi late assert,quantum tempus sit ne-
cessarium ad hoc, vt hæc monumenta antiqua faciant fi-
dem tam contra principalem, quàm contra tertium.
Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCXXV.

De pensionis solutione non probante possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Possessio an, & quando probetur per pensionis perceptionem.*
2 *Pẽsionis solutio, & locatio quãdo faciant pro possessore.*
3 *Hęres possidet per colonum defuncti.*
4 *Colonus recognoscens quando constituat possessorem.*

FActo verbo in Consilio ꝑ me tanqnã delegatũ
in cã vertente inter D.Thomam vasallũ,& pres-
biterum Io.Antonium eius filium super possessio-
ne cuiusdam domus fuit votatum in consilio hoc
1 modo, † ꝙ qñ constat, ꝙ alius est in possessione
eiusdẽ rei,& colonus,vel inquilinus soluit alteri pẽ
sionem,ista perceptio pensionis non probat ipsum
esse in possessione,secundùm Bar.in l.quamuis. §.
si conductor.ff.de acq.pos.per tex.in l.Pomponius.
ff.quib.mod.vsusfr.amit.Sed qñ alius nõ est in pos
sessione: tunc ex perceptione pensionis probatur
possessio,vt firmat Alex. in d.§ si conductor, & ita
intelligitur secundùm Alex.in 2.vol cons. 118.in
2 fi.vbi dicit, † ꝙ per locationẽ, & perceptionẽ pen-
sionis probatur possessio hoc est verum,qñ nõ ꝓ-
batur,ꝙ alius est in possessione.Aliàs per instr̃m lo
cationis, & perceptionis pensionis non probatur
possessio,vt bñ firmat Alex.in 5.vol.cõs.10. & cõs.
12.& cons.33.in 3.col & in 5.vol.cons.88.in 6.col.
& cõs.90.ista decisio:sumpta est ex tex.in d.l.Pom
ponius.vbi est casus pro hoc:& sic intelligitur Bal.
ibi.& firmat ibi Alb.de Ros.dum dicit in tex.ibi vẽ
diderit,& tradiderit,aliàs secus,infra de acq.poss.l.
quàuis,§.1.ꝙ ibi no.& idẽ dicit Bar.in l.qui vniuer-
sas colonum.ff.de acq.poss.faciunt ad hoc no. in l.
ad probationem.C.locati & quod no Bar.in l.lega
3 ta inutiliter.ff. de adim.leg. † Item fuit cõclusum
ꝙ si dominus rei alteri locauit rem suam, & pen-
dente locatione dñs morit̃ superstite hærede quan
quam hæres non cœpit possessionẽ illius rei,dr̃ hæ
res possidere pro colonum. Et si defuncto locato-
re illius capit possessionẽ illius rei,quã colonus pos
sidet,eã non acquirit,nisi expellat colonum, vel co
lonus dicat se tenere noĩe illius,qui intrauit posses
sionẽ,tex.est de hoc in l.peregrẽ.§.quib. ff. de acq.
poss.Idẽ dixit Bar.in l.1.§.non aũt.ff. de vi. & vi ar.
Et illud,ꝙ dictũ est,ꝙ acquirit possessionẽ ille,qui
de nouo intrat possessionẽ ꝑ mortẽ locatoris, si co
lonus fatetur cognoscere ab eo,fallit, nisi ille colo-
nus hæredi locatoris soluisset pẽsionem. ꝑ tex. in l.
4 q̃uis.§.1. ff.de acq.pos.secũdũ Ang & Alex.ibi † Et
est sciendum, ꝙ si colonus illi à quo secundò reco-
gnouit,incepisset respondere de fructibus,tunc eũ
constitueret possessorem,aliàs non, vt patet ex di-
ctis Inn.in c.cum venisset.de resti.in integ.vt refert
Alex.in d.§.1.vbi dicit hoc vltimum dictũ esse ve-
rum qñ primus possessor sciret, ꝙ fieret illi nouo
possessori solutio fructùum,vel pẽsionis,& taceret,
tunc in iurib.incorporalib.sibi ꝑiudicaret, secus in
corporalib. in quib. dato ꝙ sciret alium occupare
possessionem, non priuatur primus possessor, nisi

suspicetur se posse repelli, vel nisi sit negligens, vt declaratur in l.si id quod.§.si & l.si de eo.§.1.ff. de acq.pos.& quia ista fuerunt bene examinata, & conclusa, ideò hic registraui.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXXV.

1 *Per solutionem pensionis non probatur possessionem contra tertium alio existente in possessione, item quando per actus coloni possessio probetur.*

2 *Colonus quando possit interuertere possessionem domini, & an oporteat, quod colonus possessionem destituatur, vt dominus ipsa possessionem priuetur.*

ET quòd p solutionē pensionis seu mercedis nō probetur possessio cōtra tertiū alio existēte in possessione, decla
1 rat Cur. in cons.315. vt in † litera e. 4.vol.& Soc.in cons. 106.libenter, num.2.vbi ait, necessariū tertiū demonstrare aliū existere in possessione, & q valeat iste mouere interdictū recup.contra oēs in hoc casu ēt contra ipsum colonū, & successores, de quo fuit notatū s.i dec. 11.& de intellectu. l.si qs conductionis, & qđ hic ēt hr, q per actus coloni possessio pbetur, intelligendum qñ colonus gerit istos actus noie domini, aliàs per solum initūm locationis non probaretur possessio contra tertiū, nisi inter dñm, & colonum sicut vltra in l.prædia, de acq.pos.notat ista Soc.in cons. 11.in cā, nu.4. 3.vol.& in cons.54.visa 4.vol.nu.11.Cassa. in cons. 19.viso processu, nu.1.Gratus in cons.10.nu.7.vol.1.qñ autē
2 † colonus possit interuertere dñi possessionē vltra adductos per Afft.hic notat ample Tiraq.in tract. de consti.poss. fol. 96.sunt ēt anno.in dec.167. vbi fuit conclusum, quod quando defunctus possidebat corpore alieno, animo tñ suo, i. p colonum continuari possessionem in hęredem, si ipsius hæredis nomine colonus ipsam possessionem continet, & intantum istud verum, quod nisi expellatur colonus, dominus semper dicitur possidere, quo expulso dominus possidere desinit, secundum Decium in consi.103. in causa.nume.2. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCXXVI.

De petita iudicis familia ad associandum creditorem contra debitorem.

SVMMARIVM.

1 *Materia l.creditores C.de pig.*

2 *Citatio partis in petitione familia iudicis ad associādum na requisita.*

1 FVit votatum per totum Cōsilium, † q iudex pōt dare familiam suam creditori habēti publicum instrm de debito cōtra debitorem, in quo ex pacto datur potestas capiendi bona debitoris., & eius hæredis propria authoritate, & in quo debitor constituit se precario nomine creditoris tenere, & possidere &c.vt ipse creditor capiat corporalem possessionem bonorum stabilium ipsius debitoris absq; citatione ipsius debitoris, per doctrinā Alb. de Rosa. in l.creditores. 2.col.C.de pign.& idē firmat Sal. ibi.& idem Io.de Imo.in c.potuit.de loca.& Alex. in 4.vol.cons.132.de quo per Ias.in l.2. C. de iure emp.col.74.& seq.& per doc.in l.iustè possidet. ff. de acq.poss.& hoc fuit in cā d. Catharinæ de Rota, hæredis quondā suæ sororis petentis sed associari à commissario S.C.circa captionem bonorum feudalium obligatorum cum Regio assensu pro ducatis decem milibus dotalibus suæ sororis defunctæ sine filijs vxoris quondam comitis Caiatiæ sui mariti virtute instri dotalis in forma publica, cui ipsa comi-
2 tissa succedit. † mihi fuit visa ista decisio mirabilis, eo quia debebat parte citata constare domina erat eius hæres. Sed quia hoc erat notorium, ideò pertrāsiuit dicta decisio, & quia non fuit petita licentia ingrediendi: sed fuit petita familia ad sociādum, quo casu secundùm Sal.in d.l.creditores, non requiritur citatio partis, & eum sequitur Ias. ibi in col. 76.Itē, quia Bar.in d.l.creditores. in 5.q.principali dicit, q in tali licentia requiritur partis citatio. & idem Bal.in l.1.C.de exec.rei iudic.& in l.nec quicquam.§.vbi decretum.7.col vers.sed dubitatur, si possum.ff.de offi.proconsulis.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXXVI.

1 *Quando quis reuocatis precario vel constituto accedit ad iudicem pro familia ad capiendam poss. an debeat pars citari, distingue vt hic.*

2 *An accedendo quis ad iudicem ei præiudicet, quominus possit rem capere autoritate propria, & quid ante, vel post litis contesta.*

3 *Instrumentum, in quo est expressum, quòd possit quis rē capere non liquidato negotio, an valeat.*

4 *Et an instrumentum datis habeat executionem paratā.*

5 *Instrumentum liquidum an possit exequi contra singularem successorem.*

6 *Acta facta in iudiciu summario an faciāt fidē in plenario.*

1 VOs verò in hoc subiecto † familiæ concedendæ dicatis, q satis refert, qñ creditor, qui habet constitutum precarium cū ptāte capiendi bona debitoris accedit ad iudicē, nā aut vadit p obtinenda licentia ingrediendi, & sic capiendi bona debitoris; aut pro familia concedenda, vt associet ad capiendā possessionē, siue bona debitoris. primo casu de iure dēt pars citari, vt concludit Afft.hic.2.vero casu quando pro familia concedenda, vt associet, quia ipse reuocauit pcariū, sicut i aliqbus partib.videmus obseruari extra. Neapolim, & tunc non esset pars citanda, quēadmodum de vtroque fuit locutus Alex.in d l.creditores. 13. col. & in cons. 130.131.132.in cā 4.vol.refert & sequit Dec.in cons. 146. p
2 tenui.& 460.viso pūcto.ubi etiā quærit, si quis † habeat in instro prædicto constitutum ptātemque capienda bona debitoris, eligat viā ordinariā, an ei afferat præiudiciū, quominus deinde valeat rē autoritate propria capere.& licet glo. in l.proinde.§.notandum.ff.ad legem Aqu.affirmet, q sic, idē Rom.in cons.95. nu. 28.in ciuilibus. tñ Alex.& Dec.in dictis consilijs affirmant cōtrarium, nulla de d.gl.facta mētione, quod intelligit Rec.in d.cons.Dec.146 quādo fuisset lis contestata, q tunc præiudicat ēt non obstante protestatione, cui contradicit Maran.in suo Spe.in 4.dispu. & respōdet ad d.gl. q procedant, quando actor hūs confessionē rei, & sic tanq concessum solet fieri præceptū de soluendo, iux. tex.in l.debitori.ff.de iud.voluit in cā dari terminū, & fieri pcessum, nā tūc secdm eū pcessu ordinarie debet snia ferri: sed cōtra hæc sentit idem Mar. fuit oblitus in eo spe.par.6. nu.31.fol.126. secundum nouam impressionem, per quæ non recederem à prima opi. l. eum qui certarum. §. qui illud aut illud.ff.de verb.obl.& maxime quia hodie quasi in omnibus instrumentis videmus adesse illam clausulam, quod vna via electa alia non tollatur, & hanc opi.ultra suprà citatos secutus fuit Cotta in versic. pacta executiua,

vbi

vbi etiam firmat. quod instrum dotis non habet executionē
3 paratam. imo plus quod quando fuisset dictum † quod non li-
quidato negotio possint bona debitoris capi, quod valeat cre-
4 ditor hoc pactū exercere, quod est mirabile, & de subiectio † quod
creditor virtute pacti cōstituti, & pcarij valeat apprehende
re bona debitoris, & istud pactū exercere contra et singu-
5 larem successorem, & mucoto resistente, † Soc. in cons. 82.
super quæstio. per totum 3. vol. hic noster autor in constitu. re
gni pacis cultū, nu. Goza. in cons. 42. in casu proposito. late:
Nicos. in trac. de pig. in 4. par. prin. fo. 84. & 85. sed latius per
Tiraq. in tract. de const. poss. in 1. par. nu. 42. f. 16. de actis fa
6 ctis in iudicio summario an † fidem faciant in ordinario, &
quod obstet exceptio rei iudicatæ interuenientib. illis tri-
bus, videlicet quod idem petatur. 2. quod sit eadē causa pe-
tendi. 3. quod sit eadem conditio personarum, iuxta tex. l.
cum quæritur. ff. de excep. rei iu. declarat pulchre Deci. in
cons. 96. viso puncto. ad quæ etiam vide cons. Alex. 106. ma-
gnifice. circa finem. 3. vol. & quæ fuerunt annot. supra in de
cis. 97. 139. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCXXVII.

De interdicto recuperandæ, & quæ veniant in eo probāda.

SVMMARIVM.

1 *Interdicto recuperandæ agens, quid probare debeat.*
2 *Possessio antiquior iuuat interdictum recuperandæ.*
3 *Spolium satis probatum videtur, probata antiquiore pos-*
sessione.
3 *Antiquior possessio cæteris paribus tunc præfertur, nisi*
quis habuerit recentiorem possessionem ab annis decem, qua-
liter intelligatur.
4 *Agenti interdicto recuperandæ, an sat sit probare, quod*
aliquando possedit ante spolium, & sit necesse probare
possessionem in die spolij, & an oporteat etiam declara
re diem, & mensem, quibus quis cecidit à possessione.
5 *Quando petitorium, vel possessorium videatur intenta-*
tum per clausulam omni meliori modo.

FVit bene discussum, & conclusum in consilio,
1 † quod sit regula, quod agens interdicto recuperandæ
possessionis debeat duo necessariò probare, vt pos-
sit vincere, videlicet probare se possedisse rē cuius pos
sessionē petit sibi restitui. Et probare se spoliatum
fuisse, vt in l. 1. §. interdictum aūt hoc. ff. de vi. & vi.
ar. c. consultationib. c. cū conc. quæ ibi allegātur, de
offi. deleg. sed ista regula cessat, quando agitur remedio
2 c. reintegranda. 3. q. 1. † nam quando intentatur dictum
remedium, sufficit actori probari antiquiorem pos-
sessionem, & possessionē esse penes conuentū, quia
satis dr probatū de spolio eo ipso, quod apparet proba
tū de antiquiori possessione & de iuniori possessio
ne conuēti, per hoc apparet de spolio reipsa. ita dicit
Bal. in l. 3. vl. col. C. si à non cōp. iudice. alle. l. si colo
ni. C. de agri. & cens. lib. 10. & firmat hoc Alex. in 3.
3 vol. cons. 6. inci. circa processum. † Item dicta regu-
la cessat, quando officio iudicis petitur restitutio posses
sionis, de qua apparet, quod bona fide eam habuit; tūc
sufficit, quod probetur de dicta possessione tm̄, licèt
non probetur de spolio. hoc tenuit expresse Inno.
in c. post electionem, in simi de concessio. præben.
alleg. d. l. si coloni. & quod not. in c. sæpe. de resti. spol.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXXVII.

1 *Interdicto recuperandæ ad hoc vt quis obtineat, opor-*
tet probare de antiquiori possessione.
2 *Possessorium recuperandæ secundum magis communem*
datur contra titulo possidentē, quod limitatur, nisi quis
sua culpa cecidisset à possessione, quia forte rem aliena-
uit, vel quia ob redditum non solutum fuisset à possessio-
ne priuatus.

1 AGentis recuperādæ satis † est probare antiquiorem pos
sessionem, & modo possessionem ipsam reperiri penes
conuentum ad obtinendum, & circa ista vltra illa, quæ fue-
runt notata supra in dec. 324. declarat hic autor in consti.
reg. violentiarum, nu. 29. Dec. in cons. 57. & pro tenet. Soc.
2 l. rem quæ nobis. ff. de acq. poss. qui dicit magis † cōem, hoc
interdictum dari et contra titulo possidentem. declarat et
Dec. in cons. 56. in cā. qui dicit causam ipsam possessionis es
se parui præiudicij, probarique per vnum teste, de cuius di-
cti veritate sunt anno. j. dec. 364. quæ licet recipiant restri-
ctionē multis modis, tñ nota, quod quando quis sua culpa ce-
cidit à possessionem, ut quia rem ipsam alienauit, vel quia
emphyteuta à non directo ob causas ceditus nō soluti, vel
ob alienationes factas ipso domino irrequisito fuisset pos
sessione ipsa destitutus, non intendat remedium illud, pro-
ut voluit Bald. in cons. 176. 3. lib. & sunt concor. infra in
dec. 392. voluit et Ripa in repe. c. sæpe. n. 27. de rest. spol. ali-
qua et supra in dec. 97. item etiam limitat Cur. Se. in cons.
3 24. super eo. 2. col. in fi. † antiquiorem possessionem præfer-
ri cæteris paribus, nisi quis probasset recentiorem possessio
nem a decem annis intra cuius contrarium fuit secutus Hier.
Grat. in cons. 70. col. 2. nu. 15. vol. 2. & Dec. in cons. 300. nu.
24. & cæteri alij quos citatus in repe. l. si quando C. vnde vi. qui
ex dictis omnium concludit. & bene, istud remedium dari
vsque ad annos 30. ad quæ faciunt notata per hunc in consti.
regni ex dictis Hugo. & aliorum dicit quem incontinen
ti recuperasse posse, etiam si per 10. ann. steterit ad se accō-
modandum & præparationes aptas ad capiendam posse. fa
ciendas, & fuit notatum in dec. 289. in fi. & vide si dicta per
Curtium possunt procedere in interdicto retinendæ, vt no-
taui j. in dec. 394. Sed iuxta ista quæritur, an huic agenti re
4 cuperādæ satis sit probare † quod aliquando possedit ante spo
lium, vel erit necesse quod probet se possedisse in die spolij.
Ripa, & sic contra cōem opi vt supra in c. cum ecclesia su-
trina, nu. 32. de caus. poss. & propr. & sunt ann. supra in deci.
324. sed an debeant exprimi annus, mēsis, & qualitates, quib.
quis cecidit à possessione. Hyp. quod non in singu. 600. &
sunt etiam ann. supra in deci. 250. & 77. vbi per clausulam
omni meliori modo ius, & iustitiam fieri, & administrari vi
5 deatur petitoriū, vel possessorium intentatum, † expedit.
Deci. in cons. 62. in causa, & infra in decis. prædicta 364.
Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCXXVIII.

De superioris mandato à pœna caducitatis recusante.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum iudicis factus debitori non soluendo, an excu*
set eum aduersus creditorem.
Præceptum iustificatum excusat.
2 *Mandatum superioris excusat à pœna caducitatis.*
3 *Timor pœnalis excusat.*
4 *Clausula, rebus sic se habentibus, quid operetur.*
5 *Litigandi iusta causa reum à pœna cōuentionali excusat*
non actorem.

1 DOminus Paulus longus Medicus, & eius † fra
ter locauerunt Antonio molēdinario vnū mo
lendinū intra ciuitatē Neap. existēs pro annis duob.

pro vncijs 10. cũ hoc pacto, ꝙ singulis mẽsibus de
beat soluere ratã tangentẽ, & si nõ soluerit, liceat
eum expellere, & alteri locare. Superuenit manda-
tũ pœnale, & iustificatũ magnæ curiæ factum dicto
Ant ꝙ non debeat soluere pensionem dictis fratri
bus ad instantiam monialium monasterij S. Mariæ
Magdalenę, & canonicorum S. Mariæ de Matribus,
prætensi dñi, & possessores d. molendini, ob mãda-
tum non soluit per vnũ vel duos menses, pro parte
dictorum fratrum in Consilio petitur declarari, ꝙ
virtute dicti mãdati incidit ĩ cõmissum, & ꝙ dictus
Ant dimittat eis dictum molẽdinũ. Ille Antonius
dicit, ꝙ sibi fuit mandatum per superiorẽ, ꝙ non
soluit, & ideo tale mandatũ eũ excusat à dicta cadu
2 citate. † Fuit votatum in Consilio, ꝙ dictum man
datũ superioris excusat dictũ Ant. à dicta pęna ca
ducitatis, & hoc per tex. & ibi Bar. in l. mulier. ff. de
lege commis. & voluit idẽ Bar. in l. non solũ. §. mor
te. in 10. q. principali. ff de ope. no. nun. & idẽ tenet
Alex. in l. hæres. ff ad Trebe. Et tanto magis, quia
postquam dictis fratrib. per dictum molendinariũ
fuit notificatum dictum mandatum, dictus D. Pau
lus non potuit obtinere victoriam contra dictum
monasterium & capitulum, & pro hoc facit id, qđ
dicũt Hostien. & Ioan. And. Cardi. Floren. in c. si-
3 gnificauit. decen. † de eo, qui iurauit soluere in-
fra certam diem creditori, si index præcipit sub
pœna debitori, ne soluat: est excusatus, communi-
ter subditi obediunt superiori, & dicit tamen,
ꝙ debet appellare, ideò iste iussus superioris habet
eũ excusare à dicta pœna caducitatis, nã & iste ti-
mor pœnalis habet eum excusare, vt dicit Pet. de
Anc. in c. ad Apost. in 15. no. de re iud. in 6. & Bal.
in l. falsus, in fi. C. de fur. & ĩ l. si te bonis. C. de iur.
delib. Cy. in l. a. in fi C. quod met. cau. Bar. in l. credi
tor. in fi. ff. de sol. Illa ergo promissio de soluendo
4 singulis mẽsibus ratã, † intelligitur, rebus sic se ha-
bentibus, vt plenè nn. per Lud. Ro. in l. fi. ff. qui sa-
tisd. cog. i. nisi superior aliud voluit. ideò concludit
Io. And. in regula, in malis, in merc. in 6. ꝙ si scho-
laris iurauit creditori suo non exire districtum Bo
noniæ ante solutionem sine ipsius licentia. Demũ
iste scholaris fuit ex iusta causa reuocatus à patre
in patriam, vel si esset clericus, fuit ex cã reuocatus
ab episcopo ad residentiam, ꝙ si recessit, & non sa-
tisfecit, ꝙ est excusatus. Idem tenet Fed. de Sen. in
cons. 191. inc. quæstio talis est scholaris clericus &c.
5 Ideo dr̃, † quod iusta causa litigandi excusat reum
à pœnali conuentionali, sed non actorem, vt dicit
Bal. in l. non solum, ff. de rei vend. & voluit Alexan.
in 2. vol. cons. 119. incipi. titulus quæstionis.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXXVIII.

1 *Mandatum superioris quando excuset à pœna, & quan-do quis soluat alteri mandato superioris, & quòd non soluat creditori, an sit excusatus.*

2 *An qualibet promissione intelligatur excepta autoritas superioris, intãtum quòd si debitor pupilli soluat d. man dato sit excusatus.*

3 *Quando quis facit protestationem tanquàm procurator alicuius iudicis autoritate, an debeo ego illi parere.*

4 *Qualibet causa etiam iniusta an excuset à dolo, & pœna, etiam in criminibus.*

5 *Tutor potest propria autoritate rapere pupillam & quòd auferat à matre volente transire ad secunda vota, quæ intendit eandem pupillam alicui sibi volito ex placito nuptui de facto tradere.*

6 *Iusta causa debet, articulari, & probari, scilicet, quòd per illam quis fuit motus ad aliqua faciendum, aliàs ei non opitularetur, & traditur casus de facto.*

1 QVòd mandatum superioris † excuset à pęna etiam ca
ducitatis non soluentem in termino promisso, etiam
õ adesset iustm, declarat Sal. in l. fi. C. de nõ nu. pec.
vbi declarando aliquos casus notabiles cõditionis iusti ait,
quod si promisisti mihi soluere, intelligitur nisi iudex prę-
cipiat contrariũ. istud etiam affirmat Bal. in d. l. fi. de leg. cõ
mis. vbi dat cautelam debitori non valenti soluere ad pęnã
euitandam, ꝙ faciat fieri mandatum à iudice ne soluat,
ad q̃ conueniunt allegata per Papiensem in forma libelli
sequestri, in vers. nodeat fol. 39. q concludit, hunc debitorẽ
excusari, si alteri, quã suo creditori iussu magistratus soluat
qđ intelligendũ puto iux. no. per Bal. in l. falsus. C. de furtis,
col. pen. in ver. vlterius q̃ro, qñ quis soluisse habẽti manda-
tum saltem obscurum, sñiam iudicis, vel aliter, vt ibi per ip-
sum, & sunt aliqua supra in deci. 150. alias aũt cautelam tra
ditam per Bal. in d. l. fi. dico nõ esse veram, neq; bonam, qñ
mandatum iudicis fuisset procuratũ a debitore cã differẽdę
solutionis. nã cõtrarium voluit Ro. in d. l. fi. sicut eũ refert
Ias. in l. fi. & in l. si verò. ff. q sat. cog. in q b. amplè prosequit̃
2 subiectum † ꝙ in qualibet promissione intelligit̃ excepta
autoritas superioris ex iusta cã superueniẽti, & fuit tactum
in d. decis. 150. q̃ etiam prosequitur Roin. in cons. 150. 1. vol.
q declarat casum notabilem debitoris pupilli soluẽtis ma-
rito superioris, ꝙ si excusatus, conuenit Alex. in cons. 78. vi
3 so diligenter. 5. vol. vbi consuluit † quòd si aliquis facit pro
testationem tanquam procurator alicuius iudicis autorita
te, quòd debeo parere, per d. l. ff. de lege commis. secus si pri
uata sua propria autoritate, q̃ ego (vt dixi) intelligerẽ sem-
per secundũ dic. Bal. in d. l. falsus, qui magistraliter videtur
loquutus, & quod qualibet causa excusat à pœna, & dolo,
4 † iux. tex. igitur. in ver. sine iustis, declarat vnã cum concor.
Dec. in reg. qui alterius. ff. de reg. iur. quod recipitur etiam
in iudicijs criminũ, iux. gl. in l. si plagij. C. ad l. Flauiã de pla
gi. affirmat Cœpo. 10 cons. 21. Ego. col. antep. & in cons. 24.
2. col. Soc. in cons. 131. in præsenti. un. 10. 1. vol. qđ extendit
etiam in violẽtia, quod etiam fuit secutus in sall. 202. f. 30.
Dec. in cons. 178. circa fi. idem in cons. 192. & 565. clarissi-
ma. nu. 7. Ay. in cons. 18. And. inuenis, qui dat casum de su-
5 tore. qui potest † per vim impune ex iusta tamen causa mo-
tus eripere puellam de manu matris volentis transire ad a.
vota, & forte dictam pupillam non bene fratri secundi viri
nuptui collocare, & nonnulla circa prædicta in facti contin
gentia ẽt tradidit Cass. in consue. Bur. des doitrex, §. 7. nu.
6 20. fol. 165. quæ oia † quòd iusta cã excusat à pœna, intelli-
gas vera fore, quoties fuisset in processu deductũ, & proba-
tum hunc allegatum fuisse motus illa causa sic faciendum,
sicut firmat Alex. in cons. 103. videtur. 1. vol. refert, & sequi
tur Bal. in repe. l. Cels. ff. de vsuca. col. 3. notat ista, & alia co
piosius Tiraq. quem post hæc notata per me habui in trac.
de pęnis, caus. 43. fol. 222. & per hæc in facti cõtingentia ob
tinui in regia camera summariæ, circa caput deuolutio-
nis petitum per episcopum aduersarium territorii Galdi
contra Mag. Carolum Copulam, qui non soluerat reditum
dicto episcopo spatio annorum 40. nam eo quo iussu iudi-
cis, & decretis regiæ Cameræ alteri, valet d. Alfonsinæ de
Medicis dictum redditum annuatim vt dominæ directæ d.
territorij soluerat, fuit euitata caducitas, de qua causa, &
sententia fuit facta mentio supra in deci. 244. ad aliud pro-
positum, vbi notator. Actuarius, & cum istis etiam conue-
nit Hier. Grat. in cons. 5. per totum, maxime nu. 25. 1. vol.
Laus Deo. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCXXIX.

De restitutione aduersus præscriptionem 30. vel 40. annorum ex capite ignorantiæ.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio aduersus præscriptionem 30. vel 40. annorum ex capite ignorantiæ an concedatur. 5. 7.*
2 *Præscriptio longiss. temporis plenissimam securitatem præbet.*
3 *Præscriptio 30. annorum currit etiam ignoranti.*
4 *Molestia inferri dicitur etiam in iudiciali vexatione.*
6 *Restitutio ex capite ignorantiæ post ann. 40. ecclesiæ an concedatur.*

Dictat Regia pragmatica Regis Ferdinãdi primi, q ille, qui allegat, q sibi non obstat p viam restitutionis in integrum præscriptio, eo quia nõ habuit scientiã de aliqua scriptura publica, p quam
1 causatur suum ius, † q istam scripturam debet recipere cum solennitate, de qua in dicta pragmatica. alias allegatio dictæ ignorantiæ sibi non proderit. Fuit dubitatum in causa Loysij de Baldis in sacro Consilio, quã habet cum certis pupillis super quadã terra, quam terram dicit d. Loysius esse suam vigore sententiæ latæ in fauorẽ Catinę, cuius ipse est nepos & heres, quæ quidem snĩa lata fuit sunt anni vltra 40. Et nouiter ad eius notitiam deuenit, & ipsam recepit secundũ solennitatẽ dictę pragmaticæ. Vtrum per dictã pragmaticã dicta restitutio in integrũ ex capite dictę ignorantiæ concedatur cõtra præscriptionem longissimi temporis 30. vel 40. annorum vel solùm contra præscriptionem 10. annorum inter pſentes, & 10. inter absentes. Ego dicebã, q istud dubiũ aliàs fuit decisum in consilio, vt patet supra deci. 37. Sed quia fuerunt mortui illi Consiliarij, qui in illa decisione interuenerunt, Ideo fuit de hoc iterum dubitatum Et vr aliquibus, quòd non conceditur restitutio ex capite ignorantiæ scriptu
2 ræ aduer. præscrip. 30. vel 40. annorum, † quia dicta præscriptio longissimi temporis præbet plenissimam securitatem, vt in l. sicut. C. de præscr. 30. vel 40. annorum Sed vbi cõceditur in integrũ restitutio, non dr subesse plenissima securitas, vt no. gl. in l. ait prætor, §. permittitur. ff. de mino. Secundo ad idem allegatur glo. in Cle. 1. de rest. in integ. & gl. in c. ad audientiam, eo. tit. quę dicunt, quòd contra præscriptionem 40. annorum non conceditur restitutio in integrum.

3 † Tertiò præscripto 30. annorum currit etiam ignoranti, in l. fi. C. de præsc. longi tẽporis. Et si dicatur, q ille tex non vetat posse concedi restõem ex capite ignorantiæ, dicebatur, q tex. in d. l. sicut. dat illi, qui longissimo tpe præscripsit, securitatẽ, & tex. in l. fi. C. de fun. patri lib. 11. in ver. nullã molestiam vel inquietudinem formari vult, q illi, qui sunt tuti præscriptione 40. annorum, non habeant timere aliquam molestiam, vel inquietudinem,
4 † & molestia dicitur inferri, etiam quando quis iudicialiter vexatur, vt in l. 1. & ibi Bald. C. de nundi. & probatur in aut. de fideiuss. in princ. in versi. molestus sit. Quartò hanc partem firmat Bartholom. Soc. in cons. 299. in vers. præterea præscript. quod incipit, Capio primũ &c. & idem voluit Alex. in secundo volum. cons. 152. incip. viso processu causæ vertentis, in 3. col. Quintò, in casu, de quo est quæstio, elapsi sunt vltra annos 40. & ideo aduersus pscript. 40. anno. ex capite ignorantiæ non conceditur restitutio licet aduersus præscript. 30. annorum cõcedatur dicta restitutio, secundum Alex. de Imo. in 1. vol. cons. 70. incip. videretur &c. & istam opi. secutus fuit Franci. de Are. in cons. 103. incipiente, breuitas in consulendo est necessaria. & ibi allegat Bal. in multis locis hoc tenẽtem, videlicet in l. omnes. C. de pscrip. 30. anno. & in l. ab hostibus ex quib. cau. ma. & in l. 1. C. qui admit. in 24. oppo. Bar. Soc. idem dicit in cons. 194. incipiente, subtiliter & eleganter, in 4. col.

5 † In cõtrariũ, q ex capite instæ ignorantiæ conceditur restitutio aduersum præscriptionẽ 30. vel 40. annor tenent Pau. de Leaza Zenzelinus, Stephanus & dom Car. in dicta Cle. 1. de restit. in integ. Idem firmat Abb. Sicu. in c. vigilãti. de pscrip. hanc partem firmat Alex. in 2. vol. cons. 68. incipiente viso themate supra scripto, in 4. col. vbi dicit, quòd ista est cõis opi. Allegat etiam Hostien. in c. contingit, de transac. & in summa, in tit. de resti. in integ. §. quando. in fi. & voluit expressè Ang. in l. annus.
8 † in priuilegijs expresse exprimuntur,aut legitima præscriptione,de qua non sit memoria legitimè probetur, vt firmat ipse in d.loco,nu.26.citando eundem Ale in cons.35. in 1.in 2.vol.aliosve &c.quod maxime procedunt, cũ pro libertate præsumatur,& qui allegat onera deberi,ipse probare debent,prout hæc late prosequitur Luc.de Pen.in l.1. col.2.de decapitatio.ciuium.lib.11. qui fauendo libertati, prout sic iuris concludit, regem qui habent suos demoniales vasallos,& si alienare possit de iure ipsis inuitis,q tñ in ipsa alienatione aliquod grauamẽ eis non imponãt ad aliquid dandum,vel faciendum existente ipsa libertate,sequitur hic Bar.in cons.59.cõe Spoleti,qui dicit,hunc qui allegat ipsam libertatem ab oneribus,non astringi ad probandum negatiuam,s.nunquam soluisse onera prædicta per tñ tps,imo aduersarium esse obnoxium ad probandum affirmatiuam,onera fuisse præstita, sed quando probaretur libertas,ius fuisset præscriptum in d.casu,sequitur multa cumulando Aymo in consi.57. nullo. nu.8. & cum prædictis videtur conuenire & non dissentire Rub.pragmatica regis Ferdinandi primi,cuius est initium.ad perpetuam rei memoriam,licèt aliqui aliter praue intelligatur,& hoc ex pluribus,& primo dum in prin.sui pragmatica ipsa disponit ad releuandum subditos circa ista onera seruari constitutiones, & capitula regni,quę volunt, vt supra est probatum, q hæc onera,siue seruitia personaliu cum pecunia,quæ dñ angaria,& sine pecunia,& tunc perangaria.gl.in l. nemini de sac.san.eccl.Rub.de cursu publico anga. & peranga.lib.12.non posse imponi, nec haberi contra subditos, nisi expresse sint concessa in priuilegijs,vel præscriptione,de qua non sit memoria hominum in contrarium,etiam si habeant in eis clausula cum angarijs &c.nam si qua sunt,habẽt sensum, vt supra demonstratum, nec ipsis Baronibus non habentibus priuilegium de prædictis opitulantur illa verba pragmaticæ in ver.hæc autem,dum dicitur,hæc aũt quę nobis,vt præmittitur, licere non patimur, alijs omnibus merito prohibemus,quasi velint,q sicut res ipsas, seruitia personalia cum pecunia siue salario valet exercere in suos subditos,siue vasallos, sic ipsi Barones siue vtiles dñi terrarum ista facere possint,dum ibi mandat, quod dicti Barones illa contenta in d.pragmatica obseruent,& custodiant, qui respondent Paridi in loco supra citato in tit. de exces. Baro. & Gram.in d. voto. 12. quia si rex istud ex cã facere pôt,Barones nequaquam,imò puniuntur,iuribus citatis p Gram.in d.voto.12.nu.11.cum seq. & per Paridem vbi supra qui dicit non posse exigere nisi a volẽtibus.idẽ And.in verbo,& plaustrutum.quæ sint regal.& de iure à minori ad maius non est validum argumentum,aut. multo magis. de sac.san.eccl.silua nup.li.1.fol.49.in tit.non est nubendum. Ꝓterea per dicta verba si ipse rex hæc facit, sic Barones, q hæc facere possint, & dum mandat dictam pragmaticã obseruari a Baronibus vtilibus dominis terrarum,ve videri lẽgiq; pôc in dicta pragmatica,rex ipse non dat noua priuilegia Baronibus angariandi vasallos, sed tñ releuandi subditos,prouidet q Barones, qui forte habent dictas angarias in priuilegijs,sicut habent rex ex lege obseruent dictam taxam contentam in dicta pragmatica circa salarium soluendum,& alia prout in ea,& sic ꝓcedit parificatio, & bona est determinatio,aliàs aũt non essent bona parificatio seu determinatio,& succederet reg.tex l.nã hoc iure.§.sed si alter.ff.de vul.& pu. quod quãdo vna determinatio seu parifficatio respicit plura determinabilia,nõ æque determinat, qñ est diuersa rõ in vno q̃ in alio,de qua vltra seri.ibi latius Dec.in cons.456.consului,nu.6.& 12.sed latius Silua in loco supra citato,nu.163.164. quæ inter alia dicit hæc procedere,quando duo æquiparata sunt æqualis potentiæ,nã tũc æqualiter determinat, alias non, allegando Lancellotum Decium in l.si ex toto.§.si ita legatum.ff.de leg.1.aliàs per ãn quadam causa,de qua infra dixi,si secus diceretur, quod per dicta verba rex concederet noua priuilegia Baronibus angariandi suos vasallos liberos,tunc præsentes, & deinde futuros,sequerentur plura absurda,& iuri contraria,& primo quia concederetur Baronibus illud quod esset regale obscuritate, & sub tenebris verborum, de quo requiritur specialis expressio.consti. regni, ea quæ ad decus. & volumus Paris,& alij in locis supra citatis,& sic rex faceret vnico verbo omnes suos vasallos angarios,quod non est dicendum. secundo resultaret legum correctio,qd non est concedẽdũ ex identitate,vel ex maioritate rationis,authen.quas actiones.cum vulga.C.de sac.san.eccl. Ale. in l. si constante.in prin.sol.mat.Dec.in cons. 156.n.8.esset.n.absurdum,quod seruus æquiparetur domino,si rex facit sine priuilegio.idẽ & Baro,quod absurdum euitandum. Silua post alios in d.loco fol.40.nu.166.imo posteriores leges secundum priores.gl.vul.in l.sciendum.ff.qui satis. cog. & posteriores leges secundum priores,& sic statutum patitur interpretationem passiuam.l.1.§.lex Falcidia.ff.ad legem Fal.ibi Alex. post Bar. nu.7. & potius est censendum quod dispositio nil operetur,quam quis indebite damnum patiatur glo.& ibi fin.in l.fi.§.in computatione.C.de iure delib.latius Aymo in cons.3.nu.6.& sic iura iuribus concordando, dũ rex disponit,quod Barones obseruent dictam pragmaticã,sicut ipse rex facit,intelligitur,quatenus ipsi Barones habẽt in priuilegijs.tertio diximus illud subsistere nõ posse,pragmatica ipsa venit ad releuamen subditorum circa onera ibi dũ dicit,ad releuandum onera fidelium,ex quo ex proœmio colligitur causa finalis, & principis intentio est releuandi subditos.vul.l.fi.ff de her.insti.& sic si secus interpretaretur,esset contra principis intentionem, & resultaret grauamẽ & nõ releuamen subditorũ, postquã Barones angarias ex dicta pragmatica acquirerent, quæ antea non habebant, & quod esset in fauorem,in odium redundaret,cõtra.l.quod fauore.de leg.Fel.in c.cum dilectus.de rescr.vbi concor.& sic vltimo paret,quod sic ad releuamen subditorum, nam licèt de iure cõi vasal. habens res venales teneatur potius vendere dñis,quam alijs,sicut & colonus fructus.l.1. C. de metalla.lib.11.& ibi Lucas à Penna n.4.Soc.in falle. in ver. vendere,tñ dicta pragmatica dat subditis potestatem vendendi & emendi libere cui quis velit,& quando vult,& sic liberum commertium, per quæ pôt inferri, quod qñ fuissent aliqui subditi apti ad opera personalia,ad illa nõ tenerentur dño ipsis inuitis.Paris ẽt vbi supra nam si res sunt liberæ tanto magis personæ.l.sancimus.C.de sac. san. eccle. And.in c.1.nu.3.in si qui.mo.seu.ami. alias si secus diceretur, inducta ad augmentum operarentur diminutionem, quod non est dicendum.l.si quis ita legauerit,cum si.ff.de aur.& arg.leg.quarto si sic diceretur,derogaret priuilegijs aliquarum terrarum, quę habẽt dictam immunitatem à regibus,quod non est consentiendum, nam per generalem concessionem nunquam intelligitur prꝗiudicatum iuribus certis,ẽt si dicat non obstante concessione,quia de inualida,& illud ex iuribus & autoritatibus supra citatis in 3. nume.per quæ & alia tenui in quadam causa vertente inter comitem Altomillæ,& illos de ciuitate Troię,ipsos Troianos fore liberos à seruitijs personalibus, non obstante dicta pragmatica, & ex quo non aderat ex parte d. comitis priuilegium de prædictis, nec possessio antiqua necessaria, sed tñ quædam capitula de exhibendis seruitijs per ipsos de Troia mediante salario, fuit determinatum teneri ad seruitia personalia condecentia mediante salario, actuarius Io.And.de Caro.in sac.consi.die Feb.1565. Cæsar Vrl.

DECISIO CCCXXXV.

De precario,quod ad bona futura non trahitur, & de remedio l.si C.de acq.pos.Et de assensu sibi, & suis hæredibus præstito non opitulante cessionarijs.

SVMMARIVM.

1 *Precarium an extendatur ad bona futura precarij tempore impossessa?*
Bona futura in bonorum generali obligatione an veniãt?
2 *Bona præsentia & futura veniunt in tacita hypotheca.*
3 *Precarium loco traditionis quando habeatur.*
Precarium extenditur etiam ad partum nasciturum.
4 *Constituens se precario alterius nomine possidere, quid probare debeat,vt effectum suum obtineat precarium*
Precarium quando inane sit.

5 *Bona præsentia & futura obligans, an obliget feuda quærenda à suis hæredibus.*

Precarium non transit ad hæredes precario rogantis.

6 *Precario nomine possidere post mortem suam nemo se potest constituere.*

Constitutio precarij an circa futura operetur.

7 *Possessio pro præsentibus si internertitur, agi potest condictione l. fi. C. de acquirend. possess.*

8 *Constitutionis precarij triplex distinctio.*

9 *Precarium ad bona hæredum nihil operatur.*

10 *Precarium quãdo transeat ad hæredes precario rogãtis.*

11 *Feudi alienatio Rege consentire renuente reuocari potest non obstante iuramento.*

Facto proprio nullo ipso iure licet contrauenire.

12 *Obligatio annullata materiam non habet, super quam assensus fundetur.*

Assensus Regis post ius quæsitum parti non valet eius præiudicium.

Ratificatio non operatur in præiudicium eius, cuius quæsitum est ante ratificatione.

13 *Possessio si retineatur, displicere non dicitur.*

Displicentia animi retractionem requirit.

14 *Assensus impetratus post reuocationem obligationis bonorum nihil operatur.*

Consensus episcopi in donatione iuris patronatus quid operetur.

15 *Obligatio bonorum feudalium propter quid post annum reuocata maneat?*

Inuestituræ forma non relinquenda.

Tempus multa resutat.

16 *Assensus non registratus intra tempus in regia camera pro non præstito habetur.*

Feudum ex conuentione formam accipit.

17 *Regius assensus de persona ad personam non extenditur.*

Cessionarius nõ dicitur successor vniuersalis sed particularis.

18 *Obligatio solutione eius, quod debetur tollitur.*

Donatio in solutum habet vim emptionis & solutionis.

Actione primæua sublata agi non potest.

Datio in solutum primæuam obligationẽ quãdo nõ tollit.

19 *Assensus ad consecutiua extenditur.*

20 *Assensus præstitus in contractu, in eius executione videtur præstitus.*

21 *Cedere in præiudicium primæ cessionis nemo potest.*

Contractu inito cum filio, solui potest.

Contractu cum intruso celebrato, ei solui potest.

22 *Cessio secunda quando valida?*

Actio directa circa primò cedentem remanet.

Limitatio ad legem 3. C. de noua.

23 *Actiones directæ ex quo inhærent ossibus cedentis separari non possunt.*

24 *Transigi potest prima cessione non probata.*

PRo decisione causæ vertentis in sacro Consilio inter nobilem Carolum Maramaldum actorem 1 ex vna, & dominas Francescam & Ciacam de Samframundo côuentas ex altera, super assistẽtiis perita super castris Corneti & particalis obligatis & hypothecatis per quondam Nicolaum de Samframũdo patrẽ dictarum conuentarũ pro ducatis mille 206. mutuatis per quõdã And. Maramaldũ d. Nicolao & Hugoni de S. Seuerino, fuit dubitatũ de quatuor dubijs. Et primo, vtrum in obligatione facta per d. Nicolaũ veniant dicta castra, quæ fuerunt quæ sita per hæredes dicti Nicolai post dictam obligationẽ,
1 † & sic an virtus precarij extendatur ad bona futura, quæ non possidebantur tempore constituti precarij Et videbatur, ꝙ prædicta obligatio extendit̃ ad bona futura, & sic precariũ extendit̃ ad bona futura, quia tex. expresse vult in l. fi. C. quæ res pig. obli. pos. ꝙ in generali obligatione bonorũ veniãt ẽt bona futura, quæ posteà acquiruntur. Ad idẽ tex.
2 in l. 1. ff. de pig. † Imò ẽt in tacita hypotheca veniũt non solùm bona p̃sentia, sed ẽt futura, vt in l. hac edictali §. his illud C. de secund. nup. & ibi per Bal. licẽt Io. cõtrà, vt d. gl. in d. l. fi. Et ideò multi doctores tenent, ꝙ ẽt tunc precarium extendit̃ ad bona futura, quia nõ est magnũ p̃iudiciũ sicut in obligatione, vt tenẽt Iac. But. in d. l. fi. q̃ est vna ex decisionibus Iustiniani, cuius opi. secutus fuit ibi Sal. & Ang. in dicta disputatione inc. in refulgẽti delitiarũ palatio. & in cõs. 179. inc. visis p̃dictis instrumẽ
3 tis &c. in 9. col. † vbi dicit, ꝙ si in donatione bonorũ præsentium & futurorum sit appositũ precariũ, tũc habet̃ loco traditionis, & sic extẽditur ad futura & Io. de Imo. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. allegat pro hoc tex. in l. quamuis. ff. de precar. vbi si cõstituo me precario nomine tuo ancillã possidere, istud precarium extenditur ẽt ad partum nasciturũ, ergo ad futura. hãc opi. firmauit ẽt Bar. in cons. 76. inc. punctus talis est, pater filio suo emãcipato. idẽ tenuit Bal. in l. si quis argentũ. §. sed si quidem. C. de donat. hoc idẽ vr̃ firmasse Alex. in l. 3. incertam. ff. de acq. pos. dum concludit, ꝙ si quis obligauit omnia bona sua præsentia & futura, & cõstituit se precario nomine tenere & possidere, ꝙ istud precarium trahitur ad bona futura, q̃ per eum acquirentur. Et eãdem opinionem firmat
4 Ias. ibi dicens istam esse cõem opi. † Sed in contrariam partem multũ stringit illa conclusio, q̃ vult, ꝙ ille qui cõstituit se precario nomine alterius possidere, ad hoc, vt precarium operetur effectum suũ, debet probare, ꝙ tempore precarij constituti ipse possidebat naturaliter, alias precariũ nihil operat̃, vt not. gl. in l. quamuis. § conductor. ff. de acq. pos. hoc firmant Ang in cons. 304. incip. in quæstione vertente. Bar & Ang. in l. quædam mulier. ff. de rei vendi. hoc idem voluit gl. & Angel. in l. 2. in verbo, tradita C. de acq. pos. & Bal. in l. 1. C. quan. lice. ab empt. disce. vbi dicit hanc esse veritatem, ꝙ si venditor tempore, quo constituit se, precario nomine emptoris, non possidebat, inane est precariũ, licẽt posteà cœpit possidere, quia in noua possessione nõ est cõsensus inter partes &c. Idẽ firmat Ant. de Bu. in c. cũ venissent. de res. spo. & in rep. c. fi. in 16. col. de caus. poss. & propri. hoc expresse voluit Alex. in 4. vol. cons. 10. incip. viso processu &c. & in d. l. quamuis. §. si conductor, circa fi. post Ang. ibi. & firmat hoc Ias. in l. ab emptione. in 8. colum. versi. secundò limita. ff. de pac. & Bal. in rub. C. de contr. empt. Sed in casu, de quo agitur, d. Nicolaus nõ tenebat dicta castra, nec ipsa posteà habuit, sed dictæ con-
5 uentæ illa recuperauerunt. † Et licẽt dictus Nicolaus obligasset omnia bona sua, præsentia, & futura, non obligauit, nec hypothecauit feuda quærenda à suis hæredibus, quæ

non

nõ sunt obligata, vt dicit Ang.in l assiduis. C. qui
potio. in pign.hab.& Sal.in l.Paulus.ff. de pign. &
not. Alex.in l.si hęredis seruus.ff.de leg.1.Maximè,
quia precarium non transit ad hæredes precariò
rogantis, ꝑ tex.in l.cum precario. §.fi. ff.de preca-
rio.& not.in c.fi.de precario.
6 † Nec quis põt se cõstituere precario nomine
possidere post mortẽ suã, vt dixit Ang.in d.l.quam
uis.§.si conductor.& Alex.in 2.vol.cõs.80.inc.per
spectis his,de quibus in themate.& sequenti.
Secũdò dicebatur, ꝙ quanquã dicti moderni te
neant, ꝙ precariũ extenditur ẽt ad bona futura, ꝑ
iura & rationes per eos allegata in d. §. incertam,
tñ negari non põt, ꝙ multi doctores tenent con-
trariũ, vt est Bal.in l. 1.ff. ꝓ socio.vbi dicit ista ver
ba formalia, vnde si obligo tibi oĩa bona mea ꝓsen-
tia & futura, & cõstituo me precario nomine te-
nere & possidere ista cõstitutio præcarij nõ opera
7 tur circa futura. † Et dicit, ꝙ effectus est iste, quia
ꝓ ꝓsentibus si interuenerit possessio, põt agi condi-
ctione l.fi.C.de acquir.pos. nec requirit̃ excussio.
Sed pro futuris oportet agi hypothecaria præcedẽ
te excussione bonorum, secundũ Vbertũ & Alber-
tum Papiens.hoc idẽ expresse firmat Pet.de Vbald.
de Perus.in repet.l.cũ duob.§.Papinianus.ff.ꝓ soc.
in 9.char.versi.circa quintam partem &c.hanc par
tem tenuit Lud.Ro.in d.§.incertã.& in l.exitus.ff.
de acq.pos.In hac varietate sacrũ Cõsilium trãsiuit
8 cum ista distinctione faciendo tria capita. † Aut
quis constituit se quãdam rem precario nomine te
nere & possidere, & tpe cõstituti precarij non tene
bat, nec possidebat, & tũc precariũ nihil operatur,
& ita loquitur gl in d §.si conductor.& Bal. in l. 1.
C. quan. liceat ab empt.disce. & alij doctor. supra
alleg.Aut quis obligat pro debito omnia bona sua,
præsentia & futura, & constituit se præcario nomi
ne creditoris tenere & possidere, si posteà debitor
aliqua bona acquisiuit, precariũ extendit̃ ad ista bo
na futura, secundũ magis cõem opi. doc.in d.§.in-
certam.Et sic sacrum Consilium nõ fuit secutum
opi.Bal.in d. l. 1. ff. pro socio, nec Petr. de Vbal.
9 † Aut debitor obligauit bona sua & suorum hære-
dũ ꝓsentia & futura, & cõstituit se precario nomi-
ne creditoris tenere & possidere, & debitor nõ acq
siuit ipse posteà bona, sed eius hæredes acqsiuerũt
bona, tũc quoad ista bona hæredũ qñ fuissent obli
gata expresse ꝑ ipsum debitorẽ, nõ operabitur ali-
quid precariũ, quia nõ põt quis cõstituere preca-
10 rio possidere post mortẽ. vt supra dictũ, † nec pre
carium trãsit ad hæredes precariò rogantis, ꝑ tex.
in d.l.cũ precario.ff. de precario. Et ideò fuit vota-
tũ, ꝙ dicto agenti non competit contra dictas mu
lieres conuentas rem edium l.fi.C. de acq. pos.in-
tentatum super dictis castris.
Secundò fuit dubitatũ, posito sine ꝑiudicio veri
tatis, ꝙ assensus Regius super obligatione bonorũ
feudalium sit in forma probante, de quo multũ du
bitabatur. Vtrum dictus assensus operet̃ suum effe
ctum, ex quo præstitus fuit eo tempore, quo fuit re
uocata obligatio bonorũ feudalium ꝑ d. Nicolaũ,
vigore constitu. Regni. constitutionem diuæ me-
moriæ. Lucas de Pẽna in l. nulli.C.de fundis patri.
11 lib. 11. fuit in vna opi. † ꝙ vbi Rex renuit consen
tire, tũc ipse idem alienans poterit reuocare, non
obstãte iure, quod tacitã cõditionẽ habere vr̃, si
Rex consentiat alienationi, arg.de rescri. c.cõstitu-
tus.& de iureiurando c.venientes.cum simi.Sed di
cta sua opi.nunquã fuit in obseruantia, quia ex quo
alienatio, vel obligatio rei feudalis fuit ipso iure
nulla, per iura in vsibus feudorum, & in dicta con-
stit. licuit venire cõtra factum proprium nullum iu
re l.quemadmodum.C.de agri.& censi.lib.11.voluit
Bar.& ibi Alex.in apostillis in l. post mortem. ff. de
adop.& patet in dicta consti constitutionem.Inn.
in c.nosti.de elect.cum si.Nec in hoc vr̃ dolo rece
dere à promissis contrarius, vt in c.in malis.de reg.
iur.lib.6 Et ideò in contrariũ dicebatur, ꝙ si post
obligationem bonorũ feudalium sine Regio assen
su facta sit reuocatio virtute dictę constitutionis
Regni, si postea Rex assentit dictæ obligationi, quæ
obligatio est annullata per reuocationẽ assensus,
12 nihil est, † quia non habet materiã, super quã for
ma assensus põt fundari, vt not.Bal. in l. cum sñia,
C.qñ prouo.non est necesse, in 2.col Item qñ Rex
post reuocationem obligationis ipsi obligationi
præstat assensum, reperit rem esse integram, sed re
uocatam legis permissione, & sic ius quæsitum est
patri reuocanti, & post ius quæsitum parti nõ valet
assensus Regis in eius præiudicium. vt dicit And.
in l.imperialem, in princ.de proh.feu.ali per Fed.&
in c.1.§.donare.qualiter olim feud.ali pot sic ẽt di-
cimus in ratificatione, q̃ non operat̃ in ꝑiudicium
eius, cui ius est quæsitum ante ratificationẽ secun-
dũm Bal.in l.fi.C ad Maced.& in l obseruare § post
hæc.ff.de of.proconsulis, & Bar in l.si vxor.§. si qs
vxorem.ff.de adul.& in l.in debitum.§.1.ff.rem ra-
tã haberi, & in l.rem alienam.ff.de pig.cum si.
13 † Nec obstat quædã oppo quã quidã aduocatus
allegabat, videlicet, ꝙ ille sicut non dr̃ displicere,
cuius possessio retinetur, ideo oportet ꝙ in displi-
centia animi interueniat retraditio, vt dicebat Bal.
in l.fi.C.de contrah emp.Et sic, si ille, qui ob mu-
tuum obligauit feudum, & reuocat obligationẽ, de
bet restituere mutuum. Quia respõdet̃, ꝙ nõ opor-
tet statim mutuum restituere, sed adueniente tpe,
& si tempus est elapsum, poterit conueniri actione
personali vel reali in bonis burgensaticis, quia tex.
in const.Regni, non dicit, quòd non aliter poterit
reuocare nisi oblata pecunia, per quam alienum
vel obligatum est feudum. Et ita maiores nostri
14 semper dixerunt, † ꝙ assensus impetratus post re
uocationẽ obligationis bonorum feudalium nihil
operatur, ita etiam non operatur consensus episco
pi in donatione iuris patronatus mortuo donato
re in ꝑiudicium sui hęredis, vt dicit Abb.in disputa
tione, Augerio patronatum &c.& no.Abb.in c.cũ
uos.de his q̃ fiunt à præla.Et tãto fortius, ꝙ in il-
lo asserto assensu sine sigillo erat clausula, ꝙ d.And.
Maramaldus deberet scribi facere intra annum di
ctum assensum in quaternionib. Regiæ Cameræ
summariæ, aliàs dictus assensus censeat̃ nullius ro
boris, vel momenti, & dicta conditio nõ fuit adim-
15 pleta, † & sic remanet obligatio bonorum feuda-
lium post annum reuocata sine assensu, ꝑꝑ clausu
lam decreti annullantis, vt per doc.in c.cæterùm.de
rescri.& in c.auditio. de resti. spol. & Bald. in l.

cum muller.ff.sol.matr. & in l.non dubium, colu.
12. C.de leg.cum multis similibus.

Nec est recedendum à forma inuestituræ, ẽt ꝙ
sit contra cõsuetudines feudorũ, dixi Bal. in c. 1. §.
ꝑterea, quid sit inuestitura, & alibi, si nõ seruatur
pactum, rescinditur quicquid est actum, secundum
Bal. in l.cũ te.ff de pac. inter emp. & ven. ideo tẽpus
multa refutat, d. And. in c. 1. qno temp. miles. & ideo
dictus assensus cum non sit registratus intra tem-
16 pus in regia camera habetur pro non ꝑstito, † qa
dicit Bal. in l cum te. de pac. inter emp. & vend. ꝙ
si nõ seruat̃ substãtiale pactũ, rescindit̃ q̃cquid est
actũ substantiale, quia ex conuentione feudũ acce-
pit formam l. 1. §. si conuenerit, ff. depositi. l. contra
ctus. ff. de reg. iur. Bal. in l. ex hoc iure. vers. 6. q̃ritur.
ff. de iustitia, & iure. Fuit votatũ in Cõsilio dictis
rõnib. cõsideratis, quòd dicta obligatio quoad di-
cta castra est sine Regio assensu. Et tãto magis, q̃a
dictus assensus impetratus fuit p d. And. sup dicta
obligatione bonorũ feudaliũ ꝑ se & suis hæred. &
successorib. & dicti agẽtes agũt iure cesso p d. And.
17 in qua cessione nõ interuenit Regius assensus, † q
nõ extẽditur de ꝑsona ad personã, vt d. And. in l.
Imperialẽ. in princ. de prohi. feu. alie. per Fed. nec
cessionarius dr̃ successor vniuersalis, sed particula-
ris, ideò nõ cõprehendit̃ sub appellatione successo
ris, nisi diceret̃, quibuscũque, vt p Alex. in l. q̃dam.
§. nihil. ff. de edẽdo & in l. si patroni, in princ. pen.
col. ff. ad Treb. & Bal. in l. 1. in 48. ff. de rer. diui. &
in c. 1. §. donare. qualiter olim feudũ ali. poterat, &
sic assensus præstitus And & suis hæredib. & suc-
cessoribus non opitulatur cessionarijs. Tertiũ du-
biũ fuit, ex quo d. And. pro dicto debito carcerari
fecit d Nicolaum, & d. Nicolaus dedit in solutum
& pro soluto d. And. castrum Sarcuni, cui tradita
fuit possessio, & quia in debito ꝑdicto assensus ni-
hil operat̃, quia obligatio bonorũ feudaliũ fuit re-
uocata, vt supra. Nec ĩ datione in solutũ interuenit
Regius assensus, & pòsteà d Nicolaus certo modo
recuperauit dictum castrum, si dicti conuenti pos
sunt dicere, ꝙ d. And. fuit satisfactum, & per conse
quens sit sublata illa prima obligatio. Maximè, quia
18 secuta fuit quietatio & liberatio. † Vr̃ ꝙ sic, quia
solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obliga
tio, vt Inst. quib. mod. tol. obl. in prin. Item, quia il
la datio in solutũm habet vim emptionis & vendi
tionis l. eleganter in princ. ff. de pig. ac. & in l. si præ
dium. C. de euic. Bar. & alij in l. libera. C. de sen. &
licèt d. Andræas cecidit à possessione, tñ non põt
agere primæua actione sublata, sed agere debet pro
euictione, vt not. Bar. in l. elegãter. ff. de pig. act. &
in l. si quis aliam, de sol. bene facit tex. in l. ii. ff. de
cond. ob caus. & sic cũ non sit actũ pro euictione,
sed primæua obligatione sublata, debet sequi abso
lutio. In cõtrarium dr̃, ꝙ potuit agi primæua obli-
gatione, quia non fuit sublata per dictã dationem
in solutum, quia dicta datio in solutũ fuit ipso iure
nulla tanquam facta sine regio assensu Nec obstat,
ꝙ præcessit assensus super obligatione bonorum
19 feudalium dicti Nicolai, qui assensus, † extenditur
ad consecutiua, vnde solemus dicere, ꝙ si in obli-
gatione præcessit assensus, iudex interponit secun
dum decretum in feudis, q̃a illud secundum decre-
tum est consecutiuum ad d. Regium assensum, vt
dicit And. in consti. Regni, si quis post litem facit,
quod dicit gl. & Bar. in l denique. §. sed vtrum. ff. de
mino ꝙ assensus præstitus in contractu, videt̃ præ
stitus in eius executione. Sed quia ille assensus ni-
hil operatur, quia fuit reuocatã obligatio bonorũ
feudalium ante impetrationem assensus, vt supra
in proximo præcedenti dubio dictum fuit, ideò di
cendum est, quòd ex quo datio in solutum fuit nul
la, licuit agere primæua actione.
20 † Et ideò fuit votatũ, ꝙ de ista datione in solutũ
nulla habetur ratio pro decisione præsentis causæ
quia sine assensu est facta, & ille assensus præstitus
post reuocationem obligationis factã non resumit
vires per dictã dationem in solutum. p no. in l. qđ
ab initio, ff. de reg. iur. cũ cõcor. suis. Quartũ dubiũ
fuit Nam d. Andræas, fuit ille, qui mutuauit dictam
quantitatem pecuniæ Vgoni de S. Seuerino, & d.
Nicolao, deinde d. Andræas transegit cum dictis
conuentis habitis ducatis 270. de auro in aurum.
Et opposita dicta exceptione transactionis, libera-
tionis, & quietationis probata per publicum instru
mentum, opponitur contra cã, ꝙ dicta pecunia mu
tuata erat paterna, & ꝑ medietate spectabat ad D.
Io. Maramaldum fratrem dicti Andreæ, & sic di-
cta transactio non nocet hæredibus dicti Io. ꝑ me
dietate. Item opponitur, quòd ante dictam transa-
ctionem d. Andræas cessit dictum debitum dicto
D. Ioanni eius fratri, & sic pro medietate tangente
dictum D Ioannem non potuit transigere, nec ce-
dere in præiudicium primæ cessionis.
21 † Ad primam oppositionem respondebatur, ꝙ
ex quo d. And contraxit ipse nomine proprio cum
d Hugone, & Nicolao, tanquã sui iuris, quia pater
eius erat mortuus, & de pecunia propria, licet pe-
cunia esset patris, sine dubio põt solui filio, quia qñ
contractus initus fuit cum filio, põt filio solui, vt in
l. si vnus, in prin. ff. de pact. & not. Bal. in l. quod ser
uus. ff. depositi, & in l quod seruus. ff. de solutio. &
no. Bar. & alij. in l. filius. C. de pac. sicut qñ contra-
ctus celebratus est cũ intruso, põt ei solui ex dicto
contractu, vt no. in l. si vibana. ff. de condic. indebi.

Ad secundam exceptionem respondebatur, ꝙ
ex quo dictæ conuentæ ignorabant dictam cessio
nem factam per dictum And d. Io. eius fratri, quan
do dictæ conuentæ transegerunt, & habuerunt ces
22 sionem à dicto Andræa, † dicta secunda cessio est
valida, vt not. in l. fi. ff. de trans. quia penes ipsum
And. qui primò cessit fratri dictum debitum, remã
sit actio directa, vt in l. quis ergo casus. ff. de pecu.
& ratione directæ actionis sibi remanentis si non
interuenit vnum de illis tribus, de quibus in l. 3. C.
de noua. potuit dictus And. fecisse dictam transa-
ctionem, & cessisse secũdo loco dictis mulieribus,
vt declarant scribentes in d. l. 3. & in l. si cum em-
ptore. ff. de pact. & in l. facta. §. si hæres. ff. ad Trebe.
Nec obstat, ꝙ in instrumento primæ cessionis fa-
ctæ dicto Io. fuit dictum, quòd cedit omnes actio-
nes vtiles & directas, quo casu cessat dispositio l. 3.
C. de no. vt voluit expresse Tancredus de Corneto
in sua compendiosa in fine sextæ partis, vt refert
Ias. in d. l. si cum emptore.
23 † Quia respondebatur, ꝙ eius dictum non est

verum;

verum,quia ex quòd directæ actiones inhærent os
sibus cedentis,nõ possunt separari,sicut character,
qui imprimitur in anima,vt dicit in l.nemo potest.
in 4.col.ff.de leg.1.& glo.in d.l.quis ergo casus.&
ibi hoc expressè firmat Pau.de Cast.& no.glo. in l.
2. ff. pro soc. Iõ nisi interueniat alterum conten-
tis in d.l.3.semper cedenti remanent directæ actio
nes,propter quas potuit transigere, & nocere pri-
mo cessionario non interuenientibus altero de il-
lis tribus contentis in d.l.3.& ideo habenti directã
potest ei solui,& soluens cõsequitur liberationem,
nisi interueniat alterum de illis tribus contentis in
d.l.3.secundum Bar.notanter in l.non quocunq; 1
§.qui Caiũ.ff.de le.1.& tenet do.Marianus in cõsi.
24 18.omnipotens Deus ad sit.† Fuit votatum p con
siliũ,ꝙ licèt non sit probata scientia dictarum mu
lierũm de dicta prima cessione,sed posito, ꝙ fuit ꝓ
bata, non suffecisset, quia ratione directæ actionis
remanentis penes cedentem potuisset transigi, &
cedere, ex quo nõ interuenit alterũ de illis trib.cõ
tentis in d.l.3.voluit gl.in l.nomen,C.quæ res pig.
ob.possunt. & in d.l.si cum emptore,doc.cõiter in
d.l.3. & hoc expresse firmat in transactione Raph.
Fulg.in cons.4.inc.Domina Stella.versi.cæterum si
ne præiudicio veritatis,& sic cõclusum fuit, quod
obst.dicta exceptio transactionis,ideo fuit votatũ,
& sententiatum, quod dictæ conuentæ absoluan-
tur, & iste fuerunt principales causę quare fuerunt
absolutæ, licèt multę alię rationes concurrant pro
dicta sñia absolutoria ferenda, & iam nunc lata.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXXXV.

1 *Precarium extenditur ad bona futura in præiudicium facientis,siue constituentis precarium, sed an præiudicium tertij.*

2 *Constitutum an possit fieri post mortem,& si adest clausula ex nunc,prout ex tunc.*

3 *Dominium rei legatę sicut transfertur recta via, an & possessio? articulus disputatur contra Tiraqn.*

4 *Heres licèt posset capere res hæreditarias propria autoritate,tamen nisi apprehendat possessionem rerũ hæreditariarũ, non potest possessorium recuperandæ mouere.*

5 *Hæreditas iacens non dicitur possidere, constitutum post mortem collatum cum clausula ex nunc prout ex tunc valet.*

6 *Assensus veniens post reuocationem,an validet alienationem,& quid quando alienatio fuisset facta ex causa necessaria concernente onus feudi,vt est vita,& militia.*

7 *Quãdo post reuocationem venit reuocatio reuocationis, & deinde assensus,an valeat alienatio.*

8 *An in reuocatione reuocationis requiratur assensus,& an eadem solennitas quę requiritur in contrahendo, eadem requiratur in dissoluendo contractum.*

9 *Ratihabitio an possit fieri,postquam ius est alteri quęsitũ.*

10 *Verba,pro se, hæredibus, successoribus, an veniat successor particularis, & quid si fuisset expressum pro se, & hæredibus,successoribus quibuscunque.*

11 *Verba,cum libera potestate,non inferunt ad ea,quæ quis verisimiliter non fuisset concessurus.*

12 *An data potestate alienandi feudum, intelligatur concessa sine assẽsu domini,et quãdo ampla fuisset potestas.*

13 *Stante nullitate dationis insolutum,an quis valeat redire ad primas actiones.*

14 *Quando dolus dat causam transactioni omnia nulla,assensus an extendatur ad exequutiua.*

15 *Res ecclesiæ obligata cum decreto potest sine decreto alienari.*

16 *Cedens an possit agere contra debitorem,articulus disputatur post Affl.*

17 *Quando cedens cessisset vtiles actiones,& directas ipsarumque exercitio nil reseruando,an agere valeat.*

18 *Quando fuit facta denunciatio per cessionarium,an possit fieri solutio cedendi, & quid si debitor aliunde habuit scientiam de alienatione, & quid quando cessio fuisset facta ad vtilitatem cessionarij, an tunc qualiscunque scientia sufficiat.*

19 *In quibus casibus possit cessio fieri, & an debitor semper valeat soluere data ignorantia.*

20 *Cedens,qui exegit pecuniam,tenetur cessionario restituere, & soluere.*

1 CIrca primum dubium † tactum p Affl.quòd hypotheca
extendat ab bona futura,& sic eius opinio,& Domino
rum hic est in hypotheca.And.in c.1.§.quidam tamen,nu.
9.de contr.inter masc.& fœmi.de benę.vbi ait secus esse in
venditione,& donatione bonorum,quod tñ de præsentib.
Circa scdm dubium,quòd pcarium extendat ad futura, est
Tiraq.in tracta.de constu.poss.in 2.parte in prima limitatio
ne,nu.14.fol.61.intelligendo tamen hæc in præiudicium cõ
stituentis tñ,ex quo quia ipse non põt factum suum impu-
gnare.Secus vero in tertij pìudicium,cui medio tpe fuisset
ius quęsitum,quem vide,nã omnes scribentes citat tam pro
hac opi.quam contra affirmantes,& mox declarando, hãc
limitationem quinq; modis citat nostrum Affl.in hac dec.
& insuper quod precariũ constitutum etiam non possit fie
2 ti post mortem, nec valeat,declarat amplissime idem † in
secũda limitatione d.tertiæ partis fol.64.quæ ex dictis om
nium dicit esse communem,licet ipse acuendi causa inge-
nium teneat contrarium.& si dicat,quòd nullus in hoc dis-
sentiat;ego etiam cum cõi opi.censeo tenendum, nec ob-
stant sua argumenta,dum dicit,quod sicut dominiũ trans-
fertur recta via in legatarium rei legatæ.iuxta vul.l.à Titio
ff.de furtis,& istud post mortem testatoris, ita & possessio,
quia respondetur,possessionem ipsam naturalem,siue actua
lem fore quid facti,igitur requirit factum hominis.l.3.ibi
3 omnes.ff.de acq.poss. † & quatenus est iuris, vt quando qs
se constituit possidere pro alio,requirit ministerium iuris
& factum hominis.l.quod quis se constituat possidere, &
verè possideat pro alio,iux.tex.l.quod meo.in ver. sed aliũ
ministerio meo possessorem facio,in 1.no.& ibi Alex. ff.de
acq.poss.quæ cum mortuus facere nõ valeat.s.pro alio pos-
sidere,sequitur,ꝙ constitutũ post mortem nil valet,& istud
quando quis se constituit possidere pro alio post mortem.
Secus quando se constituit possidere nomine hæredis, aut
legatarij,anteꝗ moriatur,in testamento,vel in cõtractu in-
ter viuos,nam tunc hæc facere põt,& sic procedit doct.Bal.
in c.1.vlti.col.de confir.vtili,vel inuti. & allegata per ipsum
Tiraq.in d.22.amplia.& idem secus,si constitutum confe-
ratur in ipsum tps mortis secundum Old.in cons.139.cita-
4 tum per ipsum fol.66.quia non valet,sicut nõ tenet † istud
testator potest dare licentiam legatario rem capiendi pro
pria autoritate,ergo eo mortuo possidet pro legatario, nã
hęres potest capere res hæreditarias propria autoritate, &
tamen nisi apprehẽdat naturalem possessionem rerum hę
reditariarum,non dicitur possidere,nec etiam possessorem
recuperandæ potest intentare,vul.l.cum hęredes,ff.de acq.
poss. cum etiam de iure habeatur, quod hæreditas iacens
non dicitur possideri.l.1.§.Scæuola,ff.de acquir.poss.dicen
dum igitur, constitutum post mortem non valere secun-
dum communem opin. quę omnia sane intelligenda sunt,
nisi tempore constituti alias in ipso constituto fuisset adie-
cta clausula, ex nunc prout ex tunc, & econtra, nam tunc
constitutum ipsum collatum post mortem bene valet se-
cundum Alexand.in consi.83.visa in 3.& 4.colum.2.volum.

latius

6 latius Nicolan.in tract.de pigno. † in 2.membro secundæ
partis, nu.4. sed ample per Tiraq.in d tract.de const. poss.
fol.69.& ideo cum hodie quasi in oibus contractibus adij-
ciatur ista clausula, ex nunc prout ex tunc, per notarios, igi-
tur sequitur, quod hæc qó parum, aut nil in praxi seruit. Cir
7 ca uero † secundum dubiũ tactum p Affl.hic, q assensus ve
niens post reuocationem sit nullus, fuit scriptum s.in deci.
311.Sed cum hac decisio.conuenit Capi.in deci. 100. verũ
cõtrarium sentit Affl.in deci.311. ex dictis antiquorũ Dño-
rum de consilio, videlicet, q tunc reuocatio annullat as-
sensum deinde obtentum, qñ alienatio ipsa fuisset facta
dolosè, & non in casibus à iure permissis, in quibus rex te-
neretur consentire, de quibus per And.& Affl in consti.re
gni si quis post litẽ.fuit votatum s.in dec. 56. quod tunc nil
reuocatio assensui deinde impetrato; & sic pcedat opinio
Lucę à Penna in l.nulli.de fund. patri.lib.11.q non possit
reuocatio fieri, nisi rex prius interpelletur, vbi consentire.
ego autem in d.dec. 311.& 365. num.post D.Frecciã in suo
tract.de subfeu.fol.101.cum seq. notaui hunc casum mihi
obtigisse in facto in causa illorum de porta de ciuitate Ne
ritoni cum illis de S. Blasio. In qua causa nulla fuit habita
ratio de reuocatione, ex quo alienatio fuerat facta feu. fra
tri 2.genito pro soluenda siue satisfaciẽda vita, & militia eã
dem debita aliorum fen.tam c. p præterito quã in futurum,
ex eo, quòd ipsa vita, & militia sit onus feudi.c.regni aliena
8 tionis † factum, sunt annot.in deci. 361. voluit ista indiui-
duo And.nu.6.modo quo ibi per eum. Et insuper nota, q
quando post reuocationem alienationis de re feudali facta
sine assensu interuenissent reuocatio ipsius reuocationis,
seu ratihabitio alienationis, & demum vltimò assensus, q
alienatio ratificata valeret quasi sublato impedimento per
vltimam reuocationem stante approbatione prioris contra
ctus, prout optimis iuribus comprobat ista Affl.in c. Impe-
rialẽ.in 56.q nu.13.14.de prohi.feu. alie. per Fede. Gram.
omnino in cons.10. in ciuilibus, sed D. Marinus Freccia in
loco supra citato tenet contrariũ fol.109.nu.86.& quidam
moderni hic moti ea ratione, quia eadem solennitas requi
ritur in ipsa reuocatione, quæ in reuocatione reuocationis
l.si vt proponis.C.de nup.& ea quæ notat Roma.in cons.18.
viso facto.col.2.Alex.in cons.78.visis, col.pen, vol.5.Soc. in
cons.92.in causa. col.6.in verbo cõfirmatur, vol.3.Are. latè
in cons.159.eximiæ col.8.in vers.secũda species, Loff. in suis
para.fol.57.col.3.voluit Capi.in deci. 100. & sic hi duo di-
cũt, quod in reuocatione reuocationis requiratur assensus.
Iste & aliud, valet quòd ratificatio actus nulli noua cele bra-
tio contractus. Quæ paruo meo ingenio videntur de iure
non procedere, sed totum contrarium.& primum argu.con
tra hos retorqueri, nã si in ipsa prima reuocatione non re-
quiritur assensus, ex quo lege permittente virtute const.di
uæ memoriæ. potest fieri reuocatio iure proprio sine assen-
su, & videtur dicendum in ipsa reuocatione reuocationis,
quia eadem solennitas, & docto.suprà citati maximè Are.
in d.cons.127.quasi per duas primas col. Decius in regula
semper qui non prohibet, nu.19.Hyp.in praxi crim.in §. re-
stat, nume. 7. vbi concord. ad secundum respondet Gram.
in dicto cons. 10. quod ipsa ratificatio non facit mentio-
nem, ex quo qui confirmat primam nouam producit.tex.l.
mater tua.C.de res.vend.vbi ratihabitio venditionis inualĩ
dæ ea defectu potestatis confirmat actionem, & non nouã
producit, voluit etiam ista meus propatruus in opere, quod
habeo ad peonam ratione geminationis, quę corroborat
contractum, & auget, & non diminuit.citat Bal.inter alia
in consilio scismaticis antep.car.& eundem in l.cum fidem.
de non nu.pec.C.alias fieret fraus legi, & collusio, quòd nõ
est tollerandum.multa hic possent dici, quæ breuitatis stu-
dio omittuntur: nobis satis est secundum prędicta fuisse de-
cisum in d.causa appellationis in dicta regia camera in an-
no 1556.hoc per decretum desertionis non obstantibus p-
9 dictis ex aduerso citatis, & de ratihabitione, † quod non
possit fieri in præiudicium iuris alter quæsiti. Are. in dicto
cons.157. ver.8. species, sed clarius Decius in d. regula,
semper, qui non prohibet, nume. 15. 16. sed copiosius per
Tirque.in retr.consangui.§.1.glo.10.nume.60.vsque. 71.
fol. 77. qui citat Afflict. hic. Et circa illud quod habetur
per Afflict.hic, quòd per ista verba pro se hæredibus, & suc
10 cessoribus † non venit successor particularis, nisi dicatur
quibuscunque, affirmat Dec.in cons. 655.nume.17. & 18.
Hyppo. singu. 630. licet ista sit dubia opin. nam Alexand.
in l. Gallus.§.etiam si a parente.ff.de liber. & posth. idem
in cons.7.attentis his.col.2.nume.8.lib.7. videtur conclu-
dere cum Affl.hic & Hier.Gra.in consi. 10. & 78.sed latius
Rec.in consi.Alexan.30. 1.vol. qui innumeros allegat post
Tiraque.qui alios cumulat in §.1.glo.7.nume. 10. & 11. in
tract. de retra.consangnineo. licet dicat vix posse discer-
ni, quæ nam in prædictis sit communis opinio propter
varietatem doctorum contraria adinuicem consulentium,
11 & istud ideo, nam per ista verba libera, † non intelligitur
venire illud quod quis uerisimiliter non fuisset concessurus,
sed secundum subiectam materiam. Imola in consi. 81. &
Aret. in consi.107. elegantissime, Aym. latius in cons. 3.
de verbis generalibus quod restringantur, per totum, &
per Dec.in consi. 106.viso themate.4.volum. concludit, q
12 data potestate † alienandi feudum non intelligitur con-
cessa sine domini consensu, licet quando verba ampla fuis-
sent, aliter esset dicendum, contra prædicta in emphyteu
ta tamen quod data potestate alienandi valeat alienare si-
ne domini consensu concludit Roman. in singu. 475. em-
phiteuta.
13 Circa tertium dubium † nota limitationem, quòd quã
do datio insolutum est nulla, quòd valeat quis redire ad
primas actiones re euicta, nam reuiuiscunt.hoc etiam intel
ligas, quando expresse fuisset conuentum, quod euicta re
data in solutum pro pecunia primæ actiones maneat.volue
runt Bart Bald.cæterive scrib.in d.l.1.C.de sent. hoc idem
Bal.in cons.77 quidam dominus 1.vol.extendens ista in sen
tentia arbitrorum.Cepo.can. 183. vbi docet cautos negor
tiatores sic facere debere.latius Boer.in decisio.337. visa.
Imò sine hanc cautela creditor re euicta potest primas cau
telas sine hypothecas mouere, ex quo fuit effectus domi-
nus reuocabiliter.l.ex sextante.§.Latinus Largus.ff.de ex-
cep.rei iud.Capi. in deci. 43. & fuit notatum supra in deci.
16. quod etiam procedit in dote.l.qui ter obligari.ff. solu.
voluerunt Alex.& alij in l.si cum dotem. §.mulier. ff. solu.
14 matr.item quando dolus † dedisset causam contractui.l.
eleganter.ff.de dolo malo.latius Cagn.in rep.l.1.C. de re-
scin.vendit. nu. 5. vsque 31. item quando fuisset data spe-
cies nos.Bar.in d.l.si quis aliam.de solu.Boer.in eadem de
ci.337.sunt alij casus de prædictis quod actio semel extin-
cta reuiuiscat, de quibus post And.in c. 1.Imperator Lota-
rius, enumerat D.Loffre.ibi colum.4.aliàs 9.quæ nota, nã
de prædictis fuit magna curia Vicariæ inter Io. Anto. Tur-
chum, & alios in anno 1562.& magna curia Vicariæ ea qui-
busdam prætensis rationibus cum temporis antiquitate sen
tentiauit contra istos de Turcho, non obstante, q reseruas
sent primas actiones, quando non possent exigere debito-
rem cessum, actuarius in sacro consilio exibente appellatio
ne Hier.Bozanotra, & aduerte rogo, quatenus, hic habea-
tur, quod assensus extendatur ad exequutiua, vt si in obli-
gatione bonorum feud. interuenisse regius assensus, iudex
absque alio nouo assensu interponit decretum de venden
do, vel dat assistentiam super bonis, tanquam executiuum
sine sequela obligationis, hæc etiam tradidit hic in constis.
regni post litem, nume. 13. videtur etiam voluisse And. in
d.c.1.§.quid ergo.de inuest.de re alie.fa.1.colum.dum vult
quod per debitum contractum per vasallum ex iusta cau-
sa, vt quia pro domino fideiussit, vt quia sororem marita-
uit, vel fratri minori militiam consignauit, potest inter-
poni decretum super feu.etiam secundum sine domini cõ
sensu, existente tamen prædicta causa vera, de qua tantum
ipse dominus cognoscit, non vt nouum assensum det alie-
natione perpetua, sed tantum de causa prædicta cognoscat,
& ita debet intelligi And. ibi. qui videtur velle contrariũ
in fine de eo, quod primo dixerat, quod etiam affirmat Pa
ris in tract.reintegra. fol.177.sentis Alex.in cons.189.col.
4.lib.7.vbi dicit, quod res ecclesiæ obligata cum decreto
15 potest sine decreto alienari † & voluit hæc Camerarius,
etiam si fuisset actum actione personali, quod possit fieri
executio in feudo obligato, & deinde vendi. & dicit sic
fuisse iudicatum in came. in repe. l. imperialem. fol. 50.
in litera n. citat cons. Socin. 80. nume.13.4. volum. Dec.
in consi.558. per dictum tex. l.tutor rerum. ff. de admin.
tutorum. hæc fol.51.in litera m.l.quicunque.§.penul.ff.de
instit.ibi, sequela est, & multa de his, quę videant in conse-
quentiam cumulat Cagn.in repet.l.2.C.de pactis inte.em-

pto.

pto.& vendi.qui dicit, quòd si dominus consentit, quod em
phi.vendat rem cum pacto de retrouend. quod in ipsa affirmã
catione non requiratur assensus, vide ipsum nu.243.qui ci-
tat Alex.in consi.128.col.2.lib.6.Anc.in consi.63.motiua in
dicis, Brunum in cons.44.Ana.in cons. 90.& nonnulla etiã
Nicosa.in tract.de piguo.fol.51.Mar.in suo spec.foi.102. q.
14.in 5.gl.fol.102.sunt etiam annotationes supra in decis.
26.& 285.in 2.dubio.

16 Circa 4. dubium † cedens possit agere contra debitorẽ,
si non interuenit vnum saltem de illis tribus notatis in d.l.
3. C. de noua. s. quòd cessionarius denunciasset debitori,
ne soluat stante cessione ipsi facta, vel fuisset litem conte
status, seu partem debiti accepisset, quæ ampliantur proce-
dere, etiam si cedens possidet cessionarium in locum, & si-
cem suam, sicut voluit Alex. post alios in l. qui quadrag. ff.
ad Treb. idẽ in l.in prouincial. §. si ego. vbi optimo additio
Franc. Curtij.ff.de no.ope.nun.quod etiã hic Affl.ampliat
procedere, etiam si in instro cessionis fuisset dictũ, quod cedens
17 cessisset vtiles † actiones, & directas, quod nihilominus
valeret agere, priusquã interuenisset vnum de illis tribus,
& per consequens liberat debitorem & ista, vt vides, repro-
bata opi. Tanctedi, Ias. Corpo. in cautela 190. quod affir-
mat ex cons.Soci.18.1.vol.aduerte quæso, quia Ias.in d.l.si
cum emptore, non dicit solum istud ad quod Affl. eum re-
fert.s. quod cessio fiat in hoc casu actionum directarum, & vti
lium ad hoc, vt cedens non valeat agere, sed addidit exerci
tio ipsarum, cui actionum exercitio potest renunciari tan-
quam iuri in fauorem ipsius cedentis introducto, iuribus
vul.& istud maxime cum iuramento, & licet actiones dire-
ctæ à nobis euelli non possint tanquam ossibus affixæ, nisi
solutione vel satisfactione, tamen gl.in d.l.3. ff. pro socio.
non negat, quin solutione facta sicut acceptilatione istud fie
ri non possit, voluit Bar.in l.ex duobus.ff.de duo.re. & fuit
notatum supra in dec.319.& sic secundum ista cum hic ce-
dens in casu huius deci.fecisset cessionem amplissimã ce-
dendo omnia accepturumq; ferendo in fauorem cessionarij,
videtur ex eis quod agere non valeat. verum quia Alex.
in loco supra citato, & communiter scriben.tenet, quod quã
fuisset facta cessio ponendo aliquem in locum, & vicem
suam, quod etiam cedens agere valeat, quæ verba amplissi-
ma sunt, iuxta tex.l.delegare.ff de noua.l. creditor. §. Lu-
cius.ff.manda. qui casus non differre ab illo, quando quis
cedit actiones vtiles, & directas, & ipsarum executio. igi-
tur videtur tenendũ cum Affl. hic, & ad hoc dicendũ sum
proclinis, quia non data scia debitori de cessione, semper
18 videtur posse fieri solutionem † cedenti, iuxta terminos d.l.
3. scientiam enim dico per denũciationẽ factam a cessiona
rio, & non per aliam scientiãm, quando cessio fuisset facta
ad vtilitatem cedentis, vt quia fuit datum istud nomen de-
bitoris creditori cedentis, vt sibi soluatur, secus verò quan
do fuisset facta cessio ad vtilitatem cessionarij, vt quia ei
fuissent vẽditum, vel donatũ nomen debitoris, tunc enim,
qualiscunque scientia sufficit ad faciendum, vt debitor non
valeat soluere cedenti, & si soluit, non liberatur, sicut ista
voluit glo.communiter approbata in d.l.si.ff.de transac.in
verbo ignorabat, & ita etiam communiter distinguendo
pertransenut Bar. Alex. Ias.in d.l.si cum emptore.ff.de pac.
& est limitatio ad d.l.3.C.de noua.in eo, quod vult, debere
fieri denunciationem per cessionarium, vt non possit fieri
solutio cedenti, quod non procedat, quando cessio fuisset
facta ad vtilitatem cessionarij, nã tunc qualiscũq; scientia
debitoris de prædictis sat est, vt non valeat fieri solutio ce-
denti, & tanto magis transigi cũ eo, & cum prædictis in no-
mino debitoris obligato conuenit Dec.in cons. 98. de quo
fuit facta mentio supra in deci.94.cõuenitque Pari.quem
postea reperi in cons.19.consideratis.nu.54.cum seq.3.vol.
alias autem nouem limit. ad d.l. 3. ponit Ias.in d. l. si cum
emptore, & de istis, in quibus non valet cessio, & de iure
19 † non possit fieri declarat ample Tiraq.in tetra.consangui.
§.26.fol.149.secundum primam impress.& secundum vlti.
fol.194.2 num.35.vsque. & sic ex prædictis patet Affl. non
bene indistinctæ dicere, quod etiam data scientia debitoris
de cessione, quod possit fieri transactio cum cedente, sed
fore distinguendum, vt supra insuper illam conclusionem
veram esse, quòd debitor potest soluere cedenti quando
ignorat cessionem, dato cessio fuisset confecta cum verbis
amplissimis.i.cum actionib.directis, & vtilibus, exercitioq;
ipsarum in amplissima forma, & istud potius ex ignoran-
tia cessionis potiùsquam aliter. & ad excusandum debito-
rem soluentem ista sunt intelligenda ipse tamen cedens, &
20 exigens † tenetur deinde cessionario soluere, siue restitue
re, quæ non procedunt, quando quis in fraudem credito-
rum liberat suum debitorem per acceptillationem.tex.l.si.
C.de his, quæ in frau.cre.l.1.§.si.ff.eo. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCXXXVI.

De fundi dotalis alienatione cum vxoris consensu, & permutatione in alterum fundum.

SVMMARIVM.

1 *Fundi dotalis alienatio cum vxoris consensu, & permutationem in alterum fundum, an teneat.*
Fundus dotalis vendi non potest.
2 *Contractus pigneratitius ex duobus.*
3 *Permutatio fundi dotalis in meliorem valet.*
4 *Iuramentum mulieris super alienatione fundi dotalis ab ea seruandum.*
5 *Metus leuis non considerandum.*
6 *Filius exhæredatus quando excludatur à querela.*
7 *Solutio spõtanea quib. modis nõ probet præcedẽtẽ metũ.*

QVidam nobilis Troilus Carazolus, & Susanna
eius vxor uendiderunt nobili Io. Spinæ certas
1 terras publico instrumento mediante, † & præsup
ponit, quod dictæ terræ fuerũt datæ in dotẽ, ita quod
essent dotales. Itẽ est præsupponendũ, quod maritus
volẽs vendere d.terras dotales permutauit cũ vxo-
re, & dedit in excãbiũ alia stabilia maioris æstimatio
nis, quàm essent d.terræ soluto matrimonio per mortem
viri, d.Susanna agit rei vendicatio.contra Euseb.fi-
lium dicti quondam Io.Spinæ ad d.terras olim do
tales. Et dicit, quod dicta venditio non obstat ei, quia
fundus dotalis non potest vendi.
2 † Secundò; quia dicta venditio fuit simulata in
fraudẽ pignoris, quia interuenit pactũ de retrouen
do, & modicitas pretij vltra dimidiã iusti pretij. Ter
tiò quia ipsa vendidit cũ viro per vim, & metum In
contrariũ pro parte hæredis d.Io.Spinæ dicitur, quod
licet contractus venditionis sit de fundo dotali, tamen
tempore venditionis non erat dotalis, propter dictã per-
mutationem antea factã. Et pro hoc alleg. Bald. in
3 auth.si qua mulier. C.ad vel. † vbi dicit, quod si illud cã
bium, vel permutatio est vtile mulieri, valet, & me-
lius est, quòd fiat prius istud cambiũ, & postea po-
terit adhiberi consensus mulieris in alienatione, &
sic cum alia res sit subrogata loco rei dotalis, vendi-
cat sibi locum dispositio auth. siue à me.ibi, nisi aliæ
res &c.C.co.ti.& ibi hoc voluit Cy. Et ideò cum ip
sa vxor vendidit vnà cum viro cum iuramento, &
sibi cautum est in alijs bonis pro dote, etiam quan
do non esset datum excãbium, & essent alia bona vi
ri pro dotes restitutione, sicut dicit dicta auth. siue à
4 me. † iuramentũ prædictum esset seruandum, per
tex.in l.licet mulieres.de iureiur.lib.6.& no.in c.cũ
cõtingat.eo.ti.in antiquis. & sic nõ obstat prima al
legatio. Ad secundã exceptionẽ facti, quia nõ con-
stat legitimè de pacto de reuendendo, nec minori-
tate pretij vltra dimidiam tempore contractus. Ad ter-

tiam exceptionem respondebatur, quòd non est
probatur metus vel vis cadens in constantem mu-
5 lierem. † Et si quis metus sæus fuisset, non est con
siderabilis, iuxta not. in l. interpositas, C. de trans.
cum concor. suis, & maximè, quia soluto matrimo-
nio dicta vxor pro dotibus suis cœpit possessioně il
lorum bonorum datorum in cãbium melioris æsti-
mationis, q̃ essent illa bona dotalia, & sic ratifica-
uit, & approbauit illud cambium, per ea quę not. in
l. si ob turpě. ff de cond. ob turp. cãm, & in l. 2. C. qđ
met. cau. vbi si præcessit metus in contractu, & po
stea nullo subsistente metu solui non possum repe
6 tere, quia purgatus est metus pręcedens. † sic ẽt di
citur, si filius exhæredatus recepit, quod sibi relictũ
est à patre in testamẽto, videtur testm̃ approbare, &
excluditur à querela, vt in l. pen. ff. de inoff. testam.
& maximè ad, dandam exceptionem, sed ad dan-
7 dam actionem dubitant doct. in d. l. 2. † hæc con
clusio, scilicet, quòd spontanea solutio purgat me
tum præcedentem, limitatur sex modis per Ias. in
d. l. si ob turpě. & nulla de illis potest hic adaptari.
Ideò fuit votatum, quòd dictus Eusebius conuen-
tus absoluatur ab impetitione d. Susannæ.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXXXVI.

1 *Quòd res dotalis possit permutari, quando mulieri est vtile, vel saltem non damnosum, et inuita muliere, & quòd maritus non valeat pœnitere, et dicere de nullitate transactionis, et permutatio ipsa non solum fieri cum extraneo, sed etiam cum ipsa muliere.*

2 *Res empta de pecunia dotali in subsidiũ efficitur dotalis.*

3 *Res empta ex pecunia dotali, quæ est immobilis, an debeat statim restitui soluto matrimonio.*

4 *Quis recipiendo pretium an videatur metum remittere, & quando quis facit contractum cum potentiori dicatur consentire &c.*

5 *Mulier, quæ per vim fuit corrupta à tiranno, quòd non amittat dotes filij liberi.*

6 *Quod metu dicatur fieri, quando quis non audet loqui, & tacet.*

7 *Quando quis soluit metu guarantigia non dicatur contractus approbare, itẽ quando quis soluit rõne iuramẽti.*

8 *Protestatio facta, priusquam inferatur metus, conseruat ius protestantis.*

9 *Matrimonium dicitur metu contractum reperto iuuene in domo alicuius pulchræ puellę astantibus consanguineis, imò per actum incontinenti factum non dicitur matrimonium approbatum.*

10 *Quando quis matrimonium contrahit solum causa satiandæ libidinis, an teneat in fore Cæsaris.*

1 QVod res dotalis † possit permutari, si mulieri vtile fuerit, vel saltem non damnosum, est tex. in l. si ita constãte. §. fi. ff. de iu. do. Idem in feudo, sed cum assensu. And. in cap. 1. §. si verò probare, in fi. de contra. inuest. circa fi. no. Pau. de Ca. in cons. 17. dubitatur. 2. col. dicit hoc fieri posse etiã inuita muliere, cũ quib. conuenit Bal. in l. si pdis. C. de in. du. ẽt inuito marito. Cy. in surb. siue à me C. ad Velle Tiraq. de retra. consan. §. 30. gl. 1. nu. 23. fol. 304. in parua vltima impress. Insuper adde, q qñ permutatio est facta legitime, maritus nõ potest pęnitere, & dicere de nullitate permutationis, asserendo forte fundum dotalẽ alienari non posse constante matrimonio, prout voluit Specu. in tit. de em. & vend. vers. Pone vir, quarto li. fol. 419. etiam si permutatio fuisset facta non formiter, si ipse vir teneretur de euictione, & insuper no. etiam hanc permutationẽ non solũ posse fieri cum extraneo, sed etiam cum ipso marito bonafide secundũm Bal. in add. Spe. in tit. de dona. inter vir. & vxo. lib. 4. fol. 511. in ver. fundus dotalis, & pro hoc allegat tex. l. fi. ff. de iu. do. & qđ ista ratificatio possit fieri ex post facto per vxorem. Alex. in l. si cum dotem. §. si mulier. ff. sol. mat. ibi etiam quãdo ex pecunia dotali est empta res, q dicatur dotalis, quod verum saltem in subsidium secundum Socin. in cons. 224. elegãter 2. vol. Declarat hęc Abb. in cons. 94. Rom. in singu. 612. tu habes ibi an Ro. bene dicat in addi. & Parisius in cons. 80. 1. vol. & Tiraq. in retract. consanguineorum, glo. 1. & vnica. §. 32. num. 20. cum seq. fol. 209. vbi an res empta ex pecunia redacta ex venditione feudi sit feudalis. Sed an res mobilis empta ex pecunia pueta ex re immobili dẽat statim restitui, sicut debebat restitui ipsa res immobilis. iux. tex. l. vnicę. §. exactio. C. de rei vxo. act. quod non, sed expectatur annus, sicut in rebus mobilibus. Roma. in singu. 218. tu habes, quòd no. quia quilibet diceret contrarium. casus autem vltra prædictos, in quibus possit fieri restitutio dotis constante matrimonio vltra notatos 3. in dec. 371. declarat Neap. in consue. de consensu mulierum, in ver. & si mulier. fol 91. in consue. seq. si constante. nu. 16. vbi videtur concludere etiam, quod si mulier pro dote filiæ promittat certum quid non excedens paragium, quod compellatur soluere maritus etiam constante matrimonio. Bal. Nouel. in trac. dotium, in septima parte in primo speciali, in ver. tertiò limita, & de hoc subiecto metus quando quis recipiendo pretium videatur contractum approbare, sunt add. 3. in decis. 249. & in dec. 282. nu. 23. ibi, si sola murmuratio sufficit quãdo quis non audet loqui, cum quibus vltra videtur conuenire Abbas in cons. 4. 2. vol. vbi concludit, mulierem detentam ab aliquo potente ẽt alio quẽ procreasset dotem non amittere, & per Aret. in cons. 14. viso col. 6. in verbo pręterea, qui ait, metu aliquid fieri, quando quis tacet in actu præiudiciali facto coram tyranno, q non vr̃ consentire de receptione pretij quòd non teneatur contractum quis approbare. Bertr. in cons. 50. 94. 1. vol. & in cons. 4 vol. 3. Rom. sing. 229. tu scis. qui tradidit de metu cadenti in constantem mulierem, sed melius per Hyp. sing. 89. solutio. qui concludit, quod qñ quis soluit ratione iuri, item ratione guarantij. non censetur contractum comprobare. Luca Pen. in l fi. de prædi. ciui. lib. 10 vbi concludit, protestationem præambulam conseruare ius contra cõfessionem proprio de aliquo negotio, meticuloso. declarat ẽt ista Bolo. in cons. 39. de muliere, quæ vendidit, quod ei non præiudicat. Calca. in cons. 112. Alex. in cons. 99. qm̃, & 100 vbi pulcre consuluit, matrimonium metu contractum intelligi debere iuuene reperto ĩ domo pulcræ puellæ, astãtibus consanguineis etiam depositis armis nec per actum incontinenti factum censeri matrimonium approbatum, q̃ nota, nam in facto fuerunt annis præteritis in quodam iuuene reperto in domo, qui fuit coactus matrimonium contrahere, & ipsum incontinenti per actum copulæ carnalis minis consumare, de coniecturis metus etiam nouem amplius tradidit Aym. in cons. 49. quia possit esse, quòd quando quis contrahit matrimonium causa explendæ nefandæ libidinis non ea intentione, vt sit matrimonium, tenetur tantum quoad forum Cęsaris, & non quoad Deum. declarat Socin. quem vide si placet in consil. 28. Circa primum. vol. 2. quæ posui causa releuandi laborem studiosorum tantum, & si non subtilia &c. Laus Deo. Cæsar Vrsil.

DECISIO CCCXXXVII.

De legato incertę quantitatis probato per testem, & famam, & de confessione geminata extra iudicium.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum deferre quo casu possit iudex.*

2 *Testis vnus semiplene probat.*

Fama vno teste plene probat.

Fama ex quibus originem traxerit considerandum.

Intelle-

3 *Intellectus ad gl.in l.excusantur.ff.de excu.tut.& in l.3. §.eiusdem.ff.de testi.*
4 *Testis vnus de veritate,& duo de fama coadiuuans testimonium, imò in causa ciuili plene probant.*
Hæredi vt soluat propter geminatam eius confessionem, præcipi potest.
5 *Confessiones extra iudicium licèt non plene probent, sunt tamen ad obligandum.*
Geminatæ confessionis extra iudicium quid operetur.
6 *Confessio extra iudicium, parte absente, semiplene probat.*
7 *Confessio hæredis extra iudicium fauore piæ causæ contra ipsum probat.*
Verba enunciatiua etiam ad alium finem fauore piæ causæ inducunt dispositionem.
8 *Probare per testes, vel per hæredis confessionem voluntatem testatoris, idem est, quò ad eius præiudicium.*
9 *Dotis incertæ relictum est validum, & quantitas arbitrio iudicis debet declarari.*
10 *Promissum incertum potest peti, vt iudicis arbitrio declaretur.*
11 *Ratio summa pro religione est.*

IN causa Dianoræ Ferraiolæ fuit dubitatum vtrũ
probetur legatum factum ꝑ Ioanné de Limigna
no dictæ Dianoræ de vnc.40.pro eis anima,& ma-
ritagio, & bonis seruitijs,attento, quia vnus testis
est,qui deponit de dicto leg.vnc.40.sed sunt plures
testes,qui se dicunt fuisse præsentes,quando dictus
testator ad interrogationem parochiani audierũt,
qñ dictus testator legauit,nesciunt quantitatem ꝓ
suo maritagio, & pro anima sua,& bonis seruitijs,
& concurrit etiam confessio hæredis extra iudiciũ
1 probatione. † Fuit dictum,quòd Bar.in l.admonẽ
di.ff.de iureiu.in 9.col.dicit,ꝙ si probo,ꝙ à me pe
tisti 10.mutuò ꝑ duos testes. Et ꝑ alios testes pro
bo,ꝙ ego mutuaui tibi pecuniá, sed illi testes non
recordaotur de quantitate pecuniæ,quòd iudex po
terit deferre iurãm,allegat c.ex literis.de iureiuran.
hoc dictum Bar sequitur Anto.de But.in c. fide iu-
reiur.& Alex.de Imo.in a.vol.cons.69.Sed in casu
prædicto est vnus testis integer, videlicet parochia
2 nus, † qui in hoc casu semiplenè probat,vt tenent
gl.in d.l.admonendi.& in l.in bonæ fidei.C.de iu-
reiur.& in d.c.fi.& ibi Abb.Sic.& est probata fama
dicti legati vnc.40.quæ fama inducit semiplenã ꝓ-
bationẽ, & cũ vno teste in causis ciuilibus inducit
plenã probationẽ,vt tenet gl.in c.1.de appe.& 4.q.
3.§.itẽ sæpe.& Cy.in l.fi.C.de testi.& in l.4.C. de
ꝓb.& gl.c.vcoiés,le premier, de testib. & dicit ibi
Ab.quòd debemus considerare,ex quib. fama tra-
3 xit originem,an multum vrgeant,an non, † & secũ
dum hoc arbitramur,an fama faciat semiplena pro
bationẽ,vel nõ,& sic dẽt intelligi gl.in l. excusantꝛ.
ff.de excusatio.tut.& in l.3.§.eiusdẽ.ff.de testib.Sed
ista ortum habuit ab illo parochiano.Item à confes
sione hæredis testatoris extra iudiciũ. Item ab illis
testibus,qui non deponunt de quantitate, ergo de-
bet coniungi dictũ illius testis cum fama prædicta,
vt coniungantur ad plenam probationem, & ideo
dicebat Bal.ꝙ vnus testis de veritate, & duo de fa-
ma coadiuuant testimonium,in rubrica de contro
uer.inuestitu.Et idem Bal.in l.si quis.§. non cogi-
4 tur.ff.de eden.dicit, † in causa ciuili vnus testis de
veritate, & duo de fama plenam faciunt probatio-
nem,fortius ergo dicebam,quòd vnus testis de ve
ritate deponit etiam de fama,facit hęc probatio ple
nam probationem voluit.ita voluit Bal.in l.Gallus
§.ille casus.in 2.col.ff.de libe.& posth.Ego.n.satis
ponderabã confessionem geminatam hæredis, te-
statoris,qui fecit dictum legatum:per quam confes
sionem posset fieri præceptum hæredi,vt soluat, vt
dicit tex. in l.si domus.§. in pecunia. ff.de lega.1.
5 † Nec obstat, quòd dictæ confessiones sunt extra
iudicium,quæ non probant plenè,quia sunt ad obli
gãdum,vt in l.capite 5.ff.de adul.& in l.quæro.ff.de
ædi.edic.secundum Bar. in d.l. admonendi.allegat
etiam tex.in c.fi.de succes.ab intesta.& ibi Ant. de
But.& Io.de Imo.Quia respondebatur,ꝙ fallit, qñ
confessio esset geminata,quæ geminatio operatur,
ac si esset facta in iudicio,per id quod dicit Bart.in
l.cum scimus.C.de agri.& censi.lib.11.& hoc etiã
voluit Abb.in c.si cautio,in fine,de fi.instr & Pau.
de Cast.in l.Publia.§.fi.ff.deposi.& plenè ꝑ Ludo.
in l.si verò ff.sol.mat.& per Fel.in d.c.si cautio.Itẽ
secundò respondebatur,quia communis conclusio
6 est, † quòd confessio extra iudicium parte absente
facit semiplenã probationem,vt dicit Bar.& ibi scri
bẽtes in d.l. admonendi.licèt contrariũ dixerit Sal.
in d.l.in bonæ fidei,& tamen vnus testis de veritate
cum confessione extra iudicium probata per duos
testes plenè probat,vt dicit Bar.in d.l.admonendi.
Item, & tertiò respondetur, ꝙ attento, quod su-
mus in legato pro anima.& vt no.in c.cum esses. &
in c.relatum.de test.& l.1.C.de sacrosan.eccl.& Lu
do.in rep.auth.similiter.C.ad leg.fal.& doct.in l.1.
ff.sol.mat.& hæres testatoris confessus est legatum
ad pias causas absente legatario, & extra iudicium
7 fauore piæ causæ causæ, † debet hęc confessio pro-
bare contra ipsum hæredem confitentem,sicut di-
cimus, ꝙ verba enunciatiua ẽt propter alium finẽ
fauore piæ causæ inducunt dispositionem,vt dicit
Abb.in d.c.fi.de succes.ab intestato,in 3.col.& idẽ
dicit Cardi.Flor.in c.indicante. de testamentis. &
Bar.in d.l.C.de sacrosan.eccles.

Et licèt fuisset dictum, ꝙ vbi verba assertiua fue
runt dicta per testatorem,hæc confessio fuit facta
per hæredem:& sic non sumus in materia d.c.fi.Ad
8 hoc fuit responsum. † ꝙ idem est probare volunta
tem testatoris legitimè per testes,vel ipsam proba-
re confessionem hæredis,quò ad præiudictum hę
redis,vt probatur in d.l.si domus.§ pecunia. Et li-
cèt aliquibus dominis videbatur dubia dicta proba
tio:tamen dicebat do.Carolus de Rogerio,ꝙ nega-
ri non potest,quin sit probatum legatum dotis fa-
ctum per dictum testatorem dictæ Dianoræ: licèt
ipsi testes non deponant de quãtitate dotis.Et vnũ
9 de priuilegijs dotalibus est, † quòd relictum dotis
incertę est validum,& quantitas dẽt declarari arbi-
trio iudicis,tex.est in l.cum post.§.gener.ff. de iur.
dot.& in l.3.C de dotis ꝓmissione.per quæ iura ita
dicit Pau.de Cast.cons.136. col.4.inc.viso d.libello
&c.D.Andreas Mariconda allegauit tex.in l.quidã.
ff.de leg.2.qui nõ loquitur in dote,sed in legato in
refectionẽ viæ non expressa quantitate,quod valet,
& arbitrabitꝛ quãtitas arbitrio iudicis Et de isto tex.
facit mentionem Alexan. in l.ita stipulatus, in 12.
col.

col.ff de ver.obl. Et pro hoc facit dictum Arch. 1.q.
10 1.c.sunt nonnulli. † vbi dicit, ꝙ canonica æquita-
te ꝓ illum incertum pôt peti, vt iudicis arbitrio
declaretur sicut dr in l 1.§.in honorarijs. ff.de va-
rijs,& extraor.cog.& istud dictum Archi.refert,&
tenet Alexan.in l.ita stipulatus.in 3.col.ff. de verb.
obl.referēs Ant,de But.Idem tenet Ant. But. in c.
ex parte.de decimis.& istud dictum Archi. simili-
ter allegauit Io de Ana. in c.iurō de homic. vt ibi
per eum. & Abb.Sic in c.1.de dec.hinc dicit notan
ter Card.in Clc. 1.de testa.in q.28 ꝙ si testator di-
xit.lego pro anima mea,& nōn dixit plus, videtur,
11 ꝙ non valeat, per leges ibi allegatas. † In contra-
riū est summa ratio, quæ est pro religione.& dicit,
ꝙ ita tenent Matth f.quòd legatum valeat,& cōmis
sarius potest disponere vsque ad quantitatem con
uenientem iuxta dignitatem personæ,quātitatem,
facultatem,& numerum,liberorum,arg.ff.de leg.2.
l.pater.& d §.gener.& de reli.& sum.fun.l.si quis.
§.1.& de testam.c.cum tibi. Quare fuit votatum p
Consilium,quòd hæres dicti testatoris cum virtu-
te vltimæ volūtatis, tum quia concurrebant aliquæ
coniecturæ,quod testator sensit de quantitate con
tenta in testificatiōne dicti parochiani,& cōfessio
matris,& hæredis dicti defuncti mortui sine filijs,
& quia fecit legatū ad pias cās de domo hospitalis
S.Mariç Annun. & d Dianora erat sua consangui
nea,& paupercula honestissima.Ideò fuit votatum,
quòd condemnetur ipsa hæres ad præstandum vn-
cia 40.pro anima defuncti pro dotib. d. Dianoræ,
licèt in multa alia generalia pro hac decisione fue-
rint adducta, quæ breuitatis causa omisi referre.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXXXVII.

1 *Legatum dotis incertum valet, & promissio, & istud in dote à prin.mulieri constituenda, secus si ageretur de dote mulieri restituenda, nam tunc non valet.*
2 *Legato existente incerto non valet nisi probata quantitate, idem in dote, & in sententia.*
3 *Quando maritus legat dotes, & antefatum vxori, prout in instrumento dotali si instrumento dotale non apparet, legatum sit validum, & ponitur casus in facto.*
4 *Dos non solum potest probari per vnum testem cum fama, sed etiam per præsuntiones, & coniecturas.*
5 *Fama cum vno teste in ciuilib probat, secus in causis criminalibus, item quando agitur de pia causa, remittuntur solennitates iuris ciuilis.*
6 *Ista verba, Io voglio che Troilo mio genero, & Camilla mia figlia siano signori, & patroni de me, & della robba mia, an inducant dispositionem.*

1 NOtatur hic, quòd legatum † siue promissio dotis in
incertum valeat secundum communem opi. Alex. in
l.1.nu.28.& ibi alij scrib.ff.solu.matr.hoc sane intelligas in
dote à prin.mulieri constituenda arbitrio alicuius l. cum
post.§.gener.ff. de io. dot. secus si ad voluntatem, Baldus
Nouellus in trac.dotium,in 8.priuilegio, fol.10. item etiā
secus,si tractaretur de dote restituenda ipsi,mulieri, nam
tunc legatum non foret validum,nisi probaretur de quan-
titate dotium.l.si non designata,& l.si.C.de fal.cau.adiecta
lega.declarat ista Hercula.in d.l.1.nu.42.ff.solu.matr. Cot-
ta in memo.in verbo incertitudo,vbi declarat,quando in-
certitudo viriat, & Tiraquel. in retracta. consangui. §. 1.
a glo.14.nu.98.fol.101.vbi ait,sententiam † incertam in cau
sa dotis sicut in alijs non esse validam, & per ista tunctis
untatis supra in decis. 332. vbi fuit conclusum, quòd ad
concomitantiam scripturæ non obstante consuetu. Neapo.
possunt testes recipi in causa dotis, & per nota.per Neap.in
consue.dos,& quarta,nu.94.in ver.quid si dos,vna cum alijs
notatis infra in deci.359.fuit determinata quæstio in sacro
consilio in anno 1540.cuius est actuarius Io.Ber.Bal. sainus
quæ vertebatur inter quandam mulierem Lauram de Aui-
taia,& Paulum,de Auriemma, in qua causa d. Laura pete-
bat dotes ei legatas ab eius viro sub tali specie legari in te
stamento,videlicet lego dotes,& iura dotalia Lauræ vxori
3 meæ † iuxta formam instrumenti dotalis,quod non obstan
te,quod in legato prędicto non fuisset expressa quantitas,
& instrumentum dotale,ad quòd se referebat,legatum non
ostendebatur; quod deberet dari terminus in causa, proue
iam fuis datus ad probandum quantitatem dotium consi-
gnatarum marito,per superius allegata,& hoc non obstan-
te consue. Neap.quod dos,& quarta sine instro dotali peti
non potest, per ea quæ vult Neap.in loco supra citato,dum
vult consuetudinē prædictam, ꝙ dos, & quarta sine instro
dotali peti non possit,non habere locum quando dos pete
retur vt legata, & sic in istis terminis non fore correctum
tex.in exercendis.C.de fi.instr. sed cōsuetudinem illam mi
litare,quando peteretur dos constituta, seu vt confessata,
vt ibi ipse latius declarat,licèt mēdose errore impressum
corrupte habeatur, nec in pdictis fuit habita ratio de tex.
l.si sic.§.1.ff.de lega.1.& insti.de leg. §. sed si vxori. l. 1. §.
adeo.ff.de dote præle.cum si.recitatis per Alex.in cons.45.
habita.1 vol.in x.dubio.in ver.nec etiam,qui videtur con
cludere, quòd qñ quis legat alteri illud quod dicit debi-
tum non expressa quantitate,quòd legatum non sit validū
nam procedunt,quando in veritate nil deberetur,& fuisset
factum legatum non expressa quantitate, secus in veritate
posset demonstrari deberi,nam tunc legatum validum iuri
bus supra citatis,ad quæ conueniunt infra adducta in dec.
361.vbi fit concor.legatum dotis constituendæ similiter va
lidum fore,& ea quæ declarat Bal.post gl.in l.cum circa.C.
de iure dot.concludens dotē non solum posse probari vno
4 teste cum fama, † sed etiam per præsumptiones,& coniectu
ras,de quib.facit sestum Hyppo.in repe. rub.de proba. col.
16,& in singu.441.vulgata.in quibus etiam,quòd dote ver-
ba enunciatiua probant, conuenit etiam Corneus in cons.
232.circa primum,in litera h.vol.4.vbi plenè de intellectu.
d.§.gene.Bal.Noue.in 9. speciali 7.partis, & quòd fama cū
5 vno teste † in ciuilibus probet,vltra Bar.in l.Status. §. idē
Cornelio.ff.de quæst.declarat Ias. in l.admonendi.ff.de iu
reiuran.nu.35.Ang.in trac.malefi.in verbo famam publica,
nu.39.latius Cot.in verbo indicia plura, qui secus conclu-
dit esse in criminalib. & quod quando agitur de pia causa,
remittantur solemnitates iuris ciuilis,& de intellectu c.cū
esses,& c.relatū.de testa.vltra scrib. in l. hac consultissima.
§.ex imperfecto.vbi Ias. C. de testa. declarat Dec. in cons.
6 159.casus.de quibus in simili † casu consuluit Cor. in cons.
529.visis 3.vol. quod hæc verba Io voglio che Troilo mio
genero,& Camilla mia figlia siano signori,& patroni de me
& della robba mia,& de Iacoba mia mogliere,non inducāt
dispositionem etiā in dote iurib. ibi per eum,& rationib.su
per quib. poterit,cum casus obtigerit,maturius considera-
ri, nam contrarium est dicendum per superius firmata, &
per ea,quæ voluit Aym.in cons. 139. Titius,ꝙ hæc pcomis
sio,cum iuramento Titius promisit bona sua Seio post mor
tem ipsius Titij, quod valeat, & non dicitur fuisset factum
pactum de futura succesſione. Cęsar Vrsil.

DECISIO CCCXXXVIII.

De dominio iure congrui per collateralem petito non obstante pacto quòd non translatū nisi integro pretio soluto.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui medio tempore, an competat de re, cuius dictum est, dominium non transferri in venditionem, nisi pretio soluto.*

Rec

1 *Res vendita non videtur domini non translato.*
2 *Dominium & possessio sub conditione transferri potest.*
3 *Venditio rei simpliciter facta retento dominio nulla est.*
Effectu naturali rei remoto, eius species remouetur.
Pretio non soluto non est opus noua traditione.
4 *Manus iniectio ad rem venditam potest haberi pretio nõ soluto.*
Pactum, quòd non transeat dominium nisi soluto pretio, inter contrahentes an validum, & præiudicans tertio.
5 *Intellectus ad §. nemo potest. l. cum manu fata. ff. de contrah. empt. & vend.*
6 *Donatio caussa mortis in donationem inter uiuos an & quando transeat.*
7 *Venditio contra naturalem eius effectum an valeat.*
Contrahentes facere non possunt, quin stipulatio sit stipulatio.
8 *Traditione rei statim videtur vendita possessio.*
9 *Pactum de reuendendo præiudicium uicino non operatur ad ius congrui.*
10 *Conuentus iure congrui ante litem motam quo iure possideat.*

NObilis Petrus Paulus de Carazolis, & frater
eius petebant quandam domum iure con-
grui à Francisco Maresca, & eius filio, cui pater
ante litem motam donauerat dictam domum. In
qua causa fuit dubitatum, ex quo in instrumento
uenditionis dictæ domus fuit appositum pactum,
ꝙ non transferatur dominium, donec & quouis
que nõ fuerunt solutum pretium uenditori, quod
pretium debet solui in certis annis, an medio tem
1 pore competat ius congrui. Videbatur † quòd non
competat ius congrui, per tex. in l. cum manu fata,
§. nemo potest. ff. de contrah. em. Vbi dicitur, ꝙ nõ
videtur res vendita, vbi sit pactum, ne dominium
transeat ad emptorem, sed potius erit locatio, vel
aliud genus contractus, in quibus dominium non
transfertur. Et ibi hoc declarat glo. bene tamen
2 secundum Albericum ibi potest † transferri domi
nium & possessio sub conditione, de quo in l. qui
absenti §. fi. ff. de acq. poss. inde dicit Azo in sum-
ma. C. de pactis inter emptio. & uendi. §. viden-
dum ergo, quòd si emptor & uenditor conuene-
runt, ꝙ si non fuerit solutum pretium, dominium
& possessio redeat ad venditorem tunc si venditor
tradidisset precariam possessionem emptori, tunc
ratione dominii retenti habet rei vendicationem,
3 vt in legibus ibi per eum allegatis. † Patet ergo, ꝙ
uenditio rei simpliciter facta retento dominio nul
la est ut dicit Bald. in d. §. nemo potest, & cla-
rius idem Bal. in rub. C. de contrah. emp. ver. 10.
quæro, vbi dicit, ꝙ si vendo rem retento domino
directo & vtili, non tenet uenditio; quia à quo re
mouetur naturalis effectus, remouetur eius spe-
cies, vt in d. §. nemo. Subdit tñ in 13. q. ꝙ si positũ
fuit pactum in venditione, ꝙ non transeat domi-
nium, donec pretium non sit reintegraliter solu-
tum, ꝙ istud pactum est naturale, ut in §. uenditæ.
Insti. de rerum diuisione, & pretio non soluto nõ
4 est opus noua traditione, † imò quando esset tran
slatum dominium propter pretium non solutum,
habet manus iniectionem ad rem uenditam, per
l. Titius ff. de seruis exportan. & dicit, quòd hæc
est ueritas. Alii Domini dicebant, quòd illud pa-
ctum, quòd non soluto integro pretio non transeat
dominium, est validum inter ipsos contrahentes,
sed non præiudicat tertio. ita dicit Alex. in 1. vol.
con. 6 a. inci. visis duobus, in 2. col. ubi tractat de in-
tellectu d. §. nemo. & illud est duplicatum in 2. vo.
5 con. 164. Alii Domini dicebat, † ꝙ dictus §. nemo.
intelligitur, quando per dictum pactum appositũ
in contractu uenditionis. s. ꝙ non transferatur do-
minium, donec non est solutum pretium, dictus
contractus, transit in aliquem cõtractum validũ,
puta in pignorationem, vel in contractum emphy
teuticum, vt dicit ibi glo. Sed quando per dictum
pactum annullatur contractus, & non fit transfu-
sio in alium contractum, tunc illud pactum an-
nullatur, & remanet contractus sine illo pacto,
sicut in simili dicimus, quando fit donatio cau-
sa mortis vxori præsentium & futurorum cum
iuramento, & cum pacto de non reuocando di-
6 ctam donationem, quòd † licèt illud pactum facit
transire illam donationem causa mortis in dona-
tionem inter uiuos, tamen in hoc casu, si hoc es-
set donatio, esset ipso iure nulla; quia tolleretur
libera testamenti facultas, ideò illud pactum de
non reuocando tanquam nullum reiicitur, &
remanet donatio causa mortis. Ita egregiæ con-
cludit Pau. de Cast. in suo consi. 101. inci. notan-
dum, ꝙ præfatum statutum &c. Ita dicendum est
in casu, de quo agitur, ꝙ si propter dictum pa-
ctum, ꝙ non transeat dominium, non resultet
alius contractus ualidus, dictum pactum est nul-
lum, & remanet contractus venditionis sine dicto
7 pacto. † Nec obstat id, quod suprà dictum fuit au
thoritate Bal. in d. rub. C. de contrah. empt. quia
Bal. ibi ponit duas quæstiones tanquam diuersas.
Primò quærit, an valeat venditio contra natura-
lem eius effectum, puta, vendo rem retento mihi
dominio directo, & utili, & dicit, ꝙ non tenet
venditio, deinde ponit aliam q. vendo rem hoc
acto, ꝙ non transeat dominium, donec pretium
integraliter sit solutum, tunc istud pactum est na
turale, vt in d. §. venditę, non attingit Bal. an illud
pactum habeatur pro reiecto, sed dicit, quòd non
valet uenditio propter dictum pactum cõtra natu-
ralem eius effectum, ideo dicit Ange. in l. jurisg.
§. sed cum nulla ff. de pact. in gl. ꝙ contrahentes nõ
possunt facere, ꝙ stipulatio non sit stipulatio, vt
in l. in bello §. factæ. ff. de cap. & post limi. reuer.
sed bene possunt facere, vt non habeat effectum ni
8 si nudi pacti. † Alii dicebant, ꝙ posito, ꝙ propter
dictum pactum dominium rei non sit venditum,
tamen propter traditionem dictæ domus factam
emptori non possumus negare possessionem sal-
tem fuisse venditam, nam & possessio rei potest
vendi, ut in d. l. si emptione fundi. §. rei suæ. ff. de
contrhen. emptio. & nota. Bartol. in l. si rem ali-
quam. ff. de acquiren. poss. & agenti iure congrui
sufficit probare aduersarium emisse, & possedisse,
vel dolo desiisse possidere, & agentem esse collate-
ralem. Fuit tandem conclusum & votatum, ꝙ di-
ctum pactum, ꝙ non sit translatum dominium, ni
si integro pretio soluto, nõ operatur præiudicium
collaterali, & sic potest petere dominiũ iure con-
9 grui, † sicut pactum de reuendendo similiter non
operatur præiudicium vicino, quin possit vti iure

congrui, vt dicit Neap. in 1. consue. de iure cógrui,
in verbo, emit. in versi. sed quid si de simulatione
&c. & firmat Pau. de Cas. in consi. 328. incip. in
causa mota per domi. Dorotheam &c. & sic de-
cisio Bal. in rubr. C. de contrah. emp. fuit pro vera
approbata. Et sic patet, quod vicino competit ius cō-
grui non obstante dicto pacto, tñ pro dictis acto-
10 ribus non fuit pronuntiatum, † quia ante litem
motam conuentus iure congrui nō possidet titulo
emptionis, sed titulo donationis vt concludit Nea.
in d. consi. in verbo, possidet. & ideo dicti conuen
ti fuerunt per diffinitiuã sententiam absoluti die
19. Nou. 1499.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CCCXXXVIII.

1 *Quando fuit facta venditio, quod donec pretium non fuerit so
lutum, non transferatur dominiũ, quod competat vicino ius
congrui, item an vicino interim tempus currat, & quid
si fuisset facta venditio cum pacto de retrouendendo, an
interim competat dictum ius vicino, & an similiter pen
dente termino redimendi competat istud vicino. venditio*
2 *cum pacto de retrouendendo an censeatur quodammodo
pignus, & an valeat istud pactum, quod donec nō fuerit pre
cium solutum non transferatur dominium.*
3 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum &
nominum debitorum ad hoc ut valeat intelligitur quò ad
præsentia, item quoque transfertur ad donatio. cau. mor.*
4 *Quando quis possidet rem titulo donationis habitam ab
emptore, quia hodie emit, & cras donat, an teneatur iu-
re congrui, quod sic quando demonstraretur de fraudib. item
quando quis dicatur dolo possidere.*
5 *Quando dicatur facta in fraudem iuris congrui ficta dona
tio si incontinenti post motam litem fuisset facta donatio.*
6 *Actio iuris congrui an concomitetur quemlibet possesso-
rem, & an res semel effecta alienabilis semper dicatur
alienabilis.*

1 QVòd quando fuit facta venditio cum pacto † quod medio tē
pore donec pretium non fuit solutum dominiũ non
transferatur in emptorem, vicino interim non com
petat ius congrui, & sic contra hanc dec. tenet Boer. in decisi.
312. viso. in 1. vbi dicit, quia non dicitur perfecta venditio hoc
casu, igitur ius vicino non competet, nec tempus curret ad re
tractum stante incertitudine venditionis retractabilis secũdũ
eum. Sed quod vicino hoc etiã in casu dictum ius pertineat, & hc
cum hac dec. item ét quando fuisset confecta cum pacto de re
trouendendo, quod interim pendente isto pacto istud ius compe-
tat vicino, affirmat hic auctor in cōst. sancimus. in §. liceat, nu.
28. & 31. quod etiam fuit secutus Tiraq. in tract. retra. consan
guineo nu. 34. & 37. f. 16. & 17. vbi etiam tandem in vēditione
conditionali videtur resistere secus, & in f. 274. quod interim cur-
rat tempus pendente tempore redimendi, immo quod vicinus va
leat petare istud ius congrui, etiam quod fuisset dictum vendito-
rem nō valere, si peteret vicinus ius prædictũ congrui, & hoc
quando apparet de fraude, secus si de ea non posset demon-
strari, quod ét amplexus fuit Cassa. quod vigeat ius prædictũ hoc
casu in consue. Burg. dex reitraitex. Rub. 10. f. 343. 344. nu. 2. in
ver. sed quæro, vbi concludit, in vicinum interim transire rē
cum iure retractus istius pacti de retrouen. etiam si fuerit facta
prorogatio, priusquam vicinus offerat, ex quo manet domi-
nus rei suæ, potest apponere conditionem, quam vult, & sic si
vicinus vult habere tenetur rem accipere cum illo iure retra-
ctus prorogati secundum eum, sed melius melioribus iuribus, &
rationibus circa istud vltimum videtur dicere Tiraq. licét de
Cassa. nulla facta ment one, in eodem loco §. 1. gl. 18. in verbo
precium, nu. 60. f. 113. in parua vltima impressione, quod contra
hentes non possunt aliquid facere in vicini præiudicium post
contractum absolutum, secus in ipsorum præiudicium, quia
fuit ius ei quæsitum, & hoc inter alia multa, quæ citat ex do-
ctrina Guil. de Cuneo, qui loquitur in emphyteuta, qui non
potest facere post venditionem absolutam aliquid in præiudi
cium domini directi, in l. iurisgentium. § adeo. ff. de pactis, no
2 tant etiam infra decisi. 375. bene verum, quod venditio † cum pa-
cto redimendi censeri videtur quodammodo pignus propter
facultatem redimendi secundum Soc. in consi. 75. 2. vol. nu. &
sic non perfecta venditio, quæ cum vera sint, propterea censeo
non bene dicere hunc meum Affl. in §. licét. eiusdem cōst. san
cimus, dum videtur arguendo velle hunc redimentem ex vir-
tute pacti prædicti de retrouendendo cogi posse, & hac noua
redemptione quasi ex noua venditione ad dandum rem vici-
no ratione iuris congrui, contra quem de facto obtinui in ma
gna curia vicariæ in quadam causa quorundam de monte Ro
duno 1559. de actuario modo non recordor, & de consuetudi
ne istam opinionem etiam approbat Io. Faber in inst. de emp.
& venditione in prin. verum quod istud pactum sit validum, quod
non transferatur dominium nisi precio soluto, sequitur etiam
Dec. in cons. 440. superioribus, & quod hoc casu habeat locum pœ
nitentia precio non soluto in tempore, sic liceat resilire a con-
tractu ob non obseruantiam, uidetur concludere Corneus in
3 consi. 297. in 3. li. & circa aliud, quod hæc donatio † omnium bo-
norum transeat in donationem causa mortis, si non potest va
lere inter uiuos, ad hoc ut actus ualeat, declarat etiam Soc. in
consi. 137. multum eleganter. col. 2. qui etiam citat consi. Pau.
de Cast. declarat Rec. post Deciũ in consi. 488. qui citat Affl.
hic, & Hieronymus Gratus in consi. 70. 1. vol. quò ad præsen-
tia saltem valeat, quando non potest in totum ualere. Boerius
multa hincinde dec. 353. per totum, maxime nu. 13. conueniũt
pro prædictis allegata per Aymo. in consi. 139. citatum in præ
cedenti dec. & ea quæ voluit Dec. in consi. 164. quod uerba im-
propriantur, ut actus ualeat, & secundum ista hodie, qui est
18. Martii 1559. fuit iudicatum in quandam causa illorum de
domo Caronæ in sacro consi. de qua est actuarius, si bene re-
colo, Bernardinus de Balsamo, commiss. D. Felix de Rubeis.
4 † & insuper aduertendum censeo ad illud, quod videtur senti-
re Affl. hic in ultimis uerbis ex dictis Neapo. quod habens rem ab
emptore tit. donationis quòd nō sit obnoxius ad ius congrui
ex cautela vulgata, hodie emat, & cras donet, nam istud non
est simpliciter uerum, & Neap. hoc non dicit, sed in dicto loco
Neap. dicit regulam sic se habere, sed tamen in eo dat tres li-
mitationes, & primam, ubi ille qui habet rem tt. vendit. dolo
desierit possidere, quod qualiter procedat, declarat hic meus Affl.
in const. regni, eorum fraudib. nu. 1. qui ait tunc esse, quando
sciebat ille me moturum litem, & propterea donauit, cũ qui
bus conueniunt no. per Abb. in c. 1. de ali. iu. mu. ca. fa. qui ex d
lo tex. & l. 1. C. eo. concludit, quod hoc casu non solum alienans,
sed hic possessor possunt conueniri hoc iudicio, etiam quod hic
possessor non participasset de fraude, de quo etiam per Ias. in
§ omnium, in instit. de actio. nu. 77. latius Tiraq. in eodem lo-
co retra. f. 287. nu. 17. qui citat tex. l. in summa. ff. de pec. §. 1. &
alia &c. secundam limitationem dat Neapo. in eodem loco,
nisi post litem contest. fuerit facta alienatio, tu veró dicas, et si
post citationem fuerit facta alienatio, ista procedere, declarat
hic auctor in d. const. regni, eorum fraudibus. nu. 43. limitatur
secundum Neap. in d. loco, nisi hic donasset in fraudem prædi
cti iuris congrui, uerum quando dicatur donatio facta in frau
dem, remittit se ad aliam consue. & si testator, vbi late decla-
rat, quãdo quis dicatur in fraudem alienare, sed latius Tiraq.
in eo. tract. fol. 40. & Decius semper inspiciendus in consi. 237.
in casu, qui dat decē species fraudis, & Hieronymus Gratus
in terminis in consi. 110. 1. lib. ubi etiam cōcludit fieri in fran
5 dem, quando † incontinenti post alienationem lis mouetur.
Imo plus Tiraq. in loco supra citato. & Cassan. in consue. Bur-
gun. in d. fol. 344. indistincte tenet contra Neapo. concludētes,
6 si actio iuris congrui est personalis, † in rem scripta, ut uoluit
Neapo. in loco citato per Affl. hic, ergo indistincte afficit quē
libet possessorem, iuribus citatis per eos ibi. item alia ratione,
quia si res semel fuit effecta alienabilis, semper durare de-
bet, ut ibi per eos, de quorum remissione sum contentus, quos
uide una cum notatis infra in dec. 370. ubi est idem subiectum
fraudum donationum iuris congrui, & ponuntur casus in fa-
cto, & sic ex prædictis patet cautelam supra recitatam, hodie
emat, & cras donat. quæ est semper in ore omnium, non sem-
per ueram, & Neapo. istud non simpliciter dicere, alias viam
fraudibus adaperiret, quod non est dicere de tanto uiro, &
nefas est talia prætendere, licet magnum dubium, scilicet de
iure istud ius fraudibus excludere, quod non uidetur diffinita
Tiraquel. in præfatione, folio 5. 6. 7.

Caes. Vrsill.

DECISIO CCCXXXIX.

De iure congrui cessante in re iure pignoris possessa per contractum pignoratitium.

SVMMARIVM.

1 *Ius cõgrui an habebat locũ ĩ cõtractu emptionis simulato.*
2 *Contractus emptionis quãdo cõuertatur in pignoratitiũ.*
3 *Res vendita iure pignoris ut possideatur, duo faciunt.*

1 FVit pronuntiatum in Consilio contra Magnificum dominum Matthęũ Ferillum, † φ si possidens rem stabilem titulo emptionis cõuẽtus sit iure congrui, & ipse, qui posidet, probat, φ verum est, φ emit, sed emit cum pacto de reuendendo, & quod res illa est longè maioris pretii, quam 2 pretium assignatum vltra dimidiam, & sic † ista duo fecerunt præsumi contractum emptionis esse simulatum, & pignoratitium, ut firmat glos. in c. ad nostram, de emp. & vend. & ibi Innoc. Io. And. & Ant. de But. & Io. de Imol. & sic est simulatus contractus emptionis & venditionis, propter illa 3 duo dicitur posidere rem iure pignoris, † & sic cessat ius congrui, & hoc firmat Neap. in consuet. 1. de iure congrui. de uerbo, emit, & Paul. de Cast. in con. 328. in 1. co. Vide in c. illo vos. de pig.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXXXIX.

QVòd existente cõtractu nullo, & simulato cesset ius cõgrui, declarat amplè Tiraq. §. 13. & 14. n. 5. 6. quà aũt prima duo, uidelicet pactũ de retrouen. & modicitas precii faciant cõtractũ simulatũ, declarat Cotta in memo. in verbo pactũ de retrouendendo, qui citat Affl. hic, quę amplianda procedere in creditore posidente rẽ iure pignoris, φ non hẽat istud ius cõgrui, nec cõtra ipsũ vti põt, Paris. in cõs. 82. φ veritate, n. 32. 3. vol. vbi ẽt allegat Affl. in hac dec. Cęs. Vrsil.

DECISIO CCCXL.

De fisco non restituendo pro modico lucro.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus de iure si lęsus est restituitur etiam in lucro ad instar minoris.*
2 *Administratoribus fisci non licet pactum insolitum in arrendamentis ponere.*
3 *Fisco non datur restitutio, si contractus fuit perfectus, nisi ex noua re superuenerit aliqua læsio.*
4 *Hastę fiscalis fides non debebat decipi.*
Fisco pro modico non datur restitutio.
5 *Pactum insolitum a fisco, si rem dictet, fieri potest.*
6 *Iura fisci licèt vendi non possint regulariter, possunt tamẽ, si est principi utile.*

FVit notatum in consilio, & Regia Camera summariæ, , ut decideretur de iure hoc dubium contingens super arrendamento salis facto per illos nobiles de lo Mellino.

Ecce, φ Regia camera præcedentib. certis capitulis locat, seu arrendat iura salis Regni præcedentibus subhastationib. prout de iure & consuetudine, & vltimatè, quia non est alius, qui fecisset conditionem Regię curiæ meliorem, fuit liberatum arrendamentum dictis nobilibus de lo Mellino, post paucos dies procurator fisci dat quandam petitionem, & dicit, φ fiscus ex dicto arrendamẽto est lęsus, quia repetit, φ alius plus vult solo 1 uere fisco, † & de iure fiscus restituit, si est læsus etiam in lucro ad instar minoris, ut in l. ait prætor. §. hodie. ff. de minorib. & ibi Alb. de Ros. qui dicit idẽ in fisco. Preterea in dictis capitulis sunt certa capitula 2 insolita, † & non licet in arrendamentis per administratores Regii fisci ponere pactum insolitum, ut in l. 1. C. de pascu. pub. lib. 10. Sed per Sacrum Consilium & Dominos de summaria fuit conclusum, & votatum, φ postquam dictus contractus arrendamenti fuit perfectus, & solenniter celebratus præcedentibus plurib. subhastationib. & ius pretio, tunc non datur restitutio fisco, nisi ex noua causa superueniente causetur lęsio, secundùm Alber. de Rosa. in d. l. & si fine. §. quæsitum ff. de minoribus. ubi dicit sic fuisse iudicatum in facto, nam commune Pergami incantauit datia, & perfecto contractu post plures dies apparent quidam plus offerentes. Quærebatur, an debeat admitti iterato licitatio, & arguit ad partes. Et concludit fuisse iudicatum, φ non per tex. in l. 1. & 3. C. de ven. 4 rebus ciuitatum. & l. ratas C. de rescin. uen. † quia fides hastæ fiscalis nõ debet decipi. dixit tex in l. si hypothecas C. de remissio. pigno. bene ad hoc faciunt not. in c. si tempora C. de fide inst. & iure hastæ fisca. lib. 10. cum concordan. quæ ibi allegantur, maximè quia si damnum in lucro est modicum, fisco non datur restitutio, secundùm glo. & Albe. in d. §. quæsitum. Nec obstat motiuum fisci de pacto insolito, quia luit dictum, φ si ratio dictat face 5 re pactum insolitum, † potest fieri in arrendamento insolitum, ut dicit expresẽ Luc. de Penna in d. l. 1. C. de pascu. pub. Et pro hoc facit, quia si princeps dat mandatum ad negotia, & experientia docet, φ melius est & salubrius aliud facere, & si princeps hoc sciuisset, verisimiliter credendum esset, φ hoc mandasset, non dicitur excedere formam mandati, secundum Io. And. in addi. Spec. in ti. de instru. edi. §. compendiosè. inci. Io. de Deo &c. hoc etiam firmat Alex. in 2. volu. consil. 106. 6 † & sic regia camera licèt non posit uendere iura fisci ad tempus, nisi cum pactis solitis, tamen si ratio & experientia aliud suadet, potest aliter facere, quia princeps multùm confidit de officialibus cameræ, ut dicit Lucas de Penna in l. si quando C. de bonis vocant. li. 10. Matthęus de Affli. V. I. D. Neapolitanus.

ADDITIO.

Facere aliquid, quòd verisimiliter ad suam vtilitatem princeps vel mandans fecisset, non est excedere mandatum. unde doct. qui illum tex. contra Venetos adducunt in l. si quis nec causam ff. si certum pet.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXL.

1 *Quando venditio fuit facta mediantibus subhastationib. siue incantis quod rescindatur etiam illa quæ fuit facta mediante decreto.*
2 *Minor valet rem venditam mediante decreto cum lesione uendicare ipsam rẽ, quando in ea alienando fuit lęsus.*
3 *Precium quod fit in subhastationibus non attenditur, sicut attẽditur precium quod fit a tabulariis, siue expertis, nã quandoque fit subhastatio calumniosa.*
4 *Tutor excusatur, quando venditur res minoris mediante*

decreto in ordine.

5 *Precium sine interesse singulare quod vnus tantùm offert non attenditur.*

6 *Fiscus habetur loco reipublicę, & restituitur sicut minor.*

7 *Tempus venditionis consideratur circa læsionem, nam omne augmentum veniens post venditionē est emptoris.*

8 *Hodie seruatur indistinctè, q̄ stante lęsione vltra sextam partem rescindatur venditio facta ad incantum.*

1 TV verò circa subiectum præsentis dec. dicas† q̄ non solū venditio quæ fuit facta mediātib. subhastationib & incā tis existente lęsione resciodatur, sed ēt illa quæ fuit facta mediante decreto, & hoc per tex. l. si quidē. C. de præ. & aliis reb. mino. ubi erat facta oenditio mediante decreto, & ob lęsionē fuit facta rescissio. tex. ēt in l. si quoi. de rescin. uend. C. ubi propriè loquitur de uenditione fa[illegible] ad incātum, uoluit ista Bar. su l. 1. de præscr. 30. uel 40. aon. Floria. ia l. si seruus. ff. ad l. Aq. & tandem uidetur residere Cor. in hac opi. io cons. 56. consuloit 3. uol. & de utroq; p Alex iu l. si quis cum aliter. ff. de ver. obl. nu. 15. cum se. & in l. precia rerū. ad l. fal. hoc idem latè testatur Soc. in suis fall. in uerbo uenditio, ubi ampliat ista procedere existente statuto, q̄ priusquam res uendatur subhastet. istud etiam affirmat Cag. io rep. d. l. 1. & in uenditione mediā te decreto, nu. 157. 161. dummodo, q̄ læsio sit ultra dimidiam, sentit Soc. in uenditione mediante decreto iu cons. 57. in causa

2 nu. 47. 4. uol. Goz. io cōs. 44. io minure q̄ ualeat rem ipsam† recuperare, quando fuisset læsus in eā uendendo. uoluit ēt Guid. Pap. in dec. 136. de consoet. loquens de re minoris vniuersitatis uenditę ad iocantum, q̄ si alius plus offeras, q̄ audiatur, & in fin. a 5 a. & in permutatione quę fit mediante decreto superioris, q̄ etiam rescindatur stante læsiooe. Dec. io cons. 110. vi so puncto. 1. col. & in uenditione mediante subhastatione, q̄ di

3 ctum precium non attendatur, sed illud† quod fit mediantib. tabulariis, siue expertis ad euitandas fraudes, uoluit Neapo. io consue. de iure cōgrui. in uerbo fuerit, qui citat tex. d. l. si quos. cum qui. conueniunt quæ allegat Tiraq. io trac. de retr. f. 240. in t. impress. ubi apertè canit, non esse standum istis calumoiosis subhastationibus per tex. l. io summa. § nisi euidens calumnia fuerit. ff. de cōd. inde. de quib. fuit facta mentio sup. io dec. 249. bene uerum q̄ tutor excusatur, si uendidit rē uili precio mediante decreto siue apprecio iudicis secundū Ro. in singu. 80. excusatur tutor, & ex istis ad terminos istius decisionis uideretur concludendum, q̄ quando fiscus fuisset læsus io uenditione istius arendamenti in maxima quantitate iux. terminos

5 d. l. a. de resc. in. uend. habita cōsideratione ad precium cōe, † & non ad singulare, sicut erat casus istius dec. q̄ uous tantū post uēditionē plus offerebat q̄ interesse singulare cū nō cōsideras in subiecto rescin. uen. iux. gl. mag. iu d. l. 2. q̄ debeat restitui non obstante, q̄ uenditio fuisset facta mediantib. subhastatio-

6 nib. & maximè, quia fiscus† habetur loco reipublicæ, habet beneficia, & restitutionem, iux. tex. l. respublica. C. qui. ex cau. ma io. est de prædictis const. reg. beneficium, immo, ut dixi, Guid. Pap. io dec. 136. dicit indistinctè minorem, & rēpoblicam restitui aduersus uenditionem factam mediantib. subhastationibus si alius aliquib. ēt diebus plus offeras, allegat tex. l. sed si hne dolo. § 1. ff. de mino. iun. l. rempublicam. C. de iu. reip. li. 10. & per ista iura sic fuisse iudicarū, tñ non propterea recederem ab hac decisiooe in fisco. & pro istis consuluit Ay. in cons. 11. nu. 17. ubi dicit differentiæ considerari tēpus uenditionis circa læsionē, & citat Affl. hic. bene uerū est, q̄ de iure habetur, q̄ oē augmentum ueniens post arrendamentū est emptoris. Dec. iu cons. 4. & ppea apparet, q̄ licēt scrib. oēs, & maximè Cagn. io d. l. a. de resci. uen. reqoirant læsionē ultra dimidiam ad hoc ut uenditio mediantibus subhasta. rescindatur, & sic vnusquis

8 his iospectis xconcluderet, tñ aduerte rogo, quia† ista non uigēt hodie in pra 1, nam satis est, q̄ læsio sit ultra sextam partē in ipsa venditione mediante subhastatione, & istud ex doc. Bart. io l. si duo societatē. § arbitrorū. in uer. quæ dicatur parua, uel magna quant tas. ff. pro socin, & hoc iō, quia uenditio re mea me inuito fit per eum, qoi fictè repræsentat personā meā, quia factū iudicis factum partis. l. a. C. si in cā iud. Tiraq. de constit. posse. 16. limit. nu. 5. f. 95. secus si uen. heret per procuratorē, nā domino imputaretur, qoi talē elegit. Cag. ubi sup. 166. & fuit iudicatum in quadam cā in sacro cous. inter Io. Franciscum labella, & capitaneum Fonsecam. s. q̄ sit in electione emptoris ementis mediantib. subhastationib. reliquum precium cū interesse soluere, uel rem una cum fructibus pro rata precii non soluti restituere anno 1562 actu. Ioā. Pet. Iubeno, ad quę uide no. supra in dec. 322. in fi. Ces. Vrsill.

DECISIO CCCXLI.

De limitibus pendente processus remissione plantandis.

SVMMARIVM.

1 *Limites plantandi an sint pendente remissione processus.*
Sententia sacri Consilii habet paratam executionem.

2 *Causa reuisionis pendente, nihil est innouandum.*
Status appellantis integer esse debet, etiam si sententia traheret secum executionem.
Lis sopitur per remissionem.

3 *Innouare lite pendente quando quis possit.*
Supplicatio de gratia conceditur, & ex benignitate principis.

4 *Appellatio innititur iustitiæ.*
Executio sententiæ per appellationem suspenditur.

5 *Sententia de positione terminorum agri, quando dicatur plene exequuta.*
Perseuerantia opus est in his, quę causam habent exequutiuam.

6 *Officium iudicis etiam consistit in hoc, vt terminos agri affigat.*

LAta est sententia diffinitiua in sacro Consilio

1 super certo territorio inter duo castra, † dicit pars, quę habuit sententiam in sui fauorem, ponā tur termini in loco declarato non obstante reclamatione partis, quia sententia sacri Consilii habet executionem paratā, ut in auth. quæ supplicatio. C. de preci. Imper. offer. dicit pars, quæ habuit sententiam contrā, quòd dicti termini non sunt ponē

2 di, quia pendet causa reuisionis, † & ea pendente nihil est innouandum, c. 1. ut lite pendente, quia integer debet esse status appellantis, etiam si talis essent sententia, quę traheret secum executionem, vt in l. 1. § inter. ff. nil nouari. notat Philippus in glo. 2. in c. cum teneamur. de appel. Et ideò positio terminorum debet fieri lite sopita per reuisionem. Quæritur modò an pendente causa reuisionis debeat supersederi in impositione dictorum terminorum. Fuit deliberatum & conclusum per totum Consilium, q̄ non obstante pendentia causę reuisionis debent imponi termini pro executione sententię sacri Consilii.

3 † Nec obst. q̄ lite pendente nihil est innouandū; quia illud procedit lite uel appellatione pendente. Secus pendente causa reuisionis per modum supplicationis, & ratio differentiæ est, quia supplicatio cōceditur de gratia, & ex benignitate principis, ut in c. ex literis. & ibi Abb. Sic. de restit. in integrum. & not. in l. unica C. de senten. præfecti

4 prętorio. † Sed appellatio innititur iustitiæ, & iustitia vult, q̄ appellatione pendente nihil innouetur. Et sic cum per supplicationē à sententia sacri Consilii non suspendatur executio sententię, sicut suspenditur per appellationem vel in integrū restitutionem, secundùm Bal. in l. si causa cognita C. de transact. dum allegat Inno. in c. suscitata. de restit. in integ. meritò pro executione ipsius sententiæ, debent etiam imponi ipsi termini, quia tex. in d. auth. dicit exequatur ipsa sententia, & certum

5 est, † q̄ non dicitur plenè executa, nisi per terminorum impositionem habeat possessionem territo

rii, de qua in sententia, vt not. Bal. in l. venditor §.
uenisse. ff. de heredit. vel actor. vendita. Item quia
in his. quæ habent causam successiuam, non dici-
tur esse factum, nisi perseuerantia subsequatur, ut
not. in l. inter Castellianum. ff. de arbit. & not. in l.
si in lege. §. colonus. ff. loca. & Barto. in l. permisseris
§. species ff. de acq. possessio. & in l. si fideiussor §.
fi. ff. de leg. 1. Et tanto magis, quia executio senten-
tiæ sacri Cōsilii petitur officio Sacri Consilii im-
6 ploratot† & officium iudicis etiam consistit in hoc,
ut terminos agris affigat l. hęc act. §. iudici. ff. finiū
regundorum. & l. si quis irruptione. ff. finium re-
gundorum. Ergo poterit Sacrum Consilium com
mittere affixionem dictorum terminorū pro exe-
11 tentiam superuenisset. † Et forma executionis sententię erit, ꝙ iudex pręcipiet reò, ꝙ obediat sententię latæ contra eum &c. & postea subdit ipse Bal. officium iudicis non habet locum, nisi sententia sit liquida, cui nihil possit opponi. Sed si non est liquida, tunc est necessaria actio in factũ. idem si instrumentum sententiæ à casu est perditum, & sententia non est in actis, tunc oportet, ꝙ libellus offeratur, & probetur sententiam sic esse in scriptis latam, ut habetur in auth. si quis in aliquo. C. de edendo. & hoc verum, si reus petit sibi libellum offerri, alioqui, officium iudicis patrocinatur indistinctè. Et bonum est habere etiam actionem in factum propter multa, quę narrat ibi Bal. hanc concordiam sequitur Lud. Roma. in rub. ff. de arbi
12 tris, in 15. col. † Si tamen sępius in iudicio esset petita executio sententiæ, & ab vltima petitione non esset decursum triennium; tunc non dicitur instantia perempta. Ita dicebat do. Io. Ant. Carrafa in recollectis suis in d. l. properandum. in prin. & fuit originale dictum Bal. in 2. vol. in consi. 348. Quare fuit uotatum & conclusum in consilio, ꝙ si agatur actione in factum pro executione sententiæ, ꝙ est dare instantiam, secus si agatur officio iudicis pro executione sententię, & nihil opponitur, & sic nihil iudex habet pronuntiare nisi exequi sententiã, tunc non est dare instantiam, secundùm Bal. in d. l. 2. C. de execu. rei iudica. Secus si iudex habet aliud prouuntiare, quia tunc in istis exacutiuis est dare instantiam, per eã quę suprà sunt dicta.

Secundò fuit dubitatum, si notarius, iudex & testes in instrumento, ꝙ corã nobis talis iudex sedens pro tribunali in tali causa inter tales de tali re sententiam diffinitiuam protulit tenoris, & continentiæ subsequentis, & ponit totum tenorem sententiæ, & in fi. dicit lecta & lata &c. pręsentibus actorib. & laudantibus. & post eã subditur, qua quidem sententia lecta & pronunciata in iudicio, vt supradictis partibus præsentibus audientibus, prædicti actores requisiuerunt fieri publicum instrumentum de pronuntiatione dictæ sententiæ. An
13 istud instrumentum probet sententiam? † Per ea, quę dicta sunt in pręcedenti uoto, uidebatur, ꝙ tale instrumentum sit sumptum & non originale. Tamen cõtrarium fuit per omnes Dominos uotatum & decisum, ꝙ dictum instrumentum legitime probat ipsam sententiam. Et hoc ex eo; quia licèt instrumentum dictę sententię sit scriptum per notarium, qui non fuit actorum magister dictę causæ, tamen fuit subscriptum per magistrum actorum causæ, & ipsius curiæ, quo casu plenè probat, vt habetur in c. Albericus. de testibus. & in c. quoniam contra. de probatio. & in d. authen. si quis in aliquo. & licèt eorum subscriptio non sit facta formiter, ut in Spec. de instru. edi. §. restat in summa. & Inno. & Abb. in d. c. quoniam contra. tamen pręsumendum est, ꝙ dicti magistri actorum propter eorum subscriptionem fuerunt contenti, ꝙ dictus notarius conficeret instrumentum, tam de lectura sententiæ, quàm de tenore sententiæ, quam ipsi magistri actorum tradiderunt ipsi notario de licen
14 tia iudicis: † quia eorum subscriptio appellatur testimonium, l. si super. per Bar. C. si certum pet. & qui subscribit, videtur scribere, secundùm Ang. in l. cum antiquitas. §. cum autem. C. de testa. Bal. in

l. si quis. §. non cogentur. ff. de edendo. de quo per Alex. in 2. uol. con. 147. & per glo. & Io. de Imo. in c. si quis prælatorum. de reb. eccle. non alie. quia sic communiter solet fieri. Et ideò præsumitur à communiter accidentibus, iuxta not. in l. neque natales. C. de proba. nem lecta sentẽtia per iudicẽ, iudex illam tradit notario causæ, si notarius causę illam tradit notario rogato de lectura & tenore, vt posit instrumentum conficere, pręsumitur de mã dato iudicis, sicut in simili dicit Bal. in l. si qua per calumniam. C. de episc. & cle. per gloss. sing. in l. fi.
15 C. de pactis conuen. † Et tantò magis, quia dicti duo magistri actorum non erant notarii publici, ideò fuerunt contenti, ꝙ alius notarius cum eorũ subscriptionib. posit conficere instrumentum de lectura & tenore, & in hoc casu nõ loquitur Inno. in c. cùm iure. de offic. deleg. Nec obstant quę dicta sunt in uoto pręcedenti in causa Iacobi Carboni, quia instrumentum sententiæ non fuit subscriptum à notario causæ. Votatũ igitur fuit, ꝙ instrumentum probat dictam sententiã. Tertiò fuit du-
16 bitatum, † vtrum dicta sententia, & executio facta eius uigore ueniat retractanda. Et multa fuerunt allegata super nullitate, & reuocatione ipsius executionis, & signanter, quia est fundata super quadam confusione partis appellantis in figura iudicii facta q̃ non apparet. de quo in c. inter cęteras. per doctores, de re iudicata. & per Alex. in 5. uol. con. 59. col. 5. in 5. vol. con. 105. in. 1. col. & Abbas in c. cum inter, in 10. col. de re iudica. & in d. c. quoniã contra. in 17. col.

Item lata fuit omissa citatione partis ad sententiam, quo casu redditur nulla executio. l. 3. §. Stichus. & ibi Barto. ff. de statu lib. no. in c. 2. de dolo & contuma. lib. 6. Inno. in c. consuluit. de offi. deleg. & in c. cum olim. de test. no. in capi. tenor. de re iudicata. & in l. ea q̃. C. quomodo & quando iu-
17 dex. † imò si esset citatio ad sententiam sine peremptorio, non valeret sententia. l. consentaneum. & l. tres denuntiationes. eo. ti. & no. in l. ad peremptorium. ff. de iudi. Et quia etiam fuit cognitum de eius iniustitia. Fuit uotatum, ꝙ reuocetur executio facta per audientiam Calabrię post appellationem introductam in sacro Consilio à dicta sententia tanquam iniuriosè facta, ut not. Bald. in l. obseruare. §. proficisci. 23. q. de offi. procon su. l. si pacto, quo pęnam. C. de pactis. Bar. in l. meminerint ver. iuxta hoc opp. C. vnde vi. Et sic posteà fuit sententiatum.

ANNOTATIO

IN DECISONE CCCXLVI.

1 *In executiuis & summariis datur instantia, & quilibet articulus in causa, qui indiget discussione, habet instantiam suam, etiam quando uenit aliquid liquidandum, & si iudex habeat liberum arbitrium procedendi.*

2 *Quando in executiuis intentatur officium iudicis pro executione sententię, tunc an sit dare instantiam, & quid si sententia fuisset deperdita, an ordinariè sit agendum.*

3 *An si in executiuis instantia perit, oportet, quòd insuffletur spiritus vitæ.*

4 *Leena, siue lea parit frustum carnis, & clamore exinde excitat spiritum vitæ, & sic princeps dat spiritum liti mortuæ.*

5 *Insufflatio spiritus uitæ an pluries possit fieri in causis, quòd sic refectis expensis, refectionem expensarum oportet, quòd petant partes, aliàs iudicium non valet.*

6 *Iudex quando uidet instantiam peremptam, debet declarare se non esse iudicem stante instantiæ peremptione.*

1 QVòd sit dare instantiam † in executiuis, & summariis circa executionem sententiæ, quando aliquid est post ipsam sententiam in controuersia, vel aliquid ueniret liquidandum, tenet Bal. in consi. 242. super primo puncto. 5. vol. idem uidetur affirmare in l. 1. C. de iura. calu. 1. col. qui dicit, quòd quilibet articulus habet instantiã suam. sentit Ro. in cons. 322. sed latius Soc. in cons. 95. capiendo 1. uol. ubi dicit opinionem Bar. in d. l. litibus. C. de agr. & censi. & sequacium, qui affirmant contrarium fore, & esse falsum. vbi etiam declarat hæc procedere, dato, ꝙ iudici fuisset datum liberum arbitrium procedendi per statutum, dat rationem, quia si in aliis causis est posita meta instantię, vt citius expediantur, tãto magis in istis executiuis, ut celerius expediantur, quod etiam uoluit Fel. in d. c. venerabilis, de iudiciis. qui ampliat hæc procedere, etiam si pro executione sententiæ imploretur officium
2 iudicis † simpliciter, & tanto magis ista admittenda, vt citius causæ executiuæ expediatur, quam opinionem etiam fuit secutus Ias. tanquam veram in istis executiuis, & summariis in d. l. properandum. in prin. siue agatur officio iudicis, siue actione in factum pro executione sententiæ, ꝙ non sit differentia, & quòd neutro casu requiratur libellus, nec litis contestatio, affirmat Alexã. in l. intra dies. ff. de re iudi. & hoc ex dictis omnium, secus quando sententia fuisset deperdita, quia tunc ordinariè agendum, cuius sententiæ etiam fuit Hieronymus Gratus in consi. 12. 2. uolu. & Soci. Iunior in consi. 75. secundo vol. vbi etiam, quòd non requiratur libellus, cum qua etiã opinione uidetur pertransire Aymo. in consi. 270. in causa, num. 1. ubi etiam, num. 7. quòd sententia lata perempta instãtia adeo est nulla, quòd confirmari, neque reformari potest, sed iudex nil aliud habet facere, nisi declarare sententiam nullam, sequitur etiam Maran. hæc in suo Specu. car. 76. num. 8. &
3 sic ex prædictis communis opin. videtur esse, † quòd quando fuisset aliquid in cõtrouersia in istis executiuis, & summariis ꝙ elapso triennio a die oppositionis, siue primi actus controuersiæ perit instantia illius actus, & opus foret, ut quis iterum deberet audiri, ꝙ insuffletur spiritus vitæ a principe, iuxta gl. l. ab hosti. §. sed quid simpliciter. ff. ex qui. cau. maio. & in l. ab
4 hostib. & ibi Bar. C. eo. qui dat exẽplum de † leena quæ a principio parit frustum carnis, & mox cum clamore, siue acclamando excitat spiritum vitæ, plenè Paris in sindi. in uer. sententia, in uer. restat, quam lo sufflationem bis tantum † fieri posse di-
5 cit Capi. in dec. 165. & uidetur inclinare Gramma. in dec. 69. quod mihi uidetur non fore de iure uerum, salua pace tantorũ patrum, ex quo si ista insufflatio a principe impetratur ad similitudinem Dei, qui potest millies, si uult spiraculum vitæ cadaueri hominis mortui insufflare, & sic princeps, qui est loco Dei in terris. c. solitæ, de maio. & obedi. notat Bal. in l. 1. C. de iure aure. annu. ex causa maximè, ad quæ etiam videntur conuenire, nam per peccatum mortale quis dicitur spiritualiter mortuus, ut in Euan. siue mortuos sepelire mortuos, stimulus peccati mors est, cum si tamen millies, siue septuagies septies potest quis de peccatis suis pœnitentiam agere, ut habetur de pœn. dist. 3. maximè in c. adhuc, & in Euan. perierat inuentus, immo maius gaudium de vno peccatore conuerso, iuxta etiam illud vul. E piu gloria uel regno de gli eletti di un peccator conuerso, & piu si estima, che di nouantanoue altri perfetti. sic dicendum de principe, ut sup. de his hactenus, multa concomitantia forent dicenda, sed redeũdo ad subiectũ insufflationis vitæ in causis rogo, ut aduertas, ꝙ illa insufflatio ita demum fit, dummodo expensæ reficiantur a personis non priuilegiatis a iure, iuxta formam regiæ pragmaticæ, & no. Grã. in d. dec. 69. quæ sanè intelligat, si a parte istæ expensæ reficiẽdæ petãtur, aliàs ualeret iudicium, sicut in simili notat Pau. de Cast. quẽ sequitur ibi Ias. in l. uniuersa. C. de preci. Imp. offer. q. adducendo nõnulla contra Alex. ponent. q. statuti de forensi, q. uult cõuenire ciuẽ, ꝙ nõ audiatur nisi pstet cautionẽ, aliàs iudiciũ nullum, nam intelligitur, quãdo cautio ipsa a parte petatur, & in prædictis etiam not. quia si instantia sine facto partis seu iudicis sit perempta, datur de iure restitutio. glo. in l. arbitro. §. dolo. ff. de dolo. refert & sequitur Alexan. in consi. 42. in causa, & lite 3. colum. 3. uolum. licèt Maran. in suo Speculo

fol.78.num.34. declaret hæc solùm virtute regiæ pragmaticæ
procedere, ubi etiã declarat alia circa istum subiectum per-
emptionis instantiæ, & Sebau.Van. in tract.nulli.cat.96.num.
6 127.quòd iudex instantia perempta †non habet se amplius in
tromittere in causa principali, sed tantum instantiam perem
ptam pronuntiare, sed melius de hoc per Aymo. in d.consilio
270.circa finem, & aliqua infra in decisi.378.

Circa secundum dubium.an istud instrumentum istius sen
tentiæ sic confectum per notarium probet, dicas.aut iste nota
rius attestatur de aliquibus actis distinctè coram ipso confe-
ctis, & testibus, & in singulis se interfuisse testatur, & demum
in his se subscribat, & tunc ista plenam fidem faciunt, & ei
creditur interuenisse in actibus istis, sicut post Host.hæc com-
probat Abb.in d. cap. quoniam contra.circa fin. secus uerò si
notarius non attestetur de suo facto, sed alterius notarii gestia
& tunc ei non creditur, iux.not. in authen.si quis in aliquo. C.
de eden.de quo fuit habitus sermo supra in dec.173.quæ am-
plè post alios scriben.notat Dec.in cap.prædicto, quoniam cõ-
tra.colum. 24.in uersi.prædicta conclusio, & istud quando ille
notarius, de cuius facto hic notarius se subscriberet, quando
uerò hic se subscriberet, quia subscribendo uidetur ipse face-
re, prout ultra text.l.emptor. § Lucius ff.de pact.ubi per illum
tex.not.Ias. & alii scrib. & in l.qui Romæ.§ Grisogonus.ff.de
uerborum oblig.idem Alexan. in consi.147.ponderatis iis se-
cundo uolum.esset articulus, an notarius per alium notarium
seu alium ualeat instrumenta conficere, & ipse deinde se sub-
scribere, & in hoc, si nos loquimur de iure communi, & tunc
etiam in prothocollis, quæ debent propria manu notarii scri
bi, sicut est tex. & ibi not. Ange.in authen.de tabellio.in prin.
uera opinio est, quòd sic, sicut post Abb.ita concludit Fely. in
c.inter dilectos, circa finem, de fide instrumen.post relatas om
nium opiniones, & hoc admittitur, siue notarius ipse fuerit im
peditus, siue non, quod etiam fuit secutus Dec.in consil.447.
donationes.ubi requirit specialem subscriptionem ipsius nota
rii in hoc casu, & dicit communem esse contra Barto. qui ui-
detur uoluisse cõtrarium, ubi tradidit requisita ad prothocol.
lum, de quo fuit dictum supra in decisio.6.& causam, quando
notarius possit reassumere instrumenta alterius notarii, decla
rat Paris.in consi.12.in 3.uol qui limitat, nisi fuissent mendæ,
& cancellationes in locis substantialibus, & hæc de iure com
muni, de iure const.regni dicit hic autor in consil. Baiulos om
nes, nume.41. notarios solere obtinere ad maiorem cautelam,
in suis priuilegiis, quòd possint prædicta facere, & ipsi deinde la
subscribant, cum quibus uidetur se reddere concordem Luc.
a Pen.in l.hac parte de prox. sac. scri. libro duodecimo, quæ
non procedunt in causa depositi.tex.consti.regni in causa de-
positi.ibi noster Affli.in fi.sequitur igitur ex prædictis, quòd
cum istud instrumentum, de quo in hac decisi.fuerit subscrip-
tum a notario causæ, igitur bene probet.

Circa uerò tertium dubium, quando confessio noceat con
fitenti, sunt anno.supra deci.182.an autem ex confessione con
tenta, inordinatoque processu possit sequi condemnatio, in-
fra dec.372.an autem sententia sine citatione dicatur nulla su
pra dec.283. & de attentatis post appellationem, quando ue-
niant reuocanda, supra decis.98.igitur in prædictis explanata
non repetuntur &c. Cæs.Vrsill.

DECISIO CCCXLVII.

De æstimatione præstanda, quando non potest dari, quod debetur. Et de bonorum antiquorum dispositione ex consuetudine Neapolitana.

SUMMARIUM.

1 *Consuetudo Neapolitana super bonorum antiquorum dispositione qualiter procedat.*
2 *Consuetudinis uerbis in dubio seruiendum.*
3 *Obligatio ad interesse post moram non statim succedit in obligatione rem restitui.*
Re perempta adhuc agendum ad ipsam, licèt in condemnatione veniat æstimatio.
4 *Aestimatio præstanda, quando quod debetur, dari non potest.*

COnsuetudo Neapolitana in scriptis vult,
1 †quòd de bonis obuenientibus ex successio-
ne non potest de illis bonis quæ possidet tempore
mortis disponere, nisi de medietate, aliam medieta
tem tenetur relinquere proximoribus, unde vene-
runt bona. Cõtigit, quòd duo fratres obligant om-
nia eorum bona pro dote recepta ab uxore vnius
fratris, & in bonis dictorum fratrum sunt bona
paterna & nouiter acquisita per ipsos fratres. solu
to matrimonio per mortem fratris superstitibus
filiis ac superstite vxore, itẽ mortuus est ille alter
frater superstitibus sibi dictis nepotibus, & alterò
frater nomine Ioanne. vxor agit assistentia & ap-
pretio super bonis fratris defuncti sibi obligatis,
tam antiquis, quàm nouiter acquisitis, pro dote &
antiphati restitutione, & præstita fuit per sacrum
Consilium, & in executionẽ vult, quòd sibi adiudicen
tur, & fiat executio super bonis paternis. Dicit ille
Ioannes fratres. licèt uxor possit habere recursum
pro dote & antiphato ad bona antiqua uirtute ob
ligationis factæ in uita per fratrem defunctum, ta
men non per hoc diminuitur medietas bonorum
paternorum, quæ debetur virtute consuetudinis
fratri proximiori, & filiis alterius fratris in capite
succedentib. cum sint alia bona nouiter acquisita
per fratrem, super quibus ipsis proximores pos-
sunt seruari indẽnes, postquam illa vxor vult sibi
satisfieri in bonis antiquis, vt excludat fratrẽ à por
tione sibi debita vigore dictæ cõsuetudinis, & hoc
videtur tenere glos. Neapolitanam in consuetu-
dine, si aliquis. de succes. ab intest. in uerbo, te-
netur. circa finem. vbi dicit, pone testator consti-
tuit quartam vxori suæ super omnib. bonis suis,
An detrahatur quarta ex bonis omnib. & sic de pa
ternis. & dicit, quòd sic, scilicet de illis, quæ posside-
bat tempore mortis suę, uerùm illa detractio quar
2 tæ non minuet hanc medietatem, †quia in dubio
seruiendum est verbis dictæ consuetudinis. Cùm
igitur vxor pro dotibus & antiphato, restituendis
elegit bona paterna obuenta fratri sui mariti de-
functi, & super sunt alia bona nouiter acquisita in
posse filiorum alterius fratris defuncti patris isto
rum filiorum nepotum fratris, in quib. bonis anti-
quis pro quarta parte succedit dictus Ioannes fra
ter, quam recepit illa vxor, & quia dicti eius nepo
tes ipsam quartam partem non possunt cõsignare
dicto patruo, tenẽtur ad eius æstimationem de bo-
nis nouiter acquisitis per illũ fratrem defunctũ,
cuius sunt heredes dicti nepotes, per id quod notãter
voluit Bart.in l.stipulationes non diuiduntur. in 6.
3 q.de uerb.obl. †vbi firmat, quòd in obligatione rem re
stitui non statim succedit obligatio ad interesse
post moram, sed cùm reus desinit habere faculta-
tem rei restituendæ. ubi tenet in principio, quòd re pe
rempta adhuc debet agi ad ipsam rem, licèt in con
demnatione veniat æstimatio, sicut in obligatione
rem dari, ut in l.si seruum. §.fi.de uerb.obli. & ibi
etiam per Bart.in 2.opp. & in l. 3. & in l. in re fur-
tiua. ff.de cond. fur. Bene faciunt ad hoc quæ no-
tant scribentes in l.apud Iulianum. §. fi. & in l.fi-
liusfa. §. si quid alicui. ff. de leg. 1. & in l.multum. ff.
4 de uerb.oblig. †vbi in vltima uoluntate, quãdo nõ
potest præstari, quod debetur, debet præstari æsti-
matio. Et cum essem commissarius causæ, ita pro-
nun tiaui,

nuntiaui, à qua pronuntiatione fuit appellatũ ad sacrum Consilium, & auditis aduocatis iudicauit bene fuisse, ut suprà, per me iudicatum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXLVII.

1 *Medietas bonorum antiquorum quæ debent venire virtute consuetudinis ad agnatos, an deductis oneribus illius, a quo bona veniunt, vel istius, cui quis immediatè succedit, & sic an per debita ipsius ista medietas diminuatur, & quid faciendum in subsidium, quando non sunt alia bona, an possit ad aliam deueniri saltem in subsidium.*

2 *Ad bona alienata, in quibus casibus detur actio saltem in subsidium.*

3 *Facta diuisione inter agnatos ex forma statuti an bona etiam feudalia debeant extimari, quę fortè primogenito obligarentur, & sic plus debeat solui habita consideratione ad bona feudalia.*

1 PEr debita testatoris † non minuitur medietas bonorum antiquorum debita agnatis virtute consuetudinis Neap. concluditur in hac deci. verùm quando non potest præstari ista medietas in illis bonis, quòd debeat dari super aliis bonis illius qui fecit debita, sed aduerte, quia contra primam uidetur facere gl. Neapo. in consue. in ut. de succe. ex testa. in uerbo perueniat, qui dicit, ꝙ hanc medietatem debeant isti agnatis deductis oneribus eius a quo bona ipsa venerunt habere, sed solue, ꝙ per debita ipsius testatoris.i. illius qui tenet bona antiqua quæ fuerunt habita ab alio, non minuitur ista medietas debita agnatis, & ita loquitur glo. Neap. in d. verſ. tenetur. & procedit præsens deci. sed per debita illius a quo bona primo venerunt ad hunc, bene minuitur ista medietas, & sic procedit glos. Neap. in d. ver. perueniat, cum quibus uidetur se reddere conformem obscurè tamen Capi. in decisiõ. 295. ubi plus uidetur uoluisse nota, prout erat casus ibi, ꝙ etiã in subsidium, quando non sunt alia bona, ꝙ per debita ipsius possidentis hæc bona antiqua minuatur hęc medietas debita ipsis agnatis, qđ sine lege asseritur, & in dote non datur priuilegium de iure, nisi reperiatur expressè, prout fuit notatum supra in decisi. 341. quod si esset verum, ego intelligerem procedere, quando iste inter viuos ex iusta causa debita contraxisset, & non in fraudem agnatorum, ad quos sunt bona ista antiqua peruentura virtute consuetudinis, cum etiam inter uiuos non possit quis de bonis antiquis in fraudem disponere, prout notat Neapo. in consue. & si testator in consuetu. de succ. ex testa. in verbo disponere, & notabitur latius intra in decisiõ. 350. & 370 & aliqua per Alex. in consil. 14. 1. volu. circa finem, melius per Corn. in consi. 178. in hac consultatione, vbi declarando concludit, maritum posse facere donationem omnium bonorum etiam ad excludendam uxorem inopem contrahen. præterea uir, & uxor 2. uol. alias autem si in fraudem agnatorum fecisset etiam in subsidium actio ad istam medietatem debitam agnatis pacto ciuium uirtute consuetudinis aliqua actio non competeret, de quibus fuit notatum supra in deci. 237.

2 † & etiam quia hic non sumus in aliquo ex casibus in quibus actio detur in subsidium ad bona aliena, de quib. per Alex in l. 1. § hæres. ff. ad treb. & per Gul. Papain in dec. 576. actio, & secundum ista intelligenda sunt, quæ uoluit hic Affl. in ista deci. & insuper adde in prædictis, ꝙ facta diuisione bonorũ inter agnatos ex forma statuti, vt hic, ꝙ bona etiam feudalia debent extimari, & ille qui plus habet de bonis etiam computatis feudalibus plus creditoribus soluere tenetur secundum Alex. in consi. 51. 1. uol. col. pen. uerbo ad ostendendum, cum aliis adductis ibidem per Rec. & per Cass. in consue. Burg. fol. 353. nu. 2. Loffre. in para. fo. 21. Cap. in decisio. 198. & per Io. Lecir. in trac. de primogenitura q. 5. lib. 2. ibi, quòd filius primogenitus habens plus ratione primogeniturae de hæreditate patris, quod tenentur plus soluere. Tiraq. in eo. trac. fo. & nouissimè dominus Marinus in 3. lib. sui operis cap. 262. q. 13. & ego etiam hanc quæstionem habui de facto in causa Magnificorum de domo Turlo cum regio fisco, vbi fuit computatum feudum stante fratre cui fiscus successerat ex persona Herculis Turli primogeniti rebellis, ut soluen-

dis quibusdam debitis per alios fratres, & hoc anno 1555. Cuius fuit Actuarius Io. Bernardinus de Appenna. Caf. Vrsill.

DECISIO CCCXLVIII.

De portione monialis in bonis maternis.

SVMMARIVM.

1 *Monialis professa quam partẽ habeat in bonis maternis.*

2 *Sponsus cœlestis cum Deo dicatis virginibus semper est vniformis.*

Monachi siue ante monachationem, siue post successio euenerit, succedunt agnatis.

3 *Monialis succedit in dotę matris.*

Ius disponens de muliere nubente includit profitentem in religione.

4 *Matrimonium spirituale per professionem contrahitur, quod fortius est carnali.*

Statutum fœminas propter masculos excludens à successione, an includat moniales?

PAter posuit quandam filiam suam anno. 12. in monasterio sanctorum Festi & Desiderii martyrum, & soluit pro dote monialiũ dicto monasterio vncias 10. de Carlenis, in quo monasterio stetit, & adhuc stat ultra annos decem.

1 † Fuit dubitatum in Consil. quæ portio de iure competit dictę moniali ingressę super bonis maternis. fuit decisum in Cõsilio, ꝙ portio huius monialis in bonis maternis erit legitima de iure naturæ, vt firmat Neapolitanus in consuetudine si moriatur, in gloss. in uerbo, paragium in vlt. q. vbi dicit, quòd quandò mulier nubit sponso cælesti, tũc paragium est debitum iuris naturę, alle. And. de Iser. in consti. Regni, in aliquibus, circa fi. & est ratio Neapol.

2 † quia talis spõsus, scilicet cęlestis semper est, & cum omnibus est uniformis & æqualis, & proptereà tale paragium semper erit vniforme & æquale, scilicet debitum iuris naturæ, & hanc partem poterit petere monasterium ex persona monialis, nam monachi possunt succedere eorum agnatis, siue successio eis obuenit ante monachationem, siue post monachationem, ut concludit Neapo. in consue. si quis uel si qua. in uerbo, proximiores. & ideò Bal. in 1. uol. cons. 250. incip. obligatio prima. consuluit,

3 † ꝙ monialis succedit in dote matris, alleg. l. Deo nobis. C. de episco. & cler. quia non obstat ei, ꝙ est sponsa Dei, hoc etiam firmat Io. Ant. Carafa in suo tracta. de Simonia. in 11. charta, & seq. licèt Petr. de Anch. in consil. 107. incip. in paucis uerbis. teneat, ꝙ ubi fœmina non succedit cum masculo, si fœmina est monialis, debet dotari, qđ ius disponens de muliere nubente,

4 habet locum in profitente, † quasi per professionẽ contrahatur spirituale matrimonium, quod est fortius, quàm carnale, ut in c. inter corporalia. de transl. prę̨lat. Approbatur in authen. de trien. §. 2. & in auth. nisi rogati. C. ad Trebe. item quia uita contemplatiua est salubrior, quàm actiua. c. sanè. de regula. & de isto articulo, an statutum excludens fœminas propter masculos à successione uideatur excludere moniales, Vide per D. Albertum Brunum in suo tractatu, de statutis fœmin. excl. in 6. articulo principali, & in 9. articulo. quid autẽ de moniali sanctæ Claræ, uide per Bal. in 2. uol. consil. 390.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXLVIII.

1 *Monialis in bonis maternis an debeat habere legitimã tantum, & sic sponsus cœlestis ita debeat haberi sicut terrestris.*

2 *Pater an ualeat relinquere mille filiæ, si nupserit, & centum si monasterium intrauerit.*

3 *Filia circumscripta constitutione regni in aliquibus æqualiter de iure communi succedit cum masculo.*

4 *Validum est argumentum de statuto ad vltimas voluntates, & a dispositione legis ad testatorem.*

5 *Monialis an debeat succedere agnatis, & hæreditatem non aditam an transmittat.*

6 *An monasterium excludatur per substitutionem factam, si filius decederet sine filiis ex legitimo matrimonio, & an nouitius renuntiet hæreditates delatas.*

1 Fuit conclusio in præsenti dec. † hanc monialem debere succedere in legitima tantum in bonis maternis, quia spõsus cœlestis debet esse uniformis in omnibus cum terrestri. nota rogo, quia contra hęc uidentur facere doctri. Bal. in auth. nisi rogati 3. co. in uerbo hanc rationē. C. ad treb. & ibi Pau. de Ca. idem Bal. & Pau. de Cast. in l. Deo nobis. C. de epi. & cle. Imo. in l. Lucius, la 2. ff. de hęred. inst. & Fulg. in consi. 53. in illa q. q pater ualeat relinquere mille filiæ si nupserit, & centum si monasterium intrauerit, & sic deteriorem faceret sponsum cœle-
2 stem, & ratio secundum eos, quia † quando filia nubit sponso cœlesti, non requiruntur tot expensæ, bona, siua dotes, quot quando filia nubit sponso terrestri, & hanc opin. Dec. in ca. in præsentia. de probatio. col. 29. in uer. ex prædictis infertur, affirmat in puncto iuris veriorem, quod etiam sequitur Ferratius cautela 9. licèt in consulendo dicat non esse recedendum a prima opinione, q spõsus cœlestis debet esse vniformis, quia habet doctores maioris auctoritatis. conuenit cum his etiam Cotta in memo. in uerbo conditio. Boerius in dec. 126. & in dicto processu, nu. 12. quę licèt sic procedant, sed tamen audio sacrum consilium post istam dec. semper secutum opinionem contrariam, q ipsa filia ingressa debeat habere dotes secundum conditionem monasterii, in quo est ingressa, & sic nõ legitimam, & sic uidetur approbare opinionem Bal. & aliorum supra relatorum ea ratione, de qua supra, quia sponsus cęlestis non indiget tantis dotibus quantis terrestris, & etiam quia loca pia hodie ditiora sunt quàm olim, & pro prædicta opinione, q possit relinqui plus filiæ, quæ nubet sponso humano, quam cęlesti, etiam non uidetur dissentire præsens, decisio, dum uult, q filia ingressa debet habere legitimam in bonis maternis, & hoc virtute consti. regni in aliquib. nam de iure comuni filia æqualiter admittitur unà cũ masculis † ad
3 successionem. l. maximum vitium C. de lib. prę. vnà cum notatis supra in deci. 177. Sed si hoc potest fieri statuto, vel consuetudine, q existente masculo fœmina non succedat, sed habeat legitimam, prout affirmat in monasterio, & monialib. Soc. in consi. 81. 1. uol. & sunt annotationes amplæ supra. in dec. 311. q consuetudo ligat personas ecclesiasticas, ergo potest fieri etiam in testamento, q filia, quæ nubet, plus ha-
4 beat illa, quæ ingreditur monasterium, † nam validum est argumentum de statuto ad ultimas voluntates. Ro. in cõs. 199. præsens consultatio, & declarat Silua lib 1. fo. 53. & de dispositione legis ad testatorem Cuma. in consil. 143. circa fi. qui allegat. §. disponat, in auth. de nup. & pro prędictis est dec. Boerii quarta, vbi decidit, q filia quę promittit renunciare debet habere maiorem partem, si nubet † quàm si ingrediatur
5 monasterium. qualiter autem moniales succedant agnatis decedentib. post ingressum, declarat Ale. in l. 1. de uol. & pupil. in l. sub conditione. ff. de lib. & posth. vbi an transmittant hæreditatem non aditam. Cor. in consi. 88. repetito. 2. vol. Soc. in d. consi. 81. 1. vol. Boer. in deci. 454. et postum. Capitius dec. 10. & 98. Ias. in authen. ingressi. de episco. & cler. Aymo in consi. 148. circa testamentum. quia air adeo monasterium † succe-
6 dere, q excludat substitutum filio, etiam si fuisset dictum, si decedat sine filiis ex legitimo matrimonio, vbi etiã, q nouitius nõ potest renunciare hæreditates delatas sine interuentu summi Pontificis, de quo latius per Tiraq. in tractatu consan. gl. 8. in verbo propinquas, nu 20. cum seq. fol. 38. vbi concludit, q nouitius recuperat bona, si non fecit professionem, sed vice quia tamen Aymo tenet Rue. in consi. Ale. 121. 2. vol. & contra substitutum excludere monasterium, si dictum fuit, si decedat sine filiis ex matrimonio, & q legitima debetur filio ingressi viuente patre, tenet Cotta in ver. legitima, vt ibi per eum. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCXLIX.

De dotis restitutione constante matrimonio facta. Et de fundi dotalis alienatione per uirum sine mulieris consensu.

SVMMARIVM.

1 *Dotis restitutio constante matrimonio quãdo fieri possit.*
Dotis restitutio per hæredẽ recipientis facta constante matrimonio arcet mulierẽ à petitione soluto matrimonio.

2 *Nurus à socero dotem non repeti patre virũ suum emancipante, & dotem restituente de uiri mandato.*

3 *Mulier constante matrimonio præiudicare sibi in dote quando possit?*

4 *Alienatio fundi dotalis per uirum inscia vxore facta non nocet mulieri.*

Fuit maritata quædam mulier exposita hospitali sanctæ Mariæ Annuntiatæ ab œconomis dicti hospitalis, & dotata in vnciis octo cuidam spurio filio sacerdotis, quia sacerdos habuit & recepit dictas dotes à dictis œconomis, & promisit illas restituere in casu soluti matrimonii &c. & obligauit proinde omnia bona sua, & constituit dictæ mulieri pro dicto filio suo spurio antiphatum vnciarũ quatuor super bonis omnibus suis in forma. Consumato matrimoni per carnis copulam hæredes testamentarii dicti sacerdotis post eius mortem consignant dictis coniugibus tot, & tanta bona stabilia, æstimata pro dictis dotibus vnciarum octo, pro restitutione dictę dotis. Demũ soluitur matrimonium per mortem uiri vxore superstite, vxor agit virtute instrumenti dotalis cõtra tertios possessores bonorum illius sacerdotis sibi obligatorum pro restitutione dictæ dotis. Illi tertii possessores excipiunt, q dos fuit restituta cõiugibus per hæredes sacerdotis, ideò non possunt conueniri, replicatur, q restitutio dotis non potuit fieri con-
1 stante matrimonio. Quæritur † quid iuris? Et certè verum est, q restitutio dotis non potest fieri constante matrimonio, nisi in casu vergentiæ ad inopiam, ut in l. si constante. ff. solu. matr. & in l. vbi adhuc. C. de iure do. tamen illa restitutio facta per hæredes sacerdotis uiro, & vxori impedit, vt soluto matrimonio per mortem viri non possit vxor petere restitutionem dotis, per id qđ dicit Bart. no-
2 tanter in l. sanè. ff. de iure dotium, † ubi dicit esse casum, q pater qui recepit dotem pro nuru, & emancipauit filium, & ei dotem vxoris suæ restituit, nuru mandante & uolente, q ipsa nurus a patre non poterit postea repetere doté, alleg. Rich. Malumb. ibi, sequitur hoc Lud. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. matr. per d. l. sanè. & Pau. de Cas. in l. 2. eod. tit. & ibi Alex. & Bald. Nouellus in suo tractatu dotium impresso, in septima parte. versic. 34. priuilegium,
3 † Nam hoc casu mulier constante matrimonio potest sibi præiudicare in dote, ut dicit gl. ibi. & Ioannes de Imo. in l. pen. §. si uir. ff. soluto matrimonio.

Et

Et repertum est in processu, quòd facta consignatione dictæ dotis dictis coniugibus per heredes prædicto maritus dictæ mulieris sine cõsensu vxoris alienauit quoddam prędium de illis prędiis cõsignatis per heredes dicti sacerdotis dictis cõiugi-
4 bus pro dictis dotibus, pro ducatis 9. †quæ alienatio non nocet dictæ mulieri, per l. lex Iulia. cum concordan. ff. de fundo dota. & ille possessor dicti prędii fuit conuentus. Ideò fuit votatum, & declaratum, ꝙ assistentia, & appretium, & adiudicatio pręstetur mulieri pro ducatis nouem super illo prædio, & contra tertios possessores bonorum pro vnciis quatuor pro antiphato, & pro reliqua restante quantitate dotis prædictę absoluantur.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXLIX.

1 *Restitutio dotium an possit fieri a patrę alio consentiente nuru, intantum, ꝙ ipse pater amplius non teneatur.*
2 *Mulier si constante matrimonio capit debitorem inopē an possit primas actiones mouere, & ad hoc, vt sit cautum patri, quando sit restitutio dotium quid faciendum.*

1 VT vides Affl. in hac dec. tenet indistinctè, ꝙ potest fieri restitutio dotium †a patre, vel eius heredibus filio nuru cõsentiente, qua facta, pater, & sui hæres sunt liberati, cum eo conuenit Pet. de Anch. in consi. 238. regulariter in filio mercatoris optimæ, & frugis vitæ posse fieri restitutionem consentiente nuru cum iuramento, sentit Cuma. in consi. 82. in patre interficiente uxorem, ꝙ cogatur filios emancipare, & illis dotes maternas assignare, declarat ista Cepo. in cau. 115. qui tradidit tres cautelas de istis Bal. Nouel. in tra. dotium in 6. parte priui. 34. Bertrau. consi. 45. uol. 2. Iacobinus in l. mutus §. manente, ff. de iure dot. Soc. Iunior in cõsi. 12 15. 1. uol. Iasius Crotus in rep. l. frater a fratre. ff. de cond. inde. q. 19. Buct. in decis. 395. ultimo, omnes annuentes ex iusta causa hanc restitutionē consensu nurus fieri posse, sed contra hos patres tenet Hercula. in l. 2. ff. solu. matr. qui denegat talem restitutionem fieri de iure ualere etiam nuru non reluctante in præiudicium ipsius nurus, maximè quando non fuisset iusta causa, nam si pater non fuisset soluendo, rediret mulier ad primas actiones, & sic pater non liberatur ea ratione, quia mulier non valet facere deteriorem dotis conditionem supra in dec. 154 pro qua opinione ultra eum uidetur facere in l. si cum dotem. §. mulier ff. solu. matr. vbi casus, ꝙ si ipsa mulier ignoranter animo nouan-
2 di recipit debitorem †inopem, ꝙ valeat primas actiones excitare, & sunt etiam annotat supra in dec. 335. in 3. dubio, & rectè intuenti cum istis uidetur conuenire Ancha. in d. consilio 238. dum requirit in casu restitutionis faciendæ filium mercatorem, & lucrantem. & videtur esse in prædictis prochuis etiā Parpal. in d. l. 2. Solu. matr. nu. 56. dum ait in hoc arti. quot sunt capita, tot sententiæ, & propterea ad euitandas istas probationes, & doctorum opin. bonum censeo hanc restitutionem fieri debere decreto iudicis, vel deponi pecuniam apud ędem sacram consignandam mercatori ad honestum lucrum, vel fieri emptionem bonorum stabilium pro cautela, & securitate, iuxta nota supra in dec. 221. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCL.

De renuntiatione iurata bonorum paternorum, & maternorum per filiam dote contentam, non trahenda ad donationem inter viuos.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio bonorum paternorum, vel maternorum ex testamento uel ab intestato facta per filiam dote contentam, an illam excludat à donatione inter viuos. 5.*
2 *Illatio ex diuersis non fit.*
3 *Bona antiqua habens ex consuetudine Neapolitana non alienat, nisi medietatem.*
5 *Beneficio renuntians non secluditur, quo minus per aliā prouisionem obtineat.*
4 *Renuntiatio totius iuris præsentis & futuri qualiter intelligenda.*
Spes quæ potest cedi, quę sit.
Ius vnum remittens cum plura habeat, aliud remittere non dicitur.
6 *Mater instituens filiam donatariam suam, que bonis maternis renuntiauerat, an noceat donationi.*
7 *Suum, semel amplius suū per institutionē fieri nō potest.*
8 *Filia renuntians paternę hæreditati cum iuramento intelligitur ab intestato tantum.*
9 *Testandi liberam facultatem sibi auferre est cōtra bonos mores.*
10 *Matrimonium liberum quomodo intelligatur.*
11 *Argumentum à simili non procedit data aliquali dissimilitudine.*
12 *Statutum, quòd mulier extra ciuitatem nupta non succedat, est exorbitans.*
Renuntiatio succedendi ex testamento est inefficax.
13 *Renuntiatio ante acquisitā hereditatē dicitur repudiatio.*
14 *L. cùm ita. ff. de condi. & demonst. an militet etiam in vltima voluntate.*
Diuersitas vnius dubii an attendatur in decisione alterius concurrente eadem ratione.

1 FVit dubitatum in Consilio, †vtrum domina Trusiana, quę per instrumentū publicū renuntiauit cum iuramento tanquam maritata, & dotata secundùm paragium, & ultra paragium de bonis paternis à patre, bonis paternis & maternis suo patri, & eius heredibus deuolutis, & deuoluendis tam ex testamento quàm ab intestato. Si postea domina Polyssena eius mater instrumento publico mediante irreuocabiliter inter uiuos donauit dictę Trusianę eius filię iura, quę ipsa habebat super feudo de Pachiarano sito in comitatu Harenarum in prouincia Calabriæ, quæ erant ducati noningenti octogintaseptem. Si talis donatio potuit fieri in prejudicium hæredum patris, quibus dicta Trusiana renuntiauit bonis maternis deuolutis, & deuoluendis tam ex testamento quam ab intestato, vt suprà dictum est. Fuit per totum Consilium votatum, & determinatum post longam discussionem, ꝙ ex quo dicta Trusiana specialiter renūtiauit patri, & eius hæredibus bona materna deuoluenda ab intestato, vel ex testamento, & nō renuntiauit bonis maternis deuolendis per donationem inter uiuos, ꝙ dicta renuntiatio non comprehendit casum acquisitionis per contractum donationis inter uiuos. Sunt enim diuersa acquirere bona ex testamento alterius uel acquirere bo-
2 na per contractum donationis inter uiuos. †Et ex diuersis non fit illatio. ff. de don. inter uir. & vxorem l. si maritus. l. Papinianus exuli. ff. de mino. fa-
3 cit l. non hoc. C. vnde legi. cum simi. †Sic etiā uidemus, ꝙ habens bona antiqua nō potest disponere in vltima voluntate, nisi de medietate, & tamen in uita potest omnia alienare, nisi fiat in fraudem, ut dicit gl. Neap. in consuetu. & si testator. in uerbo disponere.

Bene facit tex. in c. cum inter P. Gaufridi. de renuntiatione. vbi renuntians cum iuramento bene

ficio, non extenditur ista renuntiatio, ut non pos-
4 sit ex noua prouisione illud obtinere. † Iode dicit
Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 6. q. ff. de
uerb. obl. ꝙ ista renuntiatio totius iuris, qđ habet
& habere speret, licèt trahatur ad iura futura, ta-
men intelligitur de iure, qđ renuntians habere spe
rat ex aliqua causa subsistente de præsenti; alleg.
l. quod seruius, ff. de condicti. ob causam. & l. 1. ff.
de stat. libe. ut ibi inducit Bar. & ibi sunt aliæ con-
cordantiæ per scribentes, & ista est spes quæ po-
test cedi, ut in l. spem. C. de don. & ibi hoc vult etiā
Bal. ideo sub dicta renuntiatione non uenit, qđ di
ctæ renuntianti quæsitum est per contractum do
nationis, & non subsistebat tempore renuntiatio-
nis spes habēdi iura materna per donationē ioter
uiuos, nec spes, ꝙ mater poterat donare, est in con
sideratione, vt no. Bart. in l. is potest. ff. de acquir.
heredit.
5 † Et pro hoc facit; quia renuntiando dicta filia
patri & eius hæredibus booa ex successione ma-
terna ex testamento uel ab intestato deuoluenda,
non uidetur renuntiasse, si per contractum dona-
tionis inter viuos habuit iura materna. per id, ꝙ di
cit Bar. io l. si domus. ff. de seru. vrb. prædio. vbi di-
cit, ꝙ quando vni competunt plura iura, si unum
remittit, aliud remittere non dicitur. Ad idem in
l. si mihi. la 1. ff. de serui. rusti. prædio. vbi dicit, qui
habet duo iura, remittendò vnum, noo uidetur re-
mittere aliud, bene facit, qđ no. Bal. in l. suum. C.
6 de iure deliberan. † Secundò fuit dubitatū, ex quo
dicta mater instituit dictam eius filiam dooatariā
etiam in omnib. bonis suis, & signanter in suis do-
tibus, si uirtute huius institutionis tenetur restitue
re dictis hæredibus patris sui, quibus renuntiauit
bona materna ex testamento etiam deuoluenda.
Et fuit conclusum, ꝙ non, quia si dicta iura dota-
lia habuit ex cōtractu donationis inter viuos, iam
7 ei sunt quæsita, † & quod suum fuit semel, amplius
suum per institutionem effici non potuit. Insti. de
legatis. §. si res. not. in c. inter dilectos. de fide in-
strum. & ideò cum ista filia habeat iure donatio-
nis inter uiuos iura dotalia, matris institutio su-
per eiusdem iuribus non habet ei nocere. Item
pro ista parte allegabatur alia ratio, nā vera decisio
est, ꝙ si filia renuntiauit in manibus partis succes-
8 sioni paternæ cum iuramento. † intelligitur ab inte
stato tantum, si est instituta à patre admittitur ad
successionem, non obstante renuntiatione, quia
aliàs patri auferetur libera testandi facultas, ut di-
cit Bal. in l. pactum. in 6. q. C. de col. & Bal. in c. ad
nostram. de iurei. & Sali. in l. pactum. C. de pact. &
Imo. in l. qui superstitis. ff. de acquir. here. & Paul.
de Cast. in l. fin. in 4. col. C. de pact. ubi uoluit plus;
ꝙ etiam si expressè filia renuntiasset futuræ succes
sioni paternæ ex testamento, non præiudicaret si-
9 bi, ne auferatur libera testandi facultas. † ꝙ est con
tra bonos mores, ut in d. l. fi. & in l. stipulatio hoc
modo concepta. de uerb. obl. Et licèt posit dici, ꝙ
renuntiando filia successionis ex testamento ma-
ternæ patri suo, nō propterea tollitur matri libera
testandi facultas quò ad alios, quos uelit institue-
re, arg. l. cùm ita legatum. ff. de condi. & demon. Et
sic dicebat dom. Ant. de Alex. et Iaso. in recollectis
suis in d. l. stipulatio hoc modo concepta, in 3. li-
mita. ad c. quamuis. de pact. in 6. sed tamen negari
non potest, ꝙ tolleretur facultas matri testandi in
filiam, & sic tolleretur libera facultas. Nec ob. tex.
in l. cum ita. vbi loquitur in matrimonio, quod de
bet esse liberum, & tamen non dicitur impediri li
bertas, si in certum hominem prohibet contrahe-
10 re, sic poterit dici in testamento. † Quia responde-
tur, prout dicit do. Ant. de But. in c. requisiuit. de
sponsa. ꝙ in matrimoniis distinguimus. An ma-
trimonium debeat esse liberū ab omni coactione
vel necessitate extrinseca ueniendi extra consen-
sum partium, & uerum est, ꝙ matrimonia debent
esse libera, & de ista libertate dicendum idem in
testatore. Aut nos quærimus, an matrimonia de-
bent esse libera à necessitate extrinsecus, id est, de
natura matrimonii, ut ex consensu obligentur pa-
tres ad obseruandum, qđ promiseruot, & tunc ad
hæc matrimonia non debent esse libera, quia esset
euacuare omnem neruum matrimonii, si dicere-
mus, ꝙ consensus non adstringit inuitos ad con-
trahendum, & hoc non cadit in ultima uoluntate,
11 quæ potest mutari usq; ad mortem. † Et ideò data
ista dissimilitudine inter testamenti factiooem, &
matrimonium, non procedit argumentū à simili,
quia dicit Spe. ꝙ nunquam obstat argumentum à
simili data aliquali dissimilitudine, in ti. de disput.
& alleg. 5. col. vbi, cui incumbit probare, quod est
simile, hinc dicit Abb. in constitutus. In 5. no. de ap
pel. ꝙ modus destruendi argumentum à simili, est
probare dissimilitudinem, & est gl. in l. creditori,
ff. de oper. noui nuntia. & ibi per scribentes ma-
ximè modernos. Et ideò maior pars dominorum
de Consilio fuit, ꝙ sicut statutum dictans, quòd
mulier nupta extra ciuitatem non succedit ex te-
stamento, uel ab intestato, quòd tale statutū nō ua
let; quia est contra booos mores, cū auferat liberā
12 testamenti factionem, † nisi statutum respiceret
certas res, ut dicit Bal. in l. fi. in 4. col. C. de pactis.
ita non ualet renuntiatio succedendi ex testamen
to, quia tolleretur illi testatrice libera facultas te-
standi in ipsam filiam renuntiantem eius hęredita
ti ex testamento, & hoc tenuerunt Lud. Roma. in
d. l stipulatio hoc modo; & Imo. in d. l. qui super-
stitis. Sed ego dicebam, quòd talis renuntiatio cū
iuramento facta per filiam patri, uel fratri, post ha
bitas dotes bonorum maternorum & paternorū
obueniendorum ab intestato uel testamento, est
13 ualida, nec tollitur libera testandi facultas, † quia
mater potest ipsam instituere, & illa adeundo uel
non adeundo uirtute renuntiationis acquirit pa-
tri, uel eius hæredibus. Nam quando renuntiatio
fit ante acquisitam hęreditam, dicitur repudiatio,
ut dicit Paul. de Cast. in d. l. pactum qđ dotali. &
facit ut fingatur non delata. l. proinde. ff. si cer. pet.
& quando fit per contractum, ei quæritur, cui re-
nuntiatum est, quia uidetur illud dare, ut ff. de iu-
re dotium. l. profectitia. §. 1. & ff. de fundo dot. l. si
14 nuptam. † Item ratio dictæ l. cum ita. militat etiā
in vltima uoluntate, licèt sit aliqua diuersitas inter
matrimonium, & ultimam uoluntatem, tamen si
in decisione vnius dubii concurrit eadem ratio,
non attenditur diuersitas in alio, ut dicunt moder
ni Papienses in d. l. creditori. & tenendo istam par
tem creditorem non errare.

ANNO-

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCL.

1 *Renunciatio facta à filia iuribus ex testamento, vel ab intestato, an excedat vires ad donationem inde secutam.*

2 *& sic ius superueniens ex ista renunciatione facta a filia, potest nihilominus hæres institui, quòd non vendicet locum filiis inuitis, quorum causa fuit facta renunciatio, articulus disputatur.*

3 *Potest fieri prohibitio, vt mulier non nubat certo generi personarum.*

4 *Reuocatio an possit fieri, quando mihi est aliquod ius quæsitum ex facto tuo.*

5 *Pater qui interficit vxorem matrem suorum filiorum, vt aliam vxorem, & sic nouercam filiis inducat, quòd dotibus debeat priuari, & applicabuntur filiis.*

6 *Conditio, quòd mulier nubat ad consilium tertii, an valeat.*

1 QVòd non obstante renunciatione facta a filia ex testamento † vel ab intestato possit consequi donationem inde confectam, & sic ius superueniens, facit tex. c. cum inter. de renun. cum aliis notatis per Rom. in consil. 168. circa primum, qui citat d. l. si domus. & Alex. in consi. 29. præclare 1. col. 3. vol. Dec. in consi. 265. ad exclusionem, & e 66. vbi bene declarat, q renunciatio est stricti iuris, io ipse non venire, nisi expresse, idem in consi. 419. viso elegan. ii 460. num. 6. 495. viso 625. 683. & per Cast. in consi. 59. latius Tiraq. in retra. consangui. §. 1. in glo. 9. in verbo aut consanguineus, nu. 161. q renunciatio vnius non inducit alterius etiam in eadem re, iuxta tex. d. l. si domus, & per Alcia. regula 3. præsump. 45. fol. 559. vbi decidit q. quam pluries habui de facto & obtinui, tam in sacro consilio, quàm in magna curia Vicariæ, q quando emphyteuta cedit a contractu emphyteutico ob non solutionem, vel aliàs non tamen amittit ius redimendi rem ex pacto de retrouendendo, sequitur Dec. in l. in bonæ fidei. C. de pactis, late idem Tiraquel in eod. tract. conuentionali in fi. nu. 89. f. 31. in parua impressione D. Cag. in l. 2. de pactis inter emp. & vendi. nu. 140. & ultra prædictos scrib. videtur casus de prædictis casus in ... pro istis in l. 1. C. de crimi. stellio. vbi licet quis incidat in pœnam dicti criminis pignorando rem duobus, tamen soluendo debitum creditori a dicta pœna est exemptus, econtra, q licet renunciatio sit stricti iuris, tamen ... facta simpliciter q si ex pluribus capitibus hæreditas renunciata deberetur, q tamen ex omni capite quis videatur renunciasse, declarat idem Dec. in consi. 30. de quo fuit facta mentio supra in dec. 161. & 171.

2 Quò uerò ad secundum dubium tactum per Affl. quod renuncians ex testamento veleat nihilominus hæres institui, vltra citatos per ipsum dico hanc opin. secutum Aret. in consi. 17. 1. volum. Alex. in consi. 131. transmissum 1. vol. vbi ait posse filium hæreditatem etiam transmittere. Cass. in consue. Burg. de sycessio. Rub. 7. nu. 40. fol. 374. idem in consi. 28. num. 12. Capella Tolos. 456. Ias. in cōs. 127. 1. vol. rursus Cass. in consi. 45. fuit in facto. per totum. vbi ait, istud partem valere de iure personæ, etiam inuitis filiis, quorum causa fuit facta renunciatio, quæ ampliatur habere vires etiam non obstante statuto exclusiuo fœminarum a bonis patris, vt est nostra const. regni in aliquibus. ob quam filia excluditur ab intestato, dummodo habeat dotes, nam potest a patre hæres institui, affirmat hic etiam Affl. ibidem num. 12. & sic videtur sequendum, quibus non refragatur quatenus hic solus tanquam saturninus, iuxta tex. l. 1. ff. de senato. velis contrarium in responsione ad scribentes hic per eum citatos, quod non videtur sublata facultas testandi, ex quo hic pater potest aliter ... iuxta tex. in l. ... ff. de cond. & demon.

3 † per quam sit dispositio valere prohibitionem matrimonii, quod non possit mulier nubere certo generi personarum nam potest cum aliis matrimonium contrahere, nam pater respon. q scrib. nō solùm sunt moti hac ratione, sed etiam aliis, nam ille in cuius fauorem fuit præstitum iuramentum valet ipsum remittere. c. si. de iuram. notat post Scrib. Iason in l. 1. §. & post operis. ff. de no. ope. nun. maximè quia hic non perseuerauit in hac vltima voluntate, de cuius interesse tractatur, quæ cum sit ambulatoria vsque ad mortem, igitur potest quomodocunque reuocari. & cum hic status §. et oratio. ff. de donatio. inter vi. & vxo. iuxta etiam nota. per Scrib. in l. si. C. de pactis, nil est enim magis, quod hominibus debeatur, quam vt vltimæ voluntatis liber sit stilus. l. 1. C. de sacrosanc. eccle. l. a. ff. si a parente qois manu. fuerit. And. notat in cit. §. porrò, nu. 24. col. 4. in ver. item pater est, quæ sit prima cau. bene. ami. liberis hominibus equidem suorum bonorum alie. interdici non debet, etiā in patre excepta legitima. Dec. in consi. 547. cum sim. quib. nō obstat, si dicat quis, hæc bene procedere quò ad ipsum disponentem, secus

4 † in præiudicium tertii, in cuius vtilitatem fuit facta renunciatio, & fuit ius quæsitum, & sic in ipsius præiudicium non fit reuocatio. l. si. de pact. cum simili. nota. per Scri. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff de uerb. oblig. & per Dec. in cons. 58. nam respondent Scribentes locis supra additis, & maximè Cast. in d. consi. 45. ... ita locum habere, quando ius fuisset partici de præsenti quæsitum, secus in iure quærendo per me alteri, nam hoc potest reuocari, exemplis ibi per eum assignatis, quæ breuitatis studio omittuntur. de quo fuit actum supra in deci. 152. in illa q. an pater valeat feud. acquisitum pro se & suis vni filio ... donare in præiudicium aliorum, vltra quod ... decidit, q aliqua possum habere ab alio, quæ a me ipso non l. Aristo. vbi aliæ consonantes. ff. qui potio. in pig. habea. & cum illis videtur conformem se redde Tiraq. in tract. de consi. posse. in 1 r. limita. num. 12. in illa quæstio. quando notarius absens fuit stipulatus, q possit fieri reuocatio ante acceptationem, a quo articulo ista quæstio dependere etiam videtur. & quia hic citatur tex. d. l. cum ita legatum. uolens posse fieri prohibitionem, ne mulier nubat certo generi personarum. nota

5 † obsecro, q etiam istud posse fieri p statutum affirmat Bar. in l. cum dicimus. de uerb. sig. li. 12. licet contra affirmat Cur. Sen. in consi. 27. & videtur sentire And. in c. imperialem. col. 5. in fi. quando alibi commodè nubere non potest. in uersi. sciendum est, q si de mulieribus tamen opi. Bar. tanquam communis approbatur, quem secutus fuit Fulg. in consi. 81. dominæ Catharinæ, Soc. in consi. 35. circa prædictam 2 vol. & in fallen. 407. Fel. in c. eccle. S. Mariæ. de consi. num. 62. Ioan. Crotus in rep. l. omnes populi. nume. 45. de iu. & iure. Dec. in consilio 293. col. 2. & videtur de prædictis etiam const. reg. cum hæreditarum ... quæ vetat mulieres de regno aliis exteris nubere, & secundum hanc opin. fuit iudicatum in sacro regio consilio in quadam causa illorum de domo Vulpicella de Casulis Seccæ digliani anno 1543. in qua causa ex quo pater interfecerat vxorem, filii huius mulieris interfectæ voluerunt promissionem a patre interfectore suæ matris, vt promitteret sub pœna priuationis hæreditatis & dotium, & alia pœna, q ipse eorum pater non possit nubere certo generi personarum quarundam mulierum, quas ipsi habebant suspectas, q ex eorum concubinatus, siue adulterio ipsarum eorum mater prædicta fuit interfecta. & ex hac causa ... remissionem patri, & ex quo ex parte patris prædicta fuit contrauentum, fuit determinatum esse priuatum omni successione, & ad pœnam contentam in promissione esse obnoxium, & de prædictis, q priuetur successione pater, qui interfecit suam uxorem, ut aliam vxorem nouercam filiis ... inducat, consulunt Cōma. in consi. 82. ... vbi q dotes teneatur pater hoc casu filio consignare. Boer. quod in dec. 348. agitur ad promissionem, siue ad rem promissam, & non rescindatur remissio facta de delicto, ex quo quis non obseruat promissa ipsa remissione, ut quando quis promisit soluere decem ex causa remissionis alicuius delicti, postea non soluit, uel aliter promissioni contrauenit, declarat Pau. de Cast. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati, & scrib. in l. cum mota. C. de transa. & sic audio in facto iudicatum in magna curia vicariæ hodie, qui est 10. Decem. 1554.

6 † An autem valeat conditio, quòd mulier nubat ad consilium tertii. Io. de Ana. in consi. 15. Aymo. in consi. ... & quod per statutum non possint dotes mulieribus nubendis in futurum minui, seu aliquam metam imponi, scilicet quod si nubat nobilis mulier habeat tantum, si verò ignobili tantum, declarat Hippol. in sing. ... quibus rationibus, quæ recte intuenti non procedunt, licet eius opin. videa approbatam a Suttergiis in eorum consuetudinibus, & fuit tentatum istud Neap. etiam fieri ob magnas dotes, quæ nunc dantur, sed non obtentum. Cessit ...

DECISIO CCCLI.

De testium obiectione in causa attentatorum admittenda.

SVMMARIVM.

1 *Obiectus contra testes in remedio attentatorū officio iudicis imploratio, an concedendus in causa attentatorum.*

2 *Iudicium attentatorum per officii iudicis implorationem*

est

est summarium, & est via ordinaria.
Testium repulsio est defensio.
3 *Dictio de plano, qualiter exponatur.*
4 *Testiũ reprobatio in iudiciis summariis nõ permittitur.* 6.
5 *Probatio exceptionis in alio iudicio quando differatur.*
7 *Iudex non dicitur deuiare à iuris tramite propter presum ptam calumniam.*
8 *Iuramentum de calumnia quid operetur.*
9 *Defensio, quæ de iure naturali est, non potest denegari.*
10 *Rota fuit consulta super practica attentatorum.*

BIs fuit dubitatum in duabus causis in Cõsilio, vtrum in remedio attentatorum implorato of ficio iudicis, si pars petit terminum ad repulsan dum testes examinatos, iudex debeat concedere
1 terminũ ad repulsam. †Et rationes dubitandi sunt istæ, nam istud iudicium attentatorum ex officio iudicis parte petente est iudicium summarium, quia dicit Io. Monach. Card. in c. cupientes. in uer bo gratia. in s 1. charta, q̃ si lite uel appellatione pẽ dente posfidens spoliatur à parte, & petitur à iu dice reuocatio attentatorum, officio iudicis im plorato, tunc sine libello, & de plano reuocantur attentata, & fiet restitutio, ut in c. 1. & per totum, ut lite pendente. & de appell. c. bonæ. & ff. de ędil. edic. l. ędiles. §. item sciendum. et post in 12. charta
2 in s. col. dicit, † quòd istud remedium attentatorũ per officii iudicis implorationem est uia extraor dinaria, ut in c. non solùm. & ibi Ioan. And. de ap pel. lib. 6. Et idem dicit Bal. in l. appellatione. C. de appell. & Philippus modernus. in c. dilecti filii. de appell. Sed in istis summariis iudiciis non admit titur reprobatio testium, nec respectu personarũ, nec dictorum, ut dicit Pet. & Abb. antiquus, & Ioan. And. & Abb. Sic. refert in c. ueniens. de testi bus. In contrarium allegatur Bar. in extrauaganti, ad reprimendam. in uerbo, & figura iudicii. ubi di
3 cit, † q̃ repulsatio testium est defensio, & si denegę tur repulsa contra testes & eorum dicta, auferetur defensio, & hoc repugnat iuri naturali; ut not. in l. ut uim. ff. de iusti. & iur. cum concord. & patet expresse in Cle. sæpe. in §. non sic. & ibi gl. de uerb. signi. Pro solutione huius dubii fuit allegata deci sio Ant. de But. in d. c. ueniens. ubi dicit, q̃ liquidè iudicium est summarium, quò ad legitimandam personam in iudicio, et sunt examinati testes, non potest altera pars petere terminũ ad repulsandũ. Sed in alio iudicio summario non concernente legitimationem personæ, sed alio modo iudicium est summarium, & tunc debet peti terminus ad rę pulsandum dicta & personas testium, & concedi,
4 quia defensio non debet denegari. † Sed in contra rium allegabatur Card. in d. clem. sæpe in 3. col. de uerb. sig. vbi exponit illud verbum, de plano, idest, repulsa subtilitate perniciosa in refrenando multi tudinem testium, & reprobationẽ, & in omnibus aliis planius & temperantius prosequẽdo, non ta men omittendo iudiciarium ordinem, de quo per Inno. in c. olim. de accus. Et sic uult Card. q̃ in cau sa summaria refrenabit reprobationem contra te stes & dicta. Item in contrarium allegabatur do ctrina Io. de Imo. in d. cle. sæpe in 7. col. ubi dicit, q̃ si causa est talis naturæ, q̃ præiudicium, quod re sultat parti ex sententia, potest reparari per aliud iudicium absque restitutione in integrum, uel ap pellatione, sicut in iudicio possessorio, in quo po test reparari per iudicium causæ proprietatis. Et
5 tunc in agente requiritur plena probatio. † Sed in reo, uel excipiente, si opponat exceptionem requi rentem altiorem indaginem, differtur exceptionis probatio in alio iudicio, nec impeditur actoris in tentio, hæc sunt uerba Io. de Imo. ibi. Ita potest di ci in casu præsenti, si reus petit terminum ad repul sandum testes actoris super attentatis, debet reser uari ista repulsa in causa principali, & sic in alio iu dicio. Bene ad hoc facit, quod dicit Lud. Roma. in
6 singularibus suis in uerbo, testis reprobatio. † q̃ li cèt testium reprobatio sit permissa, ut in c. præsen tium. de testibus. tamen fallit in iudiciis summa riis. Quia quando in his uenit tractandum, quòd alio iudicio non uenit resultandum, nunquam ad mittitur reprobatio testium, allegat Abbatem anti quum, prout refert Host. & Anto. de But. in d. c. ve niens. Fuit tandem conclusum per dominos Con siliarios in causa super reuocatione attentatorum, lite pendente super quodam castro nominato Du centa, quòd attento, quòd euidenter per noto rietatem facti apparebat de innouatis & attenta tis lite pendente, & terminus ad repulsam pe titus petebatur potius ad differendam iustitiæ,
7 quàm ad defensionem, fuit denegatus; † quia dicit Bal. in l. 1. pe. & vlt. col. C. qui accusare nõ possunt, q̃ licèt iudex non debeat deuiare à iuris tramite propter prę sumptam calumniã opponẽtis, ut in c. licèt causam, de probati. tamen quando malitia est clara & patens, ut quis excipiens negare sufficiat; tunc potest excludi ab illa exceptione & allegatio ne, allegat de pęnis, l. qui sniam, in fin. & Innoc. in c. 1. de offi. uica. nam paria fuut, dicit ipse, incom petentet agere & excipere, & per notorietatem fa cti oportet obuiari. Quare fuit denegata dictæ co mitissæ Lacertę petita reprobatio testium & tanto magis, quia ante publicationem attestationum su per innouatis non fuit protestatum contra perso
8 nas testium, † quo casu facta publicatione non li cet ipsos repulsare, ut not. in c. præsentium. Et est ratio secundùm Abb. Sic. ibi; quia est præsumptio, q̃ maliciosè uelit testes post publicationem repul sare, postq̃ uidit, q̃ deposuerunt contra eum, quasi veniat nunc ad falsò obiiciendum prouocatus, li cèt ista præsumptio tollatur propter iuramentum calumnię præstitum, ergo ubi non est iuratum de calũnia, non est sublata dicta præsump. & in dicta causa non fuit dicta protestatio facta, nec iuratum fuit de calũnia, ideò rationibus prædictis conside ratis fuit denegatus terminus ad repulsam in cau sa dictorum attentatorũ. Sed in alia causa inter co mitẽ Alisi & Ducissã Amalfiæ super innouatis su per quodam molendino fuit decisum in Consilio, q̃ detur terminus ad repulsam, ex quo cessat calũ
9 nia, † & dicta repulsa concernit defensionem, quæ est de iure naturæ, & non potest denegari, vt suprà dictum fuit, per theoricam Bar. in dicta ex trauaganti, ad reprimendam, & pro ista opi q̃ etiã super attentatis & innouatis sit concedenda repul sa contra testes, allego tex. in c. 1. de appe. ubi Papa dicit, q̃ si probetur per testes idoneos de attentatis, fiat reuocatio, ergo si testes non sunt idonei, non fiet

fiet reuocatio. & ideò admittitur allegatio partis, quòd testes non sunt idonei; & per consequens probatio ad repulsam. Tamen ad maiorem cautelam sacrum Consilium uoluit se informare à curialib.& auditorib. curiæ Rom. super d.
10 art.quid seruatur in practica in curia Ro.† & fuit certificatum, quod super innouatis & attentatis conceditur terminus ad repulsam,& non reseruare repulsam in alio iudicio, hanc informationem portauit Do.Cicchus de Loffredo nobilis doctor Nea. ex urbe,& ita fuit decisum in Consi.in d.causa.

ADDITIO.

a *Ipsos repulsare.*) Adde.non licet repulsare testes, quando ante publicationem non fuit protestatum contra eorum personas, limita,nisi tales testes essent producti & iurati absente parte, & eius procuratore licèt citato,quia etiam non obstante contumacia ipsorum sibi permissum erit opponere cõtra personas, per l.si.cum glo.& ibi Cy.C.de testi.& Cy. in auth.si testes,& in aoth.sed & si quis.in si.eo.ti. & in l laudabilem.C.de aduo. diuerso. iud.& in l.si quis testibus, circa finem, vlt.col.C.de test.Secundò limita, nisi quis iuret, quod ex malitia non opponit, vel quod talis expressio nouiter ad ipsius notitiam peruenit, vt habetur in d.c.præsentium.Item limita & tertiò, nisi testis esset infamis, quia tunc ex officio supplet iudex,licèt pars non opponat. Bal.in l. quos prohibet. de postul.per not.Inno.in c. intimauit.de testi.& quod not.Bal.in l.4 §.hoc autẽ iudiciũ, de dam.insect.& plene Alex.con.15 t.in 5.uolum. Tho.Grã.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CCCLI.

1 *Repulsa conceditur in causa attentatorum, quando non calumniæ causa petitur, idem an concedatur repulsa, quando filius petit alimenta a patre, item quando tertius comparet pro suo interesse.*

2 *In iudiciis possessoriis summariissimis, ut quando capitur informatio contendentibus multis de possessione, ne deueniatur ad arma, an repulsa concedatur, & quando quis possidet vi, clam, precariò ab aduersario, in istis iudicii possessoriis partes actoris sustinet.*

3 *Repulsa est odiosa, audientia testium in ea non committitur.*

4 *Probationum facultas non est coarctanda, iudex potius debet peccare in dilationibus quàm in sententiis.*

5 *Iudicium possessorium summariissimum, ne partes ueniant ad arma, qualiter procedat.*

1 Est conclusio in hac decisione, † quod concedatur repulsa in causa attentatorum, & innouatorum, quando iudici liquet non calumniæ causa ipsam peti.uide obsecro, nam singulare Rom.est nume.388 cuius est initium, reprobatio.vbi dat exemplum, quod quando filius petierit in iudicio summario alimenta a patre, quod non concedatur repulsa, idẽ quando tertius comparet pro suo interesse,vt possit audiri in causa, iux.not. per Feli.in c. ueniens.de test.Lanfrã. in c. quoniam contra.de proba in uerbo testes.in ver.adde præmissis,de quo fuit dictũ supra dec.255.sic hæc ea ratione, quia possunt ista in iudicio ordinario reparari circa examen faciendum, prout etiam cõcludit Are.in d.c.ueniens,qui dicit,quod quando illud, quod deducitur in iudicio summario,potest resarciri in iudicio ordinario,quod tunc non concedatur repulsa, aliàs verò quod non concedatur, videtur etiam cum istis conuenire Capic.in decisi.13.
2 55.& 96.ubi concludit in istis iudiciis † summariissimis possessoriis informationis capiendæ,quod possidentes vtrinque contendentes de possessione deueniant ad arma, cum nemo uelit partes actoris substinere, iuxta con.Pau.de Cast.5.non concedatur repulsa siue beneficiũ, de quo melius post Pau. de Cast. in d.consi.per Rui.in consi. 28.4.vol. qui differit, possessionẽ obtentam vi,clam,precariò ab aduersario non opitulari, quo
3 minus partes actoris substineat,† quod primum.s.quod repulsa nõ concedatur censendum procedere existente odio ipsius repulsæ,in qua et audientia testium nõ committitur.gl.in const.re gni in pecuniariis,in uerbo quo quidem.nisi tantum pro duobus testibus,sicut multoties in causis vidi obseruari. Quæ licèt sic procedere videantur,tamen ego nõ secederem ab opinione distinctione Affl.hic in hoc articulo,quod iudex ex causa possit decernere in prædictis beneficia esse concedenda, idem repulsa,quando iudex uerè pro tuitione causæ uidit peti,arg.eorum quæ fuerint scripta supra in dec. 357.quòd concedatur in integrum restitutio etiam aduersus sententiam sacri consilii,quando causa restitutionis est euidens,& non calumniosa,
4 nam probationum facultas non est angustãda, uol.l.quoniam † multi.de hær.& mani.C.iudex enim potius potest peccare in dilationibus quam in sententia.d.consi.in pecuniariis, & ita fuit practicatum me existente patrono in quadam causa illorum de Russis de Lirio,quibus in causa attentatorum fuerunt concessa beneficia anno 1542. de qua causa una cum actuario fuit facta mentio supra in dec.98.& 131.quod audio etiam obseruatum in quadam causa Comitissæ Calmiæ anno 1539. &
5 circa istud subiectum ipsius † iudicii possessorii summariissime contentionis possessorii, informationisve capiendæ sequestrãdeque possessionis,ne partes prorumpant ad arma,iuxta illud Virg.furor arma ministrat: Iamque faces & saxa uolant &c. post Pau. de Cast. in d. consi. 5.& alios supra citatos,declarat Ias.in l.quidam existimauerunt.ff.si cer.pet.idem in l.quod iussit.col.3.ff.de re iud. Hipp.singu.542.Guido Papa dec. 577.si agatur.Dec.post alios scri.in l.si.circa finem de edi.di.Ad omnes inter alia concludentes tria fore necessaria ad hoc, ut sit hæc sequestratio possessionis impeditiua. ne partes ad arma excitentur.primò quod ignoretur quis possideat, secundò quod scandala possint oriri,constet,nam non statur dicto iudicis seu partis in hit, nisi quatenus ex actis appareret secundum Ange. in cons.107.Iacobellus.uoluit Franciscus Ponzinus in tract.seq. posse.nisi intelligas lector hæc non procedere existente tanta festinantia, quod ista interuenire nec partis citatio possit secundum Hipp.in d.sin.543.nam officialis tenetur rixæ obuiare,& se interponere, alias ualẽs hæc facere, non faciens punitur & pœna amissionis officii. Bald.in l.1.§.quies. ff.de officio præ. vrb.Fel.in Rub.de tre.& pace,col.5.nu.5.aliqua supra in dec. 240.imo Ias.in l.nec quicquam.§.ubi decretum.col.3.de officio pro.in uer.secundò limita,dicit nullam in istis requiri partis citatio.sit deinde ipsa citatio partis.Hipp.sing.648. de quo etiam latius per Io.Baptist.Plotum in repe.l.si quando. C.unde ui.num.102.103.cum seq.qui etiam dicit duplex iudicium possessorium,unum summariissimum, & istud fit sine libello, & litis contestatione, sed tantum ex officio iudicis, & aliud summarium,& istud requirit causæ cognitionem, & secundũ prædicta fuit practicatum in Reg.audientia Aprutina,& deinde in sacro consilio in quadam causa uertente inter homines castri Peschi constantii, & uniuersitatem Sulmonis de quodã territorio,de quo in actis causæ sacri consilii penes Hieronymum Boza,ultra quod stantibus hominibus Sulmonis armatis instrumentis, & aliis adminiculis belli in loco differentiæ potuit ipsa audientia facere sequestrationem,sicut fecit,tamen territorii absque alia citatione partium, & deinde dato termino in causa possessorii,& uiso loco per Magnificum D.causæ cõmiss.fuit pronunciatum lite pendente dictam uniuersitatem Peschi esse manutenendam in possessione anno 1562. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCLII.

De attentatis post conclusionem in causa reuocandis.

SVMMARIVM.

1 *Attentata post renuntiationem in causa reuocari an debeant?*
Conclusio præcludit suspensionem petitorii.

2 *Exceptio dilatoria post litem contestatam superueniens an possit proponi.*

3 *Lis pendere dicitur, donec diffinitiua sententia lata nõ est.*

4 *Attentata sunt reuocanda in qualibet litis parte.*

5 *Defectus iuris notarius non obstat agenti remedio attentatorum, & idem de notario proprietate.*

Quidam Corbiserius in sacro Consilio egit interdicto recuperandæ possesionis cuiusdam domus contra quendam nobilem tenentem & possidentem dictam domum, concluso processu,

processu, & mutatus tribunalibus ille Corbiserius cœpit possessionem dictæ domus, & eo tenente & possidente, ille nobilis petit officium sacri Consilii implorando, vt reuocetur possessio capta per dictũ
1 Corbiserium lite pendente per viam attentati. † replicat ille Corbiserius, quod non dicitur lis pendere post conclusionem, & sic conclusio præcludit uiã attentatorum, sicut suspẽsionem petitorii, ut in c. pastoralis. de cau. poss. & propr. & in Cle. 2. vt lite pendente, & hoc uolunt Domini de Rota decis. 57. incip. attentata lite pendente. Item allegabatur
2 dictum Io. And. in c. 2. de ord. cog. † vbi dicit, quod si exceptio dilatoria superueniat post litem contestatam, non potest proponi. ita dicendum est, vt post conclusum in causa non habeat locum remedium attentatorum.

Item allegabatur decisio Rotæ 14. incipiens, fuit dubitatum, utrum petenti se restitui & c. quæ vult, quod si constaret clarè & notoriè de non iure petentis, reuocari huiusmodi attentata, dicit Rota, crederem talem tunc non esse audiendũ, & ita dicit uidisse obseruari in palatio.

Ratio est, quia eo ipso, quòd constat de non iure suo, eo ipso constat quòd non interest petentis reuocari attentata. Sed clarũ est ex processu concluso, quòd notoriè constat de nõ iure petentis reuocari attentata, ergo &c. & concordat in hoc decisio. 345. in decis. Bellamere, incip. ille, de cuius non iure &c. ubi allegabat Innoc. in c. significasti.
3 de diuortiis. † In contrarium tamen fuit determinatum per consilium. s. quod attentatum post conclusionem in causa iudex ex officio parte instante debet reuocare, quia donec non est sententiatum diffinitiuè, semper dicitur lis pendere, vt dicit Rota deci. 43. inci. item si lite pendente. Procedunt ergo contraria, quando ante conclusionem in causa fuisset nouatum, & posteà fuisset conclusum, tunc non posset peti reuocatio attentatorum, secus quando post conclusionem in causa fuit attentatum, & ita declarat dominus Vitalis in clausula, nil nouari
4 lite pendente, in 6. col. † Item quia in qualibet parte litis attentata sunt reuocanda, per not. in c. non solum. de app. lib. 6. ut dicit Rota decis. 185. inci. si pars rea. Et ita tenet Phil. in c. dilecti. in 3. col. de app. Item si agenti remedio attentatorum non obstat notarius defectus iuris, per tex. in c. si constiterit, de accu. Et tenent Io. de Imo. & Phil. in c. bonæ de app. Maximè, quando proceditur ex officio iudicis, tunc non obstat agenti remedio attentatorũ post conclusionem, per quam dicitur liquere & esse notorium, per no. in c. significauerunt. in uerbo, liquere. de testib. & habetur in c. cum dilectus.
5 de fide instru. † quia agenti super attentis non obstat exceptio defectus notoriæ proprietatis, secundũm D. Anto. in d. c. bonæ. licèt Rota in deci. 14. in fi. dixerit contrarium, licèt illa decisio dicat in fin. quod ex officio potest fieri talis reuocatio, licèt notoriè constet de non iure ipsius agentis, sed per hoc nõn restituetur possessio ipsi agenti, de cuius non iure notoriè constat & ita aliàs uidi pronuntiatum in Regia camera summariæ. Sed Sacro Cõsilio fuit pronuntiatum, vt suprà dictum est. s. quòd attentata post conclusionem reuocentur, uerum quia fuerunt reuocata attẽtata ex officio, & restituta possessio dictę domus agenti remedio attentatorum, pro ut conclusus non fuerat discussus in Consilio, deinde facta restõne illi nobili fuit discussus processus, & visum fuit, quod dictus Corbiserius optimũ ius habebat, fuit condemnatus dictus nobilis ad restituendum possessionem dictæ domus unà cum fructibus dicto Corbiserio per diffinitiuam sententiam sacri Consilii.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLII.

1 *Post conclusum in causa an habeat locum remedium attentatorum, item an cesset vitium litigiosi, & sic exceptio superueniens recipiatur.*
2 *Spolians aliquem possessione rei, de qua in lite, quandocunq; an habeat locum reuocatio.*
3 *In attentatis vltra partem offenditur iudex, igitur potest eius officium implorari, etiam parte non petente ipse facit reuocationem.*
4 *Deserta appellatione an attentata reuocentur, & quid si appellationi fuisset renunciatum.*
5 *Reuocatio attentatorum qualiter petatur, et attentatum dicitur, quando quid fuit confectum post citationem.*

1 POst conclusum in causa † concluditur. quòd habeat locum remedium attentatorum, unde contra hanc deci. videntur facere ea quæ notat hic autor in const. reg. eorum fraudibus, num. 23. vbi ait, post conclusum in causa non contrahi vicium litigiosi, nam ipsa conclusio habet vim sententiæ. Bal. in l. si pro ea. C. man. & contra hæc etiam videntur facere notata per Felyn. in c. pastoralis. de excep. col. vbi etiam dicit, quòd post causæ conclusum nõ admittitur exceptio superueniens, & in specie quòd post conclusum cesset remedium attentatorum, affirmat idem Fel. in c. cum dilectus 1. col. de fi. instru. secundum opi. Antonii de Butrio in c. 1. ut lite pen. quod uidetur secutus Ias. in l. 1. in prin. col. 2. in uers. qua ro notabiliter limita. ff. de no. op. nunti. qui concludit, quod quamuis omnia innouata facta nouis operis nunciatione, veniant reuocanda, tamen quando pars patitur litem contestari in causa principali, cessat remedium attentatorum. Sed tamen his non refragantibus ego minimus puto concludendum cum hac deci. ea ratione, nã hoc remedium attentatorum est magis priuilegiatum, quam recuperandæ possessionis interdictum, ut uoluerunt Franciscus post Abb. in c. bonæ. col. 4. in 7. priuilegio † attentatorum, & tamen destituens
2 aliquem sua possessione quandocunque lite pendente non solum est obligatus ad ipsius rei restitutionem, sed punitur pœna legis si quis in tantam. C. unde ui, ut firmat gl. ibi in verbo, cuicunque, quæ pœna hodie moderatur iuxta constitutiones ad pœnam tertiæ partis rei inuasæ. præterea agenti hoc remedio attentatorum non obstat notorius defectus proprietatis sicut secundum magis communem fuit conclusum supra in dec. 98. exceptis beneficialibus, in quibus vertitur periculũ animarum, & si noster Afflic. aliter sentiat, & non bene, ut ibi notaui. Nec prædictis officiunt superius notata, nam responsum per Fel. in d. c. dilectus. videtur hic non procedere quoad ipsum iudicem, & eius officium † quod potest in quacunque
3 parte iudicii exerceri. l. ubicunque. de inter. acti. cum simi. qui iudex offenditur per attentante vltra ipsam partem, no. scrib. in c. non solum. de app. in vi. & Alex. in consi. 99. 1. uol. meritò ideò ex ipse lesus etiam parte non petente ualet ipsa innouata reuocare non obstante conclusione, ita Alex. & Fel. in locis supra narratis, cum quibus cõuenit Ferra. in cautela 58. tex. qui alios adducit pro hac opi. contra Ias. qui secus uidetur asserere in d. l. 1. ff. de no. op. nunti. qui uoluit, quod facta litis contestatione, & maximè conclusione in noui operis nunciatione causa non possit peti attentatorum reuocatio, & ex his satis dubium mihi facit, an sit uera doct. nostri autoris Afflic. in d. constitu. reg. eorum fraudibus, quod post conclusum in causa nõ contrahatur vitium litigiosi, cum post conclusum nonnulla possunt adduci, & allegari, quæ possunt nouam litem excitare, remque dubiam facere, & sic haberi pro non sententiato, ut notatur etiam & habetur in præsenti dec. & tuis dictum supra

pra in dec.282.quod adeo uerum, quòd iſta innouata penden te appellatione, uel lite reuocentur & inualida ſunt, etiam ipſa appellatione deſerta † uel forte fuiſſet ipſi appellationi renũciatum, ipſa innouata non reconualeſcunt, quin non poſſint
4 via ordinaria non dico implorato officio iudicis, ſed agendo interdicto unde ui, uel conditione ſine cauſa retractari ſecundum Francum, qui ita concludit concordando opi. in c.ſæpe. de app.col.10, uer.ſit concluſio. & Iaſ.in l.1.C.de bo.poſſ.ſecũdum tabulas, ſed in prædictis rogo aduertas. nam in eo quod dicit Ferra.in d.cau.58.ꝙ dummodo non ſit concluſum in cauſa principali, ꝙ attentata lite pendente non reconualeſcant, nam contra tenent Franc. in c. dilecti.lo 5.de appel. & Dec.in c.conſuluit.lo 2.eo.ſequendo opi.Bal.in l.1.3.col.in uer.ponu aliud exemplum, de appe.quod etiam voluit idem Bal.in cõſ. 245.proponitur 2.col.in uerbo ſciendum 2.uol.ut notatum ſupra 10 d.dec.98. ſed præcedens opi. cum Ferra. videtur magis communis, & ex prædictis habentur duæ concluſiones 1.ꝙ attentata etiam poſt concluſum in cauſa poſſint ſeu debent reuocari non obſtante ipſa concluſione 2. ꝙ attentata lite pendente poſſunt quandocunque reuocari, dummodo ꝙ poſt attentata in cauſa principali non ſit concluſum. Qualiter autem petatur hæc reuocatio attentatorum, declarat Soc.in conſ.45.
5 † conſiliis noſtris, num.5.1. lib. & ꝙ dicatur attentatum illud, quod ſit poſt citationem, iuxta tex.cle. 2.ut lite penden. & ibi Card. & ideo ut poſſit cognoſci de attentatis poſt citationem, cautela eſt, ut tempore intimationis ipſius citationis per nuntium, uel teſtes uideatur ſtatus rei, quomodo reperiatur, ſcilicet aquam ſic currere, feneſtras ſic ſtare factas, uel non confectas, ad hoc ut omne attentatum deinde poſt ipſam citationẽ ueniat reuocandum. Plotus in l.ſi quando.C.unde ui.nu. 60. & ſeq. quæ nota, nam ſæpe de facto eueniunt. Caſ. Vrſill.

DECISIO CCCLIII.

De nouationibus & bancho, qui pro delegante conſtituit ſe debitorem.

SVMMARIVM.

1 *Prudentiæ eſt. dubia ſuſpendere.*
2 *Delegatio interuentu nouę perſonæ, quæ delegantis eſt debitor, an fiat.*
3 *Intellectus l.ſi C.de noua. & in quo habeat locum.*
4 *Delegatio quando dicatur.*
5 *Debitor liberatur per tertium creditori promittentem.*
6 *Banchi nummularia de ſolutione reſpondens, an habeatur ac ſi ſoluiſſet.*

1 DVbia † ſuſpendere, uirtus eſt prudentiæ, ſecundum beatum Thomam, in libro de uirtutibus, in tit. de prudentia. In hac cauſa inter Dominicũ Hiſpanũ nomine ſuorũ principaliũ, actorem ex vna parte, & honorabilem Benignum Spanochiam cõuentum ex altera ſuper ſolutione ducatorum. quingentorum quinquaginta virtute debiti ex cauſa uenditionis cuiuſdam nauigii factæ dicto Benigno, & dictus Benignus fecit, ꝙ banchum de Spenochiis faceret literas cãbii dictis Hiſpanis & d. Hiſpani liberauerunt per publicum inſtrumentum dictum Benignum in cauta forma, Et antequam debitum dictarum literarũ cambii fuiſſet ſatisfactum, dictum banchum de Spanochiis fefellit, dicti Hiſpani ueniunt in Conſilio. Et dicũt, quòd dicta litera cambii de Spanochiis non habuit effectum, & ideo petunt, ꝙ Benignus compellatur ad ſoluendum, & oſtendunt literas Regias, ꝙ eis fiat ſummariè, & de plano iuſtitia, & uocato Benigno ſummariè dicit ſe liberatum propter publicum inſtrumentum, quia dedit dictis Hiſpanis ſe contentantibus in debitorem banchum de Spanochiis, quòd conſtituit ſe debitorem dictis Hiſpanis, & eis fecit litaras cambii, & ſic fuit ſcriptum in libro banchi, & traditę eius fuerunt literę cambii. Quæritur modò, utrum dictus Benignus ſit liberatus, & ſic ueniat abſoluendus, uel condemnandus. Profectò ego ſuſpendiſſem votum meũ, niſi ꝙ uirtute cõpulſionis officii & iuſsionis pręcedentis in Conſilio decuit uotum meũ in ſcriptis per iuris regulas corrigere, licèt alii ſapientes Conſilii ſecundùm eorum iudicium & conſcientiam aliter ſenſerint. Ego fui in uoto, ꝙ dictus Benignus uenit de iure abſoluendus, & dicti Hiſpani debent dirigere greſſus ſuos contra banchum de Spanochiis, à quibus receperũt literas cambii, quę nõ ſunt ſortitæ effectũ, & rationes huius uoti ſunt.

2 Nam licèt magnum ſit dubium, † utrum fiat delegatio interuentu nouæ perſonę, quando illa noua perſona non eſt debitor delegantis. Nam quidam doctores tenent, ꝙ non ſit delegatio, ſed erit tanq̃ fideiuſſor, ut firmat Bar. in conſil. incipiente, tertius promiſit &c. & firmat Ange.in l. ſciendum.in prin.ff.de ędil. edic. & ſic non inducitur nouatio, & ſic banchum, quod promiſit & fecit literam cãm-
3 bii, eſt vt fideiuſſor. † Et per conſequens non erit facta nouatio, niſi expreſſe agatur, ꝙ fiat nouatio vt uoluit Pau. de Caſt. in l.ſingularia.ff. ſi cert.pet. & Barto.in l.de leg.ff.de noua.& Ange.Pau.de Ca. & Ale.in l.qui uſumfructum. ff. de verbo. obli. & Ange.in l.pen.ff. de prætoriis ſtip. & Io.de Imo.ibi in pen. col. & ſequenti. Et hoc voluit originaliter glo.in l. quamuis.§. ſi mulier. ff.ad Velle.& glo. in l.ſi Titius.ff.de nouationib. & Ale.in 2. uol. conſ. 10. Alii uerò tenent contrarium, ꝙ fiat delegatio interuentu nouę perſonæ, ꝙ illa noua perſona nõ ſit debitor meus. Imò ſi delegarem vnum, qui non eſſet debitor meus, & ille promitteret, & acceptaret, eſſet propriè delegatio. Hoc uoluit Franc. de Aret.in con 5.inci. in cauſa & puncto ad me tranſmiſſo. Et dicit, ꝙ iſta eſt communis opinio. alleg.
4 Bar. in d.l.delegare.† Vbi dicit, ꝙ ſi quis det debitorem ſuum, vel expromiſſorem, dicitur delegatio, & non habet locum l. fin. C. de nouat.allegat etiam Bar.in d.l.ſingularia, ubi dicit, ꝙ hoc tenet pro conſtanti, ponderat ad hoc duos text. videlicet d. l. ſi Titius, & l. pure.§.ſi cum.ff.de excep.doli.Et propter iſtam contrarietatem uolo nunc ſuſpẽdere meum iudiciũ ſuper iſto articulo, videlicet utrũ inducatur delegatio interuentu nouę perſonæ, q̃ nõ eſt debitor debitoris, ſi interuenit ſtipulatio vel promiſsio in ſcripturã redacta. ſed dico pro nunc, prout dicit Rap.Cu.in d.l.delegare, ꝙ de cõſuetudine poſtquã cãpſor, uel mercator promiſit
5 creditori, † & creditor acceptauit, ꝙ ipſo iure liberatur debitor. Et ſic cum iſte Hiſpanus creditor acceptauit recipere dictum banchum in ſuum debitorem, & ab eo recepit literas cambii. Et per inſtrumentum publicum liberauit Benignum ſuum debitorem, dictus Benignus à dictis Hiſpanis non poteſt ulterius conueniri ad dictum debitum, ex quo cõtractus debiti ex cauſa uenditionis fuit ſublatus per inſtrumentum quietationis, per.tex. in l. ſi mandato meo.in fin.ff.man. Maximè, quia in libris banchi ſcriptum eſt, quòd banchum ſe facit debitorem in dictis ducatis quingentis ex dicta cauſa dictis Hiſpanis, & eis dedit literas cambii

quo

quo tempore dictum banchum erat bene soluen-
6 do & habebat pecuniam paratam solutioni, † pro-
ut ponderat Bal. in d. l. singularia, in fi. quo casu
habetur ac si banchum soluisset dictis Hispanis, &
ipsi Hispani consignassent dictos quingentos du-
catos dicto bancho, vt faceret dictas literas cābii.
Aliàs illud instrumentum liberationis nihil opera
retur, quod non est dicendum.

Ideò ego fui in uoto, q dictus Benignus absol
uatur ab impetitione dictorum Hispanorū, reser-
uando eis ius contra dictū bancum, non fuit uo-
catum in iudicio, nec aliqua persona legitime pro
eo comparuit.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CCCLIII.

1 *Interuentu nouæ personę, quę se obligat cum principali, an intelligatur facta nouatio, item pro pęnæ appositione.*
2 *Per termini prorogationem non intelligitur facta nouatio, nisi terminus fuisset appositus causa finiendæ obligationis. ita tex. l. cum Hermes. C. locati.*
3 *An per dationem aliorum fideiussorum primi sint liberati.*
4 *Ex coniecturis vrgentissimis hodie tantum fit nouatio, & qualiter intelligantur hæ coniecturę.*
5 *Quando contractus inter se non compatiuntur, hodie etiā fit nouatio.*
6 *An quando quis promittit soluere pro debitore, ipse debitor sit liberatus, & quæ necessaria, & an hæc procedant de consuetudine mercatorum.*
7 *Hodie an ope exceptionis fiat nouatio, & an per delegationem.*
8 *Fideiussor, an sit liberatus, quando principalis detruditur in acriori carcere.*

TV verò in hoc subiecto nouationis sine delegationis fa-
1 ciendæ dicas, aut volumus † considerare ipsam nouatio-
nem esse interuentu nouę personæ, quæ postea se obliget cum
principali debitore, aut per termini prorogationem postaa si
etiam, si fideiussores sint liberati, & per consequens sit facta no
uatio aliquo etiam addito, vel diminuto, aut verò si per dele
gationem alius promittat soluere pro debitore, si ipse debitor
sit liberatus, primo casū non intelligitur facta nouatio, nisi ex
pressè agatur, & isti sunt propriè termini. l. fi. C. de noua. Ro-
ma. in cons. 121. circa quod ampliatur procedere, etiam si pœ
na promittatur, ut si quis promittat aliquam rem, & si non
dederit tantum nomine pœnæ promittat, nam non intelligi-
tur facta nouatio per dictam pœnæ appositionem, & est in
electiona creditoris rem, vel pœnam petere. Alexan. in l. ita
stipulatus. colum. 4. de uerbo. obliga. refert & sequitur Dec. in
consi. 12. nume. 3. & aliqua infra in decisio. 387. Item ampliā-
tur prædicta procedere, etiam si secundum instrumentum de
eadem re fiat, quòd non intelligatur facta nouatio, nisi expres
sè agatur. ita Hiero. Gra. qui ponit ibi exemplum, in consilio
89. 1. uolum. & per Aym. in consi. 167. Claudia. nume. 5. 9. 12.
Item ampliatur, & si fieret prorogatio termini solutionis fa-
2 ciendæ † quòd non intelligitur facta nouatio. Ias. in l. 1. C. de
fid. Hip. in Rub. de fide. in 6. quæstio. licet contra teneat Grā.
in consi. 166. num. 61. & non bene, & per Maran. in consi. 142.
To. lo. 181. & hoc quando terminus non fuisset a prædicto ap-
positus causa finiendæ obligationis, iuxt. tex. l. si cum Hermes.
C. locati. noluit And. de Isar. in tit. quæ sint regalia, in uerbo
vectigalia noua, & ita procedit doct. Bar. in l. Valerianus. ff. de
preto. stipu. & uoluis hęc Paris in tract. de sindi. in uerb. fideiuf
sor, car. 49. nu. 13. Dec. in cons. 93. ibique Recen. si fideiussores
sunt liberantur, & quæ limitantur, nisi ex coniecturis vrgen-
4 tissimis posset considerari, partes uoluisse† facere nouationē,
de quibus ultra Alexan. & Ias. in l. qui vsumfructum. circa fi.
de uerbo. oblig. declarat idem Alex. in consilio 10. visa deposi
tione. colum. fi. & 13. uiso verbo 2. vol. Corne. in consi. 33. uiso
in litera O. in 2. parte, vbi declarat, quando fuit probatum per
testes, quòd vnus soluet residuum, & Barba. notabiliter in cō
silio 19. scripsit. nu. 11. cum seq. & idem in consi. 37. illud. num.
22. 1. uol. qui melius, quam alium legerim distinguit, & Soc.
in consi. 21. uiso 1. uol. & in cōsi. 257. prædictis 2. uol. & quòd
coniecturæ debent esse vrgentissimæ hoc casu, & fuit etiā no-
tatum supra in dec. 44. in 2. dubio, & declarat etiam Recen. in
5 consi. Dec. 93. post Decium ipsum† quæ secundo limitantur,
quando contractus inter se non compatiuntur, & cōtrarii sit,
quo ultra Scrib. in l. pacta nouissima, & maximè Bald. & Cyn.
ibi ponunt q. si emo rem pro decem, & postea rebus integris
pro quinque, quòd fideiussores sint liberati, declarat Dec. 463.
in causa. nu. 6. 562. uiso puncto. 564. nu. 15. Ias. in l. iurisgentiū.
§. adeo. ff. de pactis Boerius dec. 238. fi. licèt And. uideatur in
hoc uelle contrarium in d. §. uectigalia. per tex. d. l. fi. de noua.
C. quòd per legem non fiat nouatio, nisi expresè agatur, ut
supra, & sic fideiussores non liberari, sed pro prima opi. satis-
facit tex. d. l. 2. ff. de rescin. uendi. quem allegat Iason in d. §.
adeo, in uer. infectam fieri emptio. rebus integris, & ista quo-
ad nouationem interuentu nouæ personæ quæ se obligat, uel
termini prorogatione si fideiussores sunt liberati, si uero præ
tendatur nouatio, quia alius promittat soluere pro debitore,
6 † & tunc an ipse debitor sit liberatus. Iuxta terminos istius de
cis. & hoc casu Afflic. hoc de consuetudine mercatorum po-
tiusquam de iure uidetur concludere quòd sic, & istud quan-
do adest instrumentum liberationis debitoris, & illa qui fuit
delegatus sit debitor, & acceptat uelle soluere, nota quia cum
ipso uidetur se reddere conformem Barb. in d. consi. 37. & 19.
2. uol. & Soc. in consi. 64. in causa 3. uol. circa fi. qui allegat di-
ctum Raphaelis adductum per Affl. hic procedere ista de con
suet. mercat. licèt etiam ibi dicat & non bene in casu primo
supra notato interuentu nouæ personæ hodie fieri nouatio-
nem ope exceptionis, nam contra eum est communis, no. Ale.
& alii in locis supra narratis, & Dec. in consi. 400. uiso 2. col.
imò contrarium uoluit ipsemet Soc. in d. consi. 21. 1. uol. idem
in consi. 367. 2. uol. & 89. dubium 2. col. nu. 2. 3. uol. & cum præ
dictis, quòd fiat nouatio per delegationem debitoris, & quòd
nil sit mutatum per d. l. fi. in prædictis, affirmat post alios Dec.
in l. singularia. col. ff. si cer. pet. in illa uulgata. q. de campsore,
qui promittit pro alio soluere, qui si mox fefellit, quod dele-
gans sit liberatus, quod etiam fuit secutus in consi. 107. in cau
sa, & 421. planè, circa fi. dummodo duo interueniant scilicet,
quòd ille qui delegatur sit debitor delegantis, & quòd interue-
niat stipulatio inter debitorem delegatum, & eum cui fuit
facta delegatio. Soc. uerū in d. consi. 167. 2. uol. addidit aliud
in prædictis, quòd non fiat promissio de soluendo, quando
fuisset facta delegatio, quòd debitor delegatus actualiter sol-
uat, nam tunc non uidetur adimpletum mandatum, quod nō
uidetur uerum, ex quo creditor accipiendo promissionem ui
detur illa esse contentus, arg. eorum quæ fuerunt notata supra
in dec. 306. in illa q. de marito, qui fuit confessus dotes recepis
se, & mox fecit instrumentum mutui, quòd quamuis dos non
fuisset uerè soluta, nam contra eum agi potest. & facit tex. l.
quod uendi. ff. de contrah. emp. & contrarium istis uoluit ipse
Soc. in d. consi. 64. 3. uolu. & sic uidetur distinguendum in hac
causa, aliquotmium subiectum nouationum, sina delegatio-
num probando, quæ omnia limitantur, quando creditor de
legasset debitorem, quem esse decoctum, fuit tamen sanam
decocturum illo tempore, iuxta not. per Alexan. & Scrib. in l. si
cum dotem. §. si mulier. ff. solut. matrimo. fuit etiam notatum
supra in dec. 335. num. 15. quòd fideiussor sit liberatus, quan-
8 do reus † fuisset positus in acriori carcere alio, de quo ipse fi-
deiussor non fideiusserat, declarat Gram. in d. consi. 66. nu. 66.
Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCLIIII.

De exceptionibus oppositis ne continentia causæ diuidatur, & audientię deneganda. Et de reuocatione attentatorū lite pendente etiā per tertiam causam à parte habentē.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non admittens exceptionem litis pendentiæ coram alio æquali grauat partem, & ab eo rite appellatur.*
2 *Limitatio ad l. ubi ceptum. ff. de iudiciis.*

Litigans

3 *Litigans coram diuersis iudicibus super eadem re non excipiens de litis pendentia, uel appellans sibi præiudicat.*
4 *Intellectus l. nulli prorsus. C. de iud.*
5 *Causę continentia quot modis dicatur, 13.*
6 *Exceptio, q causa continentia non debeat diuidi impedit litis ingressum.*
7 *Limitatio ad c. dispendia. de resc. lib. 6.*
8 *Iudicem ecclesiasticum super petitorio pendente possessorio coram curia non licet adire.*
9 *Exceptio litispendentiæ est dilatoria, & ante litem contestatam est opponenda.*
10 *Opponenti sufficit opponere factum, ut resultet exceptio.*
11 *Exceptio litis pendentiæ non excludit similes oppositis.*
12 *Verba generalia quando non restringantur ad specificata.*
14 *Sententia iudicis, qui se competentem pronuntiauit, licèt non esset, an possit de nullitate impugnari.*
15 *Iudex quando possit iudicare se esse competentem?*
16 *Iudex incompetens pronuntians se competentem, iurisdictionem exercere non potest.*
17 *Statutum præscribens iudicis limites iuris dicendi an obstet declarationi competentię extra terminos?*
18 *Appellationis omissio nullitatem processus non purgat.*
19 *Appellationis causa pendente reuocantur in prima instantia, quæ a parte dolo malo fiunt.*
20 *Lite pendente nihil innouandum.*
21 *Remedium attentatorum contra tertium non habet locum.*
22 *Cessio transferendi iudicii in cessionarium lite pendente fieri non potest.*

IN causa reuocationis attentatorum uertentis in sacro Consilio inter Franciscũ Spinolam ex vna, & Thadæum, & fratres eiusdem cognominis fuit
2 dubitatum. † Vtrum attentata lite pendente in Sacro consilio per Thadæum Spinolam uel eius fratres, & habentes causam ab eis, coram officialibus ciuitatis Genuę, qui obtinuerunt certam executionem contra dictum Franciscum Spinolam, & certa acta fecerunt in eius præiudicium lite pend. in sacro Consilio ueniant reuocanda per uiam attentati per sacrum consilium, in quo dubio proceditur per conclusiones. Et primò præmitto, q lite pendente corã uno iudice ordinario inter partes de una re, si inter easdem partes eadẽ de re sit lis corã alio iudice ordinario nõ inferiori nec superiori, sed æquali, & opponit litispẽdentia corã alio iudice ordinario, & iste secundus iudex ordinarius illam exceptionem litis pendentiæ allegatæ non audit quòd dicitur grauare partem, & potest ab eo appellari, ista est firma conclusio Innocen. in capitu. cum M. Ferrariensis, de constitu. alleg. l. 1. ff. de quibus rebus ad eundem iud. eatur. & ff. de libe. causa. l. si pariter. itaquòd si pars non appellauit, quòd legitimus est processus coram utroque iudice habitus, argu. ff. de peti. hæredi. l. penult. & l. is à quo. ff. de rei uend. & idem dicit in d. c. cum
2 M. Car. Flo. & Ant. de But. in 1. charta. Sed † Bar. in auth. & consequenter. vlt. col. ver. quæro quid si reus. C. de sen. & interl. omn. iud. aliter dicit. uidelicet, q si reus cõuenit actorem coram alio iudice contra formam d. auth. si quidem coram iudice delegato, processus est ipso iure nullus, si coram iudice ordinario, processus est aliquis, nisi opponatur, ut in c. dispend. de resc. lib. 6. Abbas in c. cum ex officii. de præsc. dicit, q si quis habet plures iudices ordinarios, valet processus super eadem re ab utroq; diuisim agitatus, si non fuit coram secundo exceptum de pendentia litis coram alio. Idem Abb. in d. c. cum M. dicit no. limitationem ad l. vbi cœptum. ff. de iud. ubi dicitur, q ubi cœptum est iudicium, ibi finem debet recipere, dic scilicet si excipiatur, sed si non excipitur, valet processus ab utroque. & idem dicit Bal. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. in 3. col. ibi. sed pone in ciuitate
3 Perusii. † Pau. de Cast. in l. nulli prorsus. 2. col. C. de iud. dicit, q si primò te conuenio coram uno iudice, postea uolo te conuenire coram alio iudice super eodem; tunc non loquitur d. l. nulli. sed l. ubi cœptum, nam tunc poterit opponi coram secundo iudice, q causa pendet coram primo iudice, & debet causa ad primum iudicem remitti, allegat Inno. in d. c. cũ M. Et subdit Pau. q potest primus iudex ad instantiam partis præcipere secundo iudici, ut de causa se non impediat; quia ipse præuenit, ad quod sufficit sola citatio facta per eum, per l. si quis posteà. ff. de iudiciis. Si autem non apparet quis iudex primò incœpit, tunc non uendicat sibi locum d. l. vbi cœptum, sed uendicat sibi locum titulus. ff. de quib. reb. ad eundẽ iud. eatur, ut si opponatur coram secundo iudice, q de eadẽ re non debet trahi coram diuersis iudicib. tunc si excipiatur, non valet processus, per tex. in d. l. nulli,
4 vbi denegatur audientia. † Vult ergo Paulus, q lex, nulli prorsus, quę uult, q continentia causę non debet diuidi, & si diuidatur, & denegatur audientia, non habet locum, quando opponitur exceptio litispendentiæ, iuxta l. vbi cœptum, sed habet locũ, quando opponitur, q de eadem re non potest esse iudicium inter eosdem, tunc non ualet processus, quasi uelit, q in plus se habet exceptio, ne de eadem re inter easdem personas coram diuersis iudicibus agatur, quàm exceptio litis pendentię. Quod an sit uerum, poterit super hoc cogitari maturius. Maximè, quia Bal. in d. l. nulli. dicit, q causę
5 continentia dicitur tribus modis. † Primò, eiusdẽ instantiæ non diuidenda, per l. vbi cœptum. Secũdò, ratione connexitatis, sicut petitorium, & possessorium, Tertio modo dicitur causæ continentia, quando sunt duo iudicia, quorum vnum se habet vt genus, alterũ ut species. Nã non debent ista iudicia diuidi. Est bene uerũ, q idẽ Bal. in fi. dicit, q reus, qui conuenit coram secundo iudice, non debet opponere exceptionẽ prçuẽtionis, sed opponat exceptionẽ ad eundem iudicẽ fiendæ remissionis, quam si opponit, processus tenet, allegat Inno. in d. c. cũm M. et dicit ad ueritatis, quia laboro, & nõ cognoscitis. Et sic uř, q Bal. & Paul. idẽ uolunt.
6 † Ex hoc infertur, quòd l. nulli, habet locum in eo, qui uadit ad diuersos iudices ordinarios, ut dicit Sal. & Alex. ibi. Et sic exceptio, quod causæ cõtinentia non debet diuidi, impedit litis ingressum, & processum ad ulteriora, ut dicunt Ang. & Ale. in d. l. nulli. Et propterea glo. in c. dispendia. de rescri. lib. 6. dicit, sed pone, processum est coram diuersis iudicib. & nihil exceptum, nunquid valebit processus & sententia? uidetur, q sic, posteà dicit, verius, est secundum Ber. q processus non ualet

ualet per illam literam. Aliàs ista decretalis nihil
adderet ad c.fi.de rescr.in antiquis.

Patet ergo ex præmissis. Quòd si opponitur ex-
ceptio litis pèdentię coràm uno iudice ordinario,
& ille procedit, & pars non appellat, nullus do-
ctor dicit, ꝙ processus est nullus. Sed si fuit oppo-
sita exceptio, quòd non debet eadem causa coram
diuersis iudicib. agitari, & ideo debet remitti ad
primos iudices, & ille secundus iudex non remit-
tit, & processus est nullus, secundum Bal. & Paul.
de Cast. ubi supra, & tenet hoc glo. Ber. in d.c. fi. de
rescr. in antiquis, & firmat Io. Mon. Card. in d. ca.
7 dispendia. † Sed Arch. in d.c. dispendia, tenet con-
trarium scilicet quòd pœna annullationis proces-
sus, de qua in d.c. dispendia, nõ habet locum corã
diuersis iudicibus ordinariis, sed tantum in iudi-
cibus delegatis, & hoc etiam tenuit Io. de Fantu-
ciis, ut refert ibi Dominicus. Idẽ tenet Ant. de But.
& Car. Flor. in d.c. fin. Et hæc opinio est uerior. Et
procedit, quando unus trahit reum coram vno iu
dice ordinario. Demum idem actor uelit trahere
eundem coràm alio iudice ordinario, ut processus
factus coram secundo iudice non sit nullus, etiam
si opponatur de præuentione. Sed an libere possit
procedere primus iudex, dicit Bar. in l. sepulchri.
ff. de sepulchro uiol. quòd libere potest procedere
primus iudex, dicit tamen Compostellanus, quòd
secunda sententia contra primam non ualet, in d.
c. cũ M. ut referunt ibi Ant. de But. & alii scribẽtes.
8 † Quid autem dicendum in materia l. nulli pror
sus. quæ dicit, quòd si actor agit contra reum pos
sessorio coram uno iudice, & coram alio iudice
agit petitorio, quòd non est licitum, ne continen-
tia causæ diuidatur, in tantũ, quòd ista exceptio-
ne cõtinentię causa diuidatur, potest opponi post
litem contestatam, quia dicta lex hoc prohibet, er
go quicquid sequitur, est nullum l. non dubiũ, C.
de legib. & hoc firmant Iac. de Bel. & Alb. de Ros.
In d. l. nulli. & Alex. ibi. & pro hoc facit, quod dicit
Alex. In 2 vol. consf. 37. in 1. col. quòd si statutum
denegat audientiam, & proceditur ad ulteriora,
processus est nullus. Secus in exceptione dilatoria,
quæ debet opponi ante litẽ contestatam; quia lex
9 in ea non resistit, licèt non assistat, † & sic exceptio
litis pendentię est exceptio dilatoria, quæ debet
opponi ante litem contestatam; quam lex non resi
stit, sicut facit in exceptione, ne continentia causę
diuidatur. Et sic non obstat id, quod dicit Bal. in l.
peremptorias, C. senten. rescin. nõ posse, quòd ista
exceptio litis pendentię non potest opponi post li
tem contestatam, quia lex in ea non resistit, sicut
facit In exceptione, ne continentia causæ diuida-
tur, & sic non bene Ias. reprehendit dictos uertices
legum. Modò ad propositũ sequitur ista cõclusio;
quòd ex quo Franciscus Spinola conuentus corã
iudicibus Genuensibus lite huiusmodi pendente
in sacro consilio inter easdem partes opposuit ex-
ceptionem præuentionis, & litis pendentiæ in Sa-
cro Consilio, quamlibet aliam ex præmissis resul-
tantem, quòd uidetur opposuisse exceptionem, ne
10 continentia causæ diuidatur. probatur, † nam op-
ponenti sufficit proponere factum taliter, quòd
resultet exceptio, licèt exceptio specifice non op-
ponatur, prout fecit dictus Franciscus, ut supra di

ctũ est. hoc uoluit Bar. in l. 1. ff. de exceptionibus,
ubi dicit, quòd si non dico, excipio cõtra intentio
nem tuam, sed factum simpliciter narraui, ex quo
resultet exceptio, an sit idem, ac si opposuisset, &
dicit, quòd idem est, ac si exceptio proposita esset,
quia postquam factum proponitur, notum est iu-
dici, & iudex ex suo officio potest absoluere. Idem
firmat Bar. in l. 4. §. hoc autem ff. de dam. infecto.
Sufficit ergo narrare factum, ex quo apparet ex-
ceptionem competere. Et licèt reus, qui factũ nar-
rauit, expresserit unam exceptionem sibi compe-
tentem, si tamen ex facto narrato alia sibi compe-
tit, & exprimit, quòd opponit aliam sibi compe-
tentem ex narratis, & in ueritate sibi competit, di
cendum est, quòd iam illa omissa opposita est, si
non est prohibita opponi, ut dicunt Moderni in d.
11 l. 1. † Item quia exceptio litis pendentiæ non ex-
cludit similes oppositis, ut dicit gl. singularis in l.
1. C. de cõd. Indebiti. Imò Includit alias similes, ut
dicit Abb. in c. quoniam frequenter, ut lite non
contest. & istam gl. pro singulari allegat Alex. in
4. uol. cons. 130. inci. in causa Strazarolum, in 3.
col. uers. nec etiam uidetur obstare &c. Cum per
dicta ultima uerba uidetur generaliter excipiens
cogitasse de d. exceptione, ne continentia causæ
diuidatur, arg. l. qui iure militari. ff. de testamento
militari, & not. Bar in l. sub prætextu specierum
C. de transact. Nec illa ultima verba, & quamlibet
aliam exceptionem ex præmissis resultantem pos
sunt trahi ad exceptionẽ litis pendentiæ specificè
12 oppositam, ex quo uerba illa nihil operentur. † Et
regula est, quòd quando uerba generalia non pos
sunt salua rõne recti sermonis referri ad specifica
ta, nũquã restringuntur ad specificata, ut dicit Io.
de Imo. in c. 1. de transactio. allegat l. si plurib. ff. de
sol. & alia iura, quæ alleg. Alex. in 1. uol. cons. 46.
in 2. col. vers. præsertim cum illa uerba generalia.
Item, cùm d. lex; nulli prorsus. denegat audientiã,
ut dictum est, ergo processum impedit, ut firmant
doctores, prout refert Alex. in l. nam & post ea, ff.
de iureiur. & Alex. in l. 1. §. 1. ff. ad Treb. & ibi cõc.
& per Bal. in l. non dubium. C. de legib. & si pro-
ceditur, processus est nullus. Ex quibus sequitur
secunda conclusio, ꝙ implicite Franciscus oppo-
suit exceptionem coram iudicibus Genuæ, ne cõ
tinentia causæ diuidatur, & exceptionem, ꝙ debet
denegari audientia, quæ exceptiones reddunt pro-
13 cessum nullum. † Multis autem modis dicitur con
tinentia causæ, secũdum Iac. de Bel. ut refert Alb.
de Ros. in d. l. nulli.

Et primò, ubi est identitas personarum, actio-
nis & rei petitæ.

Secundò, ubi est identitas personarum, & rei,
licèt non actionis, ut in petitorio & possessorio.

Tertiò, vbi est idẽtitas ꝑsonarũ et actionis, sed nõ
rei, ut ĩ actione tutelæ, & utili negotiorũ gestione.

Quartò, ubi est diuersitas personarum & rei,
sed actionis identitas, quæ ex uno & eodem fonte
procedit contra plures.

Quintò, vbi est identitas actionis & rei, sed per
sonarũ diuersitas, sicut est in duplicibus iudiciis,
vt probatur in d. l. nulli. Sed in casu, de quo agitur,
primò cœptum fuit iudicium contra Thadæum
& fratrem in sacro Consilio per Franciscũ super
cassa-

cassatione literarum cambii, & ipse Thadæus con
tra Franciscum in Sacro Consilio petiit executio-
nem literæ cambii contra Franciscum. Posteà idē
Thadæus petiit coram iudicibus Genuæ executio
nem literarum cambii, certè non potuit hoc fa-
cere, ne continentia causæ diuidatur. Postquàm
fuit coram iudicibus Genuæ per Franciscum nar
ratum factum prædictum, ex quo resultant ex-
ceptiones prædictæ, & sic exceptio audientiæ de-
negandæ, per dictum l. nulli. dicitur processus iu-
dicum Genuæ nullus, nō tamen fuisset nullus, quā
do simpliciter fuisset opposita exceptio litispendē
tiæ, & non fuisset per iudices admissa, & à non ad-
missione non fuisset appellatum, ut suprà dictum
14 fuit. † Nec obstat, ꝙ illi iudicis Genuæ pronun-
tiauerunt se iudices competentes, propter quod
videtur dicendum, ꝙ exceptio nullitatis ratione
incompetentiæ iurisdictionis opponi non possit,
ut dicit Ang. in l. 1. C. si a non competenti iudice.
& Innoc. in c. super literis. de rescriptis. & Bar. in l.
2. ff. si quis in ius voc. non ierit. Quia ad hoc res-
pondetur ex dictis Inno. in d. c. super literis, ubi di
cit, ꝙ a sententia sit lata a iudice omnino incom-
petenti, qui pronuntiauit se competentem, talis
sententia non potest facere cum iudicem, qui non
est, etiam ꝙ pars non appellauit. Sed illud dictum
procedit, quando iudex competens pronuntiauit
alium iudicem esse competentem, qui non erat
competens, tunc si non appellatur, non potest ul-
terius uideri de nullitate ratione incompetentiæ.
Et ita etiam uoluit Inno. in c. 1. de confir. utili, uel
inutili. & Ang. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit.
in 7. fall. & Alex. in l. de pupillo §. qui opus 4. col.
15 ff. de ope. no. nun. & Fel. in d. c. super literis. † Vel
potest secundo modo responderi, ꝙ interdum du-
bitatur, an iudex sit competens ad effectum, ut pos
sit de causa cognoscere, & ipse est iudex ordina-
rius, tunc potest iudicare se esse competentem, nisi
in certis casibus notatis per Ang. in d. l. 2. & per
Bar. in l. quidam consulebant, ff. de re iud. Interdū
apparet iudicem esse omnino incompetentem in
illa causa, & pronuntiauit se cōpetentē, & in isto
casu sententia et processus est nullus, ut dicit Abb.
in c. duobus. de app. & Fel. in d. c. super literis, at
iudices Genuæ in dicta causa erant omnino in-
competentes propter exceptionem oppositam de
continentia causæ in S. C. propter quam exceptio
nem erant incompetētes, & processus erat nullus,
ut supra dictum est, ergo eorum pronuntiatio, ꝙ
sunt competentes, similiter est nulla.
16 † Et propterea dicebat Abb. Sicu. in d. c. super
literis, ꝙ quando exceptio defectus iurisdictionis
pariter concludit in illo incidenti, sicut in princi-
pali, nō potest iudex cognoscere, an sua sit iurisdi
ctio, secundum Inno. in c. prudentiam. de off. de-
leg. & sentit Bar. in d. l. quidam consulebant. ff. de
re iud. Si ergo iudex sciat se in certo casu non de-
bere procedere, & procedit, processus est nullus,
secundùm Abb. in d. ca. duob. Et dicit Alex. in 3.
uol. cons. 77. col. 1. ꝙ iudex non potest exercere
iurisdictionem, si pronuntiat se competentem, ubi
non erat cōpetens, & ideo nō valet pronuntiatio.
Et idem dicit in 3. uol. cons. 82. & colū. ubi allegat
singulare dictum Ant. de But. in c. præterea. in 5.
17 col. de dilatio. ubi refert se de facto respōdisse, † ꝙ
si statutum impediat, ꝙ iudex non possit exercere
iurisdictionem suam ultra limites suæ iurisdi-
ctionis, ꝙ non valebit pronuntiare se iudicem cō-
petentem, quando per hoc excederet terminos suę
iurisdictionis, per no. in c. si iudex. de sent. excō.
lib. 6. cum aliis ibi per eum allegatis. Item dicta
sententia iudicum Genuæ, per quam pronuntia-
uerunt se iudices competentes, saltem continebat
in se manifestam iniquitatem, quia debuit fieri re-
missio, per d. l. vbi captum. in S. C. quo casu quan
do sententia continet manifestam iniquitatem,
potest dici nulla, ut in c. inter cæteras, de re iud.
secundùm unum intellectum, secundùm Abb.
ibi, quia saltem cessat illa pręsumptio generalis, ut
præsumatur iudicem ritè & rectè agere, ut in c. in
præsentia. de renun. & c. cum inter. & c. sicut. de re
iudicata, secundùm Ale. in d. consi. 82. Nec debet
esse in cōsideratione, ꝙ Franciscus non appellauit;
18 † quia ista omissio non purgat incompetentiam
iudicis, nec purgat nullitatem processus, ex quo
non operatur prorogationem iurisdictionis, ut in
c. statutum, §. in nullo. in uerb. expressus assensus.
de rescri. lib. 6. Et licèt ille tex. loquatur in proroga
tione loci, tamen idem in alia prorogatione, secun
dùm Ang. in l. quęro. ff. de solutio. & in l. fi. ff. de
iurisdictiom. iud. Quare fuit licitum dicto Francisco
uenire contra illum actum iudiciarium factum
per iudices Genuę, ex quo fuerat nullū ipso iure,
etiam ꝙ ipse non appellasset, per tex. in l. 2. cum ibi
not. C. si aduersus rem iud. prout etiam dicit Alex.
in 1. uol. cons. 123. in 3. col. ex quib. resultat tertia
conclusio, ꝙ postquam fuit allegatum, ꝙ causa ea-
dem uertebatur in sacro Consilio coram iudici-
bus Genuæ, & exceptio, ne continentia causæ di-
uidatur, & illi iudices non admiserunt, & proces-
serunt ad ulteriora, processus fuit nullus, etiam ꝙ
Franciscus non appellauit, per ea, quæ suprà dicta
sunt.
19 † Quarta conclusio, ꝙ lite pendente in sacro Cō
silio conuentionis & reconuentionis Thadæus
Spinola & socii non potuerunt attentare coram
iudicibus Genuæ, petendo ab eis, vt fiat executio
literarum cambii contra Franciscum, & hoc totū,
qđ innouatum est per sacrum Consilium, debet
reuocari per viam attentati, per id quod uoluit Io.
And. c. bonæ, de appell. ubi dicit, ꝙ quemadmodū
pendente causa appellationis omnia, quæ innouā
tur, reuocatur, ita omnia quæ lite pendente in pri-
ma instantia dolo malo fiunt a parte, reuocantur,
quia ad iudicis officium spectat, ut illa corrigat &
reformet. Et ex hoc infertur, ꝙ licèt acta facta co-
ram iudicibus Genuæ post allegatam litis penden
tiam non essent ipso iure nulla, prout in veritate
sunt tamen Sacrum Consilium potest per uiam at
20 tentati à parte reuocare; † quia partes lite pēdente
nihil debent innouare, c. dilectus, §. quia uerò. de
appel. licèt pro his non competat interdictum se-
cundùm Io. And. ibi. & fuit de hoc memor Ale. in
apostilla sua in d. l. sepulchri. ff. de sep. uio. & hoc
expresse firmat Abb. Sic. & post eum Fel. in c. dile-
cte in Christo, de exce. vlt. col. Et uolunt doct.
unum, quod est fortius, ꝙ licèt remedium atten-
tatorum non habeat locum cōtra tertium, ut in c.

Romana.§.in alium.de appel.lib.6.& Io.Mo.in c. cupientes.de elect.in sexto.tameo fallit, quando il le tertius,qui innouauit,habuit causam a parte li-
21 tigante, † tunc reuocatur à iudice iudicis officio, quicquid est attentatum lite pendente. Item si habuisset ipse tertius causam non a parte, sed à iudice causę,ut dicit gl.in c.noo solùm, de appel.in 6.hoc expresse firmat Phil.io d.ca. bonæ.in 3. col. Hoc ideò dico;quia non solùm Thadæus Spinola postquam fuit conuentus, & actor io Sacro Consilio super literis cambii, fecit cessionem dictarũ literarum cambii Hieroоymo Palmario, & Lucę de Grimaldis, sed ipsi postea agerunt contra dictum Franciscum de eadem re coram iudicibus Genuæ. Et ideò cùm habuerũt causã à dicto Thadæo, uenit etiã reuocandum,quicquid per eos fuit attentatũ in præiudicium litis pendentis inter dictũ
22 Franciscum, & Thadæum cedentem. † Maximè quia est firma cooclusio Inno. & Abb. Sicul.in capitulo 2.de ali.iud.mu.causa fa.q̃ lite pendente nõ potest fieri cessio ad effectum, ut iudicium transferatur in cessionarium. Sed bene utilitas potest transferri in cessionarium. Et sic oportet, q̃ iudicium currat cum cedente, vt ibi late per Abb. & sentit Bal.in l.per diuersas.in 15.q.C.man. Ex quibus sequitur, q̃ non solum quicquid est attentatum per Thadæum, debet reuocari, sed quicquid attentatum est à tertio habente causam. i. cessionem a dicto Thadæo etiam q̃ illa cessio fuisset facta ex causa necessaria, ex quo habet causam à cedente post litem motam per ea, quæ suprà dicta sunt. Quare uotatum & sententiatum fuit post dictam longam discussionem,q̃ attentata per d.Thadæum, & alios habentes causam ab eo lite pendente in S.C.reuocentur, & deinde procedatur in causa ad actus incumbentes.

ADDITIO.

Vide super hac decis. maxima super ea, quę io principio dicuntur,deci.Delph. Do. Guid. Pepę decis. 428.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLIIII.

1 *Mutare iudicium est, quando unum quod propono in uno iudicio coram uno iudice volo proponere coram alio iudice, & olim hi puniebantur pœna priuationis causæ,hodie arbitrio iudicis.*

2 *In quibus habeat locum exceptio litis pendentię,& si iudex procedit spreta hac exceptione, an iudicium nullũ, quòd non, sed oportet appellare.*

3 *Quando pars non vult mutare iudicium, sed diuidere, quia coram uno iudice vult facere causam petitorii, & coram alio causam possessorii, quòd tunc iudicium sit nullum opposita exceptione, ne continentia causæ diuidatur, quæ exceptio potest opponi in quacunque parte iudicii ex quo audientia denegatur.*

4 *Exceptio iudicis penitus incompetentis, cuius iurisdictio non potest per partes prorogari, semper potest opponi: sicut quando denegatur audientia, vt supra, ex quo lex inhabilitat personam agentis, secus si concernat defectum iuris tantùm, an in prædicto casu huius decisi. militet exceptio litis pendentis, vel ne causam continentia diuidatur, notatur ibidem, & capitur ex Affl.*

5 *Exceptio incompetentia iudicis, ut quia clericus conuenitur coram iudice laico, item quando iudex habet limitatam iurisdictionem, & cognoscit supra, vel ultra suã iurisdictionem, quòd possit quandocunque opponi, & iudicium nullum.*

6 *Remotio, siue omissio causa appellationis, an tollat iudicium nullitatum.*

7 *Quando militat exceptio rei iudicatæ, militat etiam exceptio litis pendentia.*

8 *Appellatione pendente fit reuocatio attentatorum, etiam contra tertium, & in quibus casibus habeat locum remedium innouationum.*

AD declarationem eorum quæ habentur in præsenti de-
1 cisio. † puto notandum secundum Ias. in d.l. nulli prorsus.C.de iudiciis,nam aliud est mutare, & aliud diuidere iudicium,nam mutare iudicium est, quando illud idem,quod propono coram uno iudice, uolo proponere coram alio iudice, & tunc proprie procedat terminus.l.ubi cœptum.ff.de iudiciis,quòd non ualet istud facere, imo hæc agens olim quis puniebatur causæ amissione, hodie tamen,ut declarat Ias. in
2 loco supra narrato, punitur quis pœna arbitrio iudicis, † & hæc dicitur secũdo exceptio litis pendentiæ, de qua ultra scribentibidem notat plene Soc.in consilio 38. pro decis.i. uolu. concludens istam exceptionem fore præiudicialem,impediens litis ingressum parte opponente, quod uerum putat, si opponatur ante litis contesta.sicut quilibet alia exceptio dilatoria, sicut etiam not.Fely.in cap.exceptionem.de exce.num.41. uerùm si iudex procedit, & non opponetur, non propterea redditur iudicium retro nullum, declarat ipse Fel.in d.cap.cum M.Ferrariensis.num.25.in uersi.extra glo.posuit, de constitu. sed oportet appellare,& habere recursum ad superiores de grauamine, & licet pars uoluisset renuntiare primo iudici, coram quo a principio fuit motum iudicium, non ualet facere altera parte conuente seu reluctante, no.Fely.in d.loco,& Socin.in consilio 195.circa in 4.colum.in uers.&c quibus secundo uol.prædicta tamen, quod iudicium cœptum coram uno iudice competenti non possit quis coram alio proponere, limitat undecim modis Fel.satis notabi.in cap.ex tenore,num. 15.ad quem continuò in casu occurrenti habendus recursus, de rescrip. & cum tertia limita.quod quando quis non potest consequi iustitiam coram primo,quòd possit ad alium iudicem consolare,concordat Andr.in cap. § uel iudicio.de iudi. uos.qui contra est.quæ,ueltas,ipsum uendicant,quando pars uellet mutare iudicium, sed quando non prætendit iudicium
3 mutare † sed illud diuidere, ut inter alia quando coram ono iudice uult facere iudicium possessorum, & coram alio iudice agitare petitorium, finito primo iudicio possessorio, tunc enim est proprie sobiectum.d.l.nulli prorsus.ubi gloss.tradidit exempla illius diuisionis iudicii, & tunc omnes conueniunt, maxime Alexan.Ias.quòd parte opponente si iudex procedit ad ulteriora iudicium nullum. Ias.tamen ibidem limitat hæc non habere locum in quinque casibus, de quibus fuit facta mentio supra in decisi.155.& plus, quòd hæc exceptio possit in quacunque parte iudicii opponi, facit iudicium attentatum nullum,ex quo per tex.ibi denegatur audientia, dum canit. nulli prorsus audientia præbeatur, pro opin. Afflict. contra Ias.conueniunt notata per Felyn.in dicto capit.exceptionem, num.28.ubi declarat, quando exceptio dilatoria reddit iudicium retro nullum,potest quandocunque opponi, ut est excep
4 tio iudicii incompetẽtis,cuius iurisdictio non potest † a partibus prorogari, & magis proxime prædictis conueniunt notata per Alex.post alios scrib.in d.l.1.§.sublatum.ff.ad Treb.vbi secundum communem sententiam concludit,q̃ quoties lex uel statutum inhabilitat personam agentis,quia canit,bannitum non audiri, vel ei audientiam denegari iuxta dictos terminos d.l.nulli prorsus,quòd si iudex hoc non obstante procedit,iudicium corruit,&(quod magis) hæc locum vendicare etiam parte non opponente,secus verò si statutum loqueretur circa iuris defectus,quæ omnia comprobando fuit secutus Dec.in consi.275.in causa.quasi per totum illud consi. asserẽs hanc communem sententiam, & vnum de casibus,in quibus per processum ad vlteriora non purgatur defectus incompetentiæ iudicis,& istud ea ratione secundum Dec.ibi, ne sit in potestate iudicis procedentis ad vlteriora legem eludere, vel

statutum

ſtatutum ita diſponentiã, quod etiam fuit ſecutus Iaſ.in d. §. ſublatum, qui in hoc non videtur ſibi ipſi conſtans & ſe pro iis pluries conſuluiſſe, & voluit etiam iſta Vant.in tracta.nulli.nu me.53.fo.146.qui alia affert pro hac opi.quem poſt hæc ſcripta inſpexi, & ſecundum iſta, cum in caſu, de quo in præſenti deci.uertebatur, cum non fuerit q.de diuidendo iudicium, nã coram omnibus iudicibus petebatur executio literarum camba, igitur ſaluo ſemper ſaniori conſi. videtur hic potius competere exceptionem litis pendentis, quàm ne continentiæ cauſæ diuidantur, & ſic iudicium non foret retro nullum ſecundùm ſuperius allegata, ex quo præſupponitur hec nõ fuiſſe approbatum, nec habitus recurſus ad ſuperiores, vt ſupra fuit narratum, & omiſſio appellationis purgat uitium incompetentię quando iudex non fuiſſet † penitus incompetens, vt de laico
5 contra clericum, Decius in conſi.241.ſcripſi. idem Seba. Vantius in d.tract.nulli.fol.190.nom. 101. Item niſi iudex haberet limitatam iuriſditionem, & cognoſceret ultra ſuam iuriſditionem, ut no.poſt ſcri. Iaſ.in l.2. ff. ſi quis in ius uoca. non iue.in fi. idem Dec.in conſi.18.num.5.& 38.circa primum, num.27. vbi concludit, nullitatem venientem ex defectu iuriſditionis poteſtatis iudicantis nunquam intelligi ſublatam per ſtatutũ, volens ꝙ nulla exceptio poſſit opponi, hoc etiam in conſ.520. num.12.& 681.fuit notatum ſupra in dec.27. uidetur ſe cum iſtis reddere conformem idem Seba. Vant.nu.43.fol.78. Bologninus in conſi.8.colum.4.licet idem Sebaſtianus in eodem loco fol.20.num.33.affirmet, ꝙ omiſſio uel remotio † cauſæ ap
6 pellationis non tollat cauſam nullitatum, citando Afflic. hic, quem intelligerem ſecundùm ſuperius allegata, qui etiam ſequitur Afflic. hic ſimpliciter non perpendendo aliter difficultatem in fol. 106.num.163. Quæ omnia procedunt, ſi nos non tenemus opin. Iacobi Butrigarii & Alberici relatorum per Afflic. hic concludentium habere locum exceptionem, ne continentia cauſæ diuida. quando adeſt identitas perſonarum, actionis & rei petitæ, ſed ſi teneremus in hoc caſo hanc exceptionem militare, ne continentia cauſæ diuidatur per prædicta, tunc bene omnia procederent, nam proceſſus nullus eſſet, ſed paruo meo ingeniolo potius hic dicendum, exceptionem litis pendẽtiæ locum uendicare, quam ne cauſæ continentia, per ſuperius allegata, ad quæ conueniunt allegata per Soc.in conſi.18. num.44.1.uol.ubi etiam † quãdo dicatur obſtare exceptio rei
7 iudicatæ, & inſuper ad illud, quando eſſet euident iniquitas in ſententia ꝙ ſit nulla, conuenit hic Affl.in dec.47.ſed contrarium firmauit in dec.28.& 29.ego autem in d.deciſi.28.ex dictis omnium ſui ſecutus hanc opi. iſtam ſententiam nullam, & habui hunc caſum in facto in quadam cauſa certorum de Baſile de Inghaoo cum monaſterio S.Petri ad Maiellã, in qua cauſa monaſterium ipſum obtinuerat ſententiam aſſiſtentiæ cõtra quaſdam mulieres poſſidentes quãdam domum, quę fuerunt repertæ creditrices anteriores ipſo monaſterio ex quodã inſtrumento in actis præſentato, & ſic notorie apparebat de iniquitate ſententiæ, & ideo non fuit decreta anno 1555. in ſacro conſilio, actuarius Cæſar de Caro. quod non demonſtratur, ſiue apparet in caſu de quo ſupra, ex quo ſcrib. concludũt proceſſum ualidum non obſtante litis pendentia allegata, dicant magis ſapientes quibus ſemper me ſubiicio, & quod appellatione † pendente fiat reuocatio attentatorum etiam con
8 tra tertium ſucceſſorem prætẽdentem titulum, & bonam fidem, tex.c.ex parte. de teſti. caſus autem in quibus licet innouare appellatione pendente, ſunt enumerati ſupra in deci. 261. aliquos declarat Dec.in conſi. 103.200, & de ceſſione ꝙ non poſſit fieri lite pendente, qui non fiat executio contra poſſeſſorem, ſupra in deci.331.338.& ſunt etiam anno. infra in deciſi. 396. Cæſ.Vrſill.

DECISIO CCCLV.

De conſenſu in futurum collato, qui ad præteritum non trahitur.

SUMMARIUM.

1 *Conſenſus collatus in tempus in futurum non trahitur ad præteritum.*
2 *Aſſenſus feudatario pręſtitus ſuper alienatione facienda non prodeſt, ſi alienatio erat per prius facta domino inſcio.*
Ratum habere ex poſt facto ille, qui non interfuit, an poſſit habere.
3 *Clauſula veris exiſtentibus prænarratis, in aſſenſu ſuper feudi alienatione appoſita quid operetur. Ablatiui abſoluti in conditionem reſoluuntur.*
4 *Diſpoſitionem non inducit, quod in conditione apponitur.*
5 *Conditionali diſpoſitionis dicuntur eſſe de forma. Forma peruerſo uitiat actum.*
6 *Solennitas, quæ eſt de forma, pręcedere debet actum.*
Actus per patrem pro filiis factus, quos non habebat, natis poſtea filiis non conualeſcit.
7 *Diſpoſitio quęlibet ad collationis tempus referri debet.*
8 *Diſpoſitio non conualeſcit inconuenientibus uerbis.*

SI pręſtitus eſt aſſenſus baronis ſup executione, & adiudicatione fienda ſuper quadã ſtatia feudali, quæ fuit quondam Peruſini de Iordana de Caua ad inſtantiam quondam domini Nicolai Villani, & in ueritate iam executio fuerat per prius fa
1 cta per duos annos ante.† Vtrum talis aſſenſus operetur effectum validandi dictam executionẽ, vel ueniat retractanda, ex quo facta fuit executio ſuper feudo non obligato propter defectum conſenſus dñi, ut in l. Imperialẽ. cum concor. de prohib. feu.ali.p Fede. fuit deciſum in Cõſilio, ꝙ dicta executio debet reuocari, quia ille aſſenſus dñi fuit præſtitus ſup executione faciẽda, unde non prodeſt, ſi executio fuit per prius facta. & hoc per id quod dicit Pau. de Caſt.in l. ſi quis filio exhæredato. §. irritum. ff. de iniuſto, rup. irri. teſtamento, & in l. hæc condit. filiæ meę, §. ſi ſic, ff. de conditio. & demon.
2 vbi † dicit, ꝙ aſſenſus pręſtitus emphyteutæ, vel feudatario ſuper alienatione facienda nõ prodeſt, ſi alienatio erat per prius facta, & dominus de ea notitiã non habuerat ad quod dicit Bar.in l. ſi vni. in fin. ff. de re iud. ꝙ ex poſt facto ille qui non interfuit, non poteſt ratum habere, per iura ibi per eum alleg. quod dicit Bal.in l. executorem, in 4.col.ver. ſed quid ſi notarius. C. de exec. rei iud. ubi ratihabitio non operatur, ubi mandatum eſt de forma, hoc etiam expreſſe firmat Bal.in l. bonorum, pen. col. verſi. extra quæritur, ſtatuto cauetur &c. C. qui admit. Et licèt Ale.in 5.vol.conſi.146.incip.in cauſa & lite uertente &c. dicat iſtud procedere rõne pœnę commiſſæ ob alienationem factam abſque eius conſenſu, inferens per hoc, ꝙ ubi nulla pęna commiſſa, ꝙ dictus aſſenſus operatur ſuum effectum, ꝙ videtur poſſe adaptari ad præſentem heſitationem, attento ꝙ nulla pœna erat commiſſa; quia dictum feudum non inciderat in commiſſum ob dictam executionem per prius factam abſque con
3 ſenſu principis, † tamen ex quo in dicto aſſenſu eſt clauſula, ueris exiſtentibus prænarratis, iſti ablatiui abſoluti reſoluuntur in uim conditionis, ut in l. à teſtatore. ff. de cõdit. & dem. cum concor. & ſic dictus aſſenſus pręſtitus eſt conditionaliter, uidelicet, ſi expoſita ſunt uera, & ſi non ſunt uera, non
4 aſſentit, † nam illud, qđ eſt poſitum in conditione, non inducit diſpoſitionem, l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſt. l. ex facto, ff. de hær. inſti. Sic etiam dicimus, quando clauſula, ſi preces veritate nitantur, poſita eſt in priuilegiis & gra

 tiis,

tiis, ut uoluit Bal.in c. super literis.in 6.col.de ref.
& in l. præscriptione, col.4. C.si contra ios vel uti.
li. publicam, & vitalis in clausula si preces ueritate
nitantur. Et pro hoc facit id, quod dixit Bal. in
auth.mat.& auiæ 1.col. ca. quaodo mulier off. tu.
5 fun.potest, q † quando in aliqua dispositione ali-
quid ponitur conditionaliter, illud tale dicitur esse
de forma, & peruersio formæ uitiat actū, ut no.
Imo.in l.si quæramus 3.col.ff.de testa.no.in c.exhi
bita.de iudi. Et ideò quando aliquid est de forma
in actu, semper illa forma debet præcedere, & non
subseqoi. dixit Bal. in rubrica, extrà de offi. iudi.
11.col.& Bal.in d.l.bonorum.in uersi.præallegato.
6 † Solennitas enim quæ est de forma, debet præce-
dere actum, ita q si subsequatur ex interuallo, non
ualet actus secundùm Bald.in l.1.col 24.uer.extra
quæritur.C.qui admit. Idem dicit Pau. de Ca. io l.
si cum dotem, §. sed autem.ff.sol.ma.& Alex. in l.
1.§.fuit quæsitum.ff.ad Treb.Accedant ad hoc alle
gata per Alex.in 2.uol.con.170. uiso processu &c.
uer.nec obstat, q Io ubi dicit, q si pater non ha-
bebat filios, & fecit actum pro filiis, & filii postea
7 nascantur, non conualidatur ille actus, † omnis
enim dispositio debet iudicari secundùm tempus,
in quod confertur, ut in l.in tempus.ff.de hær. in-
sti.l.quod sponsæ, C.de donat.ante nu.in l. in fuga.
C.ad l.Flauiam de plag.sed dictus assensus collatus
est in tempus futurum, ergo non trahitur ad præ-
teritum.Item uerba dicti assensus tendunt ad exe-
cutionem facieodam, & executio iam erat facta,
8 † ideo si uerba assensus non cōueniunt, oon conue
nit assensus l. ita aotem, in prin.ff.de admi.tut.l. 4.
§.toties.ff.de da.infe.c.indemnitatib.§.pe.de ele.in
6 ita Ale.in 2.uol.consi. 50.in 1.col. & in multis
aliis consiliis.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLV.

1 *Assensus super executione facienda in feudo an extendatur ad executionem iam factam, articulus disputatur.*
2 *Si dominus dat facultatem vasallo alienandi feudum, an talis potestas extendatur ad venditionem iam factam, quæ a domino nescitur.*
3 *In rescriptis & vltimis voluntatibus veniunt ea, quæ si concedens fuisset interrogatus, vtique concessisset, & facilius aliquid conceditur super negotio perfecto, quàm si in futurum fuisset conficiendum.*
4 *Papa si concedit vacaturam, intelligitur concedere quæ iam vacabat, & si testator legat centum mulieri, cum vidua erit, intelligitur legare illi quæ tunc erat vidua.*
5 *Si princeps concedit alicui, quòd possit de nouo testari, intelligitur etiam testamentum factum comprobare.*
6 *Licentia faciendi in flumine molendinum extenditur ad iam factum.*
7 *Qualiter intelligatur illud, quòd assensus sit stricti iuris, quòd non extendatur de re ad rem, nec de persona ad personam, & de clausula veris existentibus prænarratis &c.*
8 *Clausula, si preces veritate nitantur, qualiter intelligatur, & cuius effectus.*
9 *Assensus de iure potest præcedere, & subsequi, & quid si ex forma statuti requiratur assensus, an possit sequi.*
10 *Ablatiui absoluti quando faciunt conditionem, & de statuto quòd extantibus masculis fœminæ non succedant, & conditio habet vim causæ finalis.*

ASsensus super executione facienda in feudo non extendi-
1 tur ad iem factam. † hoc etiam confirmat autor in consi.
reg.diuæ memoriæ. num.29. in 6.colum.ubi pro istis adducit
consi.Alexan.147.in e.volum.quod non reperii, nisi ut infra
cum que conclusione etiem conuenit D. Freccia in suo tract.
de subfeudis, fol.137.vbi refert sic fuisset decisum, & hodie p
clausulam, quæ communiter epponitur in expeditione assen-
suum, veris existentibus prænarratis, hanc q.dicit tantus do-
ctor non habere difficultatem, cum quo videtur conuenire
Gram.consi.168.in ciui.dum eit, quòd si dominus ignoret va
sallum feud.alienasse, dictæ facultas alienandi non extendi ad
alienationem iam perfectam, sed aduerte rogo pusillo meo iu
dicio, quòd contra dictam conclusionem, ut supra firmetem
per illos pertes & maiores meus, videntur facere ea quæ vo-
2 luit Alex post cæteros scrib.in l. Titius † §. Lucius.ff.de libe.&
postu.quòd in rescriptis, & ultimis voluntatibus veniunt ee,
quæ si qois fuisset interrogatus uerisimiliter sic statuisset, &
3 concessisset † per illum tex.per glo. vul.io l.tale pactum.§.fin.
ff.de pactis.de que multe effundit Curt.Senior in consi.81.re-
ctè præfatus e.col. & facilius conceditur, quendo eliquid est
factum, quàm quendo fuisset de nouo feciendum, argu.l pa-
tre furioso.cum similibus adductis ibi per Ias.ff.de off. præ. de
quibus etiam multa cumulat Alex.in consi.46.in causa.in e.
col.5.volom.vbi se reddendo conformem cum scriptis in d §.
4 Lucius. differit † quòd si Papa concedit elicui vacaturam, in-
telligitur etiam concedere ea quæ tunc vecabat, hoc maximè
data ignorantia, quòd tunc vecabat, item quòd si testetor le-
gat centum filiæ, cum vidue erit, cōprehendit illem, quæ tunc
temporis fuerat vidua, not. idem Alex.in l.cum stipulemur.ff.
de uerb.oblig. refert & sequitur Roc.in d.consi. Alex.156.5.
uol.item etiem pro istis conueniunt tex. quesi in terminis, ni
fallor, in l.si quis filio exhæredeto.§ irritum.io uer.qua ratio
ne.ff.de iniu.& uup.testaméto.vbi diffinit, quòd sicui permit-
5 titur a principe, quòd veleat de nouo testari † censetur etiem
concedere, siue permittere, quòd testamentum confectum va-
lidam sit ipso iure absque alique declaratione, per quæ Ies.in
sue rep.l.quominus.ff. de flumi.in 21 q. multum dilatet fim-
brias sues, & inter cætera quòd si princeps facit concessionem
quòd in flumioe publico nauigabili qois ualeat facere molen-
6 dinum † quòd talis licentia se extendet ad iam perfectum, &
hanc partem per prædicta, & elie reperio tenuisse D.I. offi cd.
in suis para.feu.fol.57.quam opi.insequendo, non obstat mo-
tiuum, assensum esse stricti iuris, non se prorogare de persona
ad personam, neque de re ad rem. And.in c. imperialem.in 2.
colum.in prin.de probi.feu.&c. Dec.in consi.55.licèt nume.5.
7 cum seq. † quia petet responsum, quod uerba non ita acriter,
sed ciuiliter sunt capiende. l. si cui. ff de serui. de quo multa
Soc.in consi.141.consideratis. quasi per totum e.volu.quod et
petet, nam per illem clausulam, iuribus nostris, & elterius sem
per saluis, non datur intellectus, quòd expressa per principem 2
quæ forte ei sunt contraria, sibi non uideatur præiudicium fe-
cisse, notat idem And.in c.e.qui succ.tenea.2.col.Peu.de Cast.
in consi.161.Gram.io dec.66. & ed illem clausuleoi, veris exi-
stentibus prænarratis, & seu si preces veritete nitantur, respō-
deri potest ultra supra narreta, quòd non excludat ea, quæ si
princeps sciuisset, utique fuisset concessurus, dicit sic Sali.in l.
præscriptiones.C. si contra ius uel uti.pub. refert sequiturque
hæc Fel.in c.ex parte, lo primo, in 2.colum.de rescrip.& assen-
sus de iure potest præcedere, & subsequi. And.in d.c.imperia-
9 lem † io princ.colum.3.in eddi. Rom.nonnulla in consi.54.vi
sis.ubi plus voluit, quòd si ex forma statuti requiratur assen-
sus, quòd supra narrata militent, de quibus etiam per Hippo.
in rub.de fideiuss.fol.7.Cur.Iuniorem in consi.105.2. uolum.
quem opi. ego intrepidè effirmerem, quendo de aliquo domi-
ni præiudicio non tractaretur. poterit in istis maturius cogita
ri, ex quo magna est auctoritas sacri consilii, & tantorum vi-
rorum, & vnusquisque potest contra me obiicere ingentem
confidentiem, qui sum contra tot locutus, sicut acus inter fer-
ramenta, uideor enim me interposuisse, & de hac clausola, si
preces veritate nitantur, differit late Hipp.in sing.153.clausu-
la, vbi ait suspendere excommunicationem, priusquam con-
stet, si narrata sunt uera, & per Decium in consi. 350.visis, no.
10 4. † & de eblatiuis ablolutis vltra notata supra in decis. 118.
declarat Goza.in consi. 49.ubi de constit. quòd existentibus
masculi-

masculis fœminæ non succedant, nam videntur conditionali ter vocatæ. idem Cotta in memo. in uerbo conditionalis, sed latius per Tiraquel. in retra. consang. aliàs conuentionali. §. 2. glo. 1. & vnica. fol. 273. in parua & ultima impressione, nu. 2. qui inter alia concludit, quòd conditio habet uim causæ finalis, & citat Affl. in præsenti dec. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCLVI.

De restitutione in integrum aduersus sententiam Regis petita, & de illius executione non suspensa aduersus decretum affirmatiuum

SVMMARIVM.

1 *Executio non suspenditur petita in integrum restitutione aduersus decretum affirmatiuum.*
2 *Executio sententiæ senatus per supplicationem, & eius decretationem non suspenditur.*
3 *Restitutio in integrum quando præsumitur malitiose peti, cessat.*
4 *Restitutio in integrum contra sententiam senatus, an concedenda, & quando 5.*
6 *Petitio restitutionis in integrum quando impediat sententiæ executionem.*

1 FVit dobitatum, † utrum Impediatur executio decreti affirmatiui lati habentis executionem paratam uirtute ritus magnę curię Vicarię, & etiã pragmaticæ Regis Ferdinandi primi, quæ incipit. magnæ curiæ Vicarię ritum &c. propter petitionẽ restitutionis in integrum aduersus decretum, sicut impeditur executio per allegationem nullitatis decreti, vt dicitur in dicta pragmatica. Fuit decisum, ꝙ quando non petitur restitutio in integrum contra decretum affirmatiuum, non suspenditur executio, sicut non suspenditur per appellationem ui
2 gore dictę pragmaticæ, † sicut etiam non suspenditur executio sententiæ sacri Consilii per supplicationem, & eius decretationem, ut in auth. quę supplicatio, C. de precib. imp. offer. Si enim Regia pragmatica uoluisset, ꝙ pendente restitutione aduersus decretum affirmatiuum impediretur executio, dixisset, sicut dixit, quòd pendente causa nullitatis ipsius decreti impeditur executio, non dixit ergo, uoluit ꝙ fiat executio, quia illa exceptio, nisi in casu nullitatis &c. confirmat regulam l. oam quod liquidę, ff de panu lega. Et ista procedunt in
3 isto Regno uirtute dictę Regię pragmaticę. † Quia circumscripta pendente in integrum restitutione à sententia iudicis inferioris a principe suspenditur executio, per tex. in l. unica, C nil nouari io integ. restitu. post. & ibi per Bald. & hoc de iure ciuili, & firmant scribentes in l. 4. §. condemnatum, maximè Ioan. de Imo. & Alex. ff. de re iudic. & ibi concor. per eum, de quo etiam per Lud. & Alex. in l. 3. §. si seruus. ff. de acq. poss. & Io. de Imo. in l. qui à latronibus §. 1. circa fin. ff. de testamentis. Sed de iure canonico addit vnum granũ salis, nisi constet, ꝙ dicta in integrum restitutio malitiosè petatur, ut in c. suscitata. de in integ. resti puta secundùm Inno. ibi, sunt præsumptiones contra petentem talem restitutionem in integrum, ꝙ malitio-
4 sè petat. † Quid autem, si petatur restitutio in integrum contra sententiam S. C. an sic concedenda? Fuit notatum per totum Consilium secundùm opinionem Abb. in ca. cum ex literis. de resti. in integrum, qui uoluit, ꝙ si quidem contra sententiam Regis nõ allegatur aliqua causa, puta minor ætas, uel ecclesia, uel aliqua alia probabilis causa extrinseca accedens, sed solum, quia non potest appellari à sententia principis, & tunc non potest peti restitutio aduersus sententiam Regis. Sed tantummodò debet uti remedio supplicationis, & ita intelligitur Inno. in d. cap. cum ex literis, qui dicit, ꝙ contra sententiam principis nõ datur restitutio in integrum. Interdum allegatur cõtra sententiam principis aliqua probabilis causa, puta minor ętas, uel ecclesia, uel quia condemnatus erat captiuus
5 apud hostes, † tunc potest peti in integrum restitutio aduersus sententiam Regis, per d. c. cum ex literis, & per c. suscitata. & uide rationem diuersitatis per Abb. in d. c. cum ex literis. Sed an isto ultimo casu suspendatur executio sententiæ Regis, Host. in sum. in tit. de restit. in integ. in §. an executio sententiæ. tangit hoc dubium, & dicit ꝙ Vincentius dicit, ꝙ executio sententiæ debet retardari 2. q. 6. c. appellatione. capi. olim. de resc. Idem dicit Bal. in d. auth. quę supplicatio. ubi dicit, ꝙ si restitutio contra sententiam Regis petitur bona fide, interim omnia sunt in suspenso. C. de transact. l. si causa cognita. Et propterea dicebat Bal. in l.
6 pen. ff. de auth. tut. † ꝙ petitio restitutionis in integrum impedit executionem sniæ, quando causa restitutionis erat euidens, ita ꝙ apparebat, ꝙ non opponebatur causa calumnię, & prorogandæ litis, aliàs non impediret executionem præstita cautione de restituenda executione, si minor uicerit in causa restitutionis, iuxta auth. quę supplicatio. fallit nisi executio esset irretractabilis in causa criminali. de quo per Bal. in d. l. unica. C. nil nouari in inte. resti. postu. & per Io. de Imo. in d. l. qui a latronib. §. 1. & per Vitalem in clausula, nil nouati in integrum resti. postu.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLVI.

1 *Petita in integrum restitutione, an impediatur executio sententiæ, & quando dicatur probatio in promptu, & si mediantibus priuilegio, vel instrumento*
2 *Bannitus friuole appellans quòd possit offendi, & sententia iniqua non meretur executionem.*
3 *Sententia transacta in rem iudicatam non meretur executionem repertis instrumentis de nouo, de quibus quis habuit iustam causam ignorantiæ.*
4 *Sententia lata non admissis probationibus potest quandocunque reuideri.*
5 *Mulier non restituitur aduersus sententiam transactam in rem iudicatam.*

1 QVòd petitio in integrum † restitutionis impediat executionem sententiæ, quando causa concedendæ restitutionis fuisset euidens secundum doct. Barto. in d. l. defendente, confirmat hic auctor in constit. reg. obscuritatem, nume. 5. Gui. Papæ in dec. 225. an executio, nume. 6. vbi citat tex. l. si. C. si ex fal. instrumen. & quòd requirat probationes in promptu, plene Capella Tolosa. 54. Latius Hippo. in sing. 88. stante. qui dicit posse implorari officium iudicis, quòd non exequatur sententia iniqua, approbat etiam hæc Barba. in consilio 19. clementissimi. col. 10. 4. uol. vbi ait, ex quo Bar. requirit,

rit, quòd exceptio sit euidens, & propterea sit necessarium ali
quod priuilegium, uel instrumentum, nam per ea res efficitur
euideos, & sic non calumniosa, quæ etiam autumat procede-
re in nullitatibus, & multa ad propositum cumulat ultra ad-
ducta per Alexan. in d. l. 3. §. si seruus, ubi declarat, quòd Ban-
2 nitus in persona friuole aliqua opponens † quòd possit offen-
di, de quo per eundem Alex. in consi. 77. uisis 1. col. 3. uol. & in
consi. 62. vol. 6. & rursus de sententia iniqua, quòd non merea
tur executionem. Curtius Senior in consi. 60. col. 6. in princ. &
in consi. 66. & 71. de quibus fuit notatum supra in decisio. 28.
195. & vltra hæc uoluit Soc. in consi. 66. uiso compromisso.
num. 8. 9. 4. uol. de compromisso homologato, quod annulle-
tur stante iniquitate, & in consi 299. 2. uol. Fel. in c. suborta. de
re iu. Hipp. sing. 229. sententia, ubi declarat etiam sententiam
3 transactam in rem iudicatam rescindi per † instrumenta noui
ter reperta & ignorata ex iusta causa ignorantiæ. idem Gram
ma. in consi. 130. in ciuilibus, qui dicit, quòd aduersus senten
4 tiam latam per iudicem, qui tenuit probationes † admittere,
posse quem restitui executionemque non mereri, & quòd mi
nores restituuntur aduersus sententiam condemnatoriam, nā
ex hoc præsumuntur læsi, declarat Alex. in l. ait pretor. §. si mi
nor. ff. de iureiu. fuit dictum supra in dec. 175. & insuper ad-
5 uertendum censeo in prædictis † quòd mulier licèt sit perso-
na priuilegiata circa beneficia concedenda, quòd tamen non
restituitur aduersus sententiam transactam in rem iudicatam
prout uoluit gl. in const. regni obscuritatem, & Maran. in suo
Speculo. fol. 86. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCCLVII.

De matris tutela, quæ per sponsalia non corruit, & de tutore administrante ante litem contestatam super suspicione.

SVMMARIVM.

Mater, quæ de secundis nuptiis suspecta habetur, an debeat a tutela filii arceri.
Mater habens secundum uirum est multum legi suspecta.
Mater per secunda uota excorias filios primo thori ex legis præsumptione.
Calores cuique primi non sunt in potestate.
Restitutio in pœnis fienda.
4 *Tutela contractis sponsalibus non admittitur, ut in matre.*
5 *Tutori coniunctæ personæ pendente lite super suspicione non datur adiunctus.*
6 *Lis contestata impedit tutelæ administrationem suspecto.*

IN causa appellationis introductæ in sacro consi
lio per Nardum de Vitillo de Capua allegante
matrem certorum pupillorum, quæ asseritur con-
traxisse secūdas nuptias, & ideò debere remoueri
2 à tutela. fuit dubitatum, † utrum pendente dicta
allegatione debeat matri interdici administratio
tutelæ. Et antequā deueniatur ad decisionē dicti
dubii, fuit in primis discussum. An eo ipso, quod ma
ter dixit, quod vult nubere, & habet tractatum desinit
esse tutrix, uel requirit quod contrahat per uerba de
præsenti secūdas nuptias, dicit Bar. in l. si quis sub
conditione. 5. col. uersi. quæro, per auth. requiritur
& c. ff. de testa. tut. quod mater, quæ habet secundum
2 virum, est multum suspecta legi, † quia lex præsu
mit, quod mater excoriaret filium propter secundum
uirum, ut C. de admi. tut. l. ex quæ tutores, & in
auth. ad hæc, C. quando mulier off. tut. fungi possit.
Sed idem dicimus in ea, quæ habet animum, & cō
silium nubendi, sicut in ea quæ iam nupsit, simile
in ea, quæ habet animum, & consilium diuertendi,
ut in l. si concubinam. §. 1. ff. rerum amo. & ff. qui
& à qb. l. sed si marito. C. de nup. l. imperialis. §. sed
si talis. Et probatur in tex. in auth. ut sine prohi-
bitione matres debitri. & creditri. §. quia uerò. ibi,
mox tamen, & ibi, secundas nuptias concupiscen-
tes. Sed Sali. in auth. sacramentum, in versi. quæro
ab extra, C. quando mul. tut. offi. fung. po. uidetur
3 tenere contra Bar. † quia primi motus non sunt in
potestate nostra, nec pœnam merentur l. cogitatio
nis, ff. de pœ. Item quia pœnæ sunt molliendæ, & nō
extendendæ l. interpretatione, ff. de pœnis. nam le-
ges de ista materia loquentes dicunt cōtractis nu-
ptiis desinit esse tutrix. & non dicunt. cū animum
nubendi habent, & subdit ipse Sal. quod etiam con-
tractis sponsalibus non perdit tutelam habitam,
quia potest recedere a sponsalibus. & hanc partē
tenet Ange. in l. solet. ff. de his qui not. infa. ubi di-
4 cit per uerbum forte, † quod mater non priuatur tute
la per sponsalia contracta, quia iura loquentia de
marito non habent locum in sponso, vt ibi per eū.
de quo per Abb. & ibi remissiones in capl. ex pu-
blico. de conuersi. coniug. & per Ale. in l. si donatu
rus, in fi. ff. de cond. ob causam. Hanc partem te-
net etiam Spec. in ti. de tutela anomala. §. nunc di-
cendum, uersi. quid si tutelam habeat. & hoc refert
& sequitur Lud. Rom. in singularibus suis in ver-
bo, mater. aliqui habent in uerbo, tutor. & in hanc
ultimam partem potius inclinauit sacrum consi-
5 lium, † Nunc deueniendum est ad dubium propo-
situm. Et pro decisione allegata fuit doctrina Bar.
in l. quod si fortè. §. sunt quidam, ff. de solu. ubi dicit, quod
si tutor est coniuncta persona pendente lite super
suspicione allegata, datur adiunctus, & pro hoc c.
venerabilis, de offi. deleg. & c. licet Heli. de Simo.
& in l. si tutor aliquo. ff. de suspe. tut. Sed Barto. &
Bal. in l. eum quem. C. de suspe. tut. tenent, quod litis
pendētia super suspicione tutoris impedit interim
tutoris administrationem, faciunt no. in c. omni-
potens, de accus. & per Inno. in c. olim eo. tit. Ang.
autem in d. §. sunt quidam. tenet, quod ante litem con
testatam super suspicione tutor debet administra-
6 re. † sed post litem contestatam non potest admi-
nistrare, & ita dicit fuisset obtentum Perusii per
dictum singulare Azonis in summa de suspe. tut.
hanc opinionem firmauit Ioan. de Imo. in d. §. sunt
quidam, & Aret. in §. si quis autem. Inst. de suspe.
tut. & antequam fuisset decisum hoc dubium per
sacrum Consilium, illa mater ante litem contesta
tam transiuit ad secunda uota & ideò desinit esse
tutrix, & ipsamet reliquit tutelam, tamen secun-
dùm opi. Ang. fuisset iudicandum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLVII.

1 *Mater an si adeat iudicem, solummodo sponsalia contrahat, priuetur tutela, & an necesse sit prius rationem reddere, & si valeat pœnitere, an sit suspecta eo ipso, quòd declarat animum suum velle nubere, ubi etiam.*
2 *An ista procedant in patre, quòd non, etiam si pater trāsiuerit ad secunda uota, nam homo maioris constantiæ, quàm fœmina.*
3 *Vitricus potest dari tutor priuigno, licèt pupillus apud eum educari non debeat.*
4 *Mater ius tutelæ amittit, cum primum declarat animum*

mum suum velle secundum virum capere.

5 *Tutore allegato suspecto, an statim administratio interdicatur etiam lite non contestata, & quid in alio officiale, & maximè prelato.*

6 *Tutor quando est persona coniuncta pupillo, an debeat ob suspitionem amoueri, uel est ei prouidendum de adiuncto.*

7 *Patrono dato tutore liberto an hæc militent.*

1 TV in hoc subiecto vide, quia † tam Bar. in d. l. sub conditione. ff. de testamen. tutela. & in d. auth. sacramenta, & in consi. 145. cuius est initium, factum ita se habet. circa finem. semper fuit istius opinionis, quòd siue adeat mater iudicem, seu contrahat sponsalia tutela priuari, sentit Bal. in l. omnem C. ad Tertu. dicens ideo ista sat esse, nam oportet priusquam nubat, quòd rationem reddat, & quòd non ualeat pœnitere, nisi simulatè istud faciat, quod fuit secutus In l. precibus. in 8. colum. C. de impu. & ali. substi. affirmat Aret. insti. de patro. tutela, circa finem, declarans quòd eo ipso quòd mater explanat animum suum velle secundum virum accipere, est suspecta, sequitur amplè Lectius in ea. ex parte, in secundo. de appellat. de quibus meminit silua nuptialis fol. 66. nume. 50. quæ relatis aliquorum opinionibus circa ista nullam firmat, & si dicat, matrem posse penitere, & si de voluntate mariti ista faceret, hæc non procedere, de quibus fuit facta mentio in decisione 281. & quod valeat penitere, videtur facere text. l. cætera. §. fi. ff. de leg. primo, vbi quod quis destinatum ad vnum, potest ad alium conuertere, & sic ex iis videtur passus dubitabilis, & nisi esset ista decisio sacri consilii, ego tenerem, matrem per ista priuari, si non pœniteat, quia videtur magis communis opinio. nam fulcitur bonis rationibus doctoribusque maximè autoritatis. si placet hæc opinio, dicas ipsam non habere vires in patre, qui etiam si transiuisset ad secunda vota, quod

2 est fortius. † non priuatur tutela. declarat Barto. in l. nonnunquam, de adoptio. & Ange. in l. ex facto. ff. de vul. & pupilla. in princi. nam mas siue vir est maioris constantiæ quàm fœmina, & propterea non immeritò de iure concluditur, vitricum

3 posse dari † tutorem priuigno, sicut vltra hos affirmat glos. in l. si pater. C. de contra. iud. tute. Bald. in consilio 310. in primis videndum. quarto volum. Curtius Iunior in consilio 94. tertio volum. num. 8. amplè Aimon in consilio 190. in præsenti numero 7. sed penes eum minimè educari, seu alimentari omnes concludunt, sed si tenemus opinionem Afflic. hic, dicas eam procedere in tutela suscepta, quòd eam non amittat; eo ipso quòd declarat velle nubere, secus verò si nondum inter tutelam suscepisset, nam ei non traderetur, postquam declarauit velle ad secunda vota transire, vt declarat Baldus in additioni. ad specu. in titulo de tutore. primo libro, folio 96. nisi pœniteat ut suprà, sed an iura loquentia de marito militent in sponsa, sunt anno. supra in decisione 61. Circa secun-

4 dum † dubium, quòd tutori allegato suspecto lite contestata interdicatur administratio vltra Aret. in §. si quis autem. Insti. de suspe. tuto. glo. notabilis in secunda quæstione quinta, declarat Paris in sindic. in uerbo accusatus, fol. 18. qui explanat, an hæc militent in officiali. Ias. qui. mo. tu. fini. §. h. aliqua Bot. in decisi. 77. & qoia, num. 13. Cassa. consilio 60. nu. 8. vbi ait

5 † diuersam rationem in prælato, qui maiorem administrationem habet ipso tutore, ex quo fructus bonorum ecclesiæ sunt proprii, quod etiam sequitur in consuetu. Burgun. des infans, Rubr. 6. fol. 219. Aufrerius in decisi. 371 quæ omnia intelligerem, ut locum uendicent, nisi his fuisset astutè siue simulatè, & non uerè, sed procurata ad effectum prædictum remouendi tutorem ab administratione per ea, quę voluit Soc. in consilio 208. in 1. uol. Alexan. in consi. 65. 5. volum. de eo quod dicunt de emptore procurante ei litem moueri, ut sibi caueatur ante precium solutum. uel ad effectum, ne ipsum persoluat uenditori, nam non prodest, sicut fuit notatum supra in decisi. 171. item & illud, quòd debitor non excusetur, si ex mandato procurato, ae si aliquis fuisset creditor sui creditoris fiat præceptum, ne soluat, iuxta no. supra in decisio. 228. & 345. de muliere remittente hypothecas in fraudem creditorum, ne ipsas possit cedere lite mota. quæ vera mihi uidentur & de iure nisi innare, licet contra videantur affirmare Barto. & alii in d. §. sunt quædam. quod uidetur mirum. Sed an hæc militent, quando tutor fuisset persona coniuncta pupillo. text. l. si tutor. ff. de

6 su. tut. uidetur dicere † quòd non, sed quòd in hoc casu debeat eidem dari adiunctus, quæ debere fieri non solum a principio litis motæ de suspecto, sed etiam finito iudicio, sed in contrarium ponderatur text. l. 1. §. cum ostendimus. ff. eod. qui vult,

7 patronum tutorem liberti † in totum remoueri ut suspectum & tamen tutor patronus cum consanguineo æquiparantur, pro uera resolutione vlt. glossam, & scrib. in locis supra narratis uidendum Goza. in consi. 17. qui dat plures solutiones in istis, & maximè quòd quando fuisset magnus excessus in d. tutore coniuncto, ut quia non confecisset inuentarium, quòd debeat in totum remoueri, non obstante quod se alleget personam coniunctam, sunt anno. supra in decisi. 207. licet Corn. in consilio 198. quamquam primo uolum. & in consilio 175. licet 3. uolum. affirmat hæc esse arbitraria, ubi etiam enumerat alias iustas causas suspitionum ad remouendum tutorem, cum quibus uidendus Lup. in rep. cap. per uestras. de dona. inter uir. & uxo. §. 17. 18. qui narrat, quando quis propter solam suspitionem malæ administrationis remoueatur &c. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCLVIII.

De retractanda sententia executione, & uenditione facta non seruata iuris forma.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiæ an retractanda nō seruata iuris forma.*

2 *Executio bonorum nobilium pro debito, infra quam summam dicatur esse de iure, qua omissa actus inde sequentus dicatur nullus.*

Executio mobilium prius fienda in paruis debitis.

Executio mobilium quam relationem debeat facere.

3 *Citatio est de substantiam super decreto uenditionis terræ pro debito.*

Citari an debeat pars in subhastatione pignorum iudicialium.

4 *Creditor missus in possessionem pignorum non efficitur dominus; nec facit fructus.*

Debitor per adiudicationem iudicialem, priuatur dominio rei suæ.

5 *Executori pignoris vendendi onus incumbit non parti.*

Creditori bona subhastata quando adiudicanda

6 *Emptorem non reperiri, vel iustum pretium non offerri, parificantur.*

7 *Pignoris adiudicatio facta plus debito ruit in totum.*

8 *Executio expensarum non fit de stylo pendente sententia reuisione.*

IN causa inter nobilem Antonium Carazolum de sedili Nidi, & Troianum Venatu, & Bernardum de Dura nobiles de sedili portus, fuit discus-

1 sum, † utrum executio sententię sacri consilii facta super quadā terra ipsius Ant. & postea uēdita per Troianū d. Bernardo, debeat retractari tanquā facta non seruata iuris forma. Et fuit uotatum per Sacrum consilium, quòd debeat retractari, tam executio, quàm uenditio prædicta rationibus infrà scriptis. Et prima, quia literę executoriales sententię latę in Consilio cōtrà Antonium pro certo debito dicebant, quod executio fieret pro dicto debito iuris forma seruata. Et Porterius, cui cōmissa fuit executio, non accessit ad domum dicti Antonij ad faciendum executionem bonorum mobilium.

2 † Maximè quia debitum non erat magnū, sed infra ducatos 50. prout ista executio erat de iure, ut in l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de iud. & habetur in c. quoniam frequenter, ut lite non contest. cum si. sed fecit executionem super dictam terram, & ipsam consignauit dicto Troiano, & Troianus postea ipsam uendidit d. Bernardo. Et ideò propter omissionem dictę executionis dictus actus

inde

inde secutus redditur nullus, ut dicunt Io. de Imo. in d. §. in uenditione. & Fel. in c. quò ad consultationem 9. col. de re iud. debuit executor referre in Consilio, quod fuit in domo Antonii, & nihil inuenit secundùm Bar. in d. §. in uendirione, & Bal. in auth. sed hodie, C. de act. & obl. cum conc. Secũda ratio, quia d. Ant. non fuit citatus super decreto, quod
3 terra ipsa uendatur, † quæ quidem citatio erat de substantia, ut in l. creditor. C. de distra. pig. & in l. fi. C. de iure do. impetra. & in l. debitores, C. de pig. ubi dicit gl. quod ista requisitio est de necessitate. Et licèt quando posteà pignora iudicialia exponũtur uenalia, & uenduntur, pars non debeat citari de necessitate, tamen quando datur potestas uendendi, debet pars citari, ut dicit Alb. in d. l. creditor, &
4 ratio est; † quia creditor missus in possessionem nõ efficitur dominus, nec facit fructus suos, ut in l. 1. & 2. C. de pig. act. & in l. dominium, C. de pig. no. Ale. in d. l. diuo Pio. §. si pig. Si ergo debitor per adiudicationem iudicialem priuatur dominio rei suæ, & per ueuditionem executoris, necesse est, quod debeat citari super hoc, per tex. in l. de unoquoque. cum sim. ff. de re iud. Et tantò magis; quia per decretum S.C. fuit prouisum, quod dictus Ant. citaretur. Tertia ratio est, nam dicta terra fuit uendita per dictum Troianum creditorem absque eo, quod per iudicem fuisset sibi adiudicata pro debito, sed solum ipsam possedit in uim executionis debiti, & sic iure pignoris possedit, & sic noo facit fructus suos, ut supra dictum est. Et licèt per sacrum Consilium commissum fuit porteriis, quod dictam terram vendant legitimis subhastationib. & referant in Consilio, nihil de hoc actum fuit. Sed ipse Troianus uendidit dicto Bernardo, quod non potuit
5 uendere; † quia executor est ille, qui debet uendere pignus captum in causam iudicati, & non pars, ut in l. 1. & 2. C. si in causam iudi. & l. ordo. C. de executi rei iud. & in l. si pignore, C. de euictio. Quarta ratio; quia quando bona capta in causa iudicati subhastantur, & non reperitur emptor, qui emat pro iusto pretio, non uenduntur uiliori pretio, sed debet creditor sibi illa bons adiudicari facere iusto pretio, & sic præcedente æstimatione expertorum, tex. est in d. l. 1. C. si in causam iud. cuius summarium hoc dicit secundum Sal. bona condemnati debent per iudicem capi alteri, quàm creditori, nisi in subsidium, si alium non reperit emptorem iustum tunc per iudicem creditori ad-
6 iudicabitur pro iusto pretio. † Et ideo dicit Bal. in l. 2. C. eo. ti. quod paria sunt, emptorem non reperiri, uel iustum pretium rei nõ offerri. Et propterea S. C. fecit dictam terram appretiari per expertos, & fuit æstimata ducatis quinque pro quolibet modio, & terra est octo modiorum, & sic est æstimationis ducatorum 40. & debitum, de quo in sententia d. Ant. fuit condemnatus, non est nisi ducatorũ
7 16. de auro. † Quinta & ultima ratio, quando adiudicatio pignoris fieret plus debito; quia plus assignaretur, ruit io totum, non solum in illo pluri, secundùm Bar. no. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. & Bald. in l. certi condictio. §. quoniam igitur, ff. si cer. pet. & Ale. in d. §. si pig. circa fi. secus si fuisset erratum in æstimatione, tũc valebit pro rata concurrentis debiti, secundum Pau. de Ca. & Ale. in d. §. si centum, nec debet haberi ratio expensarum in lite per d. Troianum, ad
8 quas d. Antonius fuit cõdemnatus, † quia de stylo S.C. est, quòd non fit executio pro expensis condemuati pendente reuisiooe sententiæ S.C.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLVIII.

1 *Si non fuit seruatus ordo legis, a diuo Pio, quia fuit facta executio, & deinde venditio dicto ordine non seruato, an venditio nulla. quòd sic secundùm magis communem, & ponitur casus in facto.*
2 *Fauore pupilli potest fieri executio primo contra nomina debitorum, & an executio ipsa possit fieri ad res ad usum quotidianum destinatas.*
3 *Non repertis emptoribus bonorum mobilium an creditor teneatur illa sibi adiudicare.*
4 *Venditio quæ fit de bonis captis in causam iudicati debet fieri præsenti pecunia, aliàs non valet.*
5 *Citatio est necessaria, priusquam procedatur ad pignoris venditionem.*

1 QVòd quando non † fuit seruatos ordo legis, a diuo Pio. §. in uenditione. executio non fit nulla, sed ualida, & sic debeat appellari, & sic contra hanc decisio. tenet Barto. in d. §. in uenditione. & ibi Ias. qui dicit hanc esse magis communem opinionem, & Socin. in consil. 158. uisis, secundo uolum. 16. qui etiam dicit istam opin. communem, quia habet secundum eum luminaria iur. ciui. & cano. econtra verò, & sic cum ista decisio. conuenit Alexan. in dicto §. in venditione. Fely. in cap. dilectos, colum. 7. de rescrip. & in cap. sicut. de re iu. quem refert, & sequitur Cass. in consuetu. Burg. des tentes, Rub. 18. num. 19. fol. 107. qui pro hac opi. alios adducit, quam opin. fuit etiam secutus Matan. in suo Speculo, in parte 6. fol. 163. num. 9. & 10. comprobat etiam Cotta in memo. in uerbo lex, quæ loquitur conditionaliter, de iure se ascribit Gui. Papa, secus de consuetud. in Francia in decisio. 281. in statuto, & 568. de iure. quod censeo tenendum, ex quo d. §. in venditione, dat formam, quæ data a lege præteriri nõ potest l. si unus. C. de testamen. l. non dubium. C. de leg. cum simili. & not. Alexan. & scrib. in locis supra citatis, prout ego sic semper uidi in praxi obseruari in sacro consilio, & maximè in quadam causa Illustriss. Comitis Casertæ, & Creditorum Illustriss. Ducis Adriæ Senioris anno 1552. in qua causa fuit actuarius Laurentius Mariotta. nam fuit anoullata executio non seruato dicto ordine, & quòd hic, qui fuit destitutus possessione a iudice iuris ordine non seruato, valeat interdictum recuperandæ mouere, sunt annota. supra in decisio. 308. sed hæc omnia limitat pratica Papien. in forma libelli, quando pe-
2 titur executio sententiæ fol. 57. quando † executio ipsa fieret contra pupillum, nam ipsius fauore executio ipsa potest fieri contra nomina debitorum l. magis puto. §. si æs, & ibi Barto. ff. de re. eorum, vbi etiam limitat circa bona ad vsum quotidianum, nam in prædictis non seruatur ordo. d. §. in uenditione, quia non capiuntur in causam iudicati, & insuper quod
3 bona mobilia non reperto emptore † creditor sibi adiudicare non tenetur, & circa prædicta uolo, quòd (si nescis) aduertas ad unum, si sapis minimè, quòd quando dicta uen-
4 ditio fit præcedentibus subhastationibus † quòd cures illam fieri præsenti pecunia, aliàs foret nulla tex. d. l. a diuo Pio. §. sed si emptor, qui de prædictis dat rationem, nam necessarium foret contra hanc exequi seruato iterum ordine d. §. in uenditione, & iterum venditionem facere, aliumque emptorem reperire. igitur dicit ibi iureconsultus, melius facit prætor si se non interponat, quæ putaui notanda, si acciderint in facto transeuntque sine aduertentia, declarat aliqua Ma-
5 ranta in loco supra citato † & de citatione priusquam procedatur ad pignoris venditionem, & alia dat doct. Nicosan. in tract. pigno. fo. 152. an autem possit agi contra singularem successorem euentem in fraudem, sunt anno. infra in decis. 396.
Car. Vrsill.

DECISIO CCCLIX.

De impensis necessariis in re dotali factis per heredem mariti non repetendis.

SVMMARIVM.

1 *Expensę necessariæ in re dotali factæ quę dicantur.*
2 *Impensę necessariæ in fundo dotali factę per uirum minuunt dotem, si non sint modicę.*
3 *Impensę in re dotali factę quando videantur testante marito remissæ.*
4 *Impensæ necessariæ factæ in re dotali per uirum, quando hæredi uiri refundendæ per vxorem.*
5 *Expensarum deductio nulla fit, cum legans refert se ad factum, & ad principium contractus.*
6 *Dos legata an & quando requirat instrumentum.*
7 *Donatio facta per uirum vxori constante matrimonio morte confirmatur.*
8 *Liberatio legata per uerbum præteriti temporis, an extendatur ad debitum exactum, & quid si per uerbum præsentis temporis.*
9 *Cedens omnia iura & actiones, an includat actiones contra obligatos in diem competentes.*
10 *Vxor an possit statim mortuo uiro dotem petere, & quando.*

IN causis conuentionis & reconuentionis inter
dominam Magdalenam de Anna uxorem quondam nobilis Seueri Mociæ ex una, & nobilem
Mociam de Mocia de sedili Portę nouæ hęredem
1 dicti Seueri ex altera fuit dubitatum. † Si dos consistat in pecunia, et in una domo data inęstimata ruinosa, & maritus fecit multas expensas necessarias,
& magnas in dicta domo, quæ si factę non essent,
domus cecidisset in collapsum, & deterior facta
fuisset, & istę dicuntur necessarię impensę, ut in l.
1. §. fin. in uerbo, si ędificium ruens &c. cum ll. sequentibus. ff. de impensis in reb. do. fa. & in l. impensę. eo. tit. & no. in l. impensæ ff. de uerb. sign.
deinde maritus in testamento fecit hęredē uniuersalem dictum Mociam, & dictæ suę uxori legauit
ducatos septingentos dotales, & ducatos tricentos
quinquaginta pro antiphato iuxta tenorem in-
2 strumenti dotalis. † Verum dictus heres possit repetere illas necessarias impensas, factas per maritum à dicta domina Magdalena eius uxore. Et antequam deueniatur ad decisionem, est pręmittendum unū necessarium, videlicet ꝙ impensę necessarię factę a marito in fundo dotali dota. inęstimato minuunt ipso iure dotem, idest pecuniam,
datam in dotem cum ipsa re dotali, ut est tex. in l.
unica §. sed nec ob impensas C. de rei uxo. act. &
in l. quod dicitur, & ibi per Bar. ff. de impensis, &
patet in l. si is qui, §. quod dicitur, ff. de iure do. &
tangit Bar. in l. impensę ff. de impensis dota. fac.
dummodo non sit modicę, ut dicitur in l. omnimodo, cum seq. ff. eod. tit. Hoc pręmisso in dubio
pręędicto fuit determinatum, ꝙ ex quo testator
expresse legauit vxori certam quantitatem pro dote & antiphato iuxta tenorem instrumentorum
3 dotalium † q. uidetur testator remisisse dictas impensas factas in domo dotali, & hoc per text. in l.
Mæuia. §. à me. ff. de legat. 2. & ibi Bal. Ang. & Pau.
de Cast. & uolunt communiter doc. in l. si prior. ff.
sol. mat. & in l. si non designata. C. de falsa causa
adie. leg. accedant ad hoc no. per Paul. de Cast. &
Ale. in l. cum qui. §. mulier. ff. de iureiur. & in l. nō
tantum, per Io. de Imo. & Ale. ff. de rei ud. & pro
ista decis. est tex. in l. cum quis, in princ. iuncta gl.
in uerbo, legatariam ff. de dote pręleg. & ibi Bar. &
hoc uerum, nisi dos fuisset legata simpliciter non
expressa certa quantitate, & idem dicitur in l. pręallegata, ut ibi Bar. eo. tit.
4 † Nec obstat id, quod dicit Pau. de Cast. in d. §. a me in fin. ubi dicit, quòd
stante legato facto sub istis uerbis, quicquid nomine dotis ad me peruenit, vel quicquid nomine
dotis mihi tradidit, lego vxori. An hęres mariti poterit petere expensas necessarias factas per maritum iure dotali, tunc si mulier dedit in dotem
fundum & pecuniam, in quo fundo erant expensę necessariæ faciendę, quas maritus fecit, & non
uidetur pecunia peruenisse, & sic fiat deductio expensarum, quasi à principio illa pecunia videtur
data partim ut expendatur, & partim retineatur,
& dicit, quòd ista est notabilis limitatio. Quia diuersitas facti resoluit hanc contrarietatem, nam
testator expresse legauit certam quantitatem, quo
casu secundum omnes habebit legatum sine diminutione, secus quando legauit, ut suprà dictum
5 est, non expressa certa quantitate. † Nec obstat id,
qđ dicit idem Pau. in d. §. à me, in prin. ꝙ si legans
retulit se ad factum ad principium contractus, &
tunc nulla fit deductio expensarum. Si uerò retulit se ad ius, puta ad dotē, & sic habuit respectū ad
tempus pręsens, & fit deductio expensarum necessariarum, unde cū testator legauit ducatos septingentos iuxta tenorem instrumentorum, ideo uidetur legare id ad quod de iure tenetur. Et sic debet
fieri deductio expensarum. Quia ad hoc faciliter
fuit responsum, ꝙ Pau. de Cast. non loquitur, quādo in legato fuit expressa quantitas, prout erat in
casu, de quo agitur, & ideo dicebat noster Neap.
in consue. quę incipit, dos & quarta. quid si dos
est legata, an sit necessarium instrumentum, quòd
6 aut fuit expressa quantitas, aut res certa, † & tunc
non est necessarium instrumentum, ff. de dote pręleg. l. 2. §. pen. & ff. de leg. pręstan. contra tabulas
bono. pos. l. is qui §. pen. in gl. in uerbo, sub prætextu, nisi fuisset demonstratum instrumentum,
puta centum, quę uxor dedit mihi in dotē, prout
cōtinetur in instrumento, sibi lego, ut inst. de lega.
§. sed si uxori. Si uerò non fuit expressa quantitas,
puta dotem, quam mihi dedit, lego, tunc debet probari data saltem per testes &c. nec sunt paria legare dotem solutem non expressa quantitate. Et legare centum soluta uiro pro dote, vt patet ex prędictis. Et sic domina Magdalena per sacrum Consilium fuit absoluta à dictis expensis factis per maritum in dicta sua domo dotali, & ad hanc sententiam comprobandum concurrebant alię rationes,
uidelicet depositiones aliquorum testium dicen-
7 tium † quòd maritus constante matrimonio donauerat uxori dictas expensas, quę donatio fuit
morte confirmata; quia non fuit reuocata, & per
consequens est ualida, ut in l. cum hic status. ff. de
donatio. inter uirum & ux. & in l. donatio. C. eodem. Item quia dictus maritus in suo testamento
gene-

generaliter legat liberationem suis debitoribus, quos in futurum post eius mortem reperiri contingat pro quauis causa, quòd dicti debitores ad aliquam satisfactionē nō teneantur, ne sint quolibet obligati, cum testator ipse totum quod sibi debetur à quibuscunque, illud eisdē legauit pro salute suæ animæ ac remissione suorum peccatorum, excepto quodam debito Ioannis Sagliani, talis exceptio firmat legatum generale, iuxta tex. in l. nam quod liquidæ, §. si. ff. de pen. leg. cum simi.

8 †Et si diceretur, quòd istud legatum non comprehendit dictam dominam Magdalenā, quæ constante matrimonio non erat debitrix, & sic liberatio nō comprehendit eam, ut in l. creditor. in prin. de libera. leg. quam ad hoc pro singulari allegat Franc. de Aret. in cons. 46. dicens, quòd si debitū fuit exactum, & legetur liberatio etiam per uerbum præteriti temporis, liberatio ad illud non extenditur, quia non subsistit debitum, nō potest cadere liberatio. Ad hoc responsum fuit, quia testator loquitur, ubi post eius mortem in futurum reperiri contingat ipsum testatorem apparet creditorem, legat liberationē, ergo si domina Magdalena soluto matrimonio esset debitrix dictarum expen-

9 sarum, est sibi legata liberatio ad hoc debito. †Imò fortius quidam doctor dicebat, quòd etiam si dictum legatum fuisset relictum per verba præsentis temporis, dicitur cessisse dies, attento quòd ante diem dicitur orta obligatio, licèt obstet exceptio, ut in l. centesimis, in princi. ff. de verb. obl. & not. gl. in l. item quia. §. 1. ff. de pactis, & in l. certi cond. in princ. in uer. agere. ff. si cer. pet. & Bar. in l. ita stipulatus, in 3. princ. q. ff. de uer. obl. Et ideò dicebat Bal. in l. & si post tres, ult. char. ff. si quis cautio. quòd si cedo omnia iura & actiones, uideor cessisse etiā actiones mihi competens contra obligatos in diē, de quo tamen per Alex. in l. si stipulatus fuerim, §. 1. ff. de uerb. obl. Item quia testator dilexit vxorē suam & non solum legauit ei dotem expressā quan-

10 titate certa, †per quod potest statim illam petere, ut in l. 1. ff. de dote præleg. & in l. 1. C. de rei uxo. actione, sed etiam legauit medietatem integram omnium, & quorumcunque bonorum mobiliū, & supellectillum, per quę legata præsumendum est etiam, quòd testator noluit dictam suam uxorem ab eius hærede inquietari de dictis expensis factis per eum in dicta domo dotali, cū si noluisset declarasset.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXIX.

1 *Expensæ minuunt dotes, quando sunt magnę secus in paruis, & quid de expensis factis in exigendis nominibus debitorum per maritum, an minuant dotes.*

2 *Facto legato per maritum non expressa quantitate an videatur expensas factas in exigendis nominibus debitorum remisisse.*

3 *Si maritus legat dotes præsente vxore, an potest pœnitere, suámque confessionem reuocare.*

4 *Legatum factum vxori, an debeat ipsa uxor dotem habere præcipuam.*

5 *Dotem legatam vxori a marito, an debeat ipsa vxor habere incontinenti, etiam quòd sit in pecunia, & quid in interesse, siue interusurio dotium.*

a CVm hac decisio † quòd expensæ minuant dotem, conuenit Alexand. in consilio 162. 7. volum. vbi plura tradidit, expensas necessarias dotem minuere, voluit etiam Capra in consilio 135. & istud in magnis, secus in paruis. sed iuxta hęc quæritur, an hæc procedant in expensis erogatis in exigendis nominibus debitorum per maritum, quæ forte fuerunt eadem in dotem consignata, & glo. 2. in l. prima, §. primo, in uersicu. non sint. da excep. in re. dota. tenet quòd non, contra

4 quam insurgit ibi Barto. nam dicit ipse dictas expensas pertinere ad perpetuam rerum vtilitatem. Bald. uero in l. secunda, C. de act. & oblig. fuit secutus opinionem gloss. debere maritum has expensas cum fructibus pecuniæ exactæ excomputare, & si minus percepit, agere vtili negotiorum gestorum, quæ refert & amplectitur Cass. in consuc. Burgu. des doitrea. Rub. 2. fol. 174. sed pro ueritate inspiciendus Ias. in institu. de acti. § per retentionem, numero 5. qui relatis opin. approbando opin. Barto. dixit, nam aut vir recipit nomen debitoris extimatum, & tunc expensas erogatas in exigendo hoc nomen debitoris non recuperat, ex quo omne commodum, siue incommodum est ipsius viri, nam dominus a principio effectus, sicut fuit dictum supra in decisio. 270. si uerò recipit simpliciter, & sic inextimatum, tunc repetit magnas, paruas verò minimè, sic ait procedere glo. in d. l. prima, quam opi. videtur etiam comprobare idem Ias. in l. diuortio. §. impendia. ff.

a solu. matrimo. Circa † verò aliud dubium, an per legatum factum simpliciter a marito non expressa quantitate dotium expensæ necessariæ factæ à marito censeantur remissæ, declarat alius nemo, prius reperire valui, Sal. in dicta l. 3. C. de fal. cau. adiecta lega. qui dixit, nam aut maritus testator vsus fuit verbo præteriti temporis, ut lego tibi uxori meæ, quæ mihi in do-

2 tem dedisti, & tunc expensæ factæ non minuunt dotem, &

3 sic procedit tex. l. nomen. § actiæ. ff. de lega. 2. † secus verò quādo dotes fuissent relictæ simpliciter non expressa quantitate per uerba præsentis temporis, ut lego tibi uxori meæ dotes tuas, uel quæ habui ex dotibus tuis, quia tunc in marito dos minueretur per expensas, secus in extraneo, quæ omnia sanè intelligas procedere, quando maritus legasset dotes simpliciter non expressa quantitate dotium, secus verò foret, quando expressa dotium quantitate, dicendo lego centum vxori meæ, quæ in dotem habui, nam tunc non solum dos integra debetur, nec diminutionem aliquam pateretur ob expensas, uerum hæc confessio non posset a marito reuocari, quando fuisset facta vxore præsente in ipso actu testamenti, consuluit Alex. in consi. 45. habita 1. volum. colum. 3. & declarat Afflict. hic, & Bald. Nouellus in tracta. dotium, in 8. parte princip. in 13. priuilegio. sentit Crem. in singu. 106. si feu. & ex quo sequitur vnum commodum ipsi mulieri, quando dotes fuerunt eidem a suo viro legatæ, est enim & aliud, quia si de-

4 monstratur factum legatum extra dotes, habebit † vxor vtrumque, non enim intelligeretur factum animo compensandi, tex. l. vnicæ. §. sciendum. C. de rei vxo. acti. quod intelligas,

5 vt fuit notatum supra in decisi. 44. colum. 3. † est similiter & aliud commodum mulieris habentis legatum dotium, nam si cēt de iure hæres mariti gaudeat anno ad soluendum dotem consistentem in pecunia dicta l. unica. §. exactio, & est etiam consuetu. Neapo. viro mortuo, quæ dat aliud tempus ibi præfinitum ad dotes restituendas, tamen existente huiusmodi legato dotium statim mulier a die aditionis hæreditatis valet istas dotes exigere, curruntque vsuræ, siue interesse dotium nō solutarum, declarat Aret. in insti. de lega. in dicto §. si vir vxori, quod dicit notandum pro mulieribus, quod dictum, aut sit simpliciter verum, scilicet quòd legata debeantur incontinenti vxori, vel debeat fieri distinctio, si hæres sit in mora, vel si sint percepti fructus ante aditam hæreditatem, vel post, not. plenè per scri. in l. prima, cum seq. de vsu. & fructum leg. tex. l. Herennius. ff. de vsuris. scrib. in l. soltanus. §. primo, ff. de lega. primo, Corn. in consi. 200. ad audeat. etiam quarto uolumine in litera L. M. qui indistinctè tenet, quòd fructus percepti per hæredem de re legata post mortem testatoris hæreditate adita legatario domino recta via differentiæ restituere etiam ahos ante aditam hæreditatem, secus verò in pecunia. Pau. de Castr. in consilio 242. viso testamento. ubi quando dilatio causa legatarum, quòd interesse medii temporis debeatur, secus quando fa-

6 uore hæredum. item habet alium effectum legatum † dotis, quia excludit compensationem secundum Gram. in cōsi. 134. num. 10. in e. ui. scrib. in l. diuortio. §. donationes. ff. solu. matr.

Ces. Vrsill.

DECISIO CCCLX.

De iuramento in litem dando propter non confectum inuentarium in tutela administrata.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem an præstandum propter inuentarium non confectum in administrata tutela.*
2 *Tutor sine inuẽtario tutelã gerens in dolo pręsumitur esse.*
3 *Tutor qui librum rationum non confecit, suggerit parti iuramentum in litem, præsumitur in dolo esse.*
Tutor qualiter debeat se agere in libro rationũ scribendo.
4 *Iuratur in litem propter latam vel leuem culpam in actione tutelæ.*
5 *Doli pręsumptio propter inuentarium per tutorem factũ, an sit iuris & de iure.*
6 *Dolum minima causa excusat.*
7 *Frater bona communia administrans uidetur proprio nomine regere.*
8 *Iuramentum in litem sine dolo non pręstatur.*
Forma dandi iuramentum in litem.
9 *Taxa ante iuramentum in litem est facienda.*

INter Marcum Saxi, & fratrem ex vna parte agẽtem, & Petrum Saxi conuentum super redditione ratione administratę tutelę tam pro mensibus 13. quibus tutelam administrauit sine inuentario, & postea pro annis 13. confecto inuentario per
1 fratrem Matthęum & Petrũ pręrdictum. † Et quia dictus Petrus non confecit liberum administrationis tutelæ, nec inuentarium tutoris fecit post mortem communis patris, & administrauit tutelam sine inuentario per dictos 13. menses, fuit per dictos actores petitum, quòd eis detur iuramentum in litem, per tex. in l. tutor, qui repertorium, ff. de admi. tut. ubi dicitur, quòd non licet tutori administrare non confecto inuentario. Ad idem in l. tutores. C. eod. tit. & est tex. expressus in l. 1. C. arbi. tut. secundùm Bar. in d. l. tutor, & si administrat non confecto inuentario, potest iurari in litem contra eum, quia uidetur esse in dolo, secũdũ
2 Bar. in d. l. tutor. † Secundò, debet dictis actoribus dari iuramentum in litem, non solum propter dictum inuentarium non confectum; quia ex hoc solum præsumitur in dolo, ut dicit tex. in d. l. tutor, sed etiam, quia dictus Petrus nullum librum rationum confecit, ut in l. 1. §. de officio. ff. de tute. & ratio. distra. & ibi doct. scribentes, in quo debent scribi omnia bona & credita sigillatim, & nõ in genere, ut dicit Bar. in d. l. tutor, & Pet. de Anch. in cons. 317. & Bar. in cons. 130. inci. cum prędicta examinarem. in fi. allegat l. antep. ff. de cond. & dem. & Ang. in cons. 276. incip. tutor alimentauit, & Bal. in 1. vol. cons. 353. incip. ad euidentiam, & Ang. in cons. 285. incip. quoniam in facto assertũ
3 est &c. † & si non confecit librum, præsumitur in dolo, arg. l. si quis ex argentariis. §. pe. ff. de eden. cũ si. & ideò iuratur in litem contra eum, ut dicunt Imo. post Ant. de But. in c. cum in officiis, de testa. & Bal. in auth. licentia. C. de epis. & cle. & hoc firmant Lud. in cons. 413. inci. quò ad primum, quo quæritur, & Pau. de Cast. in cons. 360. inci. aduertendo, quòd si de mala reductione computorum, & quando non fuisset in dolo pręsumpto, fuisset
4 in culpa, † & in actione tutelæ propter culpam latam uel leuem iuratur in litem, ut in l. is qui. & in l. alio, C. de in litem iurando, secundùm Bar. in l. in actionib. ff. de in litem iurando. In contrarium pro parte ipsius conuenti dicitur, quòd non debet dari dictis actorib. dictum iuramentum in litem contra ipsum, ex quo ipse non fuit in dolo in non conficiendo librum inuentarii, nec librum rationum; quia licèt ius præsumat dolum in tutore nõ conficiente inuentarium, per iura præallegata, tamen ista præsumptio non est iuris, & de iure, ita
5 quòd non possit probari contrarium. † imò potest probari contrarium, quod patet, quia tex. in d. l. tutor, qui repertorium, dicit, quòd iusta causa excusat tutorem a confectione inuentarii, ut dicit tex. ibi, ergo probando iustam causam, quare non fecit inuentarium, non est in dolo, & per consequens non potest contra eum dari iuramentum in litem. Et dicitur, quòd in dicto cõuento iusta causa non conficiendi inuentarium per 13. menses fuit; quia communis pater eorum, uidelicet notarius Rennus in suo testamento dedit tutores dictis filiis suis Io. & Ant. de Saxis filios suos maiores, qui statim post mortem communis patris se excusauerũt aliquib. causis expressis a dicta tutela in iudicio, & super hoc fuit diu litigatum, et ideò hac lite pendente non fuit confectum inuentariũ tutoris; quia nesciebatur dictæ litis futurus euentus, hęc enim causa debet excusare ipsũ Petrũ à dicto dolo pręsumpto ex nõ cõfectione inuentarii;
6 † quia etiã quælibet minima iusta causa etiã minus legitima debet excusare à dolo præsumpto, ut in l. igitur. §. potest. ff. de lib. causa. l. 1. in fin. in glo. ff. de abige. l. plagii. & ibi glo. ff. ad leg. Flani. de plagi. quę iura ad hoc alleg. Ale. in 2. uol. con. 211. inci. vilis & discussis &c. vlt. co. Nec ob. id, quòd dicitur, ꝙ si propter litem prædictam super excussione computorum non fecit inuentarium, debuit ipse Petrus abstinere ab administratione, cum non confecto inuentario scire debebat, ꝙ admini-
7 stratio à iure est sibi interdicta, per d. l. tutor. † Quia ad hoc ipse Petrus respondebat, quòd bona hęreditaria, quæ fuerunt communis patris, erant communia inter eum & dictos pupillos, & sic ipse possedit bona communia & administrauit, possedit & administrauit iure proprio, & non ut tutor uel nomine pupillorum, quia non apparet, ꝙ nomine pupillorum administrauit, & ideò in dubio uidetur gessisse nomine proprio & non tutorio, vt probat tex. in l. Titium & Męuiũ §. pręfectus legionis ff. de administ. tut. quem textũ ad hoc allegat Ale. in 5. vol. consi. 152. in ver. tamen pręmissis. & in consi. 134. uersi. circa prędicta &c. Et multa in facto allegauit ad excusationem doli pręsumpti & culpæ. Et ideò cessante uero dolo & culpa debet
8 cessare iuramentum in litem. † quod sine dolo præstari non potest, ut not. in d. l. in actionibus ff. de in litem iurando. cum concordant. & eadem excusatio allegatur in dolo præsumpto, quia non confecit librum rationum, iuxta no. per Bar. in d. l. tutor. cùm aliis suprà allega. Fuit per dominum nice protonotariũ & per maiorem partem dominorũ de Consilio post longam discussionem habitam

conclusum, dandum esse iuramentum in litem dictis actoribus taxandum & moderandum per dictum sacrum consilium antequam iuretur, secundum Bar. in d. l. in actionibus. vlti. colum. & no. in capitu. si. quod metus causa. & l. si quando C. vnde
9 ui. † postquam iuratum est, texare non potest; qa redargueretur periurium, ut in aut. sed nouo iure C. de iud. & no. Bar. in l. uideamus § iurare. ff. de in litem iurando. nec allegata per d. Petrum mouerunt aliquid mentem consilieriorum ad non interponendum dictum decretum.

ANNOTATIO

IN DECISONE CCCLX.

1 *Iuramentum in litem defertur contra tutorem administrantem non confecto inuentario vltra alias pœnas, nam stante vehementi opinione subtractionis bonorum potest subiici quest.*
2 *Quando tutor non posuit omnia bona in inuentario, an ista procedant, quando tutori fuisset relicta liberatio.*
3 *Tutor, qui male administrauit, & non est soluendo, an luat in corpus, & an tutor qui administrauit non confecto inuentario possit petere se confirmari.*
4 *An quis possit esse tutor pupilli, qui habet bona communia cum ipso pupillo.*
5 *An tutori sat sit conficere inuentarium in parte, vt excusetur.*
6 *Quod commune est meum est quò ad dispositionem partis meæ, & an in re communi cadat furtum.*
7 *Quando quis facit actum, in dubio censetur facere, prout sibi est magis expediens, ubi an nomine proprio, vel alieno censeatur facere, & an quælibet causa etiam iniusta excuset a dolo.*
8 *Tutor an utendo parte sua, & pupilli excusetur.*
9 *Quis an uideatur hæreditatem adire, quando capit partem suam, & alterius, & si partem tangentem socio.*
10 *Quæ debet facere tutor, priusquam administret, & liber rationum quę debet continere.*
11 *Tutor excusatur, si non confecit inuentarium, quando pupillus est prorsus egenus, item quando non fecit librum, & aliunde demonstrat pupillum non grauasse.*

1 QVòd debeat dari iuramentum † in litem contra tutorem administraotem non confecto inuentario libroque rationum, & sic cum hac deci. conuenit Roma. in consilio 118. quò ad primum, circa finem, qui etiam enumerat quatuor alias pœnas, quas pariter tutor ob dictas causas, & inter cætera quòd stante uehementi suspitione subtractionis bonorum potest subiici q. quod etiam fuit secutus Soc. in consilio 46. cum in præsenti. 1. uol. ad propositum huius deci. inspiciendus de eo, qui administrauit res communes nō confectis inuentario, & libro rationum, & in consilio 213. circa primum. in 2. uol. ista ampliat ad dicta Bar. in d. l. tutor qui repertorium. etiam si hic tutor inuentarium confecisset,
2 & in ipso bona omnia † non descripsisset seu annotasset, quod etiam fuit amplexus Soc. Iunior in consilio 148. vol. 1. Dec. in consilio 178. in causa 192. 174. in causa, vbi hęc uidetur limitare in tutore, qui ideo non confecit inuentarium; quia fuit eidem relicta liberatio a testatore de malè administratis in testamento, quòd excusetur, ex quo per dictam liberationem si inuentarium non confecit non est in dolo uero, sed præsumpto. igitur contra eum non defertur iuramentum in litem, de quo subiecto fuit facta mentio supra in deci. 220. ad illud propositum, an dolo de futuro possit renunciari, & quòd si
3 tutor non fuisset soluendo † conuincaturque de male administratis quod possit puniri. Cass. in consue. Burg. des fidax. Rub. 3. fol. 106. Cor. in consi. 113. circa primum in litera O. fol. 4. volu. & amplius quòd si administrauit non confecto inuentario, quòd non ualeat petere se confirmari, quia ferit se suspectum. idem Corneus in consilio 238. reperio. in litera Q. eodem 4. uol. & omnino Curtius Senior in consilio 67. sapienter. col. 8. & 16. vbi dicit non satis esse tutori habere liberationem a testatore de administratis, seu male gestis. & inuentarium fuisse inceptum, ut supra sed debere esse completum, & in prædictis non sufficit clausula, siue protestatio, quod si omnia non apposuit, quod reseruat annotare, secundum Capram in consiliu 162. & no. Barba. in consilio 60. illud, quasi per totum 3. vol. qui dissarit, quòd non potest esse tutor pu-
4 pilli † qui habet bona communia cum eo, quæ uidentur facere ad excusationem istius tutoris, de quo in præsenti deci.
5 qui pretenditur † administrasse res communes absque con-
6 fectione inuentarii. pro quibus acucadi causa † ingenium uidetur conuenire illud vulgatum, quòd commune est meum est saltem quò ad dispositionem partis meæ. l. seruus electione, cum notatis multis post scrib. per Ias. ff. de lega. 1. & in quod iure communi non cadit furtum. l. meritò. ff. pro socio, cum
7 simil. etiam notatis supra in dec. 13. item etiam quòd illud † quādo quis facit actum quem potest facere nomine proprio, & alterius, in dubio censetur facere nomine proprio, nisi quis exercendo actum nomen officii expressisset. Bar. Ias. in l. 1. §.
8 nunciatio. ff. de no. ope. nuo. † & insuper eo modo quo magis ei est expediens, per quæ si filius possidet bona patris, quæ pu-
9 test possidere titulo † dotis maternę, & sic alio titulo quam hæreditario, quòd non intelligatur patris damnosam hæreditatem adire. l. gerit. & ibi Bar. col. 6. ff. de acqui. hęredi. l. 1. ibi omnes. C. de repu. vel absti. hære. Dec. in consilio 449. uiso. nu. 10. Roma. in consiliu 154. iuridicam. Guil. de Benedictis in c. Rayo. in uerbo mortuo testatore, nu. 393. fol. 388. Aym. in consilio 33. nobiles. nu. 11. 12. 13. 14. ubi concludit, quem minimè præsumi heredem; quia forte posside omnimā partam hæreditatis existente hæreditate fortè damnosa, et aliter, vt ibi per eū, quod limitat Matesi. in fin. 33. nisi quis debita hæreditarie fecisset, per tex. l. 2. & ibi Bart. qui hoc no. C. de su. del. Ala. omnino in cons. 32. 3. vol. Dec. in d. cons. 449. nu. 9. & sunt latius annot. infra in dec. 372. & suprà dicta maximè sunt recipienda; quia omnis causa excusare uidetur quam a dolo, uul. l. igitur. in fi. ff. de lib. causa, cum aliis conceruatis supra in dec. 40. et vltimò notat Dec. in authen. si quis in aliquo. col. 4. C. de eden. Hyp. in l. frater tuus. col. 4. C. de sicariis, Gramma. in uoto 9. nu. 3. sed latius Tiraq. in trac. de pęn. cau. 43. quem hodie, qui est 24. Ianuarii 1560. habui, quæ omnia satis uidētur demulcere aures meo pauco iudicio ad excusandū hunc tutorem, quòd contra eum, qui pauco tempore allegatur administrasse, non deferatur iuramentum in litem, nisi fortè diceres hunc excessisse terminos administrationis rerum communium, abutendo etiam parte pupillorum non modo sua: nam tunc non habet excusationem, & uidetur totam hæreditatem adiuisse. l. duo fratres. ff. de acqui. hæredi. Ale. 1. uol. cons. 103. uidetur. Aymo. in d. consi. 33. nu. 14. & 195. minor. nu. 1. & 9. Parisius in consi. 125. 1. uol. cum aliis cumulatis per Io. Baptistam Plotum in l. si quando. C. unde ui. nu. 136. 137. vbi etiam concludit, contra colonum partiarium deferri etiā iuramentum in litem, quando fructus domino ignorante capit. idem nu. 508. 497. vbi etiam quòd contra mercatorem istud iuramentum in litem deferatur, & forsan hic erant alia quæ tenetur adimplere tutor. priusquam administret, etiam, quæ hic non perfecerat, sine adimpleuerat, propterea fuit cō-
10 demnatus ex multis mouētibus mentem Dominorum † sacri consilio, quæ autem debet continere liber rationum conficiendus per tutorem, declarat Are. instit. de act. § actiones autem. col. Rom. in consi. 425. quoad primum. Are. in cons. 148. Soc. in consi. 159. 190. 2. vol. latè Dec. in locis supra narratis, de quo etiam supra in deci. 249. sed hæc de inuentario conficiendo alias quod deferatur iuramentum in litem diximus, limitat Albericus in l. de creationib. C. de epi. aud. in pupillo prorsus egeno, nam tutor in hoc casu inuentarium conficere non est obligatus, ubi etiam ista concludit de curatore datu ad litem, nisi pecuniam caperet, seu administraret, & multa in prædictis cumulando. videlicet consilium Calca. 93. Ias. con. 52. 1. uolu. colu. 2. secutus fuit ista D. Ioan. Baptista Plotus in d. l. si quando. C. unde ui. numa. 250. vbi etiā prędicta limitat, quando tutor demonstrare varè aliunde etiam non confecto inuentario, quod pupillus non habet tempore mortis patris nisi talia, & talia bona, quæ expensis, & aliis necessariis pupillorū non sufficerent; nam tunc etiam non defertur iuramentum prędictum in litem, latè hæc declarat, quando istud iuramentum sit deferendum. uide in loco prædicto in 1. impressione in 2. uerò in fol. 66. quæ nota, nam multotiens in facto mihi acciderunt. Cas. Vaill.

DECI-

DECISIO CCCLXI.

De remedio capitu. reintegranda 3. quæstio. 1. quod datur contra titulo possidentem. Et de rebus ecclesiæ alienatis à Principe.

SVMMARIVM.

1 *Remedium ca. reintegranda 3. q. 1. quę requirat probanda. 15. 39.*
2 *Exceptio notorii defectus proprietatis qualiter opponatur.*
3 *Remedium c. reintegranda 3. q. 1. an detur contra titulo possidentem. 33.*
4 *Princeps pro bono publico dominium rerum priuatarum auferre an possit, & quid de ciuitate*
5 *Princeps pro bono pacis iniurias potest remittere & damna data subditis.*
6 *Princeps iuris priuati ex contractu cum ipso celebrato tollere ex causa potest.*
Vniuersitas quando possit venire contra proprium contractum.
7 *Princeps quando restituat ad bona alienata?*
Clausula restitutionis ad bona alienata quibusuis personis ex quauis causa, an includat clericos.
8 *Clerici & an quando habeantur pro laicis?*
Ecclesia est iustitię cultrix.
9 *Princeps an possit tollere priuilegium quod clerici concessit?*
10 *Priuilegium concessum non subdito est irreuocabile, & transit in contractum.*
Donatio potest reuocari ex causa.
11 *Ecclesia habetur pro laico circa feudum.*
12 *Expulsus authoritate principis non agit interdicto recuperandę.*
13 *Princeps non arctatur ad obseruationē ordinis iudiciarii.*
14 *Secure ingredi potest, qui authoritate principis in possessionem immittitur.*
Dictio secure, quid importet.
Ecclesia an possit habere feudum nu. 39.
16 *Exceptio inhabilitatis personę obstat agenti remedio possessorio.*
17 *Gratia principis probari debet per scripturam 21.*
18 *Clausula cum beneficio. l. omnes. & l. bene à Zenone, in priuilegii concessione inserta, quid operetur.*
19 *Concessio ad omnia bona, an comprehendat quod prius alteri fuit concessum?*
20 *Vendita non uidentur ea, quę prius alii, sunt concessa, nec ueniunt in genere.*
22 *Bona simpliciter ecclesiæ concessa per Regem sunt effecta sancta sanctorum.*
23 *Christus non prælatus rerum ecclesiæ dominium & possessionem habet.*
24 *Ecclesiis oblata, dicuntur oblata Deo.*
Dari quod non potest, pro non dato habetur.
25 *Restitutio & priuilegium in spoliati præiudicium quo casu non ualeat?*
26 *Princeps laicus sine ecclesiastico iudice nihil potest in bonis sancta sanctorum factis.*
27 *Velle non præsumitur, quod de iure non potest.*
28 *Verba generalia non extenduntur ad priuilegia ecclesiæ tollenda.*
29 *Princeps ex causa priuato auferens, causa cessante restituere debet.*
30. *Restitutus ad bona per principem, ad quæ bona uideatur restitutus.*
31 *Restitutio ad bona alienata qualiter produci debeat?*
Restitutio an ualeat, si non prouetur restitutum illam acceptam habuisse.
33 *Refutatio factum reddit infectum.*
34 *Testes non reddentes causam scientię non probant.*
35 *Feudum ad principem rediens exuit onus.*
Princeps concedens feudum semel ad se reuersum, an & in quibus casibus oporteat, quod reimponat seruitium?
36 *Rescriptum, per quod mandatur restitui possessionem spoliato, causę cognitionem requirit etiam executiuum.*
37 *Iuri tertii per generalia uerba non derogatur.*
Aequitas non patitur alterius iura lędi.
38 *Citationis defectus iuris naturalis dicitur defectus.*
39 *Ecclesia de feudo spoliata restituēda ēst nō probat de titulo.*
40 *Feuda processerunt à publico.*
Spoliati feudo, qui teneantur titulum producere.
41 *Possessio rei uel iuris acquiri potest, cuius proprietas de iure haberi non potest.*
Mulieri spoliata re per uirum constante connubio donata & tradita succurritur.
42 *Limitatio ad l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscri.*
45 *Prohibitio prædecessoris non transit in successorem.*
Singularissima contra statutum commune concessa in successorem non transeunt.

MOnasterium sanctę Mariæ de iustitia ordinis sancti Benedicti in ciuitate Tarenti, † agit remedio capi. reintegranda 3. q. 1. contra nobilem Io. Bernardinum filium & hæredem quondā nobilis Francisc. Ocilię possidentem certas domos &, uineas & molandinum existentes in castro montis Albani indebitè & minus iustè, de quibus dictum monasterium cecidit à possessione sine iusta causa. petit propterea dictum conuentum condemnari ad restitutionem possessionis dictorum bonorum. Et probat, quod Rex Alphonsus secundus habens, tenens, & possidens dicta bona, illa donauit irreuocabiliter inter uiuos dicto monasterio, & tradidit, & quod deinde dictū monasterium dicta bona tenuit & possedit recipiendo iura, fructus, redditus & prouentus per plures annos, & quòd sine iusta causa & absq; iuris ordine cecidit à possessione dictorum bonorum, quæ tenentur & possidentur in præsentiarū per dictum Io. Bernardi. utilem dominum castri Pistizi & montis Albani, & sic probauit ea quæ sibi incumbunt in dicto remedio, iuxta ea quæ habentur in c. sępe. & in c. cū ad sedem. de resti. spol. & Ange. in consi. 157. inci. in prędicta q. uertente & c. Ex parte dicti Io. Bernardini pro sui defensione allegatur, quod dicta bona antequam fuissent donata per Regem Alphonsum d. monasterio, fuerunt quondam Principis Antonelli de S. Seuerino, & propter eius rebellionē fuerunt deuoluta ad Regem Ferdinandum primum, & Rex Alphonsus eius primogenitus donauit dicto monasterio, & eo tenente & possidente, Rex Federicus eius frater, qui successit Regi Ferdinando eius nepoti, plenissimè pro statu reipublicę restituit dictū Principem ēt ad bona alienata quibusuis personis. Et deinde dictus Princeps iterum deuiauit à fidelitate Regis Federici & Rex Federicus incorporauit sibi dicta bona existentia in dicto castro. Et postea dicta castra cum iuribus & pertinentiis suis cōcessit dicto Frācisco Ocilię. Et commissarius Regius inducit eum in possessionē dictorum castrorum, & bonorum prædictorum, tanquam de dicto castro montis Albani, & sic in

præsentiarum possidet mediantibus dictis titulis, 2 †& ideò dictus conuentus opponit exceptionem notorii defectus proprietatis contra dictū monasterium. hoc modo uidelicet, & princeps fuit restitutus per Regem ad bona alienata pro bono pacis, ergo ad dicta bona. deinde princeps iterum deuiauit, & ex noua causa peruenit ad regem Federicum. Rex Federicus donauit & concessit dicta castra cum iuribus & pertinentiis suis dicto Francisco, & per suum commissarium induxit eum in possessionem, ergo nullum dominium, nec possessio fuit penes dictum monasterium post in integrum restitutionem factam dicto principi. Et ad hanc exceptionem fundādā aduocati Ioā. Bernardini allegabant in substātia infrascriptas rationes.

3 Et prima; quia remedium dicti capituli non datur contra titulo possidēte; ut firmat Ale. in 2. vo. con. 118. in 1. & 2. col. in 3. uo. con. 66. 1. & 2. col. & in eo. uol. con. 130.

Secunda ratio est; quia Rex Federicus pro bono pacis & ex causa publicæ utilitatis potuit restituere dictum principem ad bona alienata quibusuis 4 personis, quia clarum est in iure, † q princeps potest pro bono publico auferre dominium rerum priuatarum, per tex. in l. Lucius. ff. de euict. & l. itē si uerberatū §. si fortè ff. de rei uend. & no. Io. Andr. in capi. in nostra. de iureiu. Et ideò dicebat Bal. & Ange. in l. bene à Zenone C. de quadri. præscrip. q ciuitas pro pace habenda potest auferre bona priuatorum. Idem Bal. & Ang. in l. cōuentionum. ff. 5 de pact. † q princeps pro bono pacis potest remittere iniurias & dāna data subditis. & idē dixit An. in l. uenditor §. si constat ff. commu. præd. & in l. Antiochensium. ff. de priuile. cre. & Raphael Ful. in consi. 143. Benefacit ad hoc. qd dicit Bart. in l. quicunque. in fi. C. de fide instru. & iure hastæ fis. lib. 10. ubi dicit, q emptores qui emunt à comuni Perusii bona bannitorum, qui posteà per capitula pacis fuerunt restituti, coguntur illa eis reddere ex forma capitulorum pacis. Item potest ex causa 6 princeps uel Rex † tollere ius priuati ex contractu cum ipso celebrato, vt dicit Bal. in l. fi. ff. de senato. & in l. pen. C. de dona. inter uir. & uxor. Facit ad hoc consilium Cardi. 86. quod incipit, do. Nicolaus &c. ubi dicit, q uniuersitas potest contra proprium contractum cum subdito celebratū ex causa pacis uenire allegat dictum capitu. in nostra. & est bonus tex. in l. quod semel. ff. de decre. ab ordine fac. Et ad hoc accedat, quod communiter dicūt doct. in l. Gallus. in §. & quid si tantum. ff. de lib. 7 & posthu. & Ale. in l. fina. C. de sen. passis. † q licèt regulariter princeps nō restituat ad bona alianata, tamen fallit, quando restituit etiam ad bona alienata pp beneficium pacis, nam tunc illi, quib. facta fuit alienatio debent primis dominis restituere. Idem in effectu dicit Bal. in titu. de pace constan. in uerbo, priuilegia. & refert Fely. in capi. inter quatuor de maiori. & obedien. & Io. de Imo. in c. quia diligentia. de elect. Sed Rex Federicus restituendo principem etiam ad bona alienata quibusuis personis ex quauis causa, non solum uidetur eum restituere ad bona alienata laicis, sed etiam clericis, per id, quod dixit Pau. de Cast. in consi. 8 231. incip. primum dubium &c. col. pen. † vbi dicit, q ubi tractatur de auferendo bona clericis quę sita ex eorum contractu, q ipsi habeatur pro laicis. Et facit ratio, quia cum ecclesia sit cultrix iustitiæ, ut in c. 1. de alie. feud. non debet pati, q facta restitutione propter pacem factam ipse princeps lit io damno. & hac ratione utitur Bartho. Veronen. in tract. suo egregio, de seruit. in 2. parte, in ti. de seruitute iuris pascendi, col. 24. Item quia licèt expressè Rex Federicus non restituat principem per boois pacis ad bona alienata monasteriis & ecclesiis, tamen in illo priuilegio restitutionis in integrum sunt talia uerba, per quę apparet ipsum Regem Federicum noluisset restituere princi pem ad dicta bona concessa dicto monasterio, & non est dubitādum ipsum potuisse hoc facere pro bono pacis, ex quo dicta bona fuerunt quæsita dicto monasterio ex donatione Regis Alphonsi secundi, ut supra dictum est per consilium Pau. de 9 Cast. † Item, quia licèt princeps non possit tollere priuilegium concessum non subdito, ut not. in c. nouit. per Innoc. & alios de iudiciis, & not. Cardi. in c. perpendimus. de senten. excō. & Bar. in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. tamen multi doctores tenent, q princeps potest tollere statutū per eum clericis indultum, ut dicit Bal. in l. si quis curialis C. de epis. & cler. in auth. cassa. C. de sacrosan. eccle. & ibi Salicet. & Pau. de Cast. in d. l. priuilegia. & Ale. in l. non amplius, in prin. ff. de leg. 1. & 2. uol. consi. 209. incip. statutis accuratè prospectis &c. in 4. col. Et si diceretur, q licèt sit uerum, q priuilegium collatum clericis per statutum laici, pōt reuocari per laicum, non tamen priuilegium co- 10 latum clericis, quod transiuit in contractū, † quia priuilegium concessum non subdito transit in con tractum & non potest reuocari, ut in d. c. nouit. & habetur in capi. 5. de probatio. & tenet Ludoui. in consi. 252. incipien. pro decisione. Nam ad hoc dicebatur, q uerum est, q priuilegium concessum non subdito transit io contractum, & an potest reuocari per principem, hoc uerum, nisi faciat reuo cationem ex causa, ex qua potest reuocari donatio, ut dicunt Moder. in d. c. nouit. in 9. limita. & uoluit Fely. in c. quæ in ecclesiarum. col. 59. de cōsti. Sed dicta restitutio facta principi & reuocatio fuit facta ob bonum publicum. Ideò potuit fieri 11 per ea, quę suprà dicta sunt. † Tertia ratio est; quia præsupponitur, q dicta bona concessa monasterio prædicto sint donata monasterio, tāquā bona feudalia, ut primitus erant, & sic ratione dictoū bonorum feudaliū monasterium est subditum Regi, ut in c. cæterum, de iud. & in c. verū de foro competē. & habetur in inuestitura Apostolica huius Regni. & sic potuit fieri dicta restitutio in integrū ad bona alienata quibusuis personis, & sic dicto monasterio, qd reputatur laicus quantum ad d. boua feudalia.

Quarta ratio est, quia dictus Franciscus pater conuenti adeptus fuit possessionem dictorum castrorum & bonorum prædictorum per manus Regii commissarii habentis potestatem à 12 Rege inducendi eum in possessionem, † quo casu iustè possidet; quia authore pretore possidet, ut in l. iustè possidet ff. de acquiren. posses. a sio.[a] Inde dicit Bald. in 3. uolum. consi.[b] 295. incipiente

b piente, ad euidentiam. qui dicit, quod expulsus per
uiolentiam ab eo; qui habet priuilegium à princi-
pe, nō potest agere possessorio recuperandi. Quia
dicitur expulsus authoritate magni prætoris. &
Albericus de Rosa. in l. si de ui. ultima colomna,
c ff. de iudic. dicit, c quòd si spoliatio est facta à ma
gno iudice sine causæ cognitione, & data ei, cui
debebat tradi, non parit interdictum unde ui, &
pro hoc faciunt ea quæ habentur in c. de causis. de
13 re iudi. ubi dicit Inno. † quod princeps non tenetur
seruare ordinem iudiciorum. & no. Bal. in l. fi. C.
de legib. & Alber. in l. princeps ff. eo. tit. Et sic com
missarius Regis Federici nō tenebatur citare dictū
monasterium, quia tantam potestatem habet cui
princeps committitur, sicut ipse princeps, secun
dum Ange. in l. fina. C. de impub. & aliis substitu.
Maximè, quia possessio dictorum bonorum non
erat nunc penes dictum monasterium, sed penes
dictum Regem ex noua rebellione dicti principis.
Ideo dicit Cy. in l. meminerint C. unde ui.
14 Si princeps † dedit licentiam intrandi possessio-
nem per se ipsum, tunc secure potest ingredi, ar-
gumento l. quidam consulebant ff. de re iudica. &
l. princeps ff. de legibus, illud uerbum securè, im
portat, quòd non potest conueniri super spolio,
ut not. doctores in capitulo secundo, de pactis. &
in l. illa institutio ff. de heredibus institu en. & est
glo. in l. 1. C. si aduersus solutionē. & illam glo. no.
ibi Bal. quod istud uerbum securè, importat, quod non
tenetur ad restitutionem.
15 †. Quinta ratio est; quia dictum monasterium
agens pro recuperanda possessione dictorum, bo-
norum, debet de necessitate, ut possit obtinere,
ostendere de titulo, quia habet resistentiam iuris
communis contra se: quia ecclesia non potest de
iure communi habere feudum: quia dicitur perue
nire tūc feudū ad manus mortuas. ut in c. 1. §. & si
clientulus. de alim. feu. nisi ex concessione & priui
16 legia principis, † & sic obstat exceptio inhabilitatis
personæ agenti remedio possessorio, ut concludit.
And. in constit. Regni uiolentias. & in l. Imperialē
§. illud. de prohi. feudi ali. per Fede. ubi si mancus
uel aliàs inhabilis ad feudum agit possessorio, non
fit restitutio, nisi ostendat priuilegium habilitatio
nis, et not. Alex. in l. naturaliter §. nihil commu-
ne. ff. de acquiren. posses. & ibi sunt concordantiæ,
quas non allego breuitatis causa. Bene fecit glo. 3.
q. 2. §. pater. & 23. distin. c. in nomine Domini. ubi
si intrusus spolietur, non debet ei ante omnia fieri
restitutio. Sed dictum monasterium non ostendit
priuilegium donationis dicti Regis Alphonsi, nisi
17 † quòd probat per testes de dicta donatione, quæ
probatio parum operatur, quia gratia principis
debet probari per scripturam, ut in l. 1. C. de man.
princi. & plenè per Ioan. And. & alios in proemio
sexto libro. et ibi sunt concordantiæ. ergo dicto mo
nasterio non debet fieri restitutio. Sexta ratio,
quia in priuilegio concessionis dictorum castro
rum facta dicto Francisco est clausula cum bene-
18 ficio l. omnes. † & l. bene à Zenone. quo casu
denegatur audientiam. Imò expresse princeps ad-
uocat iurisdictionem iudicibus, quòd facere po-
test, ut dicit Bald. in consilio incipiente, domini
priores, & Abb. in repeti. cap. ecclesia sanctæ Ma-
riæ. de constitu. in 26. colum. & Petr. de Ancha. in
repe. capitu. canonum. statuta: colū. 86. uersicu.
quæro etiam de quæstione &c. de constitu. & sic
non potest heres dicti Francisci cōueniri in sacro
Consilio, ex quo in dicta causa auocata est iurisdi
ctio, per l. iudicium soluitur, ff. de iud. quē ad hoc
allegat Andr. in constitu. Regni, ea quæ ad decus.
In contrarium pro parte dicti monasterii dicitur,
quòd dictus conuentus non potest se iuuare ex al
legata restitutione etiam ad bona alienata pro bo-
no pacis facta Principi Salernitano ex sex aliis ra-
tionibus. Et prima; quia Rex Federicus dicto Frā-
cisco non concessit dicta bona, quæ fuerunt pos-
sessa per dictum monasterium, sed tantum conce
dit castrum Pistizi & castrum montis Albani, cū
19 iuribus et pertinentiis suis, & sic non uenit, † quod
alteri per prius fuit concessum, scilicet d. mona-
sterio, ut dicit Bald. per illum text. in capitu. 1. de
capita. qui cu. uendi. vbi dicit, non uidentur uen-
dita ea, quæ prius aliis sunt concessa, et ab ipso uni
uersitatis corpore separata, et ibi in 3. col. disputat,
si ciuitas habet molendinum, & conceditur alicui
ciuitas, an transeat molendinum d. ciuitatis in con
cessionarium ciuitatis. Et dicit concludendo post
argumenta pro & contrà, quòd non, quia illud
molendinum est proprium peculium ciuitatis, &
& sic apud ipsam ciuitatem remanet, & non est
translatum in concessionarium.
20 † Et pro hoc ego allego textum in l. quoties C.
famil. ercis cun. ubi ea, quæ aliis sunt concessa, nō
ueniunt in genere. & tex. in l. qui hominem. ff. de
adimendis legatis. ubi in legato generis non uenit,
quod alteri est distractum de legato generis. con
cor. l. vxorem §. felicissimo ff. de legatis 3. bonus est
text. in c. dudum. de priuilegiis, ubi concessio non
extenditur ad ea, quæ per alios possidentur. Idem
uoluit Bald. in rubri. ff. de rerum. diui. ad finem.
& Bald. in l. monumenta, C. de legib. Si ergo dicto
Francisco non sunt translata dicta bona per prius
cōcessa monasterio, quomodo ipse potest allegare
de iure tertii, scilicet de restitutione facta Principi,
cum dicta exceptio non habet ipsum releuare,
21 † cùm non sint sibi concessa, ut firmat Bald. in l.
cum seruum quispiam. C. de seruis fugitiuis. &
doct. in ca. cum super. de re iudicata. & in remis-
sionibus, quæ ponuntur in Bar. in l. 2. ff. de except.
rei iudica.
Secunda ratio est, clarum est, quòd dicta bona
fuerunt donata per Regem Alphonsum secundū
dicto monasterio, ut est probatum per testes in
processu, & licèt dicatur, quòd donatio Regis de-
bet probari per scripturam, ut suprà allegatū est,
tamen aliquibus ex nostris fuit extraiudicialiter
ostensum priuilegium dicti Regis donationis di-
ctorum bonorum, quæ donatio simpliciter fuit fa-
cta de dictis bonis non in feudum nec sub aliqua
22 fidelitate, uel seruitio, quo casu dicit Inno. in cap.
verum, de foro competenti, quòd tunc ecclesia in
nullo tenetur, & illa bona sunt affecta sanctū san-
ctorum, & ideò postquàm translatum est domi-
nium in ecclesiam, per nullum potest capi, nisi au
thoritate iudicis ecclesiastici, quia sacrilegium in
eis committitur. 12. quæstione. 2. c. nulli liceat, &
sequen. & c. cum sit generale. de foro competenti.

ſed ſi fuiſſet conceſſa in feudum, tunc non eſſent il
23 la bona ſanctum ſanctorum domino, †cùm dire-
ctum dominium ſit penes dominum, ſecundùm
Inno.in d.c.uerum, & ſic eſto, quòd expreſsè re-
ſtituerit Rex Federicus ad bona alienata quibuſ-
uis perſonis, non poteſt trahi, vt fiat reſtitutio ſine
authoritate iudicis eccleſiaſtici bonorũ, quę ſunt
ſancta ſanctorum, ideò dicit Inno.in c.cum ſuper.
de cauſa poſſeſſ. & proprieta.nota, quòd non præ
latus, ſed Chriſtus dominium rerum eccleſiarum
24 & poſſeſſionem habet. †vnde quicunque homines
offerunt eccleſiis, dicuntur eſſe oblata Deo, ut d.c.
nulli liceat, &c. Et ideò pro nõ dato habetur, quod
de iure dari non poteſt, capi.quod autem. de iure
patronatus, cum concordantiis allegatis per Ab-
batem in c. 2.de rebus eccleſię non alien. cum con
cor.etiam allegatis per And.de Iſe.in ca.1. §. præ-
tereà.quæ ſit prima cauſa benefi.amit.

Tertia ratio eſt, quia princeps ante reſtitutio-
nem prædictam factam per Regem Federicum
etiam ad bona alienata pro bona pacis ſpoliauit
monaſterium dictis bonis, & deinde facta fuit di-
cta reſtitutio in integrum ad bona alienata non
25 purgato uitio ſpolii, † quo caſu illa reſtitutio &
priuilegium nihil ualet in præiudicium ſpoliati, ut
eſt tex.in l. authoritate, C.unde vi.& not.gl.et Bar.
& Ang.C.de fundi, & ſalti, rei dominicæ. lib. 11.et
Bal.in l.1.ff.de conſti. princ.& in l. 2. C. de leg. &
uoluit Alexan.in 4.volu.conſilio 123.vltima colũ.
& in 5.vol.conſil. 1.13.colum.& Bal. & ibi dixi in
c. 1.per quos fiat inueſtitu.& uoluit Bal.in l. 3. C.
de rei do.vel tẽplo, Nec obſtat, quòd Rex ex certa
ſcientia & ex magna cauſa etiam in præiudicium
tertii hoc poſſit facere, ut dicit Præpoſitus in cap.
1. in fine.de natura feudi.& Salic.in dicta l.autho-
ritate.& Andræas Barb.in conſilio poſito inter cõ
ſilia Alexan.in 4.vol.conſ.127.incipien.ſcripſit ec
cleſiaſticus &c. Ange.in l.Paulus.§.quod pignori,
26 ff. quibus modis pig. uel hypoth.ſoluitur. † Quia
prędicta poſſunt procedere, quando illa bona non
eſſent ſancta ſanctorum, de quibus princeps laicus
nihil poteſt ulterius facere ſine iudice eccleſiaſti-
co, ut dicit Innoc.in d.c.uerum. Quarta ratio, quia
in dicta reſtitutione principis Salerni nõ dicitur,
quòd extendatur ad bona alienata in eccleſiam, &
ſic non tranſit ad bona eccleſiæ alienata per prin-
tum quia ſacta ſunt ſancta ſanctorum, ut ſuprà di
27 ctum eſt. † & nemo pręſumitur uelle, quod non
poteſt de iure, uel de perpetuò impeditum, ſecun-
dùm Bal. in c. 1. de iurament.calum. alleg. l. vxor
patrui, C.de legat.& uoluntas talis eſſe pręſumitur
in dubio, qualis eſſe debet, ſecundum Bald. in l. 1.
5.colum. C.de ſac.ſanct.eccl. & in l. precibus. 17.
col.C. de impub. & aliis ſub. & uoluit Alex. in 4.
28 uol.conſ.54.5.col. †tum quia uerba generalia non
extenduntur, ut tollant priuilegia eccleſiæ, ut in c.
ſi propter.de reſcrip.lib. 6.& uoluit hoc Fel. in d.
c.nouit.de iud.& in d.c.eccleſia ſanctę Marię.35.
col.de conſti.& Bal.in l.omnes populi.in 6. col.ff.
de iuſt.& iur.& ad hoc faciunt omnia illa, quę al-
leg. Io.Mon.& Io.And.in nouel.in c.in generali.de
re.iur.lib.6. Quinta ratio, poſito, ꝙ princeps ac-
ceptaſſet talem reſtitutionem à principio, et quòd
extenderetur ad bona alienata, & conceſſa dicto
monaſterio ob beneficium pacis per ea quę ſuprà
allegata fuerunt, certè ſi princeps Salerni defecit
à fidelitate Regis Federici, & dictus Rex iterum
incorporauit ſibi bona principis, certè tenebatur
reſtituere ſupra dicta bona d. monaſterio, per id
quod dicit Inno. in c. quia pleriq; de immunitate
29 eccleſiæ, ubi dicit, †quòd ſi princeps ex cauſa au-
fert rem priuati, ceſſante poſteà dicta cauſa, debet
rem illam dicto priuato reſtituere. Idem voluit
Ant.de But. & Imo.in d.c.quæ in eccleſiarum. de
conſti.& ibi Fel.in 19.col.& Marianus Socinus in
conſi.164.col.4.bene facit pro hoc ratio text.in c.
ſuggeſtum.de deci. Nec obſtat id, quod dicit And.
de Iſer.in c.1.in fi.de uaſallo decrepitæ ætatis, ubi
dicit, quòd ſi princeps reſtituit rebellem priſtinũ
ſtatum, non tamen bona alienata omnia, quę ſunt
in poſſe fiſci, debent reſtitui ipſi reſtituto, pone
quòd ante reſtitutionem princeps aliqua bona il-
lius rebellis alteri conceſſit, & ipſe conceſſiona-
rius mortuus eſt ſine liberis, & illa bona ſunt re-
30 uerſa ad Regem, non† tenetur Rex illi reſtituto re
ſtituere, quia uidetur ad ea reſtitutus, quæ fiſcus
tunc habebat, non ad ea, quæ poſteà habuit ex no-
ua cauſa. Quia reſpondetur, quòd iſtud dictum
And.nihil facit ad propoſitum, quia in caſu, de
quò agitur, facta fuit alienatio per Regem Alfon-
ſum de dictis bonis monaſterio, & ex cauſa pacis
Rex Federicus reſtituit principem generaliter ad
bona alienata, non intelligitur de alienatis in ec-
cleſia, ut ſuprà dictũ eſt, Item reſtitutio facta fuit
ex cauſa pacis, qua ceſſante, debet fieri reſtitutio
ei, cui facta eſt alienatio, ut ſuprà dictum eſt, nec
And. dicit contrarium ibi in hoc, qui loquitur in
caſu ſatis diuerſo, ut ſuprà dictũ eſt, & pro iſta de
ciſione bene facit tex.in l. poſt diuortium.ff.de iu.
dot.& id quod alleg. Lud. Rom. in conſ.459.in-
cipiente, in propoſita conſultatione, in 2.quæſ.li-
cèt alleg.poſteà alias rationes & iura in contrariũ.
31 †Sexta ratio, quia dicta reſtitutio facta principi
etiam ad bona alienata non eſt producta in forma
probante, nec eſt probatum, quòd princeps, ipſã
ratam habuit, ſed Rex Federicus ex ſeipſo ipſam
fecit, ut reduceret principem ad ſuam fidelitatem,
& ipſe non uoluit uenire ad eius obedientiam, pro
pter quod oportuit Regem Federicum ipſum in
terra Diani debellare, ſi ergo non probatur prin-
cipem acceptaſſet dictam reſtitutionem, dicta re-
ſtitutio nihil eſt, per not. per gl.in c.ſi tibi abſenti.
de præb.in 6.& in l.ſi ego.ff.de neg.geſt. quæ iura
ad hoc allegat Pau.de Caſ.in conſil.11.incipiente,
32 in caſu pręcedenti &c. †Et ideò ſecuta refutatio-
ne perinde eſt, ac ſi nihil fuiſſet actum. ff. de leg.1.
l.legatarius. §.1.& l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus. &
l.proinde.cum ſimilibus. ff.ſi cer. pet. Per ſacrum
Conſilium fuit concluſum, quòd fiat reſtitutio
poſſeſſionis dictorũ bonorum dicto monaſterio.
Nec obſtat prima ratio, quia communis cõcluſio
33 ſe habet, † ꝙ remedium reintegrandę datur etiam
contra titulo poſſidentem, ut firmat Alex. in l.rẽ
quę nobis.ff.de acquiren.poſſeſſione.in 4. colum.
& dicit, quòd pro iſta parte uidit iudicari. & in 3.
uol.conſil. 6. in 5. colum.dicit, quòd iſta eſt uera
concluſio.in 5.uolu.conſil.91.dicit, quòd iſta eſt
magis communis opin.et in hac opinione reſident

domini

domini de Cõsilio. Nec obstat secunda ratio; quia confunditur per dictum Inno. in d. c. uerum. prout dictum fuit suprà in secunda ratione pro monasterio, Nec obstat tertia ratio, quia non probatur, quòd dicta bona sunt feudalia, esto quòd testes dicant, quòd sunt feudalia, quia non deponunt de casu scientiæ, quomodo sciunt, quòd sunt feuda-
34 lia: † & sic non probant illa bona esse feudalia, ut dicit egregiè Alex. de Imo. in 2. vol. cõs. 136. quòd incipit, viso, & examinato processu. in 4. colu. Et tantò magis; quia non probatur, quòd quando Rex Alphonsus donauit dicto monasterio, aliquid sibi reseruauit. Ideò præsumitur libere donasse, secundùm Inn. in d. c. verum. Et ideò dicit
35 And. in c. 1. vlt. col. ex quibus causis feu. amit. † quando feudum redit ad Regem, non peruenit cũ onere: & ideò extinguitur feudum, & non potest dici feudum apud Regem; quia res sua nemini seruit. ff. si vsusfruct. petat. l. uti frui. ita quòd si iteràtò concedat, oportet quòd re imponatur seruitiũ, nisi in certis casibus notatis ibi per And. in lectura, & clarius in additione sua, quæ incipit, per præmissa patet. Nec obstat quarta ratio, quia intelligitur illa ratio uera, quando princeps præmissa cau
d sę cogitatione per suum commissarium mandat dari possessionem, quæ est penes tertium, ut dicunt doctores in d. l. iustè possidet. & maximè Alex. & Ange. in l. fundi uenditor. eo. tit. & ibi etiã Alex. & Bal. in l. meminerint. prællegata. & Bal. in 3. vol. cons. 438. circa fi. & pro hoc facit tex in l. authoritate. & in d. l. meminerint. C. unde ui, & l. fi. C. si per uim uel alio modo. & in c. conqueren-
36 te. de restitutione spoliat. † Et pro hoc est tex. in l. si non cognitio. C. si contra ius uel uti. pub. ubi rescriptum, per quod mandatur restitui possessio spoliato, requirit causæ cognitionem, & citationẽ, etiam quòd sit executiuum, & illum tex. allegat Ant. de But. in c. super literis. de restit. spoliatorũ. & Vitalis in clausula, si preces ueritate nitãtur. 11. chart. de quo in c. de cætero. de re iudicata. & per Pet. de Anc. in Clem. 1. de re iudicata. Ideò bene fa
37 cit, quod dicit Bal. in l. 1. col. 1. de consti. princ. † non uidetur derogatum iuri tertii per generalia verba, & idem dicit in ca. 1. §. sed & res, per quos fiat inuestitura. Non enim patitur æquitas, quòd iura alterius lædantur, etiam eo tempore, quo omnia manu Regia gubernabantur, dicit notanter Bar. in extrauaganti, ad reprimendam. in uerbo,
38 videbitur. circa finem, † defectus citationis appellatur defectus iuris naturalis, vt in Clem. pastoralis. de re iudic. secundùm Ale. in d. l. iustè possidet. Nec habet obstare, quòd monasterium non possidebat, quando commissarius posuit in possessionem dictorum bonorum dictum Franciscũ, quia iam dictæ res fuerunt affectæ uitio spolii, propter spolium factum per principem antę præfatam restitutionem in integrum sibi factam per Regem Federicum, & uitio spolii non purgato deuenit ad diuersas manus, & tandem ad dictum Franciscũ, & sic competit remedium d. c. reintegranda. & re-
39 medium constitutio. Regni, violentias † per quam corrigitur. l. cum à te. ff. de ui & vi arma.

Nec obstat quartum motiuum, quia ecclesia est capax feudi, quando sibi donatur à Rege. Et ideò si spoliatur, debet fieri sibi restitutio etiam non probato de titulo, ex quo ius permittit, quòd ecclesia potest habere feudum, vt videtur concludere Andrę. in dicta constitu. uiolentias. & in dicto §. illud.
40 maximè, † quia omnia feuda processerunt à publico, vt in dicto §. optimum. de exhiben. reis. & not. And. in prælu. & tamen quilibet spoliatus feudo agit super spolio. & non tenetur ostendere titulum nisi mancus, & mutus, & surdus, qui habet specialem resistentiam iuris communis, secundùm And. in loco prællegato. & in c. ad decimas. de rest. spolia. libro 6. cum concord. suis. & in l. Imperialem. §. illud. de proh. feu. ali. per Fed. & per Pau. de Cast. in l. si de ui. ff. de iud. & tantò magis, quia dicit Abba. in capitu. constitutis. in 3. colum. de electione,
41 † quòd potest puniri possessio alicuius rei uel iuris, cuius proprietas de iure haberi non potest, ut probatur in l. prima, §. si uir. ff. de acquiren. possess. & in l. prima, §. deiicitur. ff. de vi & vi arma. vbi patet, quòd licèt maritus non possit rem donare uxoris, tamen si res donata traditur, transit possessio in mulierem, adeò quòd si spolietur ab alio, habet interdictum ad possessionem recuperandam.
42 Nec obstat sexta ratio, † quia dicta lex, omnes, & l. bene à Zenone. quæ denegent audientiam actori, non habent locum in rebus ecclesiæ alienatis à principe, vt est glo. 12. q. secunda, capitu. quicunque militum. not. Archidia. 23. q. fina, capitu. cum uenduntur. & Abb. in capitu. secundo, de rebus ecclę. non alienan. & ego dixi in l. prima, C. de fide instrumen. & iure hastę fiscę. lib. 10. Item, Rex Federicus non potuit tollere iurisdictionem in dicto casu iudicibus futuris constitutis à successore in Regno, per id, quod habetur per Alber. in l. digna
43 uox. C. de legi. † & sic prohibitio facta per prædecessorem non transit in successorem, de quo per Ias. in l. si procurator. ff. de oper. noui nun. & in l. fi. eo. titu. ideo dicit Bal. in c. fi. de offic. delegat. quòd quando aliquid est multum singulare, & contra cõmunia statuta concessum, non transit in successorem.

ADDITIO.

a *Possessio.*) Vide infra solutionem datam huic quartæ rationi in fra in 2. char. ad manum, in fine.

b *Consilio.*) Adde tamen aduersus consilium Bal. hic, quòd illud intelligitur, vbi authoritate magni prætoris seu principis destituisset cum causæ cognitione. Secus si sine causæ cognitione, quoniam illud diceretur de facto factum, quod fit sine cognitione causæ, seu pronunciatione sententię, ubi sententia requiritur, ut est glo. singularis secundum Barto. in l. ictus fustium. ff. de his qui notant. infami. ita consuluit Maria. Socin. consi. 32. penul. colum. 2. uol.

Adde quòd est consilium 345. in 1. uol. incipit, ad audientiam, dicit contrarium uerius quod hic idem Bal.

c *Iudic. dicit.*) Adde, quòd hoc dictum Albe. in d. l. si de ui. & successiue Bal. & aliorum hic allegatorum non puto verum, cum nec Papa, nec princeps non citata aut inaudita parte possit de causa cognoscere, & sic decernere, tex. est in c. 1. de cau. poss. & propriet. in l. meminerint. C. vnde vi. ex quo esset tollere defensionem quæ est de iure naturali, quæ tolli non potest. in §. sed naturalia quidem iura. Insti. de iur. natur. gent. & ciui. & sic etiam princeps auferre etiam non potest. clemen. pastoralis, de re iud. & tenet Bal. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & plene Fely. in c. cum olim. de re iud. ubi colligit quædam alia. quæ dixerat in c. quæ in ecclesiarum, de consti. & repræhendit Host. Imò etiã de plenitudine potestatis hoc princeps facere non potest, nisi ex certa scientia. ita voluit Franc. de Aret. consi. 165. col. 12. ubi repræhendit Host. & Ioan. And. in c. in præsentia. de procur.

etur. & sequitur Barba. in consi. 24. vol. 2. antepen. col. Imo vbi mandatur possessio etiam restitui spoliato, requiritur causæ cognitio, etiam si sit præceptum executiuum. l. & si non cognitio. C. si contra ius vel vtil. pub. per quam ita dicit Anto. de But. in c. super literis, de resti. spol. Vital. in clausula, si preces. 21. char. Pet. de Anch. in clem. 1. de re iud. ex quo etiam iniustus possessor audiri debet antequam amoueatur Bar. in l. fin. de edicto diui. Inno. in c. cum olim. extra, de priui. Alex. consi. 5. in 2. uolum. Ludo. consi. 158. plene Fely. in cap. fin. extra, de præsumptio.

¶ *Causæ cognitione.*) Adde quod pulchre not. Innocen. in capitulo querelam de electio. & Bal. in l. si pacto, quo pœnam. C. de pact. dicentes, quòd licèt iura dicant, possessorem non esse eiiciendum de possessione, nisi illo uocato. l. meminerint, C. unde ui. & l. fi. C. si per uim uel alio modo. & in capitulo episcopus. de præbendis in sexto, & in capitulo inter quatuor. de maiorit. & obedientia. tamen ubi quis esset iniustus possessor authoritate iudicis, qui illum in possessionem misisset de facto causa non cognita, tunc de facto iudex potest illum a possessione amouere, ad bonus est tex. in l. 1. §. & hoc edictum. ff. si mulier uen. nomin. dicens, quemadmodum iudex est facilis in immittendo, ita debet esse facilis in reuocando. ad idem gl. notat in c. ab excommunicato. 6. q. 3. idem tenet Bal. in l. dies festos. C. de feri. in l. 2. C. de edicto diui. in l. 2. C. de seru. & aqu. col. 12. ver. quid si iudex. & in rub. C. de rescin. vend. in repetitione legis, tale pactum. §. qui prouocauit. 4. q. ff. de pactis, & in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. Ant. de Butr. in c. cum cessante. de appell. doct. in c. ex literis, de pig. Rom. consi. 158, & 320. & 216. Contrarium tamen videtur tenere Bal. in l. si deserta. C. si propter publ. pen. dicens, licèt iudex, qui fuit facilis in dando tenutam sine iuris ordine, debet etiam esse facilis in reuocando, non tamè debet hoc facere nisi parte citata. Pro concordia Moder. in d. l. si pacto. dicunt, si iudex, quando dedit tenutam, omisit citare partem, potest tunc illam reuocare parte non citata, aut omisit alium ordinem præter citationem, & tunc in reuocando requiritur citatio, & ita procedat not. Bal. in d. l. si deserta. aduerte tamen ad vnum sing. si iudex mihi ab. uti præcipit, ne in opere procedam, aduersario non citato, potest iudex præceptum reuocare, si fuit factum subsistente causa, ex qua etiam nulli parti enarrasset, puta, quia iudex videbat nos ad arma paratos. Tutius tamen est, reuocatio fiat parte præsente vel citata, ita singulariter Io. An. in addit. Spec. in tit. de sent. §. species, ver. est quoque, sequitur Ang. & Io. de Imo. in l. de vnoquoque. ff. de re iud. quod est no. Et dicit Bar. in d. l. iuste possidet. quòd qui ingreditur possessionē alterius virtute decreti inualidi, non excusatur à pœna d. l. ammineriint. & statutorum. & idem consuluit Bar. in consi. incip. quæstione vertente in curia domini capitanei, & præsertim quando est inualidum ratione omissæ citationis secundū Bal. in disputatione, quæ incipit, accusatus de v. turbatiua. 11. col. & sequitur Lud. Rom. in d. l. iuste possidet, & plene Bart. Socin. in consi. 58. visis processi. 2. char. in 2. vol.

Adde quòd etiam iniustus possessor, antequam amoueatur, debet citari, & audiri. Bar. l. fi. de edict. dio. Inno. in c. cum olim. de priuil. Alex. in consi. 5. in 2. vol. imò metus executione non mouet possessorem eo non citato. Card. in consi. 10, incip. Iacobus executor. & in consi. incip. reuerende domine. Fely. in c. fi. extra, de præsumpt. Thom. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXI.

1 *Spoliatus a principe ante omnia restituendus, item etiā in ecclesia spoliata feudo, quòd restituatur, nam potest*
2 *possidere castrum, ut rem allodialem.*
3 *Facta donatione de aliqua re per principem nulla facta mentione, sic concessa in feudum, tunc fiat propria illius, & ecclesiæ sancta sanctorum.*
4 *Pactum debet apponi tempore concessionis, aliàs non possit, ibi etiam an ecclesia emat rem cum onere collectarum, & si in feudis francbis ecclesia succedat.*
5 *Concessiones factę a principe si non exprimantur in feudum, an in dubio ex causa donationis, & an faminę in istis feudis francbis succedant.*
6 *In concessione facta a principe non uenit illud quod fuit alteri concessum. restitutio principis non se extendit*
7 *Ad non subditos, & ad bona eorum, & quid si princeps in loco habet iurisdictionem, an disponat circa ius suum.*
8 *Princeps ex causa reuocat concessionem, etiam quòd transmisisset in contractum inter suos subditos.*
9 *In priuilegio exemptionis an procedat reuocatio facta a principe, & princeps bonus non debet de facili reuocare gesta, siue concessa per eum.*
10 *Dictio, quibuscunque, in priuilegiis modificatur.*
11 *Restitutio pro bono pacis ad quæ habeat vires, an ad feuda cętera ve feudalia.*
12 *Capitula pacis, an sint strictè intelligenda data restitutio*
13 *ne, an ueniant illa, quę quis specialiter non fuisset concessurus, an subfeuda quę quis ab alio tenet, & quando offensa tantum dominum reg. respiceret, & nō baronis.*
14 *Quando ex delicto sunt bona alicui ex forma statuti acquisita, an fiscus, siue rex remittat parti offensæ, an fiat aliquod præiudicium.*
15 *In integrum restitutio, siue indulgentia, an ad bona alienata per fiscum.*
16 *Quando alicui conceditur restō in integrum cassatis, siue actis annullatis, an omnia veniant.*
17 *Forindicatio primogenito ex aliquo delicto si ipse forindicatus non habet filios, uel parentes, an bona etiam feu*
18 *dalia debeant ad fiscum deuenire, & quid in feudis ex pacto, et prouidentia &c.*
19 *An hæc locum habeant existente capitulo Neapolitanis concesso, per quod ex qualibet delicto non fit publicatio bonorum, an ueniant agnati, uel remanet penes forindicatum.*
20 *An patre restituto, qui fuerat condemnatus ex aliquo delicto, admittatur ad successiones.*
21 *Bona acquisita alicui ex forindicatione an euellantur restituto ipso forindicato a principe.*
22 *Princeps an in dubio censeatur restituere, siue indulgere ad hæreditates quæsitas.*
23 *Bannitus an amittat ius agnationis.*
24 *Bona Neapolitanorum si virtute capitulorum non publicantur, an ad agnatos, & de aliis cum casu in facto.*
25 *Genitiuus contentus in capitulis Neap. concessis, non fiat publicatio bonorum Neapolitanorum denotat dominium.*
26 *Verbum, quocunque delicto, omnia delicta comprehendit.*
27 *Publicatio bonorum de iure tripliciter fit, nam aut principaliter quando quis condemnatur ex aliquo delicto, aut in consequentiam, aut ob contumaciam virtute const. regni.*
28 *Cessante effectu, cessat & causa, cessante causa banni cessat & bannum.*
29 *In beneficiis principum lata fit interpretatio.*
30 *Ad hoc, ut quis sit bannitus in ære, et persona, oportet, exprimatur in sententia.*
31 *Quando fiscus non aufert bona propter delictum, an remaneant ipsi delinquenti, uel ad cohæredes uadant.*
32 *Princeps potest facere gratiam de bonis ei quærendis ex aliquo delicto, & sic suo iuri de futuro renuntiare.*
33 *Deportatus quomodo de iure pro mortuo censeatur.*
34 *Quando unica potest ratio assignari, quòd pro expressa intelligatur, qualiter procedat.*
35 *Intellectus glo. in l. ea sola. ff. de reg. iur. quæ vult, quòd si fiscus non uult bona deportati, quòd vadant ad agnatos.*
36 *Banniti nostri temporis secundum communem opinionem non æquiparantur deportatis.*

In

37 *In pœnalibus, & odiosis non fit extensio, una lex secundùm aliam debet intelligi ad euitandam correctionem ipsarum legum, in quantum fieri potest.*
38 *Capitulum Neapolitanis concessum, che per nullo & & quale se voglia delitto, excepto crimine heresis, & lesæ maiestatis, bona Neap. non publicentur, an corrigat consti. regni forisdicatorum bona &c.*
39 *Capitulum remteg. an detur contra titulo possidentem.*
40 *Spoliatus a principe an habeat restitutionem.*
41 *Lex bene à Zenone, qualiter procedat, & de limitationibus ipsius.*
42 *Quando notarius fuit stipulatus pro absente, an possit fieri reuocatio.*
43 *Et quid si non in præiudicium promissoris, sed tertii.*
44 *Renunciatione facta parte absente an valeat, ubi etiam de donatione facta parte absente an sit ualida.*
45 *Quando committitur executio alicuius negotii alieni, an cognitio, & executio intelligantur commissæ.*
46 *Iudex reseruando liquidationem, an etiam cognitionem reseruasse uideatur de negotio, de quo non cognouit.*
47 *An dicatur negotium liquidum, quando de proximo uenit liquidandum.*

FIt conclusio in presenti longa decis. quòd huic monasterio agëti interdicto recuperandæ, & probanti requisita in
ipso interdicto debera fieri restitutionem bonorum etiam
feudalium, & istud non obstantib. quòd ecclesia demonstrat
titulum in specie, & aliis &c. tu verò in aliis aliqualiter subiectum prolibando in predictis de his, quæ sunt necessaria ad
hoc interdictum recu. supra in dec. 327. & sunt etiam aliqua
infra in deci. 367. & vltre declarat Ay. in consi. 140. in causa
spolii, ubi citat hanc dec. ad hoc propositum post alia opulent
1 & † quòd spoliatus a principe restituatur, & magis propter,
quòd ecclesia agens isto iudicio recuperandæ, quòd non tenebatur titulum ostendere ad obtinendum, sunt anno. supra
decisio. 324. licèt hic auctor contrarium videatur sentire, titulum ipsum fore necessarium ad victoriam feudi, uel aliud
loca tituli, scilicet possessionem 30. annorum cum seruitiis
prestatione, & melius pauco meo iudicio videtur hic locatus,
vt ibi fuit notatum, scilicet titulum specificum non fore ne-
2 cessarium, † nam ecclesia potest possidere castrum, siue rem
feudalem liberam, quemadmodum alias res proprias, sicut
comprobat And. in consti. regni iustitiarii nomen, & normã.
in uerbo de feudis, fol. 47. 1. lib. fuit secutus etiam ista dominus Marinus Freccia in suo opere de subfeudis in 29. auctoritate f. 220. & Perilius in cons. 23. prima. nu. 32. & 37. & in
consil. 26. & si præsenti. nu. 5. & 27. nu. 8. 1. uolu. ample, & si
aliqualiter etiam in casu præsentis decis. de titulo hebeatur,
nam testibus fuerat probatum donationem factam per regem
Alfonsum secundum ipsi ecclesiæ, & fuit ostensum priuilegiũ
domini regis consiliariis extraiudicialiter ad instructionẽ,
ut hic ait D. Affl. quæ uidentur uera, & si Paris contra uideatur dicere in suo trac. reinte. c. 5. fol. 80. & de donatione facta
3 simpliciter † a principe nulla facta mentione, quod si data in
feudum, vt declaret Affl. hic in 2. & 3. ratione pro ecclesia,
quòd tunc fiat res propria ipsius ecclesię allodialis sancta sanctorum per dictum Inno. in c. uerum. de fo. compet. vide ultra
citatos per eum Ang. in l. si. C. de reuo. dona. Iaco. in tracta.
feu. in uer. feudum ipsum, num. 53. ubi etiam concludit, quòd
quando donat seu tempore donationis princeps potest pactũ
4 apponere, & † ipso pacto non seruato, quòd res reuertatur ad
ipsum, cum quibus videtur conuenire Lucas de Penna in l. diuina. C. de exacto. tribu. lib. 10. quòd ecclesia emat rem cum
oneribus suis & collectarum, & de istis feudis franchis, quòd
in ecclesia succedat, declarat plenè Cur. in trac. feu. 1. parte. fol.
7. num. 28. qui adducit inter alia docte. Bal. in authen. nisi rogati. in fi. C. ad Treb. & nonnulla consilia Alex. & maximè facit consi. 30. 1. uol. in fi. quòd non possit alienari sine assensu eo
tamen reseruato, quæ Andreas in §. huius autem cap. 1. ex quibus cau. feu. amit. lib. 3. nu. 12. infra allegando, & Are. in consil.
134. uiso diligenter. tenet ipse Cur. sed uide Cap. deci. 64. quòd
oportet, quod expressè sit frencum ab alienatione, conuenitque consilium Baldi met in num. 35. an bonis feudalib. 2. lib.
Pau. de Cast. consi. 64. in præsenti casu. vlt. colum. Alexan. in
cons. 24. ponderatur. 5. volum. cum aliis plenè coaceruatis per
Decium in cons. 208. ad clamorem. nu. 6. idem in con. 269. cõsultus. nu. 2. sed latius per Tiraq. in l. si unquam C. de reuo.
dona. in verbo donationę largitus. nu. 273. 274. & per Hieronymum Gratum in consil. 9. 1. vol. Soc. Iuniorem cons. 76. 77.
3. uolum. omnes concludentes post And. in c. primo, in eddi.
nu. tertio, in uer. tamen ex quo peruenerunt ad regem, qualiuas. iurare debeat fide. & latius in d. c. primo §. huius autem, &
qui. cau. feu. amit. lib. tertio nume. 12. 13. in fi. concessione facta
à principe non dicatur in feudum, quòd in dubio ex causa donationis liberè datur sine seruitio propter regis munificentiam, in tantum quòd fœminæ etiam in prædictis admittantur, & multa ad propositum istius dec. Paris. amplę in d. consilio 23. 1. vol. & propositis etiam istis propria ratione monasterii siue ecclesiæ quòd princeps aliquid concedendo non
6 uenit † illud quod alteri fuit datum, ultra adducta supra in decisi. 334. consuluit Bald. in cõsi. 134. copiosè. vol. 3. idem Dec.
in consi. 187. & pro tenui, nu. 3. 468. superiori, nu. 19. maximę
quando princeps illud facit sine causæ cognitione; quia tunc
nullatenus intelligitur iuri tertii velle obesse, idem Bald. in
consi. 37. decreto. eo. 3. uol. & 135. & 147. Alex. in consi. 52. vol.
7. nu. 3. latè Barb. in cõs. 13. e Inue. & in superbeca q. per generalè nõ fiat speciali præiudiciũ. cos. in tract. de pig. f. 10. nu.
7 34. & quòd restitutio † ista non se extendat ad non subditos
bonaque ipsorum, ut declarat Affl. hic in 2. & 4. ratione pro
ecclesia, sequitur Dec. in d. c. quæ in ecclesiarum. in 2. & 14. colum. vbi pro istis citat consil. Pau. de Castro 231. & nonnullos
alios, & si postea affirmet, quòd quando res est in loco iurisdictionis principis, quòd ualeat princeps disponere, circa tamen ius suum & non aliter, quod confirmat in c. nouit. col. 3.
8 de iudiciis † vbi post D. Abbatem concludit, priuilegium concessum non subdito, immo etiam statutum non posse per eum
reuocari etiam ex causa, & istud contra opinionem aliquorum relatorum per Affl. hic. hoc, quod comprobat idem Decius
in consi. 407. uisis, num. 8. quæ recipiuntur inter non subditos,
inter subditos verò quòd possit fieri reuocatio ex causa, maximè etiam quando transiuisset in contractum, sunt allegationes per Goza. plenè in consilio 5. & in decis. 334. & notat Capic. in decis. 169. quæ limitat Barto. in l. hostes. in 1. col. in fin.
ff. de capti. & postlimi. reuer. non militare in priuilegio exem-
9 ptionis † etiam si princeps cepisset pecuniam, nam potest ad
libitum reuocari etiam cõtra non subditum, prout refert Cotta in memo. nonnulla coaceruando in uerbo exemptus, & in
verbo princeps, qui nonnulla effundit circa prædictum subiectum, & Gramma. in consi. 166. in ciui. & Hip. in sing. 341. vbi
etiam ait, quòd possis fieri studio publicæ utilitatis, quæ curã
10 debet habere bonus † princeps, & quæ debeat obseruare, ut
non decipiatur ab officialibus, declarat idem Cotta in uerbo
priuilegium. ubi etiam quòd dictio quibuscunque. in priuilegiis modificatur, & Dec. etiam declarat, & post eum Rec. in
consilio 48. & pro tenui, per totum, & quatenus etiam hic habetur de restitutione pro bono pacis ad quæ se extendet, vltra
adducta per Fel. in c. ex literis. de consti. in 4. colum. & in c. vergentis. de hære. & per hunc nostrum Affl. in c. 1. de vasa. decre.
11 æta. latius ista exponit Loffre. in suis † par. feu. in c. 1. §. si facta
si de feu. defu. mili. contro. fue. fol. 37. idem fol. 55. ubi propriè
loquendo de capitulis pacis initis inter regem Francorum, &
regem catho. dicit, quòd facta restitutione pro bono prædicto
pacis non solùm deuenire feudalia, sed etiam regalia, & istud
12 † multis iuribus, & rationibus, citatque inter alia consilium
Bal. 247. orta guerra, quod reperitur in 2. uolum. licèt ipse eũ
adducat in 1. volu. & consilium Cor. 322. qui concludit, quòd
data restitutione non ueniunt ea quæ sunt speciali mentione
digna, neque enim bona per prius alienata per ipsum delinquentem, de quo fuit facta mentio supra in decisio. 116. ubi
etiam quod non prodest gratia, quando fuisset subreptitia, cũ
quo se reddit conformem D. Marinus Freccia in tract. de subfeudis, in 29. auto. in secunda colum. in uer. dubitat hic Andr.
fol. 219. ubi concludit, quòd concessa hac restitutione pro bono pacis veniant subfeuda, quæ quis ab alio tenet per ea, quæ
13 notat Andre. in dicto cap. primo, † de ual. decre. æta. inter alia
in add. quæ intelligas, quando offensa respiceret personã regis, ex cuius causa Baro habuisset feudũ sicut sunt termini Andreæ ibidem, & fuit notatum supra in deci. 282. secus verò si
fuisset illata baroni, & propterea feudum fuisset ad eum deuo-
14 lutum: † nam tunc siue ipsius uoluntate rex istud facere non
valeret, nisi fortè diceres ex magna causa, ut supra cum quibus etiam videtur se conuenire Ale. in cons. 109. æterni, uolu.
tertio, colũ. 1. in uerbo tertio, vbi concludit ex magna causa
posse illud facere, & pro communi bono, & de ista post Scrip.
in l. Gall. §. & quid si tantum. de lib. & posth. latè ibidem examinat Gallicula numero 70. in illa q.
15 † quod si ex delicto bo

na

na alicuius fuissent quæsita parti, quòd fiscus siue rex istud in
ipsius partis offensæ præiudicium facere non posset, nisi etiã
fortè intelligeres ex causa pacis, & publicæ vtilitatis, ut decla
rat Bellame. in decisione 741. & Capi. in decisio. 69. ubi etiam
post alios diffinit, an extendatur ad bona per fiscum aliena
ta, secus veró in prædictis, si bona ipsa venirent quærenda ip
si fisco; quia tunc faciliter fieri posset, & per ista notata per
Barba. in d. cons. 13. volum. tertio, qui io quarta colum. con-
cludit ea multa, quæ breuitas causa omittuntur, quòd data
restitutione, siue concessa a principe, cassatis irritisque om-
nibus in forma delinquentibus, quòd omnia veniant, & etiã
16 per notata Rec. † in glos. Parisi. fol. 209. & Aymo. in consil.
135. verba, numero 18. 19. cum sequen. & dominum Mari-
num in suo opere de subfeudis, fol. 189. alias in facto diceba-
tur in sacro consi. in quadam causa magnifici Ioan. Antonii
Ferrarii, & suorum fratrum, quòd foriudicato ipse primoge
nito ex delicto post mortem patris ea causa cuius foriudica-
tionis omnia bona etiã feudalia si non habet foriudicatus fi-
lios, vel parentes, deberent ad fiscum deuenii e iuxta formam
17 traditam per consti. regni foriudicatorum † bona, nisi fortè
essent feuda antiqua ex pacto, & prouidentia, in quibus pri
mogenitus succederet; nam tunc ad fratres secundogenitos,
vel alios agnatos deberent deuenire, & non ad fiscum, secun
dùm quòd voluit Andr. in cap. primo, §. præterea, numero
15. 16. quæ sit prima causa bene. ami. licet contra eum teneat
Curtius in tracta. feud. fol. 43. & dicat magis communem quã
do delictum respiceret personam domini directã, & mox li
mitat, vt ibi per ipsum, quòd facta restitutione in hoc casu, &
remissio delicto ipsi primogenito per principem, & maximè
si fuisset pro bono pacis, prout prętendebatur factum in an
no 1554. de mense Nouembris in indulto generali concesso a
Serenissimo nostro Rege Philippo inter alia, quod feuda, &
alia, quæ deuenerunt ad secundogenitum, vel ipsum fiscum
ex causa ipsius foriudationis, quòd deberent primogenito re
stitui placita culpa, quæ fuit cã amissionis bonorum, & istud
18 tanto magis † stante capitulo Neapolitanis concesso, quod
exceptis crimine hæresis, & maiestate, quòd pro nullo alio
delicto bona Neapo. publicentur, nam dicebatur per ipsum
primogenitum vltra prædicta, si non publicantur bona, ergo
debent penes ipsum stare per ea, quæ voluit Sal. in l. 1. colũ. 2.
C. de hæred. inst. Imo. in l. ex facto. §. ex facto. in fi. ff. ad Tre.
qui concludunt, quòd si statutum vult, quòd bona ea delicto
non publicentur, quando forte de iure deberent publicari,
quod remanent penes ipsos delinquentes: & istud stante can
cellatione banni, vt supra qui habetur, ac si fuisset restitutus,
19 prout † ex dictis omnium videtur concludere Gozad. in con
sil. 96. & Aymo. 168. de duobus, in princ. & pro istis etiam ad
ducabantur, quæ voluit Neap. in consue. Neap. si quis, vel si
qua. in uerbo præterquam. de succ. abin. nu. 162. vbi conclu
dit, quòd patre restituto ex delicto de quo fuerat condem-
20 natus, quòd debeat admitti † ad successionem filiorum, &
pro istis etiam adducebantur ea, quæ longè post alios dicebat
Fortunius Garsia in repetitio d. §. & quid si tantùm. qui am-
ple hanc opinionem defendit in numero & quæ voluit Capi.
in decis. 166. qui concludit, credi etiam debere principi pro
bono pacis fecisse indultu, quando istud testatur cum consilio,
& subscriptione procerum. tandem istis non obstantibus io an
no 1556. fuit lata sententia bona ipsa spectare ad secundogeni
tum, existente primogenito foriudicato, & inhabili ad succe-
dendum tempore mortis patris, & sic tempore mortis præ
21 dictæ non potuit habere dominium † bonorum, & bona ipsa
per consequens fuerunt quæsita secũdogenito, qui fuit factus
hæres, igitur non potest desinere esse hæredem, & bona ab eo
auelli non possunt, prout uoluit gl. cõmuniter approbata in
d. §. & quid si tantum. in verbo emancipatum, circa fin. quæ
prædicta concludit, quòd semel hæres non potest desinere,
quin non sit hæres, & hoc non obstante restitutione prædicta
secundùm eos non trahebatur ad bona alteri quæsita, per di-
ctam successionem, quod uidetur sequi Aymo in consi. 135.
verba decreti. numero 20. qui ex dictis omniũ videtur in hac
parte inclinare, principem non posse hæreditates quæsitas au
22 ferre, † & pro istis etiam adducebatur doctr. Barto. in l. si adul-
terium cum incestu. §. liberto. ff. de adul. qui concludit, banni-
tum amittere iura agnationis, & filiationis, de quibus una cum
aliis supra citatis multa effundit Cotta in memo. in uerbo ba
23 nitus ex crimine. ad c. Neapolitanis † concessum fiebat respõ
sum, per ea, quæ voluit hic auctor in d. constitu. regni foriudi
catorum bona. colum 1. num. 6. in uer. sed hic quæro de una
24 noua q. qui concludit, quòd licèt bona † Neapolitanorum
non publicentur, quòd debeant deuenire ad coniunctos ipsius

foriudicati. ad consilium Barba. 13. colum. in ver. quintò si dé
catur, fiebat responsum pro contraria parta, nam ibi conclu
dit, ad hoc, vt restitutio habeat vires ad bona alienata, necesse
est, vt concedatur per principem per verba ampla, videlicet,
restituimus non obstante aliqua constitutione; quam volu-
mus haberi pro infecta, & hoc inter alia ex doctri. Cardinalis
in cap. diligentia. de eccl. & per glo. in clem. 1. de immu. eccle.
vbi etiam secundum eum, quòd ista clausula annullatum nõ
sufficiat, de aliis supra allegatis nulla fuit habita ratio, & ma
ximè de his, quæ voluit Fortunius Garsia, qui tenet contra
communem opin. & propterea fuit lata sententia, ut supra cu
ius causæ actuarius fuit Ioan. Portius Com. D. Fœlia de Ru-
beis. verum dicta sententia nunquam fuit executa, sed postea
idem magnificus causæ Com. videns in eodem processu pri-
mogenitum prædictum dedixisse quandam nouam conuen-
tionem per viam recõuentionis. ideo sub die prima Februarii
1559. fuit lata alia sententia, omnia bona burgensatica, & pre
tium peruentum ex bonis feudalibus esse communia inter ip-
sos fratres, & deinde tanquam bona communia postea fuerũt
diuisa, & istud non obstante dicta prima sententia &c. & hoc
ex dicta noua conuentione verificata, quòd bona ipsa inter fra
tres diuiderentur non obstante, quòd primogenitus fuisset for
iudicatus ut supra quæ uolui etiam annotare, quia de prima
sententia videtur sacrum consilium fuisse anceps, dum voluit
eam exequi, & insuper adde prædictis, quòd dum aliàs hic ca
sus in similibus contigisset in anno 1564. in persona Petri Na-
chlerii non obstantibus infrascriptis iurium allegationibus
fuit determinatum, foriudicatum non fore audiendum in re-
gia camera summariæ, actuarius Fabritii. Mazonus, & hoc iux
ta constitu. regni pœnam eorum. Verba capituli sunt, chè per
nullo & qual se uoglia delitto commesso, & de cetero com-
mittendo per Napolitani se habiano a publicar li beni loro
tanto Burgensatici quãto feudali, excepto crimina lesæ Maie
statis in prima capite, & hæresis. quæritur postquam ex gratia
regis per verbum placet, bona prædicta Neapolitanorum non
publicantur, & ex delicto committendo in futurum bona ip-
sa a primò censeantur donata. & elargita per regem ipsis Nea
politanis delinquentibus in casibus in quibus venit bonorum
publicatio, vel veniat ad agnatos. Præmitto priusquam veniã
ad dubii decisionem, quòd dum capitulum loquitur de bonis
eorum scilicet per genitiuum, quòd importat dominium,
25 † & possessionem bonorum Neapolitanorum, quod fiat pu
blicatio de bonis ipsorum, in quibus ipsi Neapolitani habent
dominium, siue possessionem, prout est natura vtriusque signi
ficare. l. a §. 1. ff. de religio. & sump. fun. cum amplissimè tra-
ditis per Bar. in l. 1. § protestatis. ff. de pecul. & per Scribentes
in rubrica ff. de no. ope. nun. Secundò præmitto, quòd dictum
capitulum siue gratia loquitur generaliter, & amplissimè per
verba geminata, quòd de nullo, & quodcunque delicto fiat
26 confiscatio bonorum † Neapolitanis, & sic comprehendit
omnia, prout est natura huius vai bi quocunque. l. ad eius sor. §.
prætor ait. ff. qui satisd. cog. & ibi Ias. Dec. in consi. 271. col. fi.
cum plenè traditis per Hyp. in singu. 630. & in l. vnius. §. co-
gnituram. col. 4. in uersicu. modo redeundo. ff. de quæst. & hoc
maximè, quia excipitur tantum crimen maiestatis, & hæresis
ergo denotatur enixa uoluntas principis in faciendo gratiam
& indulgentiam, & firmarat regulam in casibus non exceptua-
tis. l. quæsitum. §. fi. ff. de fun. instru. cum aliis adductis per Af-
flic. in decis. 298. & per Cottam in memorialibus in verbo ex-
ceptio firmat regulam. Et sic fit, quòd veniat omnis publica-
27 tio bonorum remissa, & donata per principem † Neapolita
nis tam ratione delicti principaliter, ut quando veniret bono
rum publicatio in Neapolitano condemnato ex homicidio p
sententiam ipso audito, iux. tex. l. 3. §. fi. ff. de sicariis, uel quan-
do fieret bonorum confiscatio ob contumaciam, & foriudica
tionem inde sequutam, iuxta consti. regni grandis utilitas pri
ma in u. lib. & foriudicatorum bona. Item quando veniret bo
norum confiscatio incidenter aliàs in consequentia, quia exi-
stente aliquo condemnato de crimine capitali, quia admittitur
vita, vel ciuitas, quo casu bonorum confiscatio venit in conse-
quentiam, iux. tex. l. 1. ff. de bonis damnato. l. amissione. §. defi-
ciunt. & l. tutelas. de capi. dim. & vtrobi per Barto. qui ex di-
ctis antiquorum tandem concludit in isto tantum casu habe
re locum authenticam, bona damnato. C. de bon. proscri. nisi
statuta Italiæ aliud vellet, quasi præsentiendo casum capituli
nostri, sequitur Calla. in consuetu. Burg. in uerbo des confisca-
tions, rub. a. fol. 83. num. 12. latius Boce. qui omnes congerit in
deci. 63. an soror, num. 15. his præmissis arguo sic, publicatio
bonorum est causa amissionis ipsorum, delinquentibus non
fit confiscatio, igitur remanet quasi sublato obstaculo a princi

pio

plo antequam ex delicto fieret bonorum publicatio. l. post-
humus. §. si quis ex lus. ff. de inof. test. cum alijs plenè citatis
per Tiraq. in trac. causæ cessantis, maximè in 1. par. n. 1 1. 41.
vbi dicit ex dictis aliorum, quod cessante effectu cessat & causa
28 cessante causa banni cessat bannum. † videntur enim Nea-
politani postquàm ex indulgentia principis eorum bona non
publicantur, ad illa restitui, veluti a principio habuissent re-
stitutionē a principe de bonis eorum ex delictis prædictis cō-
missis, & cō mittendis, iux. tex. l. 1. §. fi. C. de sen. pas. & restitu.
cum simi. notatis per Scriben. in l. Gall. §. & quid si tantum.
ff. de lib. & posth. Quod tanto magis procedit & secundò, quia
29 sumus in beneficiis † principis, in quib. larga fit interpretatio
contra ipsum principem etiam in priuilegiis l. fi. cum sim. no-
tatis per Ias. ff. de consti. princi. Tertiò dicitur hoc tanto ma
gis procedere; quia in sententia magnæ curiæ nihil de bono-
30 rum confiscatione dicitur, igitur † non venit bonorum con-
fiscatio; quia ad hoc vt dicatur quis bannitus in ære, & per-
sona, oportet quod in sententia dicatur, iux. tex. in auth. de
armis §. cū oportet, voluit expressè Salycet in l. 1. C. de here.
insti. col. 2. in 3. quæst. ubi in specie tangens quæstionem no-
stram dixit, quòd quando non fit publicatio bonorum ex-
pressè per sententiam, vel quando banniti in persona, & bona
non publicantur, quòd ipsi banniti remaneant etiam, quòd
bannum, siue statutum ipsum habeat pro hoste, & quòd pos-
sit impunè offendi: quia non quò ad bona; sequitur Goza. in
cons. 96. in terminis gratiæ dicti capituli nostri Neapolitani
concessi, qui respondet motiuis tenentium contraria, sequi-
tur Boer. in d. deci. 263 in dicto nu. allegato, quæ citat tex. l. 1.
C. de peti. bon. subla. lib. 10. Ad quę quartò ultra eos facit tex.
iuncta glo. in uerbo pertinere. l. & consequenter § 1. ff. fam.
31 erciscu. quæ uult, quòd si fiscus † non aufert bona ab aliquo de-
linquente propter delictum, quòd cohæres, qui sperat suc-
cessionem, non potest hoc dicere, sequitur Ias. in l. 1. in §. li-
mita. C. de hæredi. institu. ubi etiam allegat tex. l. si seruus plu
rium § si quis ante ff. de legat. primo, cum simil. qui hoc pro-
bat. Quod maximè procedit, quia si princeps qui fecit gra-
32 tiam † & renunciauit iuri suo de futuro, quòd facere potuit,
iuxta notata per scrib. in l. 1. & l. postquam liti. C. de pac. & re
stituit vasallos ad eius bona non obstantibus delictis commit
tendis quomodo hæres, & filius, durus est hic sermo, & quis
potest eum audire, uult bona ipsa prætendere, qui non est in
aliquo offensus, uult bona alterius etiam portionem fisci præ
cedere, forsan petitio sua, quando ipse prætendens prædicta
bona fuisset in aliquo læsus siue offensus, et extare statututum,
quòd bona offendentis applicentur offenso; nam tunc gratia
principis ad ipsum non se extenderet, prout volunt, scriben-
tes, & maximè Galliaula nu. 70. & Fortunius Garsia nu. 154.
in d. l. Gallus §. et quid si tantum ff. de liber. et posthu. per quę
cōcludendum, vt supra. Nec prędictis obstat, si fortè dicatur,
33 deportatum † siue foriudicatum haberi pro mortuo debere
agere, & Afflic. esse toto tempore vitæ suæ. l. bona fides. ff. de-
positi. Affl. in const. regni pœna carens volentem. in prin. & ui-
detur uoluisse gl. in l. ea sola. de reg. iu. una cum notatis per eun
dem Afflic. in const. regni foriudicatorum bona. qui dicit, uir
tute capituli bona ipsa venire ad agnatos, prout dicit capi-
tulum secundum eum, quia respondetur in primis, capitulū
ciuibus Neapolitanis concessum istud non dicere, quod ua-
dat ad agnatos, prout uideri potest, & ipse Afflic. hoc dixit
ex se. Non obstat prædictis, si fortè diceretur, hanc esse vnicā
34 † rationem causa conseruandę agnationis publicationem bo-
norum nō fieri; & quia vnica ratio, igitur haberi pro expres
sa, vulgata. l. quāuis. C. de fideicommi. quia respondet Salic.
in l. serui vestri, col. 5. ver. qua propter C. de non n. actio. cum
alijs adductis per Tiraq. in tract. causę cessantis a 1. limita. nu.
11. fol. 199. quòd ille qui dicit vnicam rationem esse, ipse
debet probare, mihi (ni fallor) uidet aliam esse rationem, vt ip
se foriudicatus, & si iuris dispositione mortuus viuere possit
suis bonis, sicut dicitur de seruo, quòd licèt iuris dispositio
ne sit mortuus l. serui. ff. de reg. iu. tamen quādo alimenta &
alia naturę necessaria viuit. Et tunc dico foriudicatum nō pos
se bona retinere; quia mortuus, quando rex a principio ei nō
fecisset gratiam de bonis, etiam quod commisisset delictum,
& fuisset contumax, & foriudicatus, per quam gratiam bo-
norum remanet bannitus in persona, & non in ære. uel quādo
fiscus fecisset confiscationem bonorum, tunc agnatos concur
rere cum ipso. sed quia fiscus non potest habere, bona stante
gratia a principio, hæres aliquid prætendere non potest per
ea, quæ fuerunt d. supra in 3. & 4. ratione. Nec prædictis obstat
glo. in l. ea sola. ff. de reg. iur. licèt non firmet pedes, ex quo
35 † non militat in casu nostro; nam loquitur in deportato con-
demnato per sententiam ipso deportato audito, & si fiscus nō
vult bona, deportatus qui reperitur non habuisset gratiam
bonorum ante delictum commissum; quia mortuus, bona ad
ipsum non reuertuntur, sed vadunt ad hæredes secundum
communem opi. glo. ibi, quæ etiam non uidetur firmare pe-
des, allegando tex. l. deportati. C. de bonis proscri. sed hic su-
mus in bannito, & contumace, qui habuit gratia ante com-
missum delictum de bonis, qui secundum magis communem
36 opi. non æquiparatur † deportato, etiam quòd possit impunè
offendi, et ut hostis publicus. Sali. in d. l. 1. et Bal. in addi. ad
Spec. in tit. de cessio. actio. sed latius Curtius Senior in cons.
60. col. 10. circa finem, vbi dicit per text. dictæ l. deportati. de
portatum ipsum non solùm non posse esse hæredem, sed nec
bona de futuro acquirere, contra tex. l. si mādauero §. is cuius
bona. ff. mandati, cum alijs allegatis per Dec. in consil. 442. &
uoluit And. in deportato in c. 1. 3. col. nu. 20. de capitulis Cor
ra. quod non procedit in bannito nostri temporis, de quo ius
ciuile non potest loqui, ex quo de ipso iure ciuili non valet cō
demnatio contra absentem iuribus notissimis, & sic glo. ipsa
non uidetur ad propositum facere minimo meo iudicio, &
notaui supra in decisio. 127. Nec in casu isto videtur posse ita
ctari, quod dicta gratia, quod bona nō publicētur, debere intelligi se
cūdū cōst. regni, iuxta tex. l. nā & posteriores cū si. ff. de legib.
quod si bona nō publicētur, quod veniāt pro una parte ad filios, uel
ad coniunctos, quia respondit Sali. prædictam mulierem pos-
se, quando quis fuisset condemnatus per sententiam, & sic p
casum verum ad publicationem bonorum, secus in casu no-
stro, quia in casu facto, & tunc non fit extensio, nam concurre
37 rent specialia, iuribus vulgaribus. Secundò † respondetur, in
pœnalibus, & odiosis prædicta non procedere, quod vna lex intel
ligatur secundum aliam, Bal. in c. ad hoc. col. 7. de pace iura. fir
man. Bar. in l. furti § si. ff. de his qui nota. infa. cum alijs nota-
tis per Alex. in l. omnes popul. vltima car. de iust. & iu. Tertiò
38 † dicitur clarissimè apparere ex capitulo qualiter rex voluit
corrigere constitutiones regni, dum amplissimè loquitur, vt
dixi, che per nullo & qual se vogha delitto fiat confiscatio
bonorum, quæ erat causa diuidendæ hæreditatis inter fiscum,
& filios, & correcta ratione legis ipsa lex etiā intelligitur cor
recta, ex quo non fit confiscatio, nec etiam diuisio. Bart. l. 1. ff.
de legi. tuto. Alex. in l. quicunque. in princ. ff. de verb. obli. pro
pterea dicendum, ut supra essent aliæ rationes dicendæ, & ma
ximè quia hic non dicitur hostis & rebellis, nam stat in loco
confederato, & semper potest impetrare gratiam a principe,
vt dicit Sali. in d. loco, & ex iusta causa & dolore fecit quod
fecit, vt notorium est, quæ omittuntur breuitatis studio, & re
deundo ad opus inceptum vnde digressi fuimus, quod remediū
39 c. reintegranda. detur contra titulo possidentem † pro corrobo
ratione eorum, quæ notat Afflic. hic in prima ratione pro ec-
clesia, plenè istud comprobat Ias. post Soc. in d. l. rem quæ no
bis. hoc etiam Soc. in cons. 89. col. nu. 1. lib. Dec. in consi. 56. &
fuit notatum supra in decisi. 327. Et quod spoliatus a principe
40 † quòd debeat restitui, quando sine causæ cognitione fuit sua
possessione destitutus, declarat idem Barba. in consi. 42. deci.
3. vol. Dec. in consi. 191. qui limitat, nisi constaret notoriè de
non iure istius petentis restitutionem, & fuit notatum supra
in dec. 302. vltra etiam notat Goza. in consi. 21. videtur, num.
16. Ias. in consi. 38. 3. uol. late Boer. in dec. 238. & videtur, & se
cūndum ista puto intelligendum allegata per Gramma. in d.
consi. 169. in ciui. qui concludit, spoliatum à principe vel ma-
gno prætore non debere restitui, & de intellectu l. memine-
rint, de quę per Affl. hic in ver. nec obstat quarta ratio, sunt ali
no. in dec. & habetur etiam hic vna limitatio ad legē omnes,
41 † ad legem bene a Zenone. C. de quadrienni præscri. quod emptor
non est securus, quando rex disponit de rebus ecclesiæ, vel ipsi
ecclesiæ donatis, quæ voluit vltra Martinus de Laude in trac.
de principib. nu. 11. vbi assignat alias limitationes ad d. l. bene
a Zenone, & And. de Iser. in tit. quæ sint rega. in nei. & com-
mittentium crimen maiestatis, nu. 78. vbi inter alia declarat,
non habere vires, quando rex ignoraret rem esse alienam, quod
fuit securus Dec. in consi 357. in casu. quasi per totum, ubi mo
dificat tribus alijs modis, qui breuitatis studio hic non inserun
tur, cum quo conuenit Fel. in c. quæ in ecclesiarum. nu. 34. 35.
de constitutio. & Gramma. in deci. 65. nu. 35. sed multas aliae
modificationes assignat Petrus Duennas in suis reg. in regula
238. & hic meus Affl. in const. regni exceptiones, in 1. nota. nu.
6. vbi etiam concludit, debere hanc exceptionem reseruari,
quando a principio litis obijcitur, & esset res aliqua dubia. Ec
42 de eo etiam quòd hic notatur † in sexta ratione pro ecclesia,
quod ante acceptationem liceat gratiam reuocare, tu autem in
prædictis ex dictis Tira. in tract. de consti. posse. in 33. limi. fo.
106.

116.nu.49.q si notarius fuit stipulatus pro absente, q non pos
sit reuocatio etiam ante acceptationem, concludas bene verũ,
43 q antequam † fiat ratificatio ab absente, ei non quæritur do-
minium, neque possessio, iotantum q si venditor, vel donans
absenti pro quo notarius fuit stipulatus, vt supra, interim ante
ratificationem alteri vendat, vel donat, ille præfertur, quam-
uis primus habuisset constitutum, vel precarium, prout ipso
omissis aliis concludit in d. loco relatis omnium opinionibus,
num.53. vbi plura diffinit de intellectu. l. si ego, ff de neg. gest.
vna cum nota. ibi a Pau. de Cast. sequitur hæc Dec. in consilio
226. mater Ioannis, & nonnulla per Ioan. Baptistam Plotum
in repe. l. si quando. C. vnde vi. nu. 11. 12. cum seq. & secundum
prædicta quando tibi placita sunt, puto intelligenda allegata
per Luc. a Penna in l. fi. de coouen. fis. debi. lib. 10. vbi etiam an
rennociatio facta parte absente valeat, & quæ volnit Capi. in
dec. 133. qui vagus in prædictis nonnulla in vinea iurisconsul
torum affert, nil tamen firmat, vbi etiam an indultus genera-
lis nondum publicatus possit reuocari, & de confessione libe-
ratoria, sed uide, vt dixi in dec. 300. oum. 6. quia contra hæc
videtur uoluisse Aymo in consi. 152. q quæratur ius absenti
ante ratificationem ex stipulatione notarii irreuocabiliter, &
sic si hæc vera, alteri vendere quis vel dooare non posset, quæ
in insante bene procedunt, vt declarat idem Tiraq. io loco su
pracitato post Decium in d. 33. liostatione, oo. 13. 14 & 30.
in aliis passus non sine difficoltate, sed opinio Tiraq. videtne
maioribus autoritatibus, & rationibus esse fulcita quam ipsa
Aymo. tu autem com maius tempus vacat in facti contingen-
tia poteris matutius considerare, nam si opinio Aymo. fuisset
vera, vtique ratihabitio veniens etiam post ius alteri quæsitũ
valida foret contra ea, quæ fuerunt conclusa supra in decisio.
33. sed de iis hactenus breuiter, nam sufficit loca citasse, ne lõ-
gus fiat apparatus, vnum tamen hic non prætermittam, io do
44 natio facta absenti valeat. & Roma. in consi. 294. 195 † dona-
tio patris. dicit q sic, secuta tamen ratihabitione, idem Corn.
254. licèt in litera Z. uol. melius And. qui tex. facientes nonnul
los adducit in c. 1. §. donare, num. 12. qual. olim feu. ali. poterat
vbi etiam si fieret pauperibus, q noo valeat nisi secuta ratiha
bitione. l. illud. ibi gl. C. de sacrosan. ecclesiis vbi etiam, q opor
tet donatarium habere ratam, antequam donans decedat, vt
ibi per eum, & per scrib. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de uerbo.
obli. sed plenius declarat Paris. in consi. 90. pro resolutione. no
me. 23. & in consi. 88 viso, nu. 23. & 89. circa finem 3. uol. qui
concludit, ualere io absentem saltem &c. causa fideicommissi,
iuxta tex. l. absenti. ff. de dona. sunt etiam anno. infra dec. 393.
45 & insuper † quatenus hic etiam dicatur in uer. & pro hoc est
tex. l. & si noo cognitio. C. si contra ius, uel vti. pub q qoando
committitur executio alicuius negotii, de quo non præcessit
sententia, q cognitio, & sententia deinde videatur commissa.
ultra scribentes io l. a diuo Pio §. sententiam. ff. de re iud. decla
rat Dec. in consi. 322. visis, nu. 2. ubi extendit ista in iudice re-
46 seruante † liquidationem alicuius interesse, de quo cognitum
ante oon fuit, q uideatur etiã reseruasse cognitionem, & pro-
inde instrumentum, quod continet prædicta huiusmodi, q nõ
47 habeat executionem paratam etiam † q de proximo possit fie
ri liquidatio secuodũ Corn. in consi. 223. uide. in 2. par. Cæl. V.

DECISIO CCCLXII.

De duabus relationibus non omnino conformibus executioni mandandis in minori summa.

SVMMARIVM.

1 *Relationes duę in parte conformes sunt executioni mandandæ, in quo conueniunt, nu. 4.*
2 *Executio appellatione pendente fieri an debeat.*
Testes in summa variantes an dicantur singulares.
3 *Minor summa inest maiori etiam in sententia.*
4 *Practicantes obseruant practicam præteritam.*

1 FVit maximè excitatum in Consilio, † si dictat
ritus magnę curiæ Vicariæ, quòd existentibus
duabus relationibus conformibus mandentur exe
cutioni, & postea si ab eis appellatur ad sacrum
consilium, procedatur in causa appellationis. Eue
nit, quòd prima relatio condemnauit in 20. secun
da relatio condemnauit in 10. tantum, An istæ re-
lationes sint cõformes in 10. ita quòd debeant exe
qui in 10.
Videbatur aliquibus Dominis, quòd non essent
2 conformes, & sic nõ sunt exequendæ, † quia ritus
est stricti iuris, & est contra ius, quod uult, quòd
pendente appellatione fiat executio, quod est con
tra totum titulum, nihil nouari appellatione pen-
dente, ideò non debet extendi ad dictas relationes
non omnino conformes. Item, quia si unus testis
deponit de 20. alius de decem, consuluit Alc. q
sunt singulares, in 1. uol. cons. 118. & in 1. uol. cõs.
64. sed postea in sequenti consilio tenuit cõtrariũ.
3 † In contrarium dicebatur, quòd dictæ relationes
sunt exequendæ in decem, quia in maiori summa
inest, minor etiam in sententia, vt uoluit Bar. in l.
1. §. si stipulanti. cũ simi. ibi alleg. ff. de uerb. oblig.
stãte ista dubietate fuit capta informatio per Ant.
Mancusum actorum notarium ex ordine sacri
4 Consilii à practicantibus, † quomodo fuit obserua
tum, & practicatum in præteritum, quando con-
tigit proferri dictas relationes, unam de 20. & aliã
de decem, & fuerunt dicti practicantes in eorum
depositionibus contrarii. Fuit per totum Sacrum
Consilium deliberatum, & conclusum, q dictæ
duę relationes mandentur executioni quo ad de-
cem, quia in illis decem sunt conformes, & sic fuit
executum.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CCCLXII.

1 *Sententiæ debent exequi ex forma statuti in quantitate, in qua conueniunt, secus si sententię non essent conformes in tempore, vt quando una sententia condemnaret in diem, & alia purè, item quando fuisset diuersitas in subiecto rei, quia unus iudex condemnauit ad unam quantitatem & alius ad aliam.*
2 *Princeps committendo causam, in qua non licet tertiò prouocare, an uideatur dispensare, quòd iudex cognoscat de causa appellationis.*
3 *Sententię attenta forma ritus debent exequi in ea parte, vbi sunt conformes.*
4 *Sententię quando una foret in causa principali & alia in causa desertionis, non sunt conformes.*
5 *Fideiussio de iudicatum soluendo durat in duabus sententiis conformibus.*
6 *Item duæ sententiæ conformes euidenter iniquę non debent exequi etiam ex forma ritus.*

1 QVòd sententię dicantur † conformes in quantitate, in
qua conueniunt, declarat Alex. in consi. 77. in causa 1.
uol. ubi in illo subiecto q non licet appellare a tri-
bus sententiis conformibus concludit, q qoando fuisset diuer
sitas tantum in quantitate, satis dicuntur sententiæ cõformes
io tantum, q non licet ab eis 3. prouocare, secus oerò si diuersi
tas fuisset in tempore, quia fortè vna sententia condemnaret
in diem, & alia pure, nam diuersitas temporis, & non qoantò-
tatis stipulationem uitiat. l. 1. §. si quis simpliciter, cum si. ff. de
ver. obl. quod etiam fuit secutus, quando diuersitas sententia-
rum fuisset circa substantiam rei, quia unus iudex fecisset con-
demnationem ad unam rem, & alius ad aliam, quæ bene pro
cedunt, ut infra sed rogo te, ut aduertas ad unum, quod dixit
2 ibi Alex. in d. consi. in 2. col. qui inquit, † q princeps committẽ
do causam, in quã noo licet tertiò prouocare, q uideatur di-
spensare, q iudex possit cognoscere de causa appellationis, nã
illud est falsum, & contrarium affirmant omnes scribentes, &
maximè

maximè Philippus Francus, & Dec. in c. directæ. de appella. &
consulun Soc. in consi. 158. ossis. in 2. uol. 1. col. rationibus de
quibus per eos, ne in longum sermo protelletur, qui dicunt om
nia nulle in hoc casu etiam parte non opponente, & princeps
ex potestate ordinaria hoc facere non posset, & ita ego de fa-
cto obtinui in quadam causa commissa ex delegatione apostolica
lica domino Luciano Roppulo, cuius est actuarius Florenti-
ous, anno 1555. cum illis, & redeundo ad proposita ultra Ale.
q sententiæ dicantur conformes, quando conueniunt in quan
titate, fuit amplexus Barb. in cons. 10. clementissimi 2. uol. cō-
probatq; Dec. in cons. 385. iuridicam. ubi proximè loquendo
5 ad materiam ritus, & sic de statuto loquente, † q duę snię con
formes exequantur, canit & debere exequi in ea quantitate in
qua snię sunt conformes. imo, q hoc statutum sit fauorabile,
nam conuenit ad lites finiendas, sed latius hæc conueniendo
tandem cum istis diffinit ex dictis omnium Aym. in consilio
183. regula. qui ait etiam, q essent conformes in minima quā
titate, dummodo, q in substantia cōueniant, mereri executio
nem, etiam q duæ snię primæ fuissent conformes 3. uero nō,
dummodo 4. approbat duas, & hoc contra Rotam, quę uoluit
4 contrarium, sed bene uerum, † q si una snia fuisset in cā prin-
cipali, i. de negotio principali, & alia super desertione, q non
dicātur tunc conformes ex consi. Corn. 14. 4. vol. comprobat
supra narrata ultra ipsum Soc. Iun. in consi. 18. & 45. 1. uol. &
in cons. 74. 2. vol. prout ita in facto fuit determinatum in sacro
consilio in quadam causa illorum de fidelibus de Litio, cuius
fuit Actuarius Vincen. Bozauotra anno 1545. ea ratione, quia
prima sentētia cognoscit de negotio, alia uerò, quæ fertur su
per desertione minimè, & sic non conformes, in qua causa fuit
etiam cognitum, an esset ibi, s. in prouincia Hitruntina cōsue
tudo, siue stilus, q duæ snię conformes exequerentur circun-
scripto nostro ritu, & fuit determinatum ibi non esse talē con-
suetudinem legitimè, maximè probatum, iuxta consi. Alex. 36
uiso themate. col. fi. 1. uol. & no. infra in dec. 391. & propterea
omnia attentata, & innouata fuerunt reuocata, & cum istis ēt
5 conuenit Hierony. Grat. in cons. 34. in 2. uol. † dum dicit, q fi-
deiussio de iudicatum soluendo non expirat, quando sunt tres
sententiæ conformes, & sic conueniunt cum prima, limnatq;
6 tex. l. cum apud Sempronium. ff. iud. sol. sed in circa † hęc nota
unū, q post scrib. uoluit Ias. in L. in prin. nu. 6. ff. de no. ope. nū.
q quando istæ duæ snię fuissent euidenter iniquæ, q non de-
berent exequi, de quo fuit habitus sermo sup. 10 dec. 26. Cęs. V.

DECISIO CCCLXIII.

De charitatiuo subsidio super turbatione fundi dotalis non præstando propter insufficientem possessionis probationem.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes de possessione triginta annorum, & fructuum perceptione, nō deponunt de territorio inculto.*
2 *Testibus pluribus stante paritate probationis standum potius, quàm paucioribus.*
3 *Possessio iunior non continuata præsumitur clandestina.*
4 *Possessio antiquior sine titulo posteriori possessioni cum titulo præfertur.*
Instrumentum dotale nō incipit a mensura, sed a corpore.
5 *Mensura secundùm regionē contrahentiū consideranda.*
Interpretatio contra producentem in dubiis fit.
6 *Testib. verisimiliora deponentib. magi credendum.*
7 *Experientia recti sermonis sensuis adhæret.*

1 VTrū dominæ Pricitæ de Ligorio, & eius filio
sit præstandus charitatiuus fauor contra do-
minum Marcum de Auersa super turbatione, &
molestatione prætensis cuiusdam terrę dotalis di-
ctæ dominæ Pricitę iuxta formam capitu. Regni,
quorum unum incipit, ad Regale fastigium, alte-
rum incipit, finis præcepti charitas, & alterum in-
cipit, charitatis affectus. Et dubium faciebat, quis
melius probabat se possedisse, cum utrique proba
bant se possedisse hoc modo, uidelicet dicta do-
mina Pricita probat per instrumentum dotale da-
tam fuisse sibi in dotem terram modiorum quin-
quaginta parum plus vel minus, sitam in Gaudo
Auersę, iuxta sanctam Mariam de Cupito, iuxta
bona Petri Loysii Gargani, iuxta bona Ant. Ma-
ramaldi, & alios confines, & probant per testes
ipsam terram possedisse, & fructus percepisse ab
annis 30. Dominus Marcus dicit, quòd domina
Pricita habet, qđ petit, & in dicto territorio suo
eam non molestat, sed ipsa molestat eum super
possessione cuiusdam terrę a puteo uersus occidē-
tem, uersus massariam Regis, quam ipse & sui an-
tecessores possederunt à 40. aonis. & plus per mul
tos testes, & probatur de perceptione fructuum a
tempore mortis Regis Ferd. primi; quia eius tem-
pore dictę terrę non cultiuabantur propter pro-
hibitionem dicti Regis ex causa uenationis. Et pro
fectò fuit uisum sacro Consilio, quòd nullus fa-
uor est præstandus dictę do. Pricitę, & eius filio.
1 † Pro eo; quia do. Pricita habet quod petit iuxta
formam sui instrumenti, tum quia testes sui, qui
deponunt de possessione 30. annor. & fructuum
perceptione, non possunt intelligi de territorio cul
tiuato per dom. Marcum post mortem Regis Fer-
dinandi primi, cum ante erat incultum, & nō pro-
ueniebant ex eo fructus, & hoc etiam fatetur dicta
domina Pricita in suis articulis. Secundò, quia da
ta paritate probationis inter dictam Pricitam, &
dominum Marcum de possessione territorii, ubi
est dictus puteus, ex quo testes do. Marci sunt plu
2 res numero, qui deponunt de sua possessione † stan
dum est magis pluribus testibus, quàm paucio-
ribus dictę Pricitę, ut in ca. licèt causam. per doc.
de prob. & in ca. in nostra. de testi. & Bar. in l. si
duo. uti possid. & Cy. in l. 1. C. eo. & Bal. in disputa
tione sua, accusatus de ui turbatiua. Tertiò, quia
possessio do. Marci dicti territorii, ubi est dictus
puteus, est antiquior, & possessio dictę Pricitę, ut
3 suprà probata est junior, † & de iure ista iunior
maximè non continuata pręsumitur clandestina,
prout fuit allegata, secundùm Bart. in l. ordinarii.
C. de rei uend. & in l. si duo. ff. uti possi. & doct. in
d. l. 1. C. eo. & Bal. in l. arboribus. §. lignum. ff. de
usuf. & in l. de pretio. §. si duobus. ff de pub. & in l.
si super. ult. col. C. de pręsc. long. temp. & in l. non
ignorabit. ad exhibendum, & pluries hęc dicit
Alex. in suis consiliis, uidelicet in 1. uol. consi. 110.
in 3. uol. consil. 81. & in 5. uol. cons. 8. quę quidem
possessio antiquior est tantę potentię, quòd etiam
si do. Pricita suam possessionem iuniorē probaret
4 titulatam, † præfertur possessio antiquior sine ti-
tulo posteriori possessioni cum titulo, ut uoluit
Bar. in l. si de eo. §. fi. ff. de acq. pos. & Bald. in d.
disput. accusatus de ui turbatiua. & Ale. in apostil.
in d. l. si duo. licèt illud instrumentum dotale non
probet titulum terræ, ubi est puteus, tamen quia
instrumentum dotale non incipit a mensura, sed
incipit à corpore, secundùm Bald. in rub. de con-
trah. empt. & per doct. in ca. a. de don. cum conc.
ibi allegatis per doct. tamen quia dicta terra, de
qua in instrumento prędicto dotali celebrato Nea
poli, mensurata est modiorum quinquaginta pa-

5 rum minus,† & sic interpretatur secundùm regionem contrahentium illa mensura, postquã aliter non declarauerunt, quia quando scriptura est dubia, quia non potest intelligi duobus modis, debet fieri interpretatio contra producentem, ut in l.ueterib. & ibi Bal.ff.de pact. & in c.in præsentia, de prob.quasi sibi imputetur, cur expressius non fuit conuentum.l.in ambiguis. ff. de reg. iur. & in regula, contra eum, lib.6.not.in c. ex literis, de sponſ. Quartò; quia testes dicti domini Marci de ponunt verisimiliora; quia magis in specie, & in causa scientiæ specificè deponunt melius, quàm
6 testes d.Pricitæ, † & ideò illis testib. verisimiliora deponentib. sacrum Consilium magis credidit, iuxta notata in c.licèt causam, de prob. & Inn.in c.auditis, de præsc. Abb.in ca. quia non est uerisimile,de præsum. & in Spec.de teste.§.postquam uers.quid si plures.Pet.de Anc.in c.2.de præsc.lib. 6.& in cons.278.Abb.in c.cum oporteat,de accu. Ant.de But.in c. quid per nouale, in 4.col.de uer.
7 sign. † Experimentum enim uerorum sermonum est, ut concordet rebus sensatis, & uerisimilibus, nam id quod est ualde longè a uerisimili,est quædam falsitatis imago,secundum Bald.in cons. scismatis.C.si quis aliq. testa. prohi. & Bal.C. de fer. fug.l.1.Et ideo fuit declaratum, quòd non est pręstandus fauor charitatiuus dictæ do.Pricitę, & d. do. Mar. fuit absolutus ab impetitione d.do. Pricitæ,& filii.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXIII.

1 *In interdicto recuperan. possessionis obtinet, qui probat de anti quiori possessione.*
2 *Testes digniores,& magis specifice deponentes de posses*
3 *sione præferuntur aliis. satis est testem dicere, vidi Titium posidere, vt probet de possessione, & optimè probatur possessio, quando quis probat fructus percepisse.*
4 *Data paritate terminorum in simplici possessorio is obtinet, qui probat de possessione tempore motę litis.*
5 *Possessorium, siue possessio, an probetur per testes singulares, & per vnum testem.*

ET de subiecto istius caritatiui subsidii quando venit præstandum etiam contra clericum, sunt annota. supra in de
1 cisio.24.† & quòd in possessorio recupe. is obtineat, qui probat de antiquitate possessionis, sunt etiam annota. supra in decisio.324.& 327.notat etiam Decius post alios in consi. 302. & pro tenos.oum.8.& quòd testes digniores,& magis specificè deponentes de possessione præferantur in hoc interdicto, & vltra per quos a tus probetur possessio post glo. notabilem in l.stipulatio ista.§.hæc quoque stipulatio.ff.de uerb.obligã.
2 † quæ concludit satis esse,testes dicere,uidi Titium possidere, & sic testes deponunt de possessione quam peritissimi diffinire non sũt ausi,sunt annota.supra in dec. 167.vbi etiam q per impositionem custodis probatur possessio.Bar.in l.Titia. ff.de solutio.vbi etiam tenet, q omnes concludunt illam veram bonam probationem posse,quando quis profectus percepissu. &
3 in his nota etiam † q is intelligitur possidere toto anno, qui probat fructus percepisse in aliqua parte anni,prout singulariter ex dictis Bal.in addi.ad Specu.& Flo.in l.1.ff. famil.ercisc. refert Barba.in consi.51.colum.2.volum.4.exclamat Crem.in sing.suo 133.si probo.& insuper non puto prætermittendum,
4 q data paritate terminorum in simplici possessorio,† q is debeat palmarium causæ reportare,qui melius probat de possessione tempore litis motæ. declarat Pau. de Cast. in consi.5. & possessio,an probetur per testes singulares,q non,videtur de-

cidere Alex.in consi.100.super 1.vol.quando quis vult probare possessionem certi temporis,aliàs secus,per gl. in l.cum carmen.§ si.quem uide in 4.col.in uer.nec prædictis.sed latè Ay. in consi.73.nu.32. & de hac decisi.latius per Parisium in consi 64.luculenter,1.uol.qui citat Affli. quando uenditio videatur facta ad corpus,uel ad mensuram,de quibus latius anno.supra
5 in decisio.68.& † an possessio probetur per vnum testem,sunt annota.intra 10 decisi.seq. Cæs.Vrsill.

DECISIO CCCLXIIII.

De probatione requisita in remedio c.reintegranda.3.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Remedium c. reintegranda 3. q. 1. quam requirat probationem.*
2 *Testes singulares cuius sint probationis?*
3 *Pauli de Cast. opinio super testium depositione de confessione variantium reprobata per totum Consilium.*
4 *Confessio extra iudicium parte absente probat semiplene. Confessio extraiudicialis probanda per testes duos contestes de loco & tempore.*
5 *Probare de possessione per unum testem an sufficiat in causa possessorii.*
6 *Iudicis arbitrium quid commissum sit?*
7 *Liber monasterii,dicens rem esse redditiciam, an probet?*
8 *Liber monasterii,vt faciat fidem,quid requirat?*
9 *Sententia debet esse libello conformis.*

FVit decisum in Consilio in causa monasterii
1 S. Seuerini ord. S. Benedicti de Neapoli, † sitagens remedio c.reintegranda.3.q.1.probat solum per duos testes, patrem conuenti dixisse extra iudicium parte absente, quòd terram quã petit monasterium integrari,quòd tenet ad cẽsum à monasterio. Item per unum testem de perceptione fructuum. Item per librum monasterii de perceptione census. Item per testes de auditu, quòd dicta terra erat monasterii, quòd dicta terra non uenit reintegranda, & sic quòd cõuentus debet absolui.
2 Et motiua sunt ista; † quia illi duo testes deponentes de dicta confessione patris Io. Baptistæ de uno extra iudicium parte absente non probant etiam semiplenę,quia unus deponit de confessione facta uno tempore, alter alio tempore, & ideò sunt singulares, ut dicit Ant. de But. post Io. Cal.in c. ueniens, ult.col. de testib. & Abb. Sic. post Bal. in c. cum causam in 2.col.de pro.& Bal.in l.spadonem. §.quæ iura. ff. de excu. tut. & licèt in contrarium fuisset alleg.consil. Paul.de Castr.in consi.378.uisa petitione.in 3.col.& consi.276.quod incipit; uiso processu. in 3. col. ubi vult, q si unus testis deponat de confessionę in uno loco, alius testis deponat de confessione in alio loco, quòd isti duo te-
3 stes coniunguntur. † Fuit dictum per sacrum consilium, q Pau.non bene dicit, quòd imò dicti testes sunt singulares, ut in propriis terminis tenuit Anto.de Butr in c.licèt ex quadam.pen.col.uer.& per hoc deciditur quęstio & c.de testib.allegat Cy. in l.secunda, C. de consuet. idem uoluit Ant. de But. in cap.fin.ante pen.colnm.de consue. & Ale. in 1.uolum.consilio 72.in 3.col.& in 3.uol.consil. 68.inci.uiso processu causæ uertentis, & ideò stan
4 te illa opin.pro uera, † q confessio extra iudicium

parte

parte absente probat semiplenè, secundum Barto.
in l. admonendi. in 13. col. de iureiur. dum alleg. l.
ea. 5. ff. de adult. & tex. in c. fi. de success. ab intest.
& Fel. in c. si cautio. de fide instrum. tamen ista con
fessio debet esse probata per duos testes contestes
de loco, & tempore, ut est glo. in l. fi. C. famil. er-
cis. & uoluit Bal. in l. 1. uersi. quilibet actus debet
probari per duos testes. C. de testib. idem Cyn. in l.
generaliter. C. de non num. pec. & Innoc. in c. per
tuas, de prob. & Ale. in primo vol. consi. 18.
Idem licèt soleat dici, quòd in causa possessorii
sufficiat probare de possessione per vnum testem,
ut dicit Bart. in l. 1. C. quorum bonor. & in l. 2. cir-
5 ca fi. C. ubi in rem actio. † tamen contrarium uo
luit Bar. in d. l. admonendi, in 13. col. & in extraua
ganti. ad reprimendam, in uerbo, summariè, &
ista opi. fuit Sacri Con. quando agitur remedio re
integrandæ, ut non sufficiat probare possessionem
per unum testem maximè, quia ille unus testis con
tradicit testibus Ioan. Baptistæ conuenti, qui depo
nunt de anteriori possessione partis ipsius dictę ter
ræ, quibus magis standum est, cum sint plures, ut
in capi. in nostra. de test. cum concor. & sic ei non
est credendum, satis diminuitur eius fides ex dictis
6 aliorum testium deponentium contrarium. † Ideò
fuit uisum Sacro consilio, quod ipsi testes, qui depo
nunt de perceptione fructuum terræ non dicant
uerum, nec uerisimile, quod totum iudicis arbi-
trio committitur, secundum Io. And. in c. cum in
iuuentute. de præsump. & Bal. in l. obseruare. C.
quorum appel. nõ reci. facit l. fi. §. ob carmen. ff. de
testi. Nec aliquid mouet productio libri dicti mo-
nasterii ad probandum eius possessionem, quia ille
liber sic dicit, uidelicet, habet dictum monasteriũ
7 redditum talis terræ, † nam per ista uerba non pro-
bat possessionem dictæ terræ fuisse penes mona-
sterium, ut dicit Bal. in l. si pater. C. de act. emp. nec
etiam probant eius dominium, ut in l. solennibus,
secundùm Bal. & Sali. C. de rei vend. unde si mona
sterium scriberet in libro suo, rem meam esse red-
diticiam monasterio, nihil mihi noceret talis scri-
ptura, nisi ego consentire, ut dicit Bal. no. in 4. uol.
consi. 276. inci. uiso puncto prædicto. alleg. d. l. so-
lennibus, & l. quę quisque ff. de ac. rerum domin.
& l. censualis. C. de donat. & l. præses. eo. tit.
8 † Nec potest fieri condemnatio uirtute dicti li-
bri ad dictum reditum in commentio natum, quia
ille liber non est uerificatus, iuxta ea, quæ notan-
tur per docto. in c. ad audientiam, cum conc. quæ
ibi allegantur, de præsc. item non fuit factum ad
9 reditum, sed ad possessionem, † & sententia debet
esse conformis libello, iuxta notata in capi. licèt
Hely. & ibi per Feli. de sim. Ideo dictus conuentus
iudicio omnium Consiliariorum fuit per diffiniti-
uam sententiam absolutus reseruato iure, si quod
competit dicto monasterio super terra, siue super
reditu, uel annuo canone.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXIIII.

1 *Duo testes deponentes de duabus confessionibus non con formibus de loco, & tempore parte absente, an probent, & an coniungi possint.*
2 *Si duo testes deponerent, unus parte præsente de confessio ne, & alii duo parte absente, an fiat cõiunctio, & quid si unus testis deponeret de confessione una parte præsen- te, & alius absente parte, an similiter possint coniungi.*
3 *Confessio extraiudicialis parte absente facit semiplenam*
4 *probationem. oportet probare de pluribus confessioni- bus ad hoc, ut testes coniungantur.*
5 *Confessio partis adeo infringat dicta testium, quòd statur magis dicto principalis, quam mille testibus deponenti bus contrarium.*
6 *Pluralitas actuum in dubio non præsumitur.*
7 *Confessio absente parte probat semiplenè, quando agitur de obligando confitentem, secus ad liberandum, nam tũc plenè probat.*
8 *Ad hoc, ut confessio præsente parte obliget, oportet, quòd acceptetur per partem.*
9 *Confessio absente parte an de æquitate canonica obliget.*
10 *Confessio in ciuili an possit scindi, & sic pro parte acce- ptari.*
11 *Causa possessorii, an quia modici præiudicii, possit per unum testem probari, & concluditur quòd non contra aliquos.*
12 *Multum nostra interest habere possessionem, nam du- bius litis euentus, in dubio inter alia fauetur possessori- bus.*

Circa subiectum istius decisi. de primo dubio ipsius, quod
1 duo testes deponentes de duabus confessionibus † factis,
absente parte diuersis locis, & temporibus non probent, neque
coniungi possunt, comprobat late Aymon tract. de antiq. tep.
4. par. fol. 154. nume. 25. ubi citando hanc decisio. dicit ipsam
2 † non procedere, quando fuisset unus testis de cõfessione par
te præsente, & alii duo absente parte, quia tunc coniungi pos-
sunt, & hoc casu affirmat posse procedere consi. Pau. de Castr.
109. 2. uol. incip. uisa petitione, hic citatum per nostrum Afflic.
& fuit etiam notatum supra in dec. 12. licèt cõtrarium uidea-
tur uoluisse Alex. in consilio 36 uiso processu. col. fin. 5. uol. &
alii quos ipse ibidem refert, num. 9. quando unus testis in uno
loco deponeret de confessione præsente parte, & alius in alio
loco etiam præsente parte in alio loco, & tempore, quia licet
depositio uniuscuiusque faciat semiplenam, quod tamen non fit
coniunctio ad faciendam plenam probationem, & male secũ
dum superius allegata, quæ puto intelligenda, quando illi duo
testes, qui deponunt de confessione parte absente fuissent con
3 testes de loco, & tempore, & sic tunc talis confessio † extraiu-
dicialis faceret semiplenam, no. omnes post Bar. in l. admoné.
est magis communis, sicut notadi infra in decis. 375. & sic be-
ne fieret coniunctio cum illo teste, qui deponeret parte præsen
te, qui obtinet uim semiplenę probationis, ut fuit dictum su-
pra, quæ omnia multis legibus, & autoritatibus fundat Ay-
mo in loco supra adducto, & in consi. 73. dicendum, num. 34.
ubi etiam dicit ista procedere, quando fuisset deductum, & ar
4 ticulatum de pluribus confessionibus † habitis diuersis locis,
& temporibus, secus uerò si pars se astrinxisset ad unam con-
fessionem tantum, nam tunc quatenus forte testes deponerẽt
de pluribus confessionibus, quæ fuissent contrariæ articulis,
siue dicto principalis, minime probarẽt, ut no. Bar. in l. 3. §. cre
ditum. circa fi. ff. si cer. pet. Ro. in consi. 391. de proposita. in fi.
5 ubi concludit, † quod confessio partis infringit dicta testium intã
tum, quod statur magis dicto partis contra ipsam, quàm mille te
stibus in contrarium, seu pro ea deponentibus, igitur cautus
defensor causæ debet cum ueritate aduertere ponere in articu
lis de duabus confessionibus factis diuersis locis, & tempori-
6 bus, nam in dubio † pluralitas actuum non præsumitur, secun
dum Abb. & Fel. in c. cum omnes, de consue. nu. 6. 7. 8. 9. & fuit
notatum supra in dec. 23. & insuper semper se reddere confor
mem cum depositione principalis in criminalibus, & ab ea ca
pere defensiones faciendas pro inquisito seu querelato, si-
cut a prima petitione in ciuilibus causis debet quis forma-
re articulos, aliàs si fuisset discordia inter dictum princi-
palis, & testes, quia principalis diceret unum, & testes a-
liud, non esset, seu non posset fieri concordia etiam ad ef-
fectum euitandi falsitatem. Bartoli, & scribentes in loco su-

pra citato, prout his diebus anno 1564. casus accidit in regia
camera summariæ de mense Decemb. in quodam iuuene de
domo de Aochora substituto portulano io ciuitate Salerni,
qui cum argueretur de subornatione, & quandam fideiussio-
nem non cepisse de asportando granum voa cum responsale,
vt moris est infra regnum extimatus, vt principalis deposuit
dictam fideiussionem domi per ipsium captam, & mox per te-
stes probauit per eum captam in regia doana, & quia erat cō
trarietas inter testes & principalem. & vnicus actus fideiussio
nis fuerat in processu deductus stantibus aliquibus indicijs sub
ornationis fuit tortus, tandem quia in tortura perstetit, fuit p
regiam cameram liberatus, actuarius Aotonius Sequilante. &
redeundo ad institutum, quod dixi, q confessio absente parte
verificata per duos testes contestes probat semiplene, occur-
rit dicere esse intelligendum, quando ageretur de principali
7 obligando † secus si fuisset facta ad liberandum debitorem, vt
si Titius fuisset debitor Semproonii in centum, & ipse Sempro
nius in absentia Titii fassus fuisset sibi solutum, vel satisfactū,
nam bene tali confessioni contra ipsum Semproonium staretur
ad liberandum Titium debitorem, prout affirmat in renun-
ciatione Lucas de Penna in l.si.C.de conue. fis. debito. lib. 11.
concludunt in specie tandem Alex. & Ias. in l. postquam liti.
C.de pact. Hyp. sing. 202. in scri. Ias. in consi. 41. 3. uol Gram.
in consilio 17. lo tiui. vbi plus loquitur, oun posse uocari
prætextu erroris, fuit notatum supra in dec. 105. sed nihil hic
8 contingit dubitare, an talis confessio præsente parte † probata
per testes, vt supra ad hoc, vt probet, sit necesse, q constet etiā
de partis acceptatione. Alex. in l. suus. post Saly. C. de repu. vel
absti. hære. dicit q non, quod fuit secutus Soc. in consilio 228,
in causa, nume. 6. io 2. uol. Petrus Duennas in regula 129. sed
contra hæc videtur dicere Ias. q sit necesse. q acceptetur, io
l. error. C. de iu. & fac. igno. vbi etiam col. citat nonnulla cons.
Alex. quod etiam uidetur amplexus Cur. Iun. in consi. 149. 1.
vol. qui ampliat etiam in matrimonio, & Cur. Senior in consi
lio 78. super articolo, licèt tādem videatur postea secotus aliā
partem, quam puto veram, & illam tanquam iuri consonam
sectatur Cotta io memo. in uerbo confessio. vbi etiam conclu
dit in literis dimissorijs hæc etiam locum habere, pro qua vl-
tra Soci. io d. consi. 218. 1. uo. non respondendo aliter contra-
rijs breuitatis causa, allegatur tex. c. dilectus, de succ. ab intest.
quod uult, q sola præsentia sine acceptatione sat sit, cum qui-
bus etiam conueniunt signata supra in dec. 308. ubi fuit dictū,
q illa, quæ fiunt in fauorem nostrum, censemur annuere, & cō
firmare, & quæ uoluit Dec. in consi. 57. & pro tenui. & in con-
9 silio 163. in causa 1. col. q confessio absente † parte de æquita-
te cano. ualet & probat. sequitur Hypo. in sing. 627. & hic au-
ctor in const. fin. imus, de iure congrui in §. nisi quis, qui per
solam hanc confessionem absente parte concludit ex multis
probari contractum simulatum, & in fraudem ioris congrui,
prout ego etiam io facto obtinui in causa illorum de Cato io
magna curia uicariæ anno 1562. & nunc pendet in sacro con
cilio. Actuarius, & in prædictis etiam quando confessio prædi
cta fuisset geminata, q bene probat, conclusio Dec. in locis su-
10 pra narratis, & de confessione prædicta, † q in ciuilibus possit
scindi. & pro parte acceptari. Gratus in consi. 93. 1. uol. & 58.
2. uol. Iasc Boerius in dec. 9. qui multos citat, nisi; uidetur fir-
mare, & quatenus Afflic. in fine vsus autoritate sacri consilij
11 † causam possessorii non posse probari per vnum testem, ad-
uerte obsecro, quia contrarium tenuit Ias. in l. admonendi. co
lum. 1. fol. 104. io libro meo primæ impressionis, & Dec. in cō
silio 56. vt fuit notatum supra in decisio. 347. & mouentur isti
ad sic dicendum, quia modici præiudicii, igitur debet posse p-
bari per vnum testem. sed contra hæc, & sic cum opinione Af
flic. & sacri consilij uidetur tenere Aym io consi. 158. affictā-
tur, no. 1. 2. 3. Rec. io d. consi. Decii 56. qui citat Afflic. hic, quæ
opinio fatis mihi minimo inter tātos patres semper fuit placi
ta. & modo placet etiam, nam possessionem habere, seu posses
sorem esse, non uidetur res modici præiudicii, sed maximi. l. is
12 qui destinauit. † ff. de rei uend. & hoc de cons. iurisconsul. ibi,
qol sic docet. vol. §. commodum. insti. de interdictis, quorum
commoda multa enumeras hic auctor in c. 1. fol. 190. io 6. col.
de contenti. inter dom. & vas. de bene. sed latius Tiraq. io lib.
de primoge. q. 17. in 11. opinione, q præferatur possessor, quā-
do ignoratur, quis sit primogenitus duorum. præterea interest
nostra fungendo partibus conuenti, & possessoris laboribus &
expensis non uexari, maximè propter dubium euentum litis.
l. minor la 2. ff. de minoribus. l. quod debet. ff. de pecu. cum aliis
coacernatis per Cott. in memo. in uerbo lites, ex quo in dubio
fauetur de iure possessori. cap. lices causam. de proba. ibi Abb.
& scri. & maximè quia causa possessori quādoque trahit cau-
sam proprietatis. c. si a sede. de præb. in 6. & uidemus etiā per
experientiam, quæ est rerum magistra. c. ubi periculum. de ele
ctio. in 6. cum sim. nonnullos ductos diffidentia litis postquam
bona per possessorium deuenerunt ad aliquem aduersarium
potentem, qui vltra potentiam exercet lites, cum fructibus,
& commodis poss. debilitata ipsa parte cogitur hic litem de-
serere, propterea hanc opinionem ego minimus semper am-
plecterer, quam sententiam hodie qui est 4. Ianu. 1561. repe-
rio approbatam a Io. Baptista Ploto in repe. l. si quando. C. va
de ui. num. 165. qui alios eiusdem opinionis adducit, licèt hæc
non procedere dicat in iudicio possessorio summarissimo, &
non bene, cum militent eadem rationes, de quibus supra quæ
tanto magis uigent, & procedunt, cum io sacro consilio nun-
quam, prout ego uidi obseruari, deciditur aliqua causa posses
soris, quin non cognoscatur aliqualiter de proprietate, & sic
magni momenti, ne lites frustra fiant. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCLXV.

De tacita reconductione finito tempore locationis, & de mercedis remissione propter damnum in re locata, & de feudo rustico, & vrbano.

SVMMARIVM.

1 *Reconductio rei locatæ tacite fieri an posset lapso locationis tempore propter consensus defectum, 14. & 16.*
2 *Intellectus abest, ubi furor adest.*
3 *Remissio mercedis propter damnum in re locata passum per locantem locatario, an facienda.*
4 *Dominium utile per locationem ad longum tempus transit in locatarium.*
5 *Intellectus ad l. item quæritur. § qui impleto ff. locati.*
6 *Reconductio tacita in emphyteusi locum non habet.*
7 *Nouum dicitur, quod nobis non ab antecessoribus nostris obuenit.*
8 *Metus instans tempore conductionis pro sequenti anno, excludit mercedis remissionem.*
9 *Differentia feudi vrbani cum rustico qualis, 12.*
10 *Reconductio tacita per eodem tempore interuentu scripturæ ad effectum probandi uidetur facta.*
11 *Paralogum quid sit.*
Feudum non habens uasallos in numero copioso, non dicitur nobiles & urbanum.
13 *Ius coloniæ quanto tempore præscribatur?*
15 *Instrumentum locationis guarentigiatum non potest exequi pro tacita reconductione.*

1 PEr instrumentum publicum † quidam nobilis de Mormili locauit nobili Iacobo de Valle de Auersa partem, quam ipse habebat in quodam casali pro annis decem pro tumulis centum decē & septem de frumento soluendis annos quolibet dicto domino partis dicti feudi, quę quantitas frumenti per dictum tempus fuit soluta, non facta alia renouatione expressa locationis, dictus Iaco. locatarius finito dicto tempore decem anno. tenuit dictam partem feudi, & soluit dictum affictum, sed dictus Iaco. propter eius senectutem
2 effectus fuit demens, & furiosus, † & sic cum eo non potuit esse tacita reconductio propter defectum consensus, ut no. Barto. in l. qui ad certum. ff. locati. quia ubi furor, ibi intellectus abest. no. in l. 1. C. unde ui, secundùm Bal. in c. clerici. de uita & honestate clericorum, tamen post mortem ipsius Iacobi hæres ipsius Iacobi tenuit dictā partē feudi, & soluit dictam mercedem dicto nobili de Mormili pro pluribus annis. Oritur dubium inter hæredem dicti Iacobi, & dominum dictę partis feudi,

3 feudi, † utrum inter eos sit facta tacita reconductio ad effectum, si debet fieri remissio mercedis propter damnum, quod ipse hæres passus est propter exercitum Regis, & propter maximam quantitatem murium, qui deuastauerunt segetes. Dicebant aliqui domini de Consilio, quòd non potest dici, quia inter dictum dominum dictæ partis feudi, & dictum hæredem sit facta tacita reconductio, quia ille contractus locationis erat finitus tempore, quo uiuebat dictus Iaco. ut supra dictũ

4 est, † tum quia ille contractus locationis factus cũ Iacobo, factus fuit per 10. annos, & sic ad longum tempus, ut dicit Ale. in l. filiosam. §. si uir in quinquennium. ff. sol. matri. per quam locationem ad longum tempus transit dominium utile ad locatarium, ut in l. 1. in fi. cum duabus seq. ff. si ager uect. & in l. 5. §. quod autem ait. ff. de superfi. & no. in Clem. 1. de rebus eccle. non alie. cum sim. & clarũ

5 † est, ꝙ l. item quæritur. §. qui impleto, ff. locati. quę vult, ꝙ in prędiis rusticis censetur facta tacita reconductio pro uno anno. & in hoc concordat tex. in l. in rebus, §. fi. ff. de preca. & no. Bal. in l. legem C. de pact. & Ale. in 4. uol. consi. 28. non habet locum, quando conductio facta est ad longum tempus, ut consuluit Ale. in 4. uol. consi. 17. col. 3. ubi

6 tenet, † ꝙ tacita reconductio non habet locum in emphyteusi, & idem tenuit Ludo. in consi. 103. & Bal. in l. 1. q. 11. C. quando non peten. partes. Bal. io d. §. qui impleto. & Alex. io 5. uol. consi. 76. Alii domini de consilio dicebant, ꝙ in persona hæredis Iacobi fuit noua locatio pro uno anno, ex quo locatio ad 10. ann. fuit finita tempore Iacobi, & pro

7 hoc facit, † quia quod nobis obuenit, non ab antecessorib. nostris, nouum dicitur, ut in c. 1. de gra. success. in feud. Et ideò in sequentib. annis in quolibet anno uidetur esse tacita facta reductio pro uno aono, & hoc probat tex. in d. §. qui impleto. & firmat hoc Bal. ibi & Bar. in d. l. qui ad certum. allegat l. planè. ff. pro soc. & l. legem. C. loc. & ꝙ in hoc casu nulla debet fieri remissio mercedis pp dictũ exercitũ & pp dictã quãtitatẽ muriũ deuastan

8 tium segetes, quia† probatum est, ꝙ tpe dictæ tacitæ reconductionis instabet idem metus, & sic nõ habet locum remissio mercedis pro sequẽti anno, ut firmat Bal. in l. si ea lege. C. de usuris. & gl. in l. habitatores. § iterum. ff. locati. & glo. in d. l. ędem. C. eod. tit. & Io. de Imo. in c. propter sterilitatem. 10. col. ff. locati, & not. in l. qui bona, §. de illo. ff. de dam. infect. & Bal. in c. 1. §. uasalli. de pace Constan. & Alex. de Imo. in l. interdum §. qd ex naufragio. ff. de acq. poss. Et ista ratione atenta fuit conclusum per omnes dominos de Consilio, quod nulla debet fieri remissio mercedis dicto hæredi.

9 † Sed hic incidit dubium, ex quo ista pars feudi locati est feudum quaternatum, & oon solum habet prædia rustica, sed etiam habet domos & prædia urbana, quomodo iudicabitur istud feudum, an rusticum, uel urbanum. Et ista dubitatio insurgit ex tex. dicti §. qui impleto, qui facit differentiam inter prædium rusticum & urbanum. Nam in urbanis eatenus uidetur facta tacita reconductio, quatenus post tempus finitum habitauit.

10 † Item, si in scriptis sit facta locatio non ad effectũ probandi locationem, sed ad effectum, ut non aliter sit facta locatio, nisi in scriptis fiat, iuxta l. contractus. C. de fid. instru. tunc ex tacita reconductione non uidetur contractus renouatus quia non interuenit scriptura, sed tacita reconductio uidetur facta, quatenus habitauit. Sed si scriptura interuenit ad effectum probandi, tunc uidetur facta tacita reconductio pro eodem tempore, ut originaliter firmauit Azo in summa, C. locati. glo. Bar. & alii in d. §. qui impleto, & Ale. in 3. uol. consi. 106. col. 9. in rusticis autem seruatur, ut supra dictum

11 est. † An dicta pars feudi quaternati sit prędium rusticum vel Vrbanum. Videtur prima facie, ꝙ sit urbanum, quia per infeudationẽ feudi quaternati contrahitur paradogium .i. nobilitas, ut dicit And. in c. 1. quis dicatur dux, comes, vel marchio. Dicit Lu. de Pen. in l. mulieres uer. 4. ex comitatu & c. C. de dignit. lib. 12. ꝙ hoc est uerum, quando feudum habet uasallos non modicos. Et ideò cum dictum feudum non habet uasallos in numero copioso, non potest dici, ꝙ sit nobile & urbanum. Sed Bar. io d. §. qui impleto, uersi. quæro, quæ est ratio diuersitatis inter prędium rusticum, & urbanum,

12 † dicit, ꝙ in prædio rustico nõ percipitur fructus in qualibet parte anni, sed solum in uno tempore. Sed in prędio urbano in qualibet parte anni percipitur fructus uniformiter, ideò prout inhabitauit, recõduxisse uidetur. Cùm igitur fructus dictæ partis feudi percipiuntur non in qualibet parte anni, sed uno tempore, iudicabitur quò ad istum effectum, prout de prædiò rustico, & sic censetur plures facta ista tacita reconductio de anno in annũ, per d. §. qui impleto. ibi, & hoc deinceps in unoquoq; anno obseruandũ est, ut supra dictum est.

13 † Fallit, nisi istud ius coloniæ durauit 30. annis, nam tunc esset præscriptum ius coloniæ, ut dicunt Bal. & Ang. in l. malè agitur. C. de præsc. 30. uel 40. anno. licèt glo. in l. litibus, in uerbo, colonorum. C. de agr. & cen. lib. 11. dicat, ꝙ ius coloniæ prescribitur spatio 10. an. quam gl. ad hoc allegat Bal. in l. si quis conductionis. C. locati Et ad hoc faciunt not. per Bal. in l. 1. col. 3. C. de fideic. Fuit ergo conclusum in consilio, ꝙ dñs dictæ partis feudi, q fuit sciens & patięns hæredes conductoris per plures annos finita locatione tenetur dictum feudum recipiendo mercedem solitam, potest agere actione locati ad pensionem non solutam. Et hęredem in

14 medio anni expellere non potest† quia uidetur facta tacita reconductio pro illo anno, secus si post finitum annum per tres dies. uel pauco tempore stetisset in feudo, & dominus feudi postea prohibuisset eum, ut recederet à feudo; quia uult feudum pro se, tunc non uidetur facta tacita reconductio, secundùm Bal. in d §. qui impleto. Non tamen posset uirtute instrumenti prædicti exequi pœnam ratione contrauentionis in ista tacita reconductione, secundum Bal. ibi in alia lect. all. Dy. in l. cum pater. §. patri certam. ff. de leg. 2 Idem expresse Bal.

15 io l. legem. C. loc. ubi dicit, ꝙ instrumentum † locationis guarantigiatum non potest exequi pro tacita reductione, & idem tenet Ale. in 4. uol. consi. 28. inci. ponderatis uerb. circa fi. & in eo uol. con. 17. inci. uiso instrumento locationis, uer. secundò principaliter. ubi ponit etiam quatuor limitationes ad dictum §. qui impleto, ut ibi per eum. Bene

est, verum, quòd si dominus feudi fuisset absens finitis illis annis, quib. fuit locatum dictum feudum, & non habuisset notitiam, ꝙ conductor uel 16 eius hæres tenuit feudum, † tunc non esset facta tacita reconductio etiam pro uno anno. Et licèt perseuerasset heres conductoris in possessione dicti feudi, & percepisset fructus, tunc dominus feudi poterit agere non ex locato, & conducto, sed negotiorum gestorum actione, ut bene declarat Bar. in d. §. qui impleto. in 2. col.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXV.

1 *Quando in confessione ipsius instrumenti, siue contractus imminet periculum, quo non obstante fit locatio, si mox eueniat damnum, parti contrahenti debet imputari, quod etiam procedit in conducente rem euidenter sterilem.*

2 *Uxor quę scienter capit maritum non soluendo, an deinde possit petere dotium assecurationem.*

3 *Furiosus quis dicatur, ut cum eo non intelligatur facta tacita locatio.*

4 *An contractus gestus cum furioso sit nullus, etiam quòd sit rectè factus, an intelligatur a casu potius quàm aliter obtigisse.*

5 *Emphyteusis finito tempore, uel generatione, an intelligatur tacita renouata per patientiam inde secutam.*

6 *An in contractu emphyteu. sit necessaria scriptura. iuri*
7 *petendi renouationem quo tempore præscribatur.*

8 *In prædiis urbanis, an eatenus intelligatur facta tacita relocatio, quatenus quis inhabitauit.*

9 *Si colonus non obseruat promissa, an expelli possit, vel agatur ad interesse.*

10 *Inquilinus si migrauit a domo conducta, semper tenetur ad pensionem, si domino non denuntiauit, etiam quòd non habitet.*

11 *Ad hoc ut dicatur facta tacita reconductio in terra data ad partionariam sine domo oportet fieri denunciatio de Mense Augusti, quid in eo qui est in terra cum domo, quòd oporteat denunciationem facere de mense Maii.*

12 *In prædiis urbanis an oportet fieri denunciationem de mense Maii.*

13 *Finita locatione prima facta ad annos decem an intelligatur etiam facta tacita reconductio ad alios decem annos, vel pro uno anno tantùm, ubi etiam an pacta extranea intelligantur repetita.*

14 *An non adimplens ex parte sua valeat tacitam reconductionem prætendere.*

15 *Ius colonię an spatio 30. annorum præscribi possit.*

ET circa subiectum principale huius decisionis, ꝙ quando tempore contractus imminet, uel est periculum damni, &
1 & non uolantibus hic fiat locatio, † & deinde damnum eueniat, ꝙ non debeat fieri remissio, vult etiam Are. in d. §. quod ex naufragio. Ias. in l. 1. in fi. C. de iure emphi. Alex. in consilio 142. videtur. in fi. 1. uol. ubi hæc ampliat in conducente rē euidenter sterilem, sed latius per Cott. in memo. in uerbo conductor nō tenetur. ad quæ facit opinio illorum, & maximè Bar.
2 in l. si† constāte. in 6. q. principali. ubi etiam Ias. nu. 46. ꝙ si mulier a prin. accepit scienter uirum inopem, ꝙ non possit petere assecurationem, iuxta tex. l. ubi adhuc. C. de iu. dot. cum simili. nam ei debet imputari, licèt in contrarium videatur esse magis communis opinio, ut ibi etiam per Alex. & latius per Lupum in re. c. per uestras. §. 4. ubi pene infinita similia, cum quibus conueniunt assignata supra in decisio. 171. de eo qui contrahit cum aliquo paupere suspectoque ꝙ contrahenti debet imputari citationem petere non posse. Quæ omnia tamen intelligēda sunt de ea scientia locatoris de istis túc imminētibus siue persistentibus tempore locationis, ut concludit Alex. in locis supra citatis, qui etiam, ꝙ allegata ignorantia per conductorem, quod debeat scientia ex aduerso probari, notat etiam Ias. in l. ab arbitro. ff. qui satis. coga. & nonnulla alia similia, ꝙ quando quis scienter contrahit non obstante periculo, & maximè quando scienter accipit sub hypotheca rem alteri hipothecam, quòd amittat beneficium discussionis, notat Aymo in consi. 77. proponitur, num. 18. aliqua sup. in decisio. 258. sed
3 quis dicatur furiosus, † ut cum ipso non intelligatur facta tacita renouatio, de qua in præsenti dec. diffinit tex. l. ob quæ vitia in prioc. ff. de ædil. edi. qui ait illum furiosum, qui per vicos more insanorum deridēda loquatur, alibi tex. l. quidam a suo. ff. de cond. inst. decidit, illum non fore compotem mentis, qui in suo eulogio mandat suum cadauer post ipsius mortē in mari proiici debere, & sic ex sermonibus declarat ibi gl. hominē tunc delirare, uel furiosum esse, & ultra scrib. in l. furiosum. C. qui testa. fa. po. declarat Alex. in consi. 54. 1. uolu. quod incipit ad quæsitum. ubi ꝙ non ualeat e principio matrimonium cōtractum cum furioso. Cor. in consi. 22. uisa. in 4. uol. Soc. in consilio 42. 1. uol. qui cōcludit, ꝙ oportet probare tempore actus celebrati quem furiosum, testemque rationem reddere sui dicti etiam non interrogatum, & ꝙ stetur magis testibus deponentibus de sanamente, ut contingit mihi in quedam causa Vincentii de Azillo in sacro consilio, cuius est actuarius Lud. Rom. de hoc etiam per Paris. in consi. 88. viso 3. vol. & Dec. in consi. 86. viso. nume. 7. col. pen. qui dicit illum mentecaptum, quando consanguinei illum sic reputant, idem in consi. 448. visis, sed plenius per Boer. in dec. 23. quoad primum. nu. 47. cū seq. qui citat Afil. in hac deci. & insuper concludit, contractū factum a furioso nullum, etiam ꝙ rectè fuisset confectus, nam
4 censendum † hæc potius a casu processisse, idem iterum per Soci. in consi. 47. uol. 3. ubi quando primogenitus fuisset demens, uel furiosus, ꝙ ius primogenituræ, siue maioratus deferetur secundogenito, & aliqua per Gramma. in dec. 2. in prin. priuilegia etiam quæ competunt pupillis conceduntur furiosis, glo.
5 & ibi Afil. in c. unico, in fi. de beneficio fratris, & † de locatione facta ad 10. annos, item quando fuit facta ad vitam alicuius, ꝙ dicantur factæ ad longum tempus, & ꝙ ex eis debeātur laudemia, militetque retractus, Decius consi. 204. in causa ample Tiraque. in retra. consangui. §. 1. gl. 14. fol. 101. in uerbo vel æquipollens. aliqua supra in dec. 240. & insuper ad illud quod hic habetur, ꝙ emphiteusi finita tempore vel generatione, ꝙ non intelligatur facta tacita renouatio per patientiam inde se-
6 cutam, siue redditus perceptionem, conuenit † Ias. in d. l. 2. nu. 65. qui adducit etiam dictum consilium Rom. 103. uiso. col. 2. & certè miror ꝙ tam Ias. ibi quam meus Afil. hic, qui in prædictis faciunt fundamentum in d. consi. Rom. ibi si bene inspexi in d. consi. in d. 2. col. uidetur concludere oppositum, etiam ꝙ in contractu emphi requireretur scriptura, prout ipse concludit de consue. hodie non requiri. sequitur etiam prædicta Soci. in cons. 169. circa prim. nu. 12. in 2. uol. & in consi. 130. circa primum 4. uol. nu. 14. qui testatur hanc esse commmunem opi. hodie in contractu, siue emphi. concessione non esse necessariā scripturam. Plenius Dec. in cōsi. 328. in casu proposito, & 329. pro defensione, qui plenè dat intellectum ad dictum §. qui impleto. & ꝙ finito tempore locationis ab emphi. si spatio unius anni non fuerit petita renouatio, ꝙ ipsi iuri petendi dictam renouationem censeatur præscriptum, nonnulla alia ad propositum circa prædicta declarat Alex. in consi. 17. uiso instrumento, col. pen. 5. uol. & per Aymo. in consi. 87. Sempronia. qui restringit d. §. qui impleto. satis', dum dicit loqui tamen in casu suo, scilicet in contractu locationis precariæ rogatione secūdum opi. Bal. cuius contrarium dicit Rom. in d. consi. 103. supra allegato, & supra firmata secutus fuit etiam Alci. in tract. præsum. in reg. 2. præsump. 17. f. 253. sic dicendū, ut supra quæ etiam declarat Tiraq in retra. consa § 1. in gl. 10. in uerbo intra annum, nu. 28. de tempore augmenti, quod secundū naturam principalis, citat Alex. in consi. 118. stantibus terminis. in
7 fi. lib. 3. & insuper quatenus hic etiam † habeatur, quòd in urbanis eatenus intelligatur facta tacita recoonductio, quatenus quis inhabitauit siue pro eo tempore, conuenit Cotta in memo. in uerbo locaui, ubi etiam quod si colonus non obseruat
8 † ꝙ non expellatur, sed agetur ad interesse, nisi probetur dominum alias non fuisse locaturum, & supra narrata intellige, ꝙ pro tempore, quo quis habitauit, intelligitur facta recōductio
9 in urbanis, scilicet si inquilinus tempore migrationis † siue recessus

tessus a domo coodncta domino deunnciasset eius discessum,
alias autem si non facta tali denunciatione discessisset semper
ad pensionem esset obnoxius, etiam quod non inhabitasset, ita sin
gu. Barb. in l. 1. in fi. ff. de eo, qui pro tuto. quem refert, & sequi
tur Ias. in l. si ex legati causa, col. 2. ff. de uerb. obli. quæ omnia
11 militant, etiam de consue. Neap. † sicut declarat Neap. in titu.
de locato, & conducto, in consue. Neap. si fundum, in prin. cir-
ca finem, vbi concludit, quod de iure consuetudinis Neap. nil est
immutatum, & quod praue intelligitur illa consue. quæ loquitur
in fundo locato, in quo debet fieri denunciatio de mense Maii
quod habeat locum in prædiis Vrbanis, & propterea ipse conclu-
dit circa intellectum illius consuetudinis, & seq. & consuetudi
nis, cuius est initium, non potest. eo. titulo, quod si sumus in terra
data ad partionariam sine domo, tunc debet fieri denunciatio
de mense Augusti in fine ad hoc, ut non dicatur facta tacita re
conductio, & ita procedit consuetudo prædicta, non potest, si
uero sumus in fundo. qui est terra cum domo, tunc debet fieri
denunciatio de mense Maii ad hoc, ut non intelligatur facta
tacita relocatio, & sic procederet consuetudo si fundus. cum seq.
non displiceat notare has differentias hic per me insertas sine
notatas, nam alias in facto pluries uidi dubitari circa intelle-
ctum dictarum consue. nam videntur ad inuicem repugnare,
cum quibus iungo quæ fuerunt notata supra in decisio. 238.
& ex prædictis luculenter demonstratur nullam Neapo. con-
12 sue. esse, quòd in urbanis † debeat fieri denuntiatio de mense
Maii, aliàs quòd intelligatur facta tacita relocatio, propterea
ignoro quomodo contrarium sit in praxi hic in ciuitate Nea-
13 pol. de denuntiatione facienda in urbanis de mense Maii, † &
insuper quòd finita locatione ad decem annos non intelliga-
tur facta tacita reconductio, nisi pro vno anno, sequitur Rec.
in d. consilio Alex. 174. vol. quæ videntur esse contra dictum
consilium Roma. 103. vt supra notaui, vbi etiam quod in hac ta-
cita reconductione non intelligi pacta extra Neap. bene verù
14 credo † in prædictis non habere locum tacitam renouationē
intelligi factam, quando colonus ex parte sua non adimpleuit
in soluendo pensionem, & alia, & quando dominus ignorauit
emphyteu. vel locationem finitam. Rymo in d. consi. 87. nu. 3.
15 4. qui etiam citat consi. Alex. 76. 5. uol. Et ad illud † quod vult
Afflict. hic, quod ius coloniæ, quod durauit spatio 30. anno-
rum præscribatur, adde idem voluit And. in c. imperialem. §.
præterea. lo secondo, in 2. col. de prohi. feu. alie. sequitur etiam
Ias. in l. 2. num. 65. C. de iure emphi. sed contrarium tenet Ay-
mon in tracta. de antiq. tempo. fol. 173. nu. 10. & in consilio
107. Ant. num. 47. qui hæc comprobat per 20. argu. saluat ta-
men d. And. & Bal. & alios, quando quis vendidisset rem mo
dico precio, & mox eandem idem locasset spatio 30. annorū,
quod intuitu huius venditionis factæ uili precio, ista præscriptio
iuris coloniæ posset locum habere, quem uide, nā uidetur be-
ne loqnutus, maximè quia præscriptiones sunt odiosæ, & nō
sic de facili recipiuntur, argum. eorum, quæ fuerunt iam nota
ta supra in decisio. 13. in prin. & cum mihi hic casus de facto
contigisset in anno 1543. in quadam causa quorundam de ci
uitate Licii, qui vniformi precii locatione solutioneque pen-
sionis spatio 30. annorum, & plus quandam apothecam loca-
tam tenuisset, allegassem propterea, ut supra ius prędictum co
loniæ fuisse præscriptum per dictas doctrinas, non ualui in ma
gna curia Vicariæ prædicta obtinere in praxi, nam fuit deter-
minatum, domino debere fieri restitutionem apothecæ, & si
tunc pro parte contraria non fuissent adductæ dictæ decisio-
nes, argumenta motiua, & rationes domini Aymonis, forsan
non tunc impressa, & quæ ego non habebam tunc, dico iuue-
nis patronus causarum, Laus Deo.

Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCLXVI.

De iure delegato constituente procuratorem fiscalem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex delegatus in causa feudi quaternati an possit consti tuere procuratorem fiscalem in dicta causa 8.*
2 *Iurisdictione concessa non uidetur concessum id, quod ma ius est ipsa iurisdictione.*
3 *Procurator fisci à solo rege constituitur.*
Rescripta delegantia causam sunt iuris scripti.
4 *Omissum habetur, quod in rescriptis omittitur.*
5 *Magister iustitiarius quod officium gerat.*
6 *Processus factus cum persona illegitima pro minore inter ueniente non potest per aduersarium dici nullus, sed per minorem.*
7 *Fiscus & minor æquiparantur.*
9 *Rescriptum an reddatur surreptitium non faciens mentio nem de processu. nullo, num. 11.*
10 *Esse nullum, uel non esse, paria sunt.*
12 *Attentata an habeant locum in rescripto lite pendente impetrato.*
13 *Litis pendentie per comparationem tertii an inducatur?*
14 *Litispendentia propter citationem circunductam non inducitur.*
15 *Commissio de citando illum, qui citari non potest, est nulla.*
16 *Citatio inualida nullum producit effectum, nec constituit in contumacia.*

1 IN pleno consilio fuit dubitatum, † utrum iudex delegatus ab Illustris. Magnif. Capitaneo & vicerege C. M. in hoc regno in causa feudi quaternati tangente Regium fiscum potuit constituere & facere unum procuratorem nomine Regii fisci, qui habeat procurare pro fisco, & eius causam defendere, & si acta facta cum eo ualeant. Et prima facie uidebatur, quod processus factus cum dicto procuratore sit ualidus; quia dictus Vicerex delegando dictam causam feudalem inter fiscum & priuatum domino licentiato de summaria, sciebat quod apud eum non erat procurator fiscalis, ideò uidetur tacitè sibi data potestas creandi in illa causa procuratorem fiscalem, per l. 2. de iurisd. om. iu. ad idē in c. prudentiā, §. sexta. de off. deleg. Sed dictus delegatus non posset suam iurisdictionem exercere sine procuratore fiscali, ergo uidetur tacite sibi concessa potestas creandi in illa causa procuratorē
2 fiscalem. † facit ad hoc quod dicit Bal. in l. 1. C. si rèctor prouin. quòd si data est facultas prioribus super iustitia ministranda, quòd ipsi potuerunt eligere potestatem. & idem dicit Bal. in c. si pro debilitate. de offi. deleg. Sed ad hoc posset responderi, quod concessa iurisdictione iudici delegato, non uidetur concessum id, quod est maius ipsa iurisdictione, ut dicunt Bart. & alii in d. l. 2. sed creare procuratorem nomine Regis; quia habeat defendere Regem in dicta causa feudali, est maius ipsa iuris-
3 dictione concessa. † Quia procurator fisci constituitur a solo Rege, ut in l. prima, ff. de offic. pro cura. Cæsaris, & non debet eius causa agitari, nisi coram proprio iudice, ut dicit Bal. in l. 1. C. de hær. uel act. uen. & rescripta delegantia causa sunt
4 stricti iuris, ut in c. cum olim Abb. de offi. dele. † & omissum in rescriptis, habetur pro omisso l. 1. §. ne autem, C. de cadu. tollen. l. quicquid astringendæ, de verbo. obl. Et ea quæ fiunt a iudice, si ad eius officium non spectant, uiribus non subsistunt, ut in regula, ea quæ. libro 6. Item secundò dicebatur, quòd constitutio Regni, quæ incipit, præsides, dat potestatem præsidii prouinciæ, ut de feudis cognoscat instituto procuratore pro parte fisci, & causa instructa remittat causam terminandam per Regiam curiam, & sic præses prouinciæ facit procuratorem fiscalem, secundùm And.

ibi.

ibi. Sed ista constitutio parum, aut nihil facit,
quia loquitur in feudis nõ quaternatis, ut dicit ibi
Andręas.bene est uerum, quòd alia cõstitutio Re
gni, quæ incipit, beneficium, posita in 2.lib.Con-
5 stit.dicit, † ꝙ magister Iustitiarius potest creare
procuratorem fiscalem ex quo Rex dat ei potesta-
tem creandi eum, omnia.n.nostra facimus &c.ut
in l.1.§.sed neq;.C.de uet.iure enucle. & q̃n dicta
cõstiturio intelligeretur, ꝙ posset cõstituere magi-
ster iustitiarius procuratorem fiscalem etiam in
causa feudi quaternati, ꝙ non conceditur, non per
hoc extendenda est ad iudicem delegatum in causa
feudi quaternati, quia magister iustitiarius habet
multas pręeminentias, quas nõ habẽt alii iudices,
ut paret in plurib. constitutionib. & capitulis Re-
gni. Tertiò dicebatur, ꝙ licèt processus factus cũ
procuratore fisci constituto a iudice delegato in
causa feudi quaternati sit nullus ex defectu procu-
ratoris fiscalis tenentis partem rei conuenti, quia
non fuit constitutus à Vicerege, uel alio eius par-
6 te, † tamen negari non potest, quin ipse actor qui
egit cum dicto asserto procuratore, non potest al-
legare dictam nullitatem, sed ipse fiscus posset di-
ctam nullitatem allegare, per ea quæ in simili di-
cunt doc.in l.non eo minus.C. de procu.ubi si est
processus factus cum persona non legitima inter-
ueniente pro minore, non potest aduersarius dice
7 re ipsum nullum, sed solum ipse minor, † quia mi-
nor & fiscus æquiparantur, vt no.in d.const. bene
ficium, & ibi And.Sed ad hoc patet responsio ex di
ctis per Bar.& alios in d.l.non eo minus, vbi dicũt,
quòd si processus faceret contra minorem, vel ef-
set dubium, tunc processus esset nullus ipso iure,
per l. 1. C.qui leg.personam. iuncta.l.si minorem
in fi.ff. de mi. Sed vt dicebat dominus relator, di-
ctus processus clare erat contra fiscum, ideo ipso
iure est nullus tanquam factus deficiente persona
legitima ex parte rei conuenti, & tanto magis, quia
Vicerex prædictus dixit, quòd dictus processus est
nullus, quia factus sine procuratore fiscali non le-
8 gitimè constituto.† Quare fuit decisum per omnes
Dominos, quòd iudex prædictus delegatus in cau
sa feudi quaternati non potuit constituere procu-
ratorem fiscalem in dicta causa. Et consequenter
ex hoc dictus processus redditur ipso iure nullus.
Et facta ista decisione insurrexerũt duo dubia. Pri
mum, vtrum rescriptum impetratum per Eriche-
ctam Sizarem filiam & hęredem quondam d.Loi
sii Sizari vtilis domini ciuitatis oppidi a Cæsarea
maiestate nulla facta mentione de dicta litis pen-
dentia inter eam & dictum procuratorem fiscalẽ
nulliter creatum possit allegari surreptitium. Secũ
dò, an quicquid eius occasione sic secutum, ueniat
reuocandum per uiam attentati, per not.in clem.
9 2.ut lite pendente.† Ad primum dubium prima fa
cie videbatur, quòd dictum rescriptum sit surre-
ptitium, ex quo non fecit mentionem de commis-
sione facta dicto iudici delegato, quæ valida fuit, &
de processu facto coram eo, licèt penderet quæstio
de nullitate, vt in c.super literis, de rescriptis. Tamẽ
fuit visum, ꝙ stante nullitate processus ex defectu
personæ rei non redditur rescriptum surreptitium
non faciens mentionem de dicto nullo processu.
pro hoc faciunt in primis ea, quæ allegat And.in c.
1.§.præterea. quæ sit prima causa benef. amitten-
10 di, † quòd paria sunt, non esse, vel esse, & esse nullũ,
dum allegat.l.1.§.1.ff.quod cuiusque vniuer.nomi
ne, & alia iura, vt ibi per eum, & multa alia allegaui
ad hoc in d.§.pręterea.& per Alex.in 3.vol.consil.
77.inci.uisis dubitationibus uersicu.præsupposita
igitur nullitate. Et ideò de actu nullo non est opus
facere mentionem, & dicit gl.in c.ex tenore. de re-
scri.& in c.cùm nostris, de concess.pręben.in uer.
de lacto, & in c.subiectum. in verbo, posterius de
iure par.& faciunt omnia illa, quæ ad hoc allegat
Fely.in d.c.ex tenore, quę causa breuitatis omitto.
& per Fel.in c.illud.de præsc Et tantò magis, quia
fuerat iam uerbo declaratum procuratori dictę do
minę, ꝙ non poterat ferri sententia ex dicto proces
su stante eius nullitate ex causa prædicta, ut facie-
11 bant fidem duo Regii consiliarii, † ex quo resultat
conclusio, ꝙ non dicitur subreptio dolosa, si tacuit
de litis pendentia, nulla est relatio iudicum, ut de-
clarat bene Io.de Imo.in d.c.super literis, in 7.not.
de rescr.quib.erat credendũ, per tex.in c.sicut pro
certo.de simo.& Archi.de pœn. dist.1.c.non solũ.
& no.Alex.in 5.uol. consi.180. ius abbatialis.Do-
minicus in c.de capitulis 10.dist.Et sic non potest
dici rescriptum subreptitium, sic tacuit litem, quã
iudices dicebant nullam, prout in veritate sic erat.
Ad secundam dubitationem, vtrum stante nulli-
tate dicti processus ipso iure, ut supra ostẽsum est,
quod est factum per rescriptum principis, dicatur
factum lite pendente, & veniat reuocãdum per viã
12 attentati, † fuit dictum, ꝙ rescriptum impetratum
per dictam dominam non præiudicat liti, nec iuris
parti, vt in auth.in medio litis.§.1.ualet tamẽ quò
ad futuram litem, vt dicit Vitalis in clausula, nil no
uari lite pendente. Sed dictum rescriptum impetra
tum per d.do. Erichetam non tetendit in pręiudi-
cium regis, quia Rex sic vult, nec afficit dictam li-
tem, ideò cessat remedium attentatorum. Et si dica
tur, quòd tendit in pręiudicium tertii, ex quo Vin-
centius de Mastro iudex de Surrenio se opposuit
in dicta lite inter fiscum & dictam dominam, & sic
inducta erat litis pendentia in dicta causa etiam in
13 ter priuatas personas.† Et ideò habet locum reme
dium attentatorum intentatum per dictum Vin-
centium, vt videtur sentire decisio Rotę in decisio
nibus Bellamerę, decisi. 545. de qua facit mentio-
nem Fel.in d.c.illud, de pręscrip. Ad hoc responde
tur, ꝙ non inducitur litis pendentia per compari-
tionem tertii si committat citationem, & ad partẽ
citatam peruenit, vt dicit tex.in d.clem.2.ut lite pẽ
dente.& dictus iudex mandauit ad instantiam ip-
sius tertii citari nominatim illum procuratorem
fiscalem constitutum per dictum iudicem delega-
tum. Et sic non mandauit citari Regium procura-
torem fiscalem legitimè constitutũ, propter quod
14 nulla inducitur litis pendentia.† Sicut dicimus, ꝙ
propter citationem circunductam non inducitur
litis pendentia, ut dicit Bal.in l.fi.post principium,
ver.in eadem glo.ff.de eo.per quem factum erit, &
in l.post edictum.§.1.uersi.extra quæro. ff.de iudi
ciis.& in l.1.in prin. ff. de in ius voc.& Fely.in d.c.
illud.& tanto magis, quia dicta citatio fuit postea
circundata, quia non comparuit in termino, nec
post aliquis pro dicto tertio ad insistendum, nec
dicta

dicta domina Ericheta fuit citata. Nec obstat decisio Ro. 245. quæ incipit, licèt impetrans. ubi dicitur, quod citatus ad omnes & singulos actus usq; ad sententiam diffinitiuam, prout erat dicta citatio commissarii, tunc non circunducitur citatio quandocunque reus uel actor comparet, ut in iurib. ibi allegatis, quia in ueritate nunquam fuit citata dicta domina, nec uerus procurator fiscalis, & ideò
15 nulla erat litis pendētia, ut suprà dictum fuit. † Et citationis commissio nulla & eius executio nihil operatur, quia habetur ac si non esset facta. l. non putauit. §. nō quæuis. ff. de bo. pos. secundum tabulas. Et ad hoc accedat, quod dicit Bal. in auth. offeratur. C. de litis conte. quod commissio de citando infantem, qui non potest citari, est nulla. Et ideò citatus, ut compareat in loco non tuto, citatio est nulla, ut no. in Cle. pastoralis de re iudic. cum concor. allegatis in l. recusare. ff. ad Trebell. per Ale. & per do. Maria. Soci in suo eleganti tractatu de cita-
16 tione. † Et ideo citatio inualida nullum producit effectum. Bene facit c. gratum, de offi. deleg. & Bal. in ca. in nomine Domini. in 3. uol. de testibus, nec interruptionem præscriptionis, ut dicit Barto. in l. accusare. ff. de adul. & Bal. in c. quoniam contra. de probat. & Feli. in d. c. illud. nec cōstituit aduersariū in contumacia, ut dicit glo. in c. de causis. in uerbo, venire, de offic. deleg. & in c. ueniens. de accusat. de quo in c. gratū. de off. deleg. & in d. c. ex tenore. de rescri. Ias. in rubr. ff. de in ius uoc. Vnde post longā & maturam deliberationem fuit omnib. uisum, quod non hēt locum in hoc casu remediū attentatorū.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXVI.

1 *In delegatione non ueniunt maiora expressis, etiam quòd iurisdictio aliter explicari non possit, & quæ potest facere delegatus pro tuitione suæ iurisdictionis.*

2 *Fisci patronus an debeat interuenire, cum causa deciditur, seu notatur, item in examine testium.*

3 *Quando priuatus conuenitur in causa, in qua fiscus est autor laudatus, causa ipsa an debeat agitari in regia camera summariæ.*

4 *Quòd de actu nullo nulla sit consideratio habenda, & an testis deponens falsum in iudicio nullo puniatur.*

5 *Testis sine iuramento deponens falsum, an puniatur crimine stellionatus.*

6 *Possidens ex titulo nullo & inualido, quòd non possit interdictum recupe. intentare, nec remedium attentatorū.*

7 *Per citationem circunductam non inducitur litis pendentia, neque enim quando instantia fuit perempta, & quando in causa per principem fuit insufflatus spiritus uitæ.*

8 *Perempta instantia an cesset uitium litigiosi.*

1 QVòd in delegatione non ueniant † maiora, & per consequens reseruata principi, etiam quòd iurisdictio aliter explicari non possit, declarat Fel. in c. præterea, circa fi. de offi. delega. Ias. in l. cum quis. §. quæsitum. col. ff. si quis cautio. & quæ ualeat facere pro tuitione suę iurisdictionis, amplè explanat idem Fel. in c. 1. de offi. del. circa fi. & quia in hac decis. fit mentio de fisci patrono, de quo ultimo titulo. C. de aduo. fisci. de ipso loquitur etiam tex. l. proximè. ff. de his
2 quæ in testa. dele. ubi uidetur casus, quod licèt in causis † quæ agitantur inter fiscum & priuatū debeat interuenire ipse fisci patronus, tamen quando causa ipsa notatur siue deciditur, quod non debeat interuenire; nam ibi imperator amotus omnibus causam finiuit, ad quæ conueniunt consti. regni q. & quod ibi per meum autorem Affl. qui decidit, quòd etiam in examine testium non debet adesse, & immo plus dico, quod si crimen alicui calumniosè apponat, seu aliquem indebitè uexet, quod puniatur l. 3. C. de adun. fisci. consuluit amplè Aymo in consil. 168. nu. 8. 9. pluribus rationibus, maximè quia si alii puniuntur, quando delinquunt, qui aliqua dignitate non fulgent, tanto magis ipse fisci patronus; nam omne animi uitium tanto magis habetur, quanto qui deliquit maiorem honorem, siue dignitatem habet, quę ipse dicit tanto magis locum habere, quando indebitè doctorem fuisset uexatus. Gui. Pap. dec. 88. nec prædictis uidetur obstare tex. l. ad fiscum. C. ubi cau. fisca. ubi quando est causa inter priuatum & fiscum, procurator fisci cognoscit adiuncto præside, uel non adiuncto tex. l. 2. & 4. C. si aduer. fiscum testi. postu de quibus meminit And in c. imperialem. §. præterea si inter duos, nume. 83. ubi quod imperator non sit iudex in causa propria, & Capi in dec. 197. ad illud propositum, quod quando priuatus conuenitur in causa a fisco dependente, quod agatur in regia camera, etiam quod fiscus fuisset auctor laudatus, nam respondet Pau. de Cast. in l. 1. C. si aduer. fiscum, istos non esse aduocatos, sed iudices cameræ regiæ, siue imperatoris, licèt dicat secundum eum in hoc uersari maximum periculum, nam uidentur quodammodo iudices in causa propria. sentit Soc. in cons. 46. 4. uol. in prin. unde & dictus In. de Platea in prædictis locis dix. ubi etiam, quod nisi fiscus compareat pro suo interesse, quod potest ordinarius adiri, nota quia facit ad pragmaticam, & in dubio contra fiscum iudicandum, uel. l. non puto. de iure fisci. de qua amplè diffinit Silua nuptia. lib. 6. in tit. in dubio quomodo iudicandum, fo. 247. Alciatus in tit. de præsump. in regula tertia præsumpt. Ay. in cons. 6. in ti. qui dicunt amplè, de intellectu d. l. non puto, & ex quo ipse non reperitur in prædictis priuilegiatus, igitur adiuuari non debet. Aymo in d. cons. 168. nu. 10. qui allegat concor. poterit tamen in tū cogitari, ex quo cōtra prædicta est obseruantia, & si fuisset pluries supplicatum, tamen nunquam potuit obtineri, & de iis etiam sunt anno. supra in decisione 4. qualiter hæc procedant. 91. autem priuilegia fisci enumerat hic autor in ca. primo. de fra. de nouo bene. inuesti. colum. 4. & de hac materia tacta per Affl. hic, quòd de actu nullo nulla sit habenda consideratio, sunt anno. supra in decision. 85. 228. 262. 271. 283. & per Alexand. in cons. 81. secto. col. 6. in uerbo ex iis. uolum. tertio, ubi de instrumento nullo quod cōstitutum precariumq; nil ualeant, & per Crem. sing. 113. statuto, ubi si mulier contra formam statuti alienauit rē emphi. & sic nulliter quod non cadat. idem de iis per Sebastian. Vantium in tracta. nullis. fol. 63. nume 18. qui meminit Affl. hic, & per Felyn. in c. 1. in secunda colum. in 2. tab. de præsump. ubi declarat quòd de teste deponente falsum in iudicio nullo, quod non teneatur pœna falsi, sed contrarium uoluit Bal. in l. fin. col. C. si ex fal. instrum. & idem Feli. ibi non constans in hoc cap. ex tenore, de rescriptis. Hipol. in consilio 27. num. 12. & 17. & ratio secundum istos, nam licèt falsitas nemini noceat, saltem tamen fuerat apta ad nocendum, & hic testis falsum deponens iudicis aures offendit l. nullum. C. de testi. sunt anno. supra in decisi. 230. & propterea puto dicendum, hunc puniri non pœna ordinaria, sed extraordinaria crimine stellionatus, sicut concludit idem Bal. in l. iusiurandi. in fi. C. de testi. quòd testis nō iurans, & sic nulliter deponens, nam eius depositio non ualet dicens seu testificans falsum, quòd tamen isto crimine stellionatus teneatur, & uidetur conuenire idem Bal. in consi. 106. cum pater quur. primo libro. ubi satis singulariter multa dicit ad excusandum testem de falso, quando illud quod testificatur dicit non bene recordari, uel non recordari, per tex. l. quidam tabularum ff. de furtis, in fi. sed de istis latius infra in decisione ultima pręsentis nostri laboris, & magis propriè in casu de quo in præsenti decis. & sic in secunda
6 dubitatione † quòd existente processu nullo cesset remedium attentatorum, conueniunt illa quæ notat Bellame. in decisione 436. qui concludit, quòd possidens ex titulo nullo, & infecto ex clausula præcedentis decreti annullatum, quòd non ualet intentare interdictum recupe. neque attentatorum, prout etiam declarant Domini de Rota in decisione 16. si contra agentem, in nouis, in titu. de test. ipo. quam refert, & sequitur Gui. Pap. in dec alias in consi. 232. in fi. & Soc. in consi. 67. eadem die. circa fi. in 3. uolum. qui respondet ad tex. l. 1. § si tūr uxori, qui uidetur contrariari, de quo fuit facta mentio supra in decis. 331. & insuper in iis adde, quòd non solum per cita-
7 tionem † circunductam non inducitur litis pendentia, sed nec per citationem, in qua est instantia perempta, prout uoluit Bal. in l. si pater. C. mandati, quod secutus ampliat Gramman

dec.

dec.consi. 103.nume. 114. cum seq. militare etiam si fuisset in causa per principem insufflatus spiritus uitę, de multis similibus iis notabiliter, & maximè ꝙ citatio inualida non perpetuat iurisdictionem, declarat Tiraq. qui citat Afflic. in hac decis. in retr. consan. §. 8 glo. 2. num. 34. fol. 137. in parua ult. impress.
8 sed an desinat res esse litigiosa, perempta instantia. tex. & glo & Bar. in l. prima, C. de longi tempo. præscri. uidetur concludere, quòd non, idem Alex. in l. secunda, col. 4. C. de eden. sacrum consilium determinauit oppositum, ex doctri. Angeli in l. tempora. C. de temp. appella. ut notaui supra in decisione 331. quæ an procedant circa uitium litigiosi, ualebis in meliorem considerationem habere, an saltem hæ citationes, in quibus est instantia perempta, uel sunt circunductæ, inducant scię tiam, seu causent malam fidem, sunt nono supra in decisio. 2. in fine, an quis comparendo sponte ualida citationem nullã, declarat Tiraq. in loco supra citato fol. 149. num. 17. in glo. in uerbo suo domicilio. §. 9. Cęs. Vrsill.

DECISIO CCCLXVII.

De compendiosa substitutione facta per uerba communia matre existente in medio omni tempore fideicommissaria, &c.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio compendiosa per uerbum commune facta an sit omni tempore fideicommissaria matre in medio existente. 3.*

2 *Verbum substitutio, ad fideicommissum trahitur.*

4 *Heres filiusfami sub conditione post mortem de restituendo grauatus legitimam statim detrahit, & conditione adueniente Trebellianicam.*

5 *Mater succedens in legitima & trebellianica, pupillo sub conditione instituto, an succedat in fructibus per pupillum à die mortis testatoris perceptis.*

NArdus de Isopo fecit testamentum in scriptis solenne, in quo instituit sibi suum hæredem uniuersalem Antonium de Isopo eius nepotem, & quòd non posit alienare bona stabilia nec testari, nisi de unc. 20. ad pias causas. Et fecit istam substitutionem, uidelicet, quandocunque dictus Anton. eius hæres decederet sine liberis legitimis & naturalibus ex suo corpore, eo casu substituit eidem Anto. Antonium de Isopo patrem ipsius testatoris, si tunc temporis superuixerit, & si non superuixerit, substituit ei Anellum de Isopo, & Iulium de Isopo, episcopum montis Marani, & Saluatorem de Isopo & filios & hæredes Chistofani de Isopo pro parte, & sic dictus Anellus pro quarta parte hæres substitutus, & dictus Saluator pro quarta parte, & dictus Episcopus pro alia quarta parte. Et ꝙ dicta hæreditas non ueniat ad extraneas manus.

Quia Antonius hæres institutus post mortem dicti testaroris mortuus fuit in pupillari ętate superstite sibi Angelica. Spinella eius matre petente successionem bonorum dicti filii sui pupilli, ad superstitibus sibi dictis substitutis Mater agit & petit à dictis substitutis legitimam & Trebellianicam debitas ipsi pupillo super dictis locis dicti testatoris.
1 † Ideò fuit dubitatum in sacro Consilio, An dicta substitutio compendiosa, scilicet quandocunque moreretur dictus Anto. per uerbum cõmune, substituo, sit fideicommissaria omni tempore, uel tempore pupillaris ætatis directa, post uerò obliqua matre stante in medio. Et licèt hoc dubium magnum sit propter contrarias opiniones doctorum & rationes, quæ hinc inde allegantur. Nam multi legum & canonum uertices tenuerũt, ꝙ dicta substitutio compendiosa sit directa tempore pupillaris ætatis. Et sic excludit matrem, ut est tex. in c. si pater. de testamen. lib. 6. tam à legitima, quam à Trebellianica. Et uoluit etiam Bar. in l. moribus. in 3. quęs. principali, ibi, tertius effectus, ff. de uulga. & pup. Et hanc opinionem. s. ꝙ dicta substitutio compendiosa sit substitutio directa tẽpore pupillaris ætatis, tenuerunt glo. in §. qua ratione. Instit. de pupillari substitut. Cy. post alios antiquos in l. precibus. C. de impub. & aliis substi. & Io. And. in d. cap. si pater. & Old. in consil. 125. Ange. Bal. Raph. Ioan. de Imo. & Paul. de Cas. & Alc. in l. centurio. ff. de vulgari & pupil. Sali. & Pau. de Cast. in l. precibus. Ant. de But. Cardi. Flo. & Io. Andr. in c. Raynutius. de testam. & Iason in d. l. precibus. maximè stantibus dictis coniecturis, ꝙ uoluit testator, ꝙ eius bona non possent peruenire ad extraneos, ex quibus uerbis interpretatur, quòd fuit directa substitutio infra pupillarem ętatem, ut latè prosequitur Bar. in l. 2. & in d. l. centurio, de vulgari & pupilla. & in d. l. precibus. & in consiliis suis. & dicit Alex. in 2. uol. consi. 17. quòd ipse semper solitus est sequi consulendo istam opinionem, prout plenius ipse dixit in dicta l. centurio. In cõtrarium, quòd dicta substitutio compendiosa stãte matre in medio iudicetur fideicommissaria, siue in pupillari ætate moriatur institutus, siue post pupillari ætatem, multum egregiè approbauit dominus Franciscus de Areti. in consilio suo 155. incipiente periculosum est &c. Istam opinionem tenuit glo. scilicet quòd substitutio compendiosa facta à pagano per uerba communia, etiam filio impuberi in potestate, omni tempore erit fideicommissaria, in d. l. precibus, etiam in d. l. centurio,
2 † quia uerbum substituo, potest trahi ad fideicommissum. l. generaliter. C. de inst. & sub. ff. sub conditio. fact. l. Scæuola. ff. ad Trebel. Hac opin. tenuit glo. in c. Raynutius. in uerbo. uel substitutionis. hanc opinionem sequuti sunt Innoc. & Host. in d. c. Rainutius, & glo. in c. 1. de testamen. li 6. & eandem ibi tenuit Archid. matre existente in medio, quo casu omni tempore erit fideicommissaria, ut dicit Bald. in d. c. si pater. & do. Cardinalis in dicto c. Raynutius. & opin. prædictarum glossarum est communis secundum Bal. in d. l. precibus, & firmat hoc ibi Bar dom. Pet. de Vbaldis de Perusio in sua solenni repetitione dicti c. Raynutius. char. 50. uersi. nunc restat descendere. Bal. in l. si arrogator. vltim. char. ff. de adop. & in l. in testamento. in 3. q. ff. de testa. mili. & in l. ex trib. C. de inoffi. testa. Bar. in l. Lucius. in 3. q. & in l. centurio ff. de vulg. & pupil. Old. in consi. 99. Aretin. in d. §. qua ratione & Iaso. in d. l. precibus. Alexã. multa recitat pro & contra, in d. l. centurio, in uersi. in ead. glo. ibi, haberet locum fideicommissaria. & Ange. in con. 13. & consil. 151. quod incipit, quidam Nicolaus, & ibi dicit, & ista sunt de apicibus iuris.
3 † Tandem post longam deliberationem fuit uotatum per omnes dominos de Consilio, ꝙ dicta substitutio compendiosa facta per uerba communia

nia omni tempore, matre existente in medio, erit fideicommissaria, quia est uerior & communior opinio.

Et ita fuit iudicatum posteà per sententiam sacri Consilii catholicæ Maiestatis.

Dubitatur secundò stante dicta substit. compēdiosa, quæ dicitur fideicōmissaria etiam pupillo decedente in pupil. ætate stante matre in medio, ut suprà conclusum est.

Vtrum mater debeat habere legitimā & quartā Treb. Sup hoc dubio nō oportet multa infundere,
4 † quia hodie cōis conclusio est, q̄ q̄n est institutus filius in potestate, grauatur sub conditione de restituendo post mortem suam hæreditatem certis personis, quòd hæres detrahit legitimam incontinenti, & adueniente conditione detrahit quartā Trebellianicā, ut probatur in gl. in ca. Raynutius, & c. Raynaldus. de test. & hoc communiter sequūtur doc. ibi, et ibi in apostilla mea in lect. Abb. Sic. sunt allegata multa consilia diuersorum doctorū, quæ breuitatis causa omitto. Hanc conclusionem tenet Alex. in l. in ratione. §. quod vulgò. ff. ad Trebel. & in l. cohæredi. §. cū filiæ. ff. de vulg. & pupil. & ibi Ang. & Io. de Imo. & Ias. ibi, & in auth. res quæ. C. commu. de lega. & Bart. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. & Bal. in l. filium quē. C. fami. ercisc. & Barto. in l. quanquā. ad leg. Falc. & in l. 1. §. si. ff. si cui plus quam per leg. Falc. & dicit Pet. de Vbaldis in d. cap. Raynaldus, quòd sic consuluit Barto et multi alii doct. et ita tenuit etiā Alex. in 2. uol. cons. 43. circa finem. & diffusius in eo. uol. cons. 142. & in eod. vol. 160. in 2. col. in 3. uol. Quid autem, si mater non succederet in bonis filii, sed solum haberet legitimam, & haberet restituere hęreditatem, an detraheret Trebellianicā, uide Alex. in 3. uol. cons. 17. circa fin. Et sic conclusum fuit, q̄ mater succedit in legitima competenti dicto eius filio, nec non in quarta Trebellianica, quæ adueniente conditione debetur matri. Et ita fuit iudicatum per sacrum Cōsilium in dicta causa, & ita aliàs fuit iudicatum per sacrum Consiliū in matre filiorum Iac. de Alferio. Tertiò dubitaba-
5 tur. † Quid de fructibus perceptis post mortem dicti testatoris per dictum pupillum, an in illis mater succedat. Et fuit conclusum, quòd sic, quia illi sunt proprii ipsius pupilli, secundùm Ang. in d. l. centurio. & Lud. in l. in testamēto. ff. de testamen. milit.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXVII.

1 *Compendiosa facta a Pagano per uerba communia, uidelicet quandocunque filius meus morietur, talis succedat, an ualeat iure directo infra pupillarem ætatem, & an excludat matrem, uel ipsa existente in medio omni tempore censeatur fideicommissaria, uel saltem mater debeat habere legitimam, uel debeat fieri diuisio per medium more rusticorum.*

2 *Quando fuisset dictum, quandocunque filius meus moriatur, bona mea dispensatur in tales per meos executores.*

3 *Quando in compendiosa fuisset facta expressa mentio de pupillari substitutione, an tunc matrem excludat.*

4 *Idem quando ex coniecturis possit demonstrari, testatorem uoluisse matrem excludere, item quando fuissent rogati uenientes ab intestato.*

5 *Cautela, ut mater non excludatur per pupillarem substitutionem.*

6 *Filius grauatus sub duplici conditione de restituēdo bona per fideicommissum post mortem, uenientes ab intestato ex persona filii detrahunt duas quartas, hoc est legitimam, & Trebell. quę faciunt medietatem bonorum.*

7 *Quatenus fuit alienatum per filium de bonis subiectis fideicommisso ratione prædictarum quartarum, emptores sunt securi, item illud quod filius consumpsit tenetur ex computare.*

8 *Quando pater fuit a filio grauatus, an detrahat duas quartas.*

9 *Fideicommissarius an debeat bona subiecta fideicommisso capere de manu hæredis, aliàs ipsa bona amittat.*

10 *Trebell. an possit per testatorem in filiis primi gradus prohibere, siue aliis descendentibus.*

11 *Filius approbans contenta in testamento an præiudicet in Trebell.*

12 *Filius non conficiens inuentarium an amittat Trebell.*

13 *Item an testator possit prohibere bonorum alienationem filio usque ad tempus uigintiquinque ann. quia filius fuisset minus industriosus, item in perpetuum cum consilio aliquorum.*

14 *Debitum, siue creditum bonorum maternorum an teneatur filius in fructibus excomputare.*

QVòd substitutio compendiosa facta a pagano per verba communia, videlicet, quandocunque filius meus morietur, succedat talis, valeat iure directo infra tempus pupillaris ætatis, & mox iure fideicommissi, & q̄ filio deinde moriente in pupillari ætate substitutus excludat matrem,
1 est opinionis † Caccialup. vltra alios in repe. l. precib. nu. 12. q̄d etiam fuit secutus Sebast. Sapia ibid. nu. 33. etiam quò ad legitimam, quæ non venit in generali sermone, q̄d affirmat Dec. in consi. 228. in casu. nu. 4. licèt sub dubius tamen deinde dicat, q̄ quando mater fuisset in medio, hanc substitutionem omni tēpore censeri fideicommissariam, & per consequens filio decedente in pupillari ætate, q̄ matrem excludat, non facile discerni possit, quæ nam sit communis opi. propter Scrib. varias opiniones, & contrarietates, & propterea ipse mediam viam eligendo, quemadmodum debet facere iudex in dubiis causis diuidendo q. per medium more rusticorum, ut etiam gl. in l. Nesennius. ff. de neg. gest. in verbo, & fuit etiam notatum supra decis. 124 putat matrem hoc casu habere legitimam tantum, & non Treb. quando filius decederet in pupillari ætate, q̄d ētiam placuit est in consi. 211 subtilis. vbi ait hæc procedere, quāuis per relationē ad aliam substitutionem continentem pupillarē fieret compendiosa substitutio, q̄ nisi verbis expressis hat ista substitutio pupillaris, q̄ mater nunquam excludatur a sua legitima, immo fortius q̄ existente ipsa pupillari expressa mater non excludatur a dicta legitima in foro cōscientiæ, quæ refert & sequitur Rec. ibi non concomitantes asseri, cum qua opinione etiā firmat pedes idem Dec. in d. l. precib. col. 4. sed in cōsil. 572. in casu, videtur aliter locutus, videlicet, nam secundū eū, aut compendiosa fuit facta per verba directa, videlicet, q̄ talis hæres, cum similibus, & tunc mater filio decedente in pupillari ætate q̄ sit exclusa, nam ista verba expressa videntur continere pupillarem, secus si per uerba cōia, vt est verbum succedat, item etiam est opinionis, matrem excludi, quando filio nominatim fuisset facta substitutio dicēdo, Petro filio meo talis succedat. item quando adessent verba, talis succedat in omnibus bonis, quod ibi obiurgat Rec. & non bene, quando fuisset pupillaris expressa verbis directis, nam tunc mater fuisset exclusa. fuit notatum supra in dec. 310. & uoluit Soc. Iunior in cons.
2 94. 1. uol. & † cum istis, q̄ mater excludatur per hanc substitutionem, videlicet, quandocunque filius meus moriatur, bona mea distribuantur in tales per executores meos, q̄ filio vt supra moriente in ipsa pupillari ætate mater sit exclusa, est conformis Alex. in consi. 12. attento 3. uol. cōtra quem est Rec. ibi

ob

ob nonnullas suas rationes, & propterea ex his quæ ego vidi
non potest infiriari, articulum satis ambiguũ, & nisi esset præ
sens decisio sacri consilii, quæ admittit matrem ad legitimam
& Treb. quæ facit ios in regoo, posset teneri matrem excludi
secundum magis communem, vel fuisset qđ pro antico sicut
in casu vndique pari deciderũ scri. in c fi. de const. uel matrem
habere legitimam secundum opi. Decii io consi. 228. verũ se-
cundum opi. sacri consilii, ꝙ mater debeat habere legitimam
& Treb. est Rec. in consi. Alex. 17. 1. uol. quam insequendo eã
3 limito, nisi in ipsa compendiosa fuisset † facta expressa mentio
de pupillari, vt si testator decederet in pupillari ætate, vel postea
decedat talis filius meus, volunt supra citati, & Alex. in consi.
45. habita. circa fi. 1. vol. Soc. io consi. 117. viso testamento 4.
vol. item etiam considera, si prædicta possunt limitari in cali-
bus notatis per Dec. in d. consi. 572. quando nominatim filio
fuisset facta substitutio, vel quando fuisset adiectum in omni-
4 bus bonis, vel aliter potuisset ostendi † esse voluntatem testa
toris matrem excludi secundũ opi. Bart. in l. centurio, item
quando mater fecisset transitum ad secunda vota, secundũ
opi. aliquorum, quos refert Ias. io d. l. precibus col. item
5 quando fuisset factum legatum, vel fidei commissum † a ve-
niẽtibus abintestato. tex. l. coheredi. §. cum filiæ. de vul. & pu
pi. & in l. ex tribus ibique per Ias. C. de inoffic. testamen. & sic
breuiter in hoc subiecto cautelam quòd mater non excluda
6 tur per pupillarem substitutionem dat † Ferra. in cau. 19. &
insuper quatenus Afflic. hic velit, quòd filius grauatus sub
7 duplici † conditione de restituendo bona post mortem, quòd
venientes ab intestato ex persona ipsius filii detrahant duas
quartas, videlicet legitimam & Trebell. quæ faciunt medie
tatem bonorum, est tex. l. quamquam. C. ad legem Fal. Ang.
in cons. 287. pro clariori. Roma. in con. 238. in hac re. & Dec.
io consi. 55. io causa. nu. 8. 202. vt petens. nu. 7. vbi etiam quòd
filius disponendo io vita quatenus est ipsa legitima, & Trebel
li. de bonis non obstante fideicommisso, quòd emptor primus
8 est secutus. † idem Alca. in cons 178. 5. volu. Ias. io consi. 89.
col. 3. 1. vol. in cons. 161. 4. vol. quos adducit Rec. in d. cons. De
cii 236. fuit etiam secutus Purpu. in l. 1. in fine. C. de pactis.
Cotta in memo. in verbo filius grauatur, qui limitat prædicta
in patre grauato, quòd non detrahat duas quartas secundum
eum, item quando fuissent grauati venientes abintestato, &
aliis modis, vt ibi per ipsum, sed latius hæc tradidit Parisius
in con. 27. Hier. 3. vol. vbi ẽt cõcludit, quòd omnia, quæ filius
habuit de bonis patris, debere in istis quartis compensari, &
quòd filius ob non confectionem inuentarii Trebel. amittat
& non bene, vt infra. idem Soc. io cons. 33. lib. 1. circa finem. &
Boer. in deci. 156. & dico. qui concludunt, fideicõmissariũ de
bere capere bona de manu heredis, alias ꝙ teneatur ipsa bo-
9 na restituere † uel ipsa amittat, & secundum ista plures fuit iu
dicatum io consilio, ꝙ fiat hæc detractio, & quatenus est ipsa
legitima, & Trebell. filii, quæ facit medietatem bonorum, pri
mi emptores sint securi, & maximè in quadam causa illorum
de domo lepore de ciuitate Theani io anno 1554. cuius est
Actuarius Io. Nicolaus Longus. istud etiam in rebus prohibi-
tis alienari, quando fuisset facta prohibitio vniuersalis, consu
luit Rom. in consi. 106. licèt Are. in consi. 17. 19. contra consi-
lium Rubei Alex. 27. qui concludit ex tex. l. Titio centum, in
prin. ꝙ testator filio minus industrio, seu fatuo possit prohibe-
re ad tempus 25. annorum, cui iuri filius potest renunciare.
Are. in d. consi. 18. 19. cuius deci. sacri consilii ponitur infra, &
hæc sic procedunt. verum dubium magnum in iure habetur, a
10 Treb. † in filiis primi gradus aliisve descẽdentibus possis pro-
hiberi. & Dec. io cons. 81. in casu. 236. 480. in casu. tenet ꝙ nõ,
istud etiam Soc. Iunior in consi. 131. col. ampliũ Aym. in consi.
17. amplectiq; videtur Parisius in consi. 30. vol. 3. sed contra
hæc, ꝙ possit prohiberi, est Corsettus in tract. Treb. & dicit cõ
munem Alex. Rubeus in consi. 43. vbi etiam, ꝙ filius appro-
11 bans contenta in testamento præiudicat † circa legitimam, &
Treb. Aymo in consi. 217. nu. 2. vbi concor. sicut cont. appro-
bat Hier. Grat. in consi. 88. 2. vol. Rec. in consi. Alex. 67. 4. uolu.
qui dicit Aymo non bene locutum in d. consi. 17. sed io d. cõs.
Dec. 236. videtur affirmare primam opi. ꝙ non possit prohi-
beri, & sic uidetur sequendum, cum ista opi. sit æqua fauens fi-
liis. Parisius in d. consi. 30. uiso. on. 15. 16. cum seq. amplè post
12 alios Scrib. &c. 3. uol. Et † ita fuit iudicatum in consi. in causa
Caroli Copulæ cum creditorib. cuius est Actuarius Ioseph Mi
chusius, anno 1562. Item ꝙ etiam de fideicommisso facto ad
tempus filio ꝙ non possit alienare bona vsque ad ætatem 25.
13 annorum, detrahantur legitima, & Treb. contra † d. consi. Ru-
bei Alex. 26. & Ferra. cau. 35. de quibus supra. Item etiam fuit
ibidem iudicatum, ꝙ ob non confectionem inuentarii filius

non amittat Trebe. per infrascriptas iurium allegationes. An
hæres & filius ob non confectionem inuentarii priuetur Tre-
bel. in hoc ar. tam variè sibi ipsiq; repugnantes loquuti sunt do
ctores, vt dignosci neutique possit, quæ nam verior cõiorque
sit conclusio, vt tradit Dec. consi. 236. nom. 9. io prio. Catellia.
Cotta in memorabili. in uerbo inuentarii confectio. in princ.
eosdemque doct. opi. sibimet aduersantes enumerat Aym. in
consi. 17. in prin. vol. 1. inferiusque apparebit, adeo quod du-
bius est articulus, vt principis dec. desideret, vt Cassad. in ti. de
testamen. deci. 3. in b. quem etiam adducit Duran. io caut. test.
11. 5. c. 37. Eam sanè sententiam ꝙ Treb. priuetur hæres nõ con
fecto inuentario, tenuit gl. in §. si verò expressim. in ver. substi
tutis. io auth. de hæred. & Falc. Alber. Galeot. in sua margari-
ta, in li. de Treb. quem refert Ang. io l. 1. §. hæc stipulatio. num.
17. ver. sed hic restat. ff. si cui plusquam per legem Falc. & Bo-
logni. io add. ad consi 61. Ioan. de Anan. nu. 6. Ang. in §. extra-
neis. num. 4. inst. de hæred. quali. & diffe. Cassado. io d. dec. 371.
de test. fol. 210. aliique doct. inferius allegandi, etiam memine
runt de Alberto Galeot. eandemque opi. tenent in auth. sed cũ
testator. C. ad leg. Falc. Iacob. de Rau. Petrus Iacobus de Aret.
6 *Remedium restitutionis datum minori aduersus statutariam præscriptionem transit in minoris successorem.*
7 *Sorori nobili uiro non coniunctæ qualiter aduersus fratrē per Neapolitanam consuetudinem succurratur? 10.*
8 *Dispositio pœnalis incipiens à precedente simplici quando committatur.*
9 *Pœna culpę an & quando committatur sine monitione?*
11 *Soror per statutum masculata ad paternam successionem an etiam ad paternam & collateralem.*
12 *Verbum disponere, trahitur ad ultimas uoluntates.*
13 *Donatio in fraudem successoris quando dicatur facta. 14.*
Fraus ex ingenti alienatione præsumitur.
15 *Donatio meritoria presumptioni fraudis silentiū imponit.*
Merita in donatione an oporteat, q̄ specifice probentur.
16 *Obsequium in discrimine uitæ exhibitum maxima dignū remuneratione.*
17 *Successor non tenetur ad remuneranda predecessori præstita beneficia.*

TRia dubia fuerunt discussa in cōsilio in causa, quæ uertitur inter Ambrosium de Milina de Neapoli conuentum & Vincentiam de Milina super successione bonorum quōdam Iacobi de Misina fratris dictæ Vincentiæ.

Et primum consuetudo Neapol. prima, de successio. ab intestato, dictat in scriptis, q̄ mortuo patre cum filio & filia, filius succedit, & tenetur maritare sororem secundum paragium & facultates, eam autem differente maritare secundùm paragium usque ad annos 17. succedit, & potest petere portionem de bonis paternis & maternis, & subditur in consuetudine. Quid autem, q̄ tunc soror quò ad prædicta habetur, ac si esset masculus. Quid si mortuo patre relictis filio pupillo ac relicta filia pubere uel impubere, & ista fœmina efficiatur 16. annorum antequam filius pupillus efficiatur maior?

1 † Vtrum soror possit dicere, q̄ debet succedere, eò q̄ frater non maritauit eam infra 16. annum, vel frater possit dicere, q̄ istud tempus non currit minori, & si currit, possit petere in integrum restitutionem infra quadriennium finita minori ætate. Et sic aduersus dictam pręscriptionē cōsuetudinariam restituatur ipse minor. Istam quęstionem sentit And. in constitutione Regni. In aliquibus. in 5. col. in uersicu. sed ex quo recusauit dare dotes, an possit pœnitere & offerre &c. q̄ si esset minor frater, tunc per in integrum restitutionem posset pœnitere, alleg. C. de repu. hęr. l. fin. in fi. & sic uidetur, q̄ datur sibi restitutio ex capite minoris ætatis, quia hoc ipso est lęsus. Ad idē adducit, istud tempus consuetudinarium 16. anno. currit minori, sed datur sibi restitutio, secundùm Inno.
2 in c. cōstitutus. de resti. in integ. † nam regulare est, q̄ data lęsione semper minor restituitur, nisi contrarium reperiatur in ipse expressum, ut no. in l. auxilium. ff. de mino. & in auth. de hær. & Falci. §. pupillus. & est optimus tex. in l. fi. C. in quibus cau. in inte. resti. non est neces. licèt Bar. in l. etiam. cir-
3 ca fi. ff de minor. † dicat, q̄ in lucro captando præscriptio statuaria semper currit contra minorem, sed datur restitutio. Sed in damno uitando ipso iure non currit minori. Bene ad hoc faciunt no. in capi. 1. §. præterea si quis. de probi. feud. ali. per Fede. Sed Bal. no. in cap. 5. quo tempore miles. in 6. colum. dicit, q̄ tempus statutum à consuetudine succedit loco temporis statuti à iure communi, & tunc sortitur eandem natura, & sic non currit minori ipso iure, ut in constitu. Regni, Minorum iura. & not. doct. in d. ca. constitutus. & In. & Abb. in c. auditis. eo. ti. de restit. in integ. Aut tempus statutum à consuetudine non succedit loco alicuius temporis statuti à iure communi. imò illi ciues sic ordinauerunt, & tunc datur minori restitutio aduersus tempus predictum consuetudinarium, secundùm Inno. in d. c. constitutus. & Io. And. in no-
4 uella in c. ex ratione. de appellatio. † Bene facit id, quod dicit Alexan. in d. l. etiam. quòd minor aduersus legem ciuilem restituitur, sed non contra legem naturalem, uel communem. Et propterea dicebat Bal. in d. l. fi. C. in quibus cau. in integ. restit. non est necess. q̄ tempus consuetudinarium currit minori, sed datur restitutio. & idem dicunt Inno. in d. c. constitutus. & sentit Bar. in d. l. etiam. & Bal. in l. si matri. C. ne de statu defunctorum. in uerbo, extra quæro. ubi distinguit. & Cardi. Flor. in l. unica, in 9. q. de resti. in integ. & Lud. Rom. in singularibus, in uerbo, minor. Et pro hoc facit,
5 † nam minor restituitur aduersus dolum præsumptum de præterito, ut dicit Barto. in l. si ex causa §. nunc uidendum. ff. de mino. & Barto. in l. 1. §. nuntiatio ff. de ope. no. nunti. Et posito sine pręiudicio ueritatis, q̄ dictus Iacobus minor fuisset interpellatus à sorore, & illam interpellationē spreuisset, certè diceretur in dolo pręsumpto de præterito, ut in l. air prætor §. si quis particeps. ff. de his, quæ in frau. credi & l. si fundum C. de rei uen. quæ iura ad hoc alleg. Bar. in d. §. nuntiatio in 4. co ergo aduersus dictam moram minor restitui-
6 tur. † Et istud remedium competens minori per uiam restitutionis in integrum contra pręscriptionem statutariam transit etiam in successorem ipsius minoris per tex. in l. minor autē magistratus. §. fina. ff. de min. & in l. ea quæ §. quòd si maioris C. de tempo. in integ. restit. & ibi per Bar. & Bal.

Quare fuit pari uoto uotatum, quòd ex quo Iacobus frater dictę sororis, quando mortuus Fran. de Misina eius pater erat pupillus, & mortuus fuit, quando erat ætatis annorum 18. & illa Vincentia tempore mortis dicti sui fratris erat annorum 22. & sic dictus Ambrosius conuentus potest opponere de dicta restitutione, quæ competebat dicto Iacobo minori, cuius ipse fuit heres institurus.
7 † Secundum dubium fuit, utrum ad hoc, ut soror succedat equaliter unà cum frater in casu, quando frater distulit ipsam maritare infra 16. annos, requiratur, q̄ soror interpellauerit fratrem, ita quòd si non probetur de interpellatione fratris, non efficiatur masculiata. glo. Neap. super d consuetudine, in uerbo, differentib. dicit, q̄ soror habet duplicem uiam, uel cogendi fratrem ad dotandum, cum primum potest, uel interpellare fratrē con-

cõgruo loco & tempore, & expectare cursum 16. annorum, ut eis elapsis succedat, & dicit, ꝙ hoc tempus non datur ad beneficium dilationis, sed ad pœnam fratri differenti maritare sororem. Et licèt dicta glo. Neap. nihil alleget, tamen possunt ad
8 hoc infrascriptę rationes allegari, † nam quando dispositio pœnalis incipit a pręcedēte dispositione simplici, pœnalis illa dispositio tunc committitur, quando facta interpellatione congruo loco, & tempore de eo, qđ erat deductum in dispositione simplici præcedenti per interpellationē, quod potuit adimplere, non fuit adimpletum, ut uolunt Bar. in l. ita stipulatus, in septima opp. quintæ partis. & in 6. q. ff. de uerbo. obli. & ibi Ioan. de Imo. post Ange. & glo. Bal. & Ange. in l. & si post tres. ff. si quis cautio. Sed ista consuetudo incipit à pœnali dispositione simplici, ergo requiritur interpellatio. Secundò adducitur id, quod dicit Innoc. quem sequuntur ibi Abb. & alii in ca. extirpandę, §. quia
9 uerò: de præbendis. qui dicit, † ꝙ ubi pęna imponitur a iure pro negligentia seu culpa in non faciēdo, opus est, ꝙ præcedat monitio seu interpellatio, ut incurratur illa pœna, per ca. ex parte, cum tribus sequentibus, de clericis non residen. & per l. si ex causa. ff. de uerbo. obligatio. Ioan. de Imo. in l. non solùm. §. morte, in fi. ff. de ope. no. nuncia. Ant. de But. in c. cum in cunctis 9. col. de elect. fallit in casu quem ponit glo. Bar. & Bal. in l. 1. C. de his quib. ut indig. glo. & Bar. in l. in cognitione. ff. ad Sylla. Secus, ubi pęna imponitur pro facto affirmatiuo, ut in c. de multa. de præb. & in l. 1. C de secundis nup. & hanc theoricam affirmant Io. And. in c. excommunicationi. de rap. post glo. ibi, & Bal. in d. l. & si post tres. in rep. qui allegat tex. in auth. de hær. & fal. §. si quis autem non implens, & in auth. de eccle. tit. §. si autem. & Bal. in auth. hoc amplius. C. de fideic. & Bal. & Imo. in l. si mora, ff. sol. matr. & Bal. in capi. 1. §. publici latrones. de pace tene. Bal. in auth. omnino. C. ne uxor pro marito. Bal. in l. magnam. C. de contrah. & com. stip. & in l. 2. C. de sponsa. faciunt notata per Bar. in l. inficiā do. §. infans. ff. de furt. & per Bar. in l. mulcta. ff. de cond. & dem. cum con. quæ allegantur ibi per Ale.
10 in apostillis. † Et per sacrum Consiliū fuit conclusum, ꝙ ut soror succedat unà cum fratre in bonis paternis in ciuitate Neap. requiritur, ꝙ soror interpellauerit fratrem, ut ipsam maritet & dotet secundùm facultates. Sed hic incidit quæstio. Ecce, ꝙ soror interpellauit fratrem, ꝙ ipsam maritet & dotet, & fuit in mora, & sic soror excedens annos 16. successit unà cum fratre in bonis paternis. pone, ꝙ sunt plures fratres pupilli & in pupillari ætate moriuntur.

Vtrum ista soror succedat cum fratre, qui fuit in mora in ipsam maritando, & dotando, dictis pupillis fratrib. sicut si esset masculus. Dicebāt aliqui, ꝙ tex. in consuetudine, si moriatur. vř admittere sororē ad successionē bonorum paternorū cum fratre, si ipsam non maritauit infra 16. annos, nihil dicit, utrum ipso supradicto modo masculiata succedat ut masculus transuersali. & tex. in consue. ꝙ autem. dicit, quòd quò ad prædicta. s. quò ad successionem bonorum paternorum succedit, ac si
11 esset masculus. † Alii dicebant ꝙ si est masculiata quò ad succedendum patri, erit etiam masculiata quo ad succedendum fratri & collaterali, & pro hoc allegabaot glo. Neapo. in consuetudine, si moriatur. in glo. in uerb. filiis. ibi, nonò est hoc consuetudinarium, & in consue. quòd autem. in uerbo parentum, ubi dicit, ꝙ soror, quę successit in bonis paternis tanquam masculiata succedit fratri uel sorori, quia utitur iure fratris. & in hac secunda opi. magis inclinabant Domini de consilio. Tertium dubium fuit utrum iste Iac. potui donare aliqua bona stabilia paterna & materna dicto Ambrosio per sex menses ante eius mortem per contractum inter uiuos in pręiudicium dictę Viucentię eius sororis. Ego fui in uoto, ꝙ sic, quia consuetudo Neapolitana, quæ incipit, & si testator. dicit ꝙ habens bona paterna, uel materna, non potest de ipsis disponere, nisi de medietate, aliā medietatē tenetur relinquere proximiorib. ex parte patris in bonis paternis, vel proximiorib. ex parte matris in
12 bonis maternis. † Verbū enim disponere, trahitur ad ultimas uoluntates, & non ad dispositionem inter uiuos, ut dicit glo. Neap. in dicta cōsuetudine in uerbo, disponere. ubi dicit, ꝙ potest totū alienare in uita, sed in morte de medietate, & ibi, dū dicit hoc de testatore, non autem donatore & uēditore. Et postea dicit nisi fiat in fraudem successoris.
13 † Dicitur autem fieri in fraudem successoris, quando donauit omnia bona sua, ut in l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in frau. cre. iunctis no. per glo. & doc. in l. qui testamentum, ff. de prob. Idem, si non omnia bona sua, sed quasi omnia donauit, ut sentit Bal. C. si quid in fraudem pat. l. 2. in 3. quęst. & not. Bal. in l. si unquam. C. de reuoc. don. & dicit Bal. ꝙ ex una magna alienatione pręsumitur fraus in l. fraus. ff. de leg. & firmat hoc Ale. in 1. uol. consi. 55. inci. consideratis uerbis dicti statuti & c. Item probauit, quando in fraudem est facta donatio, si fiat ab eo, qui non habet filios, nec habere potest, & donault non successuro, ut dicit ibi glo. Neap. in uerb. dispōnere. ibi. sed quomodo probauit, & pro hoc bene facit tex. in c. 1. §. sed & res. per quos fiat
14 inuesti. & ibi glos. in verbo, in fraudem. † Item pręsumitur in fraudem facta donatio, quando quis donat consanguineo suo, si tendat in præiudicium tertii, ut dicit Pau. de Cast. in consi. 65. inci. super isto puncto occurrunt tria uidenda, allegat Bar. in l. post contractum. ff. de don. Et licèt diceretur pro parte dictæ sororis, ꝙ dicta donatio fuit facta in fraudem sui, quia dictus Iacobus semper fuit infirmus diuersis infirmitatibus, & communiter ęstimabatur citò mori, pp quas dicta donatio pręsumitur in fraudem successoris facta, prout colligitur ex l. 1. & 2. ff. de dona. causa mor. Et in dicto Iacobo donatore non erat spes filiorum. Et donatio fuit facta de maiori parte bonorum stabilium, & & sic uidetur facta in eius fraudem. Et ideò non debeat ualere, ut supra dictum est. Tamen ego dicebam, ꝙ fuit donatio prædicta facta ob merita ipsius donatarii, ut dicebat cōtractus donationis,
15 † quo casu cessant dictę præsumptiones fraudis, ut dicit Neap. in d. glo. Et licèt non sufficiat confessio Iacobi donatoris facta in instrumento & cum iuramento de seruitiis præstitis per dictum Ambrosium sibi, sed oportet, ꝙ specificè probentur

seruitia & merita, ut uoluit Bar. in l. si fortè, ff. de castren. pecu. & gl. & doct. in l si donatione, C. de coll. & uoluit Io. And. in add. Spec. in tit. de rebus eccle. non alie. in rub. & firmat Alex. in prȩallegato consi. 55. in 1. uol. Tamen fuit bene probatum in processu, quòd dictus Ambrosius conuentus dicto Iacobo præstitit seruitia suæ personæ inseruiendo ei in suis infirmitatibus diuersis, necnon & quando superuenit pestis in domo & familia dicti Iacobi, quando fuerunt mortui de peste alii fratres dicti Iacobi, & ipse Ambrosius non dereliquit eum.
26 † Vnde fuit mihi uisum, ꝙ ista seruitia sunt digna maxima remuneratione, quia posuit uitam suam in periculo, quia experientia, quæ est rerum magistra, ut in c cum expediat. de elect. lib. 6. docet, ꝙ ista sunt magna seruitia. Et tantò magis, ꝙ dictus Ambrosius seruiuit in auri fabri. patri dicti Iacobi, quæ seruitia præstita patri, licèt non tenebatur dictus Iacobus remunerare per id, quod dicit Bar.
27 in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordin. fa. † quia facultas remunerandi magnum seruitium præstitum prædecessori, non transit in successorem, & de hoc fuit memor Ias. in l. ex hoc iure gentium. ff. de iust. & iure. & in l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. inde. tamē nogari non potest ꝙ ipse fuit grauatus patri & filio. Sed tuti sacro Consilio me solo excepto fuit uisum contrarium, quòd dicta donatio non sit facta sine fraude, & dicta seruitia non sunt digna remuneratione dictæ donationis tantorum bonorum stabilium. Et ideò fuit iudicatum, ꝙ fuit facta in fraudem dictæ sororis, & sic non potuit ipsam facere in præiudicium dictæ sororis, quam fraudare non potuit successione bonorū antiquorum pro medietate, iuxta dispositionem preallegatæ consuetudinis Neapolitanæ.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXX.

1 *Filiis minores hæredes, an si distulerunt soluere dotes matri elapsis ultra sex mensibus, teneantur ad interesse sine aliqua interpellatione, & sic an consuetudo Neap. liget pupillos.*
2 *Statutum de compromissis faciendis, an liget pupillos, et an aduersus consuetudinem minor restituatur.*
3 *Mulieri non debetur interesse dotium, quando ei posset imputari, quare dotes ipsas non exegit, eligendo stare cum suis filiis.*
4 *Quando pater reliquisset dotes filio, & fratres fuissent interpellati ad solutionem, minimeque satisfecissent, an soror masculietur?*
5 *Mulier masculiata, an succedat in omnibus bonis ad instar masculorum, tam ipsa quàm eius descendentes.*
6 *Consanguineus an possit ex iusta causa donare in præiudicium cognatorum prætendentium successionem uirtute consuetudinis Neap. & quando dicatur fecisse donationem in fraudem.*
7 *Donatio facta a patre filio in tertii præiudicium quòd nō ualet.*
8 *Quando pater facit donationem filio, quodam modo sibi donare censetur.*
9 *Quod habet pater, censetur filius habere, nam pater & filius pro uno capite computatur.*
10 *Licèt iuramentum ualidet donationem inter patrem, & filium, tamen non in tertii præiudicium, sic etiam de donatione facta inter uirum, & uxorem.*
11 *Nil sub globo lunari perpetuum, ex magna donatione præsumitur fraus.*
12 *Legitimatio in fraudem substituti an ualeat.*
13 *Donatio an dicatur facta in fraudem, quando sit, & ob merita an sit in specie necessarium merita specificare, uel in genere cum iuramento.*
14 *Quando sumus inter personas prohibitas.*
15 *Quando sit donatio ab aliquo magno uiro alicui, quòd sat sit specificatio meritorum.*
16 *Feudum concessum ob merita an possit ob ingratitudinem reuocari, & an transeat ad hæredes.*

FIt conclusio in primo dubio huius decis. ꝙ minori datur
2 † restitutio, si non maritauit sororem infra annos quindecim, etiamꝙ fuisset interpellatus. unde quia contra hanc conclusionem, uidentur facere ea quæ notat idem Neap. in consue. Neap. quæ incipit heredes. in uerbo elapsis, & in uerbo distulerit, in titulo de iure dotium, ubi ait, ꝙ si filii minores hæredes mariti distulerint dotes soluere eorum matri elapsis ultimis sex mensibus esse obligatos ad interesse dotum non solutarum ad rationem tareni unius pro uncia. & istud siue fuerint interpellati, uel non habuerint tutores, uel minimè, & hoc sine aliqua spe restitutionis in integrum; quia consuetudo ligat pupillos, & furiosos, & omnes l. si sine herede §.
2 Lucius ff. de admi. tuto. istud etiam, ꝙ aduersus † consuetudinem minores non restituantur, declarat latè Tiraq. in retra. consang. §. 1. in gl. 13. in uerbo emptorem, fol. 90. nu. 13. & per d. § Lucius. idem in eodem tract. in fi. fol. 242. nu 54. ubi hoc etiam decidit in statuto de compromissis, & aduersus statutum, ꝙ mulier lucretur dotes, sed patet solutio secundum eundem Neap. in d. uerbo elapsis, & in uerbo eas ipsas, in cōs. si moriatur aliquis. in tit. de succ. ab intest. quia ideo in hac masculiatione facienda requiritur interpellatio, quia in d. cōsu. in uerbo eas ipsas fratribus, ponuntur uerba paragium, & facultates, & sic denotat possibilitatem, sic requiritur interpellatio, si est possibilitas, iuribus per eum adductis, circa qđ etiam facit ultra, quia paragium, qđ prȩtenditur deberi, est incertum, & donec per iudicem fuerit facta declaratio, & liquidatio quis non est in mora. fuit notatum supra in decis. 205. secus uerò in ipso interesse dotium non solutarum in tēpore habente tempus certum & quantitatem, ꝙ sic uidetur quodammodo concernere perceptionem fructuum, ut ait ibi Neap. igitur debetur elapso tempore, sequitur ista idem Tiraq. qui citat Affl. in hac decisi. in eo. loco fol. 78. §. 1. gl. 10. nu. 80. in fi. quæ sic recipiuntur, & secundum ea intelliget eam glo. notabilem, de qua, si bene inspexi, nulla fit mentio ab istis dominis in l. promittendo. in uerbo conditionis ff. de iure dotium, quæ uult, quòd consuetudo alias dispositio generalis, & si liget omnes clericos, & laicos, tamen nō minores, de qua meminit Ias. in l. fideiussor. §. prȩtor ait. col. 2. in uerbo secundò adduco, in fi. ff. qui satis. cog. & Gram. in cons. 17. in ciui. quæ limitat Soc. in consil. 180. diligenter. 2. uol. col. 2. nu. 5. nō
3 procedere, quando † huic mulieri prȩtendenti istud interesse posset imputari, cur hanc dotem non exigit: ut quia ualuisset sibi soluere & satisfacere, & eligit commorari in domo cū suis filiis, nam tunc istud interesse minimè potest efflagitari hoc, per tex. l. quotiens §. sicut autem ff. de admi. tuto. & in hoc dictum suum bene procedit, sed quatenus dicit, ꝙ istud interesse dotium non solutarum non debeatur etiam ex forma statuti, dicas dicta per eū esse intelligenda iuxta no. supra in dec. 284. & 291. & per Ca. decis. 109. & secundum superius allegata. & in dec. 13. in tertia præsumptione. Et circa secun-
4 dum dubium † ꝙ requiratur interpellatio etiam in fratre maiore ad hoc ut soror masculietur uirtute cōsuetudinis Neap. in prȩdictis sunt anno. & casus in facto in decisio. 199. uerum hic quȩro, an ista masculiatio mulier modo quo supra. quando pater reliquisset dotes suȩ filiȩ in testamento, & fratres ab ea interpellati seu requisiti eas non soluissent, spernendo eandem nuptui tradere infra annos sedecim iuxta formam consuetudinis, & Neap. in eadem consue. in uerbo succedat, uidetur concludere quòd sic, dum arguit culpā fratris, dato quòd in testamento aliquid filiȩ a patre fuisset relictum. uidetur sentire Georgius Natta in re[illegible] c. c. quamuis. in q. secunda, car. 26.

de

depactis in fexto, dum concludit, q si statutum requireret
ueram actualem dotationem, seu maritationem, non sat esse
dotem relictam sibi in testamento, iuribus adductis ibi per
ipsum. quod ego crederem bene procedere stante fratris po-
tentia & negligentia post interpellationem, & nolens legatu
adimplere, secus si aliter præcipitaret cum sui matrimonii
destructione l. nepos, Proculo. ubi glo. in uerbo alieno. ff. de
uerb. sig. And. in c. 1. in fi. quid sit inuesti. nu. 16. idem in c. 1. §.
huiut qui idem generis. num. 9. in uerbo hæc non putamus
ex qui cau. feu. ami. qui dicit in dispositione intelligi inter
alia si puero, & maximè quia secundum aliquos non paruo
oum. mulier dotata dicitur, quæ habet dotē promissam, seu
constitutam in testamento, & declarat post alios hæc Tiraq.
in q. statuti excludentis mulierem dotatam successione, satis
esse habere dotem promissam, in retra conue. in glo. fi. nu. 38.
ubi citat inter alia And. de Iser. in c. 1. col. 5. in uer. uidetur q
promissio. nom. 21. in tit. de na. succ. feu. & hunc meum auto-
rem supra in dec. 61. ubi notaui, quem vide f. 306. in parua vl-
tima impressione, sed And. in loco supra citato contrariū vi-
detur concludere saltem de æquitate in prædictis, q debeat
mulier habere dotem actualiter, ad quod etiam facit, q hæc
mulier quando non fuisset a patre instituta, non rumperet te-
5 stamentum dictum fuit supra in dec. 158. sed † hic etiam quæ-
ro, in casu masculationis huius mulieris, in quibus succedat.
Dic q in omnibus, ac si ipsa descendentesq; ab ea fuissent ma
sculi. l. 1. C. de priui. urbis Consta. lib. 11. no. scrib. in l. 1. ff. de le-
ga. q facta adæquatione, quòd in omnibus, declarat Neap. in
6 d. consue. Circa verò tertium dubium, † huius decisi. quod con
sanguineus valet inter viuos ex iusta causa donare non obsta.
consue. Neapo. vltra ea quę fuerunt notata supra in dec. 347.
facit illa, quæ notat Alex. in a ub. solu. mat. 2. in gl. in uerbo di
sponēdis. ubi habetur declaratio huius verbi disponere, quòd
trahatur ad vltimas voluntates, & de fraudibus, quæ fiunt, &
quid dicatur in fraudem gestum, & alia vltra illa quæ fuerūt
dicta sup. in dec. 338. declarat inter Modernos Rec. qui alios
concomitantes coacervat in con. Dec. 235. & de donatione fa
7 cta consanguineis, † & maxime a patre filio in præiudiciū ter
tii, quòd non ualeat, diffinit Rom. in cons. 367. circa primum.
in fi. Abbas in cons. 115. 1. uol. & istud ea potissima rōne, nam
quando pater donat filio, sibi confertur donatum, sicut moue-
bam allegando in quodam causa in sacro consi. contra quan-
dam donationem factam a Mag. Ferdinando Capece ad euitā
dum congruum suo filio ut mihi uidebatur, per tex. l. donatio
nes quas. C. de dona. inter vi. & vxo. & tex. insti. de inuti. stipula.
§ ei vero. ubi. uox tua sibi est, cum si. signatis per Bart. & scrib.
in l. frater a fratre. in fi. ff. de cond. inde. & declarat Tiraq. in ra
tra. consan. §. 1. gl. 9. nu. 19. cum seq. f. 47. qui pro istis vltra alia
8 citat tex. l. pen. ff. de bonis libe. † iuncta gl. in uerbo suspicio, si
canit illud, quod habet pater, censetur & filius possidere, cum
sint quodammodo correlatiua. declarat Alex. in consil. 48. ex
tract. cum aliis ibi signatis per Rec. 1. vol. affirmantes, patrem,
& filium pro vno capite computari. gl. in l. a. veni. eta. 11. quæ
dicebam locum vendicare non obstante iuramento, quod li-
9 cèt secundum magis communem validet † donationem inter
patrem, & filium. Ias. in d. l. frater, in fi. Dec. in consi. 216. cum
similibus. nu. 2. tamen hoc minimè in tertii præiudicium. Alex. in
10 cons. 55. considerato † circa fi. 5. uol. idem in cons. 8. visis. in a.
uol. ubi etiam Rec. qui alios affert huius opi. & Cotta in me-
mo. in ver. iuramenti religio. & per hæc vnà cum notatis per
Cassan. in consue. Bur. qui sentit nouum intellectum ad c. cum
contingat. de iureiura. in 6. f. 167. qui dicit, donationem inter
virum, & uxorem non firmari iuramento, tanquā contra tex.
l. 1. ff. de do. inter uir. & uxo. ex quo contra bonos mores, quod
etiam exponit Aymo in consi. 229 quidam donationem iura-
mento nō firmari, cum quibus etiam uideor cōcordare Curt.
Iunior in consi. 171. nu. 10. 1. lib. & Cap. in dec. 79. qui limitat,
nisi donatio heret proximè immediate successuro, & sic non
in tertii præiudicium, concludebam hāc donationem in frau
dem; ipsa in tertii præiudicium, iis minimè militantibus fuit
decisum donationem ualidam, congruis ius non præcedere, &
sic contra decisa supra in dec. 338. vbi contingit eadem facti
11 species, & hoc anno. 1556. cuius causæ actuarius † fuit Annibal
Cæsarius, ideo volubilia omnia, auth. de non alie. § ut autem
lex, mutantur tempora & personæ, & ideo bene Poeta. Omnia
vertuntur. certè vertuntur amores Vinceris, aut uincis hęc in
causis Rota est, & alibi Ou. Omnia sunt hominum tenui pen
dentia filo, & subito casu, quæ valuere ruunt. Dicant magis sa
pientes quibus me subiicio, quod legitimatio in fraudem sub
stituti non valeat, declarat Dec. in consi. 399. conclusionem. in
fi. & insuper quia Affl. hic declarat inueniri modum per quem
donatio non dicatur facta in fraudem, scilicet quando fit ob
merita. Conuenit etiam Dec. in consi. 202 & præsens, nu. 6. ubi
in donatione facta ob remunerationem iohrnitatis, idē in
consi. 223. in causa. nu. 7. nam prohibitus non ob merita. Idem
Cap. in dec. 122. nu. 5. sed non obstat, quia Alex. in d. consi. 95.
3. uol. concludit, non sat esse merita probari in genere, sed io-
re necessariam specificam probationem, merita esse æquiualē
tia rei donatæ. Et istud quando sumus inter personas prohibi
24 tas, † et hic, non satis esse, sine expressio fiat in genere, sine in
specie etiam cum iuramento, inter personas verò non prohi-
bitas satis sit merita in genere declarari ultra Alex. ibi, & Dec.
in d. l. si donatione. 3. col. sequitur etiam in consi. 20. amplè p
Ferra. in cau. 35. reiecta opinione Soc. in consi. 66. 1. uol. & in
consi. 295. 2. uol. affirmat Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuo. do-
na. in verbo donatione largitus nu. 85. cum modificatione q si
adessent coniuncturæ. Rec. in d. consi. Dec. 20. quicquid dixe-
rit Ias. in d. l. si donatione, q inter personas prohibitas, sat sit
specificatio meritorum cum iuramento, si bene dicant hi Scri
25 bentes supra notati, & opinio sua forsan posset procedere † in
aliquo magno viro, qui attestaretur de meritis, nam & credi
debet. Bar. in l. ambitiosa. de decre. ab ordi. faci. refert Aymo
in trac. de antiq. temp. fo. 82. nu. 20. idem vt supra quando fuis
sent verisimiles coniectura. Hyp. sing. 610. Tiraq. in loco sup.
citato. nu. 8. & q dictus contractus venditionis quando fit ob
26 merita non possit per successorem reuocari † Abb. in c. 1. de do
na. Scrib. in c. 1. de probatio. Tiraq. in verbo donatione largi-
tus, in d. l. si unquam. nu. 11. cum seq tenetur de euictione. Grā.
in consi. 156. in ciui. & 160. nu. 7. 8. qui etiam dicit stari princi
pis assertioni tuæ notatum supra de prædictis in dec. 228. no-
tat etiam Capi. dec. 166. sed feudum concessum ob merita, q
possit reuocari ob ingratitudinem, dicit Rec. in gl. Par. f. 272.
nu. 99. & de Cast. largito a principe ob merita simpliciter, q
ualeat donatarius disponere transeatque ad hæredes. Fulgo. in
consi. 225 Serenissimum per totum, & ad hanc deci. sunt ētiā
annot. in dec. 149. Cæl. Vrsill.

DECISIO CCCLXXI.

De dotis relicto incerto. Et de ordinatis arbitratoribus à testatore ad dotem taxandam.

SVMMARIVM.

1 *Legatum pium incertum an valeat.*
Incertitudo in contractu uitiat contractum.
Legatum dotis incertæ tenet.
2 *Index supplet de facto in causa dotis.*
Dotis causa est pia.
3 *Frater etiam tenetur ad uxorandum sororem.*
Neptes filiis postponuntur.
Charitas prima unde sumat exordium.
4 *Voluntas alterius fauore piæ causæ secreto committitur.*
Intellectus ad l. Theopompus. ff. de dote præleg.
5 *Testator potest disponere, quòd credatur vni testi.*
Voluntas captatoria etiam in legatis nullius momenti, & qualiter dignoscatur.
6 *Legatum alterius arbitratu collatum, qualiter intelligendum.*
7 *Pactum promittentis stare simplici verbo, an valeat.*
8 *Clausula, prout eis uidebitur, in legato inserta importat boni uiri arbitrium.*
9 *Recursus ad arbitrium boni uiri ab arbitratoribus per testatorem electis haberi an possit.*
Index dicitur bonus vir.
10 *Arbitrium iniquum quot modis dicatur.*
Index in neutram flecti partem debet.

DOminus Antonius de Rao fecit testamentū, & unicum filium suum instituit hæredē uniuersalem, certa legata fecit, & inter alia legauit Mariæ de Rao suæ nepti filiæ fratris sui defuncti

dotes

dotes taxandas & arbitrandas siue declarãdas per dictum eius hæredem & uxorem & sororem dicti testatoris, prout, eis uidebitur dandas tempore sui maritagii. Nunc dicta Maria agit in consilio cõtra dictum hæredem, ꝙ attento, ꝙ supra dictæ personæ, quibus datum fuit arbitrium a testatore declaranda dictam dotem legatam eidem, declaraue ruot uerbo, ꝙ testator sensit de ducatis quinquaginta tantum, & ista declaratio est nimis exigua habet propterea recursum ad arbitrium boni uiri, ut moderetur dictum arbitrium, & pro bono uiro elegit sacrum Consilium. Pro parte hæredis dicitur, ꝙ non potest haberi dictus recursus, ex eo, quia dicta quantitas ducatorum quinquaginta post testamentum fuit declarata per testatorem, & dictæ personæ secutæ sunt uoluntatem ipsius testatoris. Et ad probandum uoluntatem testatoris prædictam dicunt, ꝙ dictus testator eis in secreto sic declarauit. Quæritur modò de tribus. Et primò, utrum tale relictum incertum pro dote sit ualidum.

Secundò, utrum uoluntas testatoris ad declarationem legati incerti possit probari per hæredem testatoris uxorem & sororem prædictas ex uoluntate testatoris, uel ipsi sunt arbitratores relicti per testatorem in declarando incertam dotem relictam.

Tertiò, utrum à tali declaratione facta per eas
1 possit haberi recursus ad arbitrium boni uiri.† Ad primum fuit pariter uotatum, ꝙ licèt regulariter in non piis causis legatum incertum non ualeat, sicut in contractu incertitudo uitiat contractum, ut in l. triticum. ff. de uerbo. obli. de quo in l. stipulationum quædam, cum l. seq. ubi autem non apparet, ff. eo. tit. tamen in legatum, dotis incertæ ualet legatum, per tex. in l. si filię. ff. de legatis tertio. & in l. Theopompus. ff. de dote præle. & l. cùm post. §. gener. ff. de iure dotium. & hoc etiam no tant Alexan. & alii in l. t. ff. solu. matrim. & Pau. de Cast. in l. t. ff. de leg. 2. & Bal. in l. fin. C. de sent. quę sine cer
2 ta quant.† quia iudex supplet de facto in causa dotis, ut notant communiter docto. in l. si cum doté. §. eo autem tempore. ibi. iudicis officium. ff. sol. mat. Item in causis piis iudex inquirit ex officio, ut dicit Cyn. in l. mulierem, C. si manci. ita sue. aliene prostit. & causa dotis est causa pia, ut in l. mulieri. ff. de cond. & dem. Et ego dicebam, ꝙ quo ista neptis testatoris erat ergo sine patre, qui parum habuit de hæreditate paterna respectu eius, quod habuit domi. Antonius testator, & erat paupercula, ꝙ licèt solus pater est ille, qui tenetur do
3 tare filiam, ut in l. qui liberos. ff. de ritu nu.† tamē frater tenetur dotare sororem pauperem, & egenam, ut in l. cum plures, §. fi. & ibi glo. ff. de admin. tuto. unde ex hoc præsumo, ꝙ testator dictum legatum fecit dictæ suæ nepti pro exoneratione suæ conscientię potius, quàm amore, & dilectione neptis, quę stante filio testatoris non solent à patruis diligi, sicut quando non est filius testatoris, & prima charitas incipit à seipso, ut in l. præses C. de seruitutib. in glo. Ad secundam quæstionem posset dici, quòd standum sit dicto præfatorum hæredis uxoris, & sororis, quia sic testator uoluit, per d. l. Theopompus, ubi uidetur casus pro hoc. & etiã in c. cũ tibi. de testa. & non potest dici, ꝙ sit capta-
4 toria uoluntas, † quia interpretum alterius uoluntas fauore pię causę confertur, ut in l. captatorias. ff. de hæred. inst. cum conc. & d. c. cum tibi. fuit dictum, ꝙ in d. l. Theopompus. constabat filium testatoris arbitrasse secundùm uoluntatē testatoris, quia testator dixerat legitimis portionibus, sicut alia soror, secundùm Barto. ibi, & in consi. 168.
5 inci. quidam habens bona communia,† nam testator potest ordinare in suo testamento, ꝙ credatur uni testi, ut plenè per Alex. in 2. uol. consi. 54. inci. circa id, quod quæritur. Ego dicebam, ꝙ aliud est dicere committo tibi uoluntatem meam, quam secrete tibi dixi, aliud est dicere, lego Titio, secundùm, ꝙ arbitrabitur Mæuius, nam primo casu est data uoluntas in alterius uoluntatem, tunc non ualet, quia captatoria etiam in legatis, ut in l. captatoriæ, ff. de leg. 1. secundũ glo. in d. c. cùm tibi. fallit fauore piæ causę, ut in d. c. cũ tibi. & l. fideicõmissaria libertas. ff. de fideicom. liber. ubi libertas uoluntati alterius collata expresse uel tacitè ualet, & idem tenet Bar. in l. t. C. de sacros. eccl. & hic non est casus noster, quia non fuit commissa per testatorem eius uoluntas dictis personis.

Secundo casu quando testator legauit dic. Marię, quòd prędicti filius, uxor & fratres arbitrabũtur, tunc si illi non arbitrabuntur, uel iniquè arbitrabuntur, recurretur ad arbitrium boni uiri, ut in d. l. captatoriæ. ff. de leg. t. & ff. de leg. 2. l. t. hanc distinctionem sentit do. Fran. de Zab. in d. c. cum tibi. uer. quæro an legatum &c.
6 † Præterea aliud est dicere, an standum sit dicto alicuius de eo, quod testator sibi dixit. Aliud est dicere, an standum sit uoluntati alicuius de eo, quod sibi deponenti uidebitur. primo casu ille uidetur testis approbatus à testatore, & tunc standum est eius dicto, quia sic testator uoluit, & hoc fauore piæ causę. ut in d. l. Theopompus, & d. c. cũ tibi, cum concord. & tunc debet iurare, quia est ut testis secundùm Bar. in d. l. Theopompus. Secundo casu iste non est testis, sed arbitrator, quando
7 assumptus est à testatore, uel à patre, † licèt dicat Cy. in l. si quis in conscribendo. C. de episc. & cler. ꝙ si in cõtractu promitto stare simplici dicto tuo, ꝙ hoc pactum non ualet, de quo per Bar. & alios in l. fi. ff. de pręt. stip. hanc distinctioné sentit Bar. in d. l. Theopompus, in uerbo, quæro cum testator dixit.

Vnde per omnes dominos fuit pariter uotatum & conclusum, ꝙ dictus hæres, uxor & soror non sunt testes de uoluntate testatoris ad testificandũ eius uoluntatem, quia hoc non ordinauit dictus testator, sed sunt arbitratores ordinati à testatore
8 ad taxandum dictam dotem.† & hoc etiam probat illud uerbum oppositum in dicto legato. prout eis uidebitur, qđ importat arbitrium boni uiri, ut in d. l. fideicommissaria. & potuit Bar. in l. si fic. ff. de leg. 1. & probatur in l. si filiæ. ff. de lega. 3. & l. fideicommissa. §. quãquam. ff. de leg. 3. quos tex. ad hoc allegat Ale. in 3. vol. consi. 13. in c. circa primum, in pen. col. & in hac sententia uidetur, ꝙ fuit Alex. in d. consi. 54. in 2. uol.

Ad tertium dubium, utrum ab arbitratorib. electis per testatorem, ut suprà, possit haberi recursus

9 sus ad arbitrium boni uiri, idest, ad iudicem, † qui dicitur bonus uir, ut in l. uir bonus. ff. iudicatum solui. & in l. si societatem. §. arbitrorum, ff. pro socio. & in c. quintauallis. de iureiurando. per doct. cum conc. ibi allegatis. De hoc non expedit dubitari, quia clara decisio est, quod potest à tali arbitrio declarato deberi recursus ad arbitrium boni uiri, ut est tex. in l. fin. §. sed & si quis. C. comm. de leg. per quem tex. not. ibi Bal. quod in ultima uoluntate, siue aliquid sit collatum alicui, ut arbitro, siue ar-
10 bitratori, iniquum reducitur ad equum. † & dicitur iniquum octo modis, scilicet quatuor modis dicitur plus, & quatuor modis dicitur minus, & ibi dicit, quòd iste bonus uir erit iudex, qui nõ debet declinare neque ad dexteram, neque ad sinistram, ut in l. rem non nouam. C. de iudi. ca. cum aeterni tria. de re iud. in 6. & hoc firmat Bar. in d. §. arbitrorum. Fuit ergo per S. C. consideratis considerandis moderatum dictum arbitramentum ad ducatos 200. pro subsidio dotis neptis dicti testatoris. Et ita posteà fuit sententiatum.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CCCLXXI.

1 *Legatum dotis quando dicatur pium. Item etiam alimentorum, & sic dos succedat loco alimentorum, & sit pro prium patrimonium filiae.*

2 *Dos relicta pro maritagio an debeat solui, priusquam mulier maritetur, & an quando est factum legatum pro dote, si mulier transmittat ad haeredes.*

3 *Dos an possit committi arbitrio alterius, an matrimonii, & haeredis institutio, uidelicet illum facio haeredem, quẽ talis nominabit.*

4 *Quando aliquid fuit commissum arbitrio alicuius per testatorem, an hic dicatur testis. an a sententia ipsius possit appellari, & in declaratione per eum facienda debeat pars citari.*

1 Circa primum dubium huius dec. † quod legatum dotis incertum ualidum sit, intelligas in dote a prin. constituenda, secus uerò in dote restituenda, sunt anno. supra in dec. 337. & in praedictis puto etiam aduertendum, quòd tunc legatum dotis dicitur pium, quando factum fuisset mulieri pauperi. Secus uerò si diuiti, concludit Ias. in d. l. cum is. §. mulier. ff. de cond. indeb. sequitur Dec. in cons. 220. & pro tenui, & 448. de duob. nu. 5. sequitur etiam ista Recen. in gl. Par. ou. 158. f. 231. qui et concludit istam dotem succedere loco alimentorum propriumque patrimonium filiae. l. denique. § proinde. ff. de mino. latius Aymo in cons. 39. proponitur, nu. 4. Boerius deci. 94. & text. quae omnia centeo intelligenda attenta qualitate personarũ, quando quis dicatur pauper, uel diues, sunt anno supra in deci. 257. & insuper nota, quod in casu huius dec. quod relicta dote pro
2 maritagio debet † dissolui, priusquam mulier maritetur, dum modo mulier sit nubilis aetatis. Bar. Soc. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & dem. laté Gram. in cons. 146. in cau. qui concludit, quod sun fuerit factum legatum pro dote, seu pro maritagio, quod debeat solui mulieri cum cautione de nubendo, & transmittitur a filia ad haeredes secundum Lafr. in consilio
3 16. & circa secundam q. quod non solùm dos potest committi † arbitrio alterius, sed etiam matrimonium contrahendum cum consilio alicuius, quod procedit, quãdo talis prouisio fuisset facta tam per patrem quam per extraneũ etiam in legato, ut si fuisset dictum, lego centum tali, si nubat cum consilio talis, sicut de omnibus diffinit Alex. in l. turpia 2. col. ff. de leg. 1. quod sequitur Aymo in consil. 1. in prin. qui respondet ad tex. l. cum tale. §. rescriptum. ff. de cond. & demon. qui aliter uidetur uelle, quod procedat, quando simpliciter fuisset facta prohibitio. s. quod non possit mulier nubere, nisi talis uoluerit, secus si dicat, quod nubat cum consilio talis, quia tunc ualet dispositio, uoluit etiã Fulg. in consi. 61. domina, sed latius de omni uoluntate siue dispositione dependente a uoluntate alterius quando ualeat, & quando dicatur captatoria per Paris. in consi. 38. non uidetur. 3. uol. ubi quod non ualet haec institutio, uolò quod tales substituti habeant eligere aliquẽ puerum de casata mea, quem facio haeredem. citatque Aff. hic nu. 15. & 55. nu. 6. 66. ut ibi per eum.
4 Circa uerò aliud, quod hic † dicatur hoc casu testis, quando istud fuit commissum a testatore suo arbitrio declarandum uel disponendum, decidere tex. Bar. Alex. Ias. omnibus notum, quibus non cecidit puluis super libros, ut dicit Ias. ibi in l. 1. §. fin. ff. de uerb. obli. ubi & Alex. qui citat consilium Cumã. 217. uel arbitri dici possent ii, prout uoluit Alex in consi. 47. circa primum 1. uol. & ibi Recen. & ideo dato excessu posse ab eorum sententia appellari, & fuit etiam notatum supra in dec. 91. & secundum praedicta puto intelligenda, quae uoluit idem Alex. in consi. 23 n. difficultas 1. uol. qui dicit, quod quando filius offendit patrem, & postea promisit, si iterum offenderit, quod ad uolũtatem ipsius exhaeredari, & declarari possit, quod pater potest et filio absente praedicta declarare, & dictae declarationi stari debere, quod non uidetur uerum, ut supra patet, & uoluit haec Luc. a Pen. in l. quicunque. col. 2. no. 8. in fi. qui allegat And. in tit. de contro. inuesti. quod si debet stari iuramento alterius, quod nõ statur, quando quis habet praesumptionem cõtra se, sed latius haec per Tiraq. in retru. consan. § 4. in uerbo admittatur ad probandum. gl. 1. nu. 1. f. 130. ubi de nonnullis similibus in quibus de iure debet stari dicto alicuius, quod potest contrarium probari, & ad doctr. Alex. in l. qui bona. §. damni. de damno infecto, quod potest probari contrarium, si statutum uult stari iuramento damnum passi, & alia copiosé, & sic non statur dicto huius, cũ contrarium possit demonstrari. Caes. Vrsill.

DECISIO CCCLXXII.

De haeredibus patris & matris conuentis nomine patris tantùm ex obligatione communi patris et matris.

SUMMARIUM.

1 *Filius an possit bona paterna citra ius & nomen haeredis patris habere?*

2 *Heres patris & matris per obligationem amborum nomine unius conuentus, an condemnandus nomine alterius non nominati in actione?*
Via electa sequenda.

3 *Sententia libello debet se conformare.*
Probatio sine petitione an ullius ualoris?

4 *Iudicium an & quomodo transsubstantietur?*

5 *Confessio testis super crimine in una instantia contra eum probato, operatur remotionem à promotione.*

6 *Iudex per instrumentum & confessionem potest contra conuentum pronuntiare.*

7 *Confessus post litis contestationem condemnandus in ciuilibus.*

8 *Confessio tollit processus nullitatem, & in indicio notorium inducit.*
Iudex in notoriis supplere potest.

Fuit lata sententia in magna curia Vicariae contra Anellum Longum, per quam ipse fuit condemnatus ad soluendum patri Vincenti Mennati certam pecuniae quantitatem, ad quam erat obligatus uirtute publici instrumenti, & antequã fuisset dicta sententia mãdata executioni, dictus Anellus mortuus fuisset superstitibus sibi duobus filiis, uidelicet Ioãne Longo, & Nicolao eius fratre, & similiter mortuus fuit pater Vincentiae superstitibus plurib. filiis, qui oẽs sunt mortui, & solũ superest dictus Vincentius heres patris & fratrum suorũ, qui

qui petit executionem dictæ sententiæ contra dictum Ioannem, & fratrem ut filios & hęredes d. 1 Anelli, † dicit Nicolaus, ꝙ ipse probat per instrumentũ se abstinuisse ab hęreditate patris. Et Ioannes alter frater dicit, quòd ipse non tenetur, quia non est hæres patris sui. Et si aliquid habuit de bonis paternis, illud habuit non ut hæres patris, sed ut filius & hæres matris, quę dedit in dotem dicto Anello vncias centum, & lactus fuit causa restitutionis dotium per mortem Anelli dicto Ioanni & fratri ut filiis & hęredib. matris, vt constat per instrumentum dotale, & sic habere potuit bona paterna citra ius & nomẽ hęredis patri uidelicet pro dote materna, quo casu dicitur, quòd non per hoc probatur se immiscuisse hęreditati paternę, ut no. Bar. & alii in l. gerit, & in l. pro hęrede. §. 1. ff. de ac. hęr. & in l. 1. & 2. C. de repu. hær. & Alc. in 3. uol. con. 32. maximè, quia probatum est, dictum Anellum tempore mortis suę fuisse pauperem, & dicti Ioannes & Nicolaus fratres debebant consequi super bonis maternis ut hęredes matris dictas uncias centũ dotales, & in bonis paternis parum aut nihil remansit, nisi certi debitores in modica quãtitate, qui fuerunt exacti per dictum Ioannem, un de præsumitur exegisse pro debito materno, per iura supra allegata. Replicatur pro parte dicti Vincentii. Si uos estis hęredes matris, ut dicitis, omnino debet contra nos fieri executio dictæ sententiæ, quia in instrumento debiti, cuius uigore lata fuit sententia contra Anellum, est obligata mater uestra unà, cum patre ad soluendum dictum debitum insolidum.

2 † Replicat dictus Ioannes conuentus, ꝙ non fuit actum contra eum & fratrem, nisi tanquam hæredes patris, & uia, quam elegisti, hæc tibi pateat, ut in l. quod in hęredem. §. eligere, ff. de trib. cum conc. in glo. allegatis. Dubitatur, si est actum contra filios, ut dicta sententia exequatur contra eos pro debito contracto per patrem & matrem, ut hęredes patris, & ipsi filii nõ sunt hæredes patris, sed matris, & condemnati sunt hęredes patris, si dicta sententia lata contra Anellum, quæ petita fuit exequi cõtra eius hęredes. Et declaratum fuit per magnã curiã, ꝙ exequatur contra dictos Io. & Nic. & à tali pronuntiatione per eos fuit appellatum ad sacrum Consilium, possit exequi contra eos ut hæ-
3 redes matris. † Prima facie uidebatur, ꝙ non quia sententia debet esse conformis libello, ut in l. in fundus, ff. comm. diui. & in l. fi. C. de fideic. liber. capi. licèt Heli. de simo. cum concordantiæ sunt in Clem. sępe. in uerbo, formam. de uerbo. sig.

Item probatio sine petitione nulla est c. dudum, de ele. secundum Bal. in l. 1. de leg. 2.

In contrarium dicebatur, quòd licèt sit actum contra filios ut hæredes Anelli patris à principio, & per actorem probatum ꝙ sunt hæredes; quia le immiscuerunt hęreditati paternę. Et per ex ceptionem conuentorum apparet, ꝙ non sunt heredes patris, sed matris, & sic redditur imperfecta pro-
4 batio agentis, † tamen iudicium transsubstantiatur in aliud genus formæ, ut in simili dicit Bal. in l. 1. col. 4. in uersi. omnimodo dico, quòd radix. &c. C. si plures vna sententia, dum allegat. ff. de peti. hęr. l. non tantum §. ꝙ si pro emptore, ex quo apparet, ꝙ hęredes etiam matris tenentur ad dictum debitum, quia mater insolidũ fuit obligata cũ marito. Secundò pro hac parte facit, ꝙ ex quo constat per confessionem conuentorum, ꝙ sunt hæredes matris obligatæ, licèt sit actum contra eos ut hæredes patris tantum, possunt propter eorum confessionẽ
5 condemnari ex illa instantia ut heredis matris. † Si cut dicimus, quando contra testem probatum est crimen in una instantia per confessionem ipsius testis, talis confessio operatur effectum, ut possit remoueri à promotione, ut dicit Abb. Sic. in capitu. cum dilectus 4. char. uersic. ex prædictis infertur ad aliam quęstionem. de ordine cognitionum,
6 & pro hoc facit. † quia iudex potest, postquam sibi constat de iure agentis per instrumentum, & confessionem patris, pronuntiare contra conuentum iuxta eius confessionem, ut dicit Io. de Imo. in capitu. ex tenore. circa finem, de rescriptis, licèt non loquatur, quando constat per confessionem de iure agentis, sed quando constat per acta, & tamen fortius est, quando constat per confessionem, & ideò dicit Inno. in capitu. cum super. in uerbo, deponendus, de confessis, quòd iudex ordinarius, uel delegatus potest confitentem con-
7 demnare, licèt non agebatur ad hoc, † nam in ciuilibus confessus potest litem contestatam debet cõdemnari, ut habetur per Cy. in l. 1. 2. q. C. de confessis. Bar. in l. li confessus. de cust. reorum. dicit, ꝙ ubi processus est nulla, si tamen constat per confessionem, potest fieri condemnatio, & sunt concordantiæ in consil. Alex. 34. inci. uiso processu. in 3.
8 uol. in 2. col. † quia dicta confessio in iudicio inducit notorium, ut no. in l. ictus fustium, ff. de infamibus. Bal. in l. properandum. in prin. circa fi. C. de iudiciis, & in notoriis iudex potest supplere, ut no. Bal. in l. 1. C. ut quę desunt, & ad hoc accedant not. per Bar. & Alc. in l. eum, qui ita, §. qui ita. ff. de uer. obliga.

Tandem post longam deliberationem fuit conclusum per Consilium, ꝙ ex quo nihil aliud allegabant dicti conuenti, nisi ꝙ fuerunt conuenti ut hęredes patris & nõ matris, & ꝙ iterum debebant conueniri, fuit eis declaratum, ꝙ allegarent quicquid uellent, quia Consilium vult pronuntiare super dicto debito tanquam contra hæredes matris, & quia non habebant defensionem, fuerunt condemnati ad soluendum dictum debitum ut hæredes matris.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXXII.

1 *Si fuit actum contra filium vna via, videlicet ut hęredem patris, & demonstraretur ex sua confessione in iudicio facta ipsum non esse hæredem patris sed matris, quæ similiter erat ad debitum obligata, quòd poterit hic condemnari: sed debent dari defensiones nu. 2.*

3 *In principis concistorio si fuit actum vna via, & probatur contra conuentum per aliam viam seu per alium modum potest sequi condemnatio.*

4 *Clausula, super quibus omnibus & eorum singulis sibi ius, & iustitiam administrari, an faciat, quòd quis possit condemnari ad aliud, quàm petitum.*

Gg 2 Filius

5 *Filius possidendo bona paterna, an eo ipso præsumatur hęres, uel dicatur possidere alio titulo, & magis expediens.*
6 *Qualiter probetur filium esse hæredem patris, & an filius exigendo credita paterna efficiatur hęres, & quid si*
7 *Se nominasset hęredem in aliqua scriptura etiam priuata.*
8 *Filius accipiendo pecuniam de remissione mortis patris, an efficiatur hæres, declaraturque casus in facto.*
9 *Per testes singulares an probetur, quem esse hæredem.*

1 CONcluditur ꝙ si fuit actum † contra filium una via, uidelicet, vt hæredem patris, ꝙ si probetur ex sua confessione ipsum non esse hęredem patris, sed matris, quę similiter erat ad debitum petitum obligata, ꝙ potest ferri sententia ex hac confessione facta incidenter. nota rogo, nam contra primum uidetur facere illud qđ fuit notatum supra in dec. 60. ubi fuit conclusum, ꝙ si fuit actum una uia, uidelicet, simulationis cõtractus, ꝙ non potest sequi condemnatio ex alia causa: quia sine assensu fuit facta alienatio feudi, & contra secundum uidetur facere illud, qđ fuit notatum supra in decisi. 176. ubi fuerat mulier conuenta de furto bonorum, de quo non liquabat, & tamen & si incidenter fuisset confessa adulterium, tamen ex hac confessione non potuit puniri, sed eidem fuerũt cõcessæ defensiones facta absolutione prius de futuro, de quo non constabat, quod uidetur confirmare Paris in tract. de sindica. in uerbo sententię, col. 3. fol. 97. ubi pro hoc citat:
2 Ant. de Butrio in c. examinata † de iudiciis, quòd super non deductis non potest ferri sententia, sed potes dicere, hanc dec. non cõtrariari superius allegatis, ex quo hic nõ negatur huic dari posse defensiones, & sic super non deductis processus instrui, sed quia facta citatione super istis non deductis forte ad dicendum, ex quo euidenter liquebat hic nullas habere defensiones, propterea tanquam contra confessum fuit facta condemnatio iurib. uul. & possunt ista ultra prædicta persuaderi ex his, quæ fuerunt allegata supra in deci. 15. ubi mulieri comparenti post conclusam in causa, & petenti beneficium denegatur, quando ex articulis per eam fortè præsentatis apparet eam nullum ius fauere, solet etiam reintegrari processus, quando nulliter fuit actum cum pupillo, qui non habebat personam legitimam unico icto, siue actu constituta tamen prius legitima persona, dictum fuit supra in decis. 162. Quã
3 uis etiam possit teneri de iure, quod in concistorio † principis si fuit actum una uia, & probatur de alia, quòd quis debeat obtinere, sequique debere condemnatio. Bart. in l. Emilius largianus. de mino. Ro. in consilio eo. viso puncto, circa fin. qui dicit posse procedi sola ueritate inspecta, sed latius per Hypo. sin. 27e. in bac, Gramma. in consil. 80. in cini. & in cõ. 90. nu. 23. sed latius per Aymo. in con. 198. uidetur esse, nu. 7. & 8. cum seq. qui omnes coegerit prædicta insequendo, ꝙ si in concistorio principis fuit actum uno modo, & constet de ueritate negotii alio modo, ꝙ possit sequi condemnatio, & alia multa, ꝙ coram eo procedatur etiã secundum conscientiam, solaque facti ueritate inspecta, iuxta etiam uul. allegatione Afflict. in decis. 28. col. 2. ad fi. ꝙ iudex potest moueri ad iudicandum ex aliis, quæ non sunt in actis, secundum quæ puto intelligendum illa, quæ uoluit idem Aymo in consi. 80. nobilis, nu. 17. & cum istis conueniunt notata supra in decis. 3. ubi fuit actum ad rem, & tamen fuit deinde facta condemnatio ad centum, quæ quàm maximè procedunt, si in libello
4 adesset clausula uulg. † sibi ius, & iustitiã fieri & administrari omni meliori modo &c. & secundum Gratum in consi. 58. 1. uol. & insuper quatenus hic etiam habeatur, ꝙ quando filius
5 possidet † bona patris, quòd potest dicere, non sum hæres, nã possideo titulo dotium maternarum, & titulo magis ei expedienti, immo plus data omni alia causa possidendi, semper titulus hæreditarius excluditur tanquã ei damnosus, ita Cornelius in consil. 153. & hac consultatione. quarto uol. qui dat exemplum in eo qui propter infirmitatem remansit in domo
6 patris, quòd minimè uideatur † hæreditatem adire, nam ad probandum quem hæredem oportet probare fecisse actus, qui circa, uel ultra nomen hæredis fieri non possunt, & ultra citatos per Afflict. hic declarat Bal. in consilio 12. quidam dominus, prima col. in fi. & in 2. col. 1. lib. qui istud declarat in eo, qui exigit debitores paternos, aliosve actus faciendo qui soli hæredi conueniunt, quos actus examino. Are. in inst. de hæred. quali. & diff. § extraneus, si fortè se nominasset hære-
7 dem. Are. in con. 148. in q. 2. col. & † per Boerium in decis. 122. & Fel. n. 5. qui prædicta limitat in filio, qui recepisset pe-
8 cuniam † de remissione mortis patris, quòd non propterea uidetur hæreditatem adiuisse, & per Parisium in consi. 16. circa. no. 40. 2. uol. qui multos casus enumerat, per quos quis uideatur hæreditatem adiuisse, & secundum superius allegata fuit decisum in sacro consi. referente D. Scipione de Aretio anno 1551. in quadam causa, in qua illi de Sancto Blasio conuenti, uel hęredes, vt hęredes patris ad certum interesse a Georgio Antonio della porta de Neriso fuerunt absoluti, ex quo per instrumenta etiam non in forma probante per eos pręsentatã demonstrabatur ipsos de Sancto Blasio nomine Hieronymũ; & alios debere consequi dotes maternas, & illo titulo allegabant uoluisse, & uelle dicta bona patris possidere, etiã quod instrumentum dotium non probebet: nam saltem per illud habuerunt iustam causam euitandi titulum hæreditarium onerosum, quod fuit mirabile, & ultra qualiter fiat probatio quẽ esse hæredem, an per testes singulares, declarat Soc. consi. 295. 2. uol. cuius est initium in causa, nu. 4. idem & qualiter probetur pupillum se immiscuisse hæreditati patris mediante persona tutoris in consi. 153. pulchra. nu. 6. eo. e. uol. sunt etiam alia de prędictis notata in dec. 360. ubi etiam an quis possidẽdo res communes uideatur hæreditatem consocii adiuisse.
Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCLXXIII.

De debitore offerente pecuniam creditori ut repetat post executionem fundum traditum fructibus perceptis computatis.

SVMMARIVM.

1 *Debitor in executione sententię tradens creditori fundũ, an possit postea offerre pecuniam, ut uendicet fundum cum fructibus.*
2 *Fructus numerantur in re loco pignoris tradita, quæ potius præsumitur, quàm in solutum data,*
Pignus in dubio sufficiens pręsumitur.
3 *Res in dubio non præsumitur tradita, ut dominium transferatur.*
Dominium ex nuda traditione nunquam transfertur.
Damnosum minus, debitori in dubio pręsumendum.
4 *Debitor compelli non potest ad pignus in solutum tradendum.*
5 *Datio in solutum allegata probanda.*
6 *Creditor in dubio pręsumitur iure pignoris & non dominii possidere.*
Iudex in dubiis quam uiam eligere debeat.

1 FVit determinatum † in Consilio, ꝙ si lata sententia a S.C. contra debitorem ad certam quantitatem pecunię soluendam, & dictus condemnatus pro executione dictæ sententiæ dicto suo creditori dedit quandam suam terram, quam postea in S. C. repetebat, offerendo uelle soluere pecuniam, ad quam fuerat condemnatus, compensatis fructibus perceptis per dictum suum creditorem, & ille creditor dicebat, ꝙ dictam terram dedit insolutum, & pro soluto in satisfactionem dicti debiti contenti in sententia, ille debitor dicebat, ꝙ fuit data loco pignoris, & sic fructus excomputantur in sortem, ut in l. si dominiũ. C. de pign. & in l. 1. C. de distrac. pig. cum similibus. Nec constabat, an esset data in solutum uel loco pignoris,
2 † ꝙ in dubio præsumitur potius data loco pignoris, quàm data in solutum, etiam ꝙ esset eiusdem æstimationis, prout erat debitum, quia in dubio pignus præsumitur idoneum & sufficiens l. 2. in uerb. redigere, C. de pig. Ale. in l. creditor, ff. si cer. pet. Et pro hac opinione facit; quia in dubio non præsumitur, ꝙ debitor uoluerit transferre dominium, per l. cum de indebito. ff. de prob. & ideo di-

cit

3 cit Cy. in l. incendium, in fi. C. si cert. pet. † q in dubio non præsumitur res tradita, ut transferatur dominium, sed erit potius depositum, ut ibi per eum, & firmant docto. in l. cum quid. ff. si cer. pet. unde ex nuda traditione nunquam transfertur dominium, l. nunquam nuda. ff. de acq. rerū dom. Item quia in dubio debemus præsumere id, qd. est minus damnosum ipsi debitori, ut in l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. cum concor. ibi allegatis. Itē quia in dubio debet fieri interpretatio contra creditorem, qui dicit, q habuit in solutum, & nō pro-
4 bauit, per l. ueteribus, ff. de pactis. † ex quo debitor non potest compelli, ut de pignus in solutū, iuxta l. à diuo Pio, ff. de re iud. & sic nō est præsumendū, q fecerit causa, ad quam non potest compelli, ut in l. fideicommissum., §. si hæres, & ibi Bal. ff. de leg. 3. facit l. 1. in principio. & ibi Bal. ff. de magi. conue. ubi non tenetur quis ad id, ad qd' non tene-
5 tur ex officio suo, † & ideò non præsumitur dicta datio in solutum allegata, nisi probetur, ut in l. cùm dominam, C. de pig. nec sufficit eā allegare, nisi probetur, ut dicit tex. in l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eo. Et propterea dicit lex, q nemo præsumitur dominus alicuius rei, nisi constet de principio dominii, secundùm Bal. in l. siue possidetis, C. de prob. dnm allegat l. ex persona eod. tit. ex qui-
6 bus patet, q in dubio † creditor pſumitur possidere iure creditoris, & non iure dominii, ut per Bar. in l. fi. C. de iure dominii impetrando. Et in dubio iudex debet eligere illam uiam, per quam utrique parti consultatur, ut dicit Alex. in l. 1. in 4. col. ff. si quis cautio.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXXIII.

1 *Creditor possidendo rem debitoris in dubio loco pignoris, igitur fructus tenetur in sortem excomputare, quod an procedat, quando creditor.*

2 *Habere potestatem in instrumento capere de bonis debitoris propria auctoritate, & magnum tempus fuisset elapsum.*

3 *Emptor qui propria auctoritate capit rem venditam precio promisso non soluto, si committat furtum, vel aliqua pœna possit puniri.*

4 *Quando ex coniecturis potest demonstrari, rem fuisse cōsignatam insolutum per debitorem creditori, quia fortè res tempore captionis plus non ualebat, nam tunc non potest molestari.*

5 *Quando creditor soluit pignoris extimationem censetur rem ipsam emere, de iure consuetu. Neap. statur iuramento creditoris de quantitate mutuata pro pignoris ualore.*

6 *Creditor non tenetur fructus perceptos ex re pignorata in sortem excomputare, quando fuisset mercator, & ei fuisset mora commissa in solutione pecuniæ mutuatæ.*

1 Est conclusio in prin. deci. † q si debitor condemnatus per sententiam tradit aliquam rem creditori, q loco pignoris uideatur consignasse, & non insolutum, igitur debere fieri excomputationē fructuum perceptorum in sortem principalē, hoc tempè vti intelligendum, nisi antequā tps fuisset elapsum post dictam dationem, creditor declarasset dictam rē dicto titulo possidere, sicut fuit notatū sup. in dec. 368. qd magnopere uidetur militare data facultate in instrumēto debitoris cre-
2 ditori capiendi de bonis † debitoris pro quantitate debita auctoritate propria, & tenendi iusto precio, nam ex illo titulo mediante [illegible] antiquitate creditor censetur possidere, ibi tex. l. quædam mulier. ff. de rei uend. ubi Soc. in consi. 115. 4. col. & sunt alia signata supra in deci. 275. & 368. uoluit ultimò [illegible] Triu. & Seuis. 2. col. q [illegible] ipse
3 dicta, quando emptor capit possessionem rei uenditæ precio non soluto, nam committit furtum, allegat Ang. in l. super lōgi col. pen. & ult. C. de lō. tem. p præsc. sed salua reuerentia [illegible] tiuis melius facit tex. de prædictis in l. eum qui emit. §. si. ff. [illegible] etiam de his cap. regni, quod incipit. placuit de consilio suo, qui imponit in prædictis personis ignobilis pœnam fustigationis. rerum supra narrata ego etiam intelligerē, quādo ex cōiecturis, uel fortè ex his, quæ fuissent declarata in præcedentibus demonstrari potuisset dationem insolutum uerè factam, ad [illegible] quæ not. Bar. & post ipsum Scribā. d. cum quid. ff. si cert. pet. in illa q quando fuit dictum alicui, tolle hāc pecuniam, & non demonstratur ex qua causa, q si ex coniecturis potest demonstrari, donatio censeatur, de quibus fuit factus sermo supra in deci. 305. & declarat etiam Cap. in decis.
4 180. [illegible] & certè magnæ coniecturæ † uidentur esse, quando res, quæ reperitur hoc modo consignata, tempore ipsius consignationis non esset maioris precii ipso debito, nam tunc creditorem emisse censendum, quia non uidetur spes lucrationis. l. si res obligata, & ibi Pau. de Cast. & Scrib. ff. de leg. 1. notat ampliē Nicol. [illegible] de pig. to. 10. nu. 30. [illegible] noster Neap. in consue. Neap. si creditor, in tit. de pig. qui ait, q quando creditor soluit æstimationem pignoris amissi, q censeatur emptor, etiam q agat ut dominus contra possessorem pignoris inuenti pro quantitate pecuniæ mutuatæ, ibi etiam in pta cōdēt consuetudi ponitur, q statur iuramento creditoris pro ualore pignoris, q tantum debitori mutuauit, & sic in hoc casu potest creditor iurare, licèt non in rebus pignoratis, sed obligatis seu hypothecaris, habet enim saltem similitudinem, prout curiosus lector ualebit inuestigare, cum casus obuenient; & insu-
5 per aduertendum mihi censeo, q in casu in quo ista res fuisset consignata creditori loco pignoris, tunc enim creditor ipse teneretur fructus in sortem excomputare, quando ipse creditor non fuisset persona solita negociari, & bonus mercator, uel fortè non fuisset passus interesse ratione pecuniæ non habitæ in tempore, nam quando prædicta uera fuissent pro concurrenti quantitate damni emergentis, uel lucri cessantis possset fructus perceptos ex hac re detenta extinguere, & sic non excomputare in sortem principalem, iux. not. supra in decisio. 201. & decisio. 368. quæ mihi uisa fuerunt dicere pro clariori intelligentia huius decisio. & non sapientum, quibus nostræ lucubrationes non sunt necessariæ. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCLXXIIII.

De titulo testamenti nulli putatiuo non obstante agenti petitione hæreditatis. Et de errante in iure super titulo inualido non præscribente.

SVMMARIVM.

1 *Titulus putatiuus testamenti nulli an obstet agenti hæreditatis petitione 6.*

2 *Titulus erroneus quando det titulum ad præscribendum 4. 5. 7.*

3 *Præscriptio trigenaria obstat agenti hereditatis petitione.*

5 *Fides mala post trigesimum annum præscriptionis allegari non potest.*

6 *Præscriptio per libelli oblationem interrumpitur.*

In causa Georgii Maielli & fratrum agentium ex una petitione hereditatis, & publiciana cōtra Ludouicum Rufum, & fratres de Villa Casoriæ,
1 fuit dubitatum in primis, † vtrum testamentum Minicelli Cortensis, in quo instituit herede Anastasiam eius uxorem, quod in ueritate est nullum; quia minus solenne, nec probatur etiam de uoluntate testatoris, præbuit titulum, ita q posset dici, q dicti conuenti, qui possederūt annis 20. qui ha-

bet causam à dicta Anastasia, quæ possedit spatio
20. annorum, & sic possederint ann. 30. & ultra,
mediante dicto titulo testamenti inualidi, & bona
fide præscripserint dictum locum petitum hære-
ditarium dicti Minicelli, cui in dicto territorio ab
intestato tanquam proximiores in gradu ipsi agē
tes tanquam eius nepotes debent succedere per
2 mediam personā Violæ eorum matris † cum detur
quasi pro regula, ꝙ titulus erroneus dat titulum
ad præscribendum, ut not. in l. Celsus. ff. de usuca-
pionibus, & in l. quod uulgò. ff. de vsuc. Bald. in l.
nullo, C. de rei uen. Ang. in l. post mortē, de adop.
Abb. in c. ad Apostolicę. de donat. Ioan. de Imo.
in c. fi. de præb. & agenti petitione hæreditatis ob-
stat præscriptio 30. annorum completorum, ut di
cit Bal. in l. fi. in 12. opp. C. de edic. di. Bar. in l. hæ-
reditatis. C. de petitio. hæreditatis. Super hoc du-
bio fuit responsum unanimiter presupponendo
3 vnum, † ꝙ hæredi hęredis datur etiam petitio hæ-
reditatis, ut dicit Alex. in 2. uol. cons. 133. in 2. col.
ꝙ quando est error in facto, tunc erroneus titulus
dat iustam causam præscribendi. Sed quando est
error iuris. ut est in isto testamento facto per pres-
byterum, qui non est notarius publicus, nec sunt
testes deponentes de testamēto asserto, iste titulus
nō dat causam præscribendi, quia est reprobatus,
4 † & titulus reprobatus non dat causam pręscribē-
di. l. quemadmodum C. de agri. & censi. l. fi. §. fin-
autem. C. commu. de leg. c. dudum, le primier. de
elec. & firmat Alex. in 3. vol. cons. 46. incip. circa
pręsentis consilii &c. & idem Alex. in 2. uol. consi.
85. inci. viso themate. in 1. col. ideo dicit Abb. Sic.
in c. 2. de his, quę fiunt a pręla. circa fi. ꝙ ille qui er
rat in iure in titulo inualido, non potest pręscri-
bere, ut no. in c. ad Apostolicę pręallegato, & in l.
nunquàm ff. de usuc. Idem Abb. & ibi Fel. copiosè
in c. de quarta. de pręsc. & ibi tenet per multas au-
5 thoritates, † ꝙ titulus inualidus de iure, qui puta-
batur validus, propter iuris errorem non causat
pręscriptionem etiam longissimi temporis 30. an-
norum, ut ibi per eum, quia esset longum referre
doctores, pro & contrà, quos ipse allegat. Nec ob
stat, ꝙ elapsis 30. annis non potest allegari mala fi
des, prout dicebat Bar. in l. fin. C. unde ui. & Abb.
in c. si diligenti. de pręsc. & Ias. in l. clam possidere.
§ qui ad nūdinas. ff. de acq. pos. Io. de Imo. & Fely.
in c. fi. de pręscr. quia talis pręscriptio fuit inter-
rupta propter litem motam, sunt plures anni corā
6 domino Antonio de Rao iudice dicti casalis. † nā
per libellum porrectum & litis contestationem in
terrumpitur pręscriptio, secundùm Bar. & Alex.
ff. de adul. l. mariti §. quinquennium l. si post ac-
ceptum. ff. de rei uendi. & l. mater, C. eo. tit. de quo
in c. illud. de pręscr. Et sic fuit conclusum in con-
silio super isto dubio, & per consequens ille ti-
tulus putatiuus testamenti nulli non obst. agenti
7 petitione hęreditatis, † quia ille titulus habetur
pro non titulo l. nec ullam. ff. de petit. hęr. cum cō-
cor. & dicit Bar. unum. verbum no. ꝙ licèt iustus
error habeatur pro tit. quò ad pręscriptionem, nō
tamen habetur pro titulo quò ad excludendam pe
titionem hęreditatis, & idem dicit Bar. in l. 1. in
primo not. ff. quorum bonorum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXXIIII.

1 *Titulus a iure reprobatus, ut quia quis autumat, quòd so lo assensu Episcopi res ecclesię stabiles valeant alienari. Item de rebus immobilibus pupillorum cum tutoris tantùm auctoritate; quòd non causent præscriptionem, item an hæc militet in præscriptio. de qua non est memoria hominum in contrarium, relatis opinionib. fit distinctio, vt hic intus notatur.*

1 ET ꝙ titulus a iure reprobatus, † hoc est quando ius resistit, ut quando quis errat in iure, quia censet solo Episcopi cōsensu res ecclesię immobiles posse alienari, uel res stabiles pupillorum sola tutoris auctoritate absque causa non causet pręscriptionem, néq; bonam fidem, latè Soc. in cons. 29. uiso. nu. 21. 22. ubi pro his citat. c. 1. de pręscr. in 6. sed latè Bald. in rep. l. Cels. ff. de usuc. nu. 6. cum seq. vbi ait, secus quando ius non resistit, neque assistit, ut in casib. signatis per scrib. in l. nō dubium. C. de legi. & per Io. Baptistam Plotum in l. si quàdo. C. unde ui. n. 47. & 69. in ult. impress. quem potest inspicere, si bene fuit locutus in eo, quod declarat de tutore vendente res immobiles pupillorum, ꝙ lex dicatur non assistere, & non resistere contra tex. l. ob es. C. de præ. & aliis reb. mi. non alie. & l. magis puto §. non passim. de reb. eorum, & alia iura uidetur locutus, nam per ea probatur, ꝙ ius resistat, & non assistat. latè supra in dec. 249. item etiam quando ius fuisset dubium, uel intricatum, idem Soc. in cons. supra citato, & istud adeo uerum, ꝙ titulus erroneus a iure reprobatus impedit præscriptionem, ꝙ locum uendicat etiam in pręscriptione, de qua non est memoria hominis in contrarium, in qua aliquis titulus non requiritur. c. 1. de præscriptio. in sexto. ibi gl. tamē si producatur, & uitiosus, uitiat præscriptionem, sicut post alios tenet Aymo in quarta parte, de antiquita. tempo. fol. 149. numero 59. & 60. sed etiam Aymo folio 155. 157. 158 per totum: & nu. 8. in uer. ego scribam, in eodem tracta. & in eadem quarta parte, relatis opinionibus omnium scribentium in hoc articulo aliter distinguit, hoc modo videlicet, quia aut pręscriptio, quę pretenditur, fundatur naturali ęquitate, quia quis possidet res relictas in testamēto minus solenni, uel quia fuissent alienatæ res ecclesiæ stabiles, uel pupillorum etiam minus solenniter, uerùm in utilitatem ecclesiæ, uel pupillorū, quę si fuissent distractæ cum solennitatib. ita actum fuisset, & tunc non obstante titulo reprobato procedit pręscriptio, secus autem secundum eum, quando titulus fuisset omnino reprobatus, or quando contractus fuisset simulatus, fæneratitius, uel similis, uel quando fuisset in damnum ecclesiæ, uel pupillorum, nam tunc omnia nulla. Impeditur etiam præscriptio etiam longissimi tēporis, iurib. citatis ibi per ipsum, cum quibus conueniunt coaceruata per Tiraq. in retra. consangui. fo. 14. nu. 12. cum seq. circa subiectum contractus simulati, & nulli, ꝙ non dicātur instrumenta. sed rogo aduertas in prædictis in eo, quod Aymo concludit, ꝙ præscribantur res relictæ in testamento minus solenni, nam sunt (vt uides) contra notata in prin. decis. & contra etiā illud, quod ipse Aymo uoluit in dicat. 149. num. 59 ꝙ titulus a iure reprobatus productus noceat præscriptioni etiam de quo non sit memoria hominum in contrarium, & sic ut cernis ista non procedunt sine perplexitate, stante hac contrarietate. sed pro opinione Aym. contra Affli. hic uidentur facere ea, quæ notant scrib. & maximè Ias. in l. nemo potest facere. ff. de leg. 1. num. 72. quòd hæres scriptus in testamento minus solenni potest res ei relictas in eodem testamento cū bona cōscientia retinere. l. in testamento. ff. de fideic. liber. Mathesil. sing. 41. nota. ibi bona, & optima additio moderna circa predictam per quatuor col. & sic si potest ille retinere, saltem habet hunc titulum retentionis, sed pro secundo conueniunt signata per Ias. & scrib. in l. cū hi. § eam transactione. ff. de transa. cū aliis allatis supra in decis. 87. vbi secundùm opinionem Deci, & aliorum fuit dictū, quòd quā contractus est in utilitatē ecclesiæ, minime solēnitatē requisitā necessariā, ppea ego antē quā nihil sū inter tātos uiros distinguēdo saluando omnium opiniones dicerem quia aut cū ipso titulo erroneo, siue a iure reprobato concurreret iusta causa possidendi, & tūc procederet pręscriptio, ut in casu pdicto quando alienatæ fuissent res ecclesiæ siue solennitate in ecclesiæ tamen utilitatem, & tunc procedant allegata per Aym. in d. loco cū exēplis ibi assignatis fol. 156. cū

seq.

seq. Sin uerò nulla causa disponendi foret, & quis uellet se tueri ex titulo erroneo a iure ve reprobato, cum tempore etiã de quo non esset hominis memoria in contrarium, & tunc præscriptio non militat, & procedit illud quod dicit Aymõ in d. fol. 149. num. 59. & 60. & conclusa in hac decisio. cum quibus conueniunt notata etiam in decisione 368. & 240. quod etiam præscriptioni de quo non est memoria hominum obiicitur defectus malæ fidei superuenientis quandocunque, & secundum ista hic procedere possunt allegata per Plotum in loco supra narrato, si non places, potes subtilius inuestigare.

Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCLXXV.

De petitione confessionis extraiudicialis factæ parte absente aliter, & post scripturam capitulorum certæ solutionis.

SVMMARIVM.

1 *Verba ante actum, an sint actus declaratiua?*

2 *Dicta in præfationibus per interuallum non censentur repetita in conclusionibus.*

3 *Confessio ad obligandum parte absente, quam operetur probationem?*

4 *Confessio extraiudicialis qualiter probet?*

5 *Confessiones duæ extraiudiciales probationem, & non obligationem inducunt.*

Testes non contestes de loco & tempore an probent 8.

6 *Contractus sola conclusio dicitur contractus, sine qua non consistit.*

7 *Contractus nouus celebratur per aditionem.*

9 *Tempus est potius in obligatione, quàm locus.*

10 *Iuramentum suppletorium in summa non defertur notabilissima.*

QVidã Diomedes de Fraia, de Puteolis per uiã reconuentionis petit à filiis, & heredibus Bartholomæi de Fraia medietatem ducatorum mille quingentorũ ex causa; quia Gabriel de Fraia communis pater soluit Regi Ferd. ducat. mille quingentos pro habenda castellania castri Brundusii ex causa mutui. Et deinde permutauit dictam castellaniam, & constituit Bartholemęum prędictum post mortem patris castellanum castri Manfredonię, & dictus Rex porrò tenuit dictos mille, & quingẽtos ducatos mutuatos. Demum adueniente magno capitaneo pro parte catholicę maiestatis in partib. Apulię quęsiuit habere dictum castrum Mãfredonię à dicto Bartholemæo, & dictus Barth. pro consignando dicto castro habuit a dicto magno capitaneo ducatos tres mille. & de hoc apparent certa capitula, & non dicitur in dictis capi. q̃ solutio dictorum trium millium ducatorum fit uirtute, quia dictus Bartholemęus, ut hæres patris sui debet consequi à Rege Ferdinando primo dictos mille quingentos ducatos, sed solum dicitur, q̃ soluuntur sibi ducati tres mille pro restitutione dicti castri in manibus magni capitanei. Quęritur, an dicto Diomedi debeantur dicti mille, & quingenti ducati pro medietate tanquam recuperati, ut suprà. Et prima facie uidebatur, q̃ ei debeantur. Nam dictus Bartholemęus, quando tractabatur de consignando dictum castrum magno capitaneo absente dicto Diomede, probatur per certos testes, q̃ dicebat, q̃ ipse intendebat uelle recuperare à magno capitaneo certam summam magnam, ad quam tenebatur sibi Rex Ferdinandus primus ad recompensam bonorum suorum perditorum in Puteolis, & demonstrauit unum priuilegium, & aliter dictũ castrum nolebat consignare. Et postquam habuit dictos tres mille ducatos à dicto magno capitaneo, probatur per duos testes, quòd dictus Bartholemæus dicebat similiter absente dicto Diomede, quòd ipse habuit dictam pecuniam ex causa debiti paterni & in recompensam bonorum suorum perditorum, quorum unus deponit de loco,
1 & alter non deponit de loco. † Sed clarũ est, quòd uerba, quæ dicuntur ante actum declarant actum sequentẽ, ut in l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. 2. l. utrum, ff. de pet. hæred. Et uerbis præcedentibus intelligitur sequens actus factus occasione uerborum præcedentium, ut uoluit Bal. in l. triticum. ff. de uerb. obli per illum tex. & l. diuortio, eo. ti. & l. qui Romæ. §. Chrysogonus, eo. tit. & not. Bar. in l. cum centum. in fin. ff. de adi. leg. faciunt ad hoc multa similia, quæ allegat Alex. in 2. uolu. consi. 25. incipi. viso instrumento. ultim. col. Et ex uerbis sequentibus declaratur, qualiter intellexit præcedentem dispositionem, idest, contentata in dictis capitulis, ut est tex. in l. vxor §. fi. secundum unam lecturam, & ibi Bar. ff. de leg. 3. quem text. ad hoc alleg. Alex. in 4. uol. cõs. 2. incip. ex narratis.
2 in 6. col. & dicit Alex. in 4. uol. cons. 1. in 9. col. † q̃ ex his, quę quis dixit ante factum, præsumitur animus suus in facto secuto, allegat glo. & Bar. in l. Fulcinus §. quid autẽ. ff. ex quibus causis in possess. eatur. & gl. in l. apud Celsũ. ff. de doli exceptio. & Bald. in l. 1. 3. col. de ser. fugit. & Bal. in l. tutelã C. q̃d met cau. In contrarium dicitur, q̃ quando aliquid est dictum in pręfationibus alicuius actus faciendi, & posteà ex interuallo fit ille actus sine expressione eius, quod dictum est, uidetur recessum ab eo, quod dictum fuit antè, ut not in l. per retentionem C. de usuris l. cũ in plures §. locator horrei ff. locati. quæ iura ad hoc allegat Alex. in 3. uol. consi. 27 incip. attentis narratis, & ibi allegat. Bartol. post Iaco. But. in l. pacta nouissima C. de pact. & in l. & quia §. fina. ff. de pactis.

Secundò dicebatur; quòd illi testes deponentes de confessione dicti Bartholemęi ante capitulationem, sunt testes, qui deponunt de confessione ab-
3 sente dicto Diomede, † est confessio ad obligandũ, quę non inducit neque plenam, neque semiplenã probationem, secundum Bal. & Saly. in l. in bonæ fidei C. de iureiu. & tenet gl. in c. si cautio. de fidei instr. & ibi Abb. in 3. col. sed bene facit indicium, per l. capite quinto ff. de adulteriis, & hoc firmat Bal. in l. 1. in 1. col. post Cyn. C. de confessis. Et licèt ista opinione sit sustentabilis, ut patet ex scriptis per Saly. in d. l. in bonæ fidei. Tamen communis opinio est cum Bartol. in d. l. admonendi, scilicet q̃ confessio extra iudicium parte absente facta inducat semiplenam probationem. & idem dicit in consilio incipiente, factum sic se habet. & eius opinio. secuti sunt Imo. post Ant. de But. in c. fi. de iureiu. Lu. in consi. 373. incip. in casu proposito &c. circa finem. Pau. de Cast. in cons. 82. & cons. 255. incip. uilis aetis. & hanc tenet Ias. in d. l.

admonendi.dicens hanc esse communem opin.&
istam opi.hic, & semper tenuit sacrum Consiliũ,
quòd confessio in ciuilibus absente parte probata
per duos testes semiplenè probat in his, quæ de-
pendent à uoluntate duorum.& firmat Alex.in 1.
vol.conf.13.in 8.col.& in 2.uol.conf.38.2.col.&
in conf.80.2.col. & consi.127.2.col. & in 4.uol.
conf.19.ult.col.& consi.20.2.col.& consi.72.&
conf.115.2.col.& in 5.uol.conf.39.2.colũ.& cõs.
4 50.3.col. † Sed si dependet à uoluntate unius, in
quibus non requiritur præsentia partis, tunc talis
confessio sibi nocet, ut est gl.in l. Pompo.la 1. ff.
de nego.gest.& uoluit Bar.in l.certum §.si quis ab
sente ff.de confes.& Bal.in l.generaliter 11.q.C.de
non nu.pecu. Et dicit Ang. in authen. de hęre. &
Falcidia §.si uerò expressim, quòd quando con-
fessio non tendit ad obligandum, sed ad probandũ
aliquid, ex qua probatione absenti quęritur obli-
gatio, tunc cõfessio præiudicat, per tex.ibi:& ideo
5 solemus dicere, ꝙ † duæ confessiones extra iudicia
les non inducunt obligationem sed probationem,
ut dicit Alex. in 1. uolu. consil.4. incip.circa pri-
mum quæsitum &c. Et licèt ex prędictis infera-
tur, quòd semiplenè probat dictus Diomedes per
dictam confessionem, tamen illi testes nõ omnino
sunt contestes de loco & tempore, propterea non
dicitur semiplenè probasse.

Tertiò ad hoc adducitur autoritas Bald. in l.si
uoluntate C.de rescin.uend.ubi dicit, quòd mul-
ta in contractibus interueniunt hinc inde, & tamẽ
sola conclusio dicitur esse contractus, & dicit,
quòd in iure non est melior tex.de hoc.& dicit ibi
Salyce. quòd multa uerba inter contrahentes con
sueuerunt interuenire, antequam ad conclusionẽ
6 perueniatur, † & antequã sit conclusum, non est ce
lebratus contractus. Idem Pau. in l. contractus C.
de fide instr.& ideò etiam si probaretur, quòd an
te capitulationem dixit dicta uerba, illa non sunt
in consideratione, ut probent in pręiudicium hę-
redum dicti Bartholemæi, postquam in capitulis
nihil actum fuit de eis; quia, ut dicit Bal.in 2. uol.
conf.18.aliud est dixisse, aliud fecisse, uel contra-
xisse. ff.de edi.edict.l.sciendum.§.dictum.de cond.
7 inde.l.eleganter.in princ. † cum enim aliquid ad-
ditur, recessum est à sarmonibus pręcedentibus, &
nouus contractus est celebratus ff.loc.in l.cum in
plures. §.lege dicta.& § locator horrei. ff. de pręt.
stip.l.Valerianus ff.de contr.emp.l.pacta conuen-
ta.& ideo cum scriptura capitulorum non dicit,
quòd dicti tres mille ducati soluuntur in satisfa-
ctionem mille quingentorum ducatorum pro de-
bito paterno, nec ullus hoc potest dicere, ut dicit
Bal.in c.solitæ.de maio.& obe. Non obstant uerba
sequentia dicta post capitulationem prædictã per
dictum Bartholemęum probata per dictos testes,
quorum unus deponit de loco & tempore, alter
8 nec de loco, nec de tempore, † & sicut qualitas tem
poris non obstat, ut dicit Alex.in 1.uol.conf.109.
in 6.col.incipien. uisis, ut oportet.ubi dicit, ꝙ si
unus ex duobus testibus deponit de tempore, &
alter interrogatus dixit se non recordari, tamen
probat, allegat Spec.in ti. de testi.§.iam de interro
gatoriis.uersi.item de tempore.& allegat alia iura,
vt ibi per eum, ita qualitas loci in duobus testib.
quorum vnus deponit de loco, & alter interroga-
tus de loco, nihil dicit, quia non recordatur, debe-
mus dicere, ꝙ probant, & hoc expresè firmat Bal.
in l. testium. in 7.col.versi.similiter.in prædicamẽ
to ubi.

Quia ad hæc ego respondebam, ꝙ est plus defe-
ctus non expressionis loci, quàm non expressionis
9 tẽporis, † quia tempus de facili exit de momoria,
ꝙ non est sic in loco, ut docet experientia. c. cum
expediat de elect.in 6.

Item respondebam, ꝙ si essent mille testes, qui
deponerent de confessione extra iudicium parte
absente, nõ probarent plenè, ut suprà dictum est,
nec isto casu propter magnã summam, videlicet
ducat. mille quingentorum habet locum iuramẽ-
10 tum suppletorium, † vt dicunt Bar.& alii in d.l.ad
monendi.glo.in c. 2. de prob. & in c.fi.de iureiur.
Vel tertiò respondetur, ut suprà dictum est, ꝙ di-
cta uerba non inducunt obligationem &c. Fuit tã
dem per sacrum Consilium uotatum, & sententia
tum, ꝙ filii & hęredes dicti Bartholemæi absoluã-
tur ab impetitione dicti Diomedis, quia in dictis
capitulis nihil dicitur de dictis uerbis prolatis per
dictum Bartholemęum probatis, ut suprà.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXXV.

1 *Dicta in præfationibus, an videantur repetita in sequen-
tibus, quando ex interuallo fiunt sequentia, item quan
do contractus vitiatur, an videatur facta repetitio. Sola
conclusio in contractibus attenditur.*
2 *Emphiteuta facta venditione non valet augere vel dimi
nuere precium in domini præiudicium, qui fortè vult
retrahere, vel habere rem ratione prælationis.*
3 *Confessio extraiudicialis absente parte valet vt pactum li
berans, seu vt semiplena probatio.*
4 *Per testes singulares an probetur liberatio, et de iuramen
to suppletorio.*

1 DIcta in præfationibus † non videntur repetita in sequen-
ti contractu, limi. nisi inter partes fuisset conuentum, ꝙ
quandocunque fieret sequens contractus, ꝙ eadem repetita
intelligantur. Barto.in l.pacta nouissima.ubi alii.C. de pact.l.si
quis in principio testamenti.& ibi omnes.ff.de leg.3. & ꝙ di-
citur de interuallo, intelligas non modico, nam si de modico,
2 intelligitur semper facta repetitio.l. Titia.§ idem † respondit.
lo primo, ff.de verb. oblig. vbi Ias.qui ista ampliat & limitat.
quinque modis, & vltra ꝙ non intelligatur facta repetitio,
quando contractus vitiaretur, istud etiam approbat And. de
Iser.in c.omnes filii.col.2.si de feu.fue.contro. & fuit notatum
supra in dec.285.conuenit etiam cum istis Cæpo.in trac.de si-
mula.con.in prima præsum.vbi etiam an intelligatur facta no
uatio, sequitur ista Dec.in cons.404.viso eleganti.num.11.qui
3 declarat, quando fuerunt aliqua conclusa † nam ipsa conclu
sio sola in contractibus laudatur & attenditur, & non ratioci-
nia, sine conclusio, tex.l.si volũtate.C.de rescin.ven.sed latius
Tiraq.in retra.conuen.in gl.fi. §.304.in parua im.num.2.cum
seq.vbi quando in præfationibus fuisset facta conclusio de pa-
cto retrouen. ꝙ intelligatur in seq.repetitum, & de testib.qui
interuenerunt tractatui & non conclusioni, ꝙ non sit de eis fa
cienda uis, allegat glo.in l.eleganter. in verbo idem puto.ff.de
cond.inde.& insuper super eo qđ dicitur hic, ꝙ quoties adii-
citur priori cõtractui, ꝙ videatur recessum ab eo, & nouus cõ
tractus gestus, vellem intelligere, quando fuisset additum, vel
diminutum circa substantialia ipsius contractus, vt circa pre-
cium inter alia.notant omnes in l.iurisgentium. §. adeo. ff.de
pactis.sunt anno.supra in dec.253.in 2.dubio.conueniunt etiã
declarata per eandẽ Tiraq.in eo.trac.retr.§. 313. in parua ult.

imptes-

impressio. qui prædicta inter alia ibid. notata inducit ad q. no
4 tabilem. emphyteuta vendidit fundum † certo precio, q perfe
cta venditione non potest precium augere, vel aliquid de con-
tractu mutare in domini directi damnum, siue præiudicium,
uolentis ex inde fundum iure prælationis pro seipso habere,
licèt contra hæc, & malè sentiat Cassa. in consue. Burg. fo. 354.
ut notaui in dec. 338. in subiecto iuris congrui, in quo militāt
eædem rationes, quem casum habui ego in facto & omisit Ias.
5 in repeti. l. si C. de iure emph † Et de confessione absente par-
te, de qua etiam hic, q probata per duos testes contestes, de lo
co & tempore faciat semiplenam probationem, fuit conclusū
supra in dec. 364. volu. vlti. Capi. in deci. 133. nu. 2. vbi etiam
q valeat ut pactum liberatorium, & confessio extraiudicialis
faciat semiplenam, conuenit Ioan. de Anan. in consi. 85. imò
6 † plus, q confessio extraiudicialis cum aliquibus coniecturis,
q plenè probet, idem Capi. in decisio. 179. nu. 2. notat Corn. in
memo. in ver. testes, vbi quando testes singulares probent hāc
confessionem, & Dec. in consi. 650. in causa. per totum, sed om
nium coaceruatio & cumulus Aym. in consi. 73. nu. 34. ut dixi
in d. decisio. 364. & 150. & quòd in magna summa non mit-
tet iuramentum suppletorium. Hippo. sing. 17. iuramentum
41. in decisio. 197. quoad hoc, in quibus ad hoc, vt istud iura-
mentum deferatur, quòd sit necessarium testem vnicum fore
omni exceptione maiorem, verùm quando fuisset plusquam
semiplenè probatum, prædicta cessare.

Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCLXXVI.

De uniuersitatis turbatione damnum passo ad interesse condemnata.

SUMMARIUM.

1 *Uniuersitas turbans in alterius possessione qualiter facere debeat, & an teneatur ad interesse damnum passo, & quando. 2. 4. 7.*

2 *Turbatio uniuersitatis continuata habet causam successiuam.*

3 *Continuatio quando pro ratihabitatione habeatur.*

5 *Possessio turbatiua in dubio præsumitur ex titulo, quo apparet facta.*

6 *Patientia uniuersitatis habetur loco mandati.*

EX quo probatū est, uniuersitatē terræ Balneoli
turbasse, & inquietasse magnificū Antoniū de
Regina Baronē de Marchia super possessione casa
liū Petræ Vallæ, & Castri Rini, & Petræ Ianiceræ de
1 prouincia comitatus Molisii. † Sed nō apparet pro
batum, quòd dicta turbatio, & molestatio fuerit
facta præcedente deliberatione dictæ uniuersitatis
cōgregatæ unanimiter more solito, & pulsata cam-
pana, iuxta not. per Spe. in ti. de accus. in fi. & per
Bar. in l. aut facta. §. nōnunquā. ff. de pen. in 3. col.
uersicu. vlterius quæro. & in l. sed si ex dolo. §. sed
an municeps ff. de dolo. & no. Pau. in consi. 89.
incip. in causa forcii. & in l. aut facta. §. fi. ff. de pœ.
& no. glo. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. & no.
in l. semper. §. si in sepulchro. ff. qd vi aut clām. &
in l. metum §. animaduertendū. ff. quod met. cau.
Item quia ad hoc, ut dicatur esse factum ab uni-
uersitate, requiritur ad minus, q ex tribus parti-
bus interuenerint duæ partes, ut firmant Alex. in 3.
uol. consi. 132. colum. 3.
2 Fuit dubitatum, † utrum possit condemnari ad
interesse petitum liquidandum ex processu. Fuit di
ctum, q ista turbatio, & molestatio non fuit mo
mentanea sed continuata per multos dies & men-
ses, & sic talis turbatio habet causam successiuam;
quo casu licèt non probetur, q dicta turbatio non
fuit facta communicato consilio in loco solito, &
pulsata campana, & more solito, tenetur uniuer-
sitas ex dicta turbatione, ut dicit Pet. de Anch. in
con. 157. & Io. de Ana. in c. dilectus filius. de simo.
3 † nam ex hac continuatione turbationis uidetur se
qui ratihabitio aliorū. & ideo dicebat Inn. in c. ægra
uē. de senten. excō. & Bart. in d. l. aut facta §. fi. uer.
puto tamen. vlt. colū. q licèt non sit factum deli-
ctum communicato consilio &c. tamen si postea
sequitur ratihabitio aliorum, tenetur vniuersitas
pœna pecuniaria, ut dicit Inno. in d. c. grauem.
Idem si negotium spectat ad uniuersitatem, quia
utilitas & commoditas dictæ turbationis peruenit
4 dictæ uniuersitati, † ex hoc præsumitur, q habuit
ratam dictam turbationem, & molestationem, ut
dicit Ant. de But. in c. cùm ad sedem. pe. co. de resti.
spol. & de hoc fuit memor Francis. de Aretin in
consi. 165. in 1. col. & de ratificatione dictæ uni-
uersitatis satis euidenter constat ex processu, quia
intercepit animalia affidata à dicto Antonio de Re
gina, & quia recepit terratium &c. Et tantò ma-
gis, quia dicta vniuersitas articulat in suis excep-
tionibus, quòd dictæ turbationes, & molestationes
fuerunt factæ, ex eo quia dicta uniuersitas emit
medietatem dictorum casalium à Carolo de Mon
ticello, & sic satis apparet, quòd de eius uoluntate
5 fuerunt factæ dictæ molestationes, † quia in dubio
dicta possessio turbatiua præsumitur facta ex titu-
lo, quo apparet facta l. minus instructus C. de æcq.
poss. & l. quędam mulier ff. de acquir. poss. & a pri
mordio titulo posterior formatur euentus, ut in l.
1. C. de impo. lucra descri. lib. 10. Et sic istud turba
re, & molestare fuit factum uniuersitatis. ad hoc
accedat notabile dictum Bald. in l. sicut §. 1. in fi. ff.
quod cuiusque uniuer. nomine. ubi dicit, quòd
si singulares homines uniuersitatis pascuauerunt
in nemore tanquam in nemore uniuersitatis, intel
ligitur ipsa uniuersitas possidere, licèt non appa-
6 reat de instrumento uniuersitatis, † quia patientia
uniuersitatis habetur loco mandati, ut in l. qui pa-
titur ff. manda. quòd ergo pauci possederunt, ex-
tenditur ad uniuersos. & hoc ideo, quia hoc factū
spectabat ad uniuersitatē. ita in proposito nostro,
& de isto dicto memor fuit Barto. Veronen. in suo
egregio tractatu. de seruitu. in rub de iure pasc. in
13. colum. Ideò Consilium fuit uoti, q dicta uni
uersitas condemnetur pro dicta turbatione, & mo
lestatione ad interesse passum propter dictā turba-
7 tionem, & molestationem, † prout de natura talis
iudicii, ut in l. si duo § fi. ff. uti possi. & in l. 1. §. hęc
verba. ff. ne uis fiat. & Bar. in l. 1. §. hoc interdictum
ff. uti possidetis. & habetur in l. 1. C. eo. tit. & Areti.
in §. quadrupli. ultima charta, Insti. de actioni. li-
quidandum ex eodem processu, & sic posteà la-
ta fuit sententia sub nomine Regio in facto Con-
silio.

ADDITIO.

Petrus de Anch. hic allegatur in consiliis consi. 157. sed est con. 158. inci. ex narratis in facto. ubi concludit q quatenus locu ples facta est uniuersitas tenetur, & non ultrà, & uide Oldradum consi. 65. Thom. Gram.

ANNO-

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXXVI.

1 *Vniuersitas ad hoc ut dicatur delinquere possit pœna pecuniaria plecti, requiritur quod omnes de vniuersitate communicato consilio ad sonum campanę delinquant, vbi etiam an si singulares de vniuersitate delinquant, dicatur delictum commissum ab ipsa vniuersitate ita ut tum, quòd ipsa vniuersitas puniri possit, etiam quòd non constet de congregatione.*

2 *Quando maior pars vniuersitatis deliquisset, an sufficiat, vt ipsa vniuersitas possit castigari.*

3 *Ad hoc ut ius vniuersali nomine vniuersitati acquiratur, oportet articulari & probari, quòd vniuersitas sit vsa nemoribus, & pascuis vniuersitatis nomine scientibus, & videntibus sindicis vniuersitatis.*

4 *An liberatio facta in vniuerso, singulos liberet. vbi an aliud sint singuli, quàm vniuersum.*

5 *Vniuersitas an possit se congregare sine licentia superioris, & de iure nouellę pragmaticæ.*

6 *Delictum in omittendo obligat vniuersitatem, ut quia vniuersitas denegat admittere aliquem destinatum, siue missum à superiore. idem quando delictum habet tractum successiuum, quòd obliget vniuersitatem.*

7 *An sit maius delictum in faciendo quàm in omittendo, quòd non, contra Ias.*

8 *Non facere, facere dicitur quis & ideo dominus obligatur ex delicto famuli in omittendo, quod habet tractum successiuum.*

1 AD hoc vt vniuersitas † dicatur delinquere, & pœna pecuniaria possit puniri, requiritur q omnes de vniuersitate communicato consilio, & ad sonum campanę deliberatione præcedente delinquant, Cur. Iun. in consi. 164. nu. 36. 1. uolu. Paris. in consi. 21. anime ius. nu. 32. qui citat Affl. hic 4. uol. & declarat ista Iasan l. ciuitas. ff. si cer. pet. 1 col. vbi per hæc ex d. Iu. de Ligna. in cle. 1. de pœnis dicit, & iactat se cum maximo honore defendisse ciuitatem Bononiæ coram Papa, vt nõ possit tanquam rebellis puniri, & si homines ipsius vniuersitatis rebellionem commisissent, ex quo non constabat q communicato consi. delictum fuisset patratum. refert prædicta, & sequitur Hip. in praxi crimi. in §. diligenter. nu. 47. Dec. in cons. 672. quæritur, & idem post alios Scrib. in c. cum omnes. col. 8. in 1. lectura in uerbo, sed maior. de const. vbi vltra Modernos
2 ibi declarat hæc non procedere, quando omnes † de vniuersitate delictum commisissent, quia tunc & si non constet de congregatione facta communicato cõsilio ut supra, q dicatur cõmissum ab ipsa vniuersitate, & possit puniri, secus verò si a maiori parte delictum fuisset patratum, nam tunc nisi communicato cons. ut supra ipsa uniuersitas non valeret puniri, & ita dicit consuluisse Cor. in consi. 224. col. 5. 6. in 3. lib. quod reperire non ualui, sed bene contrarium sentire in consi. 148. viso 1. lib. 10 fi. & in consi. 46. in causa 3. lib. in litera C. & 63. in hoc 4. li. q ad hoc ut ipsa vniuersitas possit puniri, q requiratur congregatio consilii, nam factum a singulis non dicitur factum ab ipsa uniuersitate etiam quoad incisionem nemoris, ubi plenè docet de intellectu glo. in l. sicut. § uniuersitas quod cuiusque vni. nom. quæ dicit ista verba obscura, quod satis ad vsum nemoris per bestias hominum villæ, cuius intelligentiã dat etiam ultra Cæpo. in loco citato hic per Affl. & Cassan. in consue. Burgun. f. 370. sed latius Dec. in consi. 221. non patitur
3 nu. 8. 9. vbi concludit, q oportet † articulari & probari, q homines uniuersitatis usi fuerint nemoribus & pascuis nomine ipsius vniuersitatis, scientibus, dico & uidentibus hominibus ipsius uniuersitatis, & hoc ut ius uniuersali nomine quæratur sequitur Cuma. in consi. 153. visis instrumento, ad quæ etiam conueniunt adducta per eundem Decium in consi. 61. pro te-
4 nui. num. 5. ubi concludit, q liberatio facta † in uniuersum, singulos non liberat, & cum prædictis, quòd si singuli de vniuersitate delinquant, non dicatur vniuersitatem ipsam delictum cõmisisse, nam aliud ipsa uniuersitas, & aliud singulares, conuenire uidetur Soc. in consi. 95. in causa communis. num. 13. 3. uolum. & Fel. in c. eam te. de rescr. col. 9. num. 13. 14. & propterea satis uidetur, quòd hæc opinio possit de iure teneri suffulta tot auctoritatibus, est tex. l. sicut. §. si quid. ff. quod cuiusque uni. nomine. quæ si placet limita in parua uniuersitate. Parisius in consi. 91. & in dicto consi. 21. quarto uol. sed quia contra ista faciunt ea quæ notantur infra in dec. 400. quod si omnes testes de vniuersitate deponant pro ipsa vniuersitate, q non admittantur, ex quo ipsa vniuersitas censetur deponere, secundum prædicta audio a domino Antonio Baratuccio tũc fisci patrono in anno 1540. fuisse iudicatum in regia summaria, & ego habui de facto in quadam causa casalium Venalis, de quo feci mentionem in d. decis. 400. & quòd vniuersitas possit se congregare de iure communi pro suis negotiis sine
5 autoritate superioris † absque pœna declarat Aym. in consi. 4. not. in dec. 265.

6 Et de delicto in omittendo, † q obliget ipsam uniuersitatem secuta patientia, declarat Bertra. 10 cons. 24. num. 4. uol. 1. Socin. in d. consi. 95. 3. uol. ubi explanat inter alia delictum in omittendo, quando uniuersitas non uult admittere aliquem destinatum a superiore, qui ut recipiatur, fit comissio siue mandatum, & uniuersitas renuit, declarat ample Dec. in d. consilio 228. ubi etiam de confessione sindicorum, in istis præiudicat uniuersitati, ut delictum censeatur commissum de ordine & mandato ipsius, & quando uniuersitas post delictum defendit causam committentium delictum, quæ facit contra homines vniuersitatis Formiculæ, quos defendo, ut dicit fiscus regius in regia cam. in quadam causa, & ipsa uniuersitate, sed nõ est sic in facto, testatur etiam hæc Dec. in cons. 486. uisis. in fi. ubi pro istis citat consi. Auchs. 157. qui concludit, q quando delictũ habet tractum successiuum, q obligat uniuersitatem, quæ a principio non consentit, quod declarat idem Deci. in regula super qui non prohibet. ff. de reg. iu. & latius per hunc meum Affl. in const. regni iuris peritorum ult. in 1. lib. Cap. in decis. 330. num. 69. scribentes omnes in l. si mulier. ff. sol. matrimo. in uerbo ne facto mulieris, per illum text. qui non facere factum appellat. ubi Ias. concludit, maius delictum in omittendo, quã in faciendo, quem obiurgat Tiraq. in tracta. de pœnis, causa 44. num. 23. & ample de exemplis, & de his per Parisium in d. consiliis 21. & 91. uol. 4. dicto num. 32. usque in fi. quod ampliat Gramma. in consi. 8. in crimi. in famulo delinquente domino patiente delictum, quod habet tractum successiuum ut supra.
Caf. Vitell.

DECISIO CCCLXXVII.

De moratoria debitoribus per principem ob causam data, & de debitoris probanda paupertate.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium princeps debitoribus solutiones protrahens propter bellum & paupertatem an requirat paupertatis probationem & cui incumbat probatio.*

2 *Paupertatis donatario incumbit onus probandi aduersus donatorem, item & marito, secus leuius. 3.*

4 *Paupertatem allegans, illam probet 6.*

5 *Diuitię sunt ex accidenti.*

7 *Intentionis fundamentum etiã super negatiua probandũ.*

1 PRinceps concessit uniuersitati, † & hominib. terrę Baroli propter onera, quę portauit in ista guerra proxima præterita inter exercitum Regis Franciæ & exercitum C. maiestatis moratoriam seu dilatiunem triennalem, ut ciues Baroli debitores à quibusuis creditoribus, qui nõ sint de Barolo, non possint conueniri, dummodo dicti debitores sint creditoribus, & quòd in fine cujuslibet anni soluant tertiam partem eius quod debent. Euenit, quòd Nicolaus de Andria egit coram capitaneo dictæ terræ Baroli contra Antonium Quartum de Barulo, petendo ab eo certam pecunię quantitatẽ uigore publici instrumenti, comparet & duo alle-

gat,

gat, uidelicet quòd non est debitor tantæ quātitatis, prout continetur in instrumento, & quòd non potest conueniri stante dicta moratoria, per Curiam dicti capitanei pronuntiatur dictum Antonium debere gaudere dicta moratoria. Pro parte dicti creditoris appellatur ad sacrum Consiliū, & præsentato processu fuit dubitatum, ex quo non reperitur probatum, an creditor sit ditior debitore, uel debitor pauperior creditore, iuxta formam dictę moratoriæ, si dictus debitor in dubio debeat gaudere commodo dictæ moratorię. Et uidebatur aliquibus Dominis, quòd dictus Antonius debeat gaudere dicta dilatione, & sic quòd fuit bene iudicatum, licèt non sit probatum, quòd
2 iste sit pauperior creditore, † quia dixit gloss. in l. cū
de lege Falcidia. ff. de probatio. ꝙ asserendo dictus Antonius, quòd non habet tantum in bonis, & sic est pauperior, creditor debet probare, quod habet plus. allegat l. fi. §. licentia C. de iure deliberandi. & illam gloss. sequitur ibi Bar. bene pro ista glo. facit alia gloss. in l. 1. §. cum dicitur ff. si cui plusquam per l. falcidiam. in uerbo, probent, & ꝑ dictā glo. in d. l. cum de lege. dixerunt Ang. & Ioan. de Imo. in l. cum ex causa. ff. de re iudi. ꝙ si donator dicit se non habere, nisi domum & fundum, ex quibus percipit alimenta, & donatarius dicit oppositum, certe donatario incumbit onus probandi, & istam glo tenet Pau. de Cast. in l. maritum ff. so-
3 lu. matri. † ꝙ sufficit, ꝙ maritus dicat se non habere in bonis, ut possit gaudere, ut non possit conueniri, nisi in quantum facere potest, & qui dicit eum diuitem, debet probare, per glo. in d. l. cum de lege. & super hoc Ias. in d. §. licentiam. allegat multa consilia Alex. & consi. Francisc. de Areti. & alia facientia, ut ibi per eum. Sed in contrarium ego qui fueram commissarius causæ, dicebam ꝙ iste Antonins nihil dicit, ꝙ non habebat oisi tantum, nisi ꝙ dixit se debere uti dicta moratoria, & illa moratoria tunc fuit concessa debitorib. quando sunt pauperiores creditoribus. Et ideò ipse Antonius debitor debebat dicere, aut se non habere, nisi 10. in bonis, per glo. in d. l. cum de lege. Aut
4 probare, se pauperiorem creditore, † quia ille, qui
fundat se super paupertate, uel super diuitiis aduersarii, quia hoc est fundamentum iotentionis suę, debet hoc probare, per regulam l. ei, qui dicit. ff. de probationibus. Nec obst. ꝙ in dubio quilibet pręsumitur idoneus, in l. cum quidam ff de lega. 2. quia respondetur, ꝙ uerum est, quò ad mores, quia qualitas animi ex præterito probatur in pręsens, ut dicit Ale. in 2. uol. consil. 102. in 5. col. secus quò
5 ad facultates † quia diuitię sunt ex accidenti., cum
homo nascatur nudus & sine diuitiis, 47. distin. ca. homines. & Cato dixit. Infantem oudum cum te natuęa creauit &c. Et ideò ille, qui allegat se pauperem, uel aliquem esse diuitem, debet hoc probare, ut probatur in l. si creditores de priuilegiis creditorum. & ff. de liber. agnoscen. l. fi. Et pro ista parte semper solet allegari glos. singula. in l. si uerò §. qui pro rei qualitate ff. qui satisd. cogan. quę dicit,
6 † ꝑ qui allegat paupertatem, debet probare, & sic
qui allegat diuitias debet probare, per quam glo. dicit Auge. ibi, quòd ubicunque diuitiæ aut paupertas sunt causa & fundamentū intentionis allegantis, ei incumbit onus probandi etiam in negante, & idem dicunt ibi Pau. de Cast. Alex. & Ias. & Bal. in l. 4. C. quando fiscus uel priuatus. & Bal. in c. fin. de præsumptio. & Calderinus in consiliis, in ti. de probatio. consi. 10. Ange. in cons. 270. incipiē te, Bonifacius. ult. col. Alex. in 2. uol. consi. 118.
7 in 4. col. incip. in causa & litæ. † Semper enim quis
astringitur probare illud, quod est fundamentum suę intentionis, etiam si talis intentio sit fundata super negatiua, ut dicit Abb. in ca. bonæ. de electio. & bene probat Alex. in 1. uol. consi. 392. in eodem uol. consi. 83. in 1. col. & in 2. uol. consi. 175. in fi. & in 5. uol. consi. 72. col. 1. & consil. 109. col. 1. circa. fin. Quare fuit uotatum; ꝙ male fuit iudicatum per dictum capitaneum, quia debuit dictus Antonius debitor probare se fuisse pauperiorem creditore iuxta dictam qualitatem adiectam in rescripto, & ideò eam non probando non debet gaudere dicta moratoria, & sic fuit iudicatum per S.C.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXXVII.

1 *Qui se fundat in paupertate, ipse tenetur eam verificare, igitur si mulier agit pro legato in testamento minus solenni contento, tanquam pro ipsa paupere, tenetur paupertatem demonstrare.*
2 *In dubio quando quis pauper pręsumatur. cum nudi in mundo oriamur secundum Tiraq. licèt Affl. contra, quia quis diues, & industriosus.*
3 *Statur confessioni hæredis, non esse alia bona in hæreditate, sicut in scriptura quando negatur aliquid ibi non adesse, & qui in contrarium pretendit ipse tenetur ostēdere.*
4 *Quando quis est notoriè pauper, non potest propter debitum excommunicari.*

QVòd quando quis se fundat in paupertate, uel diuitiis, quòd ipse teneatur probare, & ad illam glo. d. l. si uero. § qui pro rei qualitate, satis ampiè declarat Decius in consilio 120. & pro tenui. vbi decidit, quòd si agatur pro consecutione legati minus solenniter relicti in testamen-
1 to tanquam pii, & facti mulieri pauperi pro dote, quòd ipsa
mulier agens non obtinebit nisi demonstrata paupertate, in qua facit fundamentum, ubi etiam qualiter ipsa paupertas probetur, de quo fuit factus sermo supra in decisio. 371. & hāc decisio nostri senatus refert & sequitur Tiraque. in retra. con sangui. § 32. glo. 1. & ult. fol. 216. num. 94. ubi etiam concludit ista, quòd in dubio quis pauper præsumatur, nam nudi nasci-
2 mur in mundo, † & nudi reuertimur. c. sicut his 47. dist. & poëta canit. Infantem nudum cum te natura creauit. Paupertatis onus, patienter ferre memento. circa quod subiectum multa occurrunt quæ breuitatis studio omittuntur, quæ procedunt, licèt hic Affl. in const. regni intentionis nostræ, numero 15. dicat, ꝙ in dubio quis non præsumatur pauper, sed industriosus, & diues, & qui dicit aliquē pauperem, quòd ipse tenetur probationes offerre, citando Lucam de Penna in l. fi. qui numero lib. 11. quod est uerum, quando quis ponit fundamentum suæ intentionis in prædictis, ut decidit Tiraq. in loco supra citato, ubi moltos adducit circa probationem negatiuæ, iuxta gl. l. cum de lege, de probatio. de qua etiam per Ias. in l. si constante, in secunda lectura. ff. solu. matrimo. colum. 2. nume. 32. post Alexand. in quibus inter alia concluditur, stata debere asser-
3 tioni † hæredis, qui confecit inuentarium, plura bona non reperiri in hæreditate, quam ibi contenta, & in scriptura, siue processu quid non esse, uel reperiri, & sic de negatiua coarctata ad aliquam scripturam, & qui dicit contrarium, ꝙ ipse debet probare. Barto. & ferè in l. Titiæ textores. in tertio no. ff. de lega.

lega.1.istud etiam in affirmatiua, da quibus per eos, & de pan
perrate ipsiusque priuilegiis, cômodis atque incommodis de
clarat Lucas de Penna in d.l.n.& hic auctor in consti. reg. mu
lieres. audiui esse nunc impressum libellum cuiusdam autoris,
qui facit tractatulum huius subiecti, sed quidquid uolo in præ
dictis notes unum, quod quando quis est notoriè pauper, quod non
potest excommunicari, & maximè publicari propter debitû
4 †Abb. in c. Odoardus 2. col. de solu. refert & sequitur Fel. in c.
ad aures, de simoni. quod signa. & si malè per ecclesiasticos nô
bonos obseruatur, nam passim & indistinctè quando quis nô
potest soluere excommunicant, affiguntque cartones, sequi
prædicta uidetur And. in c.1.§. inde quæsitum. si de feudo de
fun. mili. contro. fuerit. qui dicit, quod ille qui non potest soluere,
non peierat, uerùm de ueritate prædictorum his me remitto,
mihi non data potestas imponendi falcem in messem alienâ,
obsecro tamen talia agentes prius considerent nullam in iure
maiorem pœnam ipsa excômunicatione, c. pro humani, vul.
de homici. in 6. occidit animam æternaliter cruciandam, pro
qua Christus mortuus est, ad Romanos 14. & hoc pro tempo-
ralibus. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCLXXVIII.

De cessione bonorum post quinquennale non fienda.

SVMMARIVM.

1 *Quinquennalis dilatio solutionis ut ualeat, quæ requiruntur.*
2 *Cedere bonis, an possit, qui dilationem quinquennalem impetrauit?*
3 *Rescriptum est inefficax, quod effectum suum non operatur.*
4 *Forma quæ dat esse rei, quæ sit.*
5 *Fauori tacitè renuntiatur.*
6 *Exceptio discussionis conuento fauorabilis non impedit iudicium, si non opponatur?*

1 Quidam debitor † supplicauit Viceregi, ut con
cederet sibi dilationem quinquennalê ad sol-
uendum suis creditoribus, quod fieri po-
test, ut in l. quoties. C. de precib. Impe. offe. & cre
ditores non petierunt, quòd dictus debitor præsta
ret fideiussore de soluendo in termino, iuxta. l. uni
uersa C. eo. tit. & sic in effectu non ualeret quan-
tum ad utilitatem & commodum impetrantis se-
cundùm Bald. in d.l. uniuersa, & si præstetur fide-
iussio, ualet effectualiter, & confirmatur per satis
factionem subsequentê, & ista est communis opi.
secundum Bal. ibi, in contingentia facti sunt ela-
psi illi quinque anni quibus elapsi creditores con-
ueniunt illum debitorem ad soluendum. ille para
tus est cedere bonis, & iuxta morem impetrauit li
teras cessionis bonorum, qua præsentata credito
2 res dicunt, quod non potest cedere bonis, † quia dicit
glo. notabilis in l. cum solito. in fi. C. qui bonis ce-
de. pos. quod debitor qui habuit dilationem quinquêna
lem non potest cedere bonis, quam glo. communi
ter omnes doctores sequuntur ibi. & in l. alia. §. ele
ganter. ff. sol. mat. & Vitalis in clausulis suis, char.
193. & Cy. & Bar. & Ange. in d.l. fi. preterquam
in eo quod dicit, quod tûc debitor datur creditoribus
lacerandus, nam in hoc ultimo glo. illa damnatur.
Queritur, an sit talis debitor admittendus ad bene
ficium cessionis bonorum. Dubium facit; quia for
ma talis rescripti non fuit obseruata: quia non
3 fuit præstita dicta fideiussio, & sic non † habet ef-
fectum, ut dictum fuit, si non habet effectum, pe-
rinde est, ac si non fuisset concessum, secundum
Bar. & Bal. in d.l. uniuersa. facit, quod nô. Card. in
Cle. 1.§.1.q.10. de reb. eccle. non alienan. in tantû,
quod per rescriptum talis fideiussio non potest omit-
ti, quia est de forma post rescriptum, ut dicit Bal.
ibi nisi dicatur, non obstante tali lege &c. Hac ra-
tione dubitandi non obstante fuit decisum in côs.
quod iste debitor, qui habuit dilationem quinquen-
nalem rescripto principis, non potest posteà cede
re bonis, & sic potest carcerari.
4 † Nec ob. ratio dubitandi, quia dicit Bal. in l. si
eum inter te. C. quando prouo. non est neces. in 2.
col. quod illa est forma, quę tendit ad esse rei. & adue
nit rei in potentia, & dat primum & principale
esse rei accidentalis aut formæ. sunt quædam obser
uantiæ, quę posteà superueniunt, & lex appellat
eas interdum monitiones, ea quæ requiruntur an
te factum, uel in ipso facto est de forma, & nisi
interueniat, ipso iure non ualet, ut per Bal. in l. 2.
in uersi. extrà quęro, quid si unus statutum dicit,
quod sententia &c. C. ne liceat tertiò prouoc. secus
in his, quę requiruntur post factum, & sic etiam
sentit Bal. in d.l. uniuersa. & expressè firmat Bal.
in rub. C. de rescind. uend. & sic cum fideiussio de-
beat pręstari post rescriptum, & hoc tendit in fa-
5 uorem creditorum, † potuerunt creditores huic fa
uori tacitè renuntiare per l. si quis in conscriben-
do C. de pac. cum concor. Inde dicimus ex dictis per
Bal. in l. quinque C. de bo. quę libe. quod vbicunque in
aliquo actu seu disponens debet interuenire ali-
qua solennitas habito respectu ad certum finem,
quod habito fine & effectu, per quem introducitur
solennitas illa, licèt in actu interueniat, nihilomi-
nus actus ualebit, & sufficit, quod ex post facto inter
ueniat, quia iura non tendunt nisi in effectum &
finem rei. & ad hoc bene faciunt no. per Ab. Sic. in
c. causam quæ. pe. col. uersi. ulti. quæro; de iudiciis
ubi multa pro hoc allegat; quæ omitto breuitatis
causa, quanto magis, quando solênnitas post re-
scriptum non dependet à potestate publica, sed ab
6 interesse ipsorum creditorum. † Et pro hoc facit quod
si exceptio discussionis, quę est in fauorem conuen-
ti, nô opponatur, procedit iudicium, ut dicit Bar.
in l. si mancipium. C. de euic. & id quod dicit Bar.
in l. 2. C. de cano. fru. ut. Romæ. li. 11. quod si princeps
aliquid concedit, & quod aliquid debeat fieri per par-
tem, intelligitur si opponatur, ergo si non oppo-
natur, ualet rescriptum, & idem firmat Bar. in l.
cum lex. ff. de fideiu. in ver. sed iuxta prædicta quę
ro, quid si statutum dicit. ibi, dum dicit, sed para-
tur exceptio; quasi dicat, non ualet in effectu l. uni
uersa &c.

ANNOTATIO.

IN DECISONE CCCLXXVIII.

1 *Quando quis habuit quinquênalem delationem, quæ deinde fuit elapsa, quòd non admittatur iterum ad beneficium cessionis bonorum.*
2 *Quando quis fuit condemnatus ad interesse ex delicto, an recipiatur ad beneficiû cessionis bonorum. item in actione iniuriarum & aliis &c.*
3 *Valet dilatio concessa a principe, etiam quòd pars non petat cautionem. vbi etiam, quòd hęc cautio possit peti*

vsque

usque ad tempus litis contestationis.
4 *Cum habemus effectum, non est curandum de causa, licet causa ipsa quoque modificat amplietque effectum.*
5 *Quis potest adeo renuntiare his, quæ sunt pro eo introducta, ut creditor, qui fuit immissus in possessione bonorum sui debitoris, & si post annum de iure communi efficiatur possessor, tamen potest huic iuri renunciare, & debitum petere.*
6 *Quando ea, quæ quis vult renuntiare concernunt merum fauorem ipsius, hoc quis facere potest, secus si ipsius, & alterius.*
7 *Minor potest iuri suo ei competenti de iure spetiali renuntiare restitutioni in integrum.*
8 *Consanguineus potest renuntiare iuri retractus, & vicinus iuri congrui etiam post sententiam, & si ad expensas teneatur.*

1 CErnis hic limitationem † in qua quis non admittitur ad
beneficium cessionis bonorum, scilicet quando prius ha-
buit dilationem quinquennalem, quæ fuisset elapsa etiam, quod
non dedisset cautionem de soluendo finito tempore iux. text.
l. quotiens, & l. vniuersa est, de pre. imp. offe. hanc limitationē
vna cum aliis, in quib. quis excluditur a beneficio cessionis bo
norum, ultra citata per Ias. insti. de acti §. si. dat Soc. in fallen-
tiis, in uerbo cessio bonorum. Capella Tholo. 61. Capo. consi.
10. in ciui. in quibus quando quis fuit condemnatus ad inte-
2 resse ex delicto lata culpa † seu dolo patrato, quod nō gaudeat hoc
beneficio, de iuris tamen rigore, secus de æquitate, conuenit
Boerius latius in decisio. 349. num. 8. quando quis conuenitur
ex delicto ad interesse in actione iniuriarum, quod non potest hoc
hoc beneficio, declaratque Tiraq. in rep. l. si unquam, in uerbo
bona, num. 5. de reuo. dona. Et quòd quando quis non petit il
lud, quod concernit ipsius fauorem, quod actus ualeat, nam quis
3 potest † remittere illa, quæ concernunt ipsius fauorem, ultra si-
gnata supra in dec. 346 ubi fuit conclusum, quod licèt pragmati-
ca uelit, non audiri appellantem condemnatum ad expensas
ad appellandum, nisi reficiat expensas ipses, ex quo nil posuit,
neque probauit in prima causa, quod tamen prædicta intelligun-
tur, si dictæ expensæ a parte petantur, aliàs iudicium foret ua-
lidū, & in terminis huius deci. quod omissio huius cautionis actū
non uitiet, affirmat Ias. post Pau. de Castr. in d. l. uniuersa. quæ p
istis adducit cōsi. Alex. 205. 2. uol. Immo Are. in consi. 137. quē
etiam citat ibi Ias. tenet hàc cautionē peti non posse nisi usq.
ad tempus litis contesta. affert 14. similia de istis, & uidetur fa
cere tex. Bar. in l. Gallus. §. si eius, & ibi Ias. in 3. no. ff. de lib. &
4 post. quod † quando habemus effectum, non sit curandum de cau-
5 sa, alias dicit † ibi Ias. foret quæstio de lana caprina, ut certant
Grammatici sæpe de lana caprina. declarat etiam Bald. in l. 1.
C. de insti. & sub. licèt quandoque effectus amplietur, & arcte
tur ex sua causa l. si. ff. de hær. inst. l. cum pater. § dulcissimis. ff.
de leg. 2. cum aliis cumulatis per Soc. in consil. 165. uisis. nu. 5.
in 2. uol. scri. in c. cum cessante. de appel. & opulentissimè per
Tiraq. in suo tract. causa cessante, a quibus primis non rece-
dit Dec. in cons. 21. & pro tenui. nu. 3. ubi loquendo in subie-
cto, quod quis non potest omittere illa, quæ sunt in ipsius fauorē
6 inter alia inquit, † quod licèt creditor fuerit immissus in possessio
nem bonorum sui debitoris, & post annum de iure communi
efficiatur possessor, hoc tamen procedit, si ipse velit, & ideo si
non vult expectare acquisitionem possessionis eidem faciendæ
post annum, potest debitum petere, ne illud, quod in ipsius fa-
uorem fuit introductum, in eius odiū retorqueatur. Quæ om-
7 nia sanè sunt intelligenda, quando aliqua simpliciter † concer
nunt fauorem alicuius, secus vero si concerneret fauorem et
alterius, nam tunc non posset in præiudicium illius fieri renun
ciatio, nisi de iure speciali ius alicui competeret, iux. tex. l. si in
dex. ff. de mino. qui diffinit, quod si minor non vult uti sententia
in integrum restitutionis, quamobrem, quod non potest astrin-
gi, & quod de iure speciali minori illud competit, & per hæc, &
alia refert Tiraq. in retrac. consan. gl. si. nu. 24. fo. 239. quod si con
sanguineus non vult uti sententia, quam obtinuit in ipso re-
8 tractu, quod potest illi renuntiare, & per emptorem rei † quis non
potest cogi ad retrahendum, sed tantum debere, seu posse fieri,
condemnationem ad expensas, ubi amplum campum quan-
do quis potest renunciare in tertii præiudicium aliquid, de
quibus etiam supra in dec. 89. cætera verò circa subiectū præ
sentis dec. quatenus concernit cessionem bonorum, sunt anno
tata supra in deci. 228. Cæl. Ursill.

DECISIO CCCLXXIX.

Qui bonis cedere possint.

SUMMARIUM.

1 *Debitor pauper à creditore conuentus negans debitum an possit uti beneficio cessionis bonorum inuito creditore.*
2 *Creditor optionem habet admittendi debitorem ad cessionem ante recognitionem debiti, uel post.*
3 *Cessio bonorum inuito creditore, an & quando fieri possit.*
4 *Debitor negans quādo possit bonis cedere post sententiam.*
5 *Bonis cedere uolens ante debiti liquidationē nō auditur.*

IN quadā causa unius pauperis fuit dubitatum
1 † Si pauper conuentus a creditore negat debitū
in partem, & lite pendente impetrat à Regia can-
cellaria rescriptum in forma, ut possit bonis cede
re, & eo præsentato dicit creditor, quod non potest
eo uti, quia debitum negauit, ut in l. pen. ff. qui
bo. cedere possunt, & not. glo. in l. 1. C. eo. & no. in
§. si. Instit. de act. dicit ille pauper debitor, ergo fui
primo inductus ad negandum partem debiti ex iu
sta causa, eo quia eram hæres debitoris, & ei suc-
cessit absq; beneficio inuentarii, & qui in ius alte-
rius succedit, habet iustam causam ignorantiæ, ut
in regula, cum quis in ius succedit. lib. 6. & Bal. &
alii dicunt in d. l. 1. C. qui bonis cedere possunt.
2 † Fuit ergo pariter uotatum in Consilio, quod quando
debitor habet iustam causam negādi, & ante sen-
tentiam pœnituit, & confessus fuit debitum, dicen-
do se ciuiliter & naturaliter teneri, potest cedere
bonis, & creditor non potest contradicere, secun
dum Bal. in d. l. 1. Sed si non confitetur debitum,
non debet admitti ad cessionem bonorum inuito
creditore, nam iura uolunt, quòd sit in electione
creditoris, an uelit admittere debitorem ad cess. an
te recognitionem debiti uel post, & sic inuito cre-
ditore non potest admitti ad cessi. antequam reco-
gnoscat debitum, & est ratio, prout dicit Ioan-
nes de Imola in capitulo Odoardus. in uer. in ea-
3 dem glo. ibi, audiri non debet. de solutio. † quia
est interesse creditoris, ne antè fiat cessio ratione
probationum fiendarum de debito, quas hodie
habet & forsitam illas probationes postea in fu-
turum habere non posset, ideò fuit conueniens,
quòd inuito creditore non admittatur ad cessio-
nem, ergo si debitor, qui primò negauit, & credi
tor probauit debitum, & lata est sententia contra
debitorem, post sententiā debitor poterit cedere
bonis, secundum Sali. in d. l. 1. uersi. iuxta hoc mo
ueo aliqua dubia. Bal. in d. l. 1. dicit, quod hoc est uerū,
de debito ex ipsa sententia per actionem in factū,
quia hoc ante non negauit, quia non erat in rerū
natura. Aret. in d. §. si. dicit Salic. dicere uerum,
4 si à sententia fuit appellatum, † nam tunc poterit
posteà cedere bonis, ergo secus si non appellasset
à sententia, & sic secutus fuit opinionem glo. in uer
bo, iudicari in d. l. 1. quòd post sententiam debitor
detruditur in carcerem, si non appellauit. Sed Ang.
in l. 1. dicit ista uerba formalia, beneficium cessio
nis bonorum nō datur neganti debitum sed con fi
tenti, & ante sententiam, & post, licèt in hoc sint
opiniones. Tamen sacrum consilium inclinauit in
illam

illam opinio. ꝙ etiam post sententiam admittitur condemnatus ad beneficium cessionis bonorũ, & in hac opin. uidetur etiam esse Bartol. in d. l. pe. &
3 Ang. ibi. qui sic dicit, † ante debitum liquidatum nõ auditur uolens cedere bonis, sed liquidato per agnitionem lactam in iudicio uel extrà, uel per sententiam. hoc dicit cum gloss. & idem dicit Cyn. in d. l. 1. ibi. tu dic, quòd potest cedere bonis, quando confitetur in iudicio, & quãdo debitum agnoscit, & quando est condemnatus, ut in l. penul. ff. eo. & infrà l. proxima. & not. per Azo. in sum. & sic gl. quæ est hic, secundùm omnes malè dicit, & idem dicit Albe. de Ros. in d. l. 1. dicens, ꝙ dicta gl. in d. l. 1. per omnes reprobatur, quæ omnia tanquam quotidiana, sunt bene menti tenenda.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXXIX.

1 *Confitens debitum in causa appellationis admittitur ad beneficium cessionis bonorum. item ad beneficium statuti minuentis pœnam.*

2 *Negans si re integra confiteatur audiri debet.*

3 *Negans tunc debet puniri pœna statuti, quando dolo, & fraude fuit versatus, secus si ex iusta causa fuisset motus ad negandum.*

4 *Cessio bonorum non debet fieri cum ignominia, & sic intelligi debet principis rescriptum, & quomodo intelligatur clausula illa contenta in rescripto, dummodo super ignominia non dispensetis.*

5 *Quando quis fecit cessionem bonorum cum ignominia, an si venerit ad pinguiorem fortunam teneatur ad soluendum creditoribus.*

QVod post sententiam condemnationis possit quis admitti ad beneficium cessionis bonorũ iusta causa, faciunt illa, quæ fuerunt signata sup. in dec. 296. ubi est eadem decisi. cum hac dec. errore repetita, & ultra ibi dicta, ꝙ confitens debitum in causa appellationis admittatur ad hoc beneficium, facit, quia confiens debitum in causa appellatio-
2 nis † gaudet beneficio statuti, minuentis pœnam, declarat Bal. in c. 1. § porrò. quæ sit prima can. bene aui. sequitur Aret. in tract. male. in uerbo præsente Caio. & appellante, & si ibi August. impugnet, cum quibus et conueniunt signata per Alex. in l. eum qui. in prin. ff. de iureiu. ꝙ negans si reintegra fuerit fassus, ꝙ euitat pęnam statuti, & latius per Tiraq. in retract. con sangui. gl. 5. §. 1. f. 162. nu. 21. & illud etiam conuenit, ꝙ in crimine falsi quis admittitur in causa appellationis ad pœnitentiam. ideo si quis in prima instantia fuit vsus instrumẽto in cã appellationis potest declarare nolle uti. Aymo ex dictis aliorũ in consi. 46. nu. 12. de quo fit mentio infrà in dec. 404. & ratio prædictorũ esse uidetur, nam per appellationem extinguitur iudicatum habita consideratione ad præsentem statum causæ, notaui sup. in dec. 296. & istud maximè, quia Bal. in c. 1. §. si uasallus. si de feu. fue. contro. int. dom. & agna. quem citat Alex. in l. etiam § licèt in dotalia. ff. solu. matr. limitat nẽs leges uo-
3 lentes negantes puniri, intelligi deberet † quãdo dolo, & culpa negassent, secus si ex iusta causa, sicut uidetur posse considerari in terminis huius dec. nam ii qui negauerunt erat hæredes, & de prædictis etiam ꝙ negans possit incontinenti pœnitere, declarat Ias. in §. ex maleficiis, post Are. in Insti. de act. col. 8. idem Ias. plenius in l. sicut autem. §. quod aũt ff. de re iud. fuit tactum et sup. in dec. 8. & ꝙ cessio bonorum non possit fieri cũ
4 ignominia, & ita sit † intelligendũ rescriptum principis, declarat Bal. in consi. 361. ad cuius etiam præmittendum est, ꝙ princeps. 5. uol. quem refert & sequitur Aym. in tract. antiq. tẽpo. in 4 par. f. 136. latius Cotta in ver. consuetudo, quod cessio nõ possit fieri cum ignominia, quæ proposui hodie qui est sextus mensis Aprilis 1556. in cã cuiusdem Corti. ꝙ illa verba, dũmodo super ignominia non dispensetis contẽta in rescriptis, siue gratiis principis non inferunt, ꝙ cessio bonorum debeat fieri cum ignominia, & obtinui existente D. Marino Freccia tũc regio consiliario & causæ commissario, actuarius Cæsar da Caro. sed iuxta hæc quæritur, an facta cessione bonorũ cũ igno-
5 minia, quia mox deueniendo ad pinguiorem fortunã † ad debita teneatur, ꝙ non, quando de uoluntate creditoris, cuius est electio, tempus pinguioris fortunæ expectare, ne suum debitũ extinguatur, vel cessionem petere cũ ignominia, declarat Ias. in inst. de actionib. in §. pœnales, in 6. col. nu. 46. idem Boer. in d. dec. 349. nu. 10. & secũdum prædicta uolo, ꝙ intelligas, quæ dicit indistinctè Guid. Pa. in dec. 343 cedens. idem in cõs. 124. circa materiam, nu. 7. hoc etiam Paris, qui sentit prædicta in sind. in uerbo pęna. in uer. sen. c. licet, f. 81. & propterea ex prædictis nescio quõ hodie procedant determinationes sacri consilii uel magnæ curiæ Vicariæ, ut audio, si ita sunt, nam nil prę ter auditum habeo, ꝙ etiam si non petente creditore imo reluctante, & petente eius debitum fiat cessio bonorũ cum ignominia, imo (quod peius) ꝙ deuẽto deinde debitore ad pinguiorem fortunam, ꝙ non teneatur soluere debitum tanquã extinctum per dictam cessionem cum ignominia, nam prædicta nõ possunt fieri creditore inuito, Ias. ubi sup. qui pro iis citat tex. in l. si. in uerbo querela. ff. de in ius vocan. & alia. & iõ tu cũ casus obtigerit ad uberiorem cautelam, quando debitor vult facere hanc cessionem, ut uidemus hodie indistinctè fieri de prædictis, facias protestationem, ꝙ dicta cessio non fit de tui volũtate, nam & hoc stante deuento deinde debitore ad pinguiorem fortunam habebis ius tuum saluum, quod omni bona conscientia debetur, nam non diminuitur peccatum, nisi restituatur ablatum &c. Cas. Vrsill.

DECISIO CCCLXXX.

De executione sententiarum in praeiudicium proprietarii ad prastandum super emphyteutico prędio seruitutem latarum suspendenda. & de exceptione declinatoria iudicis secularis inter ecclesiasticas personas de re ecclesiastica.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententie latę in proprietarii damnum super emphyteutici prędii seruitute, an suspendi debeat, & qualiter. 7.*

2 *Emphyteuta an possit imponere seruitutem inscio domino directo, uel ignorante in re emphyteutica.*

3 *Emphyteusis finiens seruitutem per emphyteutam impositam extinguit.*

4 *Emphyteuta naturaliter possidet, & dominus directus ciuiliter.*

Sententia lata contra naturaliter possidentem non nocet ciuiliter possidenti.

5 *Sententia lata simpliciter aduersus emphyteutam super seruitute domino directo scienti & tacenti prędicat.*

6 *Dominus directus comparens in sententię executione contra emphyteutam super seruitute imponenda impedit executionem ratione sui iuris*

8 *Clerici super re ecclesiastica an & quando possint coram seculari agere.*

9 *Mathaeus de Afflicto malè contentus de communi Senatorum sententia contra suam.*

VIncentius Malfitanus emphyteuta hospitalis sancti Ioannis de mare de Neap. ordinis Hierosolymitani pro certis domibus, quæ tenet ad emphyteusim à dicto hospitali, conuentus fuit à uenerabile monasterio sancti Petri de Aram, ordinis canonicorum regularium super certis aperturis & dossitiis claudendis, & habuit in magna curia Vicariæ duas relationes conformes, per quas declaratur, quòd decem aperturę claudantur, quæ iuxta abseruantiam dictæ curiæ habent execu-

1 executionem. † Et pro parte monaſterii inſtatur importuè, ꝙ exequantur, licèt pendeat appellatio pro parte Vincentii prædicti in Sacro Conſilio. comparet in Conſilio prior d. hoſpitalis cum quadam ſupplicatione, dicendo, ꝙ dictæ relationes nõ poſſunt exequi contra ſuum emphyteutam pro eo; quia dicta executio pareret prǫiudicium directo domino dictarum domorum dicti hoſpitalis, & quia in proceſſu dictarum relationum ipſe directus dominus non fuit citatus nec notitiam habuit dictæ litis. ideò petitur, ꝙ nõ exequatur. Quæritur, quid iuris? Ego fui commiſſarius dictæ cauſæ, & uidebatur mihi, ꝙ dominus directus uiuente ipſo Vincentio, qui habuit duas relationes contrà, ut dictæ aperturę claudantur, non poteſt impedire earum executionem. nam Bald. in l. 3. C. de
2 ſeruit. & aqua, vbi tangit quæſtionem, † An emphyteuta poſsit imponere ſeruitutem in re emphyteutica domino proprietario ignorante uel cõtradicente, arguit prò & contrà: & finaliter concludit poſt Guliel. de Cug. ibi, ꝙ emphyteuta poteſt imponere ſeruitutem in re emphyteutica ſine requiſitione conſenſus domini. ſed durabit ſeruitus pro tempore, quo durabit ius emphyteuticũ, & non ultrà, arg. l. is cui. § fi. ff. quẽad. ſer. amit. & l. lex uectigali fundo. ff. de pign. & cap. 1. §. quid ergo. de inueſtit. de re ali. facta. & ſic ualebit talis impoſitio ſeruitutis in præiudicium emphyteutę, nõ autem in prǫiudicium domini directi, & in hoc etiam reſidet Iaſon in l. 3. col. 77. C. de iure emphy
3 teu. † Et ideò finita emphyteuſi finietur illa conſtitutio ſeruitutis facta per emphyteutam, & hanc concluſionem firmat Paul. de Caſt. in d. l. 3. & Bar. in l. 1. § fi. ff de ſuperficie. Dy. in §. æquè. 1. q. Inſtitu. de act. & Bal. in d. §. quid ergo. Bar. Verõnẽſis in tract. de ſerui. ſub rubrica, quis poſsit conſtituere ſeruitutes reales. Si ergo emphyteuta, donec durat emphyteuſis, poteſt conſtituere ſeruitutem in feudo emphyteutico per contractum, uel in ultima uoluntate ſine conſenſu domini, ergo poteſt ipſam conſtituere patiendo contra ſe ferri dictas relationes, & durabit ſeruitus, quouſq; apud eum durat emphyteuſis, qua finita nõ nocebit domino
4 directo. In contrarium facit; † quia emphyteuta dicitur poſsidere naturaliter, & dominus directus ciuiliter, ut tenet glo. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poſ. & ibi doc. & idem tenet gl. in l. ſi ut certo. §. ſi duobus uehiculum. ff. commo. & in l. 1. C. vtl poſ. & dicit Bartol in l. ſæpe. in uerſ. 4. quæro. quid ſi conuenitur habens naturalem poſſeſsionẽ ſententia lata contra eum non debet prǫiudicare ciuiliter poſsidenti, per l. Pompo. §. ſi is qui precariò. ff. de acq. poſſ. & in l. ſi pariter. ff. de lib. cau. & dicit idẽ in emphyteuta & proprietario. ergo iſtæ ſententiæ latæ contra proprietarium, non præiudicant domino proprietario. & firmat Alex. in d. l. ſæpe. in 75. col. cum ſequen. de re iud. Et ſic infertur, ꝙ aliud eſt quærere, utrum emphyteuta poſsit conſtituere ſeruitiũ in feudo emphyteutico, aliud
5 eſt quærere, † utrum ſi per ſententiam condemnetur emphyteuta ad præſtandum ſeruitutẽ in prædio emphyteutico, talis ſententia contradicente proprietario, qui non fuit citatus, nec notitiam habuit, poſsit exequi in prǫiudiciũ directi domini, & tantò magis, quando actor egit ſimpliciter contrà emphyteutam, ut claudat aperturas ſiſtentes in domo emphyteutica, & ſimpliciter latę ſunt relationes, quòd claudantur, tunc uidetur lata ſententia contra emphyteutam, & præiudicaret domino directo ſcienti & tacenti, ut voluit glo. ſing. quæ non eſt alibi in l. 2. C ubi in rem actio. & ibi Cy. et Iac. But. & Bar. & Spe. in titu. de primo & ſecundo decreto §. reſtat. uer. ſed nunquid eſt idem, in his, qui
6 ius habent in re. & Imol. in d. l. ſæpe. † ergo ſi dominus proprietarius comparet in executione ſententię latæ contra emphyteutam, per quam imponitur ſeruitus in re emphy. & dicit, quòd non habuit ſcientiam dictæ litis, nec fuit citatus, non præiudicabit dicta ſententia, nec mandabitur executioni, quia faceret ſibi præiudicium, ex quò obſcuratur domus, cuius eſt proprietarius, & ideò impedit executionem ratione ſui iuris, ſecundum Bar. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. & in l. ſi finita §. ſi de uectigalib. de dam. infec. & habetur in c. ueniens. lo 2. de teſtibus. Secus eſſet dicendum, quando dictum monaſterium egiſſet ſolum ratione poſſeſsionis ipſius Vincentii, tunc dominus directus non potuiſſe impedire executionẽ, per id, quod dicunt doct. in d. l. ſæpe. & in d. §. ſi ſuper. & in d. §. ſi de uectigalibus. & in d. cap. ueniens, cum concordan.

7 † Quare fuit per conſi. decretum, quòd dictæ relationes in prǫiudicium dicti prioris proprietarii dictarum domorum, qui non fuit citatus, nec ſcientiam dictæ litis habuit, ꝙ executio dictarum relationum maneat in ſuſpenſo. Et dum fuiſſet inſtatum pro parte monaſterii, ꝙ procederet contra dictum priorem ſe opponentem pro ſuo intereſſe, & citaretur, oppoſuit de incompetentia iuriſdictionis, ex quo ſacrum Cõſilium eſt iudex laicus, & incompetens inter dictũ monaſterium & priorem prædictum ſuper conſeſſoria & negatoria rerum eccleſiæ, per no in c ſi diligenti. de foro com
8 pe. † Fuit dictum, quòd ex quo dictus prior proprietarius uoluntariè comparuit in ſacro Conſilio petendo, ꝙ declaretur, quòd dictæ duæ relationes non habeant prǫiudicare proprietati dicti prioratus, nec exequatur propter eius euidens prǫiudicium, & ſic fuit actor, & clericus poteſt agere corã iudice ſeculari, vt dicit Innoc. in c. cũ P. in uerbo, clericus. de accuſa. & habetur per Ant. de Bu. & Imo. in c. quod clericis. de for. compe. Et ſic cum ſacrum Conſilium cœpit cognoſcere ſuper reuocatione dictarum relationum, & ſic de iſto præparante, poteſt cognoſcere de prǫparato, ut dicit Bal. in l. ordinarii. C. de rei uend. Item ne continentia cauſę diuidatur, ut not. in l. nulli prorſus. C. de iudi. Itẽ per tit. ff. de quibus rebus ad eundẽ iudi.
9 eatur. † Quare fuit concluſum per maiorem partẽ Conſilii, ꝙ dictus prior, qui adiuit ſacrum Conſilium ſuper reuocatione dictarum relationum propter intereſſe hoſpitalis ignorãtis dictam litẽ, eſt actor, & ideò non poteſt declinare forum ſacri Conſilii. hanc declarationem ſcripſit notarius Vincentius Saponus die ultimo Maii, 8. Ind. 1505. in qua declaratione non conſenſi, quia cauſa eſt inter duas perſonas eccleſiaſticas de re eccl. & ſi prior eſt actor, monaſterium eſt reus, & ſi mona-

sterium est actor, prior est reus, & esto, q monasterium consentiret in iurisdictionem sacri Consilii, porrò non esset competens, ideò dicta decisio fecit me malè contentum, quantum ad non admissionem dictæ exceptionis declaratoriç.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXXX.

1 *Emphiteuta potest imponere seruitutem in re emphiteuti durante tempore quo durat ius suum, & desinente iure super deuolutionem vel lineam finitam seruitutes expirant, quod secus, si dominus emat vtile dominium, nam seruitutes remanent. idem de vasallo.*

2 *Vasallus an possit imponere seruitutem sine assensu iure feudali, & appellatione alienationis an veniat impositio seruitutis. ibi etiam an vasallus vendat vsumfructum in re feudali.*

3 *Iura vetera nisi expressè corrigantur, nunquam per noua intelliguntur correcta.*

4 *Quando dominus preferatur ratione iurium suorum in re feudali venditor an seruitutes extinguatur.*

5 *Quando clericus comparet, & allegat ius suum principaliter, debet causa remitti, etiam si fuisset citatus, si sua putauerit interesse.*

6 *Si tractatur de prouidendo curatorem laico, & citatur clericus, si sua putauerit interesse, an debeat causa remitti.*

7 *Quando clericus inter alios concreditor excitatur ad concurrentiam, an debeat causa remitti ad ipsius petitionem.*

8 *Clericus auctor laudatus remittetur, & procedit iudiciũ cum laicis.*

9 *Quando clericus tempore motę litis rem possidebat, & sic fuit facta causæ remissio, & pro ea desinit possidere per alienationem, vel aliàs in laicum, an ipse laicus possit conueniri.*

CIrca primum dubium huius dec. de emphi. q potest con-
1 stituere seruitutem in fundo emphiteutico † de per se non
per sententiam, nam tunc domino fieret præiudicium, nã ageretur de iure suo, sicut post gl. affirmat Pau. de Cast. in d. l. 2. C.
vbi in rem actio, & q illud ius seruitutis resoluatur soluto iure
emphiteutico per reuersionem rei ad dominum directum, cõ
uenit Capella Tholo. 471. sunt infinitæ concor. quas congerit
Tiraq. in retra. consangui. §. 3. gl. 1. & vnica, nu. 12. f. 384. & intelligens de reuersione, quæ fieret finito iure emph. per alienationem factam irrequisito domino, vel census nõ solutus, vel
lineam finitam, secus verò si dominus directus utile dominiũ
emph. emisset, nam tunc seruitutes impositæ per emph. remanerent, prout decidit Gui. Papa in deci. 575. emphiteuta pót,
& Boerius in dec. 181. & videtur dicendum. tenuit Cass. in cõ-
2 sue. Burg. f. 120. intra alleg. nu. 36. † quæ ampliantur locum ué
dicare etiam in uasallo qui potest etiam imponere seruitutẽ
duraturam, donec ius suũ etiam permanet, c. 1. ibi feri. §. quid
ergo, de inuesti. de re ali. facta Capella Thol. 46. Tiraq. amplè
in loco supra prælibato, vbi aliæ consonantiæ, & hoc in ipsius
præiudicium, nec per consequens haberet locũ reuocatio iuxta consti. regni diuæ memoriæ. ubi hic meus auctor col. 6. numero 12. & 16. verum D. Marinus Freccia in suo opere de sub
feudis, lib 2. nu. 16. f. 110. hæc impugnat, mouetur namq; per
legem Federici, omnis alienatio de feudo prohibetur, & appellatione alienationis venit etiam seruitutis impositio. l. fi. C. de
re. alie. non. item quia esset imponeret ius in re feudali durante vita vasalli sicut vsusfructus, quod fieri non potest, sed pau.
en meo iudicio consentio cum opinione Affl. quæ potest de iure sustineri, cum de ea in tex. clarus d. c. primi. §. quid ergo. de
inue. de re ali. fa. cui non uidetur refragari tex. consti. regni diuæ memoriæ. disponentis per uerbum alienationis, & amplectentis seruitutem, nam respõdet Bal. in c. 1. §. si libellario. qui.
mo. feu. ami. q quando imponitur seruitus in re feudali non
est propriè alienatio, sicut quando transfertur dominium, sed
impropriè, & non verè, sicut dicimus de hipotheca cum spe
luitionis pro modica quantitate, notat gl. notabilis in d. l. fi. sed
latius Nico. in tract. de pig. in 3. membro 2. partis, f. 24. nu. 69.
& impropria significatio non est sumẽda ad legum correctio-
3 nem, cum iura ipsa † non corrigantur, nisi expressè dicatur, declarat And. in const. reg. causa, circa fi. qui ait ex gl. notabili in
§. sciendum. ff. qui satisd. cog. iura vetera rationabilia determinare noua, nec enim per constitutionem seruitutis respicientis aliquam commoditatem feudi, siue utile dominium, feudũ
ipsum minuitur, iuribus adductis ibi per eum Affl. imò nec vsus
fructuum alienationem, quam posse fieri, donec durat vita vasalli, affirmat And. in d. c. 1. in prin. de prohi. feu. ali. per Fede.
idem in d. consti. diuæ memoriæ, fuit dictum, quomodo hæc
procedant, in dec. 240. hanc opinionem de iure cõi feudorum
per d. § quid ergo fuit secutus Cassa. in consue. Burg. in d. loco
f. 120. Rub. 3. num. 35. 36. ubi etiam declarat alias qõnes, videtur etiam sequi Iacob. in inuesti. feudorum, in verbo qui qui-
4 dem inuestiti. nu. 62. 63. f. 63. ubi plus decidit, † q quando dominus præfertur in emptione feudi ratione iurium suorum,
quod istæ seruitutes extinguantur, & resoluantur, sed contra
illa videtur facere tex. l. sed si pecunia, quæ est tertia. ff. de rebus eorum, in fi. quæ decidit, seruitutem imponi in fundo minoris non posse, nec remitti sine decreto tanquam rem immobilem, & sic videtur sequi Tiraq. in retr. contang. gl. 5. §. 1. fo.
20. in uerbo seruitutes, qui dicit idem de seruitiis, quæ debentur alicui domino, q numerentur inter immobilia, & propterea redditur satis dubia hæc q. nisi fortè diceres illa procedere
in utili domino feudi, qui plus habet quàm tutor, & non propterea q requiratur decretum, uera alienatio & propriè de re
immobili dicitur sed impropriè, ut supra, impositio seruitutis, cogitabis in prædictis cum casus in facto obtigerit, nam si
non esses casus d. legis dicta opinio satis de iure posset teneri
&c. quam simpliciter uidetur secutus And. in c. 1. num. 11. col.
5 3. de contr. feu. apud pares ter. Circa † secundum dubium, q
non solum quando est quæstio inter personas ecclesiasticas de
re ecclesiæ secundùm opinionem Affl. hic, sed etiam quando
clericus comparet & allegat suum interesse principaliter, q
debeat causa remitti, affirmat Dec. in consi. 699. ultimo suorum consiliorum, & ibi Rec. quod procedit, etiam si citetur, si
sua putauerit interesse, nam si comparet & allegat suum interesse principaliter, & tunc si non fit remissio acta nulla, con-
6 cludit Gramma. in dec. consilii 61. immo plus † Decius in dicto consi. 699. decidit, q in datione curatoris, quæ prætenditur fieri alicui mentecapto, vel furioso, vbi tractaretur de ecclesiæ præiudicio, non posse fieri coram iudice laico, & sic tenet contra doctr. Bal in l. test. omnia C. de test. volentis q quã
do venit facienda insinuatio testamenti, potest citari clericus
coram iudice laico. item contra doct. Ang. in l. 1. § hæc stipulatio. col. 8. ff. si plus qu. per le. Fal. volentis etiam, q in confectione inuentarii possit clericus citari coram ipso iudice laico, et
q clericus sit legatarius. Iason verò in d. l. testam. omnia. relatis opinionib. omnium loquit in casibus prædictis tutius fore
ex cautela Capo. istam citationem fieri debere per iudicem
ecclesiasticum hoc modo, videlicet q clericus compareat coram iudice laico ad dicendum quæ prætendit in hoc tali negotio, & certè bona cautela est, quam secutus fuit Paris in tract.
rein. f. 123. in feudis, sed tamen quidquid sit, ego semper vidi
in praxi vigere in sacro consilio, q quando citatur clericus in
dicta confectione inuentarii tanquam legatarius, vel creditor
7 immo quando citaretur ad aliquam concurrentiam † in concedendo debitori dilationem quinquennalem iuxta signata
supra in decisi. 238. in tertio, quòd non potest petere remissionem ad iudicem ecclesiasticũ, quòd habui in facto inter alios
casus, in quadam causa cuiusdam Anibalis de Aleaio cũ suis
creditoribus, vbi clericus in dicta causa petebat remissionem
prædictam ad iudicem ecclesiasticum, fuit tandem per sacrũ
consilium concessa dicta dilatio quinquennalis, & aliter non
fuit facta remissio petita, & istud de an. 1556. actuarius Hie-
8 ronimus Bozzauotra, quod etiam recipitur † quando clericus
citatur ut autor laudatus, & petit causam remitti ad ecclesiasticum, nam sacrum consilium non remittit causam, sed procedit cum laicis principalibus remisso clerico tantummodo autore laudato, Dec. in d. consi. 699. Capic. in dec. 197. Gramma.
9 in decisio. 21. Boerius in decisi. 69. imò † plus in facto obtinui
in quadam causa magnificorum Lucii, & Fabii de Loffredo
cum illis de Mansella, quòd remisso clerico conuento, & tunc
possessore bonorum, quòd si mox clericus bona prædicta tẽ

per

per eum possessa alienauit in aliquem laicum, qui conueniatur iterum ad bona prædicta, quod si hic laicus laudet in autoré clericum venditorem, non fiat remissio, sed procedatur in iudicio cum laico nunc possessora remisso clerico, ut sup. & hoc in an. 1553. Cuius causæ actuariusque in sacro consilio Ioannes Petrus Ibenus &c. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCLXXXI.

De compensatione aduersus instrumentum liquidum & iuratum non opponenda. Et de expensis liquidè non probatis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio compensationis an possit contra instrumentum liquidum, & iuratum opponi.*
2 *Iuramentum in specifica forma seruandum.*
Bartoli opinio contra gl. tenentis damnata.
3 *Canonistis in iuramenti materia standum.*
4 *Perseuerantia animi præsumitur.*
Expensæ quando non ueniant in debiti compensatione.
5 *Renunciari iuri de futura ex pacto potest.*
6 *Compensatio liquidi ad non liquidum vana.*
7 *Testes de eorum credulitate & iudicio deponentes non probant.*
8 *Iuramentum quomodo censeatur in hæredes transire?*
9 *Heres defuncti iuramentum non obseruans, ad quam pœnam accusari possit.*

QVædam Hippolyta Munda egit contra filios hęredes quondam notarii Baldasaris de mõte, virtute publici instrumenti mutui ducatorum centum triginta mutuatorum per dictam Hippolytam dicto notario Baldasari, quos promisit restituere in certo termino iã elapso sub hypotheca expressa omnium bonorum suorum, ac renunciatione omnib. exceptionib. & signanter exceptioni compensationis, & iurauit &c. in forma. Et antequàm dictus notarius Baldasar soluisset dictum mutuum, mortuus fuit superstitib. eius filiis & hęredib. qui conueniuntur assistentia & appretio, & adiudicatione nonnullorum bonorum dicti debitoris. Illi hæredes opponunt exceptionem compensationis, quia dicunt, quod dictus eorum pater fecit expensas in alimentando dictam Hippolytam pluribus annis, uel opponunt exceptionem solutionis dicti debiti propter dictas expensas. Quęsitum fuit in Consilio de duobus. Et primò, † utrũ
1 contra dictum instrumentum liquidum & iuratũ possit opponi exceptio compensationis. Secundò, utrum dictę expensę sint taliter probatę, quod possit dici, quod liquidè sint probatę, ut possit dici, quod cesserunt in solutionem & satisfactionem dicti debiti. Ad primum dubium fuit dictum, quod licèt Bar. in l. amplius non pet, ff. rem ra. hab. teneat, quod non obstante iuramento possit opponi compensatio, per rationes, quas ipse allegat, quas causa breuitatis omitto, & eum sequuntur Ang. & Raph. Cum. ibi. & Io. Fab. in §. in bonęfidei. Insti. de act. & Bal. & Abb. Sic. in c. ad nostram. de iureiur. & c. cũ dilectus. 1. col. de ord. cog. & Io. de Imo. in l. Iulianus. la 3. ff. de cond. & dem. & Alex. in 7. vol. cõs. 12. uiso themate. ultima col. Tamen contrarium tenuerunt Io. And. & communiter Canonistę, & Io. de Imo. in d. ca. ad nostram. respondendo motiuis Bar. & Io. de Anan. & Marianus in c. quędã.
2 de iureiur. † & dicit Fely. quod communis opinio est, quod iuramentum debet seruari in forma specifica, & sic, quod non possit opponi compensatio, in d. c. ad nostram. Et idem tenuit Alex. in 2. uol. cons. 91. in cip. uisis actis, in 3. col. vbi dixit, quod in hoc opi. Bar. est damnata, quia contra eum tenent glo. & communiter omnes in d. c. ad nostram, & in d. cons. alleg. etiam iura & rationes pro ista parte. Et sacrũ
3 Consilium approbauit opin. Canonistarum, † quia in materia iuramenti standum est Canonistis, secũdùm dict, quam ponunt doctores in c. 1. de ope. no. nunt. Et tantò magis; quia illæ expensæ partim probantur esse factæ ante instrumentum, & partim post instrumentum, licèt non appareat esse probatum de certa quantitate. Et ad hoc bene facit id quod dicit do. Bar. Soc. in recollectis suis in d. l. Iulianus, in fi. quod si eo tempore, quo quis iurat soluere creditori suo, ipse erat creditor in alia manu sui creditoris, & debita erant hinc inde compensabilia, & tamen iurauit soluere, uidetur se obligare ad non compensandum, arg. d. c. ad nostrã, & c. debitores. eo. tit. Secus dicit, si debitum superuenit ex post facto, & ita etiam dicebat Tindarus in suo tractatu, de compensationib. in 7. charta, & sic si fecit post instrumentum expensas, uidetur fecisse eo animo, quo illas fecit ante instrumentũ,
4 † quia præsumitur animi perseuerantia. l. cum hic status. §. 1. in fi. ff. de don. inter uirum & uxorem. l. cum tacitum. ff. de probatio. c. cum Marthe. de celebra. missa. c. maiores, de baptismo. & sic si non animo compensandi fecit expensas ante instrumẽtum, minimè præsumitur fecisse expensas post instrumentum animo compensandi, maximè cum nunquàm dictus Baldasar tempore suę uitę dixit, quod animo cõpensandi fecit ipsas expensas. Et idcò compensatio non fit ipso iure, nisi ope exceptionis, secundùm ueram opinionem, de qua in l. 1. ff. de compensat. per Bart. & alios. Et tantò fortiùs; quia factum fuit pactum in dicto instrumẽto mu
5 tui, quod non possit fieri dicta compensatio, † cũ iuri de futuro ex pacto potest fieri renuntiatio; ut dicit Bar. in l. sed & si quis. §. quæsitum, ff. si quis cautio, & Alex. in l. 1. C. de pact. Spec. in tit. de renun. & concl. §. nuersic. quid si quis. & ibi Bal. & tantò fortiùs propter iuramentum, quod est in dicta renuntiatione, secundùm doct. in d. §. quæsitum, & Bal. in l. pactum. 9. q. C. de coll. cum conc. Ad secundum dubium fuit conclusum per dominos de Consilio, quod dictæ expensæ non sunt liquidè probatæ, nam non apparet, quantum fuerunt expensæ, & pro quibus personis singulis diebus, nec quanto tempore factæ fuerunt, nec con-
6 stat ad quantum ascendunt dictæ expensæ. † Et de liquido ad non liquidum non potest fieri compensatio, ut in l. fi. C. de compensa. & paret etiam in allegato, c. ad nostram, & sic non facta prius liquidatione, non potest fieri compensatio, quando deberent admitti, per l. 2. C. de sent. quæ sine certa quant. Nec obstat depositio aliquorum testium deponentium de quantitate expensarum, quia illi testes deponunt de eorum credulitate, & iudicio,
7 † & sic non probant, ut dicit Bald. in l. solum. & l.

testium.C.de testi.& not.Bar.in l.2.§.pen.post gl.
ff.de aq.plu.arc.etiam si dicerent,se pro certo cre-
dere, secũdùm Bal.in l.siue possidetis, C.de proba.
& in Spec.de teste.§. 1. uer. item q̃ si deposuit de
credulitate. Et ideo fuit uotatum, q̃ non habet lo
cum dicta allegata compensatio contra dictum in
strumentum liquidum iuratum. Nec obstat, q̃ iu-
ramentum præstitum in dicto iuramento per di-
ctum Baldasarem est personale quantum ad spi-
8 ritualitatem, † & non ligat animam hæredis sine
suo consensu, ut no.gl.24.q.1.in summa.& 1.q.4.
in summa.& firmat Car.Flo.in cons. 137.circa fi.
& habetur in c.ueritatis, & ibi.Abb.Sic.de iureiu.
ubi alleg.Io.And.c.fi.de sepulturis.ubi hęres ratio
ne iuramenti pręstiti per defunctum, non potest
conueniri in foro ecclesiæ. Quia uerum est quan
tum ad reatum periurii, sed quantum ad obseruã
tiam iuramenti, iuramentum transit ad hęredem,
maximè quando iurauit pro se, & hęredibus, vt di
cunt doct. in d.c.ueritatis, & tenet Bar. in l. cum
9 quis decedẽs.§.codicilli.ff.de leg. 3.† oportet enim
hęredem stare ei, quod iurauit defunctus, ut dicit
And.in cõstit.Regni.eos, qui scienter, hæres ergo
ciuiliter ad pœnam potest accusari, si non obser
uat id, quod defunctus iurauit, non autem cri-
minaliter potest accusari de periurio ex iuramen
to defuncti, ut ibi plenè per And.& Bart. in l. 1.ff.
de priuatis delictis.

ANNOTATIO.

IN DECISIONE CCCLXXXI.

1 *Debitor qui iurauit soluere non possit compensationem obiicere, sic debitor qui cum iuramento promisit usuras.*
2 *An possit dicere, quòd in fructus sors principalis excomputetur.*
3 *Consanguineus petens retractum, an in solutione pretii valeat obiicere compensationem.*
4 *Aduersus obligationem penes acta an possit compensatio opponi, vel instrumentum præsentari secundum formam ritus, & an compensatio possit opponi in causa appellationis.*
5 *Iuramentum an obliget vniuersitatem, quòd non, sed tantum particulares iurantes siue promittentes, ubi etiam an liget hæredes, ubi etiam, an hæredes possint conueniri, quando defunctus iurauit pro se, & hæredibus.*

1 VT vides, Affl.hic dicit, per † sacrum consilium fuisset ap-
probatam opinionem canonistarum, q̃ etiam existẽte de
bito liquido, de quo petatur fieri compensatio, q̃ non posit
fieri, quando debitum fuisset promissum cum iuramento. hic
etiam opinionem uidetur secutum sacrum consilium supra in
dec.163.cum modificatione opinionis nostri Affl. tantum, si
debitor fuisset pauper, hanc etiam opinionem, q̃ non admitta
tur compensatio aduersus debitum iuratum, fuit amplexus
Goza.in consi.69.uidetur ubi nonnullos in hoc articulo scri-
bentes pro vtraque parte infert, tandem magis communem
prædicat contra Bart.ubi etiam q̃ quando debitum non fuis-
set liquidum, q̃ nullatenus compensatio peti possit, & de em-
5 *Inſtitutio hęredis extranei in feudis eſt nulla ſine aſſenſu.*
6 *Intellectus l ſi ego.§.ſi res ff.de iure dotium.*
7 *Feudi nullus habet dominium ante delinquentis con-
demnationem.*
Spes in condemnationis caſu non conſideranda.

DVbium nouum incidit in Conſilio,& pro ho
neſtate taceo perſonas, maritus habet feudũ
paternum nobile , uoluit occidere fratrem ſuum
carnalem proditoriè, & uenit ad actum proximũ,
ita quòd per eum non remanſit , & aufugit , uxor
ſua, quæ ſibi dedit magnam dotem,prout apparet
per inſtrumentum dotale , in quo ſunt obligata
omnia bona etiam feudalia reſeruato Regio aſſen-
ſu , petit Regium aſſenſum ſuper obligatione bo-
1 norum feudalium pro dicta dote & antiphato. † di
cit fiſcus Regius, quòd non debet præſtari dictus
aſſenſus , quia feudum eſt deuolutum propter di-
ctum delictum fiſco , ſecundùm unã opin.in cap.
1.an ille , qui interfecit fratrem domini ſui , & eſt
capitulum regni , quod incipit.ad maieſtatis no-
ſtræ. quod uult , quòd ſi feudum obligatum pro
dote in genere ſine Regio aſſenſu peruenit ad fi-
ſcum,liberè peruenit ſine obligatione.Nec obſtat.
l.ſi ego. §. ſi res. ff. de iure dotium. ubi imponitur
neceſſitas hæredi adimplen. quod defunctus fecit
2 fauore dotis, † quia fiſcus non eſt hæres delinquen
tis, quãdo propter dictum ſuccedit in eius bonis,
ut in l.quoties. & l.nouatione.ff.de no. docto.in l.
ſi marito.ff.ſoluto matri. Bal.in l.ſancimus.§.cum
autem.C.ad Trebel. & Bald.in l.3. C.ad l.Falci.&
in l.tam mandatori.C.de non nu. pecu, & in l.exe
cutorem.in 57.colum. C.de execut.rei iudi. & di-
cit Bald.in c.1.qui ſucce.tene quòd fiſcus non eſt
hæres, quando ſuccedit delinquenti , ſed clarius
hoc dicit Bar.in conſ. 566.incipiente, Salamanus
de Spoleto,in fi.not.Bart.in l.inter eos.§.fi.ff.de fi-
3 deiuſſo. † Dicit frater, feudum paternum , ſecun-
dùm aliam opin. propter dictum delictum apertũ
eſt agnato proximioris,id eſt fratris,ut in dicto c.
1.& ibi.per And.& alios ſcribentes,an ille,qui in-
terfecit fratrem domini ſui.& no.in c.1.ſi uaſallus
feu.priuetur.& habetur in c.ſi uaſallus.ſi de feudo
fuerit cõtroue.inter do.& agna.et in c.fi.qui.mod.
feu.ami.& uoluit Andr.in c.1.de alie.feu.pater.&
& in c. 1.ſi uaſallus feudo priuetur. ubi ſi feudum
eſt paternum, & uaſallus cõmittat culpam non re
ſpicientem directè dominum , feudum redit ad
agnatum.firmat Alex. in conſiliis ſuis , in 1.uolu.
conſi.30. incip. quoniam omne datum optimum
&c.& in 3.uolum.conſil.60.quod incipit, uiſis du
bitationibus uerſic.circa 4.dubiũ , & in 5.uolum.
conſil. 26. & maximè hic procedit per duo capi-
4 tula ciuitatis Neapo.conceſſa per Catho M.ſunũ,
quòd feuda & bona non debeant confiſcari niſi
pro crimine læſæ maieſtatis,ſecundùm quòd Rex
aſſentit obligationibus bonorum feudalium pro
dotibus mulierum Neapolis. Et ideò poſtquam
feudum eſt ei apertum,ſcilicet agnato, non poteſt
præſtari aſſenſus in obligatione feudi , quia tunc
feudum non eſt mariti,ſed fratris, ut dicit And.in
l. Imperialem. in princ. de prohibi. feudi ali. per
Federi & pro hoc bene facit l.bonorum.ff.rem ra-
tam habe & in l ſi aliena res. ff.de pig. actio. cum
concord. nam quando feudum eſt alterius , non
ualet aſſenſus in præiudicium eius , ut in iuribus
præal.& dicit hoc etiam Andr. de Iſer.in c.primo.
§.donare.qualiter olim feu.ali.poterat.

Nec obſtat, ꝙ fauore dotis poteſt impetrari aſ-
ſenſus,poſtquam feudum apertum eſt hęredi, per
d.l.ſi ego.§.ſi res.quia dictus frater uenit ad feudũ
non tanquam hęres,ſed ex diſpoſitione. c.1.an ille
qui interfecit fratrem domini ſui , & ſic eſt dare
caſum , ꝙ in feudo hæreditario frater ſuccedit in
feudo uirtute d. c. 1.an ille qui interfecit &c. non
erit hęres fratris, quia non habet feudum à fratre,
ſicut quando frater ſuccedit fratris in feudo anti-
quo hęreditario contra teſtamentum fratris , in
quo inſtituerat hæredem extraneum in omnibus
5 bonis ſuis burgenſaticis & feudalibus, † & inſtitu
tio hęredis extranei ſine regio aſſenſu eſt ipſo iure
nulla, per c.1.in princip.de ſucceſſ.feudi, & frater
habebit feudum hæreditarium , non ut hęres fra-
tris, ſed ex diſpoſitione iuris, & ille hæres extra-
neus erit hæres uniuerſalis in burgenſaticis , & nõ
in feudo,per ea,quæ habẽtur per And.in cap. 1.§.
hoc quoque. de ſucceſ. feu. ſicut ipſe alienans in
Regno poteſt reuocare alienationem ſine conſen-
ſu domini per conſti. Regni , conſtitutionem. ita
proximus agnatus,ut dicit And.in cap.1.de uaſal.
qui contra conſtit. Lotharii , & expreſſè hoc fir-
6 maui in d §.hoc quoque in 2.not. † Item pro parte
dicti agnati ſatis facit,ꝙ d.l.ſi ego.§.ſi res.non ha-
bet locum,quando obligati feudum pro dote , nõ
eſt eius hęres,ut ſuprà dictum eſt,ſed uenit ex le-

gis

gis dispositione tanquam agnatus, ut dicit quędã apostilla antiqua in libro quondam domini Antonii de Alex. dicit uxor, assensus fuit reseruatus in obligatione bonorum feudalium, uiuis contrahentib. potest impetrari assensus, ut dicit An. in d. l. Imperialem. nunc maritus meus uiuit, igitur &c. Nec obstat delictum prætensum mariti, quia adhuc maritus non est conuictus, nec condemnatus de dicta prętensa culpa. Ideo ante condemnationem
7 ipsius potest impetrari assensus, † quia nullus habet dominium dicti feudi ante condemnationem, per ea, quę dicit And. in ca. 1. de feudo sine culpa non amit. cum concordan. & sic non tractatur de interesse formato alicuius, sed tantum de spe in casu condemnationis, quæ spes non est in considera tione, ut dicit Bart in l. is potest. 2. col. ff. de acquir. hære. non enim aliquid debet dici tale, ex eo, quòd
8 potest contingere tale. [a] l. 1. ff. de in litem iuran. ff. de fideicomm. libe. l. 1. secundùm dominos de Rota decis. 433. incip si legatus Apostolicus &c. Tandem fuit conclusum, quòd dictæ uxori præstetur assensus Regius super obligatione dictorum bonorum feudalium iuribus dictorum fratrum semper saluis & etiam iurib. fisci. Et ita posteà expeditum fuit per cancellariam Regiam assensus.

ADDITIO.

a *Potest contingere tale.)* Adde ꝙ in iure semper causa immediata, & non ꝙ euenire potest, per tex. in dicta l 4. quæ incipit, ergo. primo responso. ff. de fideicomm. liber & Calde. in consi. 85. thema tale est. in 1. col. dicens, quantò est causa proximior, tantò magis influit, & potest sapere causatum, quia secundùm Iurists, proxima cuiuscunque rei causa semper attenditur, alleg. bona iura in l. pen. ff. de condict. ob causam. l. cum de hoc. ff. de excep. rei iudi. l. si mulier, cum de uita uiri. ff. rerum amota. Thom. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXXXV.

1 *Mulier aperto feudo ob delictum viuo marito potest impetrare assensum, sed in mulieribus Neap. tam pro dote quàm antefato intelligitur assensus præstitus, vbi etiam an dictus assensus extendatur ad feuda, quæ a Barone tenentur.*

2 *Assensus quid potest impetrari fauore dotis post mortem, an detur non solùm mulieri, sed etiam filiis tale priuilegium vbi si bene D. Freccia vsque nu 3.*

4 *Patrato delicto per fratrem, an feudum paternum vadat ad dominum, vel ad agnatos, vbi etiam quid in feudo hæreditario, a num. 3. vsque ad quartum articulus discutitur.*

5 *Quando frater interficit fratrem, feudum perditur. quid si tirannicè ipsum tractauit.*

6 *Fiscus quando capit bona delinquentis, non est hæres, sed possessor bonorum, ideo tenetur quantum ad eum de bonis peruenit etiam quòd non confecisset inuentarium vbi etiam si potest conueniri priusquā fiat discussio contra tertios bonorum possessores.*

7 *Fiscus dicitur succedere non per repræsentationem personæ sed ob ipsius anihilationem.*

8 *Uxor si reperiatur in possessione bonorum mariti, valet impedire fiscum facientem ipsorum incorporationem.*

DEciditur, ꝙ aperto feudo paterno fratri, seu fisco ob delictum fratris uolentis occidere fratrē proditorem, quòd uxor viuo marito valet assensum impetrare pro suis dotibus in feudis, adde circa primum, ꝙ quando sumus in mulierib.
2 Neap. † habentibus instrumenta dotalia confecta Neap. cum reseruatione regii assensus in feudalibus ex quo, per ca. regis catholici nu. 22. fol. 58. & nostri Imperatoris Caroli V. f. 175. quod etiam loquitur de antefato, disponentia quòd intelligatur pręstitus dictus regius assensus in feudalibus fauore dotis. hæc disputatio minimè uidetur necessaria, ex quo uirtute dictorum capitulorum bona ipsa feudalia mariti cēsentur obligata, tam pro dote, quàm antefato, ut supra & fuit mihi in facto decisum in quadam causa mag. de Gallo dominorum Castriore cum mag. Camilla Galeota, ann. 1558. cuius causæ actuarius fuit Cæsar de Caro. in sac. consil. licèt quoad subfeuda, quæ a Barone teneantur, dictus assensus non intelligatur præstitus secundum D. Marinum Frec. in suo tracta. de subfeu. fol. 128. 129. de quo cap. multa per Camerarium in l. imperialem fol. 81. & primò ꝙ dictum cap. extendatur ad cōtractus celebratos extra ciuitatem Neap. ad bona feud. soceri procedere etiam in casu inopiæ, & assecurationis, & in antefato, sed ꝙ non extendat uires in hipotheca tacita, si non adesset instrumentum dotale, hoc fol. 55. in litera h. sed bene procedere ad feuda, deinde per uirum quæsita, & hoc fol. 58. Item ampliat ad dotem confessatam iuxta tex. l. in contractibus §. illis securitatibus. C. de non nu. pecu. & sunt nuno. infra in deci. 402. bene uerum, quòd cap. ipsum procedit in subsidium, quando non sunt bona burgensatica, sed circumscripto cap. Neap. quòd hęres possit reuocare uirtu. cōstu. diuę memo. & ipse principalis, & hoc in d. fol. 91. in quo rogo ut aduertas, nam d §. si res. aliter dicit, quòd hæres cogatur consentire, nec Ias. in l. 3 §. 1. ff. de condi. ob cau. & in § Flauius. a prædictis dissentit fauore dotis. si igitur hęres cogitur consentire, assensus habetur pro præstito, nā quæ nobis inuitis fieri possunt, tanto magis nobis absentibus & ignorantibus, regula uul l. qui potest. de reg. iuris, habito consensu hæredis assensus regis, & si gratia fit, tamen cum iuste a rege petatur, & in causa dotis non negatur iuxta no. consti. reg. post litem, nec uidetur absonum consti. regni diuæ memo. recipiant hanc interpretationem, quòd existente d. §. si res, qui expressè uult, ꝙ non possit hęres reuocare, quòd in hoc casu consti. ipsa regni recipiat hanc interpretationem, cum iura non corrigantur, maximè in casibus specialibus, nisi expressè dicatur, auth. quas actiones. de sac. san. eccle. not. Alex. in l. si cōstante 1. col. solu. matri. posteriores a prioribus. l. nam posteriores. de legi. cum aliis uul in l. sciendum, qui satis. coga. dicendum consti. diuæ mem. in hoc casu debere consentire, super quibus maturius cogitani, nam ipse fuit locutus contra infras. doctio. igitur clarius quæro. Sed quando sumus extra prædicta cap. Neap. concessa, ꝙ assensus ipse ualet impetrari post mortem in causa dotis, hæresq; teneatur stare contractui, line obligationi bonorum feud factæ per defunctum, late consuluit Dec. in consi. 35. præstantissime. in fi. cum consilio seq. vbi per prædicta etiam concludit, hęredem non posse dotem constitutam a patre diminuere etiam causa de dominio, ipsius dotis fauore hæres debent stare ad illud, quod fecit ipse defunctus, per d. § si res, sequitur ista Parisius, de hac decis. faciendo mentionem in consi. 14. decimo sacri consilii. 20 princ. 1. uol. & paris in tract. rei. fol. 146. & Hipp. in sing. 44. mandatum. ibi d. §. si res. ad alium propositum inducit, ꝙ licèt morte mandantis expiret mandatum. l. mandatum. C. man. cum simi. tamen illud fallit in causa dotis, & sic in causa pia; quia non finitur morte, nam mandatarius etiam defuncto mandante re integra ualet mandatum adimplere, quod sequitur Crem. in sing. 544. mandatum, & Lupus in rep. c. per uestras. de dona. int. virum & uxo § 54 vbi etiam dicit ualere pactum, quòd socer promittat genero æqualem facere cum aliis suam filiam, contra l. pactum, quod dotali. de pactis, sed latius hæc Loffre. in consi. 31. qui plus loquitur, hoc priuilegium non tantum fore concessum mulieri, & doti, sed etiam hæredibus mulieris, & non solum filiis, sed extraneis, iuribus ibi per eum citatis, cū quibus pertransit Ias. in l. 3. ff. de condi. cau. data & non secu. Dec. in l. eius qui in prouincia. §. 1. ff. si cer. peta. col. 1. sed contra hos insurgit D. Marinus in d. loco, fol. 112. nu. 23. concludens hoc priuilegium non solum esse personale, sed etiam nō extendi ad antefatum, contra quem salua pace mei patris puto affirmandum, ex quo ut declarat tex. d §. si res. hoc priuilegium conceditur doti, dum sequitur fauore dotium, & non ipsi mulieri, iuxta tex. l. dabimus. ff. de priui. credi. cum similibus citatis per Dec. & Loffre. in locis supra adductis, quòd maximè uidetur amplectendum respectu filiorum, cum in eis omnia priuilegia dotis etiam prælationis transferantur. l. 1. C.

de priuileg.do.notat Nicol.in tract.de pigno. in quinto mēbro secundæ partis.nu. 94.fol.43. nam cum parificata sit conditio dotis, & antefati iuxta tex. in authen.de æquali. dotiū. §.illud.posita in l.fi.C.de iu.dotium, nisi quò ad priuilegium prælationis l.assiduis.§.fi.C.qui potio.in pignu.hab. & fuit dictum supra in decisi.291.& uoluit idem D.Marinus in d.loco fol.121.nu.18. & propriè in subiecto feud.d.l.si ego. §. si res, igitur non uideo rationem differentiæ inter dotem, & antefatum, & quare quod seruatur in uno non debeat in alio obseruari,& custodiri,cum ipse tantus pater aliquam rationem diuersitatis non afferat, contentus tantum autoritate eiusdē D.Ioannis de Capua. & pro hoc adducit Loffred. in d.consil. 31.quem si bene fuit intuitus dicit totum contrarium dē eo, quod ipse inducit, seu allegat. uoluit ista Capi. in decisi. 12 f. qui allegat Bald.Nouellum in tracta.dotium 50.speciali in 6. parte,immo plus,quod successor regis non ualeat hæc reuocare, igitur dicendum,ut supra,cum quibus sunt inspicienda signata supra in decisi. 171.

A Circa uerò aliud, quod patrato † delicto per fratrem uolentem fratrem interficere, feud.paternum ad agnatos deriuetur, & non ad fiscum. uera est conclusio,& ratio est,quia delictum, seu culpa non respicit directò personā domini, immo quando delictum directè domini personam respiceret,agnatos non priuari feu.paterno. scilicet ex pacto, & prouidentia ; affirmare uidetur And.in d.§ præterea, quæ sit prima cau.bene.ami.2 nu. 15. usque 16. idem in d.c.1.§. si fratrem suum.an ille qui interfecit fratrem &c. sed contra tenet Curtius in tract.feu.in ultima parte.fol. 43. & sunt annotata supra dec.361.& insuper si placet aduertas,quia tota ista discussio procedit in feu.antiquo, idest in dicto feudo concesso pro se & liberis,secus in hæreditario,quia in eo ex delicto tenentis feu.agnatus excluditur. Bar.in l.in eum post Cy. ff.de interdictis,& relega.declarat Alex.in cons.1.col.penul.5.uol. sunt alia concor.per Loffre.in cons.1.nu. 161.sequit Gram.in decis.consilii 77.nu. 5.licet in repititione dubiorum in prædictis,& maximè nu.13.uideatur terminos confundere.& ex prædictis satis hæsito de eo quod Afflic.uidetur concludere, hunc fratrem posse uenire ex dispositione dicti.capi.primi, an ille qui interfecit.existente hoc feu.hæreditario, in quo culpa unius alteri obest, ut supra & fuit etiam notatum in decis. 248.ad hæc etiam uide Rūinum in consi.37.5.uo. concludentem,

5 fratrem interficientem fratrem non † solum priuari feudo, ut supra sed etiam si tirannico more ipsum detineat. Et

6 circa illud qđ notatur † hic in 1.col.quod fiscus quando capit bona delinquentis non sit hæres,conueniunt nota.per Ancha.in consi.317.ex prædictis.col. si.qui per tex l.primæ §. an bona. ff.de iure fisci, diffinit, quòd quando fiscus apprehendit bona alicuius delinquentis,non censetur hæres,sed possessor bonorum,& per consequens etiam si non confecit inuentarium, non obligatur ultra vires hæreditarias,cuius sententiæ est Bal. etiam in cons.359.quemadmodum imperator, qui ait, fiscū hæredem anomalum,& quod possit conueniri,antequam fiat discussio contra tertios bonorum possessores. nam semper soluendo, quod ultimum est contra notata supra in decisi.88. ubi si fiscus posset dari in fideiussorem,& non propterea etiam in eo, qđ Bald.ibidem concludit, fiscum posse conueniri, priusquā fiat discussio,quod eius dost. est contra illa , que consuluit Abb. in consil.29.in quæstione præsenti 2.col.nu.4. ubi decidit, fiscum facta bonorum publicatione non fore hęredem,sed suc-

7 cessorem vindicet † nō per repręsentationem personę,sed per ipsius personę annihilationē,& posse agi cōtra tertios bonorū possessores nulla facta discussione , sed cum opi.Bal. conuenit Corneus in consil.190.ad euidentiam.col.3.in litera R.primo uolu.ea ratione:quia quasi hæres , & semper soluendo. igitur primò debet conueniri,conuenit etiam Calca.in consil.66.& uide pro ueritate,quæ notaui in dicta decisi.88.& 318.& Gulielmum de Benedictis in ca.Raiuutius,in uerbo,vxorem nomine Adelasiam.in uerbo testa.num. 10. fol. 128. & Alex. & scrib.in l.a marito ff.solu.matri.1.col.vbi dicit,vxorem reper-

8 tam in possessione bonorum † mariti impedire fiscum facientem incorporationem bonorum mariti. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCLXXXVI.

De legitimatis in ecclesiastica succedentibus emphyteusi concessa sibi & suis hæredibus & successoribus.

SVMMARIVM.

1 *Legitimati an succedat in ecclesiastica emphyteusi concessa sibi & suis hęredib. & successorib us.4.*

2 *Substitutio, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus , an excludat substitutum propter spurium legitimatum.*

3 *Spurius an possit legitimari ad feudum ecclesiasticum.*

5 *Emphyteusis concessa , & successoribus quibuscunque, an transeat ad hæredes extraneos.*

6 *Inuestituræ defectu recurritur ad consuetudinem præscriptam.*

7 *Ecclesiastica res potest in emphyteusim concedi ad hęredes quoscunque.*

8 *Legitimationis materia est de iuris apicibus.*

IN causa petitionis unius uiridarii factæ per filios legitimatos quōdam Raynaldi Scartelli , qđ dicunt ad eos spectare, ut hęredes dicti Raynaldi, quod uiridarium peruenit ad excellen. comitem Mataloni ex causa partis dotis cōsignatæ per principem Bisignani pro sua sorore uxore filii primogeniti dicti comitis Mataloni, ad quem principem peruenit titulo oneroso pro debito duorum millium ducatorum, ad quos erat debitor domi. Raynaldus. Fuit excitatum in consilio ante nouellam pragmaticam Catholici Regis uolentem, quòd possessores, qui titulu Regis Ferdinandi primi possident,non molestentur. Si d. uiridarium fuit concessum in emphyteusim per monasterium sanctæ Mariæ dominæ reginę dicto Raynaldo & suis hę-

1 redibus & successoribus. † An dicti filii legitimati per Regem Ferdinandum primum possint succedere in dicta emphyteusi ecclesiastica ? Et profectò istud dubium est pulchrū , & ipsum tetigit Iaso.in l. 2. in col. 150. vers. 19. quæro &c. C. de iure emphy. vbi dicit, pone quod aliquis recepit emphyteusim pro se & filiis suis legitimis , nunquid ueniant filii legitimati , & sic nunquid intelligitur recepisse pro filiis legitimis. & concludit , quod non , allegat Bald.in l.fina.C.de his,qui ueniam æta. Idē dicit Alexander in primo uolū. consil. 2. & consil. 94.col. 3. & in 2.uol. consil.60. colū. 2. & consil. 87.col. 2.Io. And. & alii scribentes in cap. in præsentia.de probationibus.& dicit,quod istud dubiū qđ

2 ipse tetigit, dependet ab illa ardua qōne, † nūquid si sit facta substitutio alicui, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus, excludat substitutus pp existentiam filii spurii legitimati . & istam quęstionē bellissimè disputauit Angelus in disputatione sua incipiente , nobilis quidam genere. cuius motiua, ne sim prolixus in referendo, quę per alios scripta sunt, non refrico, quia illa refert domi. And. Barb. in repeti. l. cum acutissimi . in 37. charta , & seq. C. de fideicommissis , quæ est impressa , & ibi etiā dicit , quòd legitimati filii in dicta q. nun ueniunt in emphyteusi , in 42. char. in 1. col. & ibi multa dicit de materia legitimationis, tamen multi doct. tenent , quod filius legitimatus non excludit substitutum, ut tenet Io. Cal. in tit. qui filii sint legi. in consiliis suis, & firmat Bald. in l. Lucius. ff. de hęred. instit. & in l. si ita quis §. is cuius. ff. de lega. 2. & in l. si quis posthumos. ff. de libe. & posthu. & Salice. in l. cum autem. C. de iusti. & subst. & Io. de Imo. in l. ex facto. ff. ad Trebellia. Bald. in l. Gallus. §. si eius. & ibi. concor. ff. de libe. & posthu. & in l. eam quā.

Iii circa

circa medium. C.de fideicom. licèt Ale. prò & cō
3 trà consuluit.† nam in 1.uol.consi.2. post argumē
ta prò & contrà concludit, ꝙ legitimatus excludit
substitututū, Cōtrarium dicit in 1.uol.cōs.25.in 3.
col.qñ testator esset nobilis,uel honesta persona.et
idē in con.67.col.3.et consilio 94. & tantò magis,
quia Rex secundùm unam opinionem non potest
legitimare quò ad bona emphyteu. ecclesiæ, quia
Imperator non potest legitimare spurium ad feu-
dum ecclesiasticum,licut nec Papa ad feudum,qđ
tenetur ab aliquo domino temporali, de quo in c.
per uenerabilem.qui filii sint legiti.& ibi plenè per
Io.And.Anto.de But.& Præpositum. & no.Bal.in
consulta.diualia,C.de testam.& Bar.in l.qui in pro
uincia.§.diuus ff.de rit.nup.& Bal.in auth.ex com
plexu.C.de incest.nup.de quo plenè in dispnt.im-
pressa per D Martinum Carraium Laudensem,
quæ incipit, Angerius Seio eius patre feudatario
ecclesiæ consentiente legitimatus à comite Cæsa-
4 reo &c.† ubi inducit 20. arg.pro una parte, & 20.
pro alia, & concludit, quòd si feudum concessum
ab ecclesia patri non potest pater disponenere te-
stando uel alienando in extraneos hæredes, non
ueniunt illi filii legitimati etiam ad feuda, iuxta
not.in c.naturales.si de feu.sue.contro.secus si po-
tuit testando uel alienādo disponere in extraneos,
tunc ueniunt filii legitimati, ut ibi latius & diffu-
sius per eum, & sentit hoc do. Lud. de Sardis in
suo tractatu legitimationis in septima parte, quis
sit legitimationis effectus, q. 12.at in casu, de quo
agit,emphyteusis fuit cōcessa ipsi Raynaldo,et suis
5 hęredib. & successoribus quibuscunque, † & sic
transiret etiam ad extraneos hæredes, ut dicit Bal.
in feu.licèt non firmet pedes, in cap. 1. §.donare.
& ibi plenè dixi, qualiter olim feu.ali.pote.& in l.
Imperialem.in princi. de probib.feu.alie.per Fed.
& in l.1.q 34.& in q.42.& seq.ff.de rerum di. no-
tant scribentes in l. quædam. §.nihil interest, ff.de
edendo. postquam enim licèt dictum uiridarium
fuit alienatum dicto Raynaldo & eius hæredib. in
perpetuum, effecta est dicta res perpetuò aliena-
bilis in quoscunq;.ff.de leg.3.l.pater filium,§.quin
decim.& ibi per Bar. in l.1.§.contra quoque.C.de
impo.lucra.descri. lib.10.firmat hoc Pau.de Cast.
in consil. 135. incip. uiso instrumento cuiusdam
6 inuestituræ.† & si non constat de instrumento in
uestiturę, recurritur ad consuetudinem præscrip
tam, in capi.cum de beneficio.de pręben.lib.6.&
hodie ut plurimum cum decreto commissariorū
Apostolicè sedis ecclesiæ Neapolitanę concedunt
habito respectu ad ualorem rei, & sic quòd tran-
seat ad hęredes quoscunq;. igitur dicti filii legiti-
mati ex forma concessionis ueniunt ad dictam em
phyteusim, postquam legitimè facta est cōcessio
patri & quibuscunque hęredib.& hoc firmant ex-
pressè Ioan.de Imo. & Alexan. in l.quod dicitur.
ff. de uerbo.oblig.& melius in l.etiam.per Alexan.
ff.sol.mat. nam si potest in totum res ecclesiæ alie-
nari ob necessitatem uel euidentem utilitatem cū
decreto summi Pontificis, ut in ca. hoc consultis-
7 simo, de rebus ecclesi.non alie.lib.6.† multò for-
tius potest fieri concessio in emphyteusim, quòd
transeat ad hęredes quoscunque, nisi consuetudo
ecclesię aliter se haberet, secundùm Ang.in §.em-
phiteusim.allegato in glo.in d.l.etiam.& licèt Ale-
xan.ibi in d.l.etiam referat 5. opin. super illo du-
bio, an emphyteusim concessa tibi & hęredibus tu
is intelligatur solùm de hęredib. descendentibus,
uel etiam de extraneis, tamen ipse tenet suprà di-
ctam opin. & secundùm istam opin.uidi iudicatū
in Consilio regii Ferdinandi primi, quadam em-
phyteusi eccle.concessa seruatis seruandis,& cano
nicè sibi & hęredibus

Fuit iudicatum,quòd hæres testamentarius ex-
traneus succedit, & non ecclesia.hęc scripsi quan-
tum breuiter potui; quia uisum fuit mihi pulchrū
dubium. & quia non fuit uisa inuestitura, & pro-
pter dictam superuenientem pragmaticam dubiū
8 prædictum non fuit in consilio decisum.† Et quia
materia ista legitimationis est multum profunda
& prolixa, & doctores multa scripserunt in d. c.
per uenerabilem. Ideo remitto me ad cotas suprà
allegatas,& ad consilia Pet.de Aochar. & ad consi
lia Bald.& Alexan.ubi suprà.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXXXVI.

1 *Emphiteusis ecclesiastica concessa cum verbis quibuscun*
que hęredibus, an vadat ad hæredes extraneos, & le-
gitimatos.
2 *Quando reasus est ęquivalens rei concessæ ad emphiteu*
sim, petitur remissio, si res per totum.
3 *Sunt inspicienda verba priuilegii ad hoc, vt efficiatur, si*
legitimatus quis sit ab habente potestatem.
4 *Legitimatus an excludat substitutum, & an possit fieri*
legitimatio in pręiudicium prętendentium bona habere
stante statuto, quòd existentibus masculis fœmina non
succedat, si legitimati fœminam excludant.
5 *Agnati an sint citandi in ipsa legitimatione.*
6 *An legitimatio fiat in præiudicium eorum, quibus bona*
quæruntur ex consuetudine.

1 VT cernis, Affl †hic uidetur affirmare, hanc emphi.eccle-
siasticam uirtute illorum uerborum, quibuscunque hæ-
redib.transire ad hæredes extraneos, & per consequēs ad legi
timos, sed an legitimatus excludat substitutum, ipse non deci
dit, adde circa primum, ꝙ emphi. ecclesiastica decerptis istis
uerbis. quibuscunque hæredibus, dummodo fuerit facta cum
solennitatibus a iure requisitis, ꝙ uadat ad hæredes, etiam ex
traneos sunt annotati. supra in decis. 100. quid uerò significēt
hæc uerba, quibuscunq; hæredibus, sunt etiam anno. supra in
decisi. 335. in secundo dubio circa finem, & declarat Cotta in
verbo quibuscunq;, & vltra ibi notata, & post Alc. & scrib.
in l.Gallus.§.etiam si a parente. ff.de lib.& post. qui ita con-
cludit transire ad hæredes extraneos, latè decidit Soci. etiam
ad fiscum posse deuenire, in consi. 266. in causa quæ uertitur,
nu. 34. cum seq. quamuis Dec. in consi. 171. in causa. videatur
contrarium affirmare, etiam si in concessione fuissent adie-
cta hęc uerba in perpetuum, pro se, & hęredibus quibuscūq;,
quòd fuit secutus Carolus Ruinus, quando concurrerent ali-
quæ improprietates, quia fœmina & persona extranea, in l.
2. §. nunciatio. de op. no. nunci. quamuis in contrarium fa-
teatur esse communem, & amplè hæc approbat Goza. in
consilio 39. qui alios in medio huius sententiæ adducit, &
mouetur ii aa rationes, quia cum hæc uerba dirigantur ad
rem, de qua quis non potest disponere, igitur debent im-
propriari, scilicet quòd intelligantur de habilibus, & ratio-
nibus aliis multis, sed hic Afflict. meus autor aliter in præ-
dictis dixit in capitu. primo, §. donare. colum. septima. qual.
olim feu. pote. alie. quia aut hæc uerba, quibuscunque hæ-
re. proferuntur ab homine, tunc ad omnes, secus si a lege,
quem

quem uide, sed quidquid sit controuersiæ inter istos, ego sem-
per in obseruantia uidi uigere opinionem Afflic. q transeat
ad extraneos, quando concessio ipsa ad emphi. fuisset facta cũ
solennitatibus a iure requisitis, prout etiam consuluit Hie-
ronymus Gratus in consi. 128. 2. uol. & Alex. omninò in cons.
83. 7. uol. immo non solum transit ad extraneos hoc casu, sed
aliam ecclesiam, fuit conclusum supra in dec. 100. & rectè in-
tuenti, ii enim scribentes, qui uidentur contrarium dicere,
non uidentur ab istis dissentire, quando cum solennitatibus a
3 iure requisitis fuisset impositus reditus† æquiualens rei con-
cessæ ad emphi. sicut hodie communiter fit mediantibus ex-
pertis per cõmissarios apostolicos, nam censetur tunc aliena-
tio, quæ alienatio rei ecclesiæ cum possit in totum fieri cum
solennitatibus a iure requisitis, tanto magis potest res ecclesię
dari, & concedi ad emphi. cum redditu æquiualenti rei con-
cessæ, & conueniunt cum istis scripta per Alex. in consi. 6. uide-
retur 2. uol. ubi concludit, q quando fit solutio prædicta æqui-
ualens rei datæ ad emphyteusim, petitur, seu peti potest re-
missio, si res in totum perit, nec militat ratio aliorum, quos
refert Deci. in c. in præsentia. de probatio. col. 25. q quando
alienatio fit de re stabili ecclesiæ in totum, ecclesia ipsa habet
precium, secus quando fit concessio ad emphiteusim, quia ec-
clesia ipsa tunc non habet precium, nam dico patere respon-
sum, illam solutionem census, quæ fit annuatim ecclesiæ æqui-
ualentem res concessæ ad emphi. ut supra haberi loco precii,
& uenditia dicitur, Clemẽ. exiui de paradiso. in uerbo annui
3 redditus, cum simi. de uerb. sign. Circa secundum dubium † q
emphi. ecclesiastica non transeat ad legitimatum, est opin. De-
cii in d. consi. 171. etiam si adessent hæc uerba, quibuscunque
fuerit facta legitimatio, quod etiam uidetur affirmare in cõs.
275. in causa. col. ultima, in uerbo non obstat, & in consi. 284.
cuius contrarium affirmat Goza. in consil. 25. in hac. & Boe-
rius in decisi. 123. & breuiter, num. 7. cum quibus conuenio, nã
militant rationes, de quibus supra nam si potest mediantibus
solennitatibus fieri in totum alienatio rei ecclesię, q uadat ad
omnes hęredes, tanto magis ad legitimatum, & maximè per
subsequens matrimonium. Alex. in consi. 5. uel. 7. ubi Rec. cõ-
suluit idem Dec. in consilio 125. & diligenter. uerùm in prædi-
ctis semper puto pusillo meo iudicio inspiciendam potestatẽ
legitimandi, nam si comes, uel alias hanc facultatem legitimã-
di haberet etiam ad feudalia ab Imperatore, uel summo Pon-
tifice in terris ecclesiæ, illud fieri posse nemini dubium, etiam
non citatis agnatis, si dicta potestas ei fuisset concessa secundũ
Goza. in consi. prędicto 25. quod etiam fuit secutus in consil.
6. nu. 35. & in consi. 85. uidetur. nu. 19. & 92. breuiter, num. 12.
qui amplè de istis fuit loquutus, de quibus etiam fuit habitus
4 sermo supra in decisio. 195. Circa tertium dubium † dicit secũ-
dum Decium in consiliu 184. uiso punctu. nu. 9. communem
opinionem esse, legitimatum excludere substitutum, & sic
hanc opinionem mox limitat nonnullis modis asserendo con-
trarium posse sustineri, & quia hęc q. est profundissima uide
scrib. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posthu. ubi si po-
test fieri hęc legitimatio in præiudicium pretendentium bo-
na ab intestato. declarat idem Dec. in consi. 338. in casu 425.
5 in casu. nu. 8. ubi si in legitimatione † requiratur citatio substi-
tuti, & in cons. 557. accuratè, & in cons. 52. ubi declarat, quòd
stante statuto, q existentibus masculis fęmmę non succedant,
q legitimati eam excludant. idem in consi. 393. Capi. in decisi.
194. Ias. in l. cum acutissimi. C. de fidei. Goza. in consi. 6. nu. 73.
in responsione ad quintum argu. quando legitimatio fuisset fa-
cta in bonis, secus si simpliciter, licèt in prędictis aliter uidea-
tur tenere Rec. in d. consi. Alex. 52. & latius in cons. Decii 365.
uisu consilio. ubi etiam diffinit, q non potest fieri, q legitima-
tus admittatur, quando fuisset dictum de legitimis tantùm, cũ
quo conuenit Cassa. in consue. Burg. f. 291. & Cotta in memo.
in uerbo legitimati. idem Rec. in consue. Parisi. §. 8. in gl. 1. qui
uidetur etiam affirmare contra communem, & per Gratum
in consi. 65. 1. uol. in quibus si esset dictum de legitimo matri-
monio, an hęc procedant, & per Cassa. ubi supra, si potest fieri
legitimatio in pręiudicium eorum, quibus bona queruntur
ex consuetudine. Guza. in consi. 29. uidetur, nu. 19. qui etiam
ait, legitimatum excludere substitutum. post que inspexi dicta
Tiraqu. in rep. l. si unquam. in uerbo susceperit liberus, qui ex
dictis omnium uidetur omnem partem defendere, nu. 52. us-
que 83. & sic uidetur casus, qui indigeat quodammodo regia
6 decis. uerùm quòd legitimatus non excludat proximiores † ex
parte patris uirtute consuetudinis Neapo. fuit decisum in cau-
sa illorum de Ferrario, ut notaui in d. decisione 193.

Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCLXXXVII.

De executione obligationis iurata factę penes acta.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio liquida penes acta executionẽ habet paratam.*
2 *Tempus probandus est, ubi unum infringit aliud.*
3 *Obligationis actus in dubio procedit super executione.*
4 *Hora est multum in consideratione.*
5 *Obligationum eandem die factarum quę potentior.*
6 *Testamenta duo eandem die facta currunt, si de eorum prioritate non appareat.*

SI uno & eodem die creditor petit, q exequatur
obligatio iurata facta penes acta S. C. contra de-
bitorem, & debito petit dictã obligationem nullã
declarari ex certis causis. An sit procedendum su-
per executione dictæ obligationis, uel super suppli-
catione porrecta per debitorem, per quam allegat
1 eius nullitatem. † Et est prẽmittendum, quòd obli-
gatio penes acta de iure, quando est liquida, habet
executionem paratam, ut est glo. in auth. generali-
ter. C. de epis. & cleri. & probatur in l. ea pro quo;
& ibi Bal. & Pan. de Cast. & Ale. ff. de iu ius uocan.
ubi promissio facta in iudicio habet paratã execu-
tionem. & facit l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff.
de pact. ubi conuentionem facta coram iudice, ita
iudex exequitur, sicut cõfessionem factam in iudi-
cio, & notant scribentes Moder. maximè And.
Barb. in c. si quando. de offic. deleg. & idem Lucas
2 de Pen. in l. 2. C. de inre fis. lib. 10. † Item est præ-
mittendum, quòd ubi vnus infringit aliud, ibi de-
bet tempus probari ut dicit Bal. in l. de rebus. C. de
dona. ante nup. & si non potest probari, dicimus,
q uno & eodem tempore dicitur quid esse factũ,
quod fit antè uel pòst immediate secundum Bald.
in l. 2. de ope. libert. et ad hoc facit id qđ dicit Bal.
in l. Sabinus. ff. commu. diui. ubi dicit, quòd quo-
tiescunque concurrunt duæ uirtutes paris poten-
tiæ, tantum iuris habet una ad resistendum, quan-
3 tum altera ab obtinendum. alleg. Old. ibi. † Et ideò
cum non habemus, an præcesit citatio, ut exeque-
retur obligatio, uel præuentio, dicendum est, q de-
bemus præsumere in dubio, q prius fuit incepta
causa super executione obligationis; quia iste a-
ctus obligationis præcedit, ut dicit Dy. per illum
tex. in l. cum testamento. §. hæc verba. ff. de hære.
insti. & hoc ordine intellectus, prout in simili ha-
betur in l. post mortẽ. ff. de leg. 3. & in l. Arethusa.
per Bal. ff. de sta. ho. Et credo, q ritus magnę curię
Vicariæ, qui incipit, itẽ ubi est facta præsentatio.
4 char. 19. sup ista ratione sit fundatus, qui vult, † q
si eadem die præsentetur instrumentum liquidũ,
& eadem die fiat præuentio, etiam, quòd si ante
per horam, proceditur in causa petitionis debiti
contenti in instrumento liquido, nullo habito re-
spectu de horis diei, licèt regulariter tempus horæ
5 sit multum in consideratione. † nam citatus ad ho-
ram ad aliquem actum, si ille actus fit alia hora,
non ualet, ut no. in l. si. §. si is qui. ff. quod ui aut
clam. & in l. ant qui aliter in princip. eo. tit. & not.
in c. consuluit. de offic. deleg. sic etiam in duab. obli-
gationib. lactis una die prefertur illa obligatio, quę
precessit per horam. glo. est sing. in l. si ex pluribus.

§.fi.ff.de solu.Idem dicimus in collatione beneficii collati duobus eadē die, ut ille præferatur, qui in hora pcedet, ut est glo.not.in uerbo. si nō apparet. in capi.duobus.de rescrip.lib.6.alia est glo.in cap. si à sede.in verbo, appareat, de præben. lib.6.& si non appareat, præsumitur pro eo, qui possidet, & si neuter possidet, præsumitur, quòd præcedat collatio facta à Papa, uel eius legato. faciunt ea,
quæ mod. Senenses scribunt in l.1.ff.sol.matr.† bene facit glo.in l.edicto.in uerbo, missus, C.de edicto di.q̄ dicit, quòd si duo testamenta vno die apparerent esse facta, in quo vnus est institutus hęres, & in alio testamento alius, nec apparet de prioritate, neuter ualet, & hoc firmat Bar. in l.1. §. si quis in duobus. ff. de bonorum possess. secundum tab. nisi in vno essent instituti uenientes ab intestato, & alio extranei, nam illi præferuntur. Idem si in uno esset instituta pia causa, de quo per Iasonē in l.fi. pe.co. Quare fuit conclusum in causa notarii Tesei Pisanelli obligati ad certum debitum soluendum Guidoni Magaloti penes actu sacri Consilii, q contra eum fiat executio dictę obligationis pręstita cautione &c. inde audiatur super allegata nullitate dictæ obligationis

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXXXVII.

1 *Quando non apparet, quòd nō fuit ante accusatio obligationis penes acta, vel citatio super cassatione, quid faciendum, & quid si ante fortè per unam horam fuerit prelatio prædictorum.*

2 *Preuentio an militet, quando in obligatione penes acta fuit renuntiatum præuentioni, & omni legum auxilio, adesique clausula in prædictis, omnia, & singula esse vera, per ipsum non contrauenire.*

3 *Obligatio penes acta, quæ habet executionem paratam, an cæpta in una curia possit peti executio in alia.*

4 *Obligatio penes acta sine causa an habeat virtute iuramenti executionem paratam.*

5 *Quando quis prior dicatur in tempore, ut habeat ius prelationis, & in beneficialibus, & an hęc prioritas in hora consideretur, & in momento, ubi etiam, an appellatio currat de momento ad momentum.*

1 IN dubio præsumitur † prius accusatio obligationis, uel instrumenti, quando non apparet, quis nam istorum præcesserit, cessatq; præuentio quando fuerit facta ante citationem etiam per unam horam secundùm ritum, qui est fol.7. qui ritus recipitur & approbatur per pragmaticam, cuius est initium, malitiis instigantium, quæ ultra disponit, ad hoc ut pręuentio procedat, dari fideiussores de soluendo debitum & pœnam, si debitor succubuerit in ipsa pręuentione, & insuper aduerte, si placet, in eo, quod hic disponitur, debitorem ad-
2 mitti ad † pręuentionem aduersus obligationem penes acta, dicendo de nullitate, uidentur contra ea quæ fuerūt conclusa supra in decisio.30. 31. 61. quòd clausula, omnia & singula uera esse, non contrauenire etiam ex capite nullitatum cum iuramento, q tollat hanc præuentionem, maximè quando fuisset renunciatum omni legum auxilio, & in specie ipsi præuentioni cum iuramēto, ut supra sicut hodie communiter fit, de quo fuit etiam notatum supra in decisi.282. ex cōsiliis aliorum, & maximè Goza. 69. & cum scriptum sit, iuri suo quis renuntiare potest, uul.l.penul.C.de pactis, & sic video in praxi recipi, & fuit iudicatum in causa. Secundum quæ uelim supra narrata intelligeres, vnà cum notatis supra in decisi.194. ubi fuit conclusum, citationem primò expeditam, q qui uenit responsurus, seu recepturus copiam petitionis non im-
3 pedite præuentionem, & de obligatione penes acta † q habeat executionē paratam, est tex. iuris communis. l. cum pro quo.ff.de in 128 vo. & no. And.in ca. sancimus.lo primo, quo tem.miles, col.ult.num. ta. quando fuit capta in vna cur. & petitur executio in alia, dummodo præcedat citatio ad dicendum causam, quare exequi non debeat. And. & Affl.in const. reg. Baiulus si furorem. immo Dec.in cons. 682.in causa. plus uoluit ex doct.Bal. & Alex.in l.sicut C.de repu.hære. hęc admittenda, etiam q obligatio ipsa penes acta cum iuramento
4 fuisset sine causa, q similiter habeat executionem † idem in instrumento guarentigiato sine iuramento. Dec. ut supra secundum quæ uelim intelligas, si placet, adducta per Hip. in sing.249. obligatio & legata. per Io. Plotum in l.si quando C. unde ui.nu.36. quæ uera uidentur, quidquid dixerit Ioan. da Amicis in con. 129. qui iis non consideratis, neq, uisualiter uidetur decidere, & de hoc subiecto prioritatis instrumento-
5 rum, quando anceps est ipsa † prioritas, ultra scriben. in l.1.ff. solu.matrim. quid agendum, declarat Soc. in cons. 67. eadem die 3.uol.ubi planè differit de intellectu d.c.si a sede.de preb. in 6.ubi quando locum habeat, q præferatur ille, qui fuit a summo Pontifice institutus, siue inuestitus, de beneficio, quādo non liquet de temporis prioritate, & omnino Decium in consilio 639. uiso puncto. ubi latissimè unà cum Feli. in c. pastoralis. de rescriptis, prædicta diffiniunt, quòd etiam prioritas in puncto sit considerationis, de quo etiam per Cottam in uerbo horam, qui etiam diffinit, hæc admittenda in momento, cum quibus coaceruabis ad glo. in l.si ex pluribus §. Lucius Titius.in uerbo horis.lo 2.ff.de sol. And. Tiraq. in retra.consangui.glo.1.in uerbo proximior.nu.9.fol. 158.in parua impressione.idem in lib.primogenituræ.q. 27.in 6.opinione illius quæstionis, quis debeat succedere, cum ignoratur, vter ex gemellis prius natus sit ver. 6. nu.citat Afflic.hic & D. Loffred.in suis para.feu.fol.58.qui etiam diffinit, appellationem currere de momento ad momentū, & de prioritate ass-
6 sus in prædictis iuxta d.c.si a sede. & Seb. Vanti.† in suo trac. nulli.fol. 7. nu. 26. qui decidit, q datis duobus negotiis, siue factis, vbi non liquet de prælatione, fit illa interpretatio, iuris, vt actus ualeat potius, quam pereat, citat Afflict. in hac decisio. conuenitque Gram. in cons.1 ta. in ciui. qui disseruit, sat esse horam priorem testibus probare. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCLXXXVIII.

De molendinis & prohibitione ducendæ aquę è flumine in riuum nouum.

SVMMARIVM.

1 *Aedificari in suo nulli prohibitum, nisi obstet priuilegium, aut consuetudo.*

2 *Seruitus, quæ solo tempore non acquiritur, quæ sit.*

3 *Pręscriptio iuris prohibendi contra vnum cęteris quandò præiudicet nu.5.*

4 *Consuetudo continuandi non inducitur, etiam si quadragenaria fuerit itio ad molendinum.*

6 *Titulus in pręscriptione iurium incorporalium requisitus. 10.*

7 *Vniuersale ex particulari fieri non potest.*
Consuetudo frequentiam requirit.

8 *Fides mala post triginta annos allegari non potest in præscriptione.*

9 *Prohibitio violenta non producit ius probibendi.*
Possessio recens bonam fidem non causat.

10 *Aqua in nouum molendinum supernum duci quando possit prohibitione non obstante molendini inferioris.*

12 *Molendina minus lucrum facere propter nouum constructum, non in consideratione tanquam interesse.*

13 *Flumina Regni sunt Regis.*

14 *Flumen licèt perenne priuatum esse potest.*

VEnerabile monasterium sanctæ Marię regalis uallis prope Scafatum habuit ab antiquo duo

caltra

castra, vnum quod uacatur Scafatum, & aliud
uocatur sanctus Petrus: & ista castra habent am
pla territoria, quę confinant cum flumine Scafati,
& dictum flumen perenne fuit dicti monasterii.
Euenit, quòd castrum Scafati fuit concessum au-
thoritate Apostolica Ill. quondam duci Amalfiæ
de domo de Piccolominibus nepoti Papæ Pii secū
di sub annuo canone cū dicto flumine ac iurib. &
pertinentiis suis omnibus. Et similiter dictum ca-
strum sancti Petri fuit concessum similiter autho-
ritate Apostolica prædecessoribus dominis dicti
castri, quod in pręsentiarū tenetur & possidetur p
comitē Alifii sub annuo canone, similiter cū iurib.
& pertinentiis suis iuxta bona dicti monasterii q̄
sunt iuxta d. flumen, & alios confines. In pręsentia
rū comes Alifii habuit certū territorium prope d.
flumen, & ibidem construxit certum riuum, ut
inde à dicto flumine possit ducere aquā in dicto
castro sancti Petri ad faciendum ibi unum molen-
dinum. Pro parte hæredis dicti Illustr. ducis Amal
fiæ & utilis domini Scafati obtinetur prouisio à
sacro Consilio contra dictum comitem, ut nullo
modo ducat aquam per dictum riuum nouiter fa
ctum, donec aliter auditis partibus fuerit proui-
sum, ex quo prætenditur dicto duci ius esse pro-
hibendi, & existere in quasi possessione prohiben
di, & eius prohibitioni paritum fuit. Item. quia si
fieret dictum molendinum ex parte superiori per
d. comitem, faceret interesse seu præiudicium infe
riorib. molendinis, d. ducis. Quæritur modò de
1 duobus. † Et primò, utrum sit uerum, q̄ dictus
illustris dux dominus Scafati habeat ius prohiben
di, q̄ nullus possit in dicto flumine facere molen-
dinum, uel statim sit in possessione prohibendi
taliter, ut nolens dictus comes facere dictum molē
dinum debeat de iure aquiescere dictæ prohibitio
ni. Et in primis præsupponitur id, quod dicunt
Inno. & Host. in capi. significasti. de appellatio. q̄
in meo solo possunt libere ędificare non obstante
prohibitione, per l. altius. C. de serui. & l. fina. ff.
eo. titu. & l. fina. §. penult. ff. quod ui aut clam. nisi
ex priuilegio uel consuetudine habeat hoc ius pro-
hibendi, ne alius ędificet in suo. & dicit Host. secū
dùm Io. And. ibi, q̄ hoc idem occurrit in furnis &
2 molendinis. qui subdit, q̄ si † res uel personæ sunt
liberæ, talis seruitus non acquiritur solo tempore
quò ad hoc, ut alius prohiberi possit, quia non
obstante cuiuscunq; prohibitione, posset in eo ædi
ficare, ut in iuribus præallegatis. Et licèt is, qui as-
serit hoc sibi ex longo tempore competere, prohi-
beri non possit uti suo usu. ff. si serui. uen. l. si quis
diuturno. ff. de aqua quoti. & ęsti. l. hoc. iure. §. du-
ctus. & ff. de aqua plu. arcē. l. in summa. §. idem La-
beo. nisi probet hanc seruitutem sibi deberi, uel
ex pacto cum prędecessoribus habito, vel quia fuit
aliàs probibitus, & occasione iuris eiusdem ac-
quieuit, & posteà completa fuit pręscriptio, &
subdit, licèt quęsitum sit prohibendi cōtra vnam
3 personam, † hoc non præiudicat aliis, ar. de prę-
sc. c. auditis, & de offi. ordi. c. dilectus ad finem, &
ff. si serui. uen. l. loci corpus. §. competit. nisi serui-
tus sit indiuisibilis, tunc non posset pro parte acqui
ri, & pro parte non, licèt quandoq; ad certam par
tem fundi restringatur. ff. de serui. l. 5. §. 1. & l. seq.

Inde notanter dicit Ab. Sic. in c. ex parte Asten-
sis. de concess. præben. q̄ licèt in ecclesia solitum
est esse uiginti instituti, non tamen ex hoc induca
tur consuetudo restringens libertatem habentis in
stituere, quia actus meræ facultatis non inducit
consuetudinem potestatis liberę restrictiuam, di-
cens, quòd si per 40. anno. consueui uenire ad mo
4 lendinum; † tunc non inducitur consuetuetudo,
ut tenear continuere, &c. ad hoc accedant omnia
illa, quę allegat Lucas de Penna quasi per duas. co.
in l. 1. C. ut rustic. ad nullum obsc. deuocen. lib. 11.
Idem firmat Abb. Sic. in c. abbate sancti Siluani. in
2. col. de uerbo. sign. & Cy. in l. 2. C. quæ sit lon. cō-
sue. Accedant ad hoc ea quę Bal. scribit in l. item
lapilli. in 3. q. ff. de rerum diui. & Bar. Vero. in tra.
de serui. urb. prædio. in rubri. de furno. & Iason
in repe. l. quominus in 2. char. post Bar. ff. de flumi
nib. & Bal. in l. si quis ex argentariis. §. si initium ta
bularum. ff. de eden. & And. de Iser. quę sint rega-
lia. in uerbo, flumina nauigabilia. in princ. ibi, nisi
deberem tibi seruitutem &c. & Pileus in disp. suis
5 char. mihi 62. qō. 11. † Hoc pręmisso dico, q̄ ex
quo non apparet, q̄ dux Amalfiæ ut utilis domi-
nus Scafati habeat priuilegium, ut nullus alius pos
sit facere molendinum in dicto flumine, nec prę-
scripsit cum titulo & bona fide ius prohibendi, ut
nullus alius in d. flumine faceret molendinum, &
prohibiti acquieuerunt prohibitioni, ita q̄ possit
dicere se pręscripsisse ius prohibendi, ne alius face
ret molendinum data scientia & patientia aduer-
6 sarii, † quia in ista pręscriptione iurium incorpo-
ralium requiritur titulus, ut in ca. si diligenti. &
ibi per doct. de pręscriptionib. maximè, quando
præsumptio est contra pręscribentem, prout est in
casu, de quo agitur, cum quęlibet res pręsumatur
libera, ut suprà dictum est, & quando pręscribi-
tur contra libertatem, ut dicunt doct. in d. c. si dili
genti. post glo. & no. in capi. 1. de pręscri. lib. 6. &
glo. in l. fi. in uerbo, credit. ff. quemad. serui. ami. &
Bar. in l. si ędes. in prin. ff. de ser. urba. pręd. nec po-
test dici, q̄ dux Amalfię habet ex consuetudine
prohibendi; quia est actus unius personę, per quē
7 non inducitur consuetudo, † quia ex vno particula
ri nunquam fit vnum uniuersale, secundùm Bal.
notanter in l. de quibus. 8. col. ff. de legibus. Item
quia consuetudo requirit frequentiam, ut in l. 1.
C. quę sit lon. consue. & C. de ędi. priua. l. an in to-
tum, secundùm Bal. ibi. Et Albe. de Rosa. in l. 2. C.
quæ sit lon. consue. & sic cum dictus dominus Sca
fati non habeat ius prohibendi neq; ex priuilegio,
neq; ex possessione tanti temporis, per quam con-
stituatur constitutus, neq; habet præscriptionem
titulatam cū bona fide sequitur cōcludendū, q̄ sibi
non competit ius prohibendi dictum riuum factū
in prædio dicti comitis Alifii, & per consequens
nec ius prohibendi, ut non possit capere aquam a
flumine prædicto dicti monasterii.

8 † Nec ob. q̄ mala fides ducis Amalfiæ in prohi-
bendo post 30. ann. non potest allegari contra eū,
ut dicit glo. & Bar. in l. fi. C. vnde ui. & no. Abb. in
d. c. si diligenti. & Ias. in l. clàm possidere. §. qui ad
nundinas. & ibi alleg. concor. ff. de acquir. poss. q̄ a
illa prohibitione fuit facta uiolenter post mortem
Regis Alfonsi primi superueniente guerra inter du

cē Ioannem de Andegauia, & Regē Ferdinandum primum. quōdam Bartholumęo Thomacello, qui pauco tēpore possedit castrum sancti Petri, & postea peruenit in posse domini Pascasii patri pręsen
9 tis comitis, & sic † prohibitio uiolenta nō producit ius prohibendi, ꝑ no. in l. 1. C. de serui. & aqua. Itē post paucos dies per d. Pascasium fuit ædificatum aliud molendinum absque aliqua prohibitione, & sic iure permittente factum fuit molendinum cū cursu aquæ in suo, & sic nun potest dici, ꝙ illa possessio fuit 30. ann. ex quo possessio inter tempus quondam Bartholemęi & tempus domini Pascasii fuit recens, quæ nō causat bonam fidem, ut dicit Abb. in d. ca. si diligēti 4. col. & quando essent 30. anni decursi, debet allegari titulus in istis corpora
10 libus, † licèt titulus non debet probari secundum Abb. ibi. at nunquam dictus dux allegauit priuilegium iuris prohibendi, nec titulum, ideò non præscripsit dictum ius prohibendi, & in hoc uoto fuit totum Consilium. Secundò, vtrum molendinum, qđ prętenditur coustrui per comitem Alifii in terra sancti Petri, ad quod uult ducere aquam à dicto flumine per dictum riuum, faciat præiudicium, siue inter esse molendinis de Scafato existentibus in parte inferiori dicti fluminis. Super hoc dubio dictum fuit, quòd Bart. in d. l. quominus in
11 5. q. dicit † quòd si aqua ducitur ad usum, quæ sufficit superiori & inferiori molendino, tunc uterq; potest ducere aquam, & ita dicit fuisse iudicatum Bunoniæ inter fratres Prædicatores & Minores. & idem dixit in l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcē. & est tex. & ibi Alb. de Rosa. & Ang. in l. 2. §. si aqua eductus ff. de serui. rusti. prędiorum. no. Bal. & alii in l. aquam C. de serui. & aqua. & idem Bal. in c. cum olim. de consue. & in l. cum plures 1. col. C. de condi. infer. & firmat Alex. in 4. vul. cons. 22. in fin. quod incipit, consideratis uerbis statuti. & Lucas de Penna in l. vsuræ C. de aquæ ductu, lib. 11. & habetur in l. Proculus ff. de damno infect. pater ergo, quòd si molendinum construitur superius, & faciat præiudicium molendino inferiori, tunc potest prohibere ille qui habet molendinum inferius. hoc expressè vult Bal. in rubr. ff. de rerum diui. 3. col. & Alex. de Imo. in 2. uol. consi.
12 173. opportunè consideratis sententiis &c. † Et in ueritate nullum interesse potest pati dom. Scafati propter cursum aquę ex flumine per dictum riuū, ex quo aqua reuertitur ad flumen, antequam deueniatur ad molendina Scafati, nisi solùm, quòd minus lucrarentur molendina Scafati, qđ interesse nun est in consideratione, secundùm Barto. in d. l. quominus. in 2. quæst. & faciunt no. in l. per agrum C. de serui. & glo. & Docto. in l. 1. §. sicut autem ff. de aqua plu. arcen. & firmat Alex. in 2. uolu. cons. 193. inci. consideratis uerbis instrumēti, in 2. col. per l. 2. & l. quæro ff. de iure pa. & Bal. in d. l. si manifestè. C. de ser. bonus est tex. in ca. nimis. de excessi. prelatorum. Pręterea ego dicebam, istud flumen Scafati aut est publicum, aut est priuatum dicti monasterii, si est publicum, idest, do-
13 mini Regis, † quia omnia flumina in Regno sunt Regis, ut in c. 1. in uerbo, flumina. quæ sint regalia, & tunc quia Rex cōcedit castrum sancti Petri cum aquis &c. certè poterit dominus sancti Petri capere aquam à d. flumine uigore Regię concessionis, & hoc non est, quia dictum flumen est monasterii a tanto tempore, cuius initii in contrarium memoria hominum non existit. Aut dicimus in ueritate, ꝙ d. flumen est priuatum dicti monaste-
13 rii, licèt sit perenne, † & tūc solum ille priuatus, in cuius sola ædificatur molendinū, uel cursus aquę, uel riuus posset prohibere, non autem tertius, ut dicit Bar. in d. l. quominus. in 1. q. & in l. loci corpus. §. competit. ff. si serui. uen. & sic Illu. dux modernus non potest prohibere, quòd nō ducat aquā per riuum iuxta flumen in loco sancti Petri, ubi vult facere molendinum. & firmat hoc Alex. in 2. uol. consilio præallegato 163. quod incipit, consideratis uerbis. in 1. col. circa finem. Et quoniam in præsenti processu fuit præsentata petitio ꝓ parte commendatarii dicti monasterii opponentia se, quòd non consentit, quòd capiatur aqua à dicto flumine, ut currat per dictum riuum nuuiter factum, fuit pari uoto uotatum & iudicatum, quòd pręfato duci Amalfiæ non licet prohibitionē prædictam facere, & sic dictus comes dominus sancti Petri potest ducere aquam à flumine pręedicto per dictum riuum ad suum molendinum saluo iurę dicti monasterii, ita ꝙ eo cōtradicente non est sibi licitum, licèt impropriè d. flumen possit dici priuatum. ex quo est perenne, & sic non potest dici priuatum, sed noto priuatum, quia est monasterij.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCLXXXVIII.

1 *Omnis potest molendinum in suo construere, si aliquis non habet priuilegium prohibendi, vel prescriptionem legitimam.*
2 *Ius hoc prohibendi quæritur per actus conuenientes, ut quando quis tenet opus manufactum in aliquo loco ad aquam pisces ibi includendos.*
3 *Ea quæ sunt meræ facultatis qualiter intelligantur, quomodove prescribantur.*
4 *Clausula in priuilegiis Baronum, cum molendinis, furnis, angariis, &c an inferatur, quòd quis sit obligatus accedere ad molendina dominorum, & dare camberlingum.*
5 *Venationes an dominus valeat præscribere, an possit prohiberi in venatione.*
6 *Quanto tempore prescribatur contra molendinum dirutum, & an per exercitium unius actus in aliis conseruetur.*

1 ET quòd, qui non habet priuilegium † seu præscriptionem iuris prohibendi aliud facere molendinum, ꝙ habeat facultatem in suo molendinum cōstruendi, vltra Cepo. qui istud comprobat tit. de Flumi. & And. qui istud apertè decidit in d. §. flumina. in 1. col. amplexus fuit ista Cur. Sen. in consi. 33. potens, & nobilis. licèt in hoc quatenus tractetur de tertii præiuditio videatur ab istis aliquantulum dissentire, ut infra quæ latè comprobat Dec. in consi. 243. in quæstione. qui in terminis fortioribus consuluit, superiori in flumine non nauigabili licere ad libitum suæ voluntatis construere molendinum, & istud non obstante quòd inferior etiam longissimo tempore in eodem flumine habuisset molendinum, dat rationem, nam aqua postquam est ingressa fundum meum mea est, possumque de ea disponere, vt mihi placet. l. fluminum, in fi. & l. Proculus. ff. de damno infec. cum quo conuenit Parisius in consi. 129. constat. 4. uol. vbi qui prius aquam a publico licitè occu-

pauit

pauit, q cæteris præferatur, & latè Boe. etiam in decisin.352.
uilis.nu.5.quod etiam affirmat idem Decius in consi.373.vi-
so consilio, com modificatione de qua in hac deci. nisi fuisset
præscriptum ius partis mediante prohibitione illa, q ipse tan-
tum solus posset molendinum in loco habere, qđ ius quemad-
modum quæratur declarat ibidem, & tex.l.sanè ff.de inin.sed
melius tex.not.l.si quisquam fluminis.ff.de diver.& temp.pre
scrip.vbi ad literam decidit, q si quisquam fluminis publici
diuerticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem
iure vti prohibet, de cuius intellectu vnà cum l.viam.ff.de via
publica, vltra Ruinum in consi.28.& 29.1.uol.& si quos alios
melius diffiniendo declarat Aymo in tract.de antiq. temp.in
4 parte, f.170.num.78.cum multis seq vbi ait, hanc prohibitio
nem non solùm verificari per ipsos actus prohibitionis gestos
2 spatiu longissimo conuenientes ad hanc ipsam† præscripoo-
nem, sed etiam si quis teneret aliquod opus manufactum ad
aquam tenendam piscesque ibidem includendos, nam prescri
bit contra alios, citat ad ista decis.Bellame.7.col.2.ibidem èt,
num.86.insurgit contra Boetium in d.deci. 125.præscriptio-
nem fieri debere cum omnibus, q imo sat sit ipsam præscrip-
tionem factam cum aliquibus cum scientia tamen aliorũ ma
ioris saltem partis, pulchrè Abb.in consi.181.q communitas.
in fi.in 2.uol.& Ioan.Fab.in insti.de rerum diui §. fluminum.
But.in consi.56.Capi.in dec.209.num.29.scribentes omnes, &
maximè Dec.in c.sign.lo 1.de appella. idem Aymo in consilio
124.Ioannes.nu. 16 & 154. vbi dicit, pascua esse vniuersitatis
diuidique debere pro rata, ubi etiam q quis utendo una par-
te conseruat ius in totum, nisi fuisset prohibitus, & secundùm
ista uelim intelligas, quæ voluit idem Aymo in consi.55.reuo
catur, qui nimis nimplè fuit locutus de præscriptione extendẽ
da, citando dictum consilium Abbatis contra vniuersitatem,
& si sit facta contra singulos, in quibus etiam plenè diffinitur,
3 qualiter sit intelligendum illud †q ea, quæ sunt meræ faculta-
tis non præscribantur, etiam præscriptione de qua non sit me-
moria hominum in contrarium, de quo vltra Dec. in consi.6.
& melius Bald.in tract præscri.fol. 123. melius declarat idem
Aymo in dicto tracta.fol.171.vbi loquendo satis ad proposi-
tum pragmaticæ editæ per Imperatorẽ nostrum in an. 1536.
4 quando applicuit hic Neap. †q hæc clausula in priuilegiis cõ
cessis nouum Baronibus de terris, & feu.cum molendinis, furnis,
angariis, & perangariis &c.non inferatur propterea, q subditi
sint obligati ad accedendum ad molendina & furnos domino
rum, obiurgat Ias. contrarium decidentem in consi. 161.uol.
2.omnino Bal.in consi. 410. quæritur vtrum dominus 5. uol.
conuenitque Gram.in ciui.in consi.13.nu. 16.& 98.per totũ,
maximè nu.29.nam hæc clausula nil operatur, nisi q Barones
habeant, si qua sunt, cum quo uidetur conuenire Capi. in dec.
318.ubi etiam diffinit, q vniuersitas non teneatur dare cam-
berlingum, siue ærarium, seu camerarium, & ita fuisse indica-
tum in sacro consilio ea consuetudine vel præscriptione cente
naria, ut ibi per eum, & per hunc meum autorem in consti.re-
gni quamplurimum.in octauo not. sunt annotata latius supra
5 in decis.334.immo †q dominus non ualeat prohibere venatio
nes, tex.l.vnicæ, de venatione ferarum.lib.10. Dec.in consilio
197.iu casu.Cassa.in consuet.Burg. §.7.in uerbo de forestorũ.
nu.3.qui citat And.in c.1.in titulo de pace tene.in §. nemo re
tia, q d.§ intelligatur quãdo quis vellet venari in prædiis aliu
nis, uel Imperatoris, q non possit, fol.375.& latè Gram. in de
ci.97.secundum quæ velim intelligas, quæ diffinit D. Loffre.
in consi.13.qui in subiecto molendinorum aliter uidetur pro
dominis sentire, & de fluminibus, quem vide cum superius p
me adductis & concordabis, & bene euenient, & procederent
oia, & insuper diligenter aduertas rogo, quatenus hic meos
autor & magister Affl.velit, q post 30.annos non possit allega
ri malafides, nam contrarium fuit conclusum supra in decis.
329.& 368. procedere etiam in præscriptione, de qua non sit
hominis memoria in contrarium, nam in ea etiam allegatur
defectus malæfidei, quam eiusdem sententiæ vnà cum Affl. fit
6 Capi.in dec.5.num.20.& non bene, & de subiecto †molendini
diruti quanto tempore præscribatur, si ipso molẽdino D.vsus
non fuerit, immo contra ipsum fuerit passus aliqua fieri, decla
rat Curtius Senior in consi.26.casus. qui miro modo diffinit,
spatio 10.annorum, quando quis fuerit passus aquæ diuerti-
cula alibi labi & fieri, ius istud amitti, ut ibi per eum, & deci.
in consi.271.in casu.cum seq.idem in cons.197.in casu.in qui
bus q ius piscandi & venandi a dominis non potest prohiberi
nisi præscriptione, de qua non sit memoria, & ibidem etiam
q per exercitium vnius actus vt supra ad cõseruationem alio
rum inferatur, de quo etiam per Alex.in consi.203.uol.6. Ias.
in consilio 32.uol.1.Bertrã.in consi.49.200.uol.6.& Aymo in
consi.4.num.4.ubi q spatio de quo non sit memoria præscri-
bitur ius pasculandi in loco alterius intantum, quòd non pos-
sit facere clausuras, & aliqua infra in decis.392
Cas. Vrsill.

DECISIO CCCLXXXIX.

*De conuentione conditionali causatiua partente obligatio-
nem.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum nudum an pariat actionem, & quando.*
2 *Fides habet vim iuramenti.*
3 *Conditio etiam impropria in pacto apposita habetur pro forma.*
4 *Conuentio conditionalis tenet.*

SVper dubio tangente dominum Marinum me
dicum & Battimum Taurellam propolito in
Consilio. Si conuentum est inter partes ipsas data
fide, q si dictus dominus Marinus ostẽderit quod
dam instrumentum factum inter ipsum Battimũ
ex una, & eius sororẽ & nepotes, q ipse Battimus
soluet dicto domino Marino certam quantitatem
lini, & sic non ostenderit ipse dominus Marinus,
soluat dicto Battimo certam pecuniæ quantita-
tem. An talis conuentio ualeat.
1 † Dubium facit; quia non interuenit stipulatio,
sed dicta conuentio est simplex pactum nudum,
ex quo non oritur actio, ut in l.legem C.de pactis,
cum concor. nec est causa in dicta cõuentione, &
ideo præsumitor erronea, ut declarat Bar.in l.4.§.
fi.ff.si quis cautio. In contrarium fuit determinatũ
per sacrum Consilium, q dicta conuentio data fi-
2 de sit ualida. Nec ob. q sit pactum nudum, † quia
propter fidẽ datam, quæ fides habet uim iuramen
ti, ut not.in c.pe.de iureiur. & ex pacto nudo cum
iuramento oritur actio, ut dicunt doct.in l.iurisgẽ
tium §.quinimo.ff.de pact.& Saly.in d.l.legem.
Nec ob. q non sit causa in dicta conuentione,
quia cõditio illa, si demonstrauero dictum instru
mentum, habetur pro causa, per tex.in l.à Titio.ff.
de uerb.oblig. & per tex.in l. cum ad præsens. ff.si
cer.pet.per quæ iura dicunt Pau. de Cas. & Alex.
3 in l.à Titio. †q etiam si conditio sit impropria, pu
ta de præsenti.uel de præterito, illa conditio habe-
tur pro causa, & dicunt, q ualet conuentio, si mo-
rietur Imperator hocanno, dabis 10. & si non mo-
rietur, dabo tibi centum, & dicit ita fuisse iudica-
tum Florentiæ, & dicit ibi Alex. q bene fuit iudica
tum. Et ad hoc allegat Host.in c.Gemma.de spon
4 sa. q ualebit ista conuentio, †si fiat matrimonium
inter tales, dabis 10.& si non, dabo tibi centum.
Hinc dicit, q ualet illa promisso, uidelicet promit
to tibi decem, si nauis mea mercantis onerata sal-
ua ad talem locum applicauerit, & si non applica-
uerit salua, tu promittis mihi ualorem mearum
mercantiarum, per tex.in l.in naue Saufel.ff.locati.
& refert ibi canonistas hoc tenere, ut ibi per eum,
& idem in effectu firmat Pau. de Cast.in l. si quis
cùm debitorem ff.de iureiur.ubi ualet conuentio,
si die sequenti pluet, dabis 10.quia illa conditio ha
betur pro causa.& idem firmat noster Paris de Pu

teo

teo in tractatu de ludo, in 3.char. in fin. sui syndicatus. Et sic per consilium ostenso instrumento prędicto per dom. Marinum dicto Battimo fuit cōdemnatus per totum consilium ad soluendum dictam quantitatem petitam.

ANNOTATIO

IN DECISONE CCCLXXXIX.

1 *Hæc conuentio valida est, si fiat, vel si sit talis res, dabis mihi centum, item valida est conuentio assecurationis nauium ad rationem centum pro centenario. item ludus taxillorum approbatur, vt is vincat, qui facit maiores*
2 *punctos, quod fallit, nisi quis sciat conditionem verificatam, quam in dubio ponit.*
3 *Præstatio fidei & iuramentum, an eundem effectum pariant intantum, quòd eadem pœna puniantur contrauenientes, vbi etiam de rumpente fidem si puniatur tanquā periurus.*
4 *Periurus tunc punitur, quando parti promisit aliqua facere, & deinde non obseruauit, secus si aliquis ad mandatum iudicis iurauit aliqua non fecisse, & mox demonstretur contrarium, quia principali licet variare circa pœnam falsi, & periurii, aliter discutitur contra Afflict.*
5 *Punitus à iudice seculari potest ab ecclesiastico puniri quando delictum fuisset vtriusque fori, & sic mixtum.*

1 ET † quòd valeat hæc conuentio, si fiat, uel sit talis res, dabit mihi centum, alias ego teneor tibi in taotum, declarat latè Dec. in consil. 115. & pro tenui. ubi etiam dat doctrinam de hoc pacto assecurationis nauium ad rationem tantum pro centenario, ꝙ pactum sit validum. item etiam de ludo taxillorum, qui facit maiores punctos ꝙ vincat, & citat S. Thomam sic approbantem. 2. 2. q. 32. ea ratione, quia prædicta committuntur iudicio communi fortunæ, quæ latios post Ias. in l. cum ad præsens. 2. col. ff. si cer. peta. exorditur modernus Benenen. in suo tract. quem edit de mercatore, f. 142. cum nónullis seq. declarat etiam Lupus in c. per uestras. § 9. f. 95. ubi etiam si fideiussor pro fideiussione potest capere pecuniam, quæ sanè intelligerem conuentionem validam, nisi quis forte sciret cōditionem purificatam, quam mox in dubio ponit, arg. eorum
2 † quæ notat Bar. in l. quæro. ff. de act. emp. de quo fuit facta mētio supra in dec. 194. & de fideiussione, an fiat pacto nudo, itē de constituto fuit notatum supra in dec. 39. & insuper quate-
3 nus hic concluditur † ꝙ prestatio fidei, & ioramentum idem importent, ultra scrib. in l. si quis maior. C. de trans. ubi tex. declarat Fel. in c. præterea. nu. 16. de sponsa. ubi tandem ex dictis omnium concludit hanc opin. de iure ueriorem, quasi sentiat contrarium in praxi obseruari, nam non eadem pœna plectitur frangens fidem quam iuramentum rumpens. unde ex us ipse infert ibidem ad multa, de quibus etiam supra, in dec. 120.
4 Quæ omnia uelim, si placet, intelligas, † ꝙ ueniens contra suū iuramentum puniatur, quando aliquis promisit aliqua parti obseruare, uel facere, & deinde non obseruauit, neque fecit, nā si ponit & non adimplet est periurus & crimine stellionatus punitur. l. 3. ff. de cri. stellio. iuncta gl. in uerbo & ideo, de quo num. & de ipsius intelligentia omnino Bal. in consi. 15. 1. uol. secus uerò si ad mandatum iudicis quis iurauit aliqua non fecisse, nam si deinde fortè conuincatur, ꝙ fecit pœna periurii non punitur, ut notat And. in c. 1. § sacramentum. lo. e. de consue. recti feu. & ex istis potest fundari ritus magnæ curię, cuius initium, item quandocunque disponens posse & licere principali variare citra pœnam falsi & periurii, de quibus sunt concor. assignatæ a Paride in sind. in c. 1. in uerbo tortura. fo. 107. Hipp. in praxi crimi. in § diligenter. nu. 74. & Alexan. sentit in addi. ad Bar. in l. 1. in fi. ff. de bo. damna. Ias. in l. si quis eum. ff. si ex noxa. cau. aga. sequitur iste Boer. in decisi. 305. præmitto. in si. qui citat & sequitur docto. And. in d. §. sacramentum, & ita censeo sequendum, quidquid aliter uelit ibi Afflict. noster in d. §. sacramentum. non curandum motiui quia princeps sæcularis non potest dispensare super iuramento, nam in contrarium se habet ueritas salua reuerentia tanti patris, nam saltē indirectè dispensat, sicut ex dictis omnium breuitatis studio concludit Ferra. in cau. 16. communis, ubi plenè de glo. in l. adigere. §. fi. ff. de iure patr. quę dixit, principem habere vim apostolici circa dispensationem iuramenti, de qua etiam per Alexan. in consi. 39. uiso statuto, & sentit Gram. in decisio. 12. fuit notatum supra in decis. 308. uel saltem dispensat quò ad pœnam per ipsum Imperatorem imponendam, ut notant scrib. in l. 1. de summa Trin. & fide Cath. & hic autor in constit. re-
5 gni multę leges, in illa q. quòd punitus a iudice seculari † ob aliquod delictum, quod est utriusque fori, ut est sacrilegium, quòd potest a iudice ecclesiastico puniri, sentit Boerius in d. decis. 305. & ita uidi in praxi obseruari, fuitque determinatum in sacro consilio in quadam causa Magnifici Hortensii Tomasini de Lieto in anno tunc 1552. commissarius D. Scipio de Aretio, actuarius Ioā. Alfonsus de Capua, quod etiam deinde fuit obseruatum cum uasallis dominorum de Buzaro in Afragola, ut audio. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCXC.

De beneficio restitutionis in integrum competente prælato successori aduersus hæredem prædecessoris nomine ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia quando restituenda, num. 3. & 6.*
2 *Minor ex alterius delicto ad lucrum non restituitur.*
Ecclesia minori comparatur.
4 *Beneficium restitutionis successori in prælatura contra hæredem laicum prædecessoris an concedendum 7.*
Ecclesia aduersus temporis lapsum restituenda.
5 *Lucrum ex prædecessoris spoliis successor capere non dicitur.*

1 SVccessor † in prælatura agit contra hęredes laicos prælati defuncti quòd furto subtraxit bona mobilia prædecessoris, quæ spectant ad dictam ecclesiam, & dato termino ad probandum, & publicato processu pro parte prælati petitur nomine ecclesiæ primum beneficium. pro parte illius laici conuenti dicitur, ꝙ non debet dari beneficium,
2 † quia ex delicto alterius ad lucrum non restituitur minor, ut not. in l. auxilium ff. de min. & l. sepulchri. ff. de sepul. uiolat. not. And. in constit. Regni, obscuritatem. in princ. & idem dicit in absente causa reipub. alleg. l. sciendum ff. ex quib. cau. maio. ergo idem in ecclesia, quæ minori comparatur, ut dicit Bar. in l. pupillorum. in princ. ff. de rebus eorum c. 1. & c. auditis. de resti. in integr. C. ex quibus cau. mal. l. Res publica. Item dicit Io. And. in c. coram. de in integ. resti. super uerbo, indulgen
3 dum. † ꝙ ecclesia non restituitur super exceptionibus declinatoriis, nec super exceptionibus non inductis in fauorem petentis, sed in odium aduersarii, & ideò super crimine suggestionis falsi non restituitur, secundùm eum ibi. Item, quia ecclesia ad opponendum crimina & defectus elapso termino non restituitur, ut dicit Spec. in tit. de resti. in inte. §. si quis autem, uers. sed pone ecclesia. & tenet Comp. in c. sicut. de elec. & doct. in cle. 1. de resti. in inte. per no. in d. l. auxilium. Item ecclesia
4 nunquam restituitur ad lucrum † cum iniuria alterius, secūdùm Bal. in l. pupillorum, C. de repud. hęr. circa fi. ergo cum successor quærat de lucro cum iniuria conuenti & testatoris, non debet sibi concedi dictum beneficium. In contrarium dicitur,

citur, quod ecclesia debet restitui aduersus temporis lapsum, per tex. in Cle. 1. de restit. in inte. quę generaliter loquitur, & dicit Io. And. in d. c. coram, quod oportet, quod petens restitutionem aliquid amittat, uel non acquirat, quod acquirere posset. Item sicut minor restituitur in emergentibus, ubi quidem aduersus delictum suum non restituitur, ut in l. si ex causa. §. nunc uidendum. ff. de mino. Ita ecclesia in emergētibus debet restitui. Item ecclesia aduersus suam contumaciam restituitur infra quadriennium propter iustum impedimentum, ut dicit
5 Arch. 87. dist. c. in religiosum. †Itē eo ipso quod omisit necessariam probationem, probat ex hoc se læsum, ut in c. auditis. in fi. & c. suscitata, & c. coram, de resti. in inte. & dicit Arch. ubi suprà, quod ita seruat curia. Nec ob. in contrarium allegat, quia non dicitur prælatus successor capere lucrum ex spoliis, imò non habendo spolia prędicta dicitur esse in damno, ex quo bona ipsa processerunt de fructib. ecclesiæ, & ideò pertinent ad ecclesiam, & sic successorem nomine ecclesiæ, ut habetur in cap. fi. de pec. cler. & in c. præsenti. de offi. ord. lib. 6. & plenè per do. Nicolaum de Vbaldis trac. de suc. ab inte.
6 in ult. parte. †Item fatendum est, quod minor & ecclesia non restituitur ad opponendum crimina contra suū aduersarium, ut dicit Compost. in c. quod sicut, de elect. & not. glo. in Clem. non potest. de procu. & not. Ant. de But. in c. licet. de accu. & Bal. in l. fin. C. in quib. cau. in integ. resti. non est necess. & Bal. in d. l. auxilium. Item fatendum est, quod ecclesia non restituitur super exceptione dilatoria, uel declinatoria, quæ non concernit merita causę, secundum Inno. in d. c. coram, & Fel. in c. fraterni tatis 5. col. de testi. licèt Ioan. And. in nouella totū hoc remittat iudicis arbitrio, si modicè læditur, non cōcedit restitutionem, per l. scio. ff. de in inte. resti. sed si læderetur propter hoc in lite conce-
7 deret restitutionem. †Quare fuit uotatum, quod in ca su prędicto competit dicto prælato nomine ecclesiæ beneficium restitutionis in integrum, quia nō datur ad opponendum crimina & defectum, uel ad lucrum in iniuriam alterius, sed potius ad euitādum damnum & læsionem ecclesię.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXC.

1 *Clericus agens ad restitutionem rerum ecclesiæ petit in causa beneficia, secus in bonis patrimonialibus.*
2 *Clericus in causa fructuum decimarum, quia de re propria clericorum non petit beneficia, etiam quia non causa spiritualis.*
3 *Minor an habeat beneficia aduersus pacem factam, & quid si renuntiauit beneficio ecclesiastico, & an aduersus delictum restituatur.*
4 *Clericus an agat criminaliter ad pœnam corporaliter infligendam ex delicto, & sic incurrat irregularitatem, si citat citra pœnam sanguinis.*
5 *Fructus beneficiorum an pertineant ad successores clerici.*

QVòd † clericus iuxta terminos istius decisio. agens ad restitutionem rei ecclesiæ valeat petere in integrum restitutionem, & sic habeat beneficia in causa, conueniunt allegata per Fel. in c. ecclesia S. Mariæ. nu. 8. de consti. f. 44. ubi concludit, ista non procedere in bonis patrimonialibus ipsius clerici, & aliis propriis, ut fuit notatum suprà decisi. 275. & secundùm ista etiam procedunt notata per Abba. in c. literis. de iur. calum. & idem Fel. in c. cansam. de præscrip. col. fi. num. 15.
2 uolentium, quòd licèt causa decimarum sit spiritualis † tamē quando ageretur de fructibus nam de re propria clerici non spiritualis, & sic cessant beneficia, conuenit que Aymo in cōsi. 258. efficaciora. quæ beneficia minori, seu priuilegiatæ personæ negat dari debere Lucas a Penna in l. 1. q. 13. pu. lxti. lib. 12.
3 aduersus pacem † factam per ipsum minorem de delicto, nisi forte prætenderet interesse pecuniarium. item etiā bene quis renuntiat beneficio secundum glo. notabilem in l. ait prætor, quod cum minore viginti annis. de mino. contra quam gl. tenet Boerius in d. c. 350. & videtur, sed latius per Couaruuiam in lib. variarum disputatio. c. 6. lib. 1. & quòd ad delicta, & sic ad crimina opponenda minor non restituetur, declarat etiam Tholose. dec. nu. 51. & insuper in istis aduertas, quantum Af-
4 flic. hic in primo uideatur innuere, clericum † posse agere furti ad pœnam delicti criminalem, nam hoc de iure non procedit, & si ageret, incurreret irregularitatem. In. Fel. in c. cum P. Manconella. de accusa. col. nisi forte accusatur citra pœnā sanguinis, sicut docet tex. ic fieri debere in c. 2. de homi. in vi. notat Fel. in loco supracitato, sed latius Barba. in rep. c. sententiā sanguinis. consi. 30. ne clerici, vel mona. sec. neg. se immis. & per ritum magnæ curiæ, cuius est initium, item seruat ipsa curia, statutum clericum denuntiantem debere dare fideiussorē laicum de non concordando, quem ritum nunquam uidi in
5 praxi obseruari. & de subiecto † huius deci. an fructus prędecessoris beneficii sint successoris, declarat Capi. in decisi. 3. Iason in consi. 75. 3. uol. Bertran. in consi. 21. uol. 3. fuit notatum suprà in decisione. Cæs. Vrsill.

DECISIO CCCXCI.

De quæstionibus, & tormentis, & de processu aduersus criminosos non seruato iuris ordine.

SVMMARIVM.

1 *Tortura an possit inculpato infligi ex processu informatiuo 8. 10. 11.*
2 *Defensio cuius iuris sit?*
Princeps naturalia tollere an possit.
3 *Defensionem auferre iuri naturali repugnat, etiam criminosis.*
4 *Princeps est supra ius positiuum, non supra naturale.*
5 *Informationes secreta non probant.*
6 *Stylus potest derogare solennitati defensionis, qui seruandus est.*
Princeps ex causa citationem omittere potest.
Iniustum toleratur ex causa in principe.
7 *Capitalia causa per iudices iustissime examinanda.*
8 *Iurisdictio omnis à Deo est.*
9 *Defensionibus renuntiari non potest.*
10 *Leges transgredi licet propter criminis atrocitatem.*

FVit dubitatum in consilio pręsentibus iudici-
1 bus magnę curię uicarię, † utrum illa pręeminentia magnę curię de torquendo inculpatum de crimine capitali ex indiciis habitis ex processu informatiuo possit indistinctè dicta magna curia contra quemcunque inculpatum de crimine capitali uti tortura ex indiciis habitis ex processu informatiuo non data copia defensionis, pręterquā contra Neapolitanos, qui habent priuilegium à catholica maiestate, quod contra eos non utatur dicta pręeminentia, sed procedatur secundum iura & con-

constitutiones Regni. Hoc dubium incidit in illã quęstionem tactam per And. in consti. Regni hi qui.in t.lib. uidelicet an princeps posit statuere, ut non detur reo defensionis copia, ubi concludit,
2 ꝙ non, †quia defensio est de iure naturali l.ut uim. ff.de iust.et iur.l.1.§.cum arietes.ff.si quadru.pau. fecis.dicatur. naturalia enim princeps tollere non potest, ut inst.de iure naturali.§.fi. & patet.in dist. quę ponitur in l. 1. C.si contra ius uel uti. pub. & idem dicit ipse And. in c. 1. in uerbo, bona committentium crimen lęsę maie. quę sint rega. inde dicit glo.in Cle.sępe.in uerb.defensiones.de uerb. sig.ꝙ prętextu liberi arbitrii non potest tolli defensio,& ibi hoc declarat D.Georgius in sua repet.d. Clem.impressa,& patet in Clem.pastoralis.§.pen. de re iud.& no. Bar.in l.filiusfa. ff. de don. & in l. milites.ff.de test.mili. & in extraua. ad reprimendam.in uerbo,figura.& Ant.de But.& Io.de Imo.
3 in c.1.de consti.†Item,quia nulli criminoso debet tolli defensio,ut c.cum super.de excep.quia est de iure naturali, quę per principem tolli non potest, per tex.in d.Cle.pastoralis, est enim tollere defensionem, si ex indiciis habitis per processum informatiuum quis possit torqueri, ex quo ante torturam non fuit auditus in iuribus suis, ut bene hoc firmat Abb.Sic.in c.dilecti filii, de exceptionibus,
4 † nam & in summariis causis non potest tolli defensio, ut not.in d.Clem.sępe. Bene fatendum est, secundum eum ibi, ꝙ exceptiones competentes sibi de iure ciuili, istæ possunt tolli per principem, & per stylum curiarum, nam princeps ciuiles defensiones potest tollere, cum ipsum ius positiuum sine causa tollere possit, sicut posset condere, ut bene hoc no. Alex. in l. sicut iniquum. §. si pro quo.ff.quod quisque iur.per c.1.de const.habetur in c. proposuit.de conces. preb. Dicebant iudices magnæ curię Vicarię, ꝙ licèt sit de iure, ꝙ testes examinati parte non citata non probent, maximè in causa criminali, ubi tractatur de maiori prę iudicio, quàm in causa ciuili, ut in l.si quando, C. de test. & in cap.2. eo. tit. & no. Bar. in l.fin.ff. de
5 quęst. † tamen ex quo stylus est in magna curia, quando iudices uolunt procedere ad torturam ex testib. ad informationem examinatis absque partis citatione possunt, et iste stylus debet obseruari, quia ita dicebat Alex.in 2.vol.cons.41.ª incipiente, habita super contentis, ult.col.ubi etiam dicit, ꝙ stylus seu consuetudo potest derogare solennitati citationis, ut dicunt Bart.& Saly. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. nam causa subsistente princeps potest omittere citationem, ut est gl.no. in l.antep.ff.ex quib.cau.maio. & no. Bal.in.l.cessante, C.quomodo & quan.iud.& in l.nec causas. C.de app. unde cum retro Reges concesserunt iudicib. ut suo arbitrio possent ex processu informatiuo omissa solennitate citationis contra facinorosos & diffamatos de criminibus procedere, hoc factum fuit ex causa, ut homines facinorosi de eorũ
6 debitis occultis puniatur.†unde tollere citationem non est de iure naturali propter se, sed propter defensionem, ut dicit Bal.in l.executorem 13. col.C. de execu.rei in.in uers.modo facio quendam uolatum, & ex causa toleratur in principe iniustum, ut dicit Cyn. in l.rescripta, C. de preci. Imper. offer.& doct.in c.quę in ecclesiarum, de const. & Ant.de Bu. in c. cum inter. de renun. & in c.constitutus.de relig.do.& Bald.in l.testamentum, C. de testa. & hoc pluris dixit Ale.in suis consiliis. Ego dicebam, ꝙ omnia ista allegata per iudices possunt procedere, ubi non tractatur de uita ho-
7 minis. † Sed vbi tractatur de vita hominis, quem Deus creauit, ad ipsum spectat, quando uult homines mori; quia dicit Hermogenes Philoso-phus, ut refert Aristoteles in lib. de Regimine principum. in cap.de regis iustitia, quòd quando creatura interficit creaturam, omnes uirtutes cęlorum clamant ad diuinam maiestatem dicentes, domine domine seruus tuus uult esse tibi similis. & Deus respondet, ipse interfecit, interficietur, mihi uindictam, & ego retribuam. quando enim iudex ritè & rectè hominem condemnat ad mor-
8 tem, hoc facit; quia est minister Dei.†Ex quo omnis iurisdictio à Deo est mediatè uel immediatè, vt dicit Host.in c. 1.§.hæc sancta. de summa trin. & Arch. 11.q.3. cap.an est,& Inno.in ca.quod super his.de uoto.& uo.redemp. & Ant. de But.in c. licèt ex suscepto. de foro comp.& Abb.Sic.in con. 13.inci.conditor omnium.& ego dixi anno prætorito in rub.ff.de iurif.om.iud.vnde si torquetur inculpatum de homicidio capitali præcedentibus indiciis habitis eo non citato, nec data copia defensionis pp dictam obseruantiam, hoc non reperitur iure cautum, ꝙ fit iure factum, sed potius contrarium, per id quod dicit Bal. in d.§. si pro quo.
9 Quòd illud, quod dicitur, † ꝙ princeps potest tollere defensionem, intelligitur in causa ciuili uel pecuniaria, secus in causa criminali uel causa status, alleg.d.Clem.pastoralis. Hinc dicimus, quòd in criminali non potest renuntiari defensionibus, quæ sapiunt innocentiam l. 1. §. si quis ultro, ff. de quęstio.Bal.in capitu. 1. de probatio. Bene tamen princeps in causa criminali potest tollere exceptionem, seu defensionem, quę non excludit crimen, ut exceptio lenocinii, ut in l. quoniam Alexandrum, & ibi per Bal. C. de adu. & de ista limi. fuit memor Felin.in ca.cum olim. ulti. col. de re iud.& sic defensione naturalem princeps tollere
10 non potest. secundum eum ibi. † Fuit ego dictum & conclusum tam per iudicē magnę curię, quàm per sacrum Consilium, ꝙ contra latrones insignes, desrobantes stratarum, incendiarios, uiolentos raptores, & committentes grauia crimina, contra quos laborat infamia, contra istos procedi potest iuris ordine non seruato, & sic ex processus informatiuo ad torturam, quia propter terribiles casus licet iustas leges transgredi, secundùm Inn. in c.1. de consti.& Bal.in l. obseruare.§.proficisci 11. q.ff. de offic.proconsulis. & in l. 1. C. de preci. Imper. offe. & in l. si seuerior 3.col.C.ex quib.cau.infam. irro.cum similib.Et ad hoc accedat prouisio Regis Caroli secundi, quę incipit, de iuris censura prouidè & c.charta mihi 55.quę vult, ꝙ cõtra prędictos
11 proceditur iuris ordine non seruato. † Sed si inquiritur contra uasallum Regis bonę famę de aliquo delicto non notorio, tunc non est iustum, ꝙ procedatur ad torturā ex processu informatiuo; quia esset tollere defensionem, quod iura abhorrent, ut supra, & ita postea uidi seruatum.

ADDI-

ADDITIO.

Vide Hyppolitum in l.2.col.2.in §.ff.de quæstio.
a Consi 41. Idem Alex.consil.65.uol.1. Tho. Gram.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXCI.

1 *Princeps an valeat auferre defensiones, & sic mandare, quòd quis subiiciatur quæstionibus ex processu informatiuo.*

2 *Mandatis fulminatoriis principis non parendum, sed ipsi principi consulendum, & ideo si princeps ordinat aliquem debere decapitari, non debet statim parere, idem in iudice habente liberum arbitrium.*

3 *In criminalibus an possit quis suis defensionibus renuntiare, & quid quando sumus in delicto notorio, vel quando quis est repertus in delicto flagranti.*

4 *An causa sedandi tumultum potest homo incontinenti occidi.*

5 *Officialis qui iuris ordine non seruato aliquem interfecit pecunia forte corruptus, vel calore iracundiæ qualiter debeat puniri, stilus qualiter probetur.*

1 ET quòd princeps † non ualeat tollere defensiones, & per consequens ordinare aliquem subiici debere quæstionibus ex processu informatiuo, & sic ea quæ sunt iuris naturalis tollere. & cum hac decisio. conuenit Paris in uerbo tortura. fol.108.in suo tracta. sindi.nisi contra insignes diffamatos latrones & iniqua agentes. Gramm. in uoto 30.vbi ista decidit in causa veneni, delicti occulti. & idem in uoto 32.vbi diffi-
2 nit istis † mandatis fulminatoriis superiorum non fore parendum, per tex.l.si vendicari.C.de pœnis, sed ipsi principi consulendum, sicut etiam declarat tex.c.si quando.de rescrip.ubi late Fely.uoluit idem Gram.in consilio 45.num.35.& seq.& in consilio 1.in ciuilibus, in consi.86.num.10.est text.c.1.de caus. poss.& propriet.ubi Pontifex summus inquit, nec nos aliquid parte inaudita possumus diffinire.declarat idem Gramma.in consi.160.in ciui.Curtius Senior in consil. 49. memoriæ.in fi. vbi diffinit, quòd quando princeps in delictis puniendis procedit iuris ordine non seruato, quòd in ipso non præsumitur causa.Iacobinus in tract.feu.in verbo princeps, num.8.ubi ait, si princeps tulit animi sui motu sententiam capitalem contra aliquem furore ductus, quòd nõ statim exequendum. sed amplissimè de istis quando princeps canit illud Psalmi, Domine ne in furore tuo, ipsi non sit parendum. declarat Silua nuptia. in titu.in dubio quomodo iudicandum, num.49.fol.450.nam dolet quandoque deinde iussum suum fuisse executum in se reuersus, & quosdam princeps ductus iracundia iussisset mori quos mox optat viuere, & alia multa, sed quòd princeps etiam non auferat defensiones alicui, idem voluit Hippo. in consi.81.salus.num.7.79.& 52.num.13.in iudice habente liberum arbitrium, quòd ista facere non ualeat, in consi. 3.nume.26.in consi.8.num.28.& in consi.16.num.20.& 25. nume. 31.& 75.& in consilio 46.num.15.35.59.120.123.160.in quibus etiam, quod ex testibus examinatis parte non citata non datis defensionibus, quòd nil ponatur in esse, declarat Ias.in l. milites.C.de testa.mili.ubi concludit, non ualere ex libero arbitrio, quem subiici quæst.& tormentis ponere, sine indiciis, quæ limitat Aymo notoriis, in consi.5.quia in istis princeps de facto.& absque citatione potest.item in iis, quæ fiunt tempore balli quæ procedunt, sed in causis ciuilibus licet principi iudicare sola facti ueritate inspecta. l. Emilius Largianus, de mino.Dec.in consi.63 1.casus.sunt anno.supra in dec.372.hoc ideo in criminalibus admittitur, ut inquit Afflic hic, quia nemo ualet eius defensionibus concernentibus ipsius innocentiam renunciare, gl.nostra in l.pactum inter hæredes.in uerbo is quoque, circa fine, & bene dicit circa concernentia eius innocentiam, nam si quis fuisset fortè confessus delictum, vel delictum ipsum fuisset notorium, & repertus quis in flagranti, iuxta nota.per And.in consti.reg.humanitatem, & in consti.iustitiarii non per calendas. bene nanque posset quis suis defensionibus renunciare, immo quando quis caperetur per officiales ad id deputatos, ut sunt domini electi huius fidelissimæ ciuitatis Neap.qui habent inter alia uirtute capitulorum eis cõcessorum iurisdictionem contra delinquentes in assistentes, & alios repertos in flagrantibus non habent it delinquẽtes sic inuenti in delictis flagrantibus defensiones, etiam si parent secũdum meum autorem in d.consti.reg.iustitiarii non per calendas.nu.7.prout ita dixi, dum essem aduocatus, & consultor huius fidelissimæ ciuitatis, & de istis & aliis nonnullis in quibus quis potest suis defensionibus renunciare post Ias. & scrib. in d.l.pactum inter hæredes, per illam glo.ibi. ff.de pactis.declarat Hippo in praxi crim.in uerbo, postquam, & in §.diligẽter. num.162.& melius in §.cætat.per totum, quæ non procedunt causa sedandi tumultum, prout videtur affirmare tex.l.qui cedem.ff de siccariis, quòd liceat hominem interficere, sed benè pœna accele atur.Rom.sing 573.licèt iudex, sed latius Tiraq. in tract.de pœnis, causa 46.fol.150 & secundum prædicta pũto intelligenda, quæ dicit And.in c.1.§ si.num.32.in fi.de cap. Corra.qui secus uidetur velle.sed iuxta ista quæritur, qualiter plectetur iudex, uel alius officialis, qui iuris ordine nõ seruato pecunia forte uel calore iracundiæ aliquem interfecit, declarat tex.l.Iulia.§ hodie.ff.ad legem Iuliam repe. Paris in sind.fo.35.Hippo.sing.270.homicida.quòd pœna mortis, sed alia, & no.ultra Alex in consi.36.uiso themate.col.fi.2.uolum; qui optimè dixit, declarat Fel.in c.ex parte.lo 1.de sesc.qui distinguunt, aut præter legem, & tunc minus tempus est necessarium, aut contra legem, & tunc maius tempus requiritur, ut ibi per eos. Cæs.Vitill.

DECISIO CCCXCII.

De priuilegio per principem concesso priuato & suis heredibus super ædificatione publicam utilitatem cernente, quod in singularem successorem non transit ad reædificandum ædificatio semel collapso, & alteri per successorem concesso.

SUMMARIUM.

1 *Lateris in maritimis locis construenda concessio pro se suisque in posterum successoribus, an transeat in singularem successorem ædificio semel destructo.7.*

2 *Belli Neapolitani per Regem Francorũ Carolum VII. gesti narratio.*

3 *Neapolis per Federicũ deserta exercitu Ludouici XII. adueniente.*

4 *Galli è Neapoli actu fugati.*

5 *Prosequi cogitur, qui semel uoluit.*
Remissio semel facta non tollenda.

6 *Perpetuum sit, quod princeps donat.*
Donationes Regum non capiunt diminutionem.

7 *Cauens de modo implẽdo, cauere debet de modo impleto.*

8 *Actum quando non sufficiat semel adimpleuisse.*

9 *Fauor publicus ultra primũ actum concessum trahitur.*
Rex an possit in concessionibus dolum committere.

10 *Priuilegium ultro citroq; obligatorium, an semper transeat in contractum, qui non potest reuocari?*

11 *Antecedens uelle cogitur, qui consequens apprehendit.*

12 *Fundamenta vetera antiquam domum faciunt, etiam si super ipsis noua construatur.*
Ecclesia collapsa reparata dicitur eadem ecclesia.
Domus ex quibus constet?

13 *Tectum inest in superficie.*
Solemnitas in actu faciendo requisita respicit etiam actum reficiendi.

14 *Reficere quid sit?*
Episcopi cõsensus in reparatione monasterii nõ requisitus.

15 *Officio finito obligatio inchoata prætextu officii finitur.*

16 *Successor an, & quando prædecessoris priuilegium gratis reuocare possit.*
Constitutio etiam prohibitoria sola uoluntate facta, sola uoluntate reuocatur.

Princeps

17 *Princeps an & in quibus casibus possit reuocare concessionem de statutis condendis populo datam.*
18 *Feudum semel concessum, an & quando possit alteri per dominum concedi?*
19 *Possessio quę sine titulo non possidetur, extincto euanescit tit.*
Antecessor non debet successori preiudicium ferre.
Dominus propria authoritate quando uasallum spoliet.
20 *Concessio finita rei alteri per dominum collatę agnato, praecludit uias ad petendam confirmationem.*
21 *Finalis causa formae magis attenditur, quàm praecisa causa.*
22 *Filius naturalis tantum qualiter patri succedat.*
23 *Legitimatus an includatur in dispositione principis de hęredibus mentionem faciente, & quid de adoptiuo 24.*
25 *Ludouicus XII. uocatur à Matthaeo successor immediatae Regni, & ciuitate Neapolis.*
26 *Gratia ob utilitatem publicam facta in tempus successoris non transit.*
Priuilegium praedecessoris in confirmandis non operatur tempore successoris.
27 *Remedium c. reintegrandae. non competit amittenti possessionem iusta causa.*
28 *Ferdinandi uictoria contra Gallos non precogitata.*
29 *Regnorum facta in manu Dei sunt.*

1 REx Ferdinandus primus † concessit quondam
Lucae biam eius que hæredibus, & successori
bus in posterum in mole magno ciuitatis Neap. fa-
uorem, seu laternam, ut possit & ualeat pro salu-
te & securitate nauigantium ædificare, & uult quod
tam dictus Lucas, quàm eius hęredes & successo-
res possit. & ualeant ab omnibus uasis maritimis
debitam solutionem recipere, quemadmodum in
aliis locis exigitur, ubi est dicta laterna, dummodo
uestris expēsis dictam laternā curetis gubernare,
conseruare, & manutenere. Post hæc d. Lucas ædi
ficauit turrim in mole prædicto, & ibi pusuit later
nā, ut luceret de nocte nauigātibus ad portū dictæ
ciuitatis, & exegit dictum ius laternæ à uascellis
2 maritimis, & eo tenente & possidente, † superue-
nit Rex Carolus VIII. Francorū in Regio Sicilię,
& cępit Neapolim, & Rex Ferdinandus secundus
se absentauit, & durante eius absentia dictus Lu-
cas fecit donationem Cęsari suo filio naturali, quē
asseruit legitimatum inter uiuos, de dicta laterna
& iuribus suis publico instrumento mediante, &
dictus Lucas recessit cum dicto Rege Carolo ad
eius seruitia in Franciam. Deinde reuersus est Rex
Ferdinandus & recuperauit Neapolim. Et gentes
Regis Caroli, qui tenebant Castrum Nouū ictib.
bombardarū deuastauerunt laternam & turrim,
ita quod non potest dici amplius turris, neque locus
ad laternam, nisi iterum non struatur, & nunquam
tempore Regis Ferdinandi secundi, neque tempo-
re Regis Federici dicta turris fuit ędificata, sed fuit
3 ibi laterna spatio annorum vii. † Adueniente do-
minum exercitu Regis Ludouici Francorum, Rex
Federicus recessit a ciuitate Neapo. in ciuitatem
Isclæ, quæ est tutissimus locus, & inexpugnabilis,
& sic exercitus Regis Ludouici habuit possessio-
nem ciuitatis Neap. qua habita quidam Gallus no
mine Io. impetrauit à uicerege Gallico, ut possit
ædificare turrim in dicto mole magno, & tenere,
& gubernare laternam, & ipsam manu tenere pro
commoditate & salute nauigantium de nocte cū
iure exigendi, quod solitum est exigi, qua turri
& laterna ædificata per dictum Gallum, & eo exi
stente in possessione exigendi dictum directum il-
lustrissimus magnus capitaneus pro parte catholi
cæ maiestatis deuicto exercitu Gallorum habuit
4 ciuitatem Neapolis, † & post paucos dies in uigi-
lia S. Ant. de Padua habuit castrum Nouum miro
modo, & concessit dictam turrim cum onere te-
nendi, & manumittendi dictam laternam, & re-
cipiendi d. directū honorabili Benigno de Egidio,
& eo tenēte & possidente dictus Cæsar agit posses
sori recuperandæ possessionis contra dictum Be-
nignum. Dubitatur, utrum dicto Cæsari compe
tat remedium possessorium recuperandę contra di
ctum Benignum, qui non spoliauit, sed supradicto
modo ad eum possessio peruenit uigore constitu.
Regni, quæ incipit. cir ca uiolentiarum. ibi, per
quascunque manus possessio ambulauerit &c. per
quam corrigitur l. cum à te. ff. de ui & ui ar. & con
cordat cap. sępe de resti. spol. uel ueniat rationabili
liter absoluendus. Istud dubium est multum prę-
gnans, nam habet ista dubia. Et primò, utrum
semel destructa turri cum sano duret concessio
facta per Regem Ferdinandum primum dicto Lu
cæ & eius hęredibus. Secundò, utrum stante dicta
destructione istud priuilegium liget successorem
ad eius obseruantiam. Tertiò, utrum dictus Lucas
potuit donare dicto filio suo naturali, quem no-
minauit legitimatum & non apparet aliquid de ip
sa legitimatione. Quartò, utrum licuit Viceregi
Gallorum concedere dicto Ioanni Gallo, ut possit
dictam turrim ędificare & manutenere laternam,
& exigere dictum directum, qua ędificata si potest
dicere Cęsar, quod fuit spoliatus, & utrum sibi com-
petat aliquod remedium. Quintò, si contra dictū
Benignum, qui habuit dictam turrim ex conces-
sione magni capitanei, potuit intentari à dicto Cę
sare dictum remedium possessorium. Sextò & ul-
timò, quę ratio habenda sit de allegata rebellio-
ne contra Regem Ferdinandum secundum com-
missa per dictum Lucam post dictam donationē
factam dicto Cęsari. Ad primum dubium uide-
tur, quod ędificio turris deuastato liceat reficere Lucę
5 & successoribus suis; † quia quod uoluit semel, co
gitur prosequi, no. gl. in §. omnium. in uerb. exer-
cere, in auth. de litigio. & ibi concor. & remissio se
mel facta non debet tolli 23. q. 4. c. si is qui præla-
tus est, & faciunt iura, quod ea, quę succedunt in lo-
cum alterius, tenent primum locum, ut c. ecclesiis,
ut lite pendente, & ibi concordant gl. & ad hoc ac
cedant omnia illa, quę allegat Io. And. in nouella
in c. non potest. de pręb. lib. 6. & sic dictus Cęsar
deuastata turri cum laterna modo prędicto non
amiserat possessionem, neque dominium, cum po
terat quandocunque uoluisset eam reficere. Pro
hoc allegatur Bar. in l. quominus, in 1 5. q. ff. de
flumi. in quantum dicit, quod quando nobis cōpetit
ius ducēdi aquam a flumine publico nauigabili,
quod aliàs de iure non liceret nisi ex priuilegio
principis, tunc istud ius transit in propriū, & tunc

perditur

i perdit ut per non usum spatio 10. uel 20. anno. & sic
6 durat. †Ita in proposito non est licitum ædificare in mole pdicto, cũ sit Regis. sicut flumina nauigabilia, ut in c. 1. in uerb. flumina, quæ sint reg. sine authoritate Regia, ut probatur in l. fin. ff. de flu. & tenet Bal. in rub. de rerũ diuisio. in 5. col. uers. quæritur ergo. Sed si princeps concedit, est proprium, & durat in perpetuum: quia donationes regũ nõ recipiunt diminutionẽ: in auth. constitutio, quæ de dignita. §. illud. & no. in l. saluberrima. C. de agen. in re. lib. 12. quæ iura ad hoc allegat Old. cons. 30. incip. factum tale est, magistro militiæ, nam postquam quis est inductus in possessionem Regia authoritate in dicta laterna, debet defendi, & manuteneri regia authoritate, argu. l. permisceri. §. species. ff. de acq. poss. cum simili. allegatis per Bal. in l. inter Castellianum. ff. de arbit. inde dicit
7 Bal. in l. Titio centum. ff. de cond. & dem. †q omnis, qui cauet de modo implendo, tenet cauere de modo impleto in esse conseruando, per illum tex. & condẽnatus ad tradendũ si tradidit, tenet ad rem traditam possidere patiendũ, secundũ Ang. in l. in numeratione. ff. de sol. In contrarium adducit. q destructa turri cum fano, modo supra dicto, est extincta illa cõcessio Regia Ferdinandi: quia illa intelligitur de prima ædificatione, & quantum durat ipsa ædificatio, & nõ de secunda ædificatione. ad hoc faciunt quatuor leges, quas ad hoc allegat gl. in d. c. non põt, de pben. & lib. 6. uidelicet l. boues. §. hoc sermone. ff. de uer. sig. ff. de leg. 3. l. fideicõmissa. §. si quis decem. & ff. de cond. & dem. l. hæc cõditio. & ad hoc faciunt oẽs illæ fallẽtiæ, quas copiose allegat Fel. in c. innonamus. de treuga & pace. & alia quæ ultra eum dixi in rub. de contr. feudi apud pares te mi. in 5. char. & dicit Pet.
8 de Anch. in cons. 405 inci. tria dubia &c. †q qñquis facit actum à principio uoluntarium, tunc sufficit semel implementum esse factum: secus quãdo ex causa necessaria adimplet actum, tunc debet remanere sine dãno, & ideo debet durare illa gratia, & idẽ sentit Dominicus in d. cap. non põt §. unde cum d. Lucas uoluntariè se ingessit petẽdo à Rege Ferdinando, ut posset facere dictum ædificium pro fano, & recipere dictum dirictum, & hoc nõ fecit ex necessitate, neq; pretio mediante, uel aliquibus seruitiis præstitis, sequitur de necessitate, q si semel fecit dictum ædificium, quod chasmate uel ictibus tormentorum est extinctum, non potest uirtute dicti priuilegii reficere, secus si necessitate uel pretio dictam cõcessionẽ habuisset, secundum doc in d. c. nõ potest. Nec obst. q posset dici, q ista concessio facta Lucæ, & eius he
9 redibus est fauorabilis: quia respicit bonum nauigantium de nocte, & in actu fauorabili non intelligitur de prima constructione, sed de secũda & tertia & ultra, ut probat Fel in d. c. innouamus. uers. 3. fallit, q respectu ipsius concessionarii non tangit bonum publicum, sed priuatum propter eius utilitatem. Item, quia ista possunt procedere, qñ Rex Ferdinandus q concessit, aliquid fuisset lucratus a suscipiente dictã concessionem faciendi laternam, ut supra, puta aliquam donationem, uel factũ, quod habet perpetuã cõmẽsurationem: tunc intelligitur nõ solũ de prima & secunda cõstructione, sed ulteriori, quia si secus diceremus, cõmitteret Rex dolũ: ut in l. si cum mihi. ff. de dolo. ita dicit Nic. de Matth. ut refert Bal. in l. qui se patris, pen. col. C. unde liberi. ergo ubi Rex Ferdinandus nihil fuit lucratus ex dicta concessione, nec habuit aliquam donationem, uel factũ, quod habet perpetuam cõmẽsurationẽ, ipse Lucas, uel eius successor non est in damno, si ædificium chasmate uel ictu bõbardarum corruit, ideo potuit alteri concedi ille lo-
10 cus, ut ædificetur turris pro laterna. †Nec obst. si dicatur, q istud priuilegium est ultrò citroq; obligatorium, & sic transiuit in contractũ, qui nõ põt reuocari per ea, quæ habent in d. l. qui se patris, & per And. in constit. Regni, ea quæ ad decus, & moder. in c. nouit. de iud. cum multis simillib. de quib. dixi in c. 1. de natura feu. hoc modo, uidelicet Lucas debeat turrim ædificare & Rex sibi cõcessit, ut possit exigere dictũ dirictum. Quia ad hoc faciliter respondet, q totum hoc est in fauorem ipsius Lucæ, cum nõ aliter poterat exigere dictum dirictum, nisi prius facta constru-
11 ctione ædificii, ubi debeat esse dicta laterna. †Et qui uult consequens, de necessitate uult antecedens l. illud ff. de acq. hære. quando antecedens nõ est maius, quam cõsequens, ut Lud. per l. pen. C. de necess. seruis hæred. insti. & tenet Bar. in l. 2. ff. de iurisd. om. iud. Et sic nihil consecutus est Rex ex dicta cõcessione, merito nõ põt dici, q transiuit in contractum. Nec obst. q potest dici, q dicta turris ictu tormentorum non fuit in totum collapsa, sed remanserunt pedamenta, & ideo poterat ædificari per dictum Cæsarem, & dicebatur eadem turris. & sic non est extinctum dictũ priuilegium, per legem inter stipulantem, §. sacram,
12 ff. de uerb. oblig & l. si ita. §. domus. ff. de leg. 1. ubi, quando domus est funditus destructa, si ædificetur, dicitur noua domus, secus ubi remanent pedamenta: ut dicit Bar. in l. 1. §. si quis ædificium. ff. de oper. noui nunt. facit gloss. in c. 3. de iure pat. & pro hoc l. usufructus ciuitati. ff. quib. mod. ususr. amit. & quod no. Io. Andr. in rubr. de consecra. eccl. uel alta. q si ecclesia non est in totum diruta, & reparatur, dicit eadem ecclesia. Nam ad hoc faciliter respondetur, q domus consistit ex tribus, uidelicet solo, pariete, & tecto, ut dicit philosophus. & refert Neap. in cõsuetudine prima, de iure congrui, in uer. bo. domum. sed secundum Iuristas dicitur ex solo, & superficie, ut ff. de sol. l. qui res §. aream, & ff. de rei uendi. l. solum, & ff. de contrahẽ. empt. l. domum. ff. de usuf. l. cum qui.
13 †& in superficie inest tectum, ut dicit Alb. in d. l. solum. sed pedamenta non est superficies, ideo non potest dici eadem domus, si reficitur.
Præterea, constitutio Regni, castra, in fi. expresse dicit, q ubi semel sunt turres ædificatæ, dicit Andr. in demanio, non licet reædificare sine noua licentia Regis. facit l. si ut proponis. la 2. C. de nup. ubi solennitas quæ requiritur in actu faciendo, requiritur in actu recuperando, uel reficiendo.
14 †An autem reficere sit propriè de nouo ędificare, uide remissiones Alex. in l. de pupillo §. si quis riuos. ff. de oper. no. nun. & licet gl. in c. de monachis 18. q. 2. dicat, q si repararetur monasterium, nõ requiritur consensus episcopi, sicut requiritur in noua constructione, & Alex. in d. §. si quis ædificium, tamẽ hoc nõ procedit in regno, ubi turres in demanio fabricatę & collapsæ non possunt reparari sine noua licentia, & pro hoc bene facit id quod not. Bald. in l. fi. ff. si quis
15 cau. ubi dicit per illũ tex †q finito officio finit obligatio inchoata prætextu officii. Et ideo sup isto primo dubio ego sui in uoto, q non licebat dicto Cæsa

ri dictam turrim destructam, ut supra, iterum ædifi-
care: quia solum erat moles regiæ maiestatis, & in
hoc uoto fuerunt alii Domini de consilio. Ad secun-
dum dubiū satis clarè patet responsio ex his, quæ di-
cit Alb. de Ros. in l. digna uox. C. de legi. ubi dicit, ꝙ
16 si prædecessor fecit priuilegiū gratiæ, † & tunc succes
sor indistinctè potest reuocare illā gratiā, alleg. tex.
in c. si is cui. de præb. lib. 6 nisi priuilegium suum ef-
fectum fuisset consecutum. puta legitimasset spuriū,
uel fecit quendam notarium, tunc non reuocaret, ni
si ex causa, ut ibi per eum. Nam & ipse idem, qui sub
dito concessit gratiam posset ipsam reuocare, secun
dum D. Ant. de Bu. Car. Flo. & Abb. Sic. & Mod. in c.
nouit. de iudiciis, inde dicit Ion. in c. cum ad mona-
sterium, de statu mona. ꝙ sicut sola uoluntate fit cō-
stitutio etiam prohibitoria, ita sola uoluntate reuo-
catur, & eius fit relaxatio. Idem And. de Iser. dicit in
effectu in constitu. Regni, ea quæ ad decus. & Bal. in
17 tit. de pace Consta. in uerbo, omnib. ubi dicit † quòd
princeps potest reuocare concessionem, quam de-
dit populo de condendis statutis, nisi in tribus casib.
per Feli. in d. c. nouit. Sed in c. 1. de proh. ponit regu-
lam, ꝙ princeps, & eius successor debet obseruare
contractus, nisi in 7. casibus: ut ibi per eum, qui ca-
sus non possunt adaptari ad præsentem casum, mul-
tò fortius reuocabit successor gratiam prædecesso-
ris, secundum ea. quæ no. in c. 1. de proba. & no. Bat.
in l. omnes populi. circa fi. ff. de iust. & iu. & Petr. de
Anch. in c. quoniam. de præb. lib. 6. & Albe. de Iust.
C. confirmando, in 3. col. & maximè, quando gratia
principis finita est in tempus cōcedentis, uel eius he
redis, sicut est in themate; quia sine turri non potest
esse laterna, & turris est diruta, quæ sine licentia no-
ua non pōt reædificari, ut supra dictū est, & sic si suc-
cessit alter concessor iuris ædificandi turrim, non cō
petit aliquod ius dicto primo concessionario, nec
in petitorio, nec in possessorio, maximè in tēpus suc
18 cessoris: quia ius eius est extinctum: † sicut dicimus,
quando concessum est feudum ad certum tempus:
& tempus esset finitum, dominus potest alteri cōce
dere, nec possessori competit aliquod remedium: ut
dicit Bal. in c. quæ in ecclesiarum. 9. col. de constit.
ubi dicit, ꝙ si feudum uacet, non est necesse, ꝙ citet
possessor in eius collatione, quia apertum est, sed si
non uacet, sed potest auferri, tunc spectanda est sen-
tentia priuatiua, antequam alteri conferatur, & in
19 14. col. eiusdem capituli, † ꝙ possessio quæ sine titu
lo possideri non potest, titulo extincto euanescit l.
locorum. C. de omni agro deserto, libr. 1 1. & potest
de ipsa alterum inuestire eo non citato, & possessio-
nem alteri tradere, si lis non pendet in iudicio. & ibi
multa egregia uerba subdit, ut ibi per eum: antheces-
sor. n. in tempus successionis non debet partes suas
interponere: quia in messem alienā. secundùm Bald.
in c. 1. in 2. col quo tēpore miles. facit, quod ipse di-
cit in c. 1. qui success. teneatur. Sic etiā dicimus, quā-
do alienatio feudi est notoria sine consensu dñi de iu
re communi, dominus propria authoritate spoliat
uasallum, ut dicit Bal. in c. fi. in fi. per quos fiat inue-
stitura, & in c. 1. de feud. sine culpa nō amit. & est gl.
adhoc in auth. de eccl. rerum immobi. alie. in d §. de
cætero. quā ad hoc allegat Bal. in c. cæterū. in 3. col.
de iudiciis. de cuius gl. intellectu per Lud. in l. qui ab
senti. §. si quis possessionem. ff. de acq. poss. de quo p

Bald. in l. Imperialem. §. callidis de prohibita feudi
alie. per Fed. & in consilio Raph. Ful. consi. ult. circa
20 finem. † Et proptereà dicit notanter Lud. Ro. in cōs.
68. inci. uiso themate, quòd si finita est cōcessio, &
dñs alteri concessisset, proximior agnatus, qui non
succederet, non posset petere, ꝙ sibi fieret confirma
tio, per d. Bat. in l. 1. §. permittitur. de aqua quot. &
æstiua. licèt per constitutionem Regni princeps offe
rat potius illi, quàm alteri concedere: ut in cōstit. ut
de successorib. circa finem. Et idem tenet Alex. in 3.
uol. consi. 1 0. inci. dñi redemptoris &c. Præterea cau
sa finalis concessionis factæ de dicta laterna Lucę &
eius hæredibus fuit publica utilitas, ut hoc ostēdit
21 forma dicti priuilegij, † & tunc dicit Bald. in c. quo-
niam Apostolica 6. col. de off. deleg. ꝙ non trāsit ad
successorem. Nec obst. ꝙ dicitur in dicto priuilegio,
& hæredibus: quia Bal. ibi in 2. col. dicit, ꝙ magis at
tēditur finalis causa formæ, quàm uerba pręcisa: sed
finalis causa formæ est utilitas publica. Meritò non
transit in singularem successorē, & ex his & aliis mo
tiuis Dominorum fuit uotatum, ꝙ potuit magnus
capitaneus pro catholico Rege concessisse dic. Beni
gno dictā turrim cum laterna & eius districtib. nec
dicto Cęsari fecit iniuriam. Ad tertium dubium ego
dicebam, ꝙ ex quo dictus Cęsar non erat eius hęres:
22 quia erat filius naturalis, † qui non succedebat patri
de intestato nisi duabus unciis, ut in auth. licet. C. de natu
ralib. liberis, non potest intelligi concessio de hære-
de, quem pater non potest uniuersalem instituere, l.
fin. C. de natural. liberis, & ideo filius bastardus non
habet bonorum possessionem per unde liberi, nec
23 per unde agnati: † & in bonis patris nullam habet
bonorum possessionem, secundum Bal. in l. certum.
in 4. colum. C. unde legitimi. Et licèt pater in con-
tractu donationis appellet eum naturalem & legiti-
matum: tamen nihil est probatum, quòd sit natus ex
soluto & soluta, & retenta matre pro concubina in-
dubitato affectu: ut dicit Io. And. in addi. Spec. in tit.
qui fil. sint legit. & sic non potest intelligi de tali fi-
lio in dispositione principis facientis mentionem de
hæredib. ut in lege l. Iul. §. hoc capite. ff. de ritu nup.
& not. gl. in Cle. 1. de baptismo, nisi in certis casibus
notatis per Pau. de Cast. in consil. 1 8 3. in ci. in causa
24 quę uertitur coram domino uicario. † sicut non in
telligitur in dispositione principis de filio adoptiuo:
ut Alex. in l. adoptiuum. §. prętor ait, in prin. ff. de in
ius uocan. Et sic cum princeps non intellexit de tali
hęrede, ibi potuit non eū ficta dicta donatio. Sed q a
posset esse, ꝙ fuisset legitimatus rescripto principis,
& ꝙ Rex Ferdinandus intellexisset de hęrede, cui ali
quid pater potest relinquere, per l. in conditionib.
§. fi. ff. de cond. & demon. & not. Bald. in l. liberti. C.
de ope lib. & no. Alex. in l. quoties. C. de hære. instit.
& in l. quædam. §. nihil. ff. de eden. cum cōcord. & sic
de particulari hærede: ideo in hac causa de hoc du-
bio nō fuit facta magna uis. Ad quartū dubium satis
25 patet decisio ex superiorib. dictis, † ꝙ Vicerex Fran-
corum pro parte Regis Ludouici uidens turrim pe-
nitus ictu tormentorum destructā, potuit ut Vice-
rex Regis Ludouici successoris immediate Regni, &
in ciuitate Neap. cōcedere licentiā ædificandi dictā
turrim dicto Ioanni, & concedere ius exigendi soli-
tum directum, cum nō tenebatur dictam licentiā cō
cedere dicto Cæsari: quia illa gratia Regis Ferdinan-
di primi

di primi erat extinctus propter destructionem dictę
turris factam propter guerras, quæ non potest repa-
rari uel ædificari sine regnantis licentia, per dictam
const. Reg. ut supradictum est. Itē quia illā gratiam
26 successor potest reuocare, ut supra dictum est. †Itē,
quia fuit facta ob publicam utilitatem, quæ non trā
sit in tempus successoris, sm Bal. in d. c. quoniā Apo
stolica. Item, quia dicit Bal. in 3. uol. cons. 276. inci.
Rex Romanorum, q super illo dubio, Vtrum, quod
legitimè prædecessor fecit, successor possit reuoca-
re, nunquam fuit facta pax inter intellectus, maxi
mè, quia ius consummandi priuilegium prædecessō
ris non operatur tempore successoris, secundum Cy.
in l. fi. C. in quib. cau. in integ. rest. non est necessaria.
& Bal. in d. c. 1. quo tempore miles. Ad quintum du-
bium iam fuit responsum in secundo dubio, q d. Cæ
sari nullum remedium possessorium cōpetit contra
Benignum habentem concessionem à Vicerege ca-
tholicæ maiest. ex quo d. Cæsar amisit possessionem
dictæ turris eo ipso; q fuit destructa & alteri conces
27 sa licentia ędificandi etiam eo non citato. †Accedat
ad hoc id quod dicit Io. Cal. & Io. de Imo. in c. cum
ad sedem. de resti. spol. q amittenti possessionem iu
sta causa non competit remedium c. reintegeanda. 3.
q. 1. & ibi hoc firmat Arch. & Anto. de Bu. & Abb.
Sicu. & Io. And. post Host. in c. accedens, le premier,
ut lite non contest. & Ant. de But. in c. sæpe. de resti.
spol. & ideò si emphyteuta iusta causa cæcidit à pos-
sessione: quia non soluit canonē infra biennium, nō
competit remedium recuperandi possessionem: ut
dicit Alex. in 3. uol. consi. 6. incip. circa processum. in
4. col. & in 5. uol. cons. 90. incip. uiso processu. Et ita
fuit cōclusum per totum Consiliū super isto dubio.

Circa sextum & ultimum dubium non est insistē-
dum: quia tēpore, quo Lucas erat ad seruitia Regis
Caroli Francia dicta turris cum laterna erat in posse
28 Cæsaris fidelis: †nec ex breuitate temporis inter do-
nationem & aduentū Regis Ferdinandi secundi præ
sumendum est, q in fraudem fisci Regis Ferdinandi
fuit dicta donatio, per id quod not. in l. si uentri §. in
bonis. ff. de priuil. cred. & per no. per Barto. in l. post
contractum ff. de dona. quia illa uictoria Regis Fer-
dinandi non fuit in ueritate præcogitata: sed potius
mysterio diuino contingit: sicut legitur in libro Ma-
29 chabæorum: †& quia facta Regū in manu Dei sunt:
ut in epistola inter claras C. de sum. trin. & fid. cath.
& ideò omne donum perfectum de sursum est, descē
dens a patre luminum: ut in authen. ut de cætero cō
mutationes &c. col. 6. in princ. & not. glo. in procem.
const. Regni, ideò in mente mea non potuit cadere,
q donatio fuit facta in fraudem fisci Regis Ferdinā
di, prout allegabatur per patrem dicti Benigni. Qua
re attentis prædictis & aliis rationibus aliquorum
Dominorum fuit uotatum per Consilium, d. Beni-
gnum fuisse absoluendum ab impetitis prædictis p
d. Cæsarem, & sic posteà lata fuit sententia Regis ab
solutoria in fauorem dicti Benigni in sacro Consilio
quæ omnia sunt menti tenenda.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CCCXCII.

1 *Si quis ostendit iustam causam non reparandi molendinum, an eidem currat tempus præscriptionis, vel saltem restituatur.*

2 *Si priuilegiatus non fuit vsus priuilegio nundinarum, vel alio priuilegio, an illud tempore perdat.*

3 *Ecclesia non in totum diruta, an oporteat consecrari, & ciuitas, siue castrum dirutum, sine spe reædificationis, an retineat iura ciuitatis, uel castri.*

4 *Si quis habet molendinum in flumine publico non nauigabili, & passus fuit aquam labi per alium locum, an ei præiudicet.*

5 *An si quis reædificat molendinū penitus dirutum, possit ei nuntiari nouum opus: ac si de nouo construeret.*

6 *Concessio de aliqua re facienda, uel reficienda an intelligatur de prima uice.*

7 *Si princeps tribuit ciuitati priuilegium nundinarum, vel studij, non utendo per decennium an amittat.*

8 *Castro diruto si reædificetur, an homines sint obligati ad custodiam, sicut primò tenebantur.*

9 *Princeps potest priuilegium, siue gratias ab eo concessas reuocare.*

10 *Gratia non porrigitur ad delicta futura, nec indulgentia, ubi exemplum.*

11 *Res feudalis, uel emphiten. an possit concedi non monito possessore, quando incidisset in commissum.*

12 *Emphitenta quando sua culpa cecidit a possessione, an ualeat spolium intentare.*

13 *Dominus linea finita an teneatur agnatum inuestire, remissiuè.*

14 *Priuilegium principis pro se, hæredibus successoribus, an comprehendat naturales, & de concessione pro se, hæredibus quibuscunque.*

15 *Quando fuit facta concessio ab ecclesia cum solennitatibus a iure requisitis, an naturalis admittatur, seu bastardus.*

16 *Naturalis quis dicatur, quæ debent concurrere, ut quis dicatur naturalis, & non spurius.*

17 *Filius naturalis succedit in duabus uncijs hæreditatis existente filio legitimo, & naturali, quò non existente in toto asse recipitur.*

18 *Si pater in instrumento nominat naturalem. item si ipsos credit legitimos, & ita instituit, an tale instrumentum ualeat. item si filia naturalis nubat legitimo, an legitimabitur.*

19 *Emphitenta seu culpa cadēs a possessione ob censum nō solutum, tamen sacrum consilium solitum est ipsum audire, & admittere ad moræ purgationem.*

20 *Quando dominus directus post capturam comparet, & dicit quatenus fuisset nulla confirmari, & emphitenta patiatur fieri iudicium in prædictis, an sit restituendus, & quid si emphitenta petat rem sine possessionem ante omnia restitui.*

1 EST conclusio †in hoc primo dubio huius decisionis, nō licere huic Cæsari turrim istā sic destructā, & si adsunt pedamenta iterum reædificare, sed causa acuendi aliqualiter ingenium, q cōtra hāc primā cōclusionē uī facere doctr. Bar. in d. l. quominus. in d. q. 15. in fine, ubi per tex. l. primæ §. siquis autem. ff de iti. actuq; priua. decidit, q si quis demonstrasset aliquam iustam causam reædificādi reparandi ne molendinum, & si aqua usus non esset, q audietur, eique subueniendum per uiam in integrum restitutionis, & istud maximè uidetur procedere in casu, de quo agebatur, nam non potuit hic Cæsar remouere impedimentū, & sic cessat ratio tex. l. qui commeatum ff. de re milit. cum si. signatis per scrib in l. 2. §. 1. ff. siquis cautio. unà cum adductis per Feli. in c. cū accessisset. il 2. col. 26. de const. in illa q. iuxta terminos. l. primæ. ff. de nundinis, quòd si priuilegium habens nundinarū nō utat ipso priuilegio, uel alio spatio decem annorum illud amittit,

nam hoc recipitur, nisi quis iusta causa fuerit impeditus, ci-
tat pro his tex. in l. Attilitinus ff. de ser. rustic. prædio. qui deci
dit, quòd non perdo seruitutem mihi debitam ducendi aquã
in fundo meo, si non utor iusto impedimento: quia fons foc
tè exaruit medio tempore, & magis propriè inquit in d. loco
in uerbo, & sic. quòd si mihi fuerit concessum priuilegiũ cõ-
struendi molendinum ad libitum uoluntatis meæ, & si per
mille ann. d. priuilegio non utor, quòd mihi non affero aliquod
præiudicium, item etiam contra hanc primam conclusionem
uidetur etiam facere doctr. Bald in rubr. ff. de rerum diui. qui
3 decidit, quòd si ædificium constructum in flumine sit †doua-
statum, si tñ remanent adhuc pedamenta in totum, uel in ali
qua parte, non perdo dominium ædificij saltem in parte, se-
quitur idem Io. Fab. insti. de re. diui §. locus, ubi decidit de ec-
clesia diruta non in totum sit necesse consecrari, tangit Bald,
in d. c. cum accessisset col. 4 in fi. de consti. ubi si res reperta di
catur eadem, latiua And. in c. 1. §. fi. in addi. de Capi. Corra. nu.
23 qui tandem in princ. concludit, quòd collegio dissoluto ec
clesia diruta ex causa auctoritate superioris amittit bona, &
feudum, alias non: quia retinet priuilegia. 16. q. 7. hoc dice-
mus c. a ibi Inn. de noui ope. nunc. l. ædem sacram. de contra.
hen. empt. cum simi. ibi per eum allegatis. Sed his minimè re-
fragantib. puto, non recedendum ab opinione Affl. seu sacri
uenerandi consilij, pro quibus conueniunt ultimo cons. Alc.
43 initium cuius est, de celertima t. uolum. qui concludit, quòd
Castro diruto absque spe reædificationis, non retinet iura,
quæ prius habebat. cum igitur hæc turris fuerit diruta, & per
tantum tempus mutatis tot dominiis sine spe quasi reædifica
tionis, igitur &c. Secundò pro hac conclusione conueniunt
ea, quæ trad. not. scri. in l. fi. ff. de usuc. & Cur. Sen. in consi. 26.
casus qui ex d. cons. Alex. & aliis consuluit, quòd siquis habet
4 †molendinum in flumine publico non nauigabili, & passus
sit per ann. sex, immo per unum labi aquam per alium locũ
quo primo fluebat destructo molendino, quòd ei præiudicat
de quo cons. fuit facta mentio etiam supra in decis. 388 cum
istud, & multo magis sit in casu de quo supra igitur &c. Ter-
tiò dico pro istis conuenire doctr. Albe. de Ros. in l. 1. § siquis
ædificium ff. de no. ope. nunc. quòd licèt de iure reficienti ædi
ficium non possit nuntiari nouum opus, tamen secus quãdo
destructum penitus ædificium quis de nouo ędificat: nã tunc
5 bene nouum opus nuntiatur, ac si de nouo construeret †se-
quitur nonnulla alia coaceruando Ias. in d. l. quominus in ul
tima quæst. remanet igitur conclu. de qua supra cui non ob-
stant adducta in cõtrarium de eo, quod fuit narratum de im-
pedimento. quia cum hæc concessio intelligatur de primã ui
ce, iurib. citatis hic per nostrum Affl. & Ias. in l. diuortio § qđ
in ann. ff. sol. mat. ubi adducit 15. similia in actu affirmatiuo,
6 quòd †intelligatur de prima uice, & maximè de eo, qui conduxit
molendinum destructum, & promisisset facere, quòd intelliga-
tur de prima uice, idem in l. si quis stipulatus. ff. de uerb. obli.
sed latius Tiraq. in rep. l. boues §. hoc sermone. de uer. sign. idẽ
in tertia. consan. glo. 7. in uerbo redhibens caderet causa, fol.
142. qui inter alia intelligit quando primus actus fuit suum
sortitus effectum, & hæc breuiter causa magis indagandæ ue
ritatis dicta sunt. Quò ad fin. & alia per And. allegata dicitur
pariter responsum ex dicta consti. regni Castra, & munitiones
3. lib. quæ uetat de nouo fieri, & diruta reficere, & sic omni ca
su adest prohibitio. Ad dictum Fel. quòd si mihi fuit concessa fa-
cultas faciendi molendinum ad libitum meæ uoluntatis, quòd
non utendo eó mihi non præiudico, habetur respõsio ex his,
quæ dicentur in sequen. q. ultra quòd hæc Felin. ibidem tandẽ
ista uidetur improbare, nam non uidetur esse differentia in-
ter expressam, & tacitam uoluntatem, iurib. ibidem per eum
citatis, quæ longum foret hic transcribere, quod etiam sequi-
tur in d. c. col. 8 in 3 limit. aliis iuribus, per eum signatis, pro
quibus etiam faciunt ea, quæ signat Capi. in dec. 134. & si nil
7 decidat, quòd si princeps concedit priuilegium ciuitati †studij
generalis, uel nundinarum quod non utendo per decẽnium
perdit, & sic dicendum etiam istis meis indoctis, ut supra ca-
sus autem, in quibus non licet noua ædificia, castra, munitio
nes facere ultra meum autorem Affl. in dicto constitu. regni
Castra, munitiones, etiam declarat Cassan. in consue. Burgun.
in glo. in uerbo conclusio, & approb. itio. fol. 378. nume. 1 qui
signat nonnullos casus, idem Iaco. M. in trac. feu. inuestit. feu-
do. fol. 28. ubi declarat, an de iure communi quis possit in so
lo proprio ædificare, & de molendino, quod licet facere, nisi
fiat in loco inferiori, ita quòd aqua restagnet ad superiora, &
8 quod Castro diruto si reædificetur, homines illius †teneantur
ad custodiam, declarat idem Iac. in trac. de Royd. fol. 183. nu.
30 fuit dictum supra in decisio. 263. Circa secundum dubiũ,
9 quòd †princeps ualeat gratiam, siue priuilegium a se conces-
sum reuocare. & supra in decis. 328. & 361. fuit conclusum,
quòd sic, quando hæc subdito concessa, & istud ex dictis De-
cij, qui post Abbatem dat duas in hoc conclusiones in cap. 1.
de proba. & Goza. in cons. 3. quibus, ultra hæc declarat Cassa.
in consue. Burgun. des Iustices, rubr. 1. num. 180. fol. 61. qui
pro istis citat tex. l. iussio. C. de iudæis, & ibi Ioã. Fabrum, ubi
signat nonnullas alias limitationes, & inter alias istud fieri
non posse, quando ob merita fuisset facta concessio, ubi etiã
10 quòd gratia non se protendit ad delicta †futura, ex doctrina
Bald. in l. rescripta. C. de precib. imperat. offer. cum quibus, se
reddunt conformia signata per Fel. in cap. quoniam. de const.
col. 12. nu. 13. ubi adducit Dantem poetam, referentem quen
dam hæremitam dicere, indulgentias extendi ad delicta futu-
ra, & minimè bene, & alibi idem Cassan. in loco supra citato
fol. 51. concludit, tanto magis hæc procedere in principis suc-
cessore, quòd ualeat hanc reuocationem facere, citat Bald. in
consil. 161. 2. col. præponitur, quòd per commune, tertiò uol.
& hunc Affl. in constit. regni, ea quæ ad decis. in primo nota-
bili, fuit dictum supra in decis. 17. declarat etiam Iac. in tract.
feu. inuestit. feu. in uerbo princeps, fol. 8. 9. qui enumerat 66.
specialitates, quæ sunt in principe, & Loffre. in cons. 21. num.
37. qui ponit idem factum, siue casum, sicut Affl. hic, & nulla
de eo facta mentione, quod mirandum est, concludit posse
fieri hanc reuocationem, & hunc Cæsarem non debere resti-
tui in possessione, siue tenuta d. Turris, & insuper ultra eos,
quòd possit fieri concessio de re non solùm feudali, sed etiam de
emphiteutica, quando incidit in commissum sine citatione
11 †possessoris. Ro. in consil. 12. Soc. in cons. 4. num. 25 3. uolum.
fuit notatum supra in decis. 178. quòd hoc casu hi non ua-
12 leant spolium intentare † quando eorum culpa ceciderunt a
possessione, notaui ĩ in fine, & de proximiori agnato qñ fuit
linea finita, uel res incidit in commissum, & alteri fuisset cõ-
cessa, quòd non ualeat inuestituram postulare, re non exi-
stente integra, nec de his appellare, iuxta doctr. Bart. in d. §.
13 permittitur, †& consi. Ro. 68. uiso themate, declarat Alexan.
in consil. 10. ponderatis in fin. 3. uolum. Curt. Senior in cons.
48. & alij adducti per Goza. in consil. 39. prima facie, num. 23.
ubi explanando doctr. Bart. in d. §. permittitur, assignat quin
que limitationes, ad quem semper in eo uidetur recurren-
dum in facti contingentia, postquam Tiraq. hunc articulum
tangens in præfa. tractatus consan. fol. 7. num. 41. in l. uidetur
firmare, & allegationibus, hinc inde factis quodammodo ui-
detur contentus, ponderando nostrum Affl. contrarium,
sed cum dicto consilio Goza uide Hiero. Gratum in consilio
210 primò uolum. & fuit etiam notatum supra in decis. 238.
& insuper de eo, quod dicitur hic in isto tertio dubio, quòd
14 priuilegium principis pro se, hæredi. & succes. non compre-
hendat naturalem, iurib. adductis per Affl. idẽ in ecclesia pro
se, & hæredib. & succ. faciente concessionem, quòd non compre-
hendat naturales, uoluerunt Barto. Alex. in l. ex facto. § siquis
rogatus. circa fi. ff. ad Treb. idem Alex. in l. quod dr. pen. col. ff.
de uerb. obl. an autem si fuisset facta concessio ab ecclesia pro
se, & hæredib. quibuscunque, si tunc apprehendat naturalem,
non reperi per ea, quæ pauca inspexi in specie tactum, sed ex
dictis ĩ. in decis. 390 uidetur concludendum quòd sic, ex quo hoc
casu censetur alienatio rei ecclesiæ, quando fuisset facta cum
solennitatib. a iure requisitis, quæ potest fieri in totu, & tunc
hæres olim etiam extraneus admittitur, uti fuit dictum in d.
dec. 385 igitur etiam bastardus recipitur, ex quo bastardus hę
15 res extraneus †uocitatur secundum Bald. in l. 1. C. de don. cau.
mor. col. preterea qũ potest cogitari, quòd ecclesia uelit etiam ba
stardum admittere in emphiteusim, recipitur idem Bald. in l.
eam quam. col. 10. in uer. demum quæro, comes Sabaudiæ. C.
de fideicom. Dec. in c. in præsentia, de proba. col. circa quæ ui-
deas notata ĩ. in decis. 99. si ualet saltem stipulatio quoad ali-
16 menta. Sed iuxta hæc quæritur, postquam † de bastardis in-
cidit sermo, quæ requirantur ad hoc, ut quis sit filius bastar
dus, siue naturalis, & ultra Afflict. hic declarat Bald. in au-
thent. licèt. C. de natur. libe. nam ultra, quod requiratur, quòd
sit ortus ex soluta, & soluto, requiritur quòd sit unica con-
cubina in domo retenta in facie, sine schemate matrimonij
cum protestatione concubinatus, aliàs committeret quis stu
prum, de qua concubina, siue filio naturali fuit locutus Ro.
in cons. 43. de quo fuit facta mentio, supra in decis. 102. decla-
rat ista Cacialupp. in repetitione. l. li. qua illust. C. ad Orfic.
nu. 30.

nu 20. sed latius per Gramma.in uoto quarto, qui assignat septem requisita ad hoc, ut aliqua mulier sit concubina, & fuit aliqualiter tactum supra in decisio.96.& secundum Bald. in consil.268.recolo secunda col. 2.uolum. quia rarò hæc requisita concurrunt, ideo de toto etiam bastardus, siue naturalis filius inuenitur, quando spurius non sit, quod puto notandum: nam facit ad multa, & insuper censeo aduertendum
37 ad illud quod Afflict' hic dicit, quòd hic † naturalis non ualeat succedere nisi in duab unciis totius assis hæreditatis, nã recipitur de iure existente filio legitimo, & naturali, quo cessante potest in toto asse hic naturalis hæres institui a patre, tex.dicta authen.licèt voluit Rom.in cons.43 ad primam Cassan.in consuetud.Burgund. des successions, rubri.8. §.13.nu.
38 1.fol 287.& notaui etiam supra in decis.203. †sed an si pater dicat hos naturales legitimos in suo testamento, item si nutumat ipsos legitimatos, & naturales instituat, ualeat institutio, declarat amplè Decius, qui arguendo ad partes in consil. 176.Viso themate, per totum, dicit casum obscurum, & durum, quod tandem uidetur iudici arbitrium adhærendi pro amico opinioni, quem bonum fore habere beneuolum, & propitium in his dubiis censeo, ut alias dixi, & de muliere nubente uiro legitimo efficiatur legitima, declarat Decius in regula fœminæ, de reg.iur.num.9. Circa quintum dubium, quod quando sua culpa cecidit a possessione non possit interdictũ recuper.intentare, sunt annotatio.supra in decis.97.in emphi
39 teuta, & in decis.387. licet † sacrum consilium soleat audire emphiteutam, quando dominus directus cæpit possessionem propria autoritate, & causa cognita possessionis restitutionẽ fieri facere, & hoc in practica multoties obtinui in nonnullis causis, & inter alias quas recolo in quadam causa cuiusdam Camillæ Flumariæ cum uenerabili monasterio monialium Diuæ reginæ, cuius fuit actuarius Bernardinus Balsanius, & cuiusdam Mathiæ de Lucido, cuius actuarius non uenit in
40 mentem, bene uerum, quòd † si dominus directus, qui cæpit possessionem autoritate propria conuentus spolio proponit & petat tenutam, siue possessionem, quatenus fuissent nulliter captæ, quòd confirmentur, ex causis fortè redituum non solutorium alienationum factarum domino irrequisito, iuxta doctr. Ang. & Alex.in l si finita in princip.ff.de dam.infect. Iason l.si pacto quo pœnam. C.de pact.nam hoc casu si apparet dato termino esse ueritatem redditus non solutos, alienationemque factam fuisse domino irrequisito, restitutio fieri non debet, cessatque spolium, uoluit ultra supra citatos Dec. in consi.449.uisis, nu.16.cum seq.ubi hæc decidit non obstante, quod spoliatus prætendat ante omnia restitui debere, & cum istis uidetur se conformem reddere Aymo in cons. 46. de stilo, num.7. idem in consil.17 c.uenerabilis.num.7. & Hieron. Gratus in cons.123.primò uolum. & 76.2.uolum.licet Gramma.in cons.86.in ciui.aliter sentiat, superius narrata tantum procedere, quando executio fuisset nulla, secus quando sententia ipsa esset nulla, ex qua fuisset facta executio, & contrarium uidetur decidere in consi.40.in crimi.num.27. in executione nulliter facta. sed secundum superius allegata multotiens obtinui in sacro consilio, in multis, causis & maximè in causa propria, quam habui cum illis de domo Cito.an. 1547. usque ad anno 50. de quibus domibus in hac ciuitate Neap. platea Capuana ubi dicitur ad Arco, quæ modo tenentur per illos de domo Squarcia, cuius fuit actuarius Ludouicus Romanus, & etiam aliàs fuit iudicatum de eisdem domibus, in anno 1529.in sacro consilio, cum illis de Scaglione, actuarius nunc Nicolaos Vincen.Cæsarius, commissarius Dom.Ioann. Marcian:de his si placet domino directo qui cæpit possessionẽ rei emphit. propria auctoritate ob alienationem factam te irrequisito, uel ob redditus non solutos, quando spolio es conuentus ab emphiteuta dicas possessionem, siue tenutam ob causas prædictas quatenus nullas debere confirmari: nam dato termino si emphiteuta non ostendit de redituum solutione, uel alienatione facta te, domino requisito obtinebis, & hoc si pars patitur terminum in hac causa concedi, nam si ipsa pars efflagitat prius possessionem restitui, nam spoliatus ante omnia restituendus secundum Bald.in l. 1 in primis ner bis.C de Carbo.edicto, & Rui.in consil. 102. num 10.3.uolu. fortè hæc non procedente, & secundum hæc fuit iudicatum in sacro consilio, in causa cuiusdam Loisi de Batimello cum Vgomilano die 24.Decemb. 1560 actuarius Cæsar de Caro, & hoc non obstantibus prædictis, quod fuisset allegatum emphiteutam sua culpa cecidisse a possessione, & sic uariè factum cõ siliũm, prout mihi in facto fuit, solet in prædictis determinare secundum temporum uarietatem, & personarum, & factorum, secundum quæ etiam bonus aduocatus pro causę uictoria se gerere debet, quam uictoriam causæ minimè promittas suo clienti, nam res satis dubia per prædicta, & ob tot opiniones, & contrarietates, quæ hodie in iure reperiuntur, Silua nuptiarum, post alios ita docet in lib.5 in titu. iudicandum pro communi opinione, nu.208. fol.289 quam uide. Cæs.Vrsil.

DECISIO CCCXCIII.

De rescindenda uenditione facta per patrem de bonis aduentitiis filii minoris.

SVMMARIVM.

1 *Pater an & quando possit alienare bona & sibi & filio suo donata & aduentitia filii. 2. 9.*
2 *Donatio facta patri & filio quando immediate filio quæratur?*
4 *Aestimatio rei fit ex affectu donantis.*
Peculium filii perfectitium pater alienare quit.
5 *Filius quando uiuo patre partem habeat in feudo patri & filio dato.*
6 *Nominatus nomine proprio tantum habebit, quantum nominati nomine collectiuo.*
7 *Testator quando uideatur uoluisse, ne ad patrem perueniat vsusfructus ex nepotis persona.*
8 *Notarius pro absente stipulatur.*
9 *Decretum subhastationis necessarium in alienatione minoris.*
10 *Consensus minis & metu extortus non operatur in alienatione rei minoris per patrem.*
11 *Authentica, sacramenta puberum, habet locum in impubere decem annorum.*
Consensus minoris cum iuramento quando non suppleat decreti iudicis defectum.
Iuramentum ui, & metu præstitum propria authoritate deseri non potest.
12 *Minor iurans mendacium super ætate, an & quando restituatur in integrum ex capite minoris ætatis?*
13 *Minor maioritatem iurans super sancta Dei euãgelia, nullo modo minoritatem probare potest.*

Hieronymus Ferraiolus de Auersa egit cõtra Ioannem de Stadio possessorem certorum bonorum stabilium uenditorũ eidem per Bernardinũ de Stadio patrẽ ipsius Hieronymi pro certo pretio inter eos cõuẽto habito & recepto, cũ consensu ipsius Hieronymi, & in instrõ asseritur, ipsum fuisse maiorẽ annis 14.& patrem & filium dicta bona tunc possidere, & cum eius iurõ, prout patet in quodã publico instrõ uenditionis in forma celebrato dicendo dicta bona stabilia uendita per dic. Bernardinum fuisse nulliter uendita pro medietate. Ex quo dicta medietas bonorum spectat ad eum uirtute donationis factæ per patruum de dictis bonis: ut patet publico instrumẽto mediante, ubi dicitur, quod dictus eius patruus donat d.bona stabilia d Bernardino patri & d.Hieronymo filio, & sic nominãdo cũ nomine proprio, & unicuique ipsorum ob affectionẽ, quã præfatus donator habebat erga patrem & filium. Et notarius stipulatus est pro d. Hieronymo absente. Nec obst. eius consensus: quia erat minor annis 10.uel 11.& per metum consensit. Item, quia nulliter consensit sine decreto & solennitatibus, quæ requiruntur in aliena

tione bonorum pupilli, & ad maiorem cautelã obti
nuit absolutionem à iuramento ad effectum agẽdi.
Et ideo dicta nenditio dictorum bonorum stabiliũ
donatorum, ut supra pro medietate debet pronun-
tiari nulla, & ipsam medietatem spectare & pertine
re ad dictum Hieronymum. Quæritur modò de duo
bus. Et primò, an pater dicti Hieronymi potuit uen
dere dicta bona, ut supra donata sibi & dicto Hiero-
nymo in præiudicium d Hieronymi. Secundò quæri
tur, an consensus dicti Hieronymi cum iuramento ei
præiudicaret Circa primum dubium processum fuit
in Consilio per conclusiones.

1 †Et prima conclusio sit ista, ꝙ pater licèt sit legiti-
mus administrator bonorum aduentitiorum filii pu
pilli in potestate patris: ut in l. 1. C. de bon. matern.
& probatur in l. fi. C. de sent. passis. & in l. si cũ dotẽ.
§. eo autem tpe. ff. sol. ma. cum simil. tñ non potest
alienare bona aduentitia sui filii minoris sine decre-
to iudicis, qñ alienat ut tutor, uel curator filii: ut est
test. & ibi Bald. in l. cum emancipatus. C. de præd. &
aliis reb. min. Secus qñ iure patrio alienat bona filii
minoris aduentitia, & sumus in casu, in quo ꝑmittit̃
a iure alienatio bonorum: filij per patrẽ. tunc non re
quiritur decretum iudicis ꝯm Bal. ibi alleg. dictũ sin
gulare Azo. in sum. C. de bo. quæ lib. & idẽ dicit Bal.
in l. 1. de reb eorum. & in l. si pupillus §. si pater. cod.
tit & in l. fi. in §. sin autem æs alienũ C. de bo. quæ lib.
2 †Et ibi ponitur casus, in quo pater potest alienare rẽ
filii sui minoris, uidelicet, quando imminet æs alienũ
ex persona illius, cuius fuerunt bona, quæ peruene-
runt ad filium, tunc si non sunt bona mobilia. pr̃ pót
uendere bona filii, ut ex pretio soluatur creditorib.
defuncti, cuius bona peruenerunt ad filium sine de-
creto, licèt filius sit minor, secundũ Bal. & doc. ibi. Et
clarum est, ꝙ dicta uenditio facta per patrẽ cum con
sensu dicti filij sui de dictis bonis stabilib. aduẽtitiis
pro medietate d. Hieronymo non fuit facta ob æs a-
lienum, nec cùm decreto iudicis: & sic non est facta
in casu à iure permisso. Ideò talis emptor nó fuit se-
curus. & incidit in legum laqueos, ut dicit tex. in d l.
3 fi. §. sed pater quidem. †Secunda conclusio sit ista. ꝙ
qñ aliquis agnatus donat bona stabilia patri & filio
nominando cum nomine proprio, uidetur esse facta
donatio patri pro medietate bonorũ ipsorum, & pro
alia medietate ipsi filio, hoc expresse firmat And. de
Iser. in c. j in 6. col. ibi, dum dicit secus si noĩasset Ti-
tio & Seio filio tunc cõtemplatione nominati præsu
mitur C. de usuf. l. fi. in fi. & l. si quis Titio ff. de usufr.
accrescendo. uoluit enim testator in uita patris filiis
acquiri &c. de ali. feudi paterni. & hoc procedit, qñ
ille agnatus, qui donat, dicit in donatione, ꝙ propter
4 affectionem sanguinis: †nam ex affectu eius qui dat,
res æstimatur l. illud. in fi. ff. de manu. uindicta. secus
qñ fuissent donata bona ab extraneo patri & Titio
filio paruulo amico, tunc contemplatione patris do
natum ur̃, secundum And. ibi in 7. col. & sic tunc erit
peculium profectitium, quod pater alienare potest:
ut no. glo. & ibi Bar. in l. cum oportet. in princ. C. de
bonis. quæ lib. & no. in l. sed si plures. §. in arrogato.
ff. de uul. & pup. cum cõcor. hanc cõclus. sentit And.
in c. 1. in 2. col. si uasallus feudo priuetur, cui defert.
5 ubi dicit ista uerba, †ꝙ si esset datũ feudũ patri & fi-
lio noĩatim non patris contemplatione. tunc filii ha
bent partem uiuo patre. alle. d. l. si quis à Titio. & gl.
in l. ex facto §. fi. ff. ad Treb. hanc eandẽ cõcl. firmauit
And. in c. j. in prin. in 1. col. de success. feudi. ubi dicit,
si aũt datum est feudũ patri, & Petro & filio suo noĩa
tim, tñ filius in tali feudo ẽt si exheredaretur a patre
noĩato cum filio, habebit medietatem ẽt in uita pa-
tris, all. d. l. si quis Titio. & tunc ꝓsumitur cõtempla-
tione filii noĩatus, ex quo eũ nominauit noĩe ꝓprio,
ut d. l. fi. C. de usuf. in fi. posset tñ cõtrarium probari,
ꝙ propter affectionẽ patris fuit nominatus &c. & d.
l. si quis Titio. ad ꝓsens propositũ allegauit etiã Lud.
Ro. cum aliis conc. in cons. 405. inc. ꝓsuppositis ter-
6 minis fortiorib. &c. uer. quò ad secundũ. ubi dicit, †ꝙ
tñ habebit unus nominatus nomine proprio, quãtũ
alii nominati nomine collectiuo. Benefacit ad hoc,
quod dicit Alex. in 2. uol. cons. 184. in 3. col. ꝙ illud,
quod reliquit auus nepoti, non ur̃ relictum contem
platione patris & idem dicit in eo. uol. cons. 188. in
3. col. hanc conclu. firmat Bart. in l. si filiofa. mortis.
ff. de do. ca. mor. per ista uerba: uidelicet, ꝙ qñ in do
natione fit mentio patris & filii existẽtis in ptãte, &
ipsi filio q̃ri pót, tunc in dubio cõtẽplatione filii ur̃
facta donatio, sed patri de bonis aduẽtitiis q̃rit̃ usuf-
fructus, & filio proprietas, ut in d. l fi. C. de bon. quæ
lib. ergo qñ facta est donatio patri & Hieronymo fi-
lio, uidetur facta pro medietate unicuique eorum.
7 †Imò dixit Bar. in cons. 118. inci. Oducius Corne
ti. in 2. col. ꝙ si est institutus hæres patris & nepos ab
auo, uidetur tacite testator uoluisse, ne ad patrem
perueniat usufructus ex persona nepotis, arg. auth.
item hæreditas C. de bo. quæ lib. secundum intelle-
ctum gl. ibi, quod dictum an sit uerum, remitto me
ad repet. Io. Baptistæ de S Seuerino aduocati consi-
storialis in l frater à fratre. in 27. q. de cõd. inde. & ad
Frãc. de Aret. consil. 72. inci. præsupponitur in facto
3. col. quia non est præsentis speculationis: quia dict.
Hieronymus agit contra dictum emptorẽ post mor
8 tem patris. Tertia conclusio sit ista, †ꝙ notarius po-
tuit stipulari pro d. Hieronymo absente: ut est deci-
sio, And. de Ise. in c. 1. §. item sacramenta. de pace Iur.
firm. 5. col. & idẽ dixit Bal. in l. j. ff. de iust. & iur. & in
l. non enim ff. de adop. & in l. cum a seruo C. de iure
dot. & in l. 1. C. per quas person. firmant omnes scri-
bẽtes in l. si stipulatio ista §. si stipuler ff. de uer. obli.
& Spec. in ti. de stipulando. §. repetito uers. itẽ quærit.
unde cum notarius fuit stipulatus pro absente Hier.
& postea Hieronymus possedit d. bona, ut asseritur
ẽt in instrõ uenditionis dictorũ bonorũ, & probatũ
est per testes, satis dr̃ constare, ꝙ uirtute dictæ dona
tionis dicta bona spectãt ad d Hieronymum pro me
dietate, & non ut ad hæredẽ patris: cũ satis clarè ap-
paret, ꝙ ipse Hieronymus se abstinuit ab hæreditate
paterna, †& sic pr̃ non potuit dictã medietatẽ uen-
9 dere in eius ꝑiudicium ut supra dictum est: & patet
in l. 1. C. de bo. matern. cum cõcurd. quæ allegant in
d. l. fi. co. ti. Et hæc quò ad primum dubiũ. Circa secũ
dũ dubiũ similiter procedendũ est per cõclusiones.
Et prima conclusio sit ista, ꝙ ex quo dicta uendi-
tio non est facta ob æs alienum à patre dicti Hierony
mi: & Hieronymus ipse erat minor annis xj. ut bene
& sufficienter est probatũ, & nõ interuenit decretũ
iudicis, & consensus ipsius minoris in d. uenditione
est ipso iure nullus, per ea, quæ dicta sunt in 1. cõclu
sione: erat enim necessarium decretũ, & subhastatio
nes in alienatione minoris sicut dictũ fuit supra in de.

cas. 249.

cis.249 Secunda conclusio sit ista; quod ex quo probatum est in processu, quod quando fuit factus contractus uenditionis dictæ terræ contentæ in dicto instrumento, pater uerberauit dictum Hieronymum filium suum, ut consentiret, qui recusabat consentire, ut probatum est per testes, & pater dicebat ei uerba minatoria, & ipse Hieronymus erat minor annis 15. & ti-
10 mebat patrem suum. †Quod propterea talis consensus ei nõ nocet, ut firmat Bar. in l. j §. quæ onerãdæ. ff. quarum rer. act. non datur. firmat scribentes in l. si cũ dotem §. eo autem tempore. ff. sol. matr. doct. in l. ad inuidiam C. quod met. cau. & in l. interpositas C. de transact. doct. in c. i. §. item sacramẽta. de pace iur. fir. & in auth. sacramenta puberum C si aduer. uen. & in c. causam matrimonii. de offi. deleg. & in c. qm̃ abbas quid met. causa. bene facit tex. in l. si patre cogente ff. de rit. nup. Tertia conclusio sit ista. quod licet uerior sit illa opi: quod dispositio auth sacramenta puberum. habeat locum etiam in impubere 10. ann. ut alias fuit iudicatum in Consilio propter obseruantiam iuramẽti, & multi doctores Legistę & Canonistæ hoc tenẽt, ut patet ex scriptis per Ias. in d. auth. sacramenta pube. C. si aduers. uen.
11 † Tamen per uim & metum iuratum sit exactum, tũc petita & obtenta absolutione à iuramento talis consensus minoris cum iuramento non supplet defectum decreti iudicis; quod requirit in alienatione rei minoris, sicut facit consensus cum iuramento ipsius impuberis absque vi & metu qui facit cessare restitutionem in integrum, secundum gl. & doct. in d. auth. sacramenta puberum. Et quòd iuramentum vi & metu præstitum non possit propria authoritate deseri, sed requiritur absolutio. a firmant
a Canonistæ in ca. ad aures, quod met. cau. & Arch. in ca. 2. de pact. in 6. & Inno. in c. uenerabilem. de elect. & Io. de Imo. in c. cum contingat. de iureiu. Quarta conclusio sit ista; quod licet quando minor in contractu asserit se esse maiorem annis 14. cum iuramento, † &
12 in ueritate ipse dixit mẽdacium, non restituitur in integrum ex capite minoris ætatis. ut in l. 2. & 3. C. si minor se ma. dixerit. & firmant doct. in l. qui iurasse: ff. de iureiur. hoc uerum, nisi minor dolo aduersarii fuisset inductus ad iurandum se maiorem, ut dicunt doct. in d. l. 3. C. si minor se maior. dixerit, & in l. si ex falsis C. de transactionib. Et probatum est in processu, quod dolo & uersutia emptoris fuerunt dicta uerba prolata per dictum puerum annorum 11. Igitur sibi conceditur restitutio aduersus dictam assertionem.

Nec obstat iuramentum: quia, ut dixi, fuit meticulosum, & fuit præstita absolutio ad effectum agendi. Aliàs propter iuramentum denegaretur restitutio, nisi probaret minorem ætatem per instrumentum.
13 Fallit: † quãdo iurasset ad sancta Dei euangelia tactis scripturis, tunc nullo modo potest probare se fuisse minoris ętatis: ut dixit tex. in d. l. 3. Quinta & ultima cõclusio est, quod ex quo dictus Hieronymus non est hæres patris sui, potest uenire contra alienationem per patrem suum de bonis aduentĩis sibi obuentis per dictã donationem factam a dicto suo patruo pro dicta medietate, etiam pretio non soluto, ut dicit Bal. per illũ tex. in l. cùm a matre. in princi. C. de rei uend. uers. 2. &c. quia patri est interdicta alienatio bonorum filii, nisi in casu prædicto, ut in prima conclusione primi dubii dictum fuit. Quare de primo ad ultimũ fuit pariter per dominos Consiliarios & per totum Consilium decisum & sententiatum, quod rescindatur uenditio dictæ terræ uenditę per patrem pro medietate tãgente ipsum Hieronymum uirtute dictę donationis, & sic dictus conuentus fuit condemnatus per diffinitiuam sententiam ad relaxandum dictam medietatem dictæ terræ uenditam dicto Hieronymo.

ADDITIO.

a *Absolutio.*) A iuramento præstito ui & metu quòd non requiratur absolutio, uide Ias. in d. authen. sacramenta puberum 2. colom. ubi tenet contrarium, dum allegatur uis. & uide supra in decis. 322. Thomas Gram.

ANNOTATIO
IN DECISIONE CCCXCIII.

1 *Pater ut legitimus administrator potest alienare bona filij, & non requiritur tunc decretum, secus ut tutor: nam tunc decretum necessarium, uerum in prædictis quando religio prætoris fuisset decepta, filius auditur.*
2 *Quando pater abutitur bonis filiorum, quòd eidem administratio interdicatur, & quando pater dissipat bona quod filius petat conseruationem legitimæ.*
3 *Quando, filio fuit aliquid nominatim relictum unà cum patre, quòd filius admittatur ad medietatem una cum patre in uita patris. item quando filio fuisset relictum quòd patri usufructus non quæratur. item quando pater una cum filio haberent consortium proprietatis. item quando pater succedit una cum filio alicui coniuncto ex utroque parente. idem in feudo quæsito filio ex linea materna, nam filio secundum unam opinionem quæritur usufructus, & non patri.*
4 *Filius an possit bona sua in quibus pater non habet usumfructum, alienare tam in contractu inter uiuos quam in ultima uoluntate.*
5 *Quando fuit aliquid relictum patri, & filio non nominatim, sed patri, & filiis: nam tunc ordine successiuo primò patri, deinde filiis, in quibus, an pater possit in istis filiis præiudicare tam etiam in feudo antiquo quã in feudo hæreditario, ubi etiam: an mater possit prohibere usumfructum patri in legitimà.*
6 *An ualeat donatio facta filiis procreandis ex tali, ubi etiam si filius nasciturus possit hæres institui.*
7 *Dos datur, quæ nepti ab auo uidetur consignata patris contemplatione: nam auus tenetur neptem ex filio dotare, tamen filius obligatur hanc dotem excomputare in suam legitimam.*
8 *Notarius stipulatur pro absente, ubi si potest fieri reuocatio, & de donatione facta infanti minori ista militent, & si dominium quæratur sine acceptatione.*
9 *Præsbyter an stipuletur alteri q̃ in ecclesiæ utilitatẽ.*
10 *Pater sine causa non alienat bona filii, & si est facta alienatio, & filius tacet per quinquennium, an ei præiudicet.*
11 *Metus reuerẽtialis una cum enormissima læsione rescindit contractum, ubi de authen. sacra. puberum, quòd duxit animas multorum ad infernum.*
12 *Pro ea parte qua quis est hæres alicuius tenetur contractum approbari, siue ipsius factum quæ an procedat in hærede fideiussoris agentis ad euictionem, an tunc militet exceptione, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit excep. & an hæc militent, quando fideiussor se fecit principalem, & renunciat.*

Circa

5 uasallus de suo feudo. si de feu. fue. controu. † ubi sententia lata contra uasallum nocet domino de feudo, siue dominus sciat, siue ignoret. licet istud, quod dicitur de ignorantia, Andr. de Iser. ibi de iure commu nisi non approbet. & hoc, quando nulla fraus probatur esse facta per uasallum, ergo pari ratione, si dominus conuentus super feudo habuit sententiam contra se nocet uasallo habenti causam à Rege, & ideo dicit ibi An. in 3. colum. quod si sententia obest domino, obstat. omnibus, qui causam habent a domino:
6 † nam dominus, & uasallus iudicantur ad paria, ut not. in capit. 1. qualiter dominus proprie. priuetur.

Et profectò mirandum est, quod nullus doctor in specie tangit in dicto. c. si uasallus de suo feudo, utrum sententia lata contra dom. directum præiudicet uasallo, qui habebat ius in utili dominio, sed nõ possidebat, sed pro hac q. potest allegari gloss. in l. 2. ubi in rem. act. quæ probat, quod sententia lata contra ciuiliter possidentem, puta contra proprietarium, præiudicet fructuario scienti & naturaliter possidenti, & firmat Alexand. in d. leg. sæpe, in column. 76. Et quia fuit probatum, quod dicta lis cum fisco fuit intimata cuidam Cobellæ Caldaroni procuratori & factori dicti dom. Iul. & sic habuit plenã notitiam de dicta lite, iuxta not. in d. l. sæpe. cum materia sua, & concord. ibi alleg.

7 † Fuit uotatum in consilio, quod dictus processus agitatus cum fisco potest expediri: quia illa acta nocent d. dom. Iulio prætendenti habere causam à Rege huius Regni super dictis castris, & quia istud dubium est pulchrum, & non tactum in specie per doctores, placuit supradicta scribere.

Secundò fuit dubitatum, ex quo d. domin. Iulius post conclusionem in causa allegat se totum uirtute nouellæ pragmaticæ catholici Regis, uolentis, quòd quæcunque castra per Regem Ferdinandum primũ fuerunt capta, erecta, in fiscum reducta, data, donata, uẽdita, uel cõcessa, sic teneri, sine aliqua innouatione obseruari debeant. ueluti uiuentibus illis tenebant, & obseruabantur, & super illis lis moueri non possit, nec aliquid innouari in iudicio, uel extra iudicium de iure, uel de facto. Vtrum iure uel iniuria capta & erecta concessa fuerunt &c. ex quo dicit se fuisse inuestitum de dictis castris per inuestituram Regis Ferd. I. In contrarium dicitur, quod dicta Regia pragmatica fauet solum possessoribus bonorum prædictorum, qui reperiuntur possidere tempore publicationis ipsius pragmaticæ.

Sed d. dom. Iulius tunc temporis non erat in possessione dictorum Castrorum. Sed dictus comes cum uxore uigore priuilegii Regis Federici fuit in possessione etiam post tempus publicationis pragmaticæ, donec & quousque illustris magnus capitaneus & uicerex catholicæ Maiestatis recipit pro Regia curia possessionem dictorum castrorum.

Et postea lite pendente cum fisco transtulit possessionem dictorum castrorũ in posse dicti do. Iulii.

Deinde Catholicus Rex iussit per suas literas authenticas, quod dictis actorib. fieret iustitia expedita. Et propterea dicitur, quod dicta pragmatica non comprehendit hunc casum. Quæritur quid iuris. Et omissa illa disceptatione, in dicta pragmatica extendatur etiam ad possessores futuros habentes causam a Rege Alphonso primo, uel a Rege Ferdinando primo, qui sine ordine iuris amiserunt possessionem bonorum stabilium feudalium, & post pragmaticam illam recuperauerunt, & posteà uocatur in ius, uel solum ad possessores, qui possidebant tẽpore
8 publicationis dictę pragmaticæ. † In qua disceptatione do-

ne domini de Consilio catholicæ Maiestatis & sacri
Consilii Neapolitani fuerunt uarii. Et ego in alia cā
tenui, quod extendatur etiam ad futuros possessores,
qui habuerunt concessionem a dictis Regibus per
multa iura & rationes, quas hic non repeto, dummo-
do tempore litis motæ reperiātur possidere ipsa bona
quia non expedit, quia in casu præsenti, quando prag
matica fuit publicata, pendebat lis inter fiscum & di
ctos coniuges, & causa erat in procincta expeditio-
nis. Et fisco possidente uitio spolii, cum non iuris
ordine dicti coniuges fuerunt spoliati possessione di-
ctorum castrorum iussu dicti magni capitanei, cum
antea possidebant uigore confirmationis factæ per
regem Federicum, & lite huiusmodi pendente ma-
gnus capitaneus transtulit possessionem dictorum
9 castrorum in d. dom. Iulium. † Et sic semper fiscus ha
betur pro possessore, licet in dom. Iulium transtulit
possessionem, ut uoluit Pau. de Castr. in l. certa, C. ut
in poss. legatorum, dicens authoritate Cyn. quod si
lite pend. in rei uend. reus transferat possessionem in
alterum, sententia lata posteà contra eum mittetur
executioni contra possessorem etiam non citatum,
ut ipse dicit in l. 1. C. de ali. iud. mu. cau. fac. & licet
reliqui doctores teneant cōtrarium: ut patet per scri-
bentes in l. a diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. &
in aliis locis ibi allegatis: tamen cum isto dicto Cyn.
& Pau. de Castr. concordat capitulum Regni, quod
incipit, conuentus, & lex finalis. C. de litig. expresse
10 dicit, † quod talis alienatio lite pendente facta est nul
la, & sic habetur pro non facta, licet officio iudicis ue
niat reuocanda, secundum Bar. in l. chirographis. §.
fin. ff. de ami. tu. & ideo non licet ipsi, in quem facta
est translatio possessionis, allegare nouellam prag-
maticam: quia non habetur pro possessore. concor.
ad hoc Andr. in cap. 1. in uerbo, pro scriptorum, quæ
sint Regalia, in uersi. sed utrum alienata: & Aret. Inst.
11 de act. §. omnium. in gloss. in uerbo, possidere. † Se-
cundo dicebatur, quod lex noua superueniens non
pertinens ad litis ordinationem, sed ad decisionem
uel ad formam, & in exclusionem denegandæ audien
tiæ uel defensionis in iudicio etiam in causa reipubli-
cę, non trahitur ad lites pendentes etiam in prima in
stantia, & maximè conclusas: ut est tex. in auth. ut
in medio litis non fiant sacr. iussi. §. super hoc autem.
& per tex. in auth. ut cum de appel. cognoscitur, in
princ. & sentit Iaco. de Belui. in disputatione huius
dubii posita in d. auth. ut cum de appel. cognoscitur.
Cuius uerba ponit quasi de uerbo ad uerbum Albe.
de Ros. in l. leges. la 2. C. de legib. & Bar. in l. omnes
popul. ff. de iust. & iur. Ex expresse hoc firmat Car. Flo.
in cap. fin. de consti. licet Ioan. de Imo. in d. cap. fin. li-
mitet hoc dictum Card. ut habeat locum, quando
esset conclusum in causa, & facta fuisset relatio su-
periori, & omnia ista concurrebant in ista causa. &
pro hac conclusion. Fel. in d. cap. fina. dicebat ad con-
12 firmationē, † quia paria sunt esse iudicatū, uel conclu
sum in causa, ut dicit Bal. in l. error. in 4. column. C.
de iuris, & fact. ignor. & in leg. certi. C. de inter. &
probat tex. in cap. auditis, de proc. & in c. pastoralis,
de causa pos. & propric. & habetur in cap. dilectus.
de fide instru. Et subdebat, quod ubi non est facta relatio
superiori: & esset conclusum in causa, & post con-
clusum in causa seruaretur, quod probatio posset fieri
prout est in isto Regno, propter nouellam pragmati
cam Regis Ferd. 1. tunc cessat prædicta consideratio
Imolæ per rationem, quam allegat ibi Fel. quā omit
13 to breuitatis causa. † Quare consideratis fuit nota-
tum per multos dominos Consiliarios Regios, qui
interfuerunt in notādo, quod d. do. Iulianus nō pōt gau-
dere dicta pragmatica, quæ non comprehendit hūc
casum, & sic posteà dicta castra fuerunt restituta do.
comiti & comitissę.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXCVI.

1 *Sententia contra dominum directum an officiat habenti utile dominium scienti, & quid si probationes fuissent recepta, postquam quis rem in emphiteusim, uel in feudum recepisset.*

2 *Sententia lata pro domino directo faciente rem declarare pro deuoluta contra emphi. an noceat creditorib. & sic an resoluto iure datoris resoluat ius acceptoris.*

3 *Si dominus feudum dans committat delictum, an noceat subfeudatario.*

4 *Sententia lata inter duos prætendentes aliquem esse suum uasallum, an illi noceat tam circa dominium, quàm circa possessionem.*

5 *Emptor potest uti omnibus iuribus uenditoris etiam retentione uirtute hypothecæ competentis uenditori.*

6 *Sententia lata contra hæredes afficit legatarios, & fideicommissarios, sed non quò ad effectum appellandi.*

7 *Qui alienat lite pendente, quòd habeatur pro possessore, & an possit fieri executio contra illum, qui habuit rē lite pendēte, quando suus auctor fuit condemnatus in actione personali, & de alienatione facta in fraudem parata executionis.*

8 *Pragmatica regis cath. an loquatur de his qui habent causam a rege Federico, quando erat de regno desperatus, an comprehendat uniuersitatem personarum æque priuilegiatarum, & habentium cām a dictis regibus.*

9 *Statutum debet potius intelligi, quod nihil operetur, potiusquam aliquis indebite damnum patiatur.*

10 *Verba prægnantia in odiosis strictè sunt intelligenda.*

11 *Lex noua, siue statutum ad causas pendentes non trahitur, nisi expresse dicatur, & tunc non ad causas decisas.*

12 *Facta conclusione dicitur de causa liquere.*

1 ET quòd sententia lata † contra dominum directum noceat
enti scienti maxime, facit tex l. exceptio. ff de exce. rei iudi.
qui decidit, quod exceptio rei iud. nocet ei qui in dn̄io successit
eius, qui in iudicio expertus est, est etiam tex. l. si superatus ff.
de pig. per quæ ita declarat Soc in consi. 226. in causa, 2. uolū.
colum 3. in uer. ex quib. ubi ait hæc non procedere, quando
post uenditionem, uel dationem in feudum probationes fuis-
sent receptæ, & secundum ista Affl. hic non bene diceret, nisi
intelligeres eum locutum, quando dominus utilis, uel em-
ptor habuissent scientiam de lite, de quibus, etiam plenè per
Aymo. in tract. de antiq. temporis. in prima. parte, numer.
21. fol. 25. ubi etiam an confessiones afficiant successores, ad
quæ etiam conuenit regula tex l. lex uectigali ff. de pig. quòd
soluto iure datoris resoluatur ius acceptoris, ubi Ripa. Hippo.
sing. 368. uoluit, sed latius Tiraqu. in retra. §. 3. glos. 1. nume.
10. cum multis sequen. fol. 283. in ultima impressione, & Nico.
in tractatu de pigno. primo membro quintæ partis, fol. 102.
2 qui asserunt † post tex quod snia lata contra emph ad instantiam
dn̄i directi procurantis rem emphiteu. iure, & rectè declarari
pro deuoluta ob reditus non solutos, quòd officiat creditori-
bus non soluentibus, inter cætera Tiraq. citat cons. Alc. 45. in
cā & lite 2 col. in uer. ad quod ex plurib. 5. uol. & ultra notata
ē. in dec. 380. de prædictis etiam habetur tex. in ca. 1. §. si quis
de manso. de cōtro. inuestitu. c. 1. § rursus quib. mod. feu ami.

vbi hic noſter auctor,qui declarat qõnem notabilem, ſi domi-
3 minos qui conceſſit feudum †committat delictum, an ſubfeu
datarius, ſeu habens feudum ab eo feudo ipſo deſtituatur, &
diſtingue,ubi per eum ,& Capi in deciſ. 19. qui decidit, quòd
4 lata †ſnia inter duos contendentes de Caſtr. non nocet uaſal-
lis Curtius.Senior in conſi.73 magnifice,per totum, qui dicit
hęc etiam procedere in poſſeſſorio , ubi etiam , quòd non fa-
ciat ſemiplenam probationem , niſi in aliquib. caſib. per eum
notatis, & declarat etiam Alc.ultra vul ſæpe. ff.de re iu.in cõſ.
84.colum.2.cuius eſt initium io cauſa, qui dicit ad hoc, ut fa-
ciat aliquam uim inter abſentes oportet , quod ſententia ipſa
ſit lata contra contumacem,& econtra,quod iura antoris pro
ſint ſingulari ſucceſſori, & illis ualeat uti.l. ſi a te.§. Iulianus.
ff.de exce.rei iudic.melior tex. l. emptori. C. de euict.cum alijs
plene ſignatis per Aym.in conſ 148.nobilis,ubi declarat, quòd
5 non ſolum emptor poteſt uti iſtis,†iurib. ex perſona ſui auto
ris , uerùm etiam habet retentionem uirtute hipothecæ com-
petentis uenditori,uel aliter , declarat etiam Tiraq. in trac. re-
tra.conſan.§.1.glo.9.num.128 ſol.54.vbi quod exceptio,quæ
nocet uenditori, nocet emptori,tex.l.ſi ff de no.ope.nun. ubi
Bart.& omnes, & demum,ꝙ ſententia lata contra principalis,
6 ideſt heredes † afficiat legatarios, fideicommiſſarius, declarat
poſt Iaſ.in l.filiusfamilias.§.diui.ff. de leg.1.n 66.Io.Crotus ibi-
dem num.43. qui tradidit regulam, & a ſe hic, & poſtea enu-
merat fallentias,q̃ uera licet ſint, dicit tñ ipſe ibi non procede-
re p̃dicta ad eff.m appellandi,q͂a hi poſſunt a die notitiæ appel-
lare: adducit Andr in capit.1. § ſi vaſallus, in titulo ſi de feu.
contro.qui declarat,ſnĩam latam contra vaſallum habentẽ feu
dum antiquum afficere alios de agnatione, de quo ſubiecto
nonnulla effundit Dec.in conſ 42.& pro facultate,in 6 dubio,
& de eo, quòd hic hr̃ in 2. dubio de alienante lite pendente, ꝙ
7 habeatur pro poſſeſſore,item ꝙ pragmatica regis catho. iuea-
tur ſolum poſſeſſorem. Circa primum ſunt ſingnata ꝫ. in dec.
331. circa intellectum e conuentus,cum quib, conuenit Capi.
in dec.128.ubi concludit, etiam poſſe fieri executionem cõtra
poſſidentẽ rem alienatam etiã in actione perſonali in fraudem
paratæ executionis,etiã nulla facta reuocatoria, citato tñ poſ-
ſeſſore,cõtra quę vř decidere Aym.in conſi.235 ad explicatio-
nem,n.2 & non bene,vt ex his notatis per Capi.& Aym potes
conſpicere,mihi ſatis in hoc meo labore loca citaſſe uidetur:nã
ſi in omnibus uellem contrarium explanare , quam longiſſi-
mus apparatus fieret, & cum ſit etiam , ꝙ magis exquiſita ſit
ueritatis indagatio io facti contingentia quã in aliquib. ſcrip-
bendis,igitur &c circa uerò aliud, quod pragmatica illa intelli
gi debeat tñ in fauorem poſſeſſoris poſſidentis tempore con-
ceſſionis per regem Federicum,declarat Loffr. in conſi.38.nu.
19.conuenitq; in iſtis Gram in dec.95.in quadam cauſa Comi
tiſſę Calatiæ,ubi maximè in nu.46 47. non memor huius dec.
8 Affl.hic, nec de dictis ipſius cõcludit † pragmaticã illã minimè
procedere, quando alienatio,ſiue conceſſio facta per regem Fe
dericũ p̃tenderentur facta lite pendẽte,vel illo tẽpore quo ipſe
rex Federicus fuiſſet de regno deſperatus,& ſic refert fuiſſe de-
ciſum in d.cauſa per ſacrum conſilium, vbi etiam nonnulla ad
intellectũ d.pragmaticæ,quòd nõ comprænendat fiſcum,& ſic
perſonam repręſentatam,ut eſt uniuerſitas. Soc. io conſ. 275.
in 2.uol.Barb.in conſi.47.4.vol.Calca.in conſ. 1. Dec. io conſi,
456.& fuit notatum ſupra.in dec. 128. licèt hos patres audio
determinatum in regia Camera in quadam cauſa ducis ſemi-
nariæ cum ipſa uniuerſitate , actuarius.

Item etiam quòd apprehendat perſonam æque priuilegiatã
ab ipſis regibus,declarat idem D.Loffr.in conſi.34. per totum,
cum quib.conueniunt illa, quæ uoluit gloſ. ſingularis & poſt
9 eã Bar.Ale.Iaſ.in l.ſi.§.in computatione.C. de iure deli.idẽ Iaſ.
in l.non dubium.colum.4.C.de legi quod ſtatutum potius dẽt
intelligi ſecũdùm ius cõe, & ſic ut aliquid operetur, ut aliquis
indebitè damnum non patiatur , cum etiam uerba prægnan-
10 tia debent † reſtringi, vt aliquis indebitè non ſentiat damnũ,
Dec.in conſi.374.nu. 3. de alijs verbis contentis in eadem pra-
gmatica , quid ſignificent, fuit notatum io deciſ. 128. verum
11 quòd lex noua,ſiue ſtatutum non trahatur †Bar.Bal.in l.ſan
cimus.C de ſac.ſan.eccl.in fi.niſi expreſſe dicatur. Decius in ca.
fina.de conſtitu.poſt alios ſcriben. Alex.in conſi.94. in cauſa.
col.2.uol. 2.idem Dec.in conſi.118.in caſu,& in regula res iudi
cata.de reg.iu.ubi,quòd oportet dicere non obſtante ſententia
tranſacta in rem iudicatam , & facta concluſione dicatur de
cauſa liquere.gloſſ.quæ communiter citatur per ſcriben. in ca
pitulo , ſignificauerunt , de teſt. ibi Felinus & ſcrib. de qua
fuit facta mentio ſupra in deciſion. 352 , circa finem, ubi
etiam ſi habeatur pro iudicato ſiue ſententiato. Laus Deo.
Cęſ.Vrl.

DECISIO CCCXCVII.

De pacto conditionali inter contrahentes reſoluto in alternatiuam, & de electione inter eos.

SVMMARIVM.

1 *Electio qualiter cadat inter contrahentes in alternatiuis. 3. 6. 8.*
Promiſſio alternatiua, quando dicatur?
2 *Conditionalia an inducant obligationem?*
4 *Debitor alternatiuè obligatus optionem an habeat.*
5 *Alternatiua exigendi eſt in electione agentis, & ſoluendi debitoris.*
7 *Eligenti uariare an liceat.*
9 *Continuare an teneatur, qui paſſus eſt ſibi cenſum ſolui.*

QVidam Hiſpanus habuit gratiam ab Illuſtr. magno capitaneo de bonis magnifici Alphonſi Carazoli propter eius aſſertam rebellionem commiſſam erga catholicam Maieſtatẽ, oritur contentio in ſacro Conſilio inter dictum Hiſpanum & magnificum Bartholemæum Carazolum ſuper bonis,quæ fuerunt dicti Alphonſi, quæ poſſidẽtur per Bartholemæum. Nam pro intelligentia infra ſcripti dubii pręponendum eſt , ꝙ ex proceſſu apparet,quòd dictus Alphoſus,& Lucretia eius uxor in publico teſtimonio conſtituti aſſerunt ſe habere, tenere & poſſidere quandam domum magnam in pertinentiis ſedis Capuanę,ciuitatis Neapolis , eandem domũ uendiderunt præfato do.Bartholomæo pro certa quãtitate pecuniæ,quam confeſſi ſunt ſe recepiſſe; deinde eodem die idem Bartholomæus emptor per publicum inſtrumentum confitetur ſe mutuo recepiſſe certam pecuniæ quantitatem,uidelicet 1400. duc. a dictis coniugibus. quam promiſit infra certum terminum ſoluere eiſdem cum hac declaratione , quòd ſi infra dictum terminum dictam pecuniam mutuò confeſſatam non ſoluerit dicti coniugibus , teneatur pro dicta quantitate eis ſubmittere domum prædictam emptam, & ſoluere annuũ reditum ducatorum quinque pro quolibet centenario.

Et cum hoc pacto , ꝙ teneantur dicti coniuges eidem D. Bartholomæo reuendere dictum cenſum in una, uel pluribus uicibus ad libitum ipſius Bartholomæi. Euenit,ꝙ in termino ſtatuto dictus.Do.Bartholumæus non ſoluit integre dictam pecuniam , ut ſupra mutuatam,nec factum fuit inſtrumentum ſubmiſſionis iuxta dictam conuentionem. Ille Hiſpanus conuenit in Sacro Conſilio dictum dom. Bartholomæum, ut ſoluat reſtantem pecuniam mutuatam eidem Hiſpano uirtute donationis ſibi factæ de bonis, & iurib. ſpectantib dictis coniugib. propter eorum rebellionem notoriam. Ipſe Do. Bartholomæus replicat , quòd ipſe in effectu habet electionem, an uelit ſoluere pecuniam mutuatam dictis coniugibus, uel ſubmittere dictam domum emptam pro reſtanti quantitate,licèt poſtea dictus cenſus formandus ſup dicta domo affrancãdus in pecunia,qñ uoluerit ipſe Bartholomæus , & quod ipſe eligit potius uelle ſubmittere ipſam domum pro reſtanti quãtitate mutui

dicto

dicto Hispano. Ille Hispanus dici, quod imo electio spectat ad eum, & quod ipse eligit loco dictorum coniugum rebellium, quibus ipse succedit uirtute Regiæ donationis, ut dictus Bartol. ei soluat pecuniam debitam. Quæritur modo quid iuris.

1 † Vtrum in casu prædicto electio sit debitoris scilicet dicti Barth. uel sit dicti Hispani creditoris ex persona dictorum coniugum. Et dicebatur per aduocatum illius Hispani. Certum est, quod Bartholomæus in dicto instrumento mutui promisit infra annum il los ducatos 1400. soluere dictis coniugibus, & eo casu quo non soluerit, promisit incontinenti submittere domum ad censum: certè ista conuentio incipit à præcedenti conuentione stipulata purè & simpliciter de soluendis dictis duc. 1400. infra annum, & subsequitur stipulatio conditionalis, ut si non dederit, submittet domum, & sic submissionem non fuit in obligatione, sed in conditione, quo casu ista non dicitur alternatiua promissio, ut not. gloss. & Bartol. in l. ita stipulatus. la grande. de uerbo. obliga. & in l. 1. §. item & si ita. ff. ad l. Falc.

2 † Quę enim sunt in conditione, non sunt in obligatione. l. si quis sub conditione, ff. si quis omiss. cau. testam. l. cedere diem. ff. de uerbo. signifi. Sed quando conuentio incipit à præcedenti cōditione puta, si fundum non dederis, promittis domum, neutrum a principio est in obligatióne secundum Bartol. & alios in d. l. ita stipulatus. licèt ex post facto per ad iectum cōditionis alterum incipiat esse in obligatione. Et sic dicebat, quod ex quo pecunia erat in obligatione, & il la uerba, quod si infra dictum terminum non soluerit &c. sunt conditionalia, quę non inducunt obligationem. Ideo debet d. Do. Bartho. soluere pecuniam Alphonso: & sic illi Hispano. † Sed quia euenit dicta

3 conditio: quia dictus D. Bartolomęus non soluit dictam pecuniam in tempore, & sic utrunque remanet in obligatione, ex quo contractus procedit ex causa onerosa, & ideo non fit nouatio, secundum Bartol. & alios in d. l. ita stipulatus, per l. prędia. ff. de actio. emptio. & l. si quis à socio & l. si duo societatem. ff. pro socio. An sit in electione Bartholomęi soluere pecuniam, uel facere dictam submissionem, uel sit in electione creditoris scilicet ipsius Alphonsi, & sic dicti Hispani. Et allegabatur ad hoc id, quod dicit Dom. Anto. de Alexan. in l. si pacto quo pœnam. C. de pac. ubi uoluit, quod electio sit creditoris, an uelit petere illud, quod fuit in obligatione à principio ex causa onerosa, uel illud quod fuit in conditione a principio, sed ex post facto adueniente conditione est in obligatione.

Item allegabatur. Albe. de Ros. in l. rescriptum. §. si pacto. 3. colum. ibi oppono, quod etiam in casu nostro electio sit rei, &c. ubi dicit, quod quando utrunque est in obligatione ex post facto, tunc electio est actoris. & subdit, quod quādo obligationes sunt simul & pariter indictę, imo una habens duas partes per modum subrogationis ad alteram, & utraque ast commissa, si non fiat nouatio, electio est creditoris.

4 † In contrarium dicebatur pro parte dicti debitoris, quod quando debitor alternatiuè est obligatus soluere unum, uel aliud, electio est debitoris, tex. est in l. plerunque. ff. de iure dot. & in l. si quis seruum & ibi Bal. C. de condi. indeb. & est regula iuris in sexto in alternatiuis. & ibi Dyn. allegat. d. l. plerunque. & ff. de eo, quod certo loco. l. non utique. §. qui Stichum, & de condic. instit. l. si hęredi. Inde dicit Bald. in l. fin. 4. column. uersicu. quęro in isto uer.

5 † Quod alternatiua exigendi est in electione agentis: sed in alternatiua soluendi est in electione debitoris, ut not. in l. Lucio. ff. de leg. 2. & l. si ita distrahatur. per Iac. de Are. ff. de contrah. emp. in l. hac edictali. §. mobilium. C. de sec. nup. nam in alternatiuis semper est electio eius, in cuius fauorem alternatio apponit. secundum Gul. de Cu. in l. quamuis. ff. de pig. act. ubi etiam dicit, quod si aliquis promisit mihi soluere ad certum tempus, uel dare obsides, aut pignora, postea nō unit soluere, sed dare obsides, uel pignora, & ego nolo obsides, uel pignora, quod non possum debitorem compellere ad soluendum, quia ex quo illud de pignorib. uel obsidibus fuit dictum in mei fauorem, ut essem magis cautus, & sic non compellor recipere, si nolo, & hoc ideo est; quia tenuit in fauorem creditoris. idem Pau. de Cas. in l. quarta. §. si ex conuentione.

6 ff. de retud. & Ias. in l. 1. ff. qui satis. cog. † Et sic illud, quod dicitur, quod in alternatiuis rerum electio est debitoris, est uerum, nisi unum sit in obligatione, & aliud ad cautelam creditoris, secundum Bart. & Sal. in d. l. quamuis, & idem Alb. dicit in d. §. si pacto. & Pau. de Castr. in l. eum proponas. C. de pact. Sed in casu, de quo quęritur, illud pactum, si non soluatur pecunia, quod submittatur domus cum pacto affrancandi in pecunia, est appositum in fauorem debitoris, & non creditoris, ut patet ad sensum ex multis coniecturis apparentibus ex processu; quę omitto breuitatis causa referre. Secundo dicebatur, quod licèt ipse debitor partem ex dictis 1400. ducatis soluisset Alphonso, & in patrem soluisset censum. tamen negari non potest, quin ipse Alphonsus per receptionem census, quando sibi spectasset electio, semel elegit de residuo pecuniæ nolle censum, donec Bartholemæus censum af

7 francauerit, † & sic facta electione non licet ei uariare, & sic nec dicto Hispano succedenti in eius locum, iuxta not. in l. serui electione. & in l. huiusmodi. §. Stichum. de leg. 1. & habetur per Bart. & doct. in l. eum qui certarum. ff. de uerbo. obliga. In hac dubitabili quæstione Sacrum Consilium fuit in uoto, quod illud pactum adiectum in instrumento mutui, quod si infra terminum non soluerit mutuum confessatum, teneatur debitor submittere dictam domum empta ad rationem quinque pro centenario, cum potestate affrancandi in pecunia resoluitur in alternatiuam, quasi dicat, promitto soluere pecuniam in tempore, aut non soluēdo pecuniam submittam domum cum potestate affrancandi &c. & sic erit electio debitoris.

8 † Et pro hac decisione benefacit ratio naturalis: quia istud pactum est in fauorem debitoris scilicet dicti Bartholemæi propter coniecturas apparentes: ut dictum est supra, & ideo gloss. in l. si Titius. ff. de uerb. obliga. in uerbo, iudicium. dicit, quod si in eadem persona sit facta illa stipulatio, si mihi Stichum non dederis, 10. dabis, tantum operantur, ac si esset dictum, si stipuler mihi fundum dari, aut Titio. Et pro hoc est tex. in l. cum ita legatum. ff. de optione leg. ubi dicit, cum ita legatur, Titio Stichum do, lego. si Pamphilum non elegerit, & eidem Titio Pamphilū, si Stichum nō elegerit. simile est ac si legatum ita fecisset, Stichum Titio aut Pamphilum, utrum eorum uolet, do, lego. & sic in hoc casu, de quo agitur, licèt per

 con-

conditionem locutæ sunt partes, tamen in effectu alternatiua est, & hoc est quod dicit Raph. Cum.in d. l.si Titius,& licet dicat Alex.ibi, quòd si non ex toto placet dictum Rapha.quia Alexand. uidetur hoc tenere.sed in alio, quod dicit Raph.scilicet ꝙ in terminis, d.l.si Titius, uidelicet quando separatim Titius, & Seius stipulati sunt fundum illum, si illi non dederis &c.nam dicit ipse perinde est, ac si essent stipulationes alternatiuæ, hoc non placet Alexand. ut ibi per eum, Et ea, quæ sunt allegata in contrarium, per nota.per Bar.& alioa in d.l.stipulatus, non faciunt ad hanc quæst. quia loquuntur in secunda stipulatione pœnali accessoria non æque principali, prout est in
9 dicto casu, de quo agitur. † Ideò fuit sententiatum per Sacrum Consilium, quòd d.Do. Bartholomæus non potest compelli ad soluendum pecuniam, sed ꝙ teneatur facere instrumentum submissionis dictæ rei emptæ dicto Hispano de soluendo censum pro resta quantitatis dicti mutui, & tanto magis, quia d.Do. Bartholomæus iam cæpit soluere censum dicto Alphonso, ut supra dictum est, quæ omnia sunt merità tenenda, ex quo materia prædicta est multum disputabilis, & multa possunt allegari prò & contra, quæ breuitatis causa omitto, ideò sufficiat dicta decisio Sacri Consilii.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXCVII.

1 *Promissio de consignando pecuniam in tempore uel pignore, quòd sit in electione creditoris quæ uult.*

2 *Si quis promittit restituere mille mulieri ex causa dotis infra annum, & si non soluerit, ex nunc dat bona insolutum, an elapso anno sit in electione creditoris, habere pecuniam, uel dationem insolutum.*

3 *Iuramentum appositum in contractu facit eum ualere omni meliori modo, item habet clausulam rato manente pacto, iurans debitor, contrauenies incidit in periurium, cadit præterea à commoditate contractus, intantum ꝙ creditor non obligatur, nisi quatenus ipse uelit.*

4 *In contractibus an sit licita uariatio, & quid in ultimis uoluntatibus.*

5 *Si semel uicinus declarauit nolle, seu non uelle habere rē ratione iuris congrui an possit deinde uariare.*

6 *Pactū liberatorium prodest, fierique potest in absentia, & a significatione uerborum non uidetur recedendum.*

7 *Alternatiua quando resoluatur in coniunctam; ut si testator grauet Titium aut Caium dare decem Seio, quòd tunc resoluatur in coniunctam, uerùm quilibet est obnoxius insolidum. & num. 8.*

10 *Si fuit data potestas præsentandi patronum Titio aut Seio, quotiens casus obtigerit, quòd uideatur insolidū data potestas.*

DEciditur in præsenti decisi. ꝙ quando fuit facta promissio de soluendo in pecunia infra certum tempus, alias ipso elapso sommittere domum, ꝙ electio sit debitoris quia hoc pactum non est ad cautelam creditoris, sicut quando fuisset facta promissio de soluendo, aliàs dare pignora, vel
1 obsides.adde circa hoc ultimum, quòd promissio † ista de soluendo pecuniam in tempore, uel pignora ꝙ sit ad cautelam creditoris, & per consequens ipsius sit electio, videtur conueniře Tiraq.in retra.consan.§.3.gl.4.in uer.non amplius fol.129. nume.16.per text.d.l.quamuis.ff.de pigno.act.qui etiam non nullos concomitantes adducit. Pro secundo uero, ꝙ sit electio debitoris, conuenit D.Loffr.in cons.19 qui ponendo idem factum quod ponit Affl.in præsenti dec. & nulla de eo facta mentione multis argumentis pro eo tandem respondit refellendo contraria, ut inspici intueriq; potest, ꝙ sit electio creditoris, vĩ concludere Deci.in cons.12.ubi consuluit, ꝙ si quis promittit restituere mille mulieri ex cā dotis infra annum, & si non sol-
2 uerit, ex nunc dare bona insolutum. imo † plus, si dicta bona euincerentur, ꝙ possit haberi recursus ad dictam quantitatē, ꝙ elapso anno sit in ele.ipsius mulieris creditoris petere quantitatem, non posse astringi bona insolutum capere, etiam non secuta euictione, quod comprobat septem argumentis, ut ibi per ipsum, qui tandem se firmat, ꝙ illa promissio de dando bona insolutum elapso anno sit in fauorem creditoris, & habeť loco pœnæ contra debitorem non obseruantem promissa, & per dationem pænæ siue ipsius promissionem ex causa onerosa non fit de iure nouatio, ſm ꝙ fuit etiam conclusum supra in dec.234.353.quod maxime uidetur procedere, quando instrumento adesset iuramentum: sicut assiduè uidemus in in-
3 strumentis promissionum, ꝙ iuramentum † facit actum ualidum omni meliori modo quo potest l si pater.§. filius matrē. cum simil.ff de leg.1.vt no.per Hierony.Gratum in cons.70.1. uolu.habet & vim clausulæ rato manente pacto. Bart.cæterique scribentes in l.si quis maior. C.de transac.imo plus secundùm Mathe.in sing.51.quem ibi refert & sequitur Ias.nu.2.colu.3. & Dec.in cons.452.uisa instructione, nu 10.concludunt, hūc
4 debitorem † non adimplentem promissa per eum in tempore; quia periurus, cadit ab omni commodo contractus, & creditor non est ei in aliquo obligatus, nisi quatenus uult, conueniunt etiam istis signata per Fel. in ca.dilectus de rescr.lo 2.ubi multa à cōtrario sensu.d.l.quod fauore ꝙ ea, quæ inducta fuerunt in odium alicuius, ꝙ non debent in ipsius fauorem redundare,& sic cōcludendo, cum hæc datio in solutum, uel submissio domus faciendæ in casu præsentis deci. sint inducta in odium debitoris non soluentis in tempore promisso, satis uidetur de iure hanc partem posse sustineri, hoc pactum fore in fauorem creditoris, & ꝙ electio sit ipsius, quam opinionem & latè comprobare vĩ Ripa respon.8.in ultimis, fol.109.& Ias.in Inst.de actio.§.huic autem, qui loco ou.10.ubi etiam cōcludit ꝙ si quis promittit dare unum, uel duos capones, ꝙ duos possum petere; quia electio est creditoris per supra explanata.adducunt etiam pro istis tex.l. cautam.§. puellam. de manumissio tit.gene.ſm quæ Affli.non bene, nisi saluando diceres minimo nostro ingeniolo adducta per eum procedere; quia in casu huius dec.demonstrabitur, hunc creditorem ex consectu ris uelle nouare, & animo recedendi, siue nouandi primam obligationem cepisse censum super domo, qua ratione videtur motus d.Loffr. in d.consi.in fi. & ex quo designauit uelle censum, sibi fecit præiudicium, aliàs si secus diceretur, non foret uerum, ꝙ in contractibus non sit licita uariatio, nam totum contrarium, ut notat post alios Scrib.Ias.in l.serui electione. ff de leg.1. secus in ultimis uoluntatib.in quib.facta semel electione non licet amplius uariare. text.qui dat rationem diuer-
5 sitatis in l apud Aufidium ff.de opti.lega. †dicens ideo in ultimis uoluntatib.esse permissam uariationem; quia facta semel electione trahit secum executionem, quod an procedat, si a lege datur ius eligendi, si semel fuerit facta declaratio, an liceat uariare, seu ab ea recedere, declarat Cassa.in consue. Bur.des droitex.rubri.4.in uer.pone, quòd parentes.fol.181.qui indu-
6 cit ad quæstionem, si semel † vicinus declarauit nolle emere, siue rem ratione uicinitatis habere, an possit uariare, & uerū ad ius retractus transire, quod etiam declarat Neap.in consue. de iure congrui.in uer.si quis emit.num.12.fol.108. & hic auctor in commento consi.Sancimus.gloss.1.colum.14.& uidentur concludere, quòd non, quando sunt uerba declaratiuis, ut ibi per eos, & maximè Tiraquell.in retract.consangui.§.1. gloss.9.in uerbo, aut consanguineus.nume.110.cum seq multis, qui concludit numer.127.pactum factum cum uenditore prodesse emptori, ut supra dixi etiam in præcedenti decisi.quæ sic procedunt, licèt Cassa.in eod. loco consuetu.Burg.fol.914. in uerbo des retraites, rub.10.in uer. bene tamen, uelit contrarium; quia istud pactum non fuit factum cum emptore, igitur ei prodesse non debet. l.unius.§. ante omnia.ff.de pact. cum simili. ad quæ ultra responsionem assignatam per Tiraquell ut supra quòd pactum uenditoris prosit emptori, occurrit mihi dicere prædicta allegata per eum non militare in pacto liberatorio, nam prodest, potestque fieri absenti. notant

Alex.

7 Alexand. † & Scrib.in l postquam liti.C.de pact.Hyp.sing.202. fuit dictum supra in decis 364.

8 Et in super de eo,quòd† hic fit mentio,quòd coniuncta con ditionalis pro alternatiua ponatur, uide si potest considerari rationibus supra citatis; nam in dubio oon debemus recedere a uerbis contrahentium.l.1.§. is qui nauem. ff.de exerci.l.non aliter.cum uul.ff.de leg.3.bene uerum est,quòd ex causa alter natiua resoluitur in coniunctam.l.generaliter. C.de institu.& substit.l.cum quidam. ubi Ias.post alios declarat. C.de uer. signifi.ubi dat regulam, quòd quando alternatiua negatiua est posita inter personas honoratas,ponatur pro coniuncta.l.Lucius.ff.de hære.instit. secus si inter personas grauatas, ut si te-
9 stator grauet Titium , aut Seium † hæredes dare decem Caio; quia tunc non resoluitur,sed quilibet tenetur in solidum.quæ uide in loco supra narrato ; nam plenè uidetur locutus , & in hac quæstione iacta per nostrum Afflict.hic,poteris maturius consilium habere, & ex quo longo apparatu. Do. Loffre.eam commentauit, ideo ad eum recurrendum, sed ex his dicebam in quadam causa mihi in facto consulenda seu decidenda com
10 missa , † quòd si fuisset data potestas a testatore præsentandi patronum Titio , aut Scio , quòd non resoluatur in coniunctam, sed unusquisque in solidum potest præsentare Bal.in d. l.cum quidam.in fine. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCCXCVIII.

De probatione assensus super alienatione, uel obligatione feudi.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura qualiter debeat?*
2 *Probatio per testes an æquiualeat probationi per scripturam.*
Assensus uim habet confirmationis.
3 *Confirmatio exigit uerba.*
4 *Scriptura in quibus requisita ad probationem, etiam si testes adsint.*
5 *Assensus Regis in feudis est gratia.*
Princeps in quibus casibus teneatur assentire?
Gratia omnis principis est priuilegium.
6 *Priuilegium principis non requirit scripturam.*
7 *Mandatum regis super iustitia probatur per testes.*
8 *Feudum datum in dotem reuertitur, si non ostendatur scriptura essensus.*
9 *Assensus Regis super obligatione,uel alienatione feudi probari potest per testes.*
Andreæ de Isernia opiniones præ cæteris doctoribus seruantur.

IN contingentia facti fuit dubitatum in Consilio
1 † utrum assensus Regis super obligatione , uel alienatione feudorum de necessitate debeat probari in scriptis iuxta stylum Regiæ cancellariæ , uel sufficiat, quòd probetur per testes. Nam Andre.de Iser. in cap.1.de prohi. feudi aliena. per Lotharium, in 3.colum.expresse dicit, quòd ipse putat, quòd assensus Regis potest probari nedum per scripturam : sed etiam per testes,licèt frequentius fiat per literas: quia non est casibus in quibus requiritur scriptura , de quibus.in capi.1.de censi.libr.6.in gloss.in uerbo, in scriptis,& habetur in l.cõtrahitur.ff.de pig.& Bal. in l.gesta. C.de re.iud. & per Luc.de Pen. in l.prohi-
2 bitum. C. de iure fis. libr. 10. † & ideo tantum ualet probatio per testes , sicut probatio per scripturam , ut in l.in exercendis.C.de fide instr.& ideo si consensus Regis expressus probetur per testes ,sufficit; quia constitutio Regni , constitutionem diuæ memoriæ. dicit, nisi de speciali nostra licentia confirmetur , & sic non sufficit præsentia domini cum taciturnitate, quando alienatur, uel obligatur fundum , licèt de iure præsentia domini cum taciturnitate operabatur de iure consensum , secundùm gloss.in dict.capi.1.de prohi.feudi alie.per Lotha.hodie in Regno non procedit per dictam constit. & maxime; quia dictus as-
3 sensus habet uim confirmationis,†& in confirmatione requiruntur uerba,per multa iura.quæ ibi allegat And.sed bene talis licentia & confirmatio potest per testes probari secundùm eum quia dicta constitutio non dicit , quod talis licentia , siue assensus præstetur in scriptis.Et pro ista parte,quod assensus possit probari per testes,adducitur tex.in capi.1.qui testes sint neces.ubi inuestitura feudi,ibi requiruntur uerba,uidelicet inuestio te, secundum Andr.in cap.1.de prohi.feud.alien, per Lotha.potest probari per breue testatum, & per testes pares, concordat text.in cap.1.
4 de contr.inuestit.† Sed in contrarium uidebatur mihi dicendum in Regno . Primo per gloss. in constitu. Regni,quæ incipit,si dubitatio.in uerbo, instrumentis, quæ dicit, quòd ubi agitur de iure rerum regalium , quarum concessio dicitur fuisse à Regibus concessa, non potest probari per testes, sed requiritur scriptura : sicut in quolibet mandato principis , ut in l.1.C. de mand.princip. quo casu requiritur etiam subscriptio quæstoris,ut not.in auth.ut diuinæ iussi,colum. 8.quæ incipit,priuilegium.subdens gloss.in d.consti. quòd ubicunque in iure fit mentio de liberalitate principis , subiungetur ibi de priuilegio sacris literis, uel apicibus.idest scripturis:quia per scripturam talia debent constare , ut in iurib.ibi allega. per gloss. & per
5 Ioan. Andr. in procemio sexti in nouella : † assensus enim Regis in obligatione,uel alienatione bonorum feudalium est gratia ; quia princeps non tenetur assentire , nisi in certis casibus , de quibus per Andr.in constit.Regni,si quis post litem,& omnis gratia principis est priuilegium , secundùm Bald. in præludiis
6 feudo.†& priuilegium principis requirit scripturam, secundùm Bald.in d.l.gesta. C.de re iudi. Omnis enim gratia principis uidetur fieri hoc acto,quod inde conficiatur scriptura , secundum Bald. in capi.1. colum.2.per quos fiat inuestitura.Idem Dominicus de Sancto Gemi. in procemio 6.libri, & Feli.in rub. extra de constit. Semper enim in omni actu uidetur tacitè actum, quod fiant ea quæ sunt de consuetudine , ut not.in l.fin. C.de fideiuss.& in l. quod si nolit. §.qa assidua.ff.de ædil.ædi. Ideo dicebat Gul. de Cu. in l.nec quicquam. §.ubi decretum , ff. de offic. proc.
7 † quod mandatum Regis continens iustitiam potest probari per testes.Sed si continet gratiam,debet probari per scripturam. Secundo allegabam, cap.regni, Regis Caroli secundi, quod incipit, item statuimus, num.116.per quod permittitur feudatariis contrahere matrimonium de filiabus,sororibus neptib.siue Regio consensu , dummodo inter fideles contrahatur. Item , dummodo non detur in dotem feudum, uel aliqua eius pars sine assensu curiæ : & si uolunt feudum dare in dotem , procurare habero assensum in scriptis : hoc idem probatur in alio cap Regis Caroli primi, quod incipit.ad maiestatis nostræ.nume.

31.de

31.de quo cap. facit mentionem Andr.in l.imperia-
8 lem in additione, de prohi.feud.alien per Fede.†ubi
dicitur, quòd si non ostenditur litera Regia, quòd
possit feudum dari in dotem, feudum datum in do-
tem peruenire in posse Regiæ curiæ. Tertio allega-
bam id, quod dicit Bald.in 3.uolum.consili.300.in-
cip.in bonis feudalibus, ult.colu.ubi dicit, quòd feu-
dum principis non probatur per testes, sed per scri-
pturam: ut in l. bene à Zenone. C.de quadr.præscri,
sed inferiora bene probantur per testes. Dicebat do.
Antonius de Ianuario, I.I. Doctor, & uir prudens, &
Viceprotonotarius & præsidens in Consilio catholi-
cæ Maiestatis, quòd de hoc dubio ipse nunquam fuit
anceps propter authoritatem præallegatum d. Andr.
9 de Iser.in specie. † Et ideo omnes domini de Consi-
lio fuerunt in uoto, quod assensus Regis super obli-
gatione, uel alienatione feudi potest probari per te-
stes, authoritate dom. And.& illa capitula Regni lo-
quuntur in casu suo. Et ego per silentium annui di-
ctæ decisioni: quia Andr.de Iser.est magnæ authori-
tatis in decisionibus causarum in Regno isto, & eius
opiniones seruantur in Regno præ cæteris doctori-
bus, & maximè in materia feudali.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXCVIII.

1 *Assensus regis an possit testibus probari in venditione rerum feudalium.*

2 *Quando baro vult dare feudum in dotem suis filiabus, vel agnatus agnato, assensus debet scriptura probari. ratio triplex notatur hic.*

3 *An stetur magis voci uiuæ, & sic testibus quam instrumentis, vbi etiam an gratia, siue priuilegium.*

4 *An ualeat pactum quòd solutio debiti non possit testib. probari nisi per per scripturam, quòd valeat, ponitur casus in facto.*

5 *Mandatum ad recipiendum solutionem non potest testibus probari.*

1 VT cernis, Affl hic, & supra † in dec.143.253 & in cap.1.
de prohib.feud.alie.per Lotar. semper fuit huius sen-
tentiæ, assensum, regis in alienatione rerum feuda-
lium non posse testibus probari, & in cap.1.4.colum.
quibus modis feud.constitui potest, qui etiam dicit procede-
re in donatione bonorum feudalium quaternatorum, quod non
non possit similiter testibus demonstrari motus quibusdam
iuribus allegatis per ipsum, quæ in rei ueritate, ut possunt ui-
deri, non loquuntur in assensu, sed in diuersis casibus & pri-
mo gloss.in d.constit. regni si dubitatio, in uerbo instrumen-
ta, loquitur, quòd possessor qui dicit habere uasallos in terra
de Maniali debet istud demonstrare per instrumenta, uel alio
modo, ut in d.constit. & non per testes: & licèt gloss.ibidem ge-
neraliter loquatur, quòd in omni mandato principis, siue gra-
cia requiratur scriptura, iuribus adductis per eam, tamen nil
ibi de assensu, quòd requirat scripturam, nec ad hoc aliquam
legem allegat, & similiter patet responsum ad doctr. Bald. in d.
cap.1.per quos fiat inuest. uolentis secundùm Afflic hic, quòd
priuilegium principis, siue gratia requirat scripturam; nam
non ultra progreditur, quòd si non fuerit confecta scriptura,
non posset testibus probari, & similiter respondetur ad capi.
regni hic per ipsum citatum, quod signat casus speciales, quando
aliquis uult facere matrimoniũ de filiabus, neptibus, & sorori
bus, quod tunc sit necessarius † assensus in scriptis, quando uolunt dare
feudum, seu partem ipsius in dotem, & ratio prædictorum est,
ne affectione sanguinis possit aliquid machinari, & cum nulla
lex, uel constitutio in specie sit post c.primum.de contr.inuest.
quod uult expressè posse assensum testibus probari, quæ igitur
hoc fieri posse uetat, uel dictum cap corrigat: igitur ipsi c.pri-
mo stari debet: cum etiam in dubio legum correctio sit euitan
da, & leges non corrigantur, nisi expressè dicat. l.præcipimus,
in fi.de appel. C.cum simili.not.in auth.quas actiones.C.de sa-
cro.eccle & notatur infra. in deci.402.ad quæ conueniunt ea,
quæ secundùm magis communem opin.not.Fely.post Sert.in
rubrica de fide instr. quòd statur magis de iure uoci uiuæ & ip
3 sis testibus † quàm instrumentis, & sic uoci mortuæ quę de iu
re recipi possunt, licèt Costa in memo.in uerbo gratia, ex di-
ctis Felyn.in rubrica de constit.colum.4.teneat gratiam, siue
priuilegium principis non posse testibus probari, sed secus in
qualitate gratiæ, quæ omnia hodie cessant per nouellam prag
maticam editam in anno 1549. & in anno 1560. diffiniens nõ
solùm assensum non posse testibus probari, uerùm etiam si
memoriale fuerit expeditum per uerbum fiat, non probat, nec
ualeat nisi infra nouem menses fuerit assensus ipse registra-
tus in cancellaria regia, & reddactum in forma publica cum
sigillo pendenti fuit notatum supra in decis.197 sed iuxta ista
non immerito quæritur, an possit fieri pactum, quod solutio debi
4 ti, uel alterius negotii † non possit testibus probari, nisi per scri
pturam, & text.l.1.§.si conuenit.ff.depositi, & cap.secundo,
de proba. uidentur decidere, quòd sic, declarat Alexand.in l.iu
bemus.C.de iudic.ubi dat cautelam, quid agendum, ut possit
hoc casu solutio debiti testibus probari, & per Aymo.in cons.
a 12.comparatio literarum, qui decidit hoc casu non posse fie
ri probationem etiam per cõparationem literarum, & latius
Tiraq.in retractu lignag glo 1.in uerbo illibis ostendere.§.4 fol.
123 quæ uera sunt, licet Rec.in cons.Alex.102.5.vol.teneat cõ
tra ipsum Alc. & prædicta, contra quem ego obtinui in praxi
in sacro consilio in quadam cã Petri Iacobi Siella, quod non ob-
stante, quod fuisset demonstrata satisfactio debiti per testes, quia
tñ fuerat conuentum in instrõ, satisfactionem non posse te-
stibus probari, nisi per scripturam maximè existente iure, nul
la habita ratione testium examinatorum, fuit facta condem-
natio ad debitum, & deinde fuit facta executio anno 1554. A-
ctuarius Ioseph Manchusius Circa quę non obliuiscaris aliud,
quòd inter alia requirentia scripturam est mandatum ad reci
piendum solutionem debiti secundùm Bal. in l.falsus, colum.
15 C.de furtis, & notaui supra in decis. Cæs.Vrsil.

DECISIO CCCXCIX.

De periculo, & commodo rei uenditæ, & de tara uini non facienda.

SVMMARIVM.

1 *Tara an facienda de rebus semel permutatis, & quando.4.*

2 *Contractus permutationis similitudinem habet cum contractu emptionis.*

Venditor non præstans rem bonam tenetur emptori ad interesse.

3 *Actio ex pacto nudo inter mercatoris oritur.*

4 *Venditio ad mensuram dicitur conditionalis.*

5 *Vendere ad mensuram quando dicitur.6.*

6 *Contractus sub conditione de præterito, licèt de conditionis existentia sit incertum, est perfectus.*

7 *Quantitas designata ad certum locum, quando dicatur species.*

8 *Periculum uini uenditi contractu perfecto, licet uinum non sit traditum, spectat ad emptorem.*

9 *Venditor frumenti constituitur in dolo per non expressionem future ordinationis, quam sciebat super uilitate pretii.*

10 *Vini degustatio transfert periculum in emptorem.*

11 Peri-

11 *Periculum deteriorationis uini post emptoris moram ad emptorem transit.*
12 *Mora, ubi non est dies & pœna, non committitur sine interpellatione.*
13 *Testes singulares an bene probent?*
Hæres promittens legata soluere, intelligitur saluo legis beneficio.
14 *Promissio de tota dote restituenda qualiter intelligenda?*

FVit latum laudum per honorabilem mercato-
rem Franciscum Surrentinum, ut arbitrium &
arbitratorem super differentia.
1 † Vtrum sit facienda tara per honorabiles Pau-
lum de Bacio de Terracina, & fratres de Vegetibus
uini Græci 280.permutatis cum certis pannis cuius-
dam mercatoris Liuii de nestit. institoris certorum
nobilium de Mascaronibus, per quod laudum pro-
nuntiatum & laudatum fuit, dictum Paulum non te-
neri ad faciendam aliquam taram pro dictis negeti-
bus uini Græci permutatis cum dictis pannis.
Ab isto laudo dictus Liuius reclamauit ad sacrum
consilium & ad ostendendum, quòd dicta tara debet
fieri. Dicebatur, quòd dicta uina Greca non erant
bona in colore & sapore, & ideò si recepit, debet si-
bi fieri tara.
2 † Nam contractus permutationis habet similitu-
dinem cum contractu emptionis, ut dicit text.in le-
ge final.ff de rerum permu. Sed si uenditor non præ-
stat rem bonam, tenetur emptori ad interesse, & sic
ad dictam taram, per text.in leg.si seruum, in princi.
& lege ex emptione. §. redhibitionem. & § anima-
lium, & sequenti. & l.Iulianus, in princip.& §.1.ff.
de action. emption. ergo idem dicendum est in per-
mutatione. Secundò dicebatur, quòd dictus Paulus
tempore mensurationis dictarum negetum uini Græ-
ci promisit facere taram: quia dicta uina Græca erãt
mutata in colore, arbitrio Alberici: & sic uirtute pa-
3 cti tenetur facere taram, † cum inter mercatores ex
pacto nudo oritur actio: ut dicit Bartol. in l.Quin-
tus.& in l.si fideiussor.§.quædam.ff.mandati.& Bald.
in l.si pro ea. C.eod. & in capitul.1.penul. colum.de
pactis, & in capi.si pro debilitate.de offici.delega.&
Alexand.in l.iurisgentium, §.sed cum nulla.ff.de pa-
ctis. Tertio dicebatur, quòd dictæ uegetes uini Græ-
ci debebant mensurari, & donec non sunt mensura-
tæ uegetes, omne periculum est domini uendentis,
seu permutantis: ut est text. in l.si per emptorem, ff.
de periculo, & commo.rei uenditio. & in l.quod sæ-
4 pe.§.in his, & l.si quis uina.ff.de contr.emptio. † quia
dicitur ista uenditio conditionalis, quando uenditur
ad mensuram, ut dic.§.in his, & firmat Bartol.in l.Iu
lianus, §.si Titius.ff.de action.emptio.& in suo cons.
47.incip. Petrus uendidit. In contrarium dicitur,
quòd bene fuit laudatum per dictum arbitratorem
scilicet quòd nulla tara debeat fieri: quia attento te-
nore dicti contractus permutationis dictæ negetes
uini Græci non fuerant permutatæ ad mensuram,
sed in specie fuerunt permutatæ, nam secundùm te-
norem dictæ conuentionis redactæ in scripturam pri
uatam eorum manibus dicitur, quod ipse Paulus in
contra le sopra dette robæ le da tutti li sui Cræchi de
sancto Cæsaro, & al compimẽto de botte 280.quelle
de Napoli sistentia in suis magazenis ad rationem
ducatorum sex pro qualibet uegete, & pro hoc alle-
gabatur decisio Bal.in l.sicut.C.de actio.emptio.ubi
5 dicit, † quid si dixi tibi uendo tibi uinum totum, quod
est in ista uegete, ad rationem decem solidorum pro
qualibet salma, nunquid dicitur tunc uenditum ad
mensuram? Dicit ipse, uidetur, quod sic: quia pre
tii declaratio pendet ex mẽsura, & sic sequitur, quod
ante mensurationem, quando uenditum est Græ-
cum ad mensuram, si Græcum deterioretur, pericu-
lum erit uenditoris & sic interesse deteriorationis e-
rit uenditoris idest ipsius Pauli permutantis per text.
& gloss.in l.1.in princip. & in l necessario. ff.de peri.
& commo.rei uenditio.& in l.2.C.eod.tit.& firmat.
Barto.in l.uinum.ff.si certum petatur, & patet in al-
legata l.quod sępe §.in his.
6 † In contrarium uidetur secundum Bald.in dic.l.si
cut, quia tunc uenditur ad mensuram, quando sic di-
co, uendo tibi tot salmas ex tali uegete, uel ea tali cel
lario: tunc enim uenditur sub forma mensuræ, & sic
antequàm mensuretur, est emptio imperfecta; quia
est facta quasi conditionaliter. Sed si in priore exem-
plo, uidelicet, quãdo uendo tibi totum uinum, quod
est in isto cellario, ad rationem decem solidorum ꝓ
qualibet salma, mensura non uenit ad substantiam,
sed ad declarationem solius pretii, & sic contractus
est perfectus inspecta ueritate, sicut quando contra-
hitur sub conditione de præterito, licèt de existentia
talis conditionis in certis simus, l.itaque.ff.si certum
petatur, & dicit, ita teneo, & pro hoc bene facit quod
dicit Bartol. in lege talis scriptura.in princip.ff. de le
7 ga.primo ubi dicit, † quod quando disponitur de
quantitate habito respectu ad certum locum, talis
quantitas designata ad certum locum dicitur species
per illam l.1.in princip.& l.plane.§.sed hoc.& l.sed si
certos.ff.de legatis primo.& idem dicit Bald.in lege
incendium.C.si certum petatur. Et quando non est
Græcum permutatum existens in certo loco, species
saltem esset ratione certi loci permutatum Græcum
in genere subalterno, ut not.Bartol.in lege legato ge
neralis, ff.de leg.1.& bene hoc declarat Pau.de Cast.
in le.2. C.de periculo & commo.rei uenditio & tan-
tum est, sicut si in specie fuisset permutatum, ut di-
cit Pau.de Castr.in dic.l.2.bene facit, quod dicit Ale
xand.in l.uinum.2.colum.ff.si cert.petio.quod si pro
misi tibi dare decem amphoras uini de Vincentia,
non dicitur promissio facta in genere, sed in specie
8 de Vincentia. & † ideo dicebat Alexand.de Imol.in
5.uolum. consili.121. nisis & ponderatis, circa fina.
quod ad hoc, ut periculum uini uẽditi spectet ad em-
ptorem, sufficit, quod contractus sit perfectus, licèt
res non sit tradita, & firmant Bald.& Saly.& Paul.de
Castr.in l.1.de pericu.& commo.rei uenditio.& Bal.
in l.2. C.quando liceat ab emption. disce. & gloss.in
rubric.Institu.de emptio.fallit in illis quatuor casib.
Primo, uidelicet quando uenditor recepit in se om-
ne periculum, ut in l.1.ff.de pericu.& commo.rei uen
ditio.Secundo, quando per uenditorem stetit, quo
minus emptor degustaret, ut in l.si quis uina.ff.eod.
titul. Tertio, cum asseuerauit bonitatem uini dura-
turam, ut in l.si uina quæ in dolio. ff.eod.titul. Quar-
to, quando uenditor sciebat bonitatem uini non du
9 raturam, ut in d.l.si uina.§.planè. † Idem dicit Bald.
in

in dic. lege 2. si uenditor frumenti, sciebat ordinationem futuram de frumento ullius uendendo, & non premonuit emptorem, dicitur in dolo. si non expressit. Item dicit Guliel. in l. fraus, & in l. contra legem, ff. de legib. & Bartol. in l. quæro. ff. de actio. emptio. Constat autem per testes, quòd tam tempore contractus prædicti, quàm post, dicta uina Græca fuisse bona in odore, colore, & sapore, & receptabilia, ergo periculum contingens posteà in dictis Græcis in colore, sapore, & odore, est ipsius Liuii. Secundo adducitur, quia tempore contractus dictus Liuius degustauit dicta uina Græca, & propter degustationem sibi placuerunt. † & quando ueuditur uinum in specie, prout erat casus, de quo agitur, quia permutatum fuit uinum Græcum existens in certis locis, & non fuit ad mensuram permutatum, sufficit sola degustatio absque mensuratione, ut transferatur periculum in emptorem, ut declarat Paulus de Castro in dicta lege sicut. C. de action. emption. ubi dicit, quòd quando uenditor in specie uinum, non ad mensuram, sufficit sola degustatio absque mensuratione, ut periculum pertineat ad emptorem. In casibus autem, ubi periculum pertinet ad uenditorem, dicit ipse Paulus, quòd fallit nisi emptor susceperit in se periculum, uel fuit in mora mensurandi, uel degustandi, in quibus casibus indistinctè pertinet per eundum ad emptorē, etiam si non fuit facta traditio, nec degustatio, nec mensuratio, & ita dicit, quòd firmat glossa licèt in hoc fuerunt diuersæ opiniones.

11 † Tertiò adducitur mora ipsius Liuii in recipiendo dictum uinum Græcum, nam dictæ partes conuenerunt de cõsignatione dictæ quantitatis uini Græci in anno 1502. de mense Iulii seu ante ad requisitionem dicti Liuii. Et tamen infra illud tempus non uenit Liuius ad recipiēdum dictum Græcum, sed post, & sic periculum deteriorationis Græcorum in colore, uel sapore, & odore post moram emptoris pertinet ad emptorem: ut suprà dictum est, per not. in dicta lege secunda C de pericul. & commo. rei. uendic. & est text. in l. si per emptorem. ff eod. titul. & bene not. hoc Salice. in dicta lege secunda.

12 † Et licet, ut non est dies, & pœna, non committitur mora sine interpellatione: ut not in legem magnam. C. de contrahend. & commitio. stipulation. tamen apparet de protestatione ipsius Pauli contra Liuium, quòd in tempore conuento non uenit ad recipiendum Græcum existens in magazenis.

Fuit tandem per sacrum Consilium nemine discrepante notatum, quòd laudum latum per dictum arbitrium & arbitratorem, in quantum pronuntiauit, nullam taram esse faciendam per dict m Paulum, fuisse bene latum, & ideò Paulum esse absoluendum ab impetitione dicti Liuij super dicta tara petita.

Non obstat primum motiuum; quia permutatio facta non obstat, ex quo dicta uina Græca, probatum est, quòd tempore contractus & tempore degustationis erant bona & receptabilia, & post moram Liuii mutauerunt eorum bonitatem, prout solita est fieri mutatio in mense Augusti: ut fuit bene probatum in processu.

13 † Nec obst. secundum motiuum, quia non legitime fuit probatum de promissione facta per Paulum de faciendo taram post moram dicti Liuij. Ex quo testes sunt singulares, & quando bene fuisset probata talis promissio, intelligi debet: si de Iure fieri debet talis tara, ut in simili dicit Bald. in lege. fina. C. ad legem Falcidiam. dicens, quòd si hæres promittit soluere omnia legata, intelligitur eatenus, quatenus tenetur saluo legis beneficio. & idem dicit ibi Angel. & Paul. de Castr. post Cyn. ibi. pro quo allegat lege prima §. sub conditione. ff. ut legatis nomine cauea. & legem si prior. cum ibi notatis. ff. solutio matrimo. & l. cum qui. §. si mulier. ff. solut. matrimo.

14 † Accedant ad hoc iura allegata per Alexand. in apostillis in dicta lege fin. bene facit oltra eum quod dicit Bald. in legem Neratius. ff. de reli. & somption. funerum. ubi promissio de tota dote restituenda, intelligitur in casu, in quo tota dos debet restitui, & si aliter intelligeretur, posset condici tanquam indebita, per leges. quib ff. de condictio. indebiti. cum concordan. Nec obstat tertium motiuum; quia iam ex prædictis patet responsio; quia dictum uinum; Græcum non fu t uenditum ad mensuram, sed in specie: ut suprà dictum est in primo motiuo pro ista parte, & sic posteà lata fuit sententia absolutoria sacri Consilii.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCXCIX.

1 *Venditio rerum consistentium in pondere, numero & mensura, quando dicatur perfecta, quò ad periculum.*

2 *Permutatio an sit similis uenditioni, & quid si fuit data pecunia, & res, an uenditio.*

3 *Inter mercatores pacto nudo oritur actio qualiter.*

4 *Pecunia destinata ad emptionem alicuius rei stabilis, an dicatur res stabilis, & sic an comprehendatur in bonis stabilibus lucrandis mediante statuto.*

5 *Vbi non est dies & pœna, an committatur stipulatio sine interpellatione.*

6 *Quando hæres cum beneficio legis, & inuentarij promittit soluere integra legata, item quando facit promissio nem nomine proprio, an beneficium inuentarij amittat. &c.*

1 EST conclusio in principali † dubio huius decisio uenditionem rerum consistentium in pondere, numero & mensura fore perfectam etiam quoad periculum, quando fuit uenditum totum corpus, ut est quando fuisset facta uenditio de toto uino, quòd est in cell irio ad rationem tantum pro salma. Reminiscaris; quia dixi, quòd contra hæc uidentur facere illa, quæ fuerunt conclusa supra in decisio 250. ubi fuit decisum, uenditionem dictarum rerum consistentium in pondere, numero & mensura, priusquàm ponderentur, mēsurentur non fore perfectam quoad periculum, sed dicas saluando procedere decisio in eadem decisio procedere, quando uenditio fuisset facta ad mensuram hoc modo, uidelicet quando fuissent uendita tot barilia uini, seu tot uegetes uini ex tali dolio, seu tot mensuræ; quia tunc & si uenditio sit perfecta quoad reuocationem, quòd non ualeant contrahentes ab ea recedere; tamen non erit perfecta quoad periculum, in tantum, quòd si res pereant, interim pereunt periculo uenditoris, priusquam mensurentur, & hoc ex docto. Bald in dicta l. si. cui C. de actioo. emptio. cum quo conuenit Ioan. Fab. Instituc. de em-

de emption. & uendirion. §. cum autem. & sunt aliæ concord.
2 in dicta decisio. 1 8 0 Et † circa illud, quod hic notatur, uendi-
tionem esse similem permutationi, declarat post text. de l. 1.
ff. de contrahen. emption. Tiraquell in retracta. fol. 1 1. num.
septuagesimooctauo & §. prima gl 14. nu. 2a & 28 fol 95. ubi
concludit, etiam permutationem antiquiorem ipsa uenditio
ne, item etiam, quòd si datur species & pecunia, & ipsa pecu-
nia excedit speciem, fore emptionem & non permutationem,
fuerunt notata supra in decisio. 62. de alio uero quod secundò
3 dicebatur, quod inter mercatores pacto † nudo oritur actio,
declarat Barbatius in consilio 62 Nat. in repet clement. sæpe.
colum. 18 de uerbor. significa. Iason in § item si quis in fraudem,
numero 78. institut. de action quòd inter mercatores non est
necessaria excussio idem in consilio 82 primo uolum. sunt e-
tiam annotata supra in decisione 140 Et ad illud, quod nota-
4 tur hic, quòd † quando disponitur de aliqua quantitate pe-
cuniæ designata ad certum locum, quòd non solùm habeatur,
ut species, sed censeatur quid immobile. si fuisset destinata ad
aliquod immobile emendum, ex text. lege tertia. §. quid ergo,
ff. de contra. iudi. tutelæ. Gramma. in consilio 138 in ciuili di-
cat, quòd contra ista est text lege cum in fundo §. si fundus ff.
de iure dotium, & ibi Bald. Docto in lege cætera in fina ff de
legatis primo, & si aliter & non benè Summa Angel in uerbo
alienation. numero sexto, quæ inducit ad quæstionem statutu
uolentis, quem lucrari de immobilibus, quòd debeat lucrari
de hac pecunia, tanquam de re immobili, & cum prædictis,
quòd non censeatur quid immobile, amplè Boerius in decisi.
209. illam quam ibi, prima parte Cassan. in consuetudi Bur-
gund. des doitrex. rubrica quarta, numero decimoquinto, fol.
136. & amplissimè per Tiraquel. in retractat. consangui. §. pri-
mo in glossa in uerbo aut aliis rebus. numero 106 fol 35. in
parua ultima impressione, qui & si relatis opinionibus om
nium nil firmiter uideatur asserere; tamen in hac ultima opi-
nione uidetur inclinare & esse procliuus ea ratione, quia desti
natum non habetur pro perfecto, & pro iis citat docto. Felyn.
in capitulo cum adeo in uer. unde dicunt de rescriptis, ad quę
faciunt dicta Phi. quòd de futuris contingentibus nulla est de-
terminata ueritas, quæ nota, nam faciunt ad multa, quæ mo
difica, ut notaui supra in decisio. 72. Et insuper quatenus † hic
concluditur quòd ubi non est dies, & pœna, non committitur
stipulatio sine interpellatione, adde casum, in quo adest dies,
& pœna, & tamen non committitur stipulatio sine interpel-
latione, ut quando quis fuisset obligatus aliquem præsenta-
re infra aliquod tempus, consuluit Decius in consilio secun-
do ubi post Scrib. in lege si ex legati causa ff. de uerbor. obliga.
dat intellectum ad legem magnam. C. de contra. stipulation.
declarat Cassan. in consuetudi. Burgund. fol. 200. ubi declarat;
quando fuisset facta promissio post mortem, si requiratur in-
terpellatio, & nonnulla alia post Scribentes. Et insuper rogo
6 ponas tuam † mentem, quatenus Afflict. hic circa finem ue-
lit, quòd si hæres promittat soluere omnia legata, quòd hæc
promissio intelligatur saluo legis beneficio; quia intelligitur,
nisi promissio ipsa fuisset facta cum uerbo solidum, uel inte-
gre. Bald in dicta lege finali C. ad legem Falcidiã uel nisi hæres
promisisset nomine proprio soluere nulla facta reseruatione
beneficij legis & inuentarij; quia tunc dato, quòd obligatio
descendisset ex causa hæreditaria, quòd sibi præiudicat, con-
suluit Angel. in consilio 31 quem refert, & sequitur Aret. in
consilio 147 in quæstio. colum. secunda, in uer. pro ista Cor-
neus in consilio 31. tertio uolum. quem refert, & sequitur Ay
mo in consilio 214. puso. numero septimo qui limitat, ut ibi
per eum, circa quod in hæres cum beneficio legis. si sapis, de-
bes diligenter aduertere quòd nunquam te obliges nomine
proprio, uel insolidum, uel in integro soluere promittas, nam
beneficium legis perderes in quibus uidi multos errasse, qui
inconsideratè has obligationes faciunt, ut mihi contigit in
causa cuiusdam mei clientis de domo lautella litigantis coram
dominis commissarijs fabricæ diui Petri de Urbe anno 1540.
Cæs. Ursill.

DECISIO CCCC.

De probatione testium uniuersitatis in fauorem illorum.

SUMMARIUM.

1 *Testes de uniuersitate deponentes super commodo uniuersitatis eorum, an rectè probent, & ualeat probatio? numero quarto.*
2 *Debitum uniuersitatis non est debitum singulorum.*
Monachus est idoneus testis pro monasterio.
3 *Legatarius potest esse testis in testamento, in quo sibi legatur.*
5 *Laici maiorem habent affectionem ad uniuersitatem, quàm clerici ad collegium.*
6 *Actus quando dicatur concernere singulos de uniuersitate.*
7 *Testimonium in causa propria ferre nemini licet.*
8 *Testibus contra testes uniuersitatis deponentibus quando magis standum?*
9 *Testes super negatiua quo casu probent?*
10 *Seruitus originalis nulla, nisi ex accidenti.*
Victoriam reportas, cuius possessio a iure communi fouetur.
11 *Probare melius dicitur, cuius intentio rationi magis congruit.*
12 *Gabellæ exigendæ possessio non probatur scientia & patientia domini non probata.*

Nobilis Petrus Ioannes Spinellus de sedili nidi habet litem cum uniuersitate & hominibus terræ Barroli in Senatum Consilium super quodam iure gabellæ piscium, qui capiuntur in lacu seu pantano Sarpæ, quòd ex concessione regis Federici facta ipsi Petro Ioanni tenet.

Et fuit de ista antiqua quæstione sciscitatum, ui-
1 delicet, † utrum testes dictæ uniuersitatis deponentes, quòd gabelloti Barolitani exegerunt certam gabellam de piscibus, qui capiuntur in dicto pantano, & aliqui deponunt à tempore ducis Andriæ & eius filij: alii ab annis triginta annorum alii ab annis trigesimo alij ab annis decimo probant dictam uniuersitatem fuisse in quasi possessione exigendi dictam gabellam. Ista quæstio diffusè tangitur per Bartol. in lege in tantum paragraph uniuersitatis de gest. de rerum diui. ubi post argumenta pro & contra concludit, quòd si quidem sumus in causa ciuili, prout est ista, de qua agitur.

Dicendum est, quòd quædam sunt, quæ non possunt probari, nisi per illos de collegio, ut electiones, quæ fiunt in secreto. & isto casu ille, qui est de collegio, est idoneus testis, argumen. legis. consensu. C. de repudiis. & C. de naufragiis. lege, quoties. lib. duodecimo & de iureiurand. capitu. & si Christus. in fine. Abbas. in capituo tertio loco, de probationibus glo. in capitulo ueniens. el secundo de testibus. glossa in capitulo cum dilecti filii. de electione. in uerbo, & si tres. Quædam sunt, quæ possunt de sui natura probari per alios, quàm per illos de collegio uel uniuersitate. Et tunc distinguitur, aut illud negotium, super quo deponunt testes de uniuersitate, est nego-
tium,

tium, quod principalit er spectat ad uniuersita em,
quantum ad honorem & commodum, & tunc qui-
2 libet de uniuersitate est idoneus testis, † quia debi-
tum uniuersitatis non est debitum singulorum, l.si.
cut paragraph.primo digest.quod cuiusque uniuer-
sitatis nomine. & dicto paragraph. uniuersitatis. &
nota gloss. in leg. prima, ffff. de collegiis illicitis, cir
ca finem glossæ magnæ.

Et ideò monachus est idoneus testis pro monaste-
rio, secundum gloss. in authen. de monachis.§. cogi-
tandum.& glossa in dicta lege idonei. ff. de testibus,
& idem si illud negotium non principaliter spectat
ad uniuersitatem, sed in consequentiam, ut est uide-
3 re exemplum in legatario, † qui potest esse testis in
testamento, in quo aliquid sibi est legatum: ut in le-
ge qui testamento. in principio. ffff. de testamen-
tis. & nota. in lege si quis ita. ffff. de edendo. dicit
tamen Albericus in dicto §.uniuersitatis. quòd mi-
nor fides semper adhibetur, quando testis de uni-
uersitate admittitur testificandum pro uniuersitate,
allegat glossa, in dicto paragrapho cogitandum quę
hoc dicit.

Et hoc dicebat etiam Albertus Galeoti in dicta le
ge sicut.§.primo, secundum Ioannem Andreã. in ad-
ditio.Specul.in titulo de testibus paragraph. primo,
uersicul. sed nunquid in causa uniuersitatis. in addi-
4 tione quæ incipit. idem Alber.dicit, & Alexandr.† di-
cit, quòd testis de uniuersitate, ubi potest esse testis,
non est integer testis, in quarto uolumine, consilio
quadragesimotertio, incipiente, uisis & ponderatis.
in sexta columna, allegat Archidiac.duodecima quę-
stione.secunda in summa, & Anton.de Butrio. in di-
cto capitul.cum nuntius.de test. & Abbas in dicto ca
pitulo insuper.eodem titulo. Idem dicunt Bald. &
Angel. in lege si quis ex argentariis. §. primo. ff. de
edendo. Tamen Bald. in primo uolumine, consilio
decimotertio, incipiente, casus, homines & commu
ne &c. dicit, quòd quanta sit fides adhibenda testi-
bus, de uniuersitate pro uniuersitate ex coniecturis
iudicis arbitrio committitur, per legem tertiam. ff.
de testibus, & ideo Anton.de Butrio in dicto capitu-
lo cum nuntius. de testibus, dicit, quòd testes uni-
uersitatis secularis non sunt integri testes pro uni-
5 uersitate seculari: † quia isti laici habent maiorem
affectionem ad uniuersitatem, quàm personæ eccle-
siasticæ de collegio ecclesiastico, & idem uidetur
tenere Cardinalis Florentinus in consilio 102. Inci-
piente, super facto testamenti. in fine.

Sed istam differentiam non approbat Ioannes de
Imola. in dicto capitulo cum nuntius. nec etiam
Felinus in dicto capitulo insuper secunda colum-
na de testibus.

Aut illud negotium, de quo agitur, non tangit
nec nomen nec honorem uniuersitatis, sed causat
commodum singulorum de uniuersitate: & tunc
testes de uniuersitate non sunt idonei testes: quia
ista uidetur causa propria, ex quo principaliter qui-
libet de uniuersitate assequitur commodum, argu-
mento legis primæ. paragrapho in propria. ffff.
quando appellandum sit. ut est uidere exemplum;
quando uniuersitas habet pascua: & non habet ani-
malia, quæ ibi pascantur: sed singuli de uniuersi-
tate mittunt animalia sua ad pasculandum. in hoc
negotio, quod tangit singulos ut singulos, testes
de uniuersitate non sunt idonei testes. & pro hoc
lex, serui electione.paragrapho primo. ffff. de le-
gatis primò, & uoluit Innocẽtius. in capitulo cũ om
nes. de constitutionibus. & tenet Bart. in lege sed si
hac paragrapho qui manumittitur. ff. de in ius uo-
cando. Idem si uniuersitas haberet iura incidendi
ligna, secundùm Albericum in dicto paragrapho
uniuersitatis.& Ioannes Andreæ in dicto capit. cum
nuntius,& probatur decimaquarta quæstio. secunda
super prudentia.& habetur in d.c.insuper.

6 † Quando autem actus dicitur concernere singu-
los de uniuersitate, & quando ipsam uniuersitatem
plenè per doctores & Felinum in capitulo eam te.
de rescriptis. Et ista distinctio in effectu origina-
liter fuit Cyni in lege parentes. C.de testibus. quam
sequuntur ibi Bald. Angel. Salycetus, & Alber.in di-
cto §.uniuersitatis.

Idem in effectu concludit Ioannes Andreæ in no-
uella, in cap.cum nuntius, de testibus.

Et ideò dicebat Bald. in capitulo tertio loco, de
probationibus, quòd si quidem illi de uniuersitate,
qui producuntur in testes pro uniuersitate in causa,
in qua si uniuersitas succumberet, oporteret mitte-
re manum ad marsupium singulorum: quia oporte-
ret submittere collectam, & tunc illi de uniuersita-
te non sunt idonei testes, hoc etiam firmat Bald.in
tertio uolumine, consilio 339. incipiente, apparet
publicum instrumentum. & Ludouicus in consilio
quinquagesimooctauo, incipiente præsens consulta-
tio.in fine. Aut non oportet mittere manum ad
marsupium: quia uniuersitas est soluendo, uel est
quæstio de nemore, cuius fructus uenduntur pro ip-
sa uniuersitate, & tunc admittitur testis de uniuersi-
tate. Fallit, nisi omnes de uniuersitate deponerẽt
pro uniuersitate, ut puta omnes de collegio depo-
nerent pro collegio: tunc omnes illi de uniuersitate,
qui faciunt uniuersitatem, sunt testes in facto pro-
prio, & ideò non probarent, secundum Baldum in
dicto capitulo tertio loco.

Hanc eandem distinctionem, quam supra firma-
uit Bald. in præallegato consilio trigesimoprimo, in
secundo uolumine, & in tertio uolumine, consilio
353. incipiente, uerba principis, in tertia columna,
uersicul. item non potest negari, & in eodem uolu-
mine. consilio 307. incipiente, præmittendum &c.
circa finem.

His præmissis dicebam ego, quòd Rex Ferdinan-
dus primus ad releuandos subditos grauatos solutio
nes iurium fiscalium promisit ciuitatib. & terris uo-
lentibus sibi imponere aliquas gabellas super fructi-
bus & aliis rebus, & mercantiis, quòd possint impo-
nere eas, & conuertantur in solutionem iurium fisca
lium, ad quæ singuli tenentur pro eorum ratis.
Si ergo uniuersitas terræ Baroli imposuisset dictas
gabellas pro piscibus, qui capiuntur in dicto lacu
uirtute dictæ Regiæ permissionis, & maximè illam
de granis decem pro qualibet pisa piscium: prout
est probatum, nulli dubium est, quòd isti testes de u-
niuersitate Baroli non sunt idonei testes pro ipsa uni
uersitate, ad probandum exactionem dictarum ga-
bellarum: quia commodum dictarum gabellarum.
7 principaliter spectat singulos ut singulos. † & sic es-
sent

ſent teſtes in cauſa propria, quod non eſt licitum :ut in l.nullus.ff.de teſtam.& in l.omnibus. C.eod tit.

Et tanto magis quia permiſſio Regis Ferdinandi primi de imponēdis gabellis pro dictis iurib. fiſcalib. ſoluendis per uniuerſitates loquitur, ut imponantur in eorum territoriis : non antem extra eorum territorium, & pro hoc bene facit, quod not. Alexand. in apoſtillis in l.1.C.de mulie.& in quo loco. & dictus lacus eſt territorium de per ſe ſeparatum à territorio Barolitano. Secundario dicebant. quòd uera eſt
8 illa allegatio aduocati Petri Ioannis, † quòd quando teſtes de uniuerſitate deponunt in fauorem uniuerſitatis, & altera pars probat per teſtes idoneos contrarium eius, quod deponunt teſtes de uniuerſitate magis ſtandum eſt teſtibus deponentibus contra teſtes uniuerſitatis; quàm ipſis teſtib. uniuerſitatis : ut firmat Abb.Sicu in d.cap.inſuper.in 3.colum.de teſtib. quem ſequitur Fel.ibi, in uerſi fallit ſecundum.

Et ego dicebam, quòd iſtud fuit originale dictum Odof.in l.1.in penult.colum.C.de uti poſſide. in uerſic. ſed denuò quæro hic &c. Sed teſtes Petri Ioannis deponunt, quod ſemper dictus lacus poſſeſſus fuit à dominis prædeceſſoribus ipſius Petri Ioannis francus, & liber ſine ſolutione alicuius gabellæ ſoluendæ uniuerſitati Baroli. Igitur eis magis credi debet.

Nec obſtat, quòd iſti teſtes uidentur deponere ſuper negatiua : quia talis negatiua eſt coarctata loco & tempore, & habet in ſe affirmatiuam expreſſam, uidelicet, quia dictus lacus poſſeſſus fuit francus &
9 immunis : † quo caſu probant teſtes ſuper negatiua, ut dicit notanter Bal. in ca.ſi quis per 30. ſi de feudo fuerit contro.inter dominum, & agnat. & firmat Feli.in ca. in noſtra.in 2.colum de teſtib. & idem tenet Abb. Sicu.in cap.cum eccleſia Sutrina. 1. column.de cauſa.poſſ.& proprie. Et tantò magis: quia teſtes Petri Ioannis tennerunt dictum lacum locatum pro tēporib. prætcritis immunem à dictis gabellis, & ſic habent plenam notitiā, quòd non fuit exacta aliqua gabella pro piſcibus in dicto loco nomine uniuerſitatis, quo caſu dicit Bal.in l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. uendi. quod teſtes deponentes ſuper negatiua, quæ habet iuris præſumptionem pro ſe, ut eſt, quia quælibet res præſumitur libera ſi teſtes dicunt, quòd non
10 habet ſeruitutem, creditur ſibi : † quia nulla ſeruitus eſt originalis, niſi ex accidendi.

Inde dicit Bal in cap.ſi diligenti. ultim. colum. de præſcrip. quòd ſi duo litigantes ad inuicem probant ſe poſſediſſe, ille reportat palmam uictoriæ, cuius poſſeſſio fouetur a iure communi : quia habet iuris adminiculum, allegat Innoc. in c.auditis. eo. titu.

Ideò dicebat Bald in l.qui accuſare. in l.fi. C. de e-
11 dendo, quòd ille melius probare dicitur, † cuius intentio magis conſonat rationi : ut ſi unus probet poſſeſſionem & titulum, alius poſſ. nudam, potior eſt poſſeſſio ſitulata, de quo in c.ſi licet cauſam. cum materia ſua, de probat. & ſic cum ſint teſtes pro parte Petri Ioannis deponentes ea, quę ſunt conſona iuri cōmuni contra teſtes uniuerſitatis; non eſt credendum teſtibus de uniuerſitate pro uniuerſitate. Accedant ad hoc ea, quæ not. per ſcribentes in c.in noſtra. de teſtib. Et tanto magis non eſt ſtandum dictis teſtium de uniuerſitate prædicta, ex quo non probatur de
12 licentia & patientia dominorum dicti lacus, † quo caſu non probatur quaſi poſſeſſio, exigendi gabellā pro piſcib.qui in dicto lacu piſcantur, iuxta notulam Bal.in l.2.C de ſeruit. & aqua, & Barto. in l.1. ff. de itine.actuque priua.& plenè per Anto.de Butr.in ca.fi.de cauſa poſ. & propri. & Bart.in l.ſi publicanus. §. in uectigalibus.ff. de publi. cum concord.

Quare fuit notatum per me & magnificum dom. Anto. de Ianuario Viceprotonotarium & alios Dominos, quòd ſtantibus, prædictis non eſt legitimè facienda uis in teſtibus, dictæ uniuerſitatis. Sed potius in dictis teſtium productorum pro parte dicti Petri Ioanis deponentium contrarium.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCC.

1 *Homines uniuerſitatis an admittantur in teſtes pro ipſa uniuerſitate, datur hic regula, & deinde ſalle. ubi etiam notatur, an per homines uniuerſitatis poſſit probari debitum fuiſſe ſatisfactum creditori ipſius uniuerſitatis.*

2 *Monachi an ſint teſtes idonei pro monaſterio, & quid in cauſa ardua, an teſtes uniuerſitatis recipiantur, & quando portant onera in litigio.*

3 *Quando omnes teſtes eſſent diuites, an ſint teſtes idonei, & an factum a ſingulis cenſeatur factum ab uniuerſis in tantum, quòd particulares ualeant ſolum puniri.*

4 *Collecta debet imponi poſſeſſoribus locorum, & poteſt fieri impoſitio forenſibus. pro bonis ab eis poſſeſſis in territorio.*

5 *Teſtib. deponentibus. ſuper negatiua haben. affirmatiuam annexam creditur, ut ſi dicant, non poſſedit Titius, ſed Seius.*

6 *Teſtib. bonę opinionis, & ualde dignis creditur.*

7 *Vniuerſitas poteſt imponere collectam, etiam forenſib. quando ueniunt in loco ad faciendam induſtriam.*

TV uerò in hoc ſubiecto, an homines uniuerſitatis ualeant eſſe teſtes pro ipſa uniuerſitate, facies regulam, ſicut facit not Feli in cap.inſuper de teſti.& Iaſ.in l.2 §. ſed ſi patronum.ff. de in ius uoc.& Alex.io conſi.136.in cauſa. 4 colū. in uer.ulterius non obſtat 2.uolum.& in conſi.43. uiſis 5. col. 4.uolum. quòd ſic. ubi ſunt aliæ concordantiæ, idem Rec. in d. conſi. Alex. qui citat Gram in conſi. 77. in ciuil. quam regulā ampliat procedere tam ſi uniuerſitas ſit ciuilis, quam eccleſiaſtica, quia in unoquoq; caſu homines uniuerſitatis poſſunt eſſe teſtes pro ipſius uniuerſitatibus, ſicut conſuluit Soci. in conſi. 194 ſubtiliter 3.colum. 2. uolum idem in ſuis fallc.10 uer ho teſtes, ſequitur Feli. in d.ca. cum ſuper. contra opin. Anto. But. uolentis ibidem contrarium, quod etiā recipitur de iure, ſi ſufficiat duo teſtes de uniuerſitate; nam faciunt fidem in caſibus tantum à iure permiſſis, prout uoluit Corn. in conſi. 47. in præſenti colum.fin.3.lib.idem uidetur, quando alii teſtes ad…, & habiti haberi, non poſſunt, ut hic per noſtrum autorem deciditur, & fuit notatum ſupra.in deciſ.quod etiam ego ampliarem contra Bal. ſi ageretur cōtra aliquem facinoroſum, maleque, uitæ hominem, ſicut declarat Lucas a Penna in l.ueterani. C.de uetera.li.12. qui dicit, ꝙ quamuis p conſtitu. regni proſequentes contra Baronem requiratur certus numerus teſtium, tamen iſtud non recipitur, quando Baro fuiſſet perſona facinoroſa: nam tunc omnis teſtis admittitur, etiam non in tanto numero, pro quo ita limitabam in quadam cauſa cum Duce Nentonium, magna curia Vicariæ dicta Paridis in ſindi. in uerbo uniuerſitas, fol.105. uolentis teſtes uniuerſitatis non recipi contra Baronem accuſatū de crimine, & q̄ſtio in eſſe pēdet quam regulam ita ampliatam limitat Iaſ.in d.loco ſex modis, inter cætera declarat, quando cauſa ipſa tangeret : com-

modum uel incommodum singulorum iuxta exempla tradita per Affl. hic, quem Ias. refert, & sequitur in o mnibus Cassa. in consue. Burg. des forestea. rub. 13. nu. 6. fol. 373. eius uerba tantum transplantando, nihilq; addendo, cum quibus conuenit etiam Aymo in trac. de antiq temp. t. parte, fol. 64. nu. 17. 18. cum multis seq. qui inter cætera citando consilium Alexã. 57. & 187. uol. 6. tenet, quòd in casibus, in quibus testes recipi debent, numerus suppler defectum, & ꝙ eis non adhibeatur tã ta fides, secus si oẽs fuissent inhabiles in casibus, in quibus de iure admitti non deberent, nam numerus tunc non suppleret defectum, ubi etiam declarat, quòd testes uniuersitatis nõ sunt idonei ad probandam solutionem debiti uniuersitatis creditori ipsius, citat cons. ipsius. 158. quod non reperi. uerum ibidem tenet contra Corn. in cons. 817. lib. 4. & est opinionis gloss. in auth. de monacis. §. cogitandum. quam citat Affl. hic, quòd religiosi possunt deponere in fauorem monasterii, licet de ipsius reddditubus uiuant, quod ego intelligerem, non in plena tota que, fide, iuxta notata supra, etsi fuisset magnus numerus; nã tunc suppleret defectum, ut supra. & uoluit Alc. in addi. ad Bar. in l. 3. ff. de testi. comprobat etiam ista Cur. Senior in consil. 34. super. a. col. nisi tractaretur de causa ardua magni honoris magnæque iurisdictionis, & quando ipsi testes portarent onera in litigio. Arch. in c. super prudentia. 24 q. 2. de quo etiam per Gira. in sing 84. unus ciuis, qui comprobando supra. narrata, ꝙ testes uniuersitatis recipiantur, quando alii testes haberi possunt, dicit etiam hæc procedere, quando unus testis nõ fuisset ciuis, ꝙ admittatur ad probationem cum ciue. quę vide. & quod hic notatur, quando omnes testes de uniuersitate dicerent pro ea, ꝙ nõ admittantur: quia principales & in casibus a iure permissis, nam quodammodo deponunt in facto proprio. uidu si hæc uideantur dependere ab illa ꝙ an factum a singulis ciuibus uniuersitatis censeatur factum ab uniuersis, & tex. l. sicut. §. si quid uidetur decidere ꝙ non. ff. quod cuiusque; vniuersitatis nom. sed contrarium uidetur consuluisse Decius in cap omnes. col. 8. in uer. sed maior. in t. lectu. de constit. de quo tetigi supra in decis. 397. ubi dixi, posse substineri, ꝙ factũ a singulis de uniue. non uideatur factum ab vniuersis iuribus ibi adductis. sed pro prima opin. ꝙ factum singularis uideatur factum ab uniuersitate, uidetur indicasse sacrum consilium, seu magnificus causæ tantum commissarius in quadam causa Venafri cum hominibus ciuitatis Venafri, quod quamuis ex parte casalium allegaretur, quandam sententiam latam super solutione quarundam prætensarum functionum fiscalium extraordinariarum contra singulos particulares non posse exequi contra uniuersitatem in uniuerso, sed ipsam uniuersitatem debere audiri in iuribus suis; tamen de ordine cõmissarii causę fuit facta executio in possessorio lite pendente in anno 1553. cuius causæ actuarius ex Io Portius, quam opi. quòd uniuersitas possit puniri, quando fuit actum an singulis saltem per patientiam, Aret. in consi. 165. sicut. colum penul. in uer. 2. principaliter. Anch. in consi. 170. notat etiam Io Bapt. Plotus in l. si quando. C. unde vi. qui sequitur etiam opinionem Affl. hic nume. 142. Et quatenus hic habeatur in uer. tanto magis, ꝙ collectæ possunt imponi in territorio, & non extra, est text. l. forma. §. si uerò quis agrum. ff de censi. ubi ad literam decidit agri uero tributum in eo loco tenetur quis leuare, in quo bona possidet, igitur bene per hæc, & alia consuluit Alex. in cons. 68. etiam uiso. a. uol. posse imponi collectam forensib. ꝓ terris, quas in loco possident de cõi consuetud. ubi & an testibus uniuersitatis in istis sit credendum, notat etiam Dec. in cõsil. 199. ubi quòd potest hoc per statutum fieri, & in cons. 255. & pro tenui. ubi plene quòd possidentes tenetur soluere. idem in consil. 358. placet. & 694. pro resolutione, ubi plene tu subiecto collectarum, circa quæ nota unum, ꝙ ciues non teneãt soluere collectas cum rusticis prò bonis quæ possident in oppido, sed cum cõitate suæ ciuitatis. Curtius Iunior in consi. 48. habita. t. lib. & sunt alii, quos citat idem Ioan. Bapt. Plotus in d. l. si quando. num. 25 & ultra ego addo Fed. de Senis in cõsil. 151. Francum in c. 1. de immu. eccle. in 6. & quòd credatur testibus deponentibus super negatiua habentibus affirmatiuã annexam, hoc est quando testes deponerent, Titium non possidere, sed Seium. sunt anno. supra. io deci. 324. ubi etiam quòd credat testibus uerisimilia deponentibus. limitat Roma. in personis ualde dignis in cons. 7. Hipp. in sin. 271. notissima. ubi dicit viris optimæ conditionis & uitę, ꝙ eis credere dẽt, cum quibus conuenit Ias. in cons. 81. 3. li. & Tiraq. in tracta. de poenis. causa. Insuper quatenus Affl. hic in uer. ex præmissis, uniuersitatem posse imponere sibi collectam pro solutione functionũ fiscalium, ampliat Gram. in consi. 69. in ciui. posse hæc collecta imponi forensibus, quando ueniunt in loco ad faciendam industriã. citat And. in §. & plaustrorũ. col. 8. q sunt rega. Alc. in cõs. 32. uisis 5. uol. qui ex dictis And. in d. §. & plaustrorum. hoc cõcludit, quæ uide, nam fuit mihi multoties in facto in hac ciuitate fidelissima, dum consului de imponenda gabella, ultra ab uno Torniense pro rotulo, uolente superiore domino pro necessitatibus occursis. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCCCI.

Locati, & de donante salua habitatione in uita qui locauit.

SVMMARIVM.

1 *Donator domus salua habitatione in uita an possit alteri locare inuito donatario. 6.*
2 *Locator alteri locare nisi ęque idoneo non potest.*
Personæ qualitas præstat intellectum dispositioni.
3 *Intellectus ad l. si quis binas ædes. ff. de usufruct.*
4 *Habitationem concedere in ultima uoluntate, uel inter uiuos, differt.*
5 *Exorbitantia stricte intelligenda.*
7 *Intellectus l. cum antiquis. C. de usufructu.*
8 *Locare potest, qui habitationem habuit.*
Vsufructus, usus, & habitatio differunt.
9 *Casus à contractu exceptus an identitate rationis extendatur.*
10 *Habitare dicitur, qui per inquilinum habitat.*
Habitare quis dicatur, uide remissiue.

QVidam donauit cuidam seruitrici quandam domum publico instrumento mediante reseruata sibi habitatione dictæ domus in uita sua durante, iste qui donauit, non uult habitare, sed uult ipsam domũ alteri locare. dicit illa donataria, quod non potest
1 locare, sed solum habitare: † quia qui habet usum
rei, non potest alteri rem illam locare: ut dicit text. in §. 1. Instit. de usu & habit. sed ista reseruatio habitationis facta fuit inter dominum & seruitricem: & sic uidetur electa industria personæ ipsius domini ipsa reseruatione habitationis, quæ non erit molesta seruitrici, sicut alia persona extranea. Et ideo gloss. in l. nemo prohibetur. C. loca. dicit, quòd habens habitationem locatam non alteri locabit, nisi æquè idoneo, & sic in isto casu non habita-
2 bit per alium locatarium: † quia nõ est æquè idoneus
sicut dominus, per ea quæ not. Bald. in l. apud Iulianum: §. si quis alicui. ff. de leg. 1. & per ea quæ habentur in cap. quoniam Abbas. de offi. deleg. Vnde personæ qualitas præstat intellectum dispositioni: ut tranctat Felin. in cap. causam. colum. 11. uersi. quinta declaratio. de rescrip. Tertio pro hac parte allegatur tex. in l. si quis binas ędes. ff. de usufr. ubi ualet istud pactum adiectum in traditione fundi. uidelicet, reseruo mihi habitationem meam usque ad mortem: nam
3 uidetur usus exceptus, † & ita intelligit dictũ Albe,
de Rosa. in suo alphabeto, in uerbo, habitatio. & quando usus est exceptus, tunc non licet alteri locare, per tex. in d. §. 1. Institu. de usu & habit. Nec obstat, quod dicitur in l. cum antiquitas. C. de usufr. ubi dicitur, quòd si legetur usufructus habita-

tionis

tionis, legatarius poterit alteri locare. Idem, si legetur habitatio: non poterit alteri locare. Et idem, si inter uiuos constituatur habitatio: quia poterit etiam alteri locare, per tex. in d. l. cum antiquitas in fi.

4 Nam ad hoc respondebatur, † quòd aliud est concedere habitationem in ultima uoluntate, uel inter uiuos. Et tunc si conceditur, poterit alteri locare, per d. l. cum antiquitas. Aliud est, quando tibi inter uiuos dono domum reseruata mihi habitatione, tūc usum tantum uideor reseruasse, per textum in dicta l. si quis binas ædes. ubi est text. de hoc, quo casu non poterit alteri locare, per tex. in dicto. §. 1. & l. ceterum. ff. de usu & habit. Ista solutio est noua, & non tangitur per doctores: & tamen non cauillando dictam l. si quis binas, hæc solutio bene ibi probatur. Sed bonum esset inuestigare, si posset ratio diuersitatis assignari. Et fuit hec ratio reddita: quia quando per donantem sibi reseruatur habitatio, † debet restrin-

5 gi: quia talis reseruatio est exceptio exorbitans ab ipso contractu translationis dominij, & ideò strictè det intelligi, argu. l. iua singulare. ff. de legib. sicut dicimus in reseruatione beneficiorum: ut in cap. præsenti. in princ. de offi. legati. lib. 6. ut usum tantum uideatur reseruare habit. respectu ad qualitatem personæ facientis reseruationem habitationis: ut intelligatur de uera habitatione per seipsum, & non per fictionem per alium, ut probatur in l. Statius. §. Cornelio. ff. de uerb. obl. & not. Bal. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. Ioan. de Imo. in l. 1. §. lex. Fal. ff. ad leg. Falc. & per hoc allegatur consilium Bartholomæi. Soci. 1 29. præstantissimi iuris interpretis & c. ult. colnm. uersic. 2. dicta capitula. † Sed quan-

6 do in ulima uoluntate, uel per contractum conceditur habitatio, non per uiam reseruationis, tunc non usus simplex, sed habitatio est concessa, & sic poterit alteri locare, per tex. in §. sed si cui habitatio legata sit. Institut. de usu & habi. Et ista fuerunt motiua magnæ curiæ Vicariæ ad pronuntiandum, quòd dictus donans uirtute dictæ reseruationis non potest locare. Ab ista declaratoria fuit appellatum pro parte dicti donantis ad sacrum Consilium. Et per totum sacrum Consilium dicta declaratoria fuit reuocata, & benet

7 † quia dispositio d. l. cum antiquitas. habet locū, quomodocunque concessa sit habitatio, siue per uiam ultimæ uoluntatis, siue quibuscunque modis facta sit ut dicit ibi tex. quam decisionem locum habere censemus in omnib. modis, quibus habitatio constitui potest, & per consequens comprehendit, etiam si constituatur habitatio per uiam exceptionis, siue reseruationis. Nec obstat dicta lex. si quis binas ædes, allegata in contrarium, quia ibi gl. exponit illud uerbum usus. scilicet, quantum ad commodum, non tan-

8 men est usus, allegat tex. in d. §. sed si cui: † ubi ille, qui habet habitationem, potest locare: & sic non obstat d. l. si quis binas ædes. & hoc etiam tenet Cy. in rubri. C. de usufrur. Nec obst. §. 1. Instit. de usu & habi. quia usufr. & usus, & habitatio sunt diuersa, ut not. doc. i d. l. cum antiquitas. & Cy. in d. rub. C. de usuf. & scribentes in d. §. sed si cui. ut ibidem per eos. Nec est uerum quod facta est reseruatio resp. ctu qualitatis personæ: quia hoc non apparet de mente contrahentium, quasi uoluerunt partes in contractu donationis: ut dicit tex. in d. l. antiquitas. ubi legatum habitationis nō importat, quòd sit legata proprietas, nisi aliter appareat de mente ipsius legantis. Nec est uerum, quòd illa reseruatio, siue exceptio est exorbitans, & ideò debet

9 strictè intelligi; † quia casus exceptus à contractu extenditur ex identitate rationis, ut dicit Abb. Sic. in c. cum dilecta. de confir. utili uel inutili. & idem Bar. in l. serui. ff. de usucap. not. Ale. in l. certi condictio. §. si nūmos. ff. si cert. peta. & Ale. in 4. uolū. consi. 130, in 3. colum. Et sic fuit decretum per sacrum Consilium, quòd dictus donans uirtute dictæ reseruationis poterit locare dictam domum donatam salua sibi habitatione uita sua durante, per dictam decisionem Iustitiani transmissam Iuliano Papæ in d. l. cum antiqui

10 tas. † nam & habitare dicitur, qui per Inquilinum habitat, ut ibi per Bar. & facit l. habitatores. ff. loca. & quis dicatur habitare, uide per Felin. in cap. quoniam. de offic. ordi. & Bart. in l. cum de lanionis. §. Sabinus. ff. de fundo instructo.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCCI.

1 *Quando quis donat alicui domum reseruata habitatione uita durante, an poterit alteri locari: fit hic post Affl. distinctio comprendens omnes casus.*

2 *Quando alicui fuit relicta domus ad usum, quod proprietas uideatur relicta.*

3 *Conductio de iure communi potest al'eri locare rem conductam æque tamen idoneo, quod secus de iure consue. Neapo. quod an militet in locatione ad decē annos, & quid in conductore tabernæ, an alteri non obstante consuetudine possit sublocare.*

4 *Appellatione domus an ueniat taberna, si consuetudo Neap. in ea procedat.*

1 Fit hic determinatio, quod † quando quis donat domum reseruata in habitatione uita durante, quod potest alteri locare. tu aero cādide lector in hoc subiecto ex dictis Soci. in coosilio 28 . in causa, secundo ool. & Decii io cons. 355. dispositum, ut omnes casus apprehendas, facias distinctionem; quia aut alicui fuit donata, seu relicta habitatio, vt est seruitus ususfructus, & tanc potest alteri locare, per tex. d l. cum antiquitas, ubi est casus. C de usufructu a. l. cæterum. §. 1. ff. de usu, & habita. Corneus in consil. 305. in uomine domini. column. penul. 1. uol. io litera O. aut uerò alicui non fuit relicta habitatio, seu donata, sed usus habitationis, sicut est etiam seruitus domus, & si possit in parte habitare, & quamuis etiam ei permittatur hæredem expellere, tamen non poterat alteri locare. l. diuus. de usu, & hab §. 1. & insti. de usu, & hab. notatur hic et in princ. Soci & Dec in locis supra notatis, uidetur in prædictis etiam prochiuus Fulg. in cons. 207. Franciscus in a. dubio, circa quod tamen ultra istos patres puto aduertendum, hæc omnia locum appropriare, quando alicui fuit relictus uel donatus usus habitationis domus, secus uerò quando alicui fuisset re-

2 licta domus ad usum, nam tūc proprietas relicta, uidet, tex. l. donationis § species ff. de donatio. Bal. in cōs. 59 q̄dā mulier. 6. uol. amplè Capi. in decisio 125. & Crem. in sin. 110 [illegible] Lupus in rep. c. per uestras § 7. fol. [illegible] alicui nō fuit relicta. uel donata habitatio, ueq; usus habitationis, sed tantum, quædā facultas habitādi, quod est, quando alicui fuit relictus reditus & habitatio domus, & fuit dictum, quod simul habitet cum aliquo iuxta tex. l. si mulier. ff. de usu, & habi. & hic non solum non poterit alteri locare, uerum non potest hæredem expellere, cum facultatem tantū habitandi in domo habeat, quod etiam procedit, etiam si fuisset dictum, quòd possit in domo habitare ad libitum uoluntatis, sicut ita cōsuluit Decius in d. cons. 355. per tex. l. damnas esto, cum simil. ff. de usufruct. lega. quos supra notatos inspicias in facti contingentia post scripta per Affl. hic circa casuum uarietatem, & circa illud, quod hic

 habetur,

habetur, quod cõductor domus potest alteri sublocare æquè idoneo, hoc procedit
3 † de iure cõi, secus iure consuetudinis Neap. nam non ualet conductor alteri domum, seu agrum sublocare inuito domino, ut in consuetu. Neapo. quæ incipit, conductor in titu. de loca. & conducto. quæ an militent in locatione ad longum tempus, quæ est ad minus decem annorum, quòd sic uidetur dicere Alex. in consil. 28 uolum in fin. & Bocrius in deci. 234. in eo quod vult, quòd producta locatione non soluantur damna domino directo: quia non uenditio, sed declara melius, ut per Tiraq. in tract. retractus consangui. §. 1 glo. 14. in verbo aut æquipolentem. numer. 79. usque 86. fol. 101. 102. quia aut solutio pensionis siue pretij locationis fit unico pretio pro omnibus annis, & tunc uenditio, & habet locum ius congrui, secus si solutio fiat singulis annis; quia tunc retinet naturam locationis, militat consuetu. Neap. quam uide, & circa dictam consue. Neap. quòd non possit fieri sublocatio, fuit magnum dubium in magna curia Vicariæ, an militet in taberna, si potest ipsam conductor alteri
4 † sublocare: cum de natura ipsius tabernæ cunctis pateat, quòd consuetudo, siue natura loci, seu personæ obseruari debeat, argum. text. l. plenum. § equitiu. ff. de usu, & habita. de intellectu latè Feli in cap. causam quæ. de rescri. cum aliis cumulatis. supra. in decis. 150. nu. 15 præterea appellatione domiuua non uenit taberna. Alexan. in addi. ad Bar in l. lex Cornelia. § domus aliàs § si fundum. ff. de iniu. qui citat consi. Pau. de Cast. & hoc maximè quia cõsuetudo ipsa est contra ius commune, igitur in casu suo loqui debet, ut sunt annota. supra in decis. 205. & ita de facto obtinui & uide ad hanc decis. Guil. de Benedictis in repe. cap. Raynutius, in uerbo domum. fol. 214. de testa. & Bertra. in cons. 263. uolum. &c. Cas. Visil.

DECISIO CCCCII.

De dote assecuranda non obstante debito ante confessionem dotis receptę. Et de exceptione non numeratæ dotis.

SVMMARIVM.

1 *Dos promissa marito, qui post promissionem obligauit omnia bona, postmodum confessus est se illam recepisse, an assecuranda in creditoris præiudicium. 4. 14.*
2 *Confessio de dote recepta per uirum constante matrimonio, an noceat anterioribus creditoribus?*
3 *Exceptio dotis non numeratæ quando non possit per maritum opponi. 10. 13.*
5 *Pacta debitorum non possunt tollere iura creditorum.*
Ius tertii intelligitur à iuramento semper exceptum.
Dispositio nulla ita intelligenda, ut possit absurdũ sequi.
6 *Confessio cedentis quando non præiudicet tertio, contra quem creditur.*
7 *Solutionis actus, & actus confitendi differunt.*
8 *Confessio nocens marito, non nocet tertio possidenti.*
9 *Intellectus l. 1. ff. qui po. in pig. hab. & num. 14.*
11 *Imperiti imperite loquuntur.*
12 *Dos confessata qua casu habeat omnia priuilegia, sicut dos numerata.*
15 *Iura de dotis numeratione disponentia extenduntur ad dotem confessatam.*
Mariti fraus creditoribus nocere non debet.

AGitur causa in sacro Consilio inter nobilem Dominicum Carrafam ex una, & dominam Dianoram Gietanam uxorem nobilis Marini de Aceia de Capua sup dotib. asseecurãdis, in qua fuit
1 dubitatũ. † Vtrum stante promissione dotis facta marito per fratrem suæ uxoris de soluenda dote infra certa tempora cum pacto, quòd maritus teneatur ponere penes aliquem fidum banchum ducatos. septingentos, de dictis dotibus in ciuitate Capuæ, donec ipse Marinus emerit de eisdem ducatis 700. bona stabilia &c. Et posteà Marinus obligauit se & bona sua omnia &c. suo creditori pro certo debito contracto. Deinde dictus Marinus in publico confitetur constante matrimonio, se totam dictam integram dotẽ recepisse a dicto fratre suæ uxoris, & non fuit factum dictum depositum iuxta legem cõuentionis. Et quia dictus Marinus dicto Dominico suo creditori non obseruauit promissa per eum: dictus Dominicus egit contra dictum Marinum in magna curia Vicariæ actione personali pro debito consequendo: & quia fuit dictus debitor contumax, fuit dictus creditor ex primo decreto & posteà ex secundo inductus in possessionem cuiusdam terrę ipsius Marin., & illam possidet. Post hæc uxor prædicta egit in sacro Consilio petendo super dicta terrę sibi hypothecata pro dotibus se assecurari confessatis per maritum, ex quo eius maritus uergit ad inopiam. Dicit creditor, quòd dicta uxor non potest agere: quia instrumentum confessionis dotiũ factę per maritum constãte matrimonio non præiudicat creditori anteriori dictæ confessionis. Dicit uxor, quòd licet debitum mariti sit contractum cum dicto Dominico ante confessionẽ dotis factam per maritum, tamen instrumentum capitulorum promissionis dotis factæ per fratrem uxoris mariti ipsi marito fuit facta, antequam fuisset contractum debitum per dictum Marinum cum dicto Dominico creditore, & sic debet considerari tempus dotis confessatæ, & quis istorum ius foueat.

Tota difficultas huius dubii causatur ex instrumento capitulorum matrimonii, in quibus frater pro sorore promisit dotem marito. Quia si dictum instrumentum dictæ promissionis dotis non pcessisset debitum
2 Dominici, essemus in casu claro, † quod si maritus constante matrimonio confitetur se dotem recepisse: talis confessio non nocet anterioribus creditoribus, per not. per Barto. & doc. in auth. sed iam necesse. C de dona. ante nup. qui tex non loquitur, quã præcessit promissio dotis: sed ubi præcessit promissio dotis a principio: & postea constante matrimonio maritus confitetur se dotem recepisse, tunc statim dicta confessio præiudicat marito, & non potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ dotalis, ut dicit tex. in l. in contractibus. §. 1. uersic. illis etiam securitatibus. C. de non num. pec. secundum Cy. & Bald. post Petrum de Bellaper. Idem tenet Saly & Pau. de Castr. ibi. Et est ratio secundum Cy. ibi: quia maritus, qui habet fratrem uxoris obligatum per instrumentum ad dotem soluendam, iam habet obligationem pro dote consequenda: & habet uxorem, quem affectabat: & ideò quando confitetur constante matrimonio se dotem recepisse, non est positus
3 in necessitate confitendi. † Propterea si confitetur dotem promissam per instrumentum sibi solutam esse, dicet, quòd est uerisimile, scilicet, quòd uerè sibi soluta est dos: & ideò non potest opponere exceptionem non numeratæ dotis. hoc idem firmat Io. Andr. in addi. Spec. in titu. de dona. inter uirum & uxo. in fin. ubi format quæstionem de uiro, qui in publico instrumento confessus fuit recepisse libras centum ab uxore, pro dote, & sic iurauit. deinde moriens in testamento dixit, se nihil recepisse. mulier agit contra hẽdem mariti repetendo dotẽ hẽs mariti

cacepit

excepit illam non numeratam. Io. And. ibi arguit ad
partes, postea soluit. & dicit, quòd quando confessio
uiri fuit ante contractum matrimonium, mulier ha-
bet probare numerationem. hoc uerum: nisi secundū
instrumentum confessionis dotis factum fuisset post
prima dotalia instrumenta, post promissionem dotis
quia tunc cessat exceptio non nu. dotis, per d. l. in cō-
tractibus. §. 1. uersi. in illis. hoc idem dicit Lud. Rom.
in l. si constante. in penult. char. ff. sol. matr. & in con-
sil. 445. Et idem dicit Præpositus sancti Ambrosii nūc
Card. Alexandrinus in cap. 1. in 4. colum. uersi not. ꝙ
de dona. inter uirum & uxo. Ego dicebam, quòd su-
pra dicti doctores non tangunt in specie istud dubiū.
4 † Verum stante instrumento promissionis dotis, &
postea maritus contraxit debita, & obligauit omnia
bona sua. Et post hęc confessus est recepisse dotem
ab eo, qui eam sibi promisit. Si hæc confessio præiu-
dicet creditoribus, sicut præiudicat marito & eius hæ
redibus, ità ut non possit opponi exceptio non nume
ratæ pecuniæ. Et prima facie uidebatur dicendum,
quòd talis confessio mariti non præiudicat credito-
rib. hypothecariis ante dictam confessionem, per tex.
in l. si cui. C. de non nu. pecu. & per gloss. in l. si quis
posthac. C. de bonis proscriptorum. bene facit tex. in
5 l. debitorum. C. de pac. ubi dicit text. † quòd pacta de
bitorum non possunt tollere, nec mutare iura credi-
torum, & sic confessio mariti non potest nocere cre-
ditorib. antetiorib. ut not. Bart. in l. si prolusorio. §. 1.
colum. 2. uersic. quæro, si ille primus. ff. de app. semper
enim ius tertii intelligitur exceptum a iuramento se-
cundum Bald. in l. nec patronus. uersic. sed quæritur.
C. de oper. libertorum. per ca. uenientes. de iureiu.

Accedat ad hoc totus titulus, res inter alios acta
&c. & l. 1. C. qui. res iu. non noc. & l. nemo ex sociis. ff.
pro socio. & l. portionem. C. de co. re. alie. cum con-
cord. Item quia nulla dispositio debet largè intelligi,
ut possit sequi absurdum, uel præiudicium tertio non
citato: ut not. in c. dudum. de præben. lib. 6. & Bald.
in l. conuenticula. C. de epi. & cler. not. Alex. in 2. uo-
lum. consi. 33. in 5. colum. & allegat etiam consil. Pet.
6 de Anch. 269 inci. 1. dubio &c. † Et ideò dicebat Bar.
in l. per diuersas. 2. col. C. mandati, quòd si instrumen
to cedens confitetur sibi solutum, & aliter non appa-
reat de numeratione, illa confessio non præiudicat
tertio, contra quem fit talis cessio, sed bene nocet cē-
denti. Item dicunt moder. Papien. in §. fuerat. Insti.
de acti.

Et pro ista parte bene facit id, quod dicit do. Signo-
rolus in consi. 255. incipiente, in facto quæstionis do-
minæ Guidæ &c. ubi præcedat instrumentum pro-
missionis dotis ab extraneo, deinde maritus confi-
tetur dotem recepisse, ab illo extraneo, qui promisit,
dicitur ibi, quòd talis confessio mariti non præiudi-
cat uxori, quæ debeat habere dictas dotes: quia di-
spositio loquens, in uera dote, non habet locum in
7 dote confessata; † quia actus solutionis & actus con-
fitendi sunt diuersi l. si ex cautione C. de non nume.
pecu. Item pro ista parte alleg. Fely. in ca. si cautio. de
fide instrumento. uersic. fallit ultimò. ubi dicit, quòd
illud, quod dictum est, certa tempora obstare excep.
non num. pecu. &c. non habet locum, quando uxor,
uel eius hæres ageret hypothecaria contra tertium
possidentem bona mariti, ex beneficio l. assiduis C.
qui. po. in pign. habe. quia cōtra maritum uel eius hæ

redem decursa esset tēpora, tamen aduersus illum ter
tium nō sunt decursa: imo ipsa uxor tenetur probare
numerationem dotis, cuius uigore ad bona mariti re
cursus habet per iura & doct. quos & quæ ipse ibi al-
8 legat, † & sic confessio nocens marito non nocet ter-
tio possidenti. hanc opinionem firmat modernus do
ctor D. Bartholomæus Socinus in l. 1. pen. char. ff. so-
lu. matrim. ubi allegat pro hoc tex. in l. scripturas. C.
qui pot. in pigno. habe. ubi si apparet debitum instru
mentarium. item aliud debitum per apocham sine
subscriptione testium, & illa apocha est ante instru-
mentum, certè præfertur debitum instrumentarium,
quod est posterius. Et hoc ideò est: quia illa apocha
priuata est sicut confessio, quæ non potest tertio præ
iudicare. Et si secus diceremus, sequeretur unum in-
conueniens, ꝙ maritus, cui promissa fuit dos magna,
posset a diuersis mutuo recipere magnam quantita-
tem pecunię, & obligare bona sua, & postea confite-
ri se dotem recepisse. & per scripturam priuatam pro
mittentis dotem habere cautelam, ꝙ dos non est so-
luta, ut uxor posset assequi dotem in bonis uiri, & ex-
cludere creditores prædictos: ut probat textus in au-
thentico de æqua. dotiū. §. aliud quoque. ibi, ꝙ autem
machinatum est contra creditores, hoc ipso introdu-
cit meditationem & lędi homines ex dato à nobis do
tibus priuilegio nullo modo uolumus. † Et pro hoc
9 ego etiam considerabam dispositionem legis primæ.
ff. qui pot. in pigno. habe. quæ dicit, ꝙ si præcessit in-
strumentum promissionis dotis, & postea uir contra
xit debitum, & obligauit omnia bona sua. deinde ma
ritus uerè & realiter dictam dotem promissam rece-
pit, uxor potior habens hypothecam ante numera-
tionē dotis, quasi uelit ille tex. ꝙ aliud sit, quādo dos
non fuit numerata. sed confessata. Sed in contrarium
uidebatur dicendum, ꝙ stante dicta promissione dotis
per instrm in cauta forma, & postea sequitur per in-
strumentū confessio dictę dotis receptæ per uirum,
nec maritus nec creditor pōt allegare exceptionem
nō numera. pecu. & hoc ꝑ tex. in l. fi. C. de nō nu. pecu.
in d. l. in contractib. uersi. illis etiam securitatib. Scdō,
ad idem allegatur Pau. de Cast in l. 1. in fi. ff. solut. ma
10 tri. ubi dicit, † ꝙ si maritus confitetur se dotem rece-
pisse constante matrimonio, sed præcessit promissio
de danda dote, tunc non pręsumitur facta in fraudem
nec habet locū exceptio nō nume. dotis. ut est casus
in d. l. in contractibus. & in l. fina. C. de dote cau. non
nu. & Io. And in loco præalleg. & licet post dicit. ꝙ
Pau. non dicit expresse, ꝙ pręiudicat dicta confessio
creditoribus, tamen sat est, ꝙ dicit, ꝙ non potest op-
poni exceptio nō num dotis. hæc uera conclusio doct.
est ꝑ communi. opin. ꝙ si lapsa sunt tēpora opponen
di exceptionem non num. dotis, tantum operatur cō
fessio mariti de dotis receptione, non solum in præiu
dicium mariti sed etiam in præiudicium quorumcun
que creditorū, quantum operatur uera & realis solu-
tio dotis, quæ præiudicat marito et omnibus credito
rib. ut firmat And. de Iser. in cōst. Regni. causas. in li.
11 1. ubi dicit, ꝙ † imperitè loquuntur dicētes, ꝙ specia
le est in fisco, ꝙ dotis nō nocet fisco, per d. l. si q's post
hac. nā dicit ipse, ꝙ d. l. intelligitur, quando sumus in-
fra tempora opponēdi exceptionem nō nu. dotis. Se-
cus, quando est elapsum dictum tempus: ut in l. 1. et
in auth. quod locum. C. de dote cau. et non nume.
& in corpore vnde sumitur. hoc firmat Alexan. in 2.

uol.conf.26.col.2.& melius in 5.uol.conf.142. & idē
tenet idem And.in §.diffidamus. in titu. de statu. cō-
tra. lib.eccle.edi.in usi.feu. Idem firmat Cyn.in l.asse
ueratio C.de non nu.pecu. & Sali. in d. l. si quis post
hac. & Odo. in d.l.si ex cautione. Bart.& Ange. in d.
l.assiduis.& Bald.in l.2.pen.col.ff.de iureiur.& Ang.
in consi.106.moder. Papi.in l.qui pecuniam ff. si cer.
12 pet.doc.communiter in l.1.ff.solu.matr. †& isto casu
dos confessata habet omnia priuilegia sicut dos nu-
merata, secundum Bald. in l.Deo nobis C. de epi. &
cle.2.colum.& in l.1. C. quando lice.ab emp.di. Sed
quando præcessit instrumentum promissionis dotiū
tempore, quo contra hebatur matrimonium, & po-
steà sequatur confessio dotis promissæ receptæ nullo
modo potest opponi exceptio non num. dotis etiam
infra tempora opponēdi: ut in d.l. in cōtractibus § 1.
uersic.illis.qui generaliter loquitur,& intelligitur ad
effectum tranferendi onus probandi numerationem
in aduersarium. Sed bene ille qui opponit non fuisse
ueram confessionem: quia non fuit soluta dos, potest
assumere in se onus probandi omni tempore, secun-
dum Saly.in l.asseueratio. C.de non nu. pec. & in l. si
inter.eod.tit.& in l.si ex cautione.in §.char.uers. qua-
ro secundò.& ibi etiam Cyn.& Bald. & glos.in d. l.in
contractibus.in princ. & glos. Instit. de lite.ob.§.1. in
uerbo, scriptura.& Bald. in l.si non singuli. in fi. C. si
cer.pet.& Bald.in l.pecuniæ C.de sol.& in l.fin.C. de
iur.& fac.igno. Cyn.in reg.locupletari.in 6.Host.Io.
And.& Imo.in cap.fi. de sol. Fely. in d.cap. si cautio.
Ergo idem dicendum est in creditoribus mariti, ut
non possint opponere exceptionem non nu.dotis, si
præcessit instrumentum promissionis dotium,& po
13 stea seqnitur confessio dotis receptæ. † & sicut mari-
tus, stantibus prædictis, non potest dictam exceptio-
nem opponere, ut in d.uersi. illis. ita nec creditores
mariti facti post promissionem dotis, per glo.in uer-
bo creditores.in d.l.si cui. facit gloss. in uerbo, suum
robur.in l.scripturas.C.qui pot.in pigno. hab.ubi cō-
fessio dotis in causa pignoris nocet aliis creditoribus
si facta fuit talis confessio in instrumento uel scri-
ptura priuata suscripta a testibus, ut not.hoc Alex. in
l.1.ff.sol.matr.

Quare fuit notatum per totum Consil.quòd dicta
uxor uigore instrumenti confessionis dotium & in-
strumenti confessionis dotis factæ per maritum asse-
curetur in d.terra recepta per dictum Dominicū cre
ditorem mariti ex primo & secundo decret. magnæ
curiæ Vicariæ, ex quo uxor est prior creditrix, quam
ipse Dominicus respectu instrumenti capituli, ubi
fuerunt promissæ dotes uiro pro muliere,& uir obli-
gauit omnia bona sua in casu restitutionis, licet con-
14 fessio †dotis sit facta per maritum, postquam obliga-
uit bona sua dicto creditori, & ita tenet quidam do-
ctor singularis, uidelicet Ange. de Periglis in l. 1. ff.
sol.matr. & dicit, quòd ita fuit consultum per solen-
nes doct.fretos authorita. Ioā. And.in d.addit.Spec.
de dona.inter uir.et uxo.et Cyn.in d. l. in contractib.
et firmat hoc Bald.Nouellus.in suo tract.dotium, in
10.parte,char.76.ibi.ant quærimus, an talis confes-
sio excludat exceptionem non nu. dotis etc, et idem
Lud.Roman.in l.si constante,in 4.q. quartæ partis.ff.
sol.mat. Et sic postea fuit pér Regiam sententiam dif-
finitum. Nec ob.in contrarium allegata, quia illa iura
loquuntur, quando non præcessit tempore contra-
cti matrimonii instrumentum dotis promissæ, tunc
uendicat sibi locum dispositio l. 1. ff. qui pot. in pig.
ha. quæ licet loquatur in numeratione, tamen idem
est, si maritus confessus fuit, sibi fuisse dotem uere so-
15 lutam: †quia iura loquentia de numeratione dotis,
habet locum etiam in dote confessata, elapsis tempo-
ribus opponendi exceptionem, non nu. dotis. secun-
dum, quod supra proximè dictum fuit.

Nec obst. illud de fraude, quia procederet, quando
de fraude mariti constaret, nam fraus mariti non de-
bet nocere creditorib. l. 4. §. si culpam. ff. si quid in
frau.pa.et no.in d.authen. sed iam necesse. sed in casu,
de quo agitur, nihil constat legitimè de fraude prædi-
cta. igitur etc. Quæ omnia sunt multum menti tenen
da pro intellectu iurium præallegatorum.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCCII.

1 *Confessio dotis recepta per maritum constante matrimo nio an praiudicet, fit hic distinctio, si pracedunt capitula matrimonialia, uel non pracedunt.*
2 *Fraus potest fieri per debitorem, etiam respectu creditorum futurorum.*
3 *Confessio mariti dotis recepta de pecunia uxoris non ualet, etiam si fuisset geminata, sicut confessio erronea, & indiscreta.*
4 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an hodie procedat, & quid in tertii praiudicium, & ponitur casus in facto.*
5 *Casus in quibus ualet confessio dotis recepta constante matrimonio, remissiuè.*
6 *Quando pracedunt capitula matrimonialia, si confessio dotis receptie semper omnibus praiudicat etiam creditoribus, & quando non.*
7 *Debitor quando fuit fallitus, non potest facere oriri hypothecam in suis bonis in praiudicium aliorum.*
8 *Si maritus postquam fuit confessus habuisse centum pro dotibus, mox demonstretur nō habuisse nisi quinquaginta, in aliis præsumitur contractus simulatus.*
9 *Creditor posterior, qui pecuniam numerauit, an praferatur alteri priori creditori, qui habet confessionem tantùm.*

1 HAbetur † ubi præcessit promissio dotis per instrumen-
tum dotale, seu capitula matrimonialia, & deinde sequa-
tur confessio dotis receptæ per maritum, q omnibus præiudi-
cat. Tu uerò circa ea quæ tanguot subiectum huius decis. pro
ipsorum clariori intelligentia, duos casus breuiter enumerès
ex dictis omnium, nam aut non præcedunt capitula matrimo
nialia, & sequitur confessio, aut præcedunt, primo casu quādo
capitula matrimonialia non præcedunt, & fit confessio dotis
constante matrimonio. And. de Isernia adductus hic per Affl.in
consti.regni causas, & in §.diffidamus, alias.§.Gazaros. in titu.
de statu.contra lib.eccle. tenet hanc confessionem non solùm
afferre præiudicium marito, sed omnibus creditoribus, si sunt
elapsa tempora opponēdi exceptionem non nu.pecu. idem quā
dictæ exceptioni fuisset renunciatum, & inuehit propterea ex
iis contra imperitos tantus pater, qui imperitè, & minus cum
iuris sapore aliter diffinierunt, & eiusdē sententiæ uī esse Bar.
in l.assiduis.contra gl ibidem. C. qui po.io pig. habe. affirmant
hęc nonnulli alii adducti per Afflic. hic, & Bal. de Bartolinis in
rep.l.1.ff. solu.matr. nu. 146. & dicit plus hanc opi. fore com-
munem. sed Alexand ibidem nume. 35. & Socin. & cæteri alii
post eum hanc intelligunt, quando creditores habuissent no-
titiam de hoc instrumento confessionis dotium confecto in-
ter uirum, & eius uxorem, & talem exceptionem non nom.
infra. tempora non opposuissent, quòd eis præiudicium fuis-
set illatum, aliàs autem non data notitia saltem ex clausula

gene-

generali per uiam restitutionis in integrum hanc exceptionē
non num. pecu. ualeret opponere, quam tamē si placet, etiam
intelligas, si maritus postquam fuisset mole debitorum gra
uatus hanc confessionem dotis receptæ fecisset, uel si fortè sta-
tim post confessionem dotis receptæ debita contraxisset; nam
tunc non fieret præiudicium creditoribus: quia de iure habe
2 tur posse fieri fraudem etiam respectu † creditorum futuro-
rum, iuxta glo. sing. in auth. sed iam necesse, C. de donat. ante
nupt. & declarat Aret. in § item si quis in fraudem col. 7 inst.
de actio. & secundum hæc consuluit Aymo in cons. 44. nobi-
lis, & Ripa respons. 8. in ultimis fol. 109 & ideo secus quando
id antequam debita contraxisset hanc confessionem fecisset,
& elapsa fuissent tempora opponendi hanc exceptionem non
num. quia tunc omnibus fieret præiudicium etiam non habi
ta notitia instrumenti. ita omnes in d. l. 1. & maximè D. Bald.
de Bartolinis num. 146 post alios, istius sententiæ uidetur es-
se Boer. in decis. 330. & ui quod sic, qui alios comitantes adducit,
& secundum prædicta uidentur esse intelligēda decisa per Go
za. in consil. 28. uidetur in princ. & in 42. in casu proposito, quod
uidetur etiam tenere contrarium, & Iaſ. in cons. 32. uolum. 1.
Hier. Gratus in cons. 36 qui nimis indistinctè fuit locutus, &
in consi. 54 1. uol. qui & dicit, quod quū maritus fuit confessus re
3 cepisse de pecunia uxoria, † quod non ualeat talis confessio, etiā
si fuisset geminata, & in consi. 55. nu. 44 eod. uolum. qui etiā
diffinit, quod confessio erronea & indiscreta inter maritum &
uxorem nil ualeat, contra quos insurgit Rec. in cons. Alexan.
142. uiso processu. 5. uolum. dicens in Francia hanc exceptio-
nem non nu. pecuniæ non militare, quæ dicta sua possunt for
4 san recipi inter confitentem † debitorem, & creditorem: quia
(ut experientia docet) hodie aut rarò, aut unquam quis cō-
fitetur pecuniam recepisse, si actualiter, & uere non recepit,
exuberante hodie hominum malitia, sed hæc non respectu
tertij, siue in ipsius præiudicium, nam eis non præiudicat, nisi
præcesserit longum tempus dicta confessio ante debita con-
tracta: nam tunc omnibus fieret præiudicium, prout secundū
prædicta fuit iudicatum in sacro consilio collaterali in quadā
causa nobilis Dianoræ Messanæ uxoris Io. Iacobi Scarpelli, quæ
habebat solum instrumentum confessionis dotium per dictū
eius uirum, & hoc diu antequam dictus eius maritus fuisset
inquisitus criminæ læsæ maiestatis, & propterea rigore istius
instrumenti non obstāte, quòd fiscus obiiceret exceptionem
non num. pecu. etiam ex capite ignorantiæ obtinuit assecura
tionem dotium in bonis dicti eius uiri, & hoc anno 1556. cu
ius causæ actuarius Hiero. Certa, & sic casus decisus, quandō
ualeat confessio dotis receptæ constante matrimonio etiam
non præcedentibus capitulis promissionis, ut supra, alias au-
5 tem limitationes de prædictis, quando ualida sit † confessio do
tis ipso matrimonio constante, declarat idem Bald. de Barto-
linis in loco supra citato, & Soci. ibidem in fallen. in uersu do-
tis receptio, qui autores melius, quàm alij scriben. in d. l. 1. ff.
solu. matr. loquuntur secundum Parpaliam ibidem, & inter
cæteras limitationes signa unam secundam Hipp. in singul.
345. maritus, quod tunc confessio dotis receptæ constante matri
monio præsumatur in fraudem, quando fuisset facta a mari
to, uel uxore, quod ij confessi fuissent dotes recepisse ab ipsa uxo
re, uel eius patre, secus autem si maritus ipse fuisset fassus re-
cepisse a tertio extraneo, nam tunc præsumptio fuisset dotē
actualiter & uerè numeratam, & sic non obiiceretur exceptio
dotis non numeratæ, est de prædictis docto Salicet. in d. auth.
sed iam necesse, nisi per eum, & notat Alexan. in l. si diuor-
tio. ff. de uerbor. obligat. in princip. qui facit tres casus in præ-
6 dictis, & hæc omnia † quando non præcedunt instrumentum
promissionis dotium, seu capitula, siu uerò adest instrumen-
ta prædicta promissionis dotium, deinde sequatur confessio:
tunc enim licèt tex. d. § primi. in uer. illis securitatibus, uidea-
tur decidere indistinctè omnibus afferre præiudicium, tamē
idem Bald. de Bartolinis in d. l. 1. ff. solu. matrim. nom. 148. ui-
detur prædicta modificare ut supra, nisi uir tempore confes-
sionis prædictæ fuisset debitis oneratus, nam tunc etiam in
fraudem uidetur dictam confessionem fecisse, cuius senten-
tiæ etiam uidetur esse Boerius in dicta decis. 330 in 3. parte,
qui citat Afflict. in hac decis. quod etiam cauit in decisio. seq.
qui alios eiusdem opin. adducit. sed tamen Cassan. in consuet.
Burgun. des droitz. robr. 4. § 5. nume. 1. fol. 158. uidetur in-
nuere contrarium, & Aymo in dicto consi. 40. qui relatis opi.
omnium fatetur hanc partem ueram. idem Grama. in consil.
1 14. in ciuil. quid mihi occurrit inter hos patres, dico nempè

hanc ultimam opin. ueram iuribus, & rationibus oblatis per
eos, quæ longum foret hic inserere, hoc tamen cum modifica
tione, nisi ex aduerso probaretur de fraude iuribus citatis per
Afflict. hic, consuluit Bald. in consi. 352. quæritur 3. uolum. &
certè, ut infra etiam dicam ex dictis Tiraq. magnæ coniectu-
ræ dotis non solutę forent, & sic quodammodo de fraude de-
monstrari, quod postquam maritus decoxisset, quod in lingua
Tuscia etiam nostra dicitur fallire, hanc confessionem dotis
receptæ procurasset, quod maximè admitteretur, quando cre
ditores pro eorum creditis instarent, iuxta text. & notata per
gloss. in l. 2. in uerbo præponat. ff. de iis, quæ in frau. cred. no-
tat etiam Aret. in d. § item si quis in fraudem. col. 8. in uer. 3.
7 conclusio sit † quòd debitor postquam est fallitus non potest
oriri facere hypothecam in fraudem aliorum creditorum, de
quibus fuit habitus sermo in decis. 290. & secundum hæc cē-
seo intelligenda signata per Aymo. in dicto consil. 40. propè
finem. num. 6. dum uult, quod creditores possint obiicere existē-
tibus ipsis inscijs de hac confessione, exceptionem non num.
pecu. etiam elapso tempore opponendi, uidelicet quādo ista
confessio fuisset facta tempore, quo uir ipse fuisset fallitus:
nam tunc creditores ignorantes hanc exceptionem possunt
opponere, alias uidetur secus, & si aliter diceretur, quasi in
nullo casu procedent superius conclusa, si creditores ignorā-
tes quandocunque hanc exceptionem dotis non solutæ ua-
lerent obiicere, quæ sic uidentur procedere, de alijs me remit
to ad eum ibidem, qui etiam declarat, quando hæc confessio
fit constante matrimonio, etiam quando ante contractum
matrimonium fieret, si obstaret, & secundum ista etiam uide
tur se reddere conformem Tiraq. in retract. consang. § 1. glo.
18 in uerbo precium, quo res empta fuit. num. 86. cum mul-
tis seq. fol. 116. in ultima parua impressione, licèt tandem ex
omnium dictis postquam non potest dari certa doctrin. hæc
omnia iusto iudicis arbitrio reponat, attenta qualitate nego-
tii, & personarum, ex quibus fraus colligi potest, uel mini-
mè fraus argui, quam inspice. uerum in prædictis signa unū
8 † secundum Decium in consi. 421 plena. num. 14 quod si ma-
ritus fuerit fassus recepisse cētum nomine dotis, quòd si post
hanc confessionem appareant numerata nisi quinquaginta,
in reliquis contractus arguitur simulatus, & hoc casu dos di-
citur præsumpta, & non uera, & non admittitur in statuto lo
quente de dote certa. declarat Loffre. in cons. 22. fin. quæ puto
9 etiam † intelligenda, quæ tradidit Cottà in memor. in uerbo
creditor prior, qui uult, quòd ille qui actualiter numerauit
præferatur, & si sit posterior huic, qui habet tatam confessio
nem de recepto, citat Rubeū Alex. in cons. 78. &c. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCCCIII.

De capitulo pacis super restitutionibus faciendis rebellibus reuersis non extendendo ad inuasores, turbatores, & dolosos possessores.

SVMMARIVM.

1 *Capitula inter regem christianissimum dominum nostrum, & Regem catholicum.*
2 *Neapolitani Regni diuisio.*
3 *Officiales duo creati utriusque partis in terra contentiosa.*
4 *Incogitata non comprehenduntur in capitulis pacis.*
Iniusta & uitiosa non præsumuntur cogitata, sic nec dicta.
5 *Obligatio nulla trahenda extra limites.*
Veneti dicunt, cum non cantet instrumentum, nec ego cantabo.
6 *Statutum in fauorem possessorum, qualiter intelligendum.*
Possessor uetus & titulatus est manutenendus.
7 *Possessionem propria authoritate capere an quis possit.*
8 *Ratio naturalis cuncta recte disponit.*

Dolus

Dolus in capitulis pacis cessare debet.
9 *Pax non est, ubi latent insidiæ.*
Dolus in scripturis principum abest.
10 *Pax fauens dolosis possessoribus est diabolica.*
11 *Dolus omnis est contra ius diuinum.*
12 *Verba principis generalia, an & qualiter distinguantur.*
Inuadere rem alienam est contra ius naturale.
13 *Teneo, & possideo, differunt.*
14 *Suus, a, um, pronomen quid importet.*
15 *Lex possessores nominans quos intelligat, item & possessionem.*
16 *Relatiuum quis, uel qui sine copula positum qualiter stet.*
17 *Statutum excludens omnes exceptiones, an excludat illas quæ oriuntur ex eadem scriptura.*
18 *Spolium ultimum purgandum.*
19 *Exceptio, dolo facis &c. quando locum habet, & quibus obstet, & quid de exceptione dominii.*
20 *Tutor pupillorum spolians qualiter puniatur, & idem de curatore.*
21 *Possessione ut eiectus fingitur semper possidere.*
22 *Fructus ratione possessionis nullus facit præter ciuiliter possidentem.*

1 Catholica †maiestas Regis nostri primò fecit legem seu pragmaticam sanctionem, ut illi qui habent causam à Rege Ferdinand. primo de feudis & bonis per eum erectia, & capris & concessis per eum & possident, sint tuti & securi, & non possint molestari in iudicio, prout latius in dicta Regia pragmatica continetur, deinde inter Christianissimum Ludouicum Regem Francorum ex una, & catholicam maiestatem facta sunt capitula pacis, & inter alia capitula conuentum est.

Quòd reponantur & restituantur integrè in possessione & fruitione terrarum dominiorum & bonorum suorum stabilium, quas ipsi possidebant initio belli apud terram Tripaldi, quod fuit in anno Domini 1502. Etiam si sint alienata per dictam catholicam maiestatem uel eius locumtenentem, prout latius in dicto cap. pacis continetur, ad quod habeatur relatio. Euenit, quòd nobilis Alphonsus Torellus iure successionis per inuestituram factam per Regem Ferdinandum primum magnifico quondã Frãcisco Torello de Mediolano, patri suo de castro Rignani pro dotibus Dominæ Margaretæ de Vrsinis uxoris dicti quondam Francisci Torelli ducatorum duorum millium, prout apparet authenticum priuilegium dicti Regis Ferdinandi primi, tenuit & possedit annis quadraginta, & ultra, cum confirmationibus aliorum Regum de Aragonia huius Regni.

2 Et est sciendum, prout est notorium, quòd diuisum fuit hoc Regnum existente Rege Federico in Regno inter dictum Christianissimum Regem Frãcorum, & catholicam Maiestatem: nam ciuitas Neapolis, & tota terra Laboris, & prouincia Principatus, & prouincia Aprucii sit in portione Christianissimi Regis: & prouincia Apuliæ & prouincia Calabriæ sit in portione catholic. Maiestat. & dicti Reges miserunt in hoc Regnum eorum locumtenentes & exercitus magnos.

Et orta fuit contentio inter dictos eorum locumtenentes de prouincia Capitanatæ, an sit de prouincia Principatus, uel de prouincia Apuliæ, ubi coram
3 eis factæ fuerunt contrariæ allegationes. † tandem inter eos conuentum fuit, quòd donec aliter prouideretur, terræ dictæ prouinciæ Capitanatæ stent cũ duobus uexillis, scilicet Regis Franciæ & Regis Hispaniæ, Aragoniæ, & Siciliæ &c. & regantur per duos officiales, scilicet Franciæ & Hispaniæ, & re sic existente, quia dictum castrum Rignani est firmum in prouincia Capitanatæ, contigit, quòd quidam nobiles, uidelicet Alexan. & Lionettus de Richardis de prouincia Aprucii prætendentes se habere ius in dicto castro Rignani absque iussu Regio, uel alicuius Regii officialis intrauerunt dictum castrum Rignani absente domino Alphonso existente in exercitu Regis Catholici, & cœperunt possessionem dicti castri, quibus nobilibus intrantibus sic de facto in possessionem dicti Castri: Mandatum fuit per locumtenentem dictorum Regum, quòd non turbent dictum Alphonsum in sua possessione dicti castri. Maximè quia dictus Alphonsus possidebat certum territorium dicti castri: de quo percipiebat iura doanæ: & sic partim possidebat ciuiliter & naturaliter, & partim ciuiliter. Post hæc secuta fuit uictoria exercitus catholicæ Maiestat. & cum licentia Viceregis Catholicæ Maiesta. dictus Alphonsus cum primum potuit continuauit possessionem dicti Castri Rignani, quod impresentiarum tenet & possidet. Nunc dicti nobiles de Richardis petunt à Catholi. Maiestat. quòd eis restituatur possessio dicti castri uigore supradicti capituli pacis, ea quo tempore rupturæ Tripaldi illud castrum possederunt, & postea fuerunt expoliati a dicto Alphonso, & causa commissa domini Ioanni Longo Regio auditori, & citato dicto Alphonso, pro eius parte allegatur, quòd dicti nobiles de Richardis non possunt agere possessorio recuperandæ possessionis dicti Castri uigore dicti capituli pacis, ea quo eis obstat dispositio Regiæ pragmaticæ prædictæ. Quæritur modo, an dictis actoribus sit facienda restitutio dictæ possessionis dicti castri. Et antequam ad examinationem prædicti dubii deueniatur, est præmittendum unum uerbum necessarium, quòd per istam cõtrouersiam iudicialem inter istas priuatas personas litigantes: quia una pars dicit, quòd debet fieri restitutio pos-
4 sessionis castri uigore capituli pacis, † altera pars dicit, quòd non debet fieri restitutio possessionis uigore nouellæ regiæ pragmaticæ, ut suprà, si pronunciaretur in fauorem rei, quòd absolueretur à dicta impetitione, non propterea dicerentur rupta capitula pacis, argum. l. uenditores ff. de uerbor. obligat. hæc uoluit in specie Bald. in consil. 58. in primo uolum. incipiente, laudare uos & commendare &c. Hoc præmisso fuit dictum, quòd siue consideremus obligationis formam in dictis capitulis pacis, siue obligationis substantiam, habemus apertè, quòd in dictis capitulis pacis non dicitur, nec cogitata fuit hæc iniustitia, quòd illi qui uitio spolii intrauerunt dicto tempore guerræ castra, quæ diu à longissimis temporibus, iustè sunt possessa & recuperata, quòd reponantur in possessione, meritò si hoc non fuit dictum, nec cogitatum, non uenit comprehensum in capitulis pacis, ut in l. quicquid astrin. de uerbo. obl. & l. cum Aquiliana. ff. de transac. & ff. de contrahenda emptio. l. 7. & l. Rutilis. capit. 1. de eo qui interfe.

fratrem

fratrem domini sui, hoc uoluit not. Bald. in dic. consil. 58. †Et ideo dicebat Bald in cap. 1. de feudo guardiæ, quòd id, quod non ordinatur in contractu, pro nullo habetur. Et alibi dicit Bald. quòd si mente nō cogitauit, non uidetur dixisse, in l. non dubium tertia colum. C. de leg. Et idem Bald. in c. uenerabilem. 6. colum. de elect. dicit, quòd nulla obligatio debet trahi extra suos terminos reales uel uerbales ff. locati l. si cùm Hermes. & l. si in lege. in princip. ff. de fideiuss. l. stipulatus es. & l. fideiussores magistratuum §. pro Aurelio Romulo. unde cum non cantet instrumentum, nec ego cantabo, more Venetorum, secundùm Bald. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. dulcissimis. quia quod non apparet, non dicitur esse. de conse. distin. prima, cap. solenniter. secundùm Lapum allegat. 89. Nec intellectualiter potest dici, quòd in dictis capitulis pacis continetur iste casus, scilicet, quòd inuasoribus possidentibus tempore guerræ fiat restitutio possessionis per ueros dominos & antiquos possessores titulatos, ut dicit not. Bald. in 4. uolum consil.
6 463. incipiente, statutum &c. †ubi dicit, quòd statutum loquens in fauorem possessorum, non intelligitur de possessore alienæ possessionis, uel de turbatore possessionis, sed tantum de legitimo possessore, allegat. ff. communi. diui. l. communi. & l æquissimum. ff. de usu. & l. illicitas. §. ne potentiores ff. de offic. præsid. Quia offenderetur ueritas. & iustitia, cum ueritas & iustitia uelint, quòd dolosis & uiolentis possessoribus non fiat restitutio possessionis ab eo, qui fuit uerus & iustus possessor titulatus & turbatus in sua possessione ab actore: ut patet in capit. licèt causam. de probat. & in l. si duo ff. uti possid. per Bartol. maximè, quando cum iudicis authoritate eiicit illos turbatores sine ui: ut dicit not. Bald. in disputa. sua incipiente, accusatus de ui turbatiua. in quinta char. uersic. nunc incidit aliud dubium. Et primum &c. Bene facit id, quod dicit Bald. in 3. uolum. consi. 371. in fi.
7 †quòd ille, qui continuat suam possessionem, quam penes alium reperit, propria authoritate iure licito facit, ut ioi per eum: quia habet ciuilem possessionē. l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquirend. poss. ff. & in l. si de eo. §. si fortè. eod. titu. & Barto. in l. 1. §. interdum. uti pos. & in l. 1. C. unde ui. & uoluit Alexand. in 3. uolum. consil. 6. in 4. colum. uersic. non obstat. Benefacit ad hoc id, quod dicit Bal. in l. si nō à domino C. de his, qui à non domino man. & item Bald. in cap. 1. de treuga & pace, quòd quando est inuasa terra ab aliquo, ille qui possedit, potest incōtinenti recuperare, uel ex interuallo, si non habet superiorem, qui recuperet: & allegat glo. 1. distin. cap. ius naturale. de cuius intellectu per Ludoui. in dicto §. si fortè. & per Ioan. de Imol. in l. 1. §. qui præsens. ff. de uerbo. oblig. And. Barba. in consi. 41. in 7. colum. Et quando per leges hoc non esset prouisum, ratio
8 naturalis hoc dictat: †quæ ratio naturalis cuncta rectè disponit, & conscientiam illico remordet: quoties fit contra rationem: ut dicit not. Bald. in consil. 38. incipiente, dominus Thomas &c. in 3. uolum. & idem Bald. in secundò uolum. consi. 233. incipiente, dominus Papa. uersic. in contrarium dicit &c. quòd ratio naturalis magis debet attendi, quàm cortex uerborum. Et tanto magis, quia ista capitula pacis facta sunt inter tantos Reges, quorum unus est catholicus, aliter Christianissimus, qui non præsumitur uelle fauere iniustis & dolosis possessoribus. Ideò dicebat Bald. in capitu. 1. in principio, de pace iuramen. firmā. quòd in capitulis pacis debet cessare omnis dolus: quia ubi latent insidiæ, non est pax. allegat beatum Augustinum de Ciuitate Dei. & ideò dicit beatus Thomas de Aquino super euangelio Matthæi, capit. 10. & super Euangelio Ioannis, capi. 14.
9 †quòd pax, quæ est causa peccati, dicitur simulata & imperfecta pax. bene facit id, quod dicit Bald. in consil. 371. incipiente, uisis consilus meis. in 3. uolum. quòd non est bona pax, ex qua resultat iniustitia euidens & cum magno detrimento. Et ideo dicendum est, quòd dicta capitula pacis non fauent dolosis possessoribus & turbatoribus: quia in scripturis principum præsumitur omnis dolus abesse, secundum glo. in l. probatorias. C. de diuer. officiis, lib. 12. Hinc est, quòd dicit beatus Ambrosius tertio de Officiis, hæc enim est regula iustitiæ, a qua non decet principem declinare, ut non affic at quenquam damno iniusto, nec doli aliquid annectere. fraudisue cōponere: quia decet principem omnem fallentiæ materiam remouere: ut C. de ponderi. & auri. illa. l. quoties. per Lucam de Penna. & de meta. l. omnes. in uer
10 bo, fraudare. lib. 12. † Diceretur enim ista pax diabolica, si faueret possessoribus dolosis, ex quo offenderentur ueritas & iustitia: ut dicit beatus Bernardus in quadam epistola, quam refert Lucas de Pen. in l. 1. in uerbo, pacis 4. colum. C. publicæ læt. lib 12. & allegat etiam ad hoc Egesippum de bello Iudaico. ubi dicit ipse, quòd in pace formanda præsumendum est, quòd principes ueritatem examinauerunt: quia in pace formanda ueritatis examinatio debet interuenire, & ideò non præsumitur in eis dolus cō-
11 missus: †quia omnis dolus est contra ius diuinum: ut dicit Bald. in cap. 2. in secunda colum. in fin. de arbitris. Et ideo dicebat Bald in l. 1. ff. de consti. princip. quòd non præsumitur aliquid placere principi, nisi iustum & uerum, & omnis actus suus regulatur à iustitia poli & fori. Et licèt dictum capitulum pacis uelit, quòd restituantur in possessione bonorum suorum quorumcunque, quæ ipsi possidebant. Et sic generaliter loquatur, & per consequens comprehendit possessores etiam uiolentos secundùm corticem uerborum: quia uerba principis generalia non recipiunt restrictionem de habilitate: ut dicit Iason doctor Modernus in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. tamē ipsemet dicit, quòd hoc uerum est habilitate iuri po
12 sitiui. Sed † bene restringuntur uerba principis de habilitate iuris naturalis uel diuini. Accedant not. per eundem in l. 1. §. nuntiatio. ff. de oper. noui nunt. Sed contra ius naturale & diuinum esset, si faueretur per capitula pacis talibus dolosis possessoribus. Ergo intelligitur capitulum de possessoribus non dolosis, quibus non est facienda restitutio per principes, ut dicit Imo. in cap. super hoc. in quinta colu. de renunt. & Angel. in l. si quis ad se fundum C. ad legem Iuliam de ui. quia regula est, quòd fraus & dolus non debent alicui patrocinari, ut dicit text cap. ex tenore. de rescript. & ibi concord. inuadere enim rem alienam, est contra ius naturale: ut not gl. dum tractat de milite & rustico, in l. si quis in tantam. C. unde ui. Maximè cum clarè constat ipsos dolosos possessores esse turbatores & molestatores eorum, qui à longissimis temporibus possederunt. Nec

prædi-

prædicta obstat, quod dicit Angel. in l. si quos C. de capt. & postlimita. reuer. ubi dicit, & quia text. hic dicit, quòd ante tenuerunt, quòd uerbum uerificatur in commodatario, & colono, & aliis habentibus detentationem asininam. Et istud est utile pro eiectis, qui tempore pacis reuertuntur cum pactis, quod eis restituatur, quæcunque tenebant tempore electionis eorum: nam recuperabunt mobilia & immobilia, quorum habebant dominium uel possessionem, aut simplicem possessionem asininam. Quia hoc fuit responsum, quòd capitula pacis dictorum Regum non dicunt, quòd restituatur possessio illis, qui tenuerunt, sed dicit, quòd restituantur in posses-
13 sione bonorum suorum, † & inter dicta uerba, uidelicet tenere, & uerbum possidere, maxima est differentia, ut n. t. in l. stipulatio ista habere licere. §. hoc quoque. ff. de uerbor. obligat. & institut. de actio. in princip. & tanto magis, quia capitulum pacis dicit, restituantur in possessione bonorum suorum, & sic præsupponit, quòd illi, quibus debet fieri restitutio, fuerint possessores & domini, secundùm Barto. in l. cum res. secunda colum. uersic. quid dicemus & c. C. si rea alie. res pign. data sit. & pro hoc tex. in l. solum. §. meum. ff. de rei uendicat. & in l. pluribus §. ult. ff. de uerbor. obligat. secundùm Cardi. Flor. in Clemen. 1. in princip. de procur. facit bonus text. in l. is qui suis nummis ff de manumissio. ubi seruus commuenti-bus oculis domini habebat pecuniam, licèt propriè non potuit illa pecunia dici sua respectu domini,
14 † licèt interdum secundùm subiectam materiam uerbum suia, non importat dominium: ut est uidere exemplum, quando famulus dicit iumentum meum, & scriptor, quando dicit quinternum quem scripsit esse suum, ut dicit gloss. in l. 2. in uerbo, Papyrius. ff. de origine iuris, & notat Barto. in l. Quintus. §. argento. ff. de auro & argento legat. & Barto. in l. cum suæ ff. de legat. 3. At in casu, de quo loquimur, attento quòd in contractu pacia inter istos reges actum est, quòd restitutio possessionis fiat possidentibus tempore dictæ guerræ, iste contractus habetur pro lege, secundum Bald. in cap. 1. in uerbo, pactiones. de pace Consta. & probatur in l. Cæsar. ff. de publ. & not. Bartol. in l. donationes. ff. de donat. inter uir. & uxor. & Bald in l. 1. C. de hæ ed uel act. uend. Abb. in c. 1. de probat. Barto. in l. si unus. §. ante omnia, ff de pac. Bartol. in l. ciuitas. ff. si certum petat. & Bald. in l. bene
15 ne à Zenone. C. de qua. præscript. & † ubi in lege fit mentio de possessoribus, intelligitur de illis, qui iustè possederunt, non de inuasoribus, secundùm Bal. in l. 1. C. de usucapio. ubi quando uerbum possessio, profertur à lege, intelligitur de ciuili possessione, secus si profertur à testibus, ut dicit Ioan. de Imo. in l. tertia §. ex contrario, in uerbo, Trebatius. ff. de acqu. possess ubi accipitur ciuilis possessio pro iusta, ut ibi per Alexan. & hoc tenent Moderni scribentes in cap. causam 5. colum. de præscript. pro hoc faciunt omnia illa, quæ allegaui in cap. 1. in princi. per quos fiat inuestitura, quòd ei qui spoliauit uiolenter alium nõ potest confirmari possessio, & princeps confirmando possessionem intelligitur de iusta possessione, quæ omitto causa breuita. is, remittendo me ad ibi dicta per me, & Ludo. in l. iustè possidet. ff. de acqui. possess. Item in dictis capitulis pacis est expresse cautum, quòd restitutio possessionis fiat de illis posses-
soribus, qui possidebant tempore guerræ, qui partem Christianissimi Regis Francorum contra Catholicum Regem tenuerunt, & sunt secuti. Et per cõsequens non omnibus possessoribus possidentibus, in initio belli apud Tripaldam debet fieri restitutio
16 possessionis. † Quia illud relatiuum, qui partem & c. restringit illud uerbum possessoribus, ex quo positum est sine copula, ut in l. ea tamen adiectio. ff. de legat. 3. not. Bartol. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure, & in l. 1. C. de summa tri. Et ista est regula, quæ habet aliquas limitationes, de quibus per Iason in d. l. 1. C. de sum. trinitate, nec dicti nobiles de Richardis probauerunt illo tempore secutos fuisse partem Regis Franciæ, imò constat, quòd tunc temporis dicti Alexan. & Lionettus fu. runt in ciuitate Ferrariæ, et sic non possunt gaudere dicto capit. pacis. Et pro
17 hoc facit illud quod dicitur, † quòd quando qualitas requisita in persona unius, non est in persona alterius, aliter dicendum est, quàm de illa, ubi est dicta qualitas, ut firmat Alexa. in quinto uolum. consl. 139. circa finem. Item facit illud, quod dicitur, quòd ubi sunt exclusæ exceptiones omnes per statutum, tamen non sunt exclusæ exceptiones, quæ oriuntur ex eadem scriptura. Et sic exceptio, quæ oritur ex lectura capituli pacis, quod requirit qualitatem prædictam, secundum Bartol. in l. 1. §.parui. ff. quod ui aut clam & Bald. & Salycet. in l. ita pudor. C. de adulteriis. & not. Abb. Sic. in cap. ex parte lo 2. ff. de offic. delega. nec aliæ exceptiones rationabiles, secundum Archi. in cap. lator 2. quæstio. 7. & Gemin. in c. quoniam 15. distin. Et si diceretur, quòd postquam dicti nobiles de Richardis non possunt petere, quòd eis fiat restitutio possesion a uigore capituli pacis: quia non fuerunt secuti partis Regis Franciæ in dicto bello, & quia indebitè pr uarunt Alphonsum sua naturali possessione dicti Castri, qui ciuiliter possidebat, ut supra dictum est, saltem debet eis restitu-
18 tio possessionis dicti Castri fieri, † quia ultimum spolium est purgàdum, & sic cum ipsi ultimo loco sunt spoliati ab Alphonso, debet eis fieri restitutio dicti Castri, ut in l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iuliam de ui. cum concordan. Ad hoc fuit responsum multis modis.

Et primò, quòd ipsi de Richardis non fuerunt possessores, sed turbatores, ut suprà dictum est. Item, quia si fuissent possessores, fuissent dolosi possessores, & licèt illa exceptio, dolo facis petere quod restituturus es, nõ habet locum, quando agitur possessorio recuperandæ: quia spoliatus ante omnia est restituendus, ut d. l. si quis ad se fundum. & in capit. olim. de restitutio. spoliatorum. cum simil ib. & Dyn. in regula, dolo facis, lib. 6. & in l. condemnatione, in fin. ff. de regulis iur. & not. in capit. cum dilecta, de causa possess. & proprietatis, & Ioan. Andr. in ca. pa-
19 storalis, eod. titu. † tamen quando agitur possessorio recuperandæ uigore capituli pacis, tunc dicta exceptio, dolo facis, obstat agenti possessorio uigore capituli pacis. Istud fuit mirabile dictum Bald. in cap. primò, in uerbo, possessiones, de pace Constantiæ. Et si diceretur, quòd Bartol. & Angel. in l. meminerint. C. unde ui expresse dicunt, quòd quando in l. dicitur, quòd spoliatio illico fiat restitutio: tunc non habet locum exceptio dominii, nec exceptio dolo facis: Et in dicto cap. pacis, expresse dicitur, quòd illico

lico dictis possessoribus fiat restitutio, ergo non obstat exceptio dominii, uel exceptio, dolo facis &c. & Bald. in dicto uerbo, possessiones, non facit mentionem de uerbo, illico.

Ad hoc fuit responsum, quòd Bart. & Angel in d. l. meminerint, loquuntur, quando agitur possessorio recuperandæ ex condictione d l. meminerint, quæ loquitur, quando tutor, uel curator impetrat rescriptum, uel interlocutoriam, ut ei liceat ingredi possessionem alicuius rei stabilis absque citatione partis, in qua pupillus erat in possessione, quod quidem
20 rescriptum est ipso iure nullum. † Si ipse tutor, uel curator sic nulliter spoliauerunt pupillum eius possessione, factum istorum tutorum non debet nocere pupillo uel adulto: immo ipse tutor uel curator illico debet condemnari ad restituendum possessionem, & non obstat illa exceptio, dolo facis &c. nec exceptio dominii: quia ipse tutor, uel curator fuit in manifesto geminato dolo, uidelicet in impetrando nulliter rescriptum contra suum pupillum, quod est sibi de iure prohibitum, ut in d l. meminerint.

Secundò, quia cum spoliauit de facto, & propterea illico pupillo debet fieri restitutio possessionis, & non obstat exceptio dolo facis &c. Imo punitur tutor, uel curator pœna deportationis cum publicatione bonorum. Et si diceretur, ista responsio non militat, quando simpliciter peteretur restitutio possessionis. Ad hoc fuit responsum, quòd commissarij deputati super restitutione possessionis non habent cognoscere nisi de illis spoliatis, qui comprehenduntur in dicto capit. pacis. unde coram eis non potest fieri dicta petitio restitutionis possessionis ex remedio d. l. si quis ad se fundum, cum concordantiis. Secundò modo fuit responsum, quòd quando bene potuissent dicti commissarii cognoscere de restitutione possessionis de iure communi, non potuissent procedere uirtute regiæ pragmaticæ Catholicæ Maiestatis factæ, qua cauetur, quòd capta, & erecta per Regem Alphonsum primum, uel Regem Ferdinandum primum, data, uendita uel concessa aliis, sic teneri iubet sine aliqua innouatione, ne lis, uel quæstio aliqua iure, uel iniuria moueri possit in iudicio, uel extra, & cum iste Alphonsus & eius pater habuerũt inuestituram de dicto Castro à Rege Ferdinando primo, & possederunt per annos quadraginta, & ultra. Ideo non potest inquietari: nec capitulum pacis tanquam ultimò factum corrigit hanc pragmaticam in hoc casu, in quo non concurrunt dictæ duæ qualitates in persona dictorum nobilium de Richardis.

Primò, quia sunt inuasores, & turbatores.

Secundò, quia non sunt secuti partes Regis Fran-
21 ciæ. Et tantò magis: † quia dicit text. in l. si quis ui, in princip. ff. de acquiren. possess. si quis ui de possessione eiectus fuerit, per inde haberi debet, ac si possederit, cum ex interdicto unde ui recuperandæ possessionis facultatem habet, & alius text. in l. non uidetur, eodem titu. dicit, non uidetur possessionem adeptus. qui ita nactus sit, ut eam retinere non possit. Cum igitur isti de Richardis propter dictam possessionem captam de dicto castro absente dicto Alphonso propria authoritate, non possunt dici possessores ciuiliter possidentes dictum Castrum, sed potius inuasores, nam dicit not. Bald. in capit. 1. in princip. in 11. colum. de his, qui fend. dare poss. ubi
22 dicit ista uerba formalia, † scias quòd præter ciuiliter possidentem nullus lucratur fructus ratione possessionis, sed ratione iuris quod habet in re, id est, ratione nudis rei uendicationis, uel utilis Publicianæ: quia ciuilis acquisitio est, fieri dominium fructuum, ut in gloss. in dicto §. ex contrario. Item scias, quòd nullus habet ciuilem, nisi ei correspondeat dominium, uel quasi, nel res à nullo possideatur, secundùm Andr. de Isern. & non dicit ubi, imò ueri turbatores propter ciuilem possessionem, quam retinebat dictus Alphonsus, & uigore ciuilis possessionis dicti castri fuit sibi licita recuperatio possessionis naturalis, per ea, quæ supra dicta sunt, maximè autore prætore, ut supra dictum est. Quare post longam discussionem Dominorum auditorum S. C. M. & aliquorum Consiliariorum deputatorum ad dictas restitutiones faciendas iuxta dictum capitulum pacis fuit conclusum, & deliberatum, quòd dictis de Richardis non fiat restitutio possessionis dicti Castri, & sic ipse Alphonsus fuit absolutus ab eorum petitione, & quia hæ discussiones uisæ mihi fuerunt pulchræ, ideo hic inseri.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCCIII.

1 *Capitula pacis, quæ mandant bona restitui possessoribus, non intelliguntur de illis, qui uitiosè tunc bona possidebant, in quibus etiam, quòd dicta capitula sunt strictè intelligenda.*

2 *Ubi possessio est uitiosa, ad illam quis reintegrari non debet, & regula cancellariæ non fauet possessoribus simoniacis, & intrusis.*

3 *Quomodo procedit illud, quòd prædo, & alius non sit priuandus sua possessione.*

4 *Possessio uitiosa dicitur illa, quam quis capit propria auctoritate, & illam quam quis habuit non uocato possessore.*

5 *Princeps an possit committere, quòd spoliatus ante omnia non restituatur.*

6 *Ubi habemus naturalem rationem, quærere legem nil est aliud, nisi infirmitas intellectus.*

7 *Genitiuus denotat dominium, item exceptio, dolo facis petere, quando possit opponi aduersus interdictum recuper. uel retinendæ.*

8 *Quando possit suspenso petitorio procedi in possessorio.*

9 *In mandato principis præsumitur, quòd omnis malitia cesset, nam is credendum uelle illa, quæ iura per eum iuste condita dictant, & scribere salua iustitia aliorum.*

10 *Rescriptum, quòd quis de facto sit destitutus sua possessione, dicitur uiolenter emanatum.*

1 Conclusio huius longæ decisio. est † quòd capitula pacis, quæ dicunt, bona restitui possessoribus, non comprehendere illos possessores, qui uitiosè tunc bona possidebant: quia strictè sunt intelligenda. conuenit Grama. in consi. 150. in ciuitat & Dom Loffred. in suis para. feud. in cap. 1. de pace iura. fir. pro istis, quòd capitula pacis sunt arctè intelligenda, ponde-

ponderat uerba And. ibidem describenda de uerbo ad uerbū
dicta capitula pacis, tunc inita, & nulla facta mentione istius
decision. cum ea conuenit, quanuis alia adducat, & singula-
riter consil Bald. quod uerè recitatum est, numer. 195. cuius
est initium, laodare nos. in secundò uolum & insuper diffinit
quòd ista capitula pacis extenduntur ad bona eorum, qui an
te ipsorum capitulorum conuentionem mortui fuerant, ideo
hæredes ipsorum mitti debere in possessionem, de quibus fit
mentio supra, in decisi. 361. circa medium, & pro aliquali pro
libatione eorum, quæ hic notantur per Afflict. quòd ubi pos
sessio est uitiosa, quòd reintegrari quis ad eam non debeat,
ultra Grama. in consil. 144. in ciuil. ubi etiam diffinit, quòd re
gulæ cancellariæ quæ fauent possessoribus non habere uires
in simoniaco, & intruso, notat hæc Aym. in consil. 248. iniu-
stitia, & nullitas. num. 6. qui pro iis inter cætera adducit Bald.
in consil. 330. in fin. colum. 3. & Ancha. in consil. 310. respon-
detque ad illud, quod communiter in ore habetur, etiam præ
donem uadit restituique debere in sua possessione, non mi-
litare, quando in promptu constaret, illum esse prædonem,
pro quibus etiam inter alia citat consilium Rubei Alexand.
num. 167 & Abb. in consil 299 num. 5. circa quod potes ma-
turius cogitare: nam lex dicens prædonem conseruandum
in possessione, & audiri, fuisset imposita uerbis, & non re-
bus, & alibi idem Aymo. in consi. 299 Antonius. num. 5. in-
quit posse iniustam nemini debere prodesse, qui pro istis ad-
ducit text. l. cum sponsus. § si res. ff de publi. & magis propriè
consilium Oldra. 219. in causa hospi. colum. 8 in uer. ex qui-
bus colligitur, qui decidit, quòd ubi possessio est nulla, & il-
licita, quòd quis tunc ad eam restitui non debet secundum
Cald. in consilio 3. de cau. possess. & propri. & insuper in præ-
dictis notes, quòd possessio uitiosa dicitur illa, quam quis fuit
4 propria authoritate adeptus † sine causa, idem Aymo. in con-
sil. 134. scripsi aliàs. num. 113. citat consilium Oldra. quod fuit
etiam secutus in consil. 171 num. 3. sed in consi. 104. in causa.
num. 14. diffinit possessionem uitiosam illam quæ quæritur
non uocato possessore, de quibus etiam fuit facta mentio in
decisio. 67. & 395 secundùm quæ censeo intelligenda signata
per Grama. in consil 84. qui diffinit, principem non posse cō-
5 mittere causam, quod † spoliatus ante omnia non restitua-
tur, & circa aliud tactum per Afflic. hic in his quæ dicit, quòd
ratio naturalis quasi lex quædam, cum ratio ff. de bon. dama.
de quo per Iason in ultima lege illam. C. de colla. qui pro istis
nonnulla addacit, & singul consil. Angel. 197. dicentis, quòd
quando habemus rationem naturalem, quærere legem, nil
6 aliud est nisi infirmitas † intellectus, & per Tiraquel. latius in
tr. texat. causæ cessantis, & insuper quòd genitiuum de pro-
7 pria ipsius significatione denotet dominium l. si † domus. § fi.
ff. de legat. primo, sunt notata per scriben. in rubric. de nout.
oper. nuntiat. & fuit scriptum supra in decis. 361. & de quali-
tate requisita quòd debeat probari, sunt annot. supra in de-
cis. 197. & quòd exceptio doli facilitèr non recipiatur contra
petentem immissionem, ultra text. l. socer. § Lucius. ff. solut.
matr. declarat Goza. in consil 7. num. 12. & quòd cessat inter
dictum adipiscendæ, quando quis in promptu est paratus do-
cere de iure suo, declarat idem Gozad. in consil. 10. nume. 18.
& 24. ubi etiam assignat rationem diuersitatis inter interdi-
ctum adipiscendæ & recuperandæ, & quando suspenso peti-
torio possit quis prosequi possessorium, quæ quando proce-
dant in possessorio quorum bonorum, declarat Corneus in
consil. 252. circa primum. in litera, l, m, n, in 4. uolum. de intel
lectu uerò l. meminerint. supra in decisio. & pragmatica regis
caro supra in decisio. 366. & de exceptione quæ oritur ex eo-
dem fonte instrumenti, quòd non intelligatur exclusa, in de-
cisio. 283. declarat Cassan. in consuetu. Burgund. des censes, ru
bric. 11. fol. 364. & insuper in eo quod hic notatur, quòd tan-
ti principes, ut fuit rex Catholi. & Franco. quòd non uidean-
tur uelle fauere iniustis possessoribus, ultra signata supra in
decisi. 282. facit text in § illud in authen. de consti. ubi dicitur,
quod in mandato principis præsumitur, quod omnis mali-
tia, & diminutio absit, nam præsumitur uelle illa quæ sua iu
ra uolunt. Angel. in lege Antiochensium. de iis, quæ in frau.
cred. cum aliis citatis per Aymo. in consil 168. de duobus. nu-
mer 9. qui pro iis citat Bald in consilio 138. tertio libro, qui
dicit, semper principem censendum scribere salua iustitia
aliorum, quod etiam dicit in consilio 162. in princip. & 293.
nume. 8. latius in consil. 135. uerba. num. 44 qui nonnulla uo

rabilia de principio ornatu signat & ei necessaria, idem noster
Grama. in consil. prædicto 150. ubi ait, quòd rescriptum, per
quod rex mandat, quòd auferatur alicui possessio eo non au
dito, dicatur uiolenter, & de facto emanatum, debereque re-
uocari, & alia multa. Cæs. Vrsil.

DECISIO CCCCIIII.

De falsario feudatario, qui rasuram committit mandauit, & de pœna committentium falsum.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitus de feudo, qui rasuram & falsum in rescripto confirmationis mandauit facere, qua ueniat puniendus pœna.* 19.
2 *Abrasio facta in rescripto gratiæ uel iustitiæ differt.*
3 *Inuestitura ueteris feudi dicitur confirmatio.*
4 *Confirmatio non tribuit ius sine confirmabili in esse posito.*
5 *Abrasionem facere in narratiua, uel in dispositiua differentia est.*
6 *Constitutio Regni, quod ius sit?*
Statutum loquens de delinquente, an cōprehendat mādantem.
7 *Interpretatio ficta in statutis locum non habet.*
8 *Tria ad esse falsitatis requiruntur.*
9 *Falsum cuius qualitatis oporteat esse quod sit, antequam quis de illo puniatur.*
10 *Rescriptum Papæ falsificans qualiter puniatur.*
Intellectus capit. ex literis, de fide instrumentorum.
11 *Manum impune ad rescripta apponere, quis possit.*
Rasura per impetrantem facta quantumcunque modica etiam in non suspecto loco facit radentem falsarium.
12 *Rasura in literis iustitiæ in dubio ab officiali præsumitur.*
13 *Falsum committens sine tertij interesse arbitrarie punitur.*
13 *Pœna capitalis quomodo intelligatur.*
Publicatio omnium bonorum pro morte ciuili est sublata 22.
15 *Pœna falsificantis Regium rescriptum,* 18. 20.
Pœnæ duæ pro crimine falsi.
16 *Seueritas in inquirendo exceptionem falsitatis rescripti opposita.*
17 *Pœnalia per identitatem, uel maioritatem rationis nō extendenda.*
Regula, quòd pœna falsi non est ultimi supplicij.
18 *Fabricare uel fabricari procurare, differunt inter se.*
21 *Intellectus Panormitani c. ad falsariorum, de crimine falsi.*
22 *Deportatio facit cessare omnium bonorum publicationem.*
Remissio criminum generalis crimen falsi non includit.
23 *Nobilitas non excusat in crimine falsi.*
Falsi crimen detestabilius est ueneficio, & homicidio, & hominem ad sibilum reducit.
24 *Falsarius an priuandus feudo?*
25 *Repulsium potest fieri cum falsario.*
Dubia causarum dissoluere nescimus propter peccata.

Fuit

FVit per Illustrem Magnum Capitaneum, & Viceregem catholicæ Maiestatis mihi & tribus alijs doctoribus Regis consiliariis iniunctum, ut notaremus, quid iuris nobis uideẽ de infra scripto du-
1 bio, uidelicet, †utrum inuestitus de feudo à Rege Ferdinando secundo, à quo non fuit tradita possessio dicti feudi, & defuncto dicto Rege & ei succedẽte Rege Federico suo patruo, à quo inuestitus prędictus obtinuit confirmationem dicti feudi cum clausula, quatenus in possessione existit, quæ confirmatio Regis Federici fuit completa & sigillata. Et licèt ipse inuestitus obtinuisset literas opportunas, tam a Rege Ferdinando secundo, quàm a Rege Federico, quòd sibi traderetur corporalis possessio illius feudi, illam consequi non potuit: quia fuerat promissum, ut asseritur, hominibus dicti feudi & Castri, quòd semper esset dictum feudum, & Castrum in dominio Domini Regis. Tamen ipse inuestitus habens dictam confirmationem in suis manibus repertum est, quòd in illo loco, ubi dicebatur, quatenus in possessione existit, fuit totum hoc deletum & abrasum eius mandato, & fuit immutatum & scriptum per aliam scripturam ex longo internallo, postquam dicta confirmatio & priuilegium fuit expeditum & sigillatum eo sciente & uidente infra scripta uerba, uidelicet secundùm tenorem sui priuilegij. Et istud priuilegium fuit exhibitum instante præfato Illustri Vicerege per dictũ inuestitum. Qui protestatus fuit, quòd non uoluit, nec usus fuit. Si propterea iste inuestitus sit puniendus pœna constitutione Regni, qui literas, uel qua pœna ueniat puniendus de iure. Et redditur illud dubium difficile propter qualitates, & circunstantias, quæ sunt in dicto dubio. Et prima difficultas est: quia ista abrasio, & immutatio facta in dicto Regio priuilegio confirmationis, non est facta super inuestitura feudi, quæ dicitur gratia, sed est facta super literis confirmationis gratiæ feudi, & sic super literis iustitiæ.

2 †Nam Dominus Rex Federicus, qui successit in Regno dicto suo nepoti, tenebatur confirmare inuestituram dicti feudi factam dicto inuestito per Regem Ferdinandum primum, per text. in capitu. primo §. laici uerò. qui success. teneantur, ubi si laici domini inuestituram feudi alijs fecerint de feudis, eorum hæredes omnino adimplere compelluntur, bonus est textus, in capitu. primo quo tempore miles, ibi, post mortem domini sui debet uasallus petere inuestituram, idest confirmationem, iuncto text. in capitulo primò, in princip. per quos fiat in-
3 uestitu. † ubi inuestitura ueteris feudi, quæ dicitur confirmatio, quæ fit de iusta possessione, potest etiã fieri per minorem: quasi in hoc sit debitor ipsi uasallo eam petenti, bonus est text. in capitulo primo, in princip. de capitul. Corrad. ubi si uasallus per annum & diem stetit, quòd post mortem domini sui sui inuestituram, idest confirmationem non petierit, cadit a feudo. concor. text. in lege Imperialem. §. præterea, de prohibitio. feud. alien. per Feder. Cum igitur dicta confirmatio Regis Feder. fuit de iusti-
4 tia: †quia confirmatio non tribuit ius, nisi experiatur confirmabile, & id ponatur in esse, ut ff. de liber. leg. l. Aurelius, secundum Bald. in c. ex literis, col. 3. de fide instrument. & in dicto §. præterea.

Tunc sic communis conclusio est, quòd quando abrasio est facta in literis confirmatoriis, seu literis de iustitia, tunc ista rasura iudicatur, sicut de rasura alicuius instrumenti: ut dicit Innocent. in dicto capitulo ex literis. & ibidem Ioannes Andr. & Salyc. in l. maiorum. C. ad legem Corneliam de falsis per capitu. accedens de crimin. falsi. quem refert Ioannes de Anan. in capit. ad falsariorum, octaua col. eodem titulo, & sic constitutio illa, qui literas, non habet locum, quando abrasio esset facta in literis iustitiæ, uel confirmationis, sed in literis gratiosis, uel instrumentis.

5 †Sed ad hoc posset responderi, quòd hoc habet locum, quando rasura in rescripto iustitiæ esset in narratione facti, secus in dispositiuis à Principe, prout erat in casu, de quo agitur, & per consequẽs non uendicat sibi locum in dispositio dicti capituli ex literis, iuncto d. cap. accedens.

Item posset aliter responderi, quòd in d. c. ex literis, & in d. c. accedens, non constabat, quis fecerat dictam rasuram in dicto rescripto iustitiæ, ideo dicta rasura non nocet.

Sed ubi constat, quis fecit rasuram in rescripto iustitiæ, non est dubium, quòd incidit in pœnam l. Corn. de falsi.

Et ideo concludendum est, quòd quando constabat, quòd pars post perfectum rescriptum fecit ibi rasuram & immutauit, debet habere locum pœna dictæ constitutionis Regni.

Secunda difficultas est: quia non habemus in processu, quòd dictus inuestitus raserit dictum Regium priuilegium, sed bene habemus, quòd ipse fecit fieri dictam rasuram & immutationem, quam dicit fecisse per ignorantiam. Et dicta constitutio Regni loquitur in persona eius, qui immutauit.
6 †Et constitutio Regni ius est municipale Regni, & non uniuersale ius: quia una quæque prouincia suo sensu abundat, 8. distinctio. capi. final. totum istud regnum habetur pro una prouincia: ut dicit Andr. in constitutio. Regni, consuetudinem. de præscript. Et sic constitutio Regni uocatur ius ciuile huius Regni, ut in l. omnes populi. ff. de iustitia, & iure. Et per consequens secundùm ueram conclusionem statutum pœnale loquens in persona delinquentis, non comprehendit mandantem ex propria uerborum significatione, sed ex interpretatione, ut dicit notanter Bartol. in lege hæc uerba. ff. de adulterijs, & in l. si quis id quod. §. final. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & ille, qui mandat, non dicitur uere facere, sed interpretatiue, ut in lege prima, §. de-
7 iecisse, in gloss. ff. de ui & ui arma. † quæ interpretatio, cum sit fictionis, non habet locum in statutis, ut in lege tertia §. hæc uerba ff. de nego. gest. & in l. constitutionibus. ff. ad muni. not. Bartol. in lege prima. ff. de fonte. & not. in l. si uerò §. de ultro. ff. soluto matrimon. & in hoc multa possent allegari, quæ allegat Alexand. in quarto uolumine, consilio sexagesimoquinto. incipiente uisa quadam constitutione. & Iason in dicta lege si quis id, quod: quæ omitto breuitatis causa, & sic dicta constitutio non habet locum in mandante.

Tertia difficultas est, quia dicit Petr. de Anchar.

in consilio tertiodecimo, incipiente uisa inquisitio-
8 ne &c. quòd tria requiruntur ad esse falsitatis, uide
licet dolus.

Item mutatio ueritatis, & quòd alteri noceat, in
dicto inuestito uidetur, quòd fuit dolus: quia fa-
bricauit radendo & mutando, ut suprà. Et propte-
rea dicebat Bald. in dicto capitulo ex literis, quòd
radere, dolus & falsitas est, non error, C. de testam.
l. erroris, C. de magistra. conuent. lege fina. Bartol.
in lege si librarius, ff. de regulis iuris. Mutatio ue-
ritatis est notoria.

An autem talis mutatio nocuit alteri, in hoc stat
difficultas, nam prætendit dictus inuestitus, quòd
a dicta mutatio non nocuit alteri, a ex quo sunt tot
& tantæ literæ Regis Ferdinandi secundi, & Regis
Federici super traditione possessionis dicti Castri,
quam tandem habuit non uirtute dicti rescripti re-
gii, & confirmationis: & illa rasura nomini est noci-
ua, & propterea succedit doctrina gloss. & Bartol.
in lege damus. C. ad legem Corneliam, de falsi. quæ
9 uult † quòd ad hoc, ut quis possit puniri de falso, est
necesse, quòd illud falsum sit tale, quod noceat ali-
cui, & quod dolosè fuit factum: & ad hoc multa
allegauerunt aduocati dicti inuestiti, de quibus per
Alexandr. in primo uolumine, consilio septuagesi-
mo, in sexta columna, quod incipit, uiso proces-
su. Sed huic difficultati posset responderi quia
prædicta habent locum in falsificante instrumen-
tum nemini nociuum, uel in utente instrumento
falso nociuo, secus in radente & immutante Re-
gium rescriptum sigillatum: nam ratione fabrica-
tionis, rasuræ, & immutationis non reperio ali-
quem doctorem dicentem, quòd si illa rasura & im
mutatio nemini nocet, quòd non sit pœna leg. Cor
neliæ de falsi. nam textus in lege si falsos C. de falsis,
expressè tenet, quòd si falsificans ratione fabricatio
nis etiam sine usu punitur pœna falsi, nec distingui
tur, an sit nociua, necne.

Et ideo glossa in capitulo licèt. uersiculo quin-
10 ta falsitas. de crimin. falsitat. dicit, † quòd quicun-
que radit, uel immutat rescriptum Domin. Papæ
sibi assignatum, excommunicatus est, & falsarius:
ut dixi supra proximè, & in hoc nulla distinctio ad
hibetur per Doctor. an immutatio sit nociua, nec
ne, licèt sit argumentum in contrarium in capitu-
lo ex literis, de fide instrumentorum.

Sed potest responderi, quòd illa rasura in dicto
capitulo ex literis. fuit facta per illum, qui literas
ipsas subscripsit, non per illum, qui illis utebatur,
& cum ista intelligentia pertransit ibi Ioannes An
dre. & post eum alij scribentes. sufficit ergo, quòd
rasura fuit facta per partem in rescripto Principis:
quia non distinguitur, an in loco suspecto, uel non,
facta sit rasura: ut dicit etiam Innocent. in dicto
capitulo ex literis. & idem Bald. ibi. qui dicit refe-
11 rendo Innocent. † quòd nullus potest apponere ma-
num ad rescripta, uel priuilegia, nisi cancellarius,
uel officialis curiæ, & si alius apponat manus, est
falsarius, etiam si in loco non suspecto, etiam si in
syllaba uel puncto, secundum Innocentium, & sic
non distinguitur, an noceat, uel non. Nec debe-
mus dicere, quòd glossa prædicta dicit, non per il-
lum, qui utitur: quia illud uerbum utitur, capitur
pro eo, qui fecit rasuram, nam ille, qui fabricat fal-
sum, ideò fecit, ut uteretur, dicit Alberic. de Ros.
in lege quicunque. C. de serui. fugitiu. & fabricans
falsum sine usu punitur, ut in dicta lege, si falsos. &
idem dicit Ioannes Andreæ in dicto capitulo ex li-
teris. & glossa in capitulo in memoriam. decima-
nona distinctione. dum dicit. ipso facto dicitur fal-
sarius, ut si charta apparet rasa uel immutata &c.
& Abbas Sicul. in capitulo final. de crimen. falsi. di-
cens, quòd si facta est rasura per impetrantem, quã-
tumcunque esset modica, falsarius iudicatur, etiã
12 quando est in loco non suspecto: † in dubio autem
præsumitur rasum ab officiali in literis iustitiæ.
Et ideo dicit Vincent. quem refert Hostien. in summ.
de crimen. falsi. in §. porrò. quòd si in rescripto est
rasura, & constat, quòd ab impetrante rescriptum
facta est. obest, de rescript. capitul. significante. &
capitul. Rodulphus. si dubitetur, non obest, & sic
intellexit dictam decretalem, ex literis. Et pro-
pterea dicebat Angel. in lectura ad pennam. in lege
qui ueluti C. de falsis. non prodest scriptura falsa
scribenti: quia tenetur l. Cornelia de falsi. nota. be-
ne istam legem, quia quotidiana est. multi enim
sunt, qui scribunt schedulas & apochas manu pro-
pria, & in eorum fauorem: nam licèt dictæ apo-
chæ & scripturæ non prosint scribenti: tamen si pro
bari potest, quòd hæc scriptura sit falsa, qui scri-
psit eam, tenetur de falso, & sic illa scriptura non
prodest, nec nocet, & tamen in fabricante com-
mittitur falsitas.

13 † Ego credo, quòd Angel. dicat ueritatem, ut
committat falsum, sed non punitur lege Cornelia
de fals. sed arbitrariè. bene ad hoc facit, quod dicit
Bald. in dicta lege si falsos. quòd ex fabricatione
falsi irremediabiliter tenetur de falso, nec est in con
sideratione, quòd nemini dedit damnum: quia suf-
ficit, quòd potuit damnum dare, licèt non dedit.
ideo uidetur posse dici, quòd dispositio dictæ con-
stitutionis Regni, non recipit limitationem ex glo.
in dicta l. damus. sed bene recepit limitationem, quòd
non habet locum in mandante fieri rasuram & im-
mutationem, sed tantum in radente & mutante per
se, per ea quæ sunt suprà allegata.

14 Quarta difficultas est: † quia dicta constitutio
Regni dicit, capitali feriatur sententia: quæ uerba
possunt intelligi de sententia capitali ciuili, & non
de morte naturali, ut dicit gloss. singul. in lege pri-
ma. C. ne manci. Christianum Iudæus uel hæretic.
&c. quam glossa, ad hoc pro singulari allegat. Ioan-
nes de Imola in lege secunda ff. de publici. iudic. &
firmat Ioannes Andreæ, in capitulo quanto. de in-
reiuran. & ista pœna ciuilis mortis est absque publi
catione omnium bonorum, quæ publicatio om-
nium bonorum pro morte ciuili est sublata per tex.
in authentica, ut nulli iudic. §. final. secundùm gloss.
in dicta lege prima §. final. ff. ad legem Corneliam,
de falsi. & firmat hoc Raphael Fulgosius. in con-
silio 138. incipiente, hoc maximè præsuppositum
&c. ante finem.

Quid ergo dicam ego in tanta difficultate ue-
stræ Illu. dominationi? Dico, quòd stantibus præ-
dictis dictus inuestitus non potest puniri pœna di-
ctæ constitutionis Regni.

Ideò

15 Ideò quæro,†qua pœna sit de iure communi plectendus ille, qui radit & immutat rescriptum Regis de iustitia, uel confirmatione Regia.

Respondeò, quòd Salycet. in lege maiorem. C. de fal. dicit, quòd lex illa maiorem, dicit, quòd qui committit falsum in rescripto principis debet pati maiorem pœnam, & consistit ista maior pœna in pœna mortis naturalis. hoc dicit uoluisse gloss. in lege ubi. in uerbo, commissi C. de falsis. quia duæ pœnę reperiuntur impositę pro crimine falsi, scilicet deportationis, quę dicitur mors ciuilis, & mors naturalis: ut in lege prima §. final. ff. de falsi. Ex quo illa lex dicit, maiorem pœnam, intelligitur de maiori pœna illarum duarum pœnarum, quę sunt in dicta lege prima §. final. & sic etiam refert Salycet. Ioannes de Anania, in capitulo ad falsariorum. de crimin. fal. sed Angel. de Peru. in lectura ad pennam in dicta lege maiorem. aliter dicit, uidelicet si op-
16 ponitur exceptio falsitatis rescripti, † maior seueritas in inquirendo exigitur, quam in alia falsitate: & falso comperto debet falsarius carcerari, & pœna condigna puniri: nam istud uerbum, maior pęna, non est comparatiuum huius positiui pęnam: sed istius positiui seueritate. id est, quòd inuestigãdo hanc falsitatem, maior seueritas requiritur, quã si dicatur falsum aliud instrumentum. Nec obstat glossa in dicta lege ubi, in uerbo, commissi, quia illa glossa dicit, quòd qui sciens usus est falsis rescriptis, debet decapitari, ut in l. maiorem. Quia respondetur duobus modis.

17 †Primò, quia pęnalia per identitatem rationis, uel per maioritatem rationis non extenduntur, ita dicit glossa in capitulo sępe contingit, de temporib. ordinat. libro sexto. quam gloss. & alia iura ad hoc propositum allegat. Alexandr. in secundo uolumine, consilio 113. incipiente uiso instrumento. in secunda columna, uersiculo. & posito, quòd maior esset ratio. & in eodem uolumine, consilio. 202. incipiente in prima columna. Nec in casu, de quo agitur, potest considerari fauor reipubl cum ista Regia confirmatio nullum parit præiudicium, nec alicui poterit nocere, nec ea dictus inuestitus fuit usus. Et sic illa glossa, quæ loquitur in utente scienter falso rescripto, non potest adaptari ad eum, qui rasit Regium rescriptum, & in eo immutauit, & nõ fuit usus, talis rasura & immutatio nemini nocuit, uel profuit.

Secundò respondetur, prout dicit Angel. in lectura ad stampam in dicta lege ubi. nota hic casum, in quo pro falso punitur pœna capitali, scilicet quãdo falsum est ualde graue. exemplum potest poni in eo, qui multa acta combussit in perniciem reip. ut ueritas apparere non posset.

Item in eo qui partum supposuit: ut in lege prima. supra eodem. regulariter autem non est pęna ultimi supplicij.

Et sic per ista fuit intellectum dictum Salycetum & glossa in dicta lege ubi, quæ loquitur de istis falsitatibus grauibus, prout dicit Angelus, ut supra dictum est.

18 † Tertio modo potest responderi, prout dicit Ioannes Fabr. in paragrapho item lex Iulia. Institutio. de public. iudic. ubi dicit quærendo, quæ sit pęna committentis falsum.

Et dicit, quòd si in rescripto fuit commissa falsitas: si quidem rescriptum est gratiosum, & est laicus, punitur ultimo supplicio: ut in dicta lege maiorem. Et si est clericus, degradatur & curiæ seculari traditur: ut in capitulo ad falsariorum. de crimin. falsi. Si uerò rescriptum sit ad causas, non uidetur imponenda hæc pęna, cum non sit tantum præiudicium: ut in capitulo accedens. eodem titulo. Et post distinctionem suam dicit, unde potest dici generaliter, quòd hæc pęna sit arbitraria, & imponatur maior, quando maius est delictum & minor, quando minus. ff. eodem lege diuus & lege qui falsam §. final & C. eodem lege ubi, in fine. Et ulterius dicit idem doctor, quòd utens tantum falsa scriptura, non debet tantùm puniri, sicut fabricans, uel fabricari procurans. ita potest intelligi, quod nota. in §. ijsdem pęnis. in authentic. de non alienandis.

Nec obstat dicit ipse, dicta lege maiorem. quia debet intelligi, quando quis fabricauit, uel procurauit falsum rescriptum, & eo suus uel fuit, non autem quando simpliciter fabricauit falsum rescriptum, & eo non fuit usus.

19 † Quare concluditur; quòd in casu, de quo loquimur, ex quo rasura & mutatio in rescripto facta de mandato dicti inuestiti non facit præiudicium, nec prodest alicui, nec eo usus est, pęna est arbitraria.

Bene tamen aduertendum est, quòd Cyn. in dicta lege ubi. dicit ista uerba formalia, ultimò nota. quòd pro falso imponitur pœna capitis naturalis, quandoque imponitur pęna capitis ciuilis, ut hic. & dixi in lege prima supra eodem. ibi. Cy. dicit ista uerba, tertiò oppono, dicitur hic, quòd crimen falsi est capitale. Contra quòd immo in libero homine est pęna deportationis: ut in lege prima §. final. ff. eodem titulo.

Solutio, deportatio est pęna capitalis: ergo &c. uel hic acrius punitur in partu supposito & falso: ut sit speciale. dicit ipse primam teneo, sed dę ista authoritate Cyn. non facio uim. Quia textus in dicta lege ubi. dicit capitali post probationem supplicio, si id exigat magnitudo criminis commissi, uel deportatione, & sic textus dicit, quòd interdum punitur pęna capitis naturalis, interdum pęna capitis ciuilis, prout etiam dicit textus in lege prima §. finali. ff. de falsi. & sic etiam dicit glossa in dicta lege ubi. nam seruo imponitur pro falso pęna mortis naturalis, & libero, quando fabricauit falsum rescriptum, & eo usus fuit, ut supra dictum est, quod non est in casu, de aquo agitur.

20 † Et licèt fuisset contra dictum inuestitum, allegatum quoddam capitulum Regis Caroli primi, quod incipit, ut quæ ab excellentia nostra procedunt &c. chart. 105. secundum ordinem Neapol. ubi dicitur, quòd falsificatores sigilli Regis & aliorum Regium prædecessorum legitimorum Dominorum & ipsis utentibus puniuntur ultimo supplicio cum publicatione bonorum omnium, cum maius delictum sit falsificate sigillum Regis quàm cudere falsam monetam. Et idem dicendum est in radente literas Regis sigillatas.

Tamen per me dicebatur in discussione præsentis negotij, quòd dictum capitulum loquitur in casu suo. nec est extendendum ad alium casum, etiam ubi est identitas ratio, uel maior ratio per ea, quæ supra allegaui circa hoc. Allegabatur etiam in contrarium id, quod dicit Abba. Sicul. in capitulo ad falsariorum de crimin. fal. ubi dicit per illum text. quòd falsificans rescriptum principis punitur ultimo supplicio, id est pęna mortis. Et hoc est specialе in ista specie falsitatis. tamen huic obiectioni.

21 †Ego respondebam prout dicebat Innocent. ibi, quòd dictum capitulum ad falsariorum. & illatio domini Abbatis non habet locum nisi in falsificante rescriptum Papæ, secus in aliis: quod patet: quia clericus, qui falsificauit sigillum Regis Franciæ nō fuit punitus pœna mortis, sed alia pęna: ut in capitulo ad audientiam. de crimin. fal. Sic firmat Præpositus sancti Ambrosij nunc Cardinalis Alexandrinus in dicto capitulo in memoriam decima nona distinctione.

Nec obstat text. in lege Paulus §. fina. ff. de falsi. ubi dicitur, quòd ille qui mutauit & deleuit, ut uerum non appareat, pęna lege Cornel. affici solet: dubium non est; quia intelligitur in fabricante falsum, & utente, & illa falsitas sit nociua, ut supra dictum est.

Sum igitur in uoto, quòd dictus inuestitus non uenit plectendus, nec pęna mortis naturalis, nec pęna mortis ciuilis, nec pęna publicationis bono-

22 rum omnium: ex quo †pęna ista publicationis, ubi imponitur pęna deportationis, est hodie sublata, ut dicit gloss. dicta lege prima. §. fina. ff. de falsi. per text. in authentic. ut nulli iudicum &c. §. final. & firmat Raphael Fulgosi. in consilio. 138. sed solum de iure uenit puniendus pęna arbitraria. Nec potest dictus inuestitus allegare generale indultum Regis, Quia tale indultum non comprehendit crimen fal-

b si; *b* ut in lege Lucius, ff. ad Turpilia. secundum Al-

23 bericum de Rosa. in rubr. C. de fal. †Nec alleuiat pęnam eiusdem inuestiti nobilitas in hoc crimine, per glossa in capitulo singula. octuagintanona. distinctio. imo dicit Angel. in authenti. de nupt. §. minorem, quòd crimen falsi est detestabilius ueneficio & homicidio. & dicit Cyn. in l. transigere C. de transa. quòd per maculam falsitatis homo deuenit ad nihilum inter homines: quia dicitur homo sine fide & sine conscientia, & omne quod non est ex conscientia, peccatum est: non tamen est infamis ipso facto: quia nullo iure hoc reperitur, secundùm Archidiac. in dicto capitulo, in memoriam, secundum Innocentium, qui ita not. in capitulo nisi cum pridem. de renuntiatio. imo dicit Lucas de Penna. in lege mulieres tertia columna. C. de di. libro duodecimo quòd priuilegium nobilitatis perditur ex periurio & falso testimonio: ut ibi per eum. & istud est uotum meum, quod in his scriptis mitto V. Illustr. dominationi. Quo stante non est quærendum quid de feudis huiusmodi inuestiti, an possit ex dicto delicto priuari per sententiam feudis: quia sic non incidit in pęnam legis Cornel. de fal. sed solummodo

24 arbitrarie uenit puniendus. †Bene fateor, quòd si essemus in casu, in quo ueniret puniendus pęna lege Cornelia de fal. tunc crederem, quòd posset feudis priuari: quia non posset stare in curia Regia sine dedecore: ut capitulo primo, an ille, qui interfratrem domini sui. Item in capitulo primo §. prędictis. quæ sit prima causa bene. amitt. expresse dicitur, non exomni causa, ex qua opinion. uasalli grauatur, beneficium amittitur.

Nam & sæpe deierat, sed beneficium nihilominus retinet, & text. in capitulo primo §. si quis enim dixerit. ex quibus caus. benefic. amit. in tertio libro dicit, Non enim ad hoc sufficit omnis occasio, per quam fidelis accepti beneficii uideatur ingratus: sed sunt quædam, ut ita dixerim, egregiæ ingratitudinis causæ, quibus beneficium secundum mores curiarum amitti solet. Et quæ sunt istæ egregiæ ingratitudinis causæ, dicit textus in dicto §. prædictis, quòd sunt illæ, quæ sunt enumeratæ in §. causas. in authentic. ut cum de appell. cognos. & quæ enumerantur in lege consensu C. de repudiis. sed in dicta le

25 ge consensu. †inter alia delicta propter quæ potest fieri repudium inter coniuges, est illud, si coniunx crimine falsitatis sit condemnatus: ergo concludendum est de iure feudorum, quòd pro crimine falsitatis uasallus condemnatus debet perdere feudum, & hoc quando incidit in talem falsitatem, quòd incidat in pęnam lege Cornelia de falsis, talis enim non potest esse in curia sine dedecore: sed iste inuestitus non incidit in pęnam lege Cornel. ut supra conclusi. Ideo non potest feudis priuari.

Solùm ergo arbitrio tuæ iustissimæ potestatis potest de tali delicto puniri; non curo, si alii fortè aliter senserunt: quia dicit Bald. in capitulo quia procurator sexta columna, de electione, quòd propter peccata nescimus dubia causarum dissoluere. Et sic facio finem in istis decisionibus Sacri Consilii Neapolitani editis & compositis per nobilem & insignem Iuris utriusque Doctorem Matthæum de Afflicto Neapolitanum tunc Regium consiliarium ad laudem Dei omnipotentis & Virginis eius matris, & omnium utilitatem.

ADDITIO.

a *Non nocuit alteri.*) Vt habeat locum pœna falsi, requiritur, quod falsitas sit nociua. idem tenet Bartol. in lege prima § qui in rationibus, ff. de fal. & in lege si quis legatum, penultima columna. ff. eodem, glossa penultima. & ibi Imola. in capitulo quanto. de iureiur. Alexand. consilio septuagesimoquarto, uiso testamento, columna sexta, primo uolumine. Panormit. consilio 151. uidetur dicendum. Decius consilio. 175. antepen. colum. uers. primo & secundo.

b *Crimen falsi.*) Crimen non includitur in generali indulto. idem tenet Bartol. in dicta lege Lucius Petr. de Anchar. in capitulo primo. columna prima. de constitutionibus. Angel. disputatione, exorta guerra. Marsil. in singulari suo 163. incipiente crimen falsi. Thomas Grammaticus.

ANNOTATIO

IN DECISIONE CCCCLIII.

1 *Mandans fieri mutationem, uel rasuram in literis regiis, an pœna mortis puniatur.*

2 *Constitutio loquens in personam, ut si quis quid tale fecerit, comprehendat mandantem, & num. 11.*

3 *An requiratur non solum falsificatio literarum, sed & sigilli ad hoc, ut quis possit puniri.*

4 *In*

4 *In alternatiuis & pœnalibus, an sufficit vnam partem esse ueram, ut quis puniri possit.*

5 *Qua pœna punitur falsificans literas aliorum iudicum non solum regis.*

6 *In scriptura priuata, an falsum committatur, & an falsitas in modico sit punibilis, & si clericus ob falsitatem beneficio priuetur.*

7 *Plura quæ non uitiat, quia fortè ipsa non obstante ipsa scriptura legi potest, an faciat quem punire.*

8 *Admittitur quis in crimine falsi in causa appellationis declarando, quod non uult uti scriptura.*

9 *Consuetudo excusat a pœna falsi, ideo quando quis non obseruat legem non receptam, quod non puniatur.*

10 *Rasura quæ non est in loco substantiali non uiciat.*

11 *Mandans in aliis, quàm in crimine falsi, an eadem pœna puniatur.*

12 *Si quis occidit alium odio proprio, an mandans puniatur.*

13 *Si mandatarius excessit fines mandati, an mandans de excessu teneatur, ut si fuisset dictum, quòd uerberet, & ille occidat.*

14 *Falsitas nemini nociua, quod non debeat puniri pœna ordinaria, sed stellionatus.*

15 *Testis deponens aliquid, quod ignorat, si tamen ita est in veritate, quòd non debeat puniri.*

16 *Appellatione pœnæ capitalis, seu captis an sit pœna mortis, assessores cum condemnant aliquem ad mortem, ponunt uerba, ita taliter quòd moriatur, eiusq; anima a corpore separetur.*

17 *Pœna arbitraria quando extendatur usque ad mortem.*

18 *Pœna deportationis hodie non est in usu, sed loco ipsius hodie successit bannimentum.*

19 *Pœna bonorum publicationis, an hodie sit sublata, & quid de iure constit. regni.*

20 *Qualiter bona foriudicatorum uirtute constitu. regni hodie ad fiscum debeant deuenire.*

1 FIT Conclusio † in hac ultima decisio. Afflict. quòd cō-
stitutio Regni; qui literas tertio libro, uolens puniri
pœna capitali mutantem aut noto signo signantem
literas regias, non militare in mandante fieri rasuram
& mutationem, nam tunc pœnam esse arbitrariam. Adde
circa primum, quòd statutum, siue constitutio loquens in
personam, idest, si quis quid tale fecerit, quòd non compre-
hendat mandantem, est docto Bartol in lege transigere. in
fin. ubi etiam Bald. C. de transaction. consuluit Corneus in
istis terminis huius decisio. in consilio 79. plura. in tertio uo
lumine, & insuper quia constitutio illa non comprehen-
dant mandantem, est alia decisio sacri consili relata per Gra-
ma. numero uigesimoseptimo ubi etiam concludit, pœnam
hoc casu arbitrariam, mouetur eisdem rationibus, quibus
Afflict. hic, licèt sub silentio, de ipso nullam mentionem fa-
ciendo, quod etiam fuit secutus in uoto uigesimoquinto
numero nono, qui amplius loquitur, esse necessarium ad hoc
ut quis pœna contenta in illa constitu. puniatur, quòd si fal
sificatio non solùm literarum, sed sigilli, & sic utrunque, &
quòd unum tantum non sufficiat, citat Andr. in eadem con
stitu. & in capitulo primo de uasal qui contra constitu. Lota.
quæ omnia ante fuerunt nostri Afflict. in decisio. uigesima-
prima de quibus ipse tacito autore nullam memoriam fa
cit, & considera, si placet, quòd cum dicta constitu. reg. loqua
tur per dictionem, aut, si non fuisset autoritas tantorum pa
trum, posset forsan contrariū de iure sustineri scilicet quòd
signando literas regis non uerè, sed falsè pœna dictæ con
stitu. plecti: nam in alternatiuis & pœnalibus sufficit unam
4 partem † esse ueram l. si. ff. ut in ius uo. cant. uel cau. de be. l. si
quis stipulator decem. ff de uerbo. obligat. l. is qui ducenta. §.
utrum. cum simili. ff. de reb. dub. & ad hanc decisio. uide Boer.
in decisio. 82. dico uuum. qui declarat qua pœna puniatur
5 falsificans literas aliorum iudicum, & Hier. Gratum in consi.
quinquagesimonono & 72. primo uolu. ubi etiam explanat,
quòd lacerans scripturam priuatam falsum committit, in
quibus etiam quòd tondens aureos, & si reducat ad iustum
6 pondus, pœna etiam falsi plectatur, cum quibus cōueniunt
notata per Moder. Beneue. in tracta de merca. fol. septimo nu
mero 22 qui dicit ista procedere in atrocissimis, & per Cass.
in consili. 44. ad iudicatio. numero decimosexto ubi diffinit,
quòd falsitas in modico non committatur, per text. capitul.
olim ex literis. in fine de rescript. qui decidit non esse discri-
men inter falsificantem literas papæ, & alias literas quoad
priuationem clerici de beneficiis, sequitur ista in modicis,
quòd non committatur falsitas, Aimo. in con. de stilo. num.
decimosecundo & insuper quòd rasura non noceat, quando
7 ea non obstante scriptura potest legi, † affirmat idem Aimo.
in consilio septuagesimotertio, numero decimoquinto.
Gram. in consiliis septuagesimo quinto in ciuil. item quòd
pœnitentia admittatur in hoc crimine falsi in causa appella-
tionis in tantum, quòd etiam si quis declarauit uelle uti in
8 strumento, possit pœnitere † in causa appellationis, & dicere
nolle uti ipso instrumento. concludit idem Aimo. in dicto
consilio quadragesimosexto, numero undecimo. Quę autem
specialia in crimine falsi ultra Afflict. in dicta constitu. qui li-
teras. cumulerat Decius in consi. 189 lætatus sum. uerùm con
9 suetu, excusat a crimine † isto. Alexand. in consilio trigesimo
nono uisis tertio uolum. ubi bene etiam diffinit, quòd si quis
non obseruat legem non recepto, quòd non puniatur pœna
in ea contenta, quæ nota, nam de facto habui, ut notaui in
decisione. Et insuper ad illud, quod hic notatur, quòd man-
10 dans non puniatur † pœna illius regni constitu. si quis lite-
ras intelligas etiam in mutante literas regias & peruenienté
usque ad actum sigilli exclusiue, quòd non plectatur pœna il-
lius constitutio. notaui supra in decisione uigesimaprima, re
fert, & sequitur Cassan. in consuetud Burgund. fol. decimo-
septimo. qui non bene refert Afflict. si in istis debeat distin-
gui, si rasura sit in loco substantiali, ita uel ne. ubi nonnulla
etiam effundit circa istud subiectum, & maxime quòd si hæ
literæ uitiatæ reperiantur penes aliquem, quòd possit de fal-
so puniri, declarat etiam idem in dicto consilio numero deci-
11 mosexto & de rasura, & quando dicatur esse in loco † sub-
stantiali, & quando noceat, ultra notant scriben. in lege fi-
nali. C. de edi. Diu. Adrian. tollend. ubi Iason & Deci. & rursus
quòd in aliis etiam quam in crimine falsi, quòd mandans nō
puniatur eadem pœna, qua mandatarius, declarat Ange. in
tracta. malef. in uerbo Sempronium mandatorem Hispan. sin
gul. 181 mandans, sed melius quàm alibi legerim, declarat
Alexand. in consilio sexagesimoquinto in nomine sanctæ, &
indiuiduæ Trinitatis uiso quarto uolum. Grammat. in uoto
12 undecimo numero sexto, † ubi declarat, quando occidit pro-
prio odio, quod mandans non puniatur. idem in decisio. con
silii trigesimaquarta secundùm eum, numero 40. quòd
de iure non procedit, nisi ad mitiorem pœnā, sicut post alios
affirmat Iaf. lege prima, quarta columna C. de ser. fugi. & sic
procedit docto. Bald. in dicta lege prima, columna secunda,
C. eodem ad quæ conueniunt notata per meum autorem in
constit. regni si quis aliquem numero undecimo, & per Feli.
13 in capitulo sicut dignum. & in capitulo Petrus. de homi. ubi
quod mandans non puniatur eadem pęna † quod etiam reci
pitur, si mandatarius excederet fines mandati, ut si fuisset
mandatum, quòd tantum aliquem uerberibus afficeret, &
ille occideret, quòd non sit reus mortis. Decius in consilio
482. uiso resoluti & 632. quod supra, contra Cæpolam. in
consilio 35. qui consuluit contrarium: & quod hic habe-
tur, scilicet quòd falsitas nemini nociua non punitur, ultra
14 signata † supra in decisione 337. de teste deponente falsum in
iudicio nullo puniri saltem crimine stellionatus, conue-
niunt adducta per Soc. in consil. sexagesimosecundo consiliis
nostris primo uolumine, qui concludit, quòd committens
falsum, etiam in scriptura priuata, quæ non probat, quòd
debeat puniri, si scriptura illa haberet substantialia, & fuis-
set apta alicui nocere pœna arbitraria secundùm eum, quod
etiam fuit secutus in consilio 103. & in facto, & insequen.
eodem primo uolumine. & in consilio 288. secundo uolum.

in qui-

15 in quibus etiam notatur, quòd si testis † deponit aliquid, quod ignorat, si in ueritate illud quod deposuit fuisset uerum, quòd non puniatur crimine falsi, idem Hippol. in consilio septuagesimo, nume decimo tertio & 120. & in singul. 77. quæ allegat Cassan. in cousuetud. Burgund. des confiscations, rubr. secunda, numero decimo, fol. 90. & Aymo in dicto consilio quadragesimo sexto, ubi multum egregiè excusat quendam, qui mutauit certam executoriam de capiendo, quòd non puniatur: quia falsitas nemini nociua, & iuuabatur primordio ueritatis, uide exemplum traditum per eũ
16 ibi. Et insuper de eo, quod hic notatur, quòd † appellatione pœnæ capitalis, seu capitis, quòd in dubio non sit pœna mortis, est text. lege secunda ff. de public. iudic. lege capitalium. ff. de pœnis, dicentes, pœnam capitis simpliciter unam maximam, per quam irrogatur pœna mortis, aliam per quam libertas amittitur, tertiam uerò exili, & in dubio de miniori lege si præses. ff. de pœnis, cum similibus numero pene infinito signatis per Hippol. in praxi. crimini. numero 39. & declarat hic autor in constitutione Regni multæ leges, idem Alexand. omnino in l. eleganter § qui reprobos ff. de pigno. action. & nouiter per Petrum Duennam in regula 393. qui dicit isto modo debere intelligi text. lege in cos. ff. de custo. reorum, quòd non sit pœna mortis, si quis aufugit a carceribus etiam cum conspiratione, quod de facto obtinui, quicquid dixerit Grama. in suo uoto nono, & ideò cauti iudices, dum condemnant aliquos ad mortem, inserunt illa uerba ad pœnam ultimi supplicij, siue mortis naturalis, donec eius anima separetur a corpore, uel caput a spatulis amputetur, de quibus, aliqua supra in decisione 287. ad intellectum lege excipiuntur. ff. ad Silla. quæ dicit de minore supplicium sumendum, quòd non sit intelligenda de morte, & sic de ultimo supplicio, ut quidam minus periti sentiebant: nã tunc uerba prædicta sapiunt mortem, quando additur uerbum ultimum supplicium, text. lege præsenti. in princip. C. de his qui ad eccle. confugi. ubi Imperator, ut intelligatur de pœna mortis in casu illius legis non est contentus exprimere pœnam capitalem, uel supplicium, sed addidit ultimi, cũ quibus conuenit Cassan. in consuetu. Burgund. in primo fol.
17 43. numero quinto, ubi post scriben. in capitulo literis † de rescript. dat intellectum ad gloss. in § in summa. institut. de iniu. qui diffinit in quibus casibus dicta glossa, procedat in eo, quòd dicit, quòd pena arbitraria extendatur usque ad mortem, declarat etiam nouissimè Aymo. in consi. 220. respondeo, numero decimoquarto, qui dicit, penam positam iudicis arbitrio ex circunstantiis posse considerari, qui etiam dicit, quòd pena deportationis hodie non est in usu, sed loco ipsius succedit bannimentum, & quod loco deportatio-
18 nis † ualeat iudex penam arbitrariam imponere, & insuper si pena publicationis bonorum hodie sit sublata, per auten.
19 † bona damna item etiam, an dicta autheni. si correcta per constitut. regni forisdicatorum bona, item per constitutio. regni grandis utilitas, quæ uolunt, quòd quando forisdi-
20 catus † non habet filios, uel parentes, quòd bona ipsa fisco applicentur. fuit notatum supra in decisio. 361. ubi etiam quid uirtute capitulorum Neapol. per quæ bona Neapo. nõ publicantur, si remanent forisdicatis, uel uadant ad agnatos, & si quis ob delictum efficiatur intestabilis, ultra scribẽ. in lege secunda. C. qui testamen. fac. poss. declarat Francisc. in rubrica de testament. in uerbo finitimi. Ex his finis meis decisionibus, aliàs extractis, & recollectis in anno 1558. nunc in anno 1595 sub die secundo Februarij, in festo Purificationis gloriosissimæ, & beatissimæ Virginis Mariæ re uisis, cui una cum Domino nostro Iesu Christo filio, patri, & spiritui sancto, laus gloria, & honor sit in æternum. Amen.

Cæsar Vrsillus, Iuris Vtriusque Doctor.

R E G I S T R V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN

Omnes sunt terniones, præter N N N qui sunt duerniones.

V E N E T I I S, M D L X X X I I I I.

Apud Ioan. Antonium Bertanum.



